



THE J. PAUL GETTY MUSEUM LIBRARY



THESAURUS ROMANARUM ANTIQUITATUM.

VOLUMEN IX.

THESAURUS
ANTIQUITATUM ROMANARUM,

CONGESTUS

a

JOANNE GEORGIO GRÆVIO.

ACCESSERUNT

Variæ & accuratæ tabulæ æneæ.

VOLUMEN NONUM.



I: Camerata in: P: Monaco sc.

VENETIIS,
Typis Jo: Baptistæ Pasquali.

M. DCC. XXXV.

SUPERIORUM PERMISSU.

L E C T O R I

S. D.

JOANNES GEORGIUS GRÆVIUS.



Ccipis hoc nonum Theſauri Antiquitatum tomum, in quo primum locum tenent ſcriptores, qui de ludis & ſpectaculis Romanorum lectu digna memoriæ prodiderunt. In his principem ſibi vindicat ſuo jure doctiſſimus ſua memoria Onuphrius Panvinius, cui res litteraria plurimum debet. Sed cum libro I. c. 5. tradit Circum Maximum *armiluſtrum* dictum, fallitur cum Marliano & multis aliis. Nam *armiluſtrum* locus fuit in Aventino, in quo annuam feſtivitatem celebrabant milites armati geſtantes ancilia a. d. XIX. Octob. ut ex Kalendario vetere & Feſto conſtat: *armiluſtrium* vero erat feſtivitas ipſa, de quibus erudite diſputat Famianus Nardinus lib. VII. de Roma vetere cap. VIII. quem in tertio Theſauri noſtri tomo invenies. Itaque, quæ Argolus in notis ad hunc locum notavit de armamentario in Circo, collabuntur omnia. Populus non luſtrabatur in Circo, ſed in campo Martio. Ratio, quam ibi addit, eſt abſurda. *Quæ enim prudentia*, inquit, *Principum furenti populo arma ad manum dare?* An non populus, quoties celebrabantur comitia centuriata, in campo Martio conveniebat armatus, tumque dicebatur *exercitus imperari*, qui eſt *exercitus urbanus*, ut Varroni dicitur, de quo alibi in his libris fuit diſputatum? Hunc exercitum, hoc eſt, Cives Romanos, puto conveniſſe die dicato armiluſtrio, quo arma, hoc eſt, armati cives luſtrabantur. In capite V. ait Onuphrius, foros fuiſſe ſedilia, in quibus in Circenſibus ludis ſpectatores ſedebant, quod verum eſt. Ante Tarquinium Priſcum ſtantes ſpectabant ludos Romani in tabulatis, quæ furcis ſuſpendebantur, ut ex Dionyſii Halicarnaſſei libro III. & Livio docuerunt homines eruditi. Sed Circo ſtructo, foros ſibi quiſque faciebat opere tumultuario, in quibus ſederet, ita tamen ut Patribus & Equitibus ſua tribuiſſet loca, in quibus ſibi quiſque ſpectacula pararet. Sic enim Livius lib. I. *Loca diviſa Patribus Equitibuſque, ubi ſpectacula ſibi quiſque faceret. Fori appellati.* Sic & populus ſuper equeſtria ſuos habuit foros, & ſpectandi ſedilia, quæ ſibi faciebant, ut ex alio Livii loco conſtat. Poſtea Tarquinius Superbus foros in Circo publicis impenſis fieri juſſit, qui ſemper permanebant, quos Livius propterea *foros publicos* vocat, cum antea tantum fuiſſent privati, quos quilibet ſibi ſuo ſumtu fecerat. Hos foros tectis exornavit Tarquinius Superbus, cum ante hunc fuiſſent ſub dio, ut idem Dionyſius teſtatur, qui vocat illos foros παστάδας ὑποστέγους, quamvis id tribuat in alio loco Tarquinio Priſco, quia Priſcus, ut videtur, hoc opus inchoarat, Superbus vero, quod inchoatum relictum fuerat, perfecerat. Sic diverſas Dionyſii ſententias in concordiam redigendas eſſe credo Salmaſio. Hæc Circi facies permanſit uſque ad tempora Julii Cæſaris, quem pri-

mum triplicibus porticibus Circum inſtruxiſſe docuerunt nos homines docti ex antiquis monumentis. Falluntur, qui putant has porticus, ut & euripum Circi, a Tarquinio jam eſſe factum. Hoc colligunt ex Dionyſio Halicarnaſſeo, ubi agit de Circo Tarquinii. Sed ibi, poſtquam dixiſſet, ut Circus fuerit exornatus a Tarquinio, quem ait poſtea opus Urbis pulcherrimum eſſe futurum, addit deſcriptionem illius Circi, uti ſe habebat illo tempore, quo hæc litteris mandabat.

In eodem capite Panvinius tradidit oſtia duo magna fuiſſe in Circo, alterum in extremitate Circi, quæ in hemicycli formam deſinebat, mœniano ſuppoſitum, & duo ex utroque latere podia habens quadrigis ornata: alterum in fronte Circi, cui figura quadrata, alii podio ſubjectum. De illa porta, quæ fuit, ubi Circus in hemicycli formam deſinebat, ubi erant ultimæ metæ, circa quas agitatores fervidas flectebant rotas, altum apud omnes ſcriptores veteres eſt ſilentium. Media porta una tantum fuit, & ea quidem in fronte Circi inter duodecim oſtia contra ſpinam, per quam thenſae & pompa ducebatur, & ad quam ipſe munerator ſedebat in cultu & curru triumphali. Ex quatuor vero huic portæ proximis oſtiis (erant autem duodecim, ſex ab utroque latere) mappa miſſa quatuor emittebantur aurigæ, eaque oſtia dicebantur etiam *carceres*. Virg.

Aut cum carceribus ſeſe effudere quadrigæ,
Addunt ſe in ſpatia.

In parte Circi extrema in hemicyclum deſinentis metæ tantum erant, ſeu turriculæ tres in una baſi, & præterea ſeptem aliæ turriculæ, quæ aut erant ovalis formæ, aut ſphæras ovalis formæ verticibus habebant impoſitas, quæ ad denotanda ſpatia, quot confecerant aurigæ, erigebantur, ut ſi bis emenſi eſſent circum, duæ conſpicerentur; ſi ter, tres; cum ſeptimum ſpatium conficeretur, & auriga primus circa metam currum egiſſet, ſeptem ova ſtabant conſtituta in omnium oculis, ut tam ſpectatoribus, quam quadrigariis innoteſceret, miſſum hunc eſſe peractum, quia ſeptem ſpatia emenſi erant aurigæ. Super iſta ova erant delphini, ut hoc tempore in turrium ſphæris adjectæ ſunt cruces, galli, & aliorum animalium formæ. Inde columnæ illæ, in quibus erant ova & delphines, dicebantur *delphines*. Juven. Sat. VI.

Quæ nudis longum oſtendit cervicibus aurum,
Conſulit ante falas, delphinorumque columnas.

Falæ illæ & *delphinorum columnæ*, ſunt illæ turriculæ, ſeu columnæ, quas Dio lib. XLIX. non longe a fine vocat δελφῖνας καὶ ὠοειδῆ δημιουργήματα, *delphinas, & ovalia opera* poſita ab Agrippa, quæ ſic intelligenda puto, cum ovorum Circenſium ante Agrippam meminerint Varro aliique, ab Agrippa delphines additos fuiſſe ſtructuris ovalibus, ſive fuerit earum forma ablonga inſtar ovi, ſive ſuper ova lignea columnarum faſtigiis inhærentia impoſiti præterea fuerint delphines, quod verius puto. Nam delphinorum nemo meminit ante Auguſti tempora. Quod vero vir eruditiſſimus Octavius Ferrarius in Electis exiſtimat duas diverſas pilas fuiſſe ova &

delphinos ad numerandos flexus Venetorum & Prasinorum aurigarum, quæ factiones maxime fuerint æstimatæ, & quæ plurimos habuerint favitores, sic ut cum auriga Prasinus circa metam flexisset currum, ovum; si Venetus, delphinus erigeretur; ut intelligeretur, quot quæque factio curricula decurrisset, caret ratione & auctoritate veterum scriptorum. Emittebantur quatuor agitatores ex carceribus uno eodemque momento. Cum primum spatium confecissent, ut ab ultima meta reflecterent ad primam, erigebatur una fala ovo & delphino insignis; cum secundum, altera; cum tertium, tertia, & sic deinceps usque ad septimum, quo finiebantur omnia curricula, & unus erat missus confectus, nulla ratione habita Prasinæ, Venetæ, Russatæ, aut Albæ factionis. Qui ex illis quatuor aurigis primus septimo pedatu, cum septem delphini starent erecti, venerat ad primas metas, quæ Murciæ dicebantur, unde se addiderant in spatia, victor erat, sive esset Prasinus, sive Albatus, & compos præmii. Id inde constabat, quod præ cæteris existeret ad metas Murcias. Non opus erat numerare ova pro Prasino, nec delphinos pro Veneto agitatore. Quid nam erigebatur pro Russatis, & Albis, si ova pro Prasinis, & delphini pro Venetis tantum excitarentur? Sit ita, has factiones maxime fuisse æstimatas & ceteris prælatas, non tamen negligebantur Albatæ & Russatæ. Æque cum aliis sortiebantur ostia, æque vincebant, ut ex antiquis inscriptionibus liquet. Alioqui frustra Circensium factionum domini illas aluissent. Quo signo ergo istorum curricula numerabantur, si ova & delphinos tantum ad spatia Prasinorum & Venetorum designanda collocarentur? Nihil hac Ferrarii sententia, quæ pro nova, uti revera est, & non modo cinctutis Cethegis, sed omnibus Romuli nepotibus inaudita, venditatur, a ratione Circensium spectaculorum alienius. Hunc locum vero Juvenalis

Quæ nudis longum ostendit cervicibus aurum,

non bene Salmasius emendat, pro *nudis* substituens *nulli*, quia fœminis plebeiis non putabat torques aureos posse tribui. Nam *longum aurum est* longum aureum monile, quo sane plebejas fœminas usas esse, ut & scenicas, ex Codice Theodosiano, titulo de scenicis patet. Illustriores autem fœminas habuisse monilia non aurea, sed ex gemmis & margaritis conserta, uti etiam hac nostra tempestate, ex antiquo Horatii interprete docuit politissimi vir ingenii Albertus Rubenius lib. II. de lato clavo cap. 16. Longe minus probari potest alterius Viri doctissimi in notis ad Catullum correctio, qui contendebat legendum esse:

Quæ nudis longum ostendit cervicibus annum:

Sed hanc scripturam sententia loci plane respuit. In eodem capite Panvinii, & in notis ad istud caput disputatur de alba linea, cujus meminit Cassiodorus, & cujus usum in Circo se fatentur ignorare. Illa linea alba, non fuit funiculus albus, ut existimant, sed sulcus transversus, solo impressus, cui creta erat inspersa, qui a sinistro podio ad dextrum extendebatur inter primas metas & carceres, ad quam non nihil consistebant

aurigæ ex carceribus emiſſi, antequam effunderentur in arenam, ut frontibus æquarentur. Huic rei, ut frontes aurigarum æquarentur, illoſque morarentur, ne ante tempus juſtum tranſilirent lineam, inſerviſſe videntur *moratores*, quorum in antiquis inſcriptionibus mentio. Ineditæ ex Gudiano corpore;

D I S. M A N
A. TVCCIVS. A. L. STEPHANVS
AVRIGATOR. FACT. RVSSAT
ET. T. TVCCIVS. PACHRYSVS
MORATOR. EIVSD. FACTION
D E D I C A

Apud Gruterum pag. cccxxxix. 5:

ALEXANDRO. AVRIG
NICEPHORO. SPARTOR
ALEXIONI. MORATORI

In eadem pagina num. 3.

Q, RAPIDIO, Q, F, LEM
MVLIONI
MORATORI
LVDI, CIRCEN, ET
AGITATORI
FACTION, VENET
VIX, ANN, LX
RAPIDIA, MARITO
PIISSIMO
B, M, F

Iſtam albam lineam ante carceres Chryſoſtomus ſimpliciter dixit λευκὴν. ἀπὸ λευκῆς ἐπὶ σφενδόνην μιλιοδρῶμεν, *ab alba linea uſque ad metas ultimas*, ſive a carceribus ad calces. Ille locus ubi erant metæ in ultimo Circo, circa quam flectendus erat currus, in Circo Conſtantinopolitano dicebatur σφενδόνη, quia ibi Circus propter hemicycli formam fundæ plane eſt ſimilis. Nam illa Circi pars, ubi finiebatur, illi parti fundæ, cui lapis imponitur ad emittendum, aſſimilatur. Ad hanc albam lineam decurſis ſeptem ſpatiis, legitimo ſcilicet miſſu peracto, conſiſtebant. Dicebatur illa linea etiam *creta* & *calx*. Propert. lib. IV. el. 2. ut nunc legitur ex emendatione Scaligeri,

Hæc ſpatiis ultima creta meis.

Reſtituta quoque hæc vox Plinio ex MSS. a Salmaſio. Loco cretæ non nunquam calce utebantur ad lineam illam albam præducendam Circo, ut ex Plinio notum eſt. Inde loquendi genus *a carceribus ad calcem*, quod non petitum eſt a calce humani pedis, ut plerique putant, ſed a calce, ſive alba linea Circi. Quid enim calci pedis cum carceribus? Oſtendit hoc & locus elegans Varronis, ſæpius a Viris doctis laudatus, ubi vitam humanam cum curſu Circenſi comparat:

Nemi-

Nemini fortuna currum carcere emiſſum intimo
Labi inoffenſum per æquor candidum ad calcem ſinit.

Ut currus ex carcere intimo, qui eſt proximus portæ magnæ mediæ, emiſſus, non labitur inoffenſus ad calcem ſeu albam lineam, aut ultimam metam, ſic nemo vitæ ſuæ ſpatium decurrit ſine offenſa, ut non calamitate aliqua & dolore vexetur. Quæ de Panvinio & notis Argoli dixi, dictum putato etiam de Bulengero, qui in libro de Circo, in rebus Circenſibus in eoſdem fere impegit lapides. Alia in Circo erat linea, quæ ab Ovidio dicitur illos jungere, qui juxta ſedent. III. Am. el. 2.

Quid fruſtra refugis? cogit nos linea jungi.
Hæc in lege loci commoda Circus habet.

Et I. de arte amandi

Et bene quod cogit, ſi nolit, linea jungi,
Qua tibi tangenda eſt lege puella loci.

Sic legendum. Male in editis *ſi nolis*. Imo Poeta dicit, ſi puella nolit a te tangi, cogetur tamen pati, ut a te tangatur propter legem Circenſem, quia ſedere aliter non poterit. Salmaſius ad Hiſtoriam Auguſtam ait lineam Ovidio eſſe longum & rectum ſubſelliorum ordinem per Circi extentum latus, in quo ſpectatores ſedebant, ubi propter anguſtias non facile potuerit ille locus deſeri, quem quis cepiſſet, ſine incommodo & moleſtia. Cui minime aſſentior. Circi æque ac theatra vias habebant & ſemitas, per quas in Circum admittebantur & dimittebantur ſpectatores. Quanta fuiſſet alioquin mora, ſi plures quam centies quinquagies mille ſpectatores, quot Circus maximus capiebat, paucos habuiſſet exitus. Circus itaque quatuor vias habuit latiores a quatuor mundi cardinibus, ſed plurimas anguſtiores, quæ dicuntur ſemitæ, viæ, lineæ. ſic igitur locis Ovidii lux affulgebit. Sedebat puella in ultimo ſubſellii loco ad lineam, ſeu ſemitam, ita ut ſi ulterius voluiſſet fugere, cum ſe nollet ab eo, qui proxime ſedebat, tangi, aut ſtandum illi fuiſſet, aut de ordine ſubſelliorum, in quo ſedebat, cecidiſſet. De quibus ne quis dubitet, pulchre docet Martialis lib. V. ep. 14. de Nanneio, qui ſolitus ſemper erat ſpectare in primo gradu ſeu ordine ſubſelliorum ante legem Domitiani theatralem: ex quo cum illa lege lata ſemel iterumque juſſus eſſet a deſignatore ſurgere, in alium aliumque locum ivit ſeſſum cuçullo tectus, ne noſceretur. Sed cum & illic excitaretur, in lineam coactus fuit ſe recipere, quæ ad equeſtria erat:

Et hin miſer dejectus in viam tranſit,
Subſellioque ſemifultus extremo,
Et male receptus altero genu, jactat
Equiti ſedere, Lectioque ſe ſtare.

Salſiſſime ſane. Cum Nanneius undique dejectus eſſet, & ex illis, in

quibus ſedebat, ſubſelliis equeſtribus juſſus eſſet ſurgere, tranſiit in viam ſeu lineam, ad quam ordines ſubſelliorum equeſtrium aut deſinebant, aut dirimebantur ab ordine illo, qui erat trans viam. Ubi in extremitate ſubſellii ad lineam ſic ſedebat, ut altera pars natium ſederet in illo extremo ſubſellio, altera dependeret, ſic ut, cum Lectius deſignator veniret viſum, num quis contra legem ſederet in equeſtribus, ne ſubmoveretur Nanneius, ut ante ſæpius erat ſubmotus, dicebat, ſe non ſedere, ſed ſtare in via ſeu linea, apud alios vero jactabat ſe ſedere in equite. Hæc eſt ſententia hujus loci. Magnus Lipſius in libro de Amphitheatro, qui cenſet Nanneium excitatum ex equeſtribus ſe contuliſſe in caveam, & ibi quoque juſſum a Lectio ſurgere, non eſt audiendus. Cur homo plebejus ex cavea, quæ plebeiis erat tributa, excitaretur? Excitabantur ſoli plebeii, qui aut in orcheſtra ſedebant, aut quatuordecim. *Sedere equiti* eſt aſſidere equiti, quod Suetonio eſt *ſedere in equite*. Non tamen inficior, lineam nonnunquam notare ſubſelliorum ordines, qui ad lineam uſque pertinent. Sic ſane interpretandum apud Martialem lib. VIII. ep. 78.

Omnis habet ſua dona dies, nec linea dives
Ceſſat, & in populum multa ruina cadit.

Ubi *dives linea* eſt orcheſtra & equeſtria, in quibus ſenatores & equites ſpectabant opulenti. Omnis dies miſſilia ſua habebat, tam quæ in equeſtria quam quæ in caveam multa ſpargebantur. Sic rectius, mea ſententia, Lipſius hunc locum expoſuit, quam Turnebus & Salmaſius, qui per lineam divitem ajunt intelligi monilia ex gemmis & margaritis, quæ *lineæ gemmarum* nonnunquam dicantur, quod nemo negat. Sed hic apud Martialem *populus & linea dives* conjuncta in hoc diſticho oſtendunt loca ſignificari, in quibus divites & populus ſpectabant. *Non ceſſat linea dives* in excipiendis miſſilibus, nec populus, ſeu cavea, ſive populares ceſſant, in quæ quoque multa diripienda cadunt. Cap. IX. in loco Iſidori ex Orig. VII 56. legendum *Cliſthenes Sicyonius*, pro *Cyriſthenes Sicyonius*, & pro his verbis, *quos Græci ſcirophoros vocant*, ſcribendum, *quos Græci* σειραφόρους *vocant*, emendante Salmaſio. Dicuntur iidem etiam σειραῖοι, *funales*. Hi funibus tantum in quadriga jugalibus erant adligati, qui medii erant & jugo impoſito trahebant currum Circenſem, unde dicti ſunt jugales, ad quorum latus dextrum erat dexter funalis, ad ſiniſtrum funalis ſiniſter.

Inſcriptionem illam de tot victoriis C. Appuleii Dioclis, quam Panvinius affert p. 107. leges etiam apud Gruterum p. CCCXXXVII. quam expoſuit in Plinianis Exercitationibus non paucis in locis Claudius Salmaſius. In primis oſtendit, equorum nomina, quibus vicit Diocles, non omnes quatuor nominari, quamvis quadrigis certarit, ſed tantum præcipuum jugalem, cui victoriam referebat acceptam, ceterorum nominibus omiſſis, quod in primis probat inſigni loco Silii Italici, ex libro XVI. ubi deſcribitur certamen quatuor agitatorum, ſed in quo quatuor tantum equi nominantur, cum tamen quilibet quadrigarius quatuor habuerit equos. Singulorum nimirum aurigarum ſinguli illi tantum celebrabantur, quibus victoriam ſe debere teſtantur. Dein declaratur, quid

in lapide sit, *occupavit & vicit*, *successit & vicit*, *eripuit & vicit*, quæ Circensis artis sunt vocabula. Ex quatur ostiis, qui carceres dicebantur, emittebantur quadrigæ. Inde legimus in antiquis inscriptionibus, *primo*, *secundo*, *tertio ostio missus*. Sed quia ad victoriam consequendam non parum referebat, ex quo quis ostio dimittebatur, sortiebantur inter se aurigæ ostia quatuor, qui illum missum debebant peragere. Felicissimus erat in sortiendo, cui sors assignabat primum ostium, quod proximum erat Murciis metis, qui primatum in illo missu obtinebat, &, si observaret omnia, quæ peritis aurigis observanda sunt, nec casus interveniret, præ ceteris facilius victoriæ potiebatur, quia illi rectissimus erat cursus proxime spinam ad flexum circa metam, cum ceterorum curricula essent longiora, quia longius aberant a spina & metis in fine spinæ positis. Inde & qui e primo ostio emittebatur, dicitur *occupavit & vicit*. *Occupavit* scilicet primum locum inter agitatores sorte. Mallet Salmasius *occupavit* esse prævertit alios. Sane *occupare* frequentissime est præoccupare, prævertere, ut *occupare bellum* apud Justinum, est priorem bellum inferre, *occupare cædem* apud eundem, & alia infinita. At si tantum momenti situm est in loco, sive ostio primo ad consequendam victoriam, quæ laus est & ostentandi caussa, cum quadrigarius sortis munere ex ostio primo emissus alios quadrigarios antevertit? Itaque in hac locutione *occupavit*, est, ut dixi, primum inter aurigas locum occupavit sortitione. De quadrigario, qui ex secundo prorumpebat ostio, dicebant *successit & vicit*. Ille enim illi, qui ex ostio primo prodierat, succedebat non tempore, sed loco, qui proximum optimo sortitus erat. Ita ut hæc verba *successit & vicit* idem sit, ac secundo missus est ostio, & tamen vicit. Deteriore loco erat, qui ex tertio prosiliebat: si is anteverteret priores duos, dicebatur eripuisse & vicisse. Sic enim in marmore, *eripuit & vicit*. hoc est, tertio aut quarto missus ostio, eripuit duobus aut tribus, qui illum respectu opportuni loci antecedebant, campum, hoc est, illos antevertit. Sic enim loquebantur Circenses. Silius Italicus lib. XVI. in descriptione Circensis spectaculi, quod Scipio edebat in Africa, ubi studiose vocabulis omnibus artis Circensis usus est:

> *Tene, Astur, certante feret quisquam æquore palmam*
> *Erepto?*

Erepto æquore est erepto campo seu spatio in Circo, ut te antecedat & ferat palmam. Sic optimum equum, in quo omnis spes victoriæ ei posita erat, alloquitur auriga. *Opponere & effundere* sunt quoque locutiones propriæ Circo. Plin. VIII. Hist. Natur. c. 42. *Claudii Cæsaris secularium ludorum Circensibus excusso in carceribus auriga Albato Corace, occupavere prima* (nimirum equi juncti ad currum) *tum obtinuere opponentes, effundentes, omniaque contra æmulos, quæ debuissent peritissimo auriga insistente, facientes*. *Opponere* dicebatur auriga qui cum ceteros antevertisset, & nimis a sequente urgeretur, qui campum ei eripere summa vi nitebatur, ut nulla vi & studio ipsum posset remorari, ac se antecederet, nisi arte quadam, qua currum obliquum nec opino opponebat, ut tergo inhærentis agitatoris currus, cum effuso ferretur impetu, in illum impingeretur, ut aut frangeretur, aut effunderetur auriga. Hæc pluribus exequitur divinus

Salmasius, & ex Silio & aliis priscis monumentis illustrat in Plinianis. Quæ cum minime sint trita, & a nostris, qui de disciplina Circi scripserunt, non observata, non duxi esse hoc loco prætermittenda. Cur tamen Salmasius *Albatum Coracem* putat esse nomen equi, miror, cum sit aurigæ nomen gregis Albati. Ceterum qua vixerit ætate iste victor victorum Diocles, cui dedicata est ista inscriptio, de qua egimus, cognoscimus ex Consulum nominibus, sub quibus tanta præmia victoriæ consecutus est. Aciolus Aviola & Corellius Pansa Coss. fuerunt anno V. C. 876. Torquatus & Asprenas II. (corrupte legitur apud Onuphrium librariorum vitio *Aspenate*) & Annius Libo Coss. erant V. C. 880 At Laenas Pontianus & Annius Rufinus anno 883. omnes seculo Trajani. Præterea Thallus & Flavius Scorpus, qui in illa laudantur, tanquam principes suarum factionum, fuerunt famosi agitatores sub Domitiano. De Scorpo Martialis lib. X. ep. L. & LI. de utroque IV. ep. 67.

Prætor ait: Scis me Scorpo Thalloque daturum;
Atque utinam centum millia sola darem.

Sed in epigrammate Martialis, quod ex lib. VII. affert Onuphrius, *Passerinus & Tigris* non sunt aurigarum nomina, sed equorum, sicut & *Aquilo & Hirpinus* in alio lapide, qui pag. 119. apud eundem Onuphrium laudatur, quos male in aurigarum censum retulit, cum fuerint nobiles equi, quibus vicerant aurigæ. Legitur autem in lapide illo, ut ex Marquardi Gudii syntagmate didici, qui lapidem illum inspexit: AQVILONI. AQVILONIS, non ut editur tam apud Onuphrium, quam Gruterum: AQVILONI K. AQVILONIS. ut significetur Aquilonem alterius Aquilonis esse filium. Sicut in eodem titulo Hirpinus dicitur Aquilonis Nepos. Nam equorum nobilium genealogiam veteres quoque observasse & publicasse priscis ex aliis inscriptionibus apud Gruterum liquet. Additur in lapide: VICIT. CENTIES. TRICIES. hoc est, primum præmium tulit prætervectus omnes currus centies tricies. SECVN. TVLIT. LXXXVIII. est vicit, & secundum præmium tulit, ut unus saltem illum anteverteret auriga, octuagies octies. TER. TVL. XXXVIII. significat, tertias tulit, seu tertium præmium, cum duo currus eum antevenerunt, tricies septies.

Conditores recte tradit Onuphrius factionum dominos appellari p. 122. Ara vetus apud Gruterum.

D. M. CLAVDIA. HELICE FECIT. C. AVILA. L. DIONYSIO COND. GR. RYSSATAE CONIVGI. DIGNISS

hoc est, conditori gregis seu factionis Russatæ.

Hi habebant succonditores, qui illorum quasi vice fungerentur, & curam gererent tam equorum, quam aurigarum. Lapis apud Gruterum CCCXL. 3.

M. VIPSANIO. FVLLONI. TENTORI
M. VIPSANIO. EROTI. AVRIGATORI
M. VIPSANIO. MVGIONI. VIATORI
M. VIPSANIO. QVARTIN. SVCCONDITORI
M. VIPSANIVS. RVFINVS. MEDICVS. FACT
VENETA. OLL. IIII. D. D

Et in præcedente pagina num. 5.

CHRESTO. CONDITORI &c.
LICCAEO. AGITATORI
HELLETI. SVCCONDITORI

Gloſſæ veteres: *Succonditor*, ἀλείπτης ἵππων. Is eſt, qui equorum morbis medebatur. Vipſanius vero Ruffinus, cujus in præcedente lapide mentio, M. Vipſanius Ruffinus medicus fuiſſe videtur ipſorum aurigarum Venetorum.

Lipſius II. Saturn. cap. 21. Martialis vexatiſſimum epigramma quod eſt in libro de Spectaculis 29. produxit:

Lex erat ad digitum poſita concurrere palma.

De illius ambigit ſententia, conjicit tamen, an *ad digitum pugnare* non ſit ita propinquos junctoſque pugnare, ut digitus modo intereſſet: ſed talis pugnæ nuſquam mentio, nec qualis fuerit poteſt intelligi. Athletæ & pugiles ſic certant, non gladiatores. Salmaſius ad Vopiſcum reſtituit hoc loquendi genus ex antiquiſſimo codice Bongarſiano Quintiliano, VIII. Inſtitutionum cap. 5. *Contra eandem ſororem gladiatoris, cujus modo feci mentionem, ad digitum pugnavi*, cum in vulgatis legatur inepte *at digito pugnavi*. Cum vero ὁ πάνυ exiſtimat, *ad digitum pugnare* eſſe digitis pugnare, & hoc idem notare, quod communius dicunt, *digitis micare*, minime nobis perſuadet. Nec enim micatione digitorum in certamine gladiatorio palma paratur, ſed robore, uſu & arte armorum. Nihil autem eſt aliud *ad digitum pugnare*, quam hac conditione pugnare, ut paria non ceſſent a digladiando, quam alteruter ſuccubuerit, & erecto digito declaret & fateatur, ſe victum eſſe. Cur vero hoc dicitur *ad digitum pugnare*? Muneratores ſolebant, antequam committebantur gladiatores, conditiones ferre & proponere aut editis libellis, aut certis ſignis & ſymbolis, unde cognoſcebatur, quibus legibus certandum eſset. Ad quod exemplum legitur in paſſione Perpetuæ & Felicitatis: *Hic Ægyptius ſi hanc vicerit, occidet illam gladio: & ſi hunc vicerit, accipiet ramum iſtum*. Hæc licet per quietem viderit Perpetua, reſpiciebant tamen communem amphitheatralem conſuetudinem, & quæ vulgariter ſolebant fieri. In hoc munere, de quo Martialis, ut ſcirent gladiatores, qua lege concurrendum eſset, ejus legis ſignum propoſuiſse videtur Domitianus in amphitheatro manum erecto digito palmam tenentem, quo ſignificabatur neminem debere palmam auferre, niſi cujus adverſarius ſe ſuccu-

buisse erecto digito indicasset, se victum esse. Id satis clare colligitur ex verbis præcedentibus:

Cum traheret Priscus, traheret certamina Verus,
Esset & æqualis Mars utriusque diu.
Missio sæpe viris magno clamore petita est,
Sed Cæsar legi paruit ipse suæ.

Quamvis populus magno clamore peteret, cum diu Mars communis fuisset, & certasent ambiguo eventu Priscus & Verus, mittendos esse ambos, qui tam strenue pugnasent per tam longum temporis spatium, ut neuter posset alterum vincere, Cæsar noluit violare suam legem, qua signo proposito præceperat pugnandum esse ad digitum. Hinc cum invictus uterque perstaret, ingenioso commento victoriam uterque consecutus est, quod subjicit Martialis:

Pugnavere pares, succubuere pares.

Uterque succumbens tandem digitum sustulit, quo testabatur se esse victos, cum tamen neuter vicisset suum æmulum. Ita utrique data fuit palma tanquam victori.

In eodem libello cap. 21. docet Lipsius præter complures portulas, quæ fuerint in una parte Amphitheatri ad emittendas feras, & alios usus, fuisse duas portas majores, quæ sibi fuerint adversæ & oppositæ. Unam ostendit Libitinensem dictam, per quam efferebantur gladiatores & bestiarii occisi, alterius nomen ignorat. At istius nomen discimus ex Passione S. S. Perpetuæ & Felicitatis: *Et cœpi*, inquit Perpetua, *ire cum gloria ad portam Sana-vivariam*. Sic enim bene correxerunt pro *Sanavivaria*. Inferius: *Et ambæ pariter steterunt, & populi duritia devicta revocatæ sunt ad portam Sanavivariam*. In MS. est *ad portam Sanevivariam*. Sicuti Libitinensis porta dicebatur, per quam exportabantur, qui in Libitinæ censum venerant, sic *Sanavivaria* dicta, per quam, qui vivi illo certamine fuerant & periculo defuncti, exibant, ut pulchre doctissimus Vir Petrus Possinus in Paralipomenis ad illam passionem observavit. Hæc Libitinensi erat adversa, per quam ex Amphitheatro ibatur in forum. In eadem Martyrii descriptione, mentio fit cœnæ liberæ: *Pridie quoque cum illa cœna, quam liberam vocant, quantum in ipsis erat, non cœnam liberam, sed agapen cœnarent; eadem constantia ad populum verba ista jactabant*. Vir magnus, Henricus Vallesius, in epistola quam ad lectorem præfixit editioni Parisiensi hujus passionis, ostendit, ad bestias damnatis pridie antequam pugnarent lautissimam cœnam solitam fuisse apponi in publico, quod Tertulliani probat testimonio ex Apologetico: *Non in publico liberalibus discumbo, quod bestiariis supremum cœnantibus mos est*. Addit, ejus cœnæ meminisse quoque Scholiasten Juvenalis ad Satyræ XI. hunc versum:

Sic veniunt ad miscellanea ludi.

Genus, inquit, *miſerabile ferculi*, *miſcellanea cibus gladiatorum*, *id eſt*, *ultima cœna*. *Ideo miſcellanea*, *quia omnia quæ apponuntur eis miſcent*, *& ſic manducant*. Dici autem liberam, vel quod apponeretur eis quicquid deſideraſſent, vel quod ſumma cum libertate ac licentia fuerit peracta. Hæc quoque cum pertineant ad cognitionem rituum Amphitheatralium, non fuerunt prætereunda, cum a Lipſio non fuerint obſervata.

In alia multa potuiſſet animadverti, præſertim in Bulengerum: ſed his erimus hoc tempore contenti. Vale.



SERIES SCRIPTORUM

Quæ in nono Tomo Thesauri Antiquitatum Romanarum inveniuntur.

ONU-

ONUPHRIUS PANVINIUS,

VERONENSIS,

DE LUDIS CIRCENSIBUS

CUM NOTIS

JOANNIS ARGOLI J. U. D.

ET ADDITAMENTO

NICOLAI PINELLI J. C.

ILLUSTRISSIMO DOMINO

D. JACOBO LINDENOU,

TOPARCHÆ IN HUNDSLUND, &c.

PAULUS FRAMBOTTUS

FELICITATEM.



ROMANÆ historiæ parens PANVINIUS omne Quiritium ævum pari fide, atque elegantia complexus, Ludos magnos, & Circi studia peculiari opere exsecutus est; Carceres, aggerem, delphinas, utrumque spatium, metarum, ac graduum ingentia fragmenta, jacentium quoque obeliscorum minas Urbis parietinis semisepulta, ipsisque ruinis priorem magnificentiam in invidiam testantia, improbo labore eruit, annisque magis, & oblivione quam ruderibus obruta excitavit, luci reddidit, veteresque delicias Urbi duas res olim anxie optanti panem, & Circenses, bona fide restituit: Quadrigarum missus, flexus metarum, factionum colores, populi sponsionibus circa panni eventum certantis furorem, totamque illam si arenæ immanitatem, scenæ impudicitiam spectes magis excusabilem Circi insaniam non sine voluptate oculis subjecit. Magnum opus, Onuphriique ipsius eruditioni, ac diligentiæ par. Sed illud nescio quo fato temporis invidiam iterum incurrit, æreque ac litteris ducti Circenses mortalium incuria, bonarumque litterarum neglectu dispersis, aut suppressis exemplaribus pari oblivione tamquam ruinis recidivo funere consepulti jacuerunt. Quare non exiguam me ab eruditis initurum gratiam speravi, si clarissimi ingenii monumenta denuo typis vulgarem, ac veluti Panvinii beneficium perficerem, additis etiam in gratiam juventutis pro ludorum corollario doctorum virorum observationibus. Quem autem alium quam te Generosissime LINDENOVI, qui ludis hisce mappam mitteret Prætorem optarem? Quem longa Procerum series, sed præcipue Magni HENRICI RANZOVII abavi nunquam interitura gloria, ingenii cultus, litterarum amor minime vulgaris, linguarum peritia, vividus, ac vere militaris spiritus Megalensi purpura dignum reddiderunt. Regis autem Daniæ potentissimi præsens favor interiori ministerio admotum privatis curis supervexit, Italiæ Reguli tantam indolem complexi in certamen coluere. In te igitur triumphali veste, cultuque Jovis Ludis præsidentem spectatorum mentes, atque oculi obversi sunt; Jam majorum tuorum seriem tamquam prænunciam Circensium pompam ferculaque & thensas libentes oculis usurparunt: quid aliud restat quam ut signum mittas admissumque spectaculis orbem voti compotem reddas? Neque te vetus factionum insania, turbæque cœtus miscentis furor perterreat; Viridis pannus partium tuarum erit, sed & una Venetus favebit, terræque ac maris factio reliquis discors in hoc conveniet, ut Tibi Romanos Ludos Romana magnificentia edenti jactatis togis claraque voce plaudat. Vale. Patavii a die XIII. Junii Anno M. DC. XLII.

ONUPHRII PANVINII

V I T A.



VErona, Cenomanorum urbs antiqua & ampla, Brenni Gallorum Ducis opus, cum civium nobilitate, populique frequentia ſemper floruerit, tum multo clariſſima fuit a viris, quos ingenio doctrinaque præſtantiſſimos edidit. Cives illius ſunt Poetarum amœniſſimus Catullus, Æmylius Macer, Guarinus Orator, & naturæ nimium curioſus indagator Plinius, nunquam perituris æternæ famæ tabulis inſcripta nomina: quibus non exiguum additamentum jungitur ONUPHRIUS noſter PANVINIUS vir ingenii maximi, & ſimul (quod inſolens) ſtudii indefeſſi; cui quantum tota Reſpublica litteraria debeat, memorari ex juſto nequit. Sacram omnem profanamque hiſtoriam non modo evolvit accuratiſſime; ſed rerum præterea ſeriem ac tempora diſtinxit, expreſſit, lumenque accendit omnibus, qui adſcribendum poſtea animum appulere. Tomos duos Annalium priores, quos magno cum Eccleſiæ fructu atque ornamento perſcripſit Cæſar Baronius, noſter ONUPHRIUS delineaſſe antea, & primam eorum graphidem poſuiſſe creditur, quos deinde Cardinalis compoſuerit, polierit, expurgaveritque. Creditu admodum difficile eſt, quam profunde ſe libris quaſi immerſerit, ut plane immortuus iis, aut potius in iis ſolis vivere videretur. Primum vitæ florem, & quod reliquum vitæ (nimium brevis) duxit, totum lucubrationibus aſſiduis conſecravit. Hinc non tantum eruditiſſimis, ſed principibus quoque viris in pretio fuit: quod ei exitio fuiſſe exitus comprobavit. Cum enim Alexandrum Farneſium S. R. Eccleſiæ Cardinalem & Pro-Cancellarium in Siciliam comes ſecutus fuiſſet, Panormi fato iniquo, quia immaturo, e vivis raptus eſt: (Obiit autem ætatis ſuæ anno inchoato XXXIX. Domini MDLXVIII. XVIII. Calend. April.) ſed memoriam ejus nulla dies eripiet, quam librorum præclara monumenta immortalem reddiderunt.

Vidit ut ONUPHRI jam lumina morte natare
  Muſa, cui Hiſtorica nomina laude fluunt:
At tibi fatalis, clamat, triſtiſque Panorme,
  Hiſtoriæ tollis quæ mihi grande jubar;
Ipſa memor quoties fueris morientis ONUPHRI,
  Ex oculis lacrymæ fluminis inſtar eant.

VIRORUM DOCTISSIMORUM
DE
ONUPHRIO PANVINIO
TESTIMONIA.

PAulus Manutius l. II. epiſt. IV. ad Antonium Auguſtinum, Pontificis Romani ad Regem Romanorum Legatum: ONUPHRIUS PANVINIUS, *ille antiquitatis belluo; ſpectatæ juvenis induſtriæ, & ingenio ac probitate præſtans, hic eſt, eritque, ut video, in aliquot menſes. Imprimit ſuos Faſtos cum commentariis, & interim adornat alia. ſæpe litigat obſcuris de rebus cum Sigonio noſtro: ſed utriuſque bonitas, mutuus amor, excellens ad cognoſcendum judicium facit, ut inter eos facile conveniat.*

Idem lib. III. epiſt. XVII. ad M. Antonium Muretum: *Libri aliquando exierunt, quos ad te mitto,* ONUPHRII PANVINII: *Non dubito, cum legeris, quin meum de illius præſtanti virtute teſtimonium confirmes. Habet alia in manibus, unde fructum ſtudioſi capere vel maximum poſſint. Quæ ut edat maturius, otium illi exoptare, qui rerum nobilium ſcientiam appetunt, omnes debent.*

Joſephus Scaliger lib. V. *de Emendatione temporum* f. 248. ONUPHRIUS *optimus vir, & in cujus obitu omnes numeri Hiſtoriæ collacrymarunt.*

Idem lib. VI. f. 264. ONUPHRIUS PANVINIUS *eſt Pater Hiſtoriæ.*

Joannes Friſius in diebus emortualibus virorum armis litteriſque celebrium: ONUPHRIUS PANVINIUS *Veronenſis, Eremita Auguſtinianus, antiquitatis indagator ſolertiſſimus.*

Juſtus Lipſius in Panegyrico Plinii: ONUPHRIUS, *verus pater principalis hiſtoriæ, & Faſtorum.*

Jacobus Auguſtus Thuanus *Hiſtoriarum ſui temporis* lib. XLIII. ONUPHRIUS PANVINIUS *Veronenſis, Eremita Auguſtinianus, vir ad omneis & Romanas, & Eccleſiaſticas antiquitates e tenebris*

eruendas natus: quod præclara ejus & ad omnem æternitatem victura monimenta testantur. Qui Alexandrum Farnesium Cardinalem præcipuum patronum suum in Siciliam profecutus, alienissimo & sibi & publicæ utilitati, cui in Ecclesiastica historia concinnanda inserviebat, tempore, Panhormi obiit XVIII. *Kalend. April. cum annum tantum ætatis* XXXIX. *attigisset.*

ONUPHRII PANVINII

Libri, qui publicam lucem viderunt; prælo expressi.

Epitome Pontificum Romanorum a S. Petro usque ad Paulum IV. Gestorum videlicet, Electionisque singulorum, & Conclavium compendiaria narratio. Venetiis MDLXXIII.
Cardinalium item nomina, dignitatum tituli, insignia, legationes, patria, & situs. Venetiis MDLVII.
Platina de vitis Pontificum restitutus, cum LX. *ad eas Adnotationibus, & Additione Pontificum a Sixto IV. usque ad Pium IV.*
De præcipuis urbis Romæ sanctioribus basilicis, quas VII. *Ecclesias vulgo vocant. Coloniæ* MDLXXXIV.
De primatu Petri, & Apostolicæ Sedis potestate, libri III. *Venetiis* MDXCI.
Chronicon Ecclesiasticum a C. Julii Cæsaris imperio usque ad Imperatorem Maxæmylianum II. Coloniæ MDLXVIII. *& Lovanii* MDLXXIII.
De antiquo ritu baptizandi catechumenos, & de origine benedicendi imagines cereas, Agnus-Dei vocantur, lib. I.
De Sybillis.
Chronicon Ordinis Eremitarum a D. Augustini tempore usque ad annum MDL.
Interpretatio multarum vocum Ecclesiasticarum, quæ obscuræ vel barbaræ habentur, lib. I.
De ritu sepeliendi mortuos apud veteres Christianos, & eorum cœmeteriis, lib. I.
De stationibus Urbis Romæ, lib. I.
Fasti & Triumphi Romanorum, a Romulo usque ad Carolum V. Imperatorem, additis Impp. Occidentalium & Orientalium iconibus. Venetiis ann. MDLVII. *&* MLXXIII. *item Heidelbergæ* MDLXXXVIII. *Commentarii Reip. Romanæ, lib.* III. *Venetiis ann.* MDLVIII. *& Francofurti* MDXCVII.
Commentarius de Triumpho. Venetiis in folio regali MDLXXI.
Commentarii in Fastos Consulares. Ibidem.
Civitas Romana. Ibidem MDLVIII.
Viginti septem Pontificum Rom. elogia & imagines accuratissime ad vivum æneis typis delineatæ.
Libri IV. *de Impp. Romanis, Græcis & Latinis: deque iis, qui suum habuere imperium in Italia, Gothis, Longobardis, Francis, Germanis, Hispanis, & aliis Nationibus, cum eorum Genealogiis & Arboribus a Cæsare usque ad Ferdinandum Imperatorem.*
Liber de Ludis Circensibus cum æneis iconibus. Venetiis an. MDCII. *& Parisiis* MDC.

Libri qui prodierunt manuscripti.

Quinque libri de Comitiis Imperatoriis, quibus expenduntur varii, atque adeo omnes modi eligendorum Imperatorum a Cæsare usque ad Maxæmylianum II. cum Institutione VII. *Electorum Imperii. Extant Monachii in Bavarica Bibliotheca.*
De Ecclesia, Baptisterio, & Patriarchio Lateranensi.
Historia familiæ Frangipaniæ, lib. IV.
Historia familiæ Sabellæ, lib. IV.
Historia familiæ Maximorum, lib. I.
Historia familiæ Cenciorum, libri II.
Historia familiæ Matthæorum.

Libri absoluti, sed in lucem non emissi.

De origine septem sacrorum Ordinum lib. I.
Collecta e viginti libris spiritualibus sive cærimonialibus de sacrificio Missæ, a Christi Domini tempore usque ad annum ∞. CCC. *una cum plerisque declarationibus rerum Ecclesiasticarum, Stationum, Indulgentiarum, sive condonationum; Interpretatione quoque rerum, seu verborum a Scriptoribus Ecclesiasticis usurpatorum.*
De dignitate Sedis Apostolicæ, & de potestate Summi Pontificis contra Centuriatores hæreticos. Quæ & inscripta est Historia Ecclesiastica.
Quinque libri de Creationibus Summorum Pontificum: deque morte ipsorum, inter-regno, legibus ea de re sancitis, a D. Petro usque ad Pium IV.
De origine Cardinalatus.
Chronicon Ecclesiasticum Summorum Pontificum, Imperatorum, Patriarcharum, Conciliorum, Virorum sanctitate ac doctrina illustrium.
Vitæ Patriarcharum quatuor primarum sedium.
Libri X. *de antiquis & recentioribus Ecclesiis, Monasteriis, Cœmeteriis, & aliis locis Urbis Romæ.*
Breve judicium de Historiis antiquis, Latinis & Græcis.
De antiquis Urbis Romæ ædificiis.
De Antiquorum superstitione, sacrificiis, auguriis, haruspiciis, sortibus, sacris epulis.
De Porticibus una cum tribus millibus Inscriptionum Romanarum.
Libri X. *de Antiquitate, & Historia Virorum illustrium Veronæ suæ patriæ.*

Libri partim delineati, partim semiabsoluti, partim absoluti, sed non recogniti.

De antiquis institutis, ritibus, cærimoniis, & usibus Ecclesiæ Romanæ.
De antiquis Officiis & Magistratibus Urbis Romæ.
Brevis collectio Conciliorum Generalium, & Provincialium.
Vitæ Archiepiscoporum & Primatum primariarum Ecclesiarum Occidentis, Aquilejæ, Gradensis, Ravennæ, Mediolani, Moguntiæ, Treveris, Coloniæ, Toleti, Canturberii, Senonensis, Lugduni, Carthaginis, & ejusmodi aliarum.
Historia Ordinis Eremitarum; & de Origine aliorum Ordinum Religiosorum, qui sunt apud Christianos.

ONUPHRII PANVINII VITA.

Hiſtoria Eccleſiaſtica Univerſalis.

Breviarium Imperii Romani, cum iis, quæ pace bellove geſta ſunt Romæ, & foris, a Romulo uſque ad Juſtinianum Imperatorem.

Volumen, quo univerſus mundi ſtatus deſcribitur; tam de iis, quæ ad Religionem, quam quæ ad Politiam ſpectant. Itaque & de ſectis, hæreſibus, Ethnica impietate. De vera autem Religione imprimis, mox de falſis ſeu abolitis, Judaica, Mahometana, & aliis: deinde & de Imperiis, Regnis, Rebus-publicis, Bellis inter eas, Opibus, Dependentiis, ut vocant, & Origine uniuſcujuſque Principatus.

LUDOVICO TURRIANO, MARCHIONI, ET COMITI VERONENSI.

MIHI pulchrum inprimis videtur, non pati occidere, quibus æternitas debeatur: nec Plinio alia mens fuit l. v. ep. VIII. Proinde, cum in luce ingeniorum Veronenſium ONUPHRIUS PANVINIUS maximam famam provocare potuerit, & gloriam; hunc Elogii honorem, qualiſcunque ſit, habitum ei volumus tibique dicatum, quo nihil in omni genere laudis ad exemplar antiquitatis expreſſius in Urbe noſtra reperitur. Plane, ſi neque venuſtate, aut elegantia, at certe propenſa in tuas laudes voluntate exiguum hoc munuſculum ſatis ſe tibi commendabit: cui multiplex laudatio Cozzæ Cottii, omnium, qui vivant (qualis Antipho Terentianus) hominis ornatiſſimi, me omnino adjunxit. Vale.

B. BRUSCHUS.

ONUPHRII PANVINII VERONENSIS ELOGIUM.

EXORNAT Veronæ gloriam ONUPHRIUS PANVINIUS, Vir omnium ſeculorum memoria perquam dignus: cui præſtantiſſimi ſuæ virtutis præcones contigerunt, Carol. Sigonius, Paulus Manutius, & Juſtus Lipſius, Viri ter maximi: magnum Antiquitatis aſſertorem, helluonem; ſpectatæ juvenem induſtriæ, ingenio, ut probitate, præſtantem; Virum induſtrium, diligentem, cui Romanæ memoriæ debent, debebuntque, illum deprædicantes. Hoc unum non minus vere, quam libere dixero: In PANVINIO laudando, qui ſolum, quod ſcire noluit, ignoravit, nihil dici tam amplum, & magnificum poſſe, quin plurimis omnino partibus ab ejus virtutum præſtantia ſuperetur. Quandoquidem is generoſa perantiquæ familiæ ſtirpe oriundus, quæ annis abhinc quadringentis Cremona Veronam demigravit, pubes factus; pio religioſi animi decreto Eremitarum D. Auguſtini familiæ nomen dedit. Cumque peracri judicio, & indefeſſo ſtudio ſecretiores doctrinarum receſſus, & penetralia admirabiliter invaſiſſet; a Hieronymo Seripando, ſupremo illius Ordinis Præfecto, ſacraque poſterius, & altiſſimæ proxima, fulgente dignitate, Romam adductus eſt. Ubi gentium egregium fœcundi, & maxime eruditi ingenii ſpecimen præbuit. Hiſtoricoſque omnes, quotquot undique in manus cadere poſſunt, accuratiſſime pervolutans; totum ſe diſcendis, & conſcribendis Hiſtoriis plauſibiliter tradidit. In quibus ſic excelluit, ut paucos habuerit pares, ſuperiorem fortaſſe neminem. Nimirum ſatis conſtat, res Romanas priorem illum e tenebris Hiſtoriarum eruiſſe, in ordinem digeſſiſſe, atque in lucem eduxiſſe; pertinaci quidem ſtudio, & exquiſita rerum omnium indagatione. Propterea quod ſummo ſemper in precio fuit apud viros Principes, Reges, Imperatores, Pontificeſque; variis locupletatus muneribus. Magna quoque pars, & præcipua extitit glorioſæ illius Vaticanæ Academiæ, ex qua olim Principes, Reges, Cardinales, & Pontifices prodierunt: quæ mihi ſumma, & celeberrima videtur hujuſce Viri laus, ſi nulla alia extaret.

Cum vero oculi contemptus auctores eſſe ſoleant; PANVINIUM nemo vidit, quin pluris, quam antea, fecerit: nemo propius, fixiuſque contemplatus eſt, quin magis ſuſpexerit. Nihilque antiquius illi fuit, quam ut cupiditates, & motus animi a ratione abhorrentes, atque honeſtate, quam maxime frangeret. Adamatus eſt mirum in modum a Marcello Cervino Cardinali, doctrina pariter, & ſanctitate ſpectatiſſimo: qui Pontifex declaratus, ad præaltas rerum maximarum ſpes PANVINIUM excitaverat; erexiſſetque munifice, & liberaliter, niſi intra XXII. diem, vixdum inito Pontificatu, exceſſiſſet e vita. Acceptiſſimus itidem vixit in contubernio Alexandri Farneſii, Purpuratorum Patrum munificentiſſimi; qui nihil, niſi ingenio perfectum, induſtria elaboratum, virtuteque abſolutum, approbare conſueverat. Hunc ille dum ſequitur, in Siciliam proficiſcentem, lethali febre correptus, XVIII. Kal. April. MDLXVIII. Panormi extinctus eſt, nonum, & trigeſimum annum agens; Romæque in templo S. Auguſtini ſepultura honeſtatus: eo appoſito Epitaphio, quod Amici, ſtudiis ævoque conjunctiſſimi, conſcripſerant. Quinque ſupra ſexaginta, diffuſa, erudita, laborioſaque exaravit volumina: ex quibus plura typis tum Italicis, tum Germanicis, incredibili omnium commendatione excuſa ſunt: alia male perierunt: alia vero alieno nomine falſo inſignita circumferuntur. Patria Hiſtoria, cujus editionem Veronenſium Decurionum decreto molitur Alexander Becellus, ingenii elegantia, & erudita laude monſtrabilis, per orbis oras propediem volitabit.

B. BRUSCHUS.

ONUPHRII PANVINII
VERONENSIS
IN LIBROS
DE LUDIS CIRCENSIBUS
PRÆFATIO.



ULTI preclaro ingenio, & doctrina prædici viri, Romanæ Historiæ præstantia & pulchritudine accensi; eam terris diu incognitam, & temporum injuria exterminatam, in pristinum decus & splendorem, nostris temporibus, quasi postliminio revocare aggressi sunt. Qui ejus dignitatem & eximiam excellentiam admirati, varias ejus parteis, quæ penitus exoluerant, ut uniuscujusque ingenii vis fuit, ex iis quæ supersunt veterum scriptorum monumentis, constituerunt. Quum alii Urbis Topographiam, alii antiqua jura, alii leges, alii comitia, alii senatum, alii fastos magistratuum, alii familias, alii imperium, alii demum alia ejusdem quasi corporis membra doctissimis lucubrationibus & commentariis, intra hoc decennium complexi, ad hujus disciplinæ præstantiam excolendam omnium hominum studia excitarunt. Hæc ego, qui ab ineunte ætate, acri naturæ impulsu, hisce ornatissimis studiis impense operam dedi, contemplatus, ne quid ad perfectam totius Historiæ Romanæ cognitionem deesset, summa industria, maximam & nobilissimam ejusdem Historiæ partem, a nemine hactenus, quod sciam, tractatam, quamquam obscuram & difficilem, post fastorum magistratuum, Urbis Topographiæ, & Reipublicæ Imperiique Romani explicationem, litteris mandare constitui. Ea est universa antiquæ religionis, vel (ut rectius dicam) superstitionis, falsorumque Deorum cultus, ritus, & cæremoniarum ratio. Ex cujus rei cognitione, multa nobis utilia hauriri posse, haud difficile demonstrari potest. Primum enim quantis errorum tenebris, quam prodigiosæ superstitionis involucris, genus humanum diabolica fraude diu involutum, & detentum fuerit, cognoscimus. Hinc maximum D. N. Jesu Christi beneficium animo complectemur, qui sanctissimæ doctrinæ lumine tetram errorum caliginem, quæ mentibus nostris insederat, disjecit; & certissimum Dei cultum, cujus cognitio ita obscura erat, ut aliquando an Deus esset, in controversiam revocatum fuerit, mortalibus aperuit: quo & viventes fœlicissimi, & vita functi perpetuo in æternis cœli sedibus beatissimi essemus. Ad hæc cognitu erit facile, quod etiam D. Augustinus Libro *de Civitate Dei* v. cap. XII. & XV. scriptum reliquit, veteres Romanos quanquam falsa religione implicitos, multa tamen ex fluxis & caducis hujus mundi bonis, ut divitias, opes, tot de hostibus victorias, & Imperium denique Orbis terrarum, non ob aliam præcipue caussam a Deo adeptos esse, quam quod virtutes, bonos mores, ritus, & cæremonias suas, etsi falsas & superstitiosas, accuratissime tamen, & sanctissime coluerint. Quibus rebus æstimare poterimus, quæ nos rectæ fidei & religionis cultores a Deo impetrare possemus, si re ipsa præstaremus, quæ aliquando verbis tantum profitemur. Latinæ demum linguæ, & veteris Romanæ Historiæ studiosis, quos multos in tota Europa esse scio, qui in ejus disciplina studium & operam collocant, utilissimam ejusmodi tractationem futuram esse opinor, quæ propter ejus amplitudinem, & multarum rerum cognitu dignarum comprehensionem, infinita pæne antiquorum auctorum loca, vel depravata, vel obscura aperiet & illustrabit; & priscæ Romanæ Historiæ, quæ hac in parte penitus obsoleverat, magnam lucem adferet: præsertim quum scriptioni multa vetusta marmorea & ærea monumenta, Typis æneis excusa, quæ sacerdotum, sacrificiorum, ludorum, & ædificiorum publicorum formas ostendent, adjunxerim. Universam porro veterem religionem scite & brevissime primo *Saturnalium* libro exponit Macrobius: *Festis* (inquit) *diebus, qui Diis dicati sunt, insunt satrificia, epulæ, ludi, feriæ. Sacra enim celebritas est, vel quum sacrificia Diis offeruntur, vel quum Diis divinis epulationibus celebratur, vel quum Ludi in honorem aguntur Deorum, vel quum feriæ observantur.* Ita ille. Vetus igitur omnis religio quattuor potissimum rebus Sacrificiis, Epulis, Ludis, & Feriis constat. Sacrificia, quibus Auguria, Haruspicinam, Sortes, Divinationem, de cœlo observationem, & alia ejusmodi adjunxi; item Epulas, aliis commentariis expediam. Quæ nunc in promptu habeo, de Ludis primum, mox de Feriis adferam.

SUMMA SINGULORUM CAPITUM HUJUS OPERIS.

ONU.

ONUPHRII PANVINII

VERONENSIS

DE LUDIS CIRCENSIBUS

CUM NOTIS

JOHANNIS ARGOLI,

LIBER PRIMUS.

CAP. I.

Qui ex Antiquis Scriptoribus ejusmodi Argumentum tractarint?

Sinnius Capito. Suetonius Tranquillus. M. Varro.



DE spectaculis, & certaminibus Romanorum [1] Sinnium Capitonem Libros aliquot, duos vero [2] Sueton. Tranquillum scripsisse, Lactantius lib. IV. cap. XX. & Suidas auctores sunt. M. Varro A ante eum, in Libris *rerum Divinarum*, de Circensibus, Theatralibus, & Scenicis ludis, origineque ipsorum; item de Feriis Commentaria scripsit, ut D. August. lib. VI. cap. III. *de Civitate Dei*, & Censorinus *de Die Natali* cap. VI. qui eosdem Varronis libros citant, tradunt. Quæ si haberemus, aut huic nostro labori consultum, aut locupletior hujus argumenti materia nobis esset. Sed & Q. Septimius Tertullianus, librum *de Spectaculis*; item D. Cyprianus brevem Tractatum edidere. Quibus ea improbant, singulas ipsorum partes enumerant, eorundem turpitudines, flagitia, pericula, recensent, Dæmonum cultum, *Tertullianus. D. Cypr.*

---

1 *Sinnium Capitonem*) Quamvis in Mm. Ss. Cod. Sinnium legatur; vetustissimum tamen exemplar Lactantii, quod est in Bibliotheca Cœnobii S. Salvatoris Bononiæ quadrato, prisco nempe illo & Latino charactere scriptum jure habet Sisinnium: sic præterea priscum ejusdem auctoris exemplar continet, quod exhibet Jo. Franciscus Lauredanus patricius Venetus, quale caput Diis superis! ex quo fateor oriri iterum posset Pallas. Suidas etiam de quodam alio Sisinnio. *Σισίννιον* dicit.

2 *Suetonium Tranquillum*) De ludis Romanis duos Libros, unum etiam de Græcis edidisse vult, Suidas. *Τράγκυλλος Σουετόνιος χρηματίσας γραμματικὸς Ῥωμαῖος ἔγραψε περὶ τῶν παρ᾽ Ἕλλησι παιδιῶν βιβλίον α΄: περὶ τῶν παρὰ Ῥωμαίοις, ϗ ἀγώνων βίβλια β΄.* Joannes Tzetzes.

> Τράγκυλλος ὁ Σουικτῖνος ἐν παιδίαις Ἑλλήνων
> Πολλὰς μὲν ἄλλας παιδίας, ϗ συμποσίων λέγει.

Agellius lib. IX. cap. IV. *Noct. Attic. Sed de fidibus rarius dictu, & mirabilius est; quam rem & alii docti viri, & Suetonius etiam Tranquillus in libro Ludicræ Historiæ primo satis compertam esse, satisque super ea constare affirmat; nervias in fidibus brumali die alias digitis pelli, alias sonare.* Servius de ipso intelligit, III. *Georg.* & V. *Æneid. Ut ait Suetonius Tranquillus, lusus ipse, quem Pyrrhicam appellant, Troja vocatur, cujus originem expressit in libro De puerorum lusibus.* Tempore Isidori libri puto extabant; nam ille de iis innuit *Origin.* libro XVIII. *Tranquillus autem dicit, dum cujusdam gladiatoris in ludum emissi gladius curvatus fuisset ex acie recta, procurrit unus ad eum corrigendum; tunc a pugnante responsum est; sic pugnabo. inde sicæ nomen datum est.* Nestoris præterea cujusdam *θεατρικῶν* Athenæus meminit lib. *Dipn.* ψ. facitque de ludis Hyginus cap. CCXXIII. *Munerarium* librum, in quo index ludorum esset, citat in Claudio Trebellius Pollio. sic & Phlegon Trallianus *ἔγραψεν ὀλυμπιονίκας ἐν βιβλίοις ις΄*. ait Anonymus *in descript. Olymp.* & testantur Photius, & Con-

& 3 Idololatriam meram esse ostendunt, ut illorum temporum rudes Christianos, iis nimis assuetos, & intentos, ab illorum visu, & vanitate arcerent, & ad puræ Religionis cultum omnino revocarent. Quorum Commentariis multum me profecisse fateor. Nec parum adjutus sum Isidori *Etymologiarum* lib. XVIII. *Epistolis aliquot* Cassiodori, & Sidonii Apollinaris *Panegyrico de Laudibus Narbonæ ad Cosentium*: qui ex instituto Circenses & Scenicos Ludos tractarunt. Ab iis præcipue, & aliis Latinis Græcisque scriptoribus, Dione potissimum, Tranquillo, & Polluce, quorum loca opportuna sigillatim afferam, ea quæ de Ludis scribere constitui, magna ex parte excepi. Quibus veterum marmorearum tabularum præclara adjumenta addens, hæc volumina edidi, & A ante omnia de Circensibus opus, libris duobus digessi. Quorum primo, Ludorum Circensium originem, Circi Maximi Topographiam & ornamenta; item currendi modum; Secundo alia Circensia Spectacula, cum iis quæ huic argumento consentanea sunt, & reliquorum Circorum descriptionem comprehendi.

Isidorus. Cassiodorus. Sidonius Apollinaris

CAP. II.

B *Ludorum etymologia, origo, & Genera.*

4 DE ludorum etymo, & origine, varie antiqui auctores prodidere. 5 Timæus Siculus in Commentariis *Ludos* a Lydis dictos putat, qui ex Asia Tyrrheno duce (is regni partem quæ ei obtigerat,

Ludi a Lydis dicti. Ludi a quibus instituti?

---

stantinus Porphyrogeneta lib. II. Them. XII. Stephanus præterea in Ιέγεις, & in Διὸς ἱερὸν. Maximus *in scholiis Areopagitæ*. Paulus Diac. lib. VII. aliique. Cratetem de ludis citat Pollux, lib. IX. cap. VII. ὅπερ ὑποδηλῶν ἔοικε Κράτης ἐν παιδίαις. Timæus enim Siculus, ait Suidas ἔγραψεν ὀλυμπιονίκας, καὶ χρονικάς. De Copa quodam agit lib. VIII. cap. XXII. *Copas, qui Olympionicas scripsit*. August. lib. VI. cap. III. *Civit. Dei*. De ludis etiam Varronem scripsisse refert, ac Censorinum, qui Varronem nominat. Divi Chrysostomi λόγος εἰς τὸ ἱπποδρόμιον legitur, sparsimque per homilias ejus multa habentur, quæ ad rem Circensem damnandam faciunt) ut *Homilia* XXI. LXIX. in Math. VIII. *de Pœnit.* XV. & XXI. *Ad populum Antiochenum*. *Oratione adversus Judæos*: *homilia de S. Phoca. de S. Barlaam. de Davide.* III. *in Joannem. De festis Deorum*, in quibus hæc certamina peragebantur, apud Græcos multi etiam tradidere auctores. Philochorus ab Harpocratione citatur, ὥς φησὶ φιλόχορος ἐν τῷ περὶ ἑορτῶν, quem & *in Oedip* Colon. Sophoclis advocat Interpres; atque ille Apollini φιλόχορος περὶ θυσιῶν. Sic Aristodemus; Schol. Theoc. *Idyll.* VII. Ἀριστόδημος ὁ Θηβαῖος περὶ τῶν ὁμόλων. Mons est Omolus Arcadiæ, in quo Pan colebatur. item & Apollodorus; Schol. Apollonii Ἀπολλόδωρος ἐν τρίτῳ περὶ θεῶν.

3 *Idololotriam*) Cernere ea impura spectacula, & præcipue munera, & venationes, ubi humanus sanguis profundebatur, tam pro impia re nostri olim Christiani habuere, ut pene cum homicidio compararent. Athenagoras *in Apol. pro Christiani*, ἡμεῖς πλησίον εἶναι τὸ ἰδεῖν τὸν φονεύμενον τοῦ ἀποκτεῖναι νομίζοντες, ἀπηγορεύσαμεν τὰς διὰ ὅπλων ἀγωνίας, καὶ διὰ θηρίων, καὶ τὰς τοιαύτας θέας. Tertull. *Apol.* c. IX. *De Spect.* c. X. Lactant. l. VI. c. XX. *Hos tamen ludos vocant, in quibus humanus sanguis effunditur: an possunt pii, & justi homines esse, qui constitutos sub ictu mortis, & misericordiam deprecantes non tantum patiuntur occidi, sed efflagitant?* Ambrosius *in Psal.* CXVIII. *Inutiles venatores, qui capiunt bestias, quæ in pompa spectaculo populari præbeant ministerium crudelitatis.* Arnobius *contra Gentes* l. IV. Salvianus l. VI. *De Gubern. Dei*. *In spectaculis summum delicium est mori homines, aut quod morte gravius, acerbiusque, lacerari, expleri ferarum alvos humanis carnibus, comedi homines cum circumstantium lætitia.* Damnat hæc spectacula Cassiodor. l. V. *epist.* XLII. Prudentius l. II. *in Symm.* D. Augustin. *De Symbolo* l. II. c. 3. & l. I. *de consensu Evangelistarum.* S. Cyrillus *cathec.* I. Basilius *Homil.* IV. *in Exam.* Nazianzenus *homil.* VII. Sed nostri non modo, Ethnici ipsi. Seneca *de Ira*. Plin. *in epist.* Cic. l. VIII. epist. I. Val. Max. lib. II. cap. VI. His adde Concilia, quæ sacris Patrum placitis idololatriæ nomine spectacula Scenica, & Circenses execrantur. Contra est *Arelatense Concilium* c. IV. *De agitatoribus, qui fideles sunt, placuit, quamdiu agitant a communione separari.* Arelatense II. idem habet c. XX. *De aurigis fidelibus*. Quin Laodicenum cap. de spectaculis LIV. Carthaginiense III. cap. XXXI. Caventur etiam Toletano Concilio tertio celebrationes ludicræ, cap. XXII. *Irreligiosa* (inquit) *consuetudo est, quam vulgus per Sanctorum solemnitates, & festivitates agere consuevit. Populi, qui debent officia divina attendere, saltationibus turpibus invigilant, non solum mala cantantes, sed etiam religiosorum officiis perstrepentes.* Quod repetit Cabilonense, & Concilio sexto Constantinopolitano prohibetur, ne noviluniis more antiquo rogi accendantur; antiquus siquidem mos ad nostra adhuc tempora transmissus in festis S. Johannis per Italiam observari solitus. Tibullus de eo lib. II. eleg. VII.

Ille levis stipulæ solemnes potus acervos
Ascendet, flammas transilietque sacras.

Rabbini quoque, ut superpondium addam, voluptatum harum castigatores extitere: ut in *Beresith Rabbà* cap. LXVII. & LXXXVII. in cod. *Chethubotb* cap. I. in cod. *Abodà Zarà*. cap. I. in cod. *Meghillà* cap. I. habetur.

4 *De ludorum etymo.*) Certe si ex Hetruria acciti ludi, & Lydi in Hetruriam concessere. Horat.

Lydorum quicquid Hetruscos
Incoluit fines.

proculdubio a Lydis ludi appellati sunt ad Timæi sententiam. sic Ovidius *de arte aman.* lib. X. probat in raptu Sab.

Dumque rudem præbente modum tibicine Tusco

fratri Lydo concesserat) in Hetruriam concedentes inter cætera sacra, Ludorum etiam Spectacula non voluptatis, sed [6] religionis nomine (ut Livius, Valerius, & D. Augustinus tradunt) instituerunt, quæ [7] Deorum sacrificiis postmodum adjunxere. Neque enim deinceps Ludi sine re sacra, hostiarum

A oblatione, odorum suffimentis, solemni supplicatione,& carmine facti sunt, quum Ludi non nisi adjunctis sacrificiis fierent. Et quemadmodum ob diversorumDeorum venerationem celebrabantur, ita diversa victimarum genera habebant. In Ludis enim [8] Jovi,

---

Lydius æquatam ter pede pulsat humum.

& planipedem ludionem intelligit. Appian. *in Lybicis.* λύδυς αὐτὺς καλῦσιν, ὅτι οἶμαι Τυῤῥηνικοὶ λύδων ἄποικοι. Sil. *Lydium amnem* Arnum nuncupat. hi choream in Latium attulere. Nonius eos describit. *Ludii, adolescentes imberbes, glabri, tunicis amicti insignibus, galeas, parmas, gladios gestantes in pompis theatralibus ordinatim incedebant, & in numerum saltabant, ut Salii.* Ad hoc Plautus *in Curculione.*

— ite causa mea Lydi barbari,
Subsilite obsecro, & mittite istbanc foras.

qui Comici locus ex Homeri carminibus in Figulos caminorum desumitur.

Δεῦρο δὲ καὶ χειρῶν ἀγέτω πολέας κενταύρυς
Τύντοιεν τὰ δ᾽ ἔργα κακῶς.

Cyrus devictis Lydis, ut talari veste uterentur, arma deponerent, cauponariam exercerent, ordinavit, quapropter molles effecti. Zenobius cent. I. unde λυδιάζιν apud Suidam pro græcari & lascivire. Adde Pelopem tibicinas ex Lydia ad ludos in Græciam adduxisse, ut habet Schol. Pind. *Olymp.* ode v.

6 *Timæus Siculus*) An ille hic, cui obtrectatoris cessit nomen? locus vero ex Tertulliano de Spectaculis desumptus est: citatur sæpe hic auctor apud Scholiastas, præsertim Apollonii Rhodii, ac Pindari.

6 *Religionis nomine*) Cassiod. ad hoc l. III. *epist.* LI. *Spectaculum expellens gravissimos mores, incitans levissimas contentiones, evacuator honestatis, fons irriguus jurgiorum, quod vetustas quidem habuit sacrum, sed contentiosa posteritas fecit esse ludibrium.* Cyprian. *de Spectac. Quod spectaculum sine idolo? qui ludus sine sacrificio? quod certamen non consecratum mortuis? Græca illa certamina, vel in cantibus, vel in fidibus, vel in vocibus, vel in viribus præsides suos habent varia dæmonia.* Lact. l. VI. c. XX. *Ludorum celebrationes, deorum festa sunt.* Isid. l. XIIX. c. XXIV. *Ludi Circenses sacrorum causa, ac Deorum gentilium celebrationibus constituti sunt.* Varro l. v. *ling. Lat.* Minutius *in Octavio. Specta de libris memoriam, jam eos deprehendes invenisse ritus, aut in instituendis sacris, vel ut remuneraretur divina indulgentia:* & inferius paulo aliter *sacra facta sunt, quæ fuerant usurpata solatia.* Idem quoque auctor. *Nos igitur, qui moribus, & pudore censemur, merito malis voluptatibus, ac pompis vestris abstinemus, quorum & de sacris originem novimus, & noxia blandimenta damnamus.* Tertul. *Spectaculis vestris in tantum renunciamus, in quantum originibus eorum, quas scimus de superstitione conceptas.* Fortasse superstitiones intelligit, quibus ludis piacula fieri manibus putabant, dum in funere eorum ludos procurabant. Silius Ital. lib. *belli Punic.* XVI.

Jam vestra tumulos terra celebrare meorum
Est animus, pacemque dare exposcentibus umbris:
Septima cum Solis renovabitur orbita cœlo,
Quique armis, ferroque valent, quique arte regendi
Quadrijugos pollent currus, queis vincere planta
Spes est, & studium jaculis impellere ventos
Adsint, & pulchræ certent de laude coronæ.

Æneas hoc modo in honorem funeris paterni ludos instituit in Sicilia, apud Virgil. lib. v. & Papin. *Theb.* VI. certamina in funere Archemori facta describit.

Grajum ex more decus. Primus Pisæa per arva
Hunc pius Alcides Pelopi sacravit honorem,
Pulvereumque fera crinem detersit oliva.
Proxima vipereo celebravit libera nexu
Phocis Apollineæ bellum puerile pharetræ;
Mox circum mœstas sacrata Palæmonis aras
Sacra superstitio.

7 *Deorum sacrificiis*) Minut. *in Oct.* Isid. *Res equestris antea simplex agebatur, & utique communis usus hujus reatus non erat.* August. *de Civitate Dei* lib. I. cap. XXXII. *Populo bellicoso, & solis ludis Circensibus assueto.* Puritatem illam in ludis antiquis sic tangit Martialis Domitianum laudans lib. VIII. *epig.* LXXIV.

Sanctorum nobis miracula reddis avorum,
Nec pateris, Cæsar, sæcula cana mori:
Cum veteres Latiæ ritus renovantur arenæ,
Et pugnat virtus simpliciore manu.
Sic priscis servatur honor, Te præside, templis,

simpliciore manu; non ferro, tridente, rete; sed ritu, quo veteres avi utebantur, antequam hostiarum vice templis caderent homines.

8 *Jovi*) Non Taurus Jovi, sed juvencus: nam inquit Serv. l. *Æneid.* III. *In victimis etiam ætas consideranda.* Virg. ibid. *Cœlicolum Regi mactabam in littore taurum:* ubi Serv. ipse. *Contra rationem Jovi taurum sacrificat, adeo, ut hinc putetur subsecutum esse prodigium: ubique enim Jovi juvencum legimus immolatum, ut, Statuam ante aras aurata fronte juvencum, Jam cornu petat, & pedibus qui spargat atenam:* item *Juv. qui vexat nascenti robora cornu:* & lib. IX.

[9] Neptuno, & [10] Apollini exhibitis, Tauri albi; [11] Junoni ejusdem coloris Vaccæ; | A | [12] Telluri Scrofæ; [13] Parcis Agnæ, & capræ

Juvencum autem secundum Romanas cæremonias dicit: nam Jovi de Tauro non immolatur nisi cum triumphi nomine suovetaurilium fieret. Nec aliter lib. II. cap. X. *Sat.* Macrobius, qui Virgilium ab hac culpa tuetur.

9 *Neptuno*) Virg. *Georg* II.

Taurum Neptuno, Taurum tibi pulcher Apollo.

Macrob. l. II. c. X. *nisi Neptuno, Apollini, & Marti Taurum non immolari.* Cur Taurus vero Neptuno sacrificetur, quod nempe humidum animal natura sit, habet Eustathius *ad Hom. Iliad.* Φ. ἔτι δὲ οἰκειότητα ἔχει ὁ ταῦρος πρὸς τὸ ὑγρὸν, καὶ διὰ τοῦτο καὶ Ποσειδῶνι θύεται. Alibi reddit rationem, quod mare mugiat.

10 *Apollini*) *Iliad.* α. Hom.

Η εἰ δή ποτέ τοι κατὰ πίονα μηρί' ἔκηα
Ταύρων.

& β. Ταῦρον δ' Ἀλφειῷ, ταῦρον τε Ποσειδάωνι.

Eustathius ad α. Ταύρους ὁ Χρύσης Ἀπόλλωνι θύει, τῷ ἡλίῳ συμφράττοντας εἰς τὸ ζωογόνον, καὶ ἀναδοτικὸν τῶν καρπῶν. vide eundem enarratorem ibi.

11 *Junoni*) Cum aerem Juno significet, ἥρα ὁ ἀὴρ κατὰ ἀναγραμματισμὸν, pura, & alba hostia ad serenitatem experendam ei accensetur. Arnob. *contra Gen. Quæ in coloribus ratio est, ut merito his alba, illis atra conveniat, nigerrimaque tractari? quia superis Diis, inquit, atque omnium dexteritate pollentibus color lætus acceptus est, & felix hilaritate candoris.* Virg.

Zephyris felicibus albam.

De Junone lib. *Æneid.* IV.

Junoni ante omnes, cui vincla jugalia curæ,
Ipsa tenens dextra pateram pulcherrima Dido
Candentis vaccæ media inter cornua fudit.

Et *Georg.* III.

Quæsitas ad sacra boves Junonis,

nempe albedinis exquisitæ. Sic alba sus ab Ænea eidem mactatur lib. VIII.

Candida per sylvas cum fœtu concolor albo
Procubuit, viridique in littore conspicitur sus:
Mactat sacra ferens, & cum grege sistit ad aram.

eæ hostiæ ita albæ, puræque *egregiæ* dicebantur, & *lectæ*, ut Virgil.

Mactat lectas de more bidentes.

ita habet Donatus *ad Teren. in Hecyr.* appellatæ etiam *eximiæ* Macrob. *Satur.* l. III. c. V. Non ergo taurus, sed vacca Junoni sacra: & merito ex sententia Arnobii ibidem. *Sed si sexibus pares, id est, fœminas fœminis, mares autem hostias maribus immolari sacrificiorum jura præscribunt.*

12 *Telluri*) Horat. l. II. *epist.* I. Tellurem porco, Silvanum lacte piabant: ubi Porphyrion: *positum porco, pro porca*: ad sexum victimarum respiciens. Servius *Georg.* l. II. *ratio victimarum fit pro qualitate numinum, nam aut hæ immolantur, quæ obsunt eorum nominibus, ut porcus Cereri, quia obest frugibus, hircus Libero, quia vitibus nocet.* Varro l. I. *de re rust. Libero Patri repertori vitis hirci immolarentur, proinde ut capite darent pœnas.* Porcus Telluri mactabatur, quia Tellus Ceres ipsa. *Schol. ad Hesiodi Theog.* dicitur Ceres δημήτηρ, οἱονεὶ γῆ μήτηρ, Eustath *Iliad.* I. & Macrob. l. III. *Cereri sues mactabantur.* Aristoph. *Achar.* χοίρους ἔγωγε μυστικάς: ubi Schol. διὰ τὸ ἐν τοῖς μυστηρίοις τῇ δήμητρος θύεσθαι χοίρους. Neque tantum porcos sacrificabant, sed eorum cruore deæ sellam inficiebant: idem loco citato: εἰώθασιν οἱ Ἀθηναῖοι σφάζειν δέλφακα, καὶ ῥαίνειν τὰς καθέδρας τῷ αἵματι αὐτοῦ εἰς τιμὴν τῆς δήμητρος. & *in Ranis.* χοῖρον τῇ δήμητρι καὶ τῷ διονύσῳ ἔθυον, ὡς λυμαντικοὶ τῶν θεοῖν δωρημάτων. Etiam oves illi sacrificium justum fuit, quia segetes devastabant. Virgil.

Mactat lectas de more bidentes
Legiferæ Cereri.

13 *Parcis*) Pro Diis si quidem habitæ: μοιρῶν sacellum in Lacedæmone colebatur. color niger Parcis datur, quia mortuorum tenebris aptissimus: mortuos nigrarum pecudum sanguine delectari ostendit Hom. *Odyss.* K.

Τὰ δὲ μῆλα λαβὼν ἀπεδειροτόμησα,
Ἐς βόθρον ῥέε δ' αἷμα κελαινεφές, αἱ δ' ἀγέροντο
ψυχαί.

Sic Horat. *Sat.* VI.

——— *Scalpere terram*
Unguibus, & pullam divellere mordicus agnam
Cœperunt, cruor in fossam confusus, ut inde
Manes elicerent.

Servius lib. *Georg.* II. *Aut certe immolantur ad similitudinem, ut inferis nigras pecudes, tempestati atras, candidas serenitati.* Notat etiam Apollonii Schol. victimarios, cum superis sacrificarent, jugulum pecudis ad cœlum vertisse, cum inferis, infra. ἔντομα δὲ, τὰ σφάγια; κυρίως τὰ τοῖς νεκροῖς ἐναγιζόμενα, διὰ τὸ ἐν τῷ ἀποτέμνεσθαι τὰς κεφαλὰς κάτω γῆς θύουσι τοῖς χθονίοις, τοῖς δ' οὐρανίοις ἄνω ἀναστρέφοντες τὸν τράχηλον σφάζουσιν. Lutat. ad rem sacrificalem probe lib. IV. *Theb. Tria sunt in sacrificiis loca, per quæ piationem facimus: scrobulo facto inferis, terrestribus supra terram, cœlestibus extructis focis. Inde etiam nominata sunt altaria, ad quæ sacrificantes manus porrigimus in altum.* Sanguine maxime delectari Parcas testatur Hesiodus in *Clyp. Herculis.*

furvæ, [14] Plutoni, & Proserpinæ Tauri, & Vaccæ nigræ, & aliis Diis alia atque alia hostiarum genera diversis ritibus & cæremoniis a veteribus immolabantur. Demum quum Romani, ex Hetruria peritissimos Ludorum artifices, Ludiones, & Histriones, ut Romæ Spectacula ederent, evocassent, ea ab auctoribus Lydis, *Lydos* primum, deinde mutata more Romano littera *Y* in *V Ludos* appellavere.

Ludi a ludo. At M. Varro *Ludos* a verbo *ludo*, id est, lusu denominatos arbitratur, quod in Ludis homines ludendo discurrerent, ut Lupercalibus, quæ ideo *Ludi* sunt appellata, quod ludendo per Urbem juvenes nudi cursitarent.

Ludorum origo. Ludos porro [15] a Græcis, Latinos & Hetruscos, ut multos alios ritus fuisse mutua- A tos, atque ab his ad Romanos fluxisse, aliquot etiam usque a Trojæ excidio Æneam in Italiam attulisse, veteres auctores, inter quos est Dionysius Halicarnasseus l. 1. prodidere.

Ludorum autem multa genera fuisse non est dubium. [16] Nam Græci sua ludicra, Latini, & Romani sua etiam habuere. De Græcorum Spectaculis alio libro disputabo, hisce enim Commentariis de Romanorum tantum Ludis institutus mihi sermo est apud quos vetusta Latinorum Græcorumque monumenta B accurate contemplans duo tantum fuisse præcipua genera observavi, Circensium scilicet, qui a Circo; & [17] Scenicorum, vel Theatralium, qui a Scena, vel Theatro appellationem sumpsere; nam Gladiatorum Spectacula non *Ludi* [18] sed *munera* dicebantur. Quod si quis eorum *Ludorum genera.* *Circenses, Scenici Ludi. Gladiatorum munus.*

---

14 *Plutoni & Proserpinæ*) Plutarchus *Probl.* cap. LII. Hor. *Carm.* lib. II. ode XXIV.

Non si tricenis, quotquot eunt dies,
Amice places illacbrymabilem
Plutona tauris.

Lib. VI. *Æneid.* Maro.

Sterilemque tibi Proserpina vaccam.

Ubi Servius. *Deæ congruam nunquam enitenti.* Sic Ulysses στεῖραν βοῦν se sacrificaturum mortuis pollicetur. *Odyss.* λ.

15 *A Græcis*) D. August. *de Civ. Dei* l. 1. c. XXVI. *Persuasitque oratione gravissima, ne Græcorum luxuriam virilibus Patriæ moribus pateretur obrepere, & ad virtutem labefactandam, enervandamque Romanam peregrinæ consentire nequitiæ.* Columel. lib. 1. cap. 1. *nam sine ludicris artibus olim satis felices fuere, futuræque sunt urbes.*

16 *Nam Græci sua ludicra*) Eorum aliqua cap. de Certamine Gymnico, & athletico inferius explicantur. Vide ad *Olymp.* ode VII. Pind. Schol.

17 *Scenicorum*) Circenses in Circo, isti theatro, sive cavea peragebantur; quamvis caveam Circum appellet Virg.

Consessu caveæ magnis Circensibus actis.

Et Silius. Quod tamen Ciceronis definitionem a nostro infra adductam non tollit. De Scænicorum origine *de Civ. Dei* lib. II. Augustinus facit. Hi apud vetustissimos pastores Athenienses sumpsere originem; per dies festos, post epulas in deum honorem cum lascivirent, & sine arte saltarent, incondito carmine canebant, donec fœcibus inuncti, ut pudorem tegerent satyrica scomata invenirent, ludosque instituerent, inter quos insilitio super utres: de qua re Virg. *Georg.* lib. II.

Præmiaque ingentes pagos, & compita circum
Thesidæ posuere, atque inter pocula læti
Mollibus in pratis unctos saliere per utres.

Et Tib. II. eleg. I.

Agricola, & minio suffusus, Bacche, rubenti
Primus inexperta duxit ab arte choros.

Inde Comœdia, & Tragœdia repertæ: prima ita appellata ἀπὸ τοῦ κωμάζειν, καὶ ᾠδῆ: ἐπεὶ ἐν ταῖς ᾠδαῖς ἐκώμαζον, vel ὅτι ὑπὸ τὰς κώμας περιιόντες ᾖδον, καὶ ἐπιδείκνυντο, μήπω πολέων οὐσῶν. Quod in vicis, & illecebris comitatis peragerentur, vel quod in vicis versantes canerent, & convivarentur, nondum existentibus civitatibus. Tragœdiæ etymi reddunt originem, quod vinum daretur victoribus, τρὺξ nempe: τρὺξ quando ἐστὶ νέος οἶνος Scholiasti Aristoph. *Achar.* unde τρυγητὸς vindemia: vel a τρυγῶν a fœcibus vini. quibus ora sibi canentes inficerent. In *Poetica* Hor.

—— plaustris vexisse poemata Thespis,
Quæ canerent, agerentque peruncti fœcibus ora.

Sive a τράγῳ a capro, quem lucrarentur victores Tragici. Horat. ibidem.

Carmine qui tragico vilem certavit ob hircum.

Ad quod etiam allusit Idyll. I. Theoc.

Αἴκα τῆνος ἕλῃ κεραὸν τράγον, αἶγα τὺ λαψῇ.

Quatuor genera dramatici poematis apud Græcos sunt, Tragici, Comici, Satyrici, & Mimici; apud Romanos Scenicæ fuere Fabulæ Prætextatæ, Togatæ, Tabernariæ, Planipediæ, de quibus non meæ est partis in præsentiarum plura dicere.

18 *Sed munera dicebantur*) Spartianus sic etiam in vita Ælii Veri: *fuit studiosus etiam Circensium, haud aliter, quam gladiatorii muneris.* Sed ludos alibi, & munera confundit in Macrino; ut re vera nobis appareat, ludos etiam de gladiatoribus, immo κυρίως dici. *Servos qui a dominis fugissent ad gladium ludis destinabat.* Et ita fere semper veteres boni auctores. Lact. lib. VI. cap. XX. *Hos tamen ludos vocant, in quibus humanus sanguis effunditur.* Distinctionem inter ludos, & munera ab ipsomet Lactantio habe. *Venationes, quæ appel-*

quæ dixi auctorem requirat, is M. Tullium habebit, qui libro secundo *de Legibus* universam Ludorum Romanorum rationem brevissime sic exponit: *Jam Ludi publici quum sint* [19] *Cavea, Circoque divisi, sint corporum certationes, cursu, & pugillatione, luctatione, curriculisque equorum usque ad certam victoriam Circo constitutis: Cavea, cantu, voce, ac fidibus, & tibiis, dummodo ea moderata sint, ut lege perscribitur.* Quibus verbis omnem Circi apparatum, & Scenæ artem, & eorundem partes peritissime describit: [20] utriusque enim Ludorum generis multæ erant species. At de arte Scenica, & ejus partibus, disputatione in alia volumina remissa, Circensium Ludicrorum, de quibus hisce libris tractare constitui, originem, varia nomina, eorum etymologiam, & diversa genera, Circi item descriptionem expediam.

CAP. III.

Ludorum, qui postea circenses dicti sunt, origo, varia nomina, & eorundem etymologia.

Ludos igitur quos antiquissimi Romani *Consuales*, posteriores vero *Circenses* appellaverunt, primus apud Elidem Arcadum oppidum, Deorum monitu Eliorum [21] Rex Oenomaus (de quo Plutarchus in Problematibus) & Pelops Tantali Phrygum Regis, & Taygetæ filius, ejusmodi ob caussam instituisse traduntur. *Circensium Origo* Quum Oenomaus Pisæ Rex ab Oraculo didicisset, se tunc moriturum, quum ipsius filia nupsisset, multis illam petentibus, proposuit certamen, quo victus interficeretur, victor filiam duceret uxorem. Curule autem [22] ad Neptuni aram in Isthmo Corinthiaco certamen instituit: & quum plures equorum (quos pernicissimos habebat) velocitate superasset, victosque occidisset, Pelops tandem curuli certamine congressus, equorum pernicitate vicit Oenomaum, abduxitque ex pacto uxorem Hippodamiam. Ita Pausanias, & Cassiodorus *Variarum Epist.* Libro Tertio. Sidonius in Panegyrico ad Antemium Augustum:

Græcia, ni pudor est, reparatis Pisa quadrigis
Suscitet Oenomaum, natæ quem fraude cadentem,
Cerea destituit resolutis [23] *axibus obex.*

Alia sententia de origine Circensium. Eusebius & alii, eorundem originem [24] ad Herculem referunt; qui dum apud Elidem

---

lantur munera, Saturno sunt attributæ, ludi autem Scenici Libero, Circenses Neptuno. Nec dubium est ludos dici de gladiatoribus proprie.

19 Cavea, Circove divisi) Olim tamen ante in foro, quam in circo, Theatrove inducti gladiatores. Aus. *de feriis Romanorum.*

Et gladiatores funebria prælia norunt
Decertasse foro; nunc sibi arena suos
Vindicat.

20 Utriusque enim ludorum) Tu Isidor. audi: nam aliter non assequeris auctoris in eo verbo certitudinem. *Ludus autem aut gymnicus est, aut Circensis, aut gladiatorius, aut Scenicus.*

21 *Rex Oenomaus.*) Pindari Schol. *Oenomaus pater Hippodamiæ filiam ob pulchritudinem deperiens, haudque illam Procis in uxorem tradere volens, eos ad certamen curule provocabat, confisus interim pernicitate currus, quem nemo assequi poterat: dabat etiam ut currui, cum aurigabantur, Hippodamiam veherent. Sed si aliquando vincere illi videbantur ipse contorta illico hasta, Procos necabat, atque cum plurimos ita interemisset, a Pelope est occisus: nam pecunia corruptus Myrtilus Oenomai auriga, illi axes machina quadam corrupit, ut vinceretur a Pelope.* Nomina etiam Procorum, qui ab Oenomao occisi sunt, ponit Scholiastes. De Oenomao habet quoque eadem Ode Triclinius, & Interpres Apollonii l. I. Lutat. lib. itidem. I. & IV. Theb. Lycophron. ubi & ejus Scholiastes Isaacus Tzetza, Diodorus Siculus; Pausan. *Eliac.* lib. II. Ovid. *in Ibin.* Sunt qui primum currum dicant reperisse Pelopem. ἱστέον, ὅτι τὸ μὲν ἅρμα Πέλοψ πρῶτος ἔδειξεν ἐξ ποσειδῶνος λαβών. Ode X. Olymp. Sch. *Illud vero non ignorandum, Pelopem scilicet primum currum mortalibus ostendisse, quem a Neptuno acceperat.* Sic Corippus lib. I. *De laudibus Justini.* Quadrigarum vero ludum hunc etiam reperisse præter alios testis est Cassiodorus lib. III. *epist.* 50. *Primus enim hoc (spectaculum) apud Elidem Asiæ Civitatem Oenomaus fertur edidisse.*

22 *Ad Neptuni aram*) De ea Pindarus *Ode.* I. *Olymp.* intelligit πολυξενωτάτῳ παρὰ βωμῷ. cur ara illa multis hospita dicta sit ob concursum decertantium, aut a Iambo filio Apollinis illic vaticinante, pete ibi a Scholiaste.

23 *Axibus obex*) Obex paxillus est, qui in foramen axis immittitur, σύζευξ Græcis. Schol. Sophoclis *in Electra.* σύζευξ δ' ἐςὶ τὸ εἰς τὴν ὀπὴν τοῦ τρόχου βαλλομένου μέρος; id est, πάτταλος τοῦ ἄξονος πλήμνη, καὶ πλήσμη significatur apud Schol. Apoll. lib. I. πάτταλος dicitur a πατάξω, quod feriatur, ut intret palus. *Patacca* monetam quoque vocant, a feriendo, feriri enim dicitur eleganter.

24 *Ad Herculem referunt*) Idem in Bibliotheca habet Apollonius: sed de Idæo Hercule intelligunt isti, de communi illo altero alii, cum Solino ait *Polybist.* cap. II. *Quippe certamen Olympicum, quod Hercules in honorem atavi materni Pelopis ediderat, intermissum Iphitus filius ejus instauravit, post excidium Trojæ anno quadringentesimo octavo.* sic Stat. *Theb.* lib. 7.

——— primum Pisæa per arva
Hunc pius Alcides Pelopi sacravit honorem,
Pulvereumque fera crinem detersit oliva.

ubi Lutatius. *Primus Hercules hunc honorem manibus Pelopis exhibuit, qui erat Herculi per Alcmenam genere conjunctus.* Auson.

Tantalidæ Pelopi mæstum dicat Elis honorem.

luderet, fratribus suis Pœoneo, Epimedi, Jasio, & Idæ, cursus certamen proposuit, victorque, se tunc primum, quum [25] Oleastri corona redimiri voluisset, id Ludicrum instituit. Quod postea Romulus, ut multa alia a Græcis mutuatus, in raptu Sabinarum edidit, ut Fabius Pictor, M. Varro, Pædianus, Tertullianus, Isidorus, idem-

---

Feram vero dixit olivam Papinius, quia sylvestris erat, nempe oleaster, sive quasi feralis, ut Lutatius ibi interpretatur. Vide inferius. At Diodorus quidem Siculus institutum certamen Olympicum ab Hercule, sed non Pelopi, verum Jovi patri consecratum prodit, ex quo Ausonii versiculi explicantur.

Primus Olympiacæ sacravit festa coronæ
Juppiter Argivi spatia ad longissima Circi.

& Tzetzes *Chil.* I. cap. XXII. οὐ πρὶν ἡρακλῆς Διὶ τῷ ὀλυμπίῳ ἀγῶνα τέθηκε λαμπρὸν ἐκ σκυλῶν τῶν Αὐγείε: sic Higinus etiam *fabula* CCLXXIII. Vell. deinde Paterculus Atreum horum ludorum institutorem facit lib.... *Hoc sacrum instituisse fertur ab hinc annos* ∞CL. *Atreus, cum Pelopi patri ludos faceret, quo quidem in ludicro omni genere certaminum Hercules victor extitit.* Inter has auctorum diversitates libet interim Phlegontis Tralliani, qui de Ludis Olympicis scripsit, fragmentum afferre: non enim parum huic rei proficere videtur. *Exponenda mihi videtur causa, ob quam Olympia institui contigit. Est autem hæc. Post Pisum, Pelopem, atque Herculem, qui primi solemnem conventum, ac certamen Olympicum instituerant, cum Peloponnesii eam festivitatem aliquandiu intermisissent, per id scilicet tempus, quod ab Iphito ad Corœbum usque Eleum duo detriginta Olympiadum numeratur certamenque neglexissent; seditio in Peloponneso fuit coorta. Ibi Lycurgus Spartanus, Prytanæi filius Europi. N. Sosi pron. qui Sosus patrem habuit Procleum, avum Aristodemum, proavum Aristomachum: fuit autem hic Cleodei filius, cujus pater Hyllus, Hercule & Dianira fuit natus) & Iphitus Hæmonis, aut, ut alii perhibent, Praxonidæ f. ab Hercule prognati, Eleus domo, ac Cleosthenes Cleonici f. Pisæus, ut populum ad concordiam, pacemque reducerent, cum Olympicam festivitatem statuerunt ad pristinam formam redigere, tum certamen gymnicum edere: itaque Delphos miserunt, qui Deum percontarentur, an hoc eorum probet consilium. Is respondit, bona eventura, si id exequantur, jussitque ferias indici urbibus, quæ certaminis esse vellent participes: quo oraculo in Græcia renunciato discus etiam scriptus est a Græcorum judicibus, quos ipsi Hellanodicas vocant, formam agendorum Olympiorum indicans. Cæterum Peloponnesios non admodum id certamen gratum habentes, molesteque id ferentes, pestis invasit, frugumque pernicies afflixit. Itaque ii, qui ante a societate istorum ludorum desciverant, denuo Lycurgum pestis amolitionem, ac remedium poposcerunt. Pythia vero sic respondit.*

O qui telluris famosam totius arcem
Mortales inter, natuque, & laude supremi,
Incolitis, quæ fata Dei, cano discite, jussu.
Neglecta altitonans irascitur ob sacra vobis
Juppiter, immenso qui maximus imperat orbi:
Cujus Olympia vos cultu spoliastis avito;
Quæ princeps Jovis ut Pisus celebraret honorem
Instituit: post huncque Pelops, quo Græcia rege
Floruit, unanimesque habuerunt mœnia cives
Oenomao instituit certamina lumine casso.
Tertius hæc Pelopi satus Amphitruone dicavit
Tantalidæ, grati servans pia jura nepotis.
Hæc sacra, & ludos abolere hos Juppiter ausis
Iratus pestem immisit, diramque famemque:
Verum instauratis cessabunt hæc mala sacris.

Peloponnesii, ubi hoc eis renunciatum oraculum fuit, fidem derogantes, denuo communi de sententia miserunt ipsi, qui accuratius Deum de oraculo interrogarent. Pythia autem hæc retulit.

O Peloponnesi Cives altaria circum
Ite, sacris, faustisque animis advertite dicta
Vatum, qui leges, & jura paterna sequuntur,
Vatum Eleorum monitis parete volentes.

Hoc oraculo accepto Peloponnesii concesserunt Eleis, ut certamen Olympicum instituerent, & ferias urbibus denunciarent. Porro tamen autem postea temporis Elei, cum opitulari vellent Lacedæmoniis, Eleos urbem oppugnantibus, Delphos consultum miserunt, & respondit Pythia in hanc sententiam.

Exortes belli patriam defendite vestram,
Et pacis Græcos communia jura docete
Auctores, anni veniant dum gaudia quinti.

Hoc oraculo dato, Elei bello abstinuerunt, & Olympia curarunt. Quinque Olympiades ita sunt exactæ, ut coronaretur nemo. Sexta placuit oraculum scitari, an victoribus coronæ essent imponendæ, eamque ob rem missus ad fanum Dei Rex Iphitus. Deus sic est fatus.

Iphite, victorem malo donare caveto;
Verum silvestris fructus redimitor olivæ,
Quam circum teneris inclusit aranea filis.

Cum ergo venisset Olympiam, inque luco multi essent oleastri, unum eorum deprehendens araneis circumdatum ædificio cinxit; atque ex ea arbore corona data est victoribus. Primus coronatus est Daicles Messenius, Olympiade septima stadio victor. Hæc Phlegon, quem Meursius edidit.

25 Stat. lib. *Theb.* VI.

Pulvereumque fera crinem detersit oliva.

Tzetzes. ὁ στέφος ἦν θάλος ἀγριελαίου. Lucian. *in Gymnaſ.* Ολυμπίασι μὲν στέφανος ἐκκοτίνου. Ariſtoph. *in Pluto*. Ανεκήρυττεν τῶν ἀθλητῶν αὐτῆς νικῶντας, στεφανώσας κοτίνου στεφάνῳ. Schol. κοτίνῳ δὲ ἐστέφοντο. Κότινος vero oleaſter, oliva ſterilis. In avibus Schol. Idem κότινον, ἀγριέλαιον, quem plantaſſe Herculem in fontibus Danubii dicit *Olymp.* Ode III. Pindarus, eumque ornamentum Olympiacæ victoriæ appellat.

τάν (ἐλαίαν) ποτὲ
Ιστρου ἀπὸ σκιαρᾶν ἔνεικεν
Αμφιτρυωνιάδας
Μνᾶμα τῶν Ολυμπία κάλλιστον ἄθλων.

Et obſcuri hic fontes Iſtri, ſunt abſconditi, ſecreti, & pene ſcrutatu Nilotici. At de fonte Iſtri, ut ex monumentis Interpretum Poetarum Græcorum liquet, ſcripſere Timagetus l. I. de Palud. In Prometheo Ligato Æſchylus. Scymnus l. XVI. *de Europa*. Eratoſthenes l. III. Apoll. Rhodius l. IV. ubi ejus Scholiaſtem adi. Timonax l. I. *de Scythis*. Pind. Od. III. *Olym.* ubi ad eum Schol. præter Ariſtot. reliquoſque notiſſimos. Erat non modo agreſtis oliva, ſed ſterilis lib. II. Schol. Apoll. κότινος οὐ μόνον ἀγριέλαιον, ἀλλὰ καὶ ἄκαρπος ἐλαῖα: proprie καλλίφυλλος appellatur, *oliva* nempe *ſpecioſa* זית רענן. At quoniam inſtitutum materiæ requirere id videtur, ponam breviter de certaminibus Græciæ paucula. Quattuor certamina olim Græciæ fuiſſe decantatiſſimum epigramma teſtatur, quod ita reddidi.

Bis duo ſacra colit certamina Græcia, quorum
Cæligenum duo ſunt, & duo ſunt hominum:
Hæc Jovis, & Phœbi, hæcque Palæmonis, Archemorique;
Dona, olea, atque apium, laurea, pinus in his.

Olympiacum certamen per dies quinque durabat. ode *Olymp.* VI. Triclinius, ſive Tzetzes ſingulis vero luſtris peragebatur. Pauſanias *in Eliac.* Lutat. l. IV. *Theb. Propter Olympicum certamen, quod luſtris ſingulis Circenſibus Jovi exhibetur Olympico.* Statim a ſolſtitio incipiebat ſolemnitas, & inde Græci annum inchoabant, & *Piſæum* ob id *annum* Græcanicum Statius nuncupat in Tibure Vopiſci: Piſa enim, Olympia, Elis idem. Triclinius ode I. Pind. Ad honorem Jovis Olympii peracti hi ludi & ad ejus templum. Mela. *in Achaja quidem Piſæ Oenomai Elis & nomen, delubrumque Olympii Jovis, certamine gymnico, ipſo ſimulachro, quod Phidiæ opus eſt, maxime celebre.* Tertull. *de ſpect. Olympia Jovi, quæ ſunt Romæ Capitolina.* Olympia ſane certamina magna appellat Schol. ad *Olymp.* XVI. *magni* dicti *ludi* quoque Circenſes Romæ. Secundi ludi Nemea dicebantur, quos conſtituiſſe Herculem occiſo Leone volunt, qui Nemeam regionem infeſtabat, ac patri Jovi ſacraviſſe. Corona ibi apium viride dabatur, χλωρὸν σέλινον, teſte Pauſania *in Arcad.* quod vocat βώτανα λέοντος Pindarus *in Nemeis*, a leone ab Hercule ibi interempto, & ſi alii ſelinum, ſive apium dixeris ex Archemori ſanguine natum faciunt, quo deinde ſint coronati victores in Archemori funeralibus, nam in honore hujus pueri inſtitutum hoc ludicrum in Græcia quibuſdam placet, interpreti præſertim Pind. *in Nem.* & auctori Lexici magni. Secedunt enim in partes in hac re auctores. Sed intellige fuiſſe ludos funebres Archemori, Jovis celebrationes. Pind. Schol. *Pyth.* ode I. Apium vero huic agoni ſacrum facit Lutat. l. VI. *Theb. Quia humilis herba immaturi luctus oſtendit indicium.* Archemorus ſiquidem puer erat. de Apio Juven.

Graiæque apium meruiſſe coronæ.

In Iſthmo tertium habebatur certamen Melicertæ funeribus ſacrum, ſolemnitates Neptuni erant, eas Neptuno Theſeus inſtituit. Plutarch. in ipſo. Plin. *Gymnicos in Arcadia Lycaon, funebres Acaſtus in Iolco, poſt eum Theſeus in Iſthmo;* de Melicerta, ſive Palæmone. Clem. Alex. *ad Gentes.* Pauſ. *in Atticis*. Τιμαὶ τῷ μελικέρτῃ δίδονται μετονομασθέντι Παλαίμονι. Lutat. *ad Stat.* l. VI. *Iſthmia, quæ in honorem Neptuni aguntur, finguntur Melicertia.* Et hæc ad templum Neptuni. Pauſ. & Strab. teſtibus, & Schol. Pind. ode XVI. Locus petroſus *petra* vocabatur ab aſpero ſaxo, unde Petræus Neptunus. Schol. *Apoll.* lib. III. Phranzes *Chron.* l. I. qui examilium Iſthmum dici aſſeverat: hujus certaminis corona, apium aridum, ut ode II. Pind. Schol. teſtatur. σύμβολον Νημέων σέλινον χλωρὸν, ἰσθμίων ξηρὸν: at e pinu olim, poſtea ex apio data corona, ibidem idem Schol. ac ille Apoll. l. III. ἐν ἀγῶνι τῷ ἰσθμικῷ οἱ νικῶντες πίτυϊ ἐστέφοντο τὸ πάλαι, ὕστερον δὲ ξηρῷ σελίνῳ. At Apollonius duos fieri ibi agonas velle videtur, in honorem Neptuni unum, alterum Melicertæ, & Nicandri interpres, ἄγεται τῷ μελικέρτῃ ὁ ἴσθμιος, καὶ ἀγών, ἐν ᾧ ὁ στέφανος ἦν πρότερον τοῖς νικῶσι ὑπὸ σελίνου, ὕστερον δὲ ὑπὸ πίτυος, ſed, ut vides, labitur hic Scholiaſtes. Erat vero apium ſylveſtre, ut ſylveſtris erat olea in Olympia, ita illud Nicandri σκεραδός τε σελίνου, interpretatur idem enarrator, atque ait τοῦ ἀγροσελίνου καλουμένου: de hoc agone Lutat. lib. VII. *Theb. In Melicertæ honorem agon celebratur Iſthmiacus, cujus victores pinu colebantur.* Erat & Pythium ultimum a Pythone ab Apolline occiſo nuncupatum, ſive a loco, ubi ſerpens putridus poſt cædem tabuerat. πύθεσθαι enim eſt σήπεσθαι, tabe infici, ſacrum erat Apollini ob cædem ſerpentis. Agonothetæ ibi Amphyctiones, erant ita appellati, & ex duodecim nationibus Græciæ electi. Vide Pind. Schol. Ode IV. *Pyth.* In ipſo laureæ præmium, *exhibetur in Delphis laurus*, inquit Pauſ. *in Arcad.* Olim in eo agone tantum cithariſtarum, & cantorum contentiones fiebant, poſtea ab Eurilocho aliæ etiam, ut curules, & equorum, inductæ ſunt, & ubi pecunia præmium dabatur, cœpta dari eſt laurea, Hippio Theſſalo inſtitutore. Schol. Pind. *Pyth. in argum.* Lauream illic Apollinem alii dicunt inſtituiſſe allatam a ſaltibus Theſſalicis, quos vocant Tempe. De ludis Pythiis vide Pauſ. *in Phocicis*. Hæc quattuor ludicra Græciæ, niſi fallitur Demetrius Triclinius, ut quattuor factiones Circenſes apud Romanos quattuor ſignificabant anni tempora, totidem elementa in mundo denotabant: Ipſe ad Pind. Ode I. Τέσσαρές εἰσιν ἀγῶνες, Ολύμπια, Νέμεα, Ισθμια, καὶ Πύθεια. οἱ μὲν τρεῖς ἐν Πελοποννήσῳ, ὁ δὲ τῶν Πυθίων ἐν Δελφοῖς γινόμενος: ὧν τὰ μὲν Ολύμπια, καὶ Νέμεα εἰς Δία, εἰς Ποσειδῶνα τὰ Ισθμια, τὰ δὲ Πύθια εἰς Απόλλωνα ἐτελεῖτο. ἔστι δὲ καὶ τέσσαρα στοιχεῖα τὰ τὸ πᾶν συνιστῶντα, πῦρ, ἀὴρ, ὕδωρ, γῆ. Ego vero quoniam

A que Caſſiodorus tradunt. *Quos ludos* (inquit Caſſiodorus poſtquam de Oenomao locutus eſt) *poſtea Romulus in Raptu Sabinarum necdum fundatis ædificiis*, [26] *ruraliter oſtentavit Italiæ*. & Valerius lib. II. cap. I. *de Inſtitutis antiquis*; *Circenſe ſpectaculum primus Romulus raptis virginibus Sabinis Conſualium nomine celebravit*. Quod etiam innuere videtur Virgilius *Æneidos* lib. VIII.

Nec procul hinc Romam, & raptas ſine more Sabinas
Conſeſſu caveæ [27] *magnis Circenſibus actis*
Addiderat, ſubitoque novum conſurgere bellum
Romulidis, Tatioque ſeni, Curibuſque ſeveris.

B Ubi illud ſcitu dignum, Virgilium ad ſua tempora reſpexiſſe, quum eos *Circenſes* appellavit. Nam ante Priſci Tarquinii regnum, a quo Circus iis edendis extructus fuit, jam inde a Romuli tempore *Conſuales* dicebantur, a Conſo Deo, cui (ut Pedianus, & Servius auctores ſunt) Romulus *Conſualia.* quando eos primum fecit, ſacravit. Is conſilii Deus putabatur, & præſertim ejus, quo tunc Romulus, Sabinarum virginum raptu, Romanis ſuis matrimonia invenit, & a quo opem conſiliumque in difficultate conjugiorum petierat: Cui poſtea in Circo ubi hi Ludi edebantur, ſub terra, juxta primas metas, ara dicata fuit, cum hac inſcriptione.

CONSVS. CONSILIO
MARS. DVELLO
[28] LARES. COMITIO
POTENTES

---

niam aquæ Olympiam comparat Pindarus, niſi ordinem Grammatici confuderint, Olympiam aquam repræſentare crediderim, Pythiam terram, Nemeam aerem, Iſthmiam ignem quamvis id ſerio affirmare non audeam. Erant quoque alii ludi aliis Diis dicti in Græcia, de quibus nobis inpræſentiarum dicendi munus non eſt. Vide interim Triclinium Od. VII. IX. XVI. *Olymp.* Ode XIV. *Pyth.* Schol. Hoc vero Georgium Monachum perſuaſit, ut crederet in Circo Romano myſterium elementorum fuiſſe; ac agitaſſe Romulum curules Circenſes, εἰς τιμὴν τῶν τεσσάρων στοιχείων.

26. *Ruraliter oſtendit)* Vorquet me iſta dictio: putarim *ruditer*; inter fluvium namque & enſes, ut aliquibus placet, egit olim primo Circenſes Romulus: Non ergo Cedrenus, & Georgius Monachus audiendi, qui Circum ipſum conſtituiſſe Romulum tradunt perperam. Cedrenus: ὁ Ρώμολος ἔκτισε πρῶτον ἱππικὸν ἐν Ρώμῃ, ὃν κιρκέσιον καλοῦσιν, εἰς ἑορτὴν τοῦ ἡλίου; τυποῖ δὲ τὰς μὲν δώδεκα θύρας τὰς δώδεκα οἴκους τοῦ ζωδιακοῦ κύκλου. τό τε πέλμα τὴν γῆν πᾶσαν εἶναι. τὸν εὔριπον τὴν θάλασσαν ὑπὸ τῆς γῆς μεσαζομένην. τὴν δὲ ἐπὶ τὰς θύρας καμπτῆρα ἀνατολὴν, καὶ τὸν ἐπὶ τὴν σφενδόνην τὴν δύσιν. Bis peccat: non enim primo oſtia in Circo conſtituit Romulus, qui turaliter, ſive ruditer ipſum conſtituit: ſecundo Euripus Circi Romani Oceanum referebat: & propterea arenam circumdabat, quæ terræ typus erat, ille Hippodromi Conſtantinopolitani per mediam arenam ſubter ferebatur, & deſignabat mediterraneum, quod decepit Cedrenum: ſed hæc ubi de Hippodromo ipſo agemus, fuſius tangentur. Hoc interim dictum volui, nempe ut oſtenderem miſcuiſſe Græcos auctores cum Romano Circo Conſtantinopolitanum Hipppodromum, quemadmodum Caſſiodorus noſtrum Circum cum illo Olympici agonis confudit: tutius Georgius. Ἔκτισεν ὁ Ρώμολος καὶ ἱππικὸν, θέλων διασκεδάσαι τὸ πλῆθος τοῦ δήμου τῶν Ρωμαίων, ὅτι στασιάζοντες ἐπῄεσαν αὐτῷ διὰ τὸν φόνον τοῦ ἀδελφοῦ, καὶ ἐπιτέλεσε πρῶτος ἱπποδρομίαν ἐν Ρώμῃ, εἰς ἑορτὴν (φασὶ) τοῦ ἡλίου: καὶ εἰς τιμὴν τῶν τεσσάρων στοιχείων.

27. *Magnis Circenſibus) Magni* hi ludi & Romani appellati ſunt, Livio teſte lib. I. eos *Magnos* Virgilius, ut hic apparet, nominat, Ovidius *maximos*, *Amorum* eleg. XXIV.

Maxima jam vacuo Prætor ſpectacula Circo
Quadrijuges æquo carcere miſit equos.

Magni ſunt appellati, veluti Servio placet, quantum ad paupertatem priſtinam; nam ob equorum inopiam diverſis olim uſi ſunt animalibus, poſtea aucta re Romana equi tantum admiſſi: ad priſtinum ergo memoriæ factum muli ipſi, ſicut equi certa die feriabantur. Dionyſ. lib. I. ἐν ᾗ παρὰ Ρωμαίοις ἐξ ἔθους ἐλινύουσιν ἔργων ἵπποι, καὶ ὀρεῖς, καὶ στέφονται τὰς κεφαλὰς ἄνθεσι. Aliter tamen interpretatur Aſconius *Verrina Cic.* III. habet enim. *Romani ludi ſub Regibus inſtituti ſunt, magnique appellati, quod magnis impenſis dati ſunt: tunc enim primum ludis expenſa ſunt ducenta millia nummum: alii ideo magnos ludos dictos putant, quod Conſo Conſiliorum ſecretorum Deo, id eſt, Neptuno laticum regi, & rerum conditarum, & diis magnis, id eſt, Laribus urbis Romæ, dati ſunt: quibus ajunt raptas Sabinas eſſe, ut videretur propter hoc dicere Virgil. magnis Circenſibus actis; nam magni, & Circenſes iidem ſunt.*

28. *Lares Comitio)* Ex triplici perſonarum nexu conſtat Reſpublica, ſenatorum, militum, ac plebe. Primis Conſus, Mars ſecundis, Lar plebi præeſt: at quia in comitiis maxime plebs, & populus valet: hinc Lares comitio petentes, quibus plebs commendatur. Comitiales quapropter Lares quoque fuiſſe affirmarim, atque id obſervo apud Poll. Ἐστιοῦχοι φράτριοι. Erant ſi quid diverſi nominis: erant *Rurales*. Cic. de *Leg. Lucos in agris habentes, & larium ſedes*: qui etiam in compitis ruſticis honorabantur. Suet. *in Aug. Compitales Lares ornare bis anno inſtituit*. Deque his Horat. *ad Phidilen* lib. carm. III. Ode XIII.

Cœlo ſupinas ſi tuleris manus
Naſcente Luna, ruſtica Phidile,
Si thure placaris, & horna
Fruge Lares, avidaque porca.

Et Tib.

Vos quoque felices quondam, nunc pauperis agri
Cuſtodes fertis munera veſtra Lares.

Apud quam [29] Nonis Julii ſacrificabant Sacerdotes publici, & XII. Kal. Septemb. Flamen Quirinalis, & Virgines Veſtales, ut in lib. *de Spectaculis* Tradit Tertullianus. Ejus porro ara, ideo terra defoſſa erat, quoniam Conſilium non ſacra modo res eſt, ut [30] ait Plato, ſed occulta quoque eſſe debet. [31] Conſum porro Græci *ἱπποποσειδῶνα* vocant, id eſt, *Neptunum equeſtrem*: cujus templum, ut Dionyſius l. I. eſt auctor ab [32] Euan-

---

Erant & *Compitales Urbani* lib. *Faſt.* I. Ovid. Cic. *in Piſone*, & *ad Attic. Viales* III. *Æneid.* Servius. Plautus in *Merc. Grundules*. Arnobius *contra Gen.* lib. IV. *Permarini*, nempe peregrini. Varro Sexqui-Ulyſſe: *Domeſtici, ac Familiares*. Apul. *de Dæm. Socr.* Plutarchus. Prob. L. Arnob. *contra Gent.* lib. III. Cato *de re ruſt.* Plaut. in *Aul.* ſic etiam *Comitiales* eſſe potuerunt.

29. *Nonis Julii*) Et XII. Kal. Septemb. XV. ſcribendum: nam XIIX. Auguſti die raptæ Sabinæ. Plut. *in Rom.* ἐτολμήθη μὲν οὖν ἡ ἁρπαγὴ περὶ τὴν καὶ ὀκτοκαιδεκάτην ἡμέραν τοῦ τότε Σεξτιλίου μηνος, Αὐγούστου δὲ νῦν, ἐν ᾗ τὴν κωνσαλίων ἑορτὴν ἄγουσι.

30. *Ait Plato*) In Theag. locus eſt, ni fallor; ἀλλὰ μὲν δὴ, ὦ Δημόδοκε, καὶ λέγεται συμβουλὴ ἱερὸν χρῆμα εἶναι. Sic ſe obſtringebat Mercurius in ſuo hymno apud Hom.

> καὶ ὤμοσα καρτερὸν ὅρκον
> Μή τινα νόσφιν ἐμεῖο θεῶν αἰειγενετάων
> Ἄλλον γ' εἴσεσθαι Ζηνὸς πυκινόφρονα βουλήν.

Apul. *Noſti ſanctam ſilentii fidem.*

31. *Conſum porro Græci*) Bifariam hic auctores de Conſo, quis ille ſit, evariant, at ut clarius explicemus, rem inconfuſe ponamus. Quidam volunt Conſum quendam eſſe Deum, cujus nomen publicari non poſſit, δαίμονι ἀρρήτῳ. Dionyſ. lib. II. ait, & cui ob conſilium, (unde vulgo nomen ſumpſiſſe Deum dicunt, cum myſtice lateat) Conſualia, hoc eſt, Circenſes ludi ſint dicati: alii dicunt Neptunum hunc eſſe. Utrumque tetigit Plutarch. in *Rom.* διεδόθη λόγος ὑπ' αὐτοῦ πρῶτον, ὡς θεοῦ τινος ἀνευρήκοι βωμὸν ὑπὸ γῆς κεκρυμμένον· ὠνόμαζον τὸν θεὸν Κῶνσον, εἴτε βουλαῖον ὄντα: εἴτε ἵππιον Ποσειδῶ. Eſſe Deum ſilentii Conſum vetus gloſſa adjuvat, κῶνσος υἱὸς Ἴσιδος. Harpocrates, qui eſt *Sigalion*: ut Plutarchus habet *de Iſide, & Oſiride*: ita ut Conſus a condo ob id deducant, quaſi a *conſo*, id eſt, *conſulo*, unde apud Varr. lib. IV. *de Ling. Lat. Qui recte conſat, id eſt, conſulit, a Deo conſiliorum præſide*. Conſare ergo Conſulere, *conciare, acconciare* nunc Itali, a quo nomen trahat Conſus potius, quam conſulere a conſo, ut Varr. placuit. Conſus itaque Harpocrates, qui digito indicat St. Ovid.

> —— *digitoque ſilentia ſuadet*:

qui, ut dixi, *Sigalion*. Auſon.

> *Et tua Sigalion Ægyptius oſcula ſignet.*

Σιγᾶν enim eſt tacere, ac præcipue de animantium natura dicitur, Euſtathio teſte. Huic Deo dicati ſunt Conſuales ludi, quia cum deſtinaſſet Sabinorum fæminas rapere Romulus, res ita ſilentio profecta eſt, ut nunquam Sabinis innoteſceret, atque ita perficeretur, & ara ſubterranea ei ſit ſtatuta. *in Rom.* Plutarchus οἱ δὲ καὶ ὅλως φασὶ τοῦ βουλεύματος ἀπορρήτου, καὶ ἀφανοῦς ὄντος ὑπόγειον οὐκ ἀλόγως τῷ βωμὸν γενέσθαι. Cypr. de Idolorum Van. *Conſus, quem Deum fraudis, veluti conſiliorum Deum Romulus coli voluit*. Servius *Æneid.* IIX. *Conſus Conſiliorum Deus, qui ideo templum ſub tecto in Circo habet, ut oſtendatur tectum Conſilium eſſe debere*. Tertull. de Conſ. ſic. *Conſo Conſiliorum Deo in raptu Sabinarum factum eſt, cui ara in Circo defoſſa eſt, ad primas metas cum inſcriptione hujuſmodi. Conſus. Conſilio. Mars. duello. lares comitio potens*. Idem Varr. lib. V. *ling. Lat. Conſualia dicta a Conſo, quod tunc feriæ publicæ ei Deo, & in Circo ad aram ejus a ſacerdotibus fiunt ludi illi, quibus Virgines Sabinæ raptæ*. Sex. Pomp. *Conſualia, ludi dicebantur, quos in honorem Conſi faciebant, quem Deum conſilii putabant*. At creditum a quibuſdam Conſum pro Neptuno fuiſſe. Auſon. teſtatur.

> *Aut duplicem cultum, quæ Neptunalia dicunt,*
> *Et quæ de Conſo, conſiliiſque vocant.*

Ubi Neptunalia nomine a Conſualibus ſeparat, ob etymi diverſam ſententiam. Dionyſ. certe lib. I. Conſum eſſe Neptunum indicat. ἀπέδειξαν δὲ καὶ ποσειδῶνι τέμενος ἱππίῳ, καὶ τὴν ἑορτὴν, ἱπποκράτεια μὲν παρ' Ἀρκάδων, κωνσουάλια δὲ ὑπὸ Ῥωμαίων λεγόμενα κατεστήσαντο. Sic Livius l. I. *Ludos ex induſtria parat Neptuno equeſtri ſolemnes*. Conſualia vocat l. II. & idem Dionyſ. Κῶνσον ποσειδῶνα σεισίχθονα φασὶ εἶναι, ὑπόγαιος βωμὸς ἐστὶν, ὅτι τὴν γῆν ὁ θεὸς οὗτος ἔχει. Sic Auſonius Conſum facit Saturni filium, & vertentem Cænea in fœminam, cum id Neptunum feciſſe clarum in fabulis ſit.

> *Cænea convertit proles Saturnia Conſus.*

Conſo igitur, ſive Neptuno juxta alios conſecrati hi ludi. Lactant. lib. VI. cap. XX. *Venationes, & quæ vocantur munera, Saturno, ludi ſcenici Libero, Circenſes Neptuno*. Ovid. l. III. *Faſt.* de his.

> *Feſta para Conſo, Conſus tibi cætera dicet.*

Salvianus *de Gub. Dei*: *colitur Minerva in Gymnaſiis, Venus in Theatris, Neptunus in Circis*. Soſipater lib. I. *Neptunalia*, ποσειδώνεια.

32. *Euandro Arcade*) Arcades equeſtrem Neptunum primi coluere, quod ex ejus ſub equino aſpectu cum Cerere verſa itidem in equam concubitu. Erynnis primo, mox Arion equus ortus eſſet, unde Hippium Neptunum primos vocaviſſe Arcadas fama eſt. Ad lib. XIX. cap. XL. Rhodiginum. ἱπποκράτεια: optima Gloſſa, *Conſualia*.

dro Arcade in Latio prope Urbem Romam conditum fuit, festumque diem statutum, quem illi *ἱπποκρατίαν*, Latini Consualia nominabant, quo die cessabant ab operibus [33] equi & muli, sertisque redimiti per Urbem ibant. Pedianus Oratione II. in C. Verrem. *Quod consiliorum*(inquit)*secretorum Deo id est Neptuno lati*. Hi *Ludi primum Consuales dicti, quod consiliorum secretorum Deo, id est Neptuno dati*. Idem qui erat, quod Consus. Servius super VIII. lib. Æneidos, versu illo,

Hic locus depravatus est, ita forte restitui possunt.

» *Magnis Circensibus actis*. *Magnis* (inquit) *quantum ad pristinam paupertatem pertinet, nam legimus propter equorum inopiam, diversis eos tunc usos esse animalibus*. Sin-

A nius Capito (apud Lactantium lib. v. *de vero cultu* cap. XX.) in lib. *de Spectaculis*. *Venationis* (inquit) *quæ vocantur munera Saturno attributæ sunt*, [34] *Ludi scenici Libero, Circenses Neptuno*. Ut in Epitome *divinarum Institutionum*, *Ludi Circenses Neptuno dicati putantur*, *&c*. Raptæ vero sunt Sabinæ Consualibus ad IIX. Kal. Septemb. Consus autem dictus est consiliorum Deus, qui ideo templum sub tecto, sub Circo habet, ut significaretur tectum debere esse consilium. Inde est

B quod [35] Fidei panno velata manu sacrificabatur, quia fides tecta esse debet, & velata. Ideo autem dicato Consi simulacro rapuerunt Sabinas, ut tegeretur initum de

---

33. *Equi, & Muli*) Sex. Pomp. *Mulis celebrantur ludi in Circo Maximo Consuales, quod id genus quadrupedum primum putatur cœptum curru, vehiculisque adjungi*: certe equi Soli sacri, muli Lunæ. *Mulus* enim, inquit Pomp. *vehiculo Lunæ habetur, quod tam ea sterilis sit, quam Mulus*. Vel quod sic Mulus non suo genere, sed equi creatur, ut ea Solis non suo fulgore resplendet. Præsides vero Consualium, h. e. Circensium, Sol, & Luna sunt. Cassiod. *epist. de ludis Circens.* lib. IV. *Obeliscorum quoque prolixitates ad cœli altitudinem sublevantur, sed potior Soli, inferior Lunæ dicatus est*. Diana, quæ & Luna, equestrium exercitationum præses. Euripides *in Medea*.

> Δέσποινα δῖα Ἄρτεμι λίμνας,
> Καὶ γυμνασίων τῶν ἱπποκρότων.

Currus Mulorum *ἀπήνη*. Schol. Pind. Ode v. *Olymp. ἀπήνη δέ ἐστιν ἅρμα ἐξ ἡμιόνων ζευχθέν*. Asandrastus primus, ut Muli etiam currerent apud Græcos, ordinavit. Idem Hebræis Mulus est ימים *iemim*: unde videtur *ἡμίονος* apud Græcos venire: quasi *emim* אימים, a nomine *ema* אימה quod *timorem* significat, ut lib. *Kolin*. habent Rabbini, quia percussiones a Mulis inflictæ maxime sunt timendæ; ægre enim sanantur: illis etiam apertiori vocabulo. פרד *perad* vocatur. Vaccas in sacra Scriptura primum plaustris junctas constat. Lib. *Num.* cap. VII. & *in Samuelis historia* bis.

34. *Ludi Scenici Libero*) Cypr. Plebi in Evangelio stanti. *Cæterum reliqui, cum urbem fames occupasset, ad advocationem populi acquisiti sunt ludi scenici, & Cereri, & Libero dicati*. Tertull. *de Spect. Nam & alios ludos scenicos, Liberalia proprie vocabant, præterquam Libero devotos, quod sunt Dionysia penes Græcos, etiam Libero instituta*. Auson. *de feriis Rom.*

> *Et Dionysiacos Latio cognomine ludos*
> *Roma colit, Liber quæ sibi vota dicat.*

Idem asserit *in Hecyr.* Don. *ad Teren.*

35. *Fidei panno velata manu sacrif.*) Livius. *Soli fidei solemne institutum ad id sacrarium, Flamines bigis curru arcuato vehi jussit, manuque ad digitos usque involuta rem divinam facere, significantes, tuendam, sedemque ejus in dextra sacratam esse*. Velabatur manus ob secretum fidei. Apul. lib. III. *Asini*. *Sed proh Juppiter, & fidei secreta numina*. Silius de fide loquens:

> *Justitiæ consors, tacitumque in pectore numen.*

atque ideo cum justitiam violasse putabant, consortis ejus Fidei manus abluebant. Soph. Scholiastes in Ajace Mastiph. *ἔθος ἦν παλαιοῖς ὅτε ἢ φόνον ἀνθρώπων, ἢ ἄλλας σφάγας ἐποίουν, ὕδατι ἀπονίπτειν τὰς χεῖρας, εἰς κάθαρσιν τοῦ μιάσματος*: sic Pilatus in nece Domini justitiæ reus manus abluit. At de istis expiationibus, si Diis placet, fusius ad Juvenalem dicemus. Alba veste eandem Fidem faciunt vestitam. Horat. lib. I. Ode XXXV.

> —— *albo rara fides colit*
> *Velata panno.*

atque hac veste Romæ colebatur Urbis regione octava, Victor. *Fides candida*. Ad Horatium præcitatum Acron. *Posset videri vili verbo usus, nisi hoc sermone intelligi voluisset, a pauperibus magis coli fidem*: ad pannum advertit, nam pannus proprie *ῥάκος, τελβώνιον τετελμμένον, straccio*, inde Itali, & *alba* dixit, quia pura esse debet fides; Albedo puritatis symbolum: apud veteres *τὰ λευκὰ* erant *καθαρά*: inde vestes albæ proprie sacerdotum. Artemidorus *De Somniis* lib. II. cap. III. *λευκὰ δ' ἱμάτια τοῖς ἱερεῦσι μόνοις συμφέρει*: ita ferme Hesychius etiam. Est vero symbolum fidei manus, ut repetam, quia pignus amoris dextram damus. Scholiastes Aristoph. *ἔθος δ' ἐπὶ πίστει καὶ συνθήκας βαλαίας τὰς δεξίας διδόναι ἀλλήλοις*. Et Eustathius z. *Iliad.* & *ω*. ubi adnotat, qui fidem inter se testarentur, proprie *palmam* manus simul tetigisse. Virgil.

> —— *en dextra, fidesque.*

Stat. lib. I. *Theb.*

> —— *vocant animorum in pignora dextras.*

Eurip. *in Medea*.

> Ἀνακαλεῖ δὲ δεξιᾶς
> Πίστιν μεγίστην

raptu consilium. Hinc de Conso Arnobius lib. III. *adversus Gentes* scribit. *Salutaria, & fidea consilia nostris suggerit cogitationibus Consus*. Minucius Felix in Dialogo Octavio, [36] Consum *veritaculum Romanorum Deum* vocat: & Augustinus lib. IV. *de Civitate Dei*, Consum *a consilio dando* denominatum ait. D. Cyprianus: *Consus quem Deum fraudis veluti consiliorum Deum coli Romulus voluit postquam in raptum Sabinarum præsidia procuret, &c.* Hoc porro Ludicrum, ejusmodi ob caussam a Romulo primum Romæ institutum fuisse Dionysius lib. II. & Livius lib. I. tradunt. Quum a finitimis populis Romulus recens Urbe condita uxores pro Romanis impetrare non posset, verbisque injuriarum plenis, ab iisdem fuisset lacessitus, animi ægritudine dissimulata, Ludos olim a Græcis inventos, Neptunoque equestri solennes, quos postea Consualia appellavit, se etiam Romæ exhibiturum finitimis populis ex industria indixit, qui paulo ante, quo rei majorem fidem faceret, [37] aram subterraneam in ejusdem Dei honorem ab Evandro olim constructam, se invenisse finxerat. Ludos quanto majore apparatu poterat, aut sciebat, instruxit. Convenere ad spectaculum mortales multi ex finitimis populis, cum liberis ac conjugibus, cum ludorum caussa, tum studio videndæ novæ urbis. Inter hos præcipui Ceninenses, Crustuminii, & Antemnates. Cunctis ludicro intentis, signo a Rege dato, Sabinæ virgines a Romanis raptæ sunt, & in matrimonium acceptæ. In cujus raptus memoriam quod excogitata prospere successissent, eos Ludos Romulus Conso, consilii Deo, dicavit, araque illi excitata, eos Consualia vocatos Comæ solennes statosque esse voluit. Plutarchus refert Romulum cujusdam Dei aram conditam sub terra in Circo invenisse, eique Deo Consi indidisse nomen, sive quod [38] Neptunus equester esset, aramque ipsam, reliquum tempus latere, in equestribus vero certaminibus aperiri. De ara Consi in templo Neptuni equestris Dionysius lib. I. *Arcades Evandri socii Neptuno equestri festum instituerunt Arcadibus Hippocratia dictum, Romanis Consualia, per quod apud Romanos ex more immunes sunt ab opere equi & muli, coronanturque floribus*. Et lib. II. *Festum quo Romulus Sabinas rapuit, quod ideo consecravit, & nunc Romani celebrant nomine Consualium, in quo ara subterranea sita prope Circum Maximum refossa terra sacrificiis honoratur, & libaminibus, & equorum ac quadrigarum committuntur certamina. Deus in cujus honorem ista fiunt, Consus a Romanis vocatur, quem Græci Neptunum equestrem vocant, ideoque aram ei sacratam subterraneam; quod hic [39] Deus terram babeat. Alii dicunt, [40] aram subterraneam positam Genio cuidam, cujus nomen proferri nefas sit, occultorum consiliorum servatori ac præsidi. Neptuno enim occultam aram usquam terrarum sacratam esse, non constat*. Plutarchus in Romulo. *Fama vulgata a Romulo primum est, cujusdam Dei aram conditam sub terra invenisse, eique Deo Conso nomen indidisse, sive a consilio quod consiliarius foret, sive Neptunus equestris: nam ara est in circo Maximo posita, quæ reliquum quidem tempus latet, in equestribus autem certaminibus aperitur. Placet ali-*

Consualiorum institutio.

---

36 *Consum veritaculum)* Legerem, *Vernaculum*.

37 *Aram subterraneam)* Similem Diti, & Proserpinæ factam habes apud Zosimum, ubi de Ludorum Secularium origine facit.

38 *Neptunus equester esset)* In Eleo Hippodromo etiam huic ara. Pausanias *de Taraxippo ignoto Deo*. ὁ δὲ πιθανώτατος ἐμοὶ δοκεῖν τῶν λόγων ποσειδῶνος ἐπίκλησιν εἶναι τῶ ἱππίυ. cur vero Hippius diceretur, Sex. Pomp. *Hippius, id est, Neptunus equester dictus, vel quod Pegasus ex eo, & Pegaside natus sit, vel quod equuleus, ut putant loco ejus, suppositus Saturno fuerit, quem pro Neptuno devoraret, vel quod tridentis ictu terra equum exciverit, cui ob hoc in Illyrico quaternos equos jaciebant nono quoque anno in mare*: parum aliter Etymol. magnum: Ἵππιος ὁ ποσειδῶν, ὅτι δοκεῖ πρῶτον ἵππον γεγεννηκέναι Σίσυφοι ἐν Θεσσαλίᾳ, τῇ τριαίνῃ πέτραν παίσας. ὅθεν ἱερὸν ποσειδῶνος πετραίυ καθίδρυται ἐν Θεσσαλίᾳ. Fuit Thebis etiam Neptuni Hippodromii ara, quod ex Pindaro *in Isthmiis* liquet. Sic etiam in agro Colonæo unde Oedipi Tragœdia sumit nomen apud Sophoclem. De statua Neptuni prope Elidem, quæ erat ἔχυσα ἱππόκαμπον ἐν χειρὶ facit Strabo lib. IIX. Vide Lutat. lib. IV. *Theb.* Δαμαῖος domitor Neptunus cur dictus, habet Sch. Ode X *Olymp.* & *in Pyth.* Ode II. VII. XIV.

39 *Deus terram babeat)* Γαιῆχος, γεῆχος, γαιάοχος Pindaro Ode I. *Olymp.*

Τῶ μεγασθενής
Δρέξατο γαιήοχος ποσειδῶν.

Hom. *Odyss.* I.

Κλῦθι ποσειδάων γαιήοχε.

ita appellatus quasi ἐπὶ γῆς ὀχύμενος, vel τῶ ὄχυς δαίων, quod est ὀχήμασι χαίρων. Eustath. *Odyss.* a. Vide Pindari Schol. loco citato. Columell. lib. X.

Tellurem ponto movit Neptunus, & imum
Concutiens barathrum.

Virgil.

—— *ciet equora fundo.*

40 *Aram subterraneam positam g. c.)* Ita latere intellige, ut occlusa esset, vocatque subterraneam, quod ad ædiculam illam non gradibus ascenderetur, veluti mos erat in templis Romanorum, sed descenderetur: juvat me Pomponius Lætus *de Antiquitatibus Urbis Romæ*. *Antiqui ingrediebantur in templa per gradus ascendendo, in unum tantum descendebant, quod fuit ædificatum in honorem Dei Consi*. Ascensum in templis Vitruv. confirmat, cum inquit. *Matres familiarum ad supplicationem gradibus ascendunt*. Ubi Philander: *Non parum ad majestatem, & dignitatem templi facit, si a cætero urbis solo extet, ut gradibus ascendas.*

A *tis, quoniam conſilium arcanum, & minime palam eſſe oportet, ſub terra aram hanc latere, & opertam Dei aram eſſe*. Sextus Pompejus, *Conſualia ludi dicebantur, quos in honorem Conſi faciebant, quem Deum conſili putabant*. Varro lib. v. *Conſualia* dicta a Conſo vult, quibus feriis publicis ei Deo, & in Circo ad aram ejus a Sacerdotibus fiebant ludi illi, quibus virgines Sabinæ raptæ repræſentabantur.

Eum eſſe idem cum Neptuno equeſtri docet Auſonius. *Tunc Jovis & Conſi, germanus Tartareus Dis*. Et alibi. *Cœnea mutavit proles Saturnia Conſus*. D. Auguſtinus lib. B II. cap. XVII. *de Civitate Dei*: *Ad memoriam raptus illius Circenſium ſpectaculum manſit*. Hoc ludicrum initio certamen equeſtre, & curule fuit, id eſt, equorum, vel (ut ait Servius) *propter equorum inopiam*, aliorum animalium ſingulorum, vel curribus adjunctorum curſus. Sex. Pompejus. *Mulis celebrantur Ludi in Circo Maximo Conſualibus, quia id genus quadrupedum primum putatur cœptum currui vehiculoque adjungi*. Curruum porro ſub Romulo adhuc indiſtinctum genus erat. Primus enim L. Tarquinius Priſcus Rex, bigas, trigas, & quadrigas di- C ſtinxit. Quo tempore certum in quo ederentur locum, quod ſciam, adhuc non habebant. Eos a Romulo, & ante Tarquinium Priſcum a cæteris Regibus 41 in Campo, qui poſtea Martius appellatus fuit, & forte ſuper Tiberis ripas, fieri ſolitos, refert Feſtus. Initio autem quum Romulus hos Ludos Conſo tantum dicaſſet, religione & delectatione aucta, idem Martis etiam cultui, quem patrem profitebatur, addixit, ſolenneſque Romæ inſtituit. Cæterum quemadmodum Ludi Conſo ſacrati Conſualia, ſic 42 Marti dicati, Equiria, ab equorum forte curſu tantum, appellati ſunt. Cujus rei Tertullianus, & ex Verrio Flacco Sex. Pompejus meminerunt. Ille poſtquam de Conſualibus locutus eſt, ait: *Equiria Romulus Marti inſtituit*. Hic vero: *Equiria, Ludi, quos Romulus Marti inſtituit, per equorum curſum, qui in Campo Martio exercebantur*. Equiria autem dies ſolennes ſunt in Faſtis notati III. Kal. Martii, & Pridie Idus Martii, quibus hi Ludi exhibebantur. Poſt Romulum creſcente ſuperſtitione, primum ſub cæteris Regibus, deinde Reipublicæ tempore, demum ſub Imperatoribus pluribus, primo, omnibus poſtea fere aliis publicis, privatiſque, ordinariis, & extra ordinem, ſive votivis populi Romani ſolennitatibus, quæ vel Deorum venerationi, vel hominum honori, vel publicarum victoriarum recordationi, vel mortuorum memoriæ celebrabantur, antiquis poſt recentiores Ludos adjunctos permanentibus, facti ſunt. Numa Pompilius poſt Romulum Rex, eos Marti Gradivo, alio ab Equiriis die, & 43 Robigini (nam & Robiginem Deam finxerunt, cujus feſtum Robigalia VII. Kal. Maii colebant.)

---

41 *In Campo, qui poſtea M. a. f.*) Sed Strabonis etiam tempore Campus ille ad quadrigas expoſitus, καὶ γὰρ μέγεθος τοῦ πεδίου θαυμαστὸν ἅμα, καὶ τὰς ἁρματοδρομίας, καὶ τὴν ἄλλην ἱππασίαν ἀκώλυτον παρέχων, τῷ τοσούτῳ πλήθει τῶν σφαίρᾳ καὶ κίρκῳ (niſi leges δίσκῳ) καὶ παλαίστρᾳ γυμναζομένων. Ovid.

Quamvis non alius flectere equum ſciens
Æque conſpicitur gramine Martio.

Ovid. *Faſt.* lib. III.

Altera gramineo ſpectabis Equiria campo,
Quem Tiberis curvis in latus urget aquis.

Sed ad Strabonem, ut revertar, neſcio cur Circi iterum mentionem facit, niſi legamus δίσκῳ, aut pro Circo intelligamus foſſam, quæ athletas circumdabat, & a σκάπτω, σκάμμα dicebatur. Marmor de Demetrio Xyſtarcha, quod Romæ in Palatio Cardinalis Farneſii, habet. ἐν αὐτοῖς σκάμμασι στεφανώθη.

42 *Marti dicati*) Et proprie hæc Romani ludi. Auſonius *in Eclogis*.

Nunc etiam veteres celebrantur Equiria ludi:
Prima hæc Romanus nomina Circus habet.

Nec verum diceret Auſonius, ſi Conſualia eſſent Romani ludi, nam ante Equiria Conſualia fuere, ex quibus apparet, diſtinguere Conſualia a Romanis. Conſualia Neptuno, hæc Marti ſacra erant, dictaque ludi Romani, quod Romani a Marte genus, & incrementum ſuſceperant. Equiria puto Regibus exactis introducta a Populo, & in Campo Martio fiebant III. Kal. Martias. Ovid. lib. *Faſt.* II.

Jamque duæ reſtant noctes de menſe ſecundo,
Marſque citos junctis curribus urget equos:
Ex vero poſitum permanſit Equiria nomen,
Quæ Deus in Campo proſpicit ipſe ſuo.

At ſi Campus Martius eſſet occupatus Tiberinis aquis, auctore Varrone *ling. Lat.* lib. v. in Cælio agitabantur; & Ovid. ibidem.

Altera gramineo ſpectabis Equiria Campo,
Quem Tiberis curvis in latus urget aquis;
Qui tamen ejecta ſi forte tenebitur unda,
Cœlius accipiet pulverulentus equos.

43 *Robigini.*) Plinius lib. XIIX. cap. XXIX. *Robigalia Numa conſtituit anno regni ſui undecimo, quæ nunc aguntur ad* VII. *Kal. Maii, quoniam tunc fere ſegetes robigo occupat*. Kalend. Romanum. VII. *Kal. Majas. Canis oritur. Robigalia*. Diſſentit Servius lib. I. Georg. *Sacra ejus* x. *Cal. Majas Robigalia appellantur*. De his ſacris D. Auguſt. *Civit. Dei.* lib. IV. cap. XXI. Val. Max. lib. II. cap. I. Varro *de ling. Lat.* lib. v. & *de re ruſt.* lib. I. cap. I. Colum. lib. x. Sacrum vero hoc ove, & cane peragebatur. Ovid. *Faſt.* lib. IV.

Flamen in antiquæ lucum Robiginis ibat.

44 Tullus Hostilius Veneri Cluacinæ, reliquorum Deorum multitudini Ancus Martius, & qui post eum Reges fuerunt solennes dedicavere, exhibueruntque. Hinc Sinnius Capito (apud Lactantium) in Libro de Spectaculis scribit: *Ludi Scenici Libero, Circenses Neptuno* attributi sunt, paulatim vero, & 45 cæteris Diis idem honos tribui cœpit, singulique Ludi numinibus eorum consecrati sunt. Isidorus Etymologiarum lib. XVIII. *Ludi Circenses Sacrorum caussa Deorum, ac Gentilium celebrationibus instituti sunt*. Quare factum fuit, ut certamen curule, & equestre, quod quum Conso tantum initio sacrum esset, Consualeque ideo diceretur, proprium Ludicrum erat, uni Deo dicatum, commune factum deinceps pluribus Diis, & diversis diebus celebratum fuerit. Horum Ludorum qui singulis Diis speciatim attributi erant, Ludicrum certamen tantum fuit equestre & curule, quod quum adhuc a Circo denominationem non haberet, Circensium Ludorum appellationem, ab ejus Dei vocabulo, cui sacrum erat, ut Consualia, & Martialia; vel a rebus, quorum ministerio fiebat, ut Equiria obtinuit. Primum tamen nomen Consualiorum præcipue in usu erat. Qua vero ratione tam certamini equestri, & curuli, quam singulis Deorum Ludicris, commune Ludorum Circensium nomen inditum fuerit, nunc exponam.

C A P. IV.

Ludi Magni, sive Romani, qui, & quare Circenses vocati? item Circi constitutio.

L. Tarquinius Priscus, quintus Romæ post Romulum Rex, bello primo quod cum Latineis gessit, oppido Appiolis vi capto, maximaque inde præda abducta, Ludos Consuales, certamen scilicet equestre & curule opulentius, instructiusque (ut lib. I. refert Livius) quam priores Reges fecit. Nam certamina, equestre, & curule a Romulo *ruraliter* (ut Cassiodori verbo utar) & tenuiter primum instituta, incompta, & confusa exornavit, & distinxit, additisque aliquot Ludicris speciosiora reddidit. Currus enim in bigas, trigas, & quadrigas ab equorum numero vocatos, primus distribuit. Cursus equos in singulares, & 46 desultorios divisit, addiditque Græcorum more post cursum certamen Gymnicum, sive athleticum,

Ludi magni sive Romani, unde?

Exta canis flammis, exta daturus ovis.

Columella:

Hinc mala robigo virides ne torreat herbas,
Sanguine lactentis catuli placatur & extis.

De placando Cane Syrio apud Coos lege Schol. Apollonii Rhodii lib. II.

44 *Tullus Hostilius*) T. Tatius, inquit Plinius lib. XV. *ei* (Cluacinæ) *templum vovit, & construxit T. Tatius, in ea fori parte, qua Romani, & Sabini armis depositis pacem inierunt, & facto sacrificio se purgaverunt*. Sed diversa hæc cum Cloacina, ne erres. Cloacinam enim Rex ille in cloaca invenit, & cum, quæ Dea esset, nesciretur, Cloacina fortuito nomine dicta est: de ipsa Min. Felix. *Cloacinam Tatius invenit, & coluit*. cujus verba lib. IIX. *contra Gentes* mutuatus est Arnobius. Cluacina vero Venus appellata est, ita, a cluere, quod antiqua lingua pugnare significabat. Cloacinæ ædes ponitur ab Ovid. *in Fastis* prope Viam sacram, Cluacinæ erat ad Viam novam, ibi enim pugna inter Sabinos, & Romanos ob raptum mulierum fuit, ex quo puto illic sacellum Veneri pugnatrici erectum est.

45 *Cæteris Diis idem honor*) Apollini. Aristides. *προσαγέλλει μοί τις ἑορτὴν τοῦ Ἀπόλλωνος εἶναι Ἀπολλώνεια, ἐν ᾗ τῷ ἱπποδρομίῳ Ῥωμαῖοι ποιοῦσι* Dio, *ἐν τῇ τῶν Ἀπολλωνείων ἱπποδρομίᾳ*. deque his Livius lib v. & XVI. Item Cereri. Tac. lib. XIV. *Annal. Circensium ludorum, qui Cereri celebrantur*. in Kal. veteri. *ludi Cereri*. & biduo ante: *in Circo ludi Cereri*. Idem Tac. *utque Circensium Cerealium ludicrum plurimis equorum cursibus celebraretur*. Ovid. IV. *Fast.*

Hinc Cereris ludi, non est opus indice causa,
Sponte Deæ munus, promeritumque patet.

Numisma vetustum. *Memmius æd. cur. Cerealis preimus fecit*. Fiebant vero ludi hi huic Deæ pridie Idus Aprileis, cum etiam vulpes stipulis ardentibus involutæ in aream Circi immittebantur, quem usum manasse ab adolescente Carseolano rustici cujusdam filio lib. IV. *Fastorum* narrat Ovidius.

46 *Desultorios*) *παραβάτας*, transcensores, ut ita dicam, de quibus Livius lib. XIII. *Numidis desultorum in modum binos trahentibus equos inter acerrimam sæpe pugnam in recentem equum ex fesso armatis transultare mos erat, tanta celeritate velocitas ipsis, tamque docile equorum genus est*. Quem usum equitandi tangit ibi Propertius, de Vertumno.

Est etiam Aurigæ species Vertumnus, & ejus
Trajicit alterno qui leve pondus equo.

Sex. Pomp. *Paribus equis, id est, duobus, Romani utebantur in prælio, ut sudante altero transirent in siccum*. Ammianus hunc desultandi modum tribuit Scythis, ut jumentorum vires foveat permutatio. Græcis sunt *ἄμφιπποι*. Suid. *οἱ ἐπὶ δυοῖν ἀσρώτοιν συνδεδεσμένοιν ὀχούμενοι:* quod & Pollux lib. I. tradit. Desumpta ab iis metaphora stylum desultorium dicit Apulejus, non uni dialecto, aut linguæ inhærentem. Higin. *fab.* IIX. *Castoribus erant sacri desultores, & alterni ex equo in equum transibant, ut alternis e cœlo ad inferos euntes, & redeuntes Castores*. Vetus epigramma *de Circo*,

Lunæ biga datur semper, solique quadriga;
Castoribus simpli rite dicantur equi.

eorum scilicet, qui corporibus certabant, in tria athletarum genera distinctum, cursores, pugiles, & luctatores, ut Dionysius in fine VII. libri prodit. De quibus singulis infra suis locis dicam. Hæc omnia Livius lib. I. paucis refert. *Bellum* (inquit) *primum cum Latineis Tarquinius gessit, & oppidum ibi Appiolas vi cœpit, prædaque inde majori quam quanta belli fama fuerat revecta, Ludos opulentius instructiusque quam priores Reges fecit, &c.* & paulo infra *Ludicrum fuit, equi, pugilesque, ex Hetruria maxime acciti.* Equis Livius cuncta equestria, pugilibus, athletica omnia certamina intellexit, ut ex Dionysii libro VII. qui hunc locum latius exponit, observavit. Neque Dionysio Livius repugnat, Ludiones ex Hetruria accitos referens, qui a Dionysio a Græcis manasse dicuntur, quum Tusci ea omnia a Græcis cum origine acceperint. Tarquinius porro eos Ludos opulentius ab se editos (ut M. Tullius Oratione VII. *in Verrem* scribit) 47 Jovi, Junoni, & Minervæ consecravit, solennesque Romæ VII. Kal. Octobris esse statuit. *Nunc* (inquit Cicero) *sum designatus Ædilis, scio mihi Ludos sanctissimos maxima cum cæremonia faciundos, mihi Ludos antiquissimos, qui primi Romani sunt nominati, maxima cum dignitate, ac religione, Jovi, Junori, Minervæque esse faciendos.* Qui Ludi, quod annui Romæ permanserunt, *Romani*, ab expensarum vero magnitudine, vel quod Diis magnis fierent, *magni* sunt vocati. *Solennes* (inquit Livius) *annuique mansere, Romani, magnique varie appellati.* Et Pedianus in Commentario Orationis I. *in C. Verrem: Romani Ludi sub Regibus instituti sunt magnique appellati, quod magnis impensis dati. Tunc primum Ludis impensa sunt* CC. ∞. *Nummum* (id est, aureorum coronatorum nostratium, nisi sit codex men-

A dosus, sex millia) *adeo magnos Ludos factos putant.* * *quod Consiliorum secretorum Deo, id est, Neptuno lati * tum Regi, & rerum conditarum.* * *Et Diis magnis, id est, Laribus Urbis Romæ dati sunt, quibus ajunt raptas Sabinas esse. Ut videatur propter hoc dicere Virgilius.*

„ *Magnis Circensibus actis.*
Quum & Circenses Ludi sint, &c.

Ut autem hi Ludi, qui a Prisco Rege, in Jovis, Junonis, & Minervæ cultum constituti, *Romani*, & *magni* appellabantur, & alii cuncti a Romulo, & cæteris Regibus ordinati, ut Consuales, Equiria, Martiales, Robigales, & ejusmodi, commodius, & speciosius exhiberentur, ab eodem Rege tum primum Circo, qui postea *Maximus* est dictus, designatus locus fuit, ut cum Livio Dionysius tradit. A quo postea omnes Ludi in eo quibusvis diebus, & quacunque de causa celebrati, *Circenses* vocati fuere. Atque ita ex Consualibus, vel si quo alio nomine antea appellarentur, *Circenses* sunt dicti, quod deinde nomen iis perpetuum Romæ fuit. Tertullianus eos 48 a Circe dictos existimat, qui ita scribit: *Quod spectaculum primum a Circe habent, solique patri suo (ut volunt) editum affirmant: ab ea quoque & Circi argumentantur appellationem.* Servius super III. *Georgic.* & VIII. *Æneidos*, eoque prior M. Varro, in libris *de gente populi Romani: Circenses* (inquiunt) *sine Ludorum adjectione* (hoc est, sine illo, vel illo ludicro Sexto accepti) *dicti sunt, vel a circo eundo, vel a circuitu, vel ab ensibus, quod exhibebantur in circuitu ensibus positis. Ubi enim nunc metæ sunt, olim gladii ponebantur.* Nam quum rudis vetustas loca hujusmodi ludis apta nondum ædificasset, eos locis virentibus, atque herbosis, in littore fluminum agebat, in altera par-

Circus conditus.

Circenses Ludi unde?

---

47 *Jovi, Junoni, & Minervæ*) Trium horum Deorum sacellum una erat in Capitolio. Livius de clavo pangendo. *Lex vetusta est priscis litteris, ut qui Prætor maximus sit, clavum pangat: fixus fuit dextro latere Jovis Opt. Max. parte, qua Minervæ est templum.* At quia Junonis ibi etiam ædes, ergo illa a sinistra, ut Marlianus colligit l. II. c. III. *Topographiæ* suæ.

48 *A Circe dictos*) Cur id? an quod ea maga equis gauderet. Virg. lib. VII.

Absenti Æneæ currum, geminosque jugales
Semine ab æthereo spirantes naribus ignem,
Illorum de gente, Patri quos dædala Circe
Supposita de matre nothos furata creavit.

ubi gens est equorum stirps, *razza* dicunt Itali, a ῥίζας, radice, origine. Sed prior fabella alios secum traxit. Græci, ἡ γὰρ δὴ προῤῥηθεῖσα Κίρκη πρώτη τελεῖ ἱππικοὺς ἀγῶνας ἐν Ἰταλίᾳ. Quapropter merito Isidorus. *Græci vero a Circe filia Solis, quæ patri suo hoc genus certaminis instituit*: de etymologia Circi loquitur. At supra currum solis venisse in Italiam Circem sunt qui scribant. Schol. Apoll. lib. III. φησὶ δ᾽ Ἀπολλώνιος Ἡσιόδῳ ἑπόμενος ἐπὶ τοῦ ἅρματος τοῦ ἡλίου εἰς τὴν κατὰ τυῤῥηνίαν κειμένην νῆσον τὴν Κίρκην ἐλθεῖν. Solis dicta filia Circe est, quod mons, ubi ejus statua erecta erat in Tyrrheno littore, tam altus exurgit, ut simulacrum Deæ etiam nocte solis radis illustrari videretur: quod Eustathius habet ad Hom. *Odyss.* μ. inde etiam Poeta.

—— —— ὅθι τ᾽ ἠοῦς ἠριγενείης
Οἰκία, καὶ χοροί εἰσι, καὶ ἀντολαὶ ἠελίοιο.

Verum potius Circus ἀπὸ τοῦ κύκλου dicitur: Cyclus enim Circus Græcis: de loco, quem fuisse Athenis puto in Circi figuram sic Aristophanis Schol. *in Equ.* ὁ δὲ κύκλος Ἀθήνησιν ἐστὶ, καθάπερ μάκελλος, ἐκ τῆς κατασκευῆς προσηγορίαν λάβων, ἔνθα δὴ πιπράσκεται χωρὶς χρεῶν, καὶ τὰ ἄλλα ὤνια. Et apud Homerum κύκλος ἱερός, locus tribunalis obseptus dicitur, teste Eustathio. Hebræi non dissimili voce Circum nominant: nempe *carcas* קרקס. Sic enim masculinum genus singularis numeri deducemus e fœmino pluralis קרקסאות. quod deduci a Circo Romano apparet: licet hoc nomen, ut ex libro Zemach David perspicere est, alias quoque habeat significationes: nam & si Circos Latinis hæc vox sonare videtur, libro tamen Chechnuboth. cap. I. ubi legitur. *Dixit Rabbi Samuel filius Nachmani, & Rabbi Jonathan die Sabbathi adire licet Theatraoth, & Carchesaoth ad incumbendum rebus publicis?* Rabbi Salomon exponit Theatraoth טאטראות, ædes Regum, ac Principum: idque & in codice Sabath apparet, atque additur licitum quoque adire *basilcaoth* בסילקאות, nempe basilicas;

te positis gladiis, ita ut 49 enses aliquando, & flumina: vel ubi non erant flumina, enses tantum metarum locum obtinerent, ut ignavis in circumeundo, utraque parte, præsens esset periculum. Quare Virgilius III. *Georgic.* ait:

50 *Centum quadrijugos agitabo ad flumina currus.*

Alii demum ideo ipsos *Circenses* dictos putant, quod circum populus fusus spectaret Ludos, quemadmodum ex ea tabula videri potest, quam infra adjiciam, in qua is Circus expressus est, qui marmoreo frusto in ædibus Maffeiorum Romæ extat.

A

CAP. V.

De Circo Maximo, & ejus præcipuis partibus.

UT igitur Ludi *Consuales* primum, deinde *Circenses* vocati, commodius edi, magnarumque rerum arcana, quæ significabant, perfici possent, quum antea populus Romanus non sine magno incommodo, sub tabernaculis ligneis, aridis 51 harundinibus fultis (ut ait *Circi maximi Topographia.*

---

ut Rabbi Salomon interpretatur, loca videlicet in quibus convenire solebant ad comitia. Carchesaoth itaque, & Theatraoth Circi, & Theatra sunt, idololatriæ prostibula. Ob id codex Meghillah cap. I. *Futurum fore, ut in theatraoth, & carchesaoth gentilitatis Idumææ Principes Judæ legem Domini doceant*, asseverat: & sic in Berescith quoque Rabba c. LXVII. contra ponunt Rabbini Ecclesias, theatraoth, & carchesaoth, quasi verum cultum Idololatriæ. *Pes enim*, inquiunt, *si vult adit loca theatraoth, & loca carchesaoth, & si vult adit Ecclesias, & Scholas*. Et ut cum Patribus nostris, qui Circenses damnabant, Rabbinorum suffragia adjungamus; Iidem codice Aboda sara cap. I. hæc nomina significare docent *loca, in quibus conveniebant Ethnici, aut ludendi gratia, aut cultui gentili indulgendi*. Scribunt Rabbini, *non sunt adeunda theatraoth, & carchesaoth, quia ibi devovent votum cultui alieno.* Et consensu scripturarum semper apud eos interdicuntur: sane in Medras echa illud David. *Allocuntur adversus me sedentes in porta;* interpretantur Rabbini, *Isti sunt gentiles mundi, qui sedent in locis Circorum, & Theatrorum, carchesaoth, & theatraoth*. Circensium præterea auctor Aruk meminit, cum dicit. *Carchesaoth appellantur loca, ubi sunt sedilia*: & paulo post, *bate carchesaoth appellantur loca compotationum, quia lingua Græca vinum appellatur nunc vulgo κρασὶ*. Similis quoque & Aruk interpretatio Thargum versu *Psalmi*, ubi dicitur. *Et cantilenæ bibentium vinum*: nam vertit. *Et cantilenæ eorum, qui se conferunt ad bibendum vinum in loca carcas evan, hoc est, in Circo eorum*. Eam sequitur Elia Grammaticus libro, qui *Methurghema* dicitur, & David de Pomis lib. *Zemach David.* interpretanter *cartas* קרקס, cauponam, & locum, ubi compotationibus homines exhilarantur. Nos inferius prope Circum fuisse cauponas, & vinum populo quandoque ab editoribus exhibitum, ubi locus erit, dicemus, ut moralis Rabbinorum assertio comprobetur. Circum *ἱππικὸν, καὶ θεατρικὸν ἱππηλασίας*, ab agitatione equorum, & spectaculis appellat Basilius: at glossa *Circus, Circinus κύκλος, ἐν ᾧ ἱπποδρομίαι γένονται*. Et de loco certaminis curulis Apollonius *εἰς ἕδρεα κύκλον ἀγῶνος*. certe Circinum Circum appellat Nemesianus *in Cyneget.*

Quin & flammato ducatur linea longo
Circuitu, signet que habilem vapor igneus orbem,
Impune in medio ut possint consistere circo.

h. e. *κύκλῳ*. Sic orbes cœlestes, nempe *κύκλους Circos* vocat Martianus Capella.

49 *Enses aliquando, & flumina)* Extat sane adhuc numisma, ubi equitans cum fluminis ripa, atque inscriptio. *Decursio.* non tamen dico id rem velle: cæterum ex imitatione Lacedæmonum videtur fluxisse usus, qui pueros adversa acie pugnantes inter fluvios includebant, ut cogerentur resistere impressioni, undarum objicibus detenti, victrixque acies pronunciabatur, quæ ultra fluvium alteram compulisset, sicut *in Gymnasiis* habet Lucianus. De Romanorum hoc instituto sic Servius. *In Insula Tiberina exhibiti sunt ludi Curules, nullo ad id Circo adhuc constituto, sed ab altera parte Tiberis meta erat, ab altera parte enses ponebantur*. Sane videtur Joannes Tzetzes lib. IV. *Chil.* cap. CXXXVII. velle fuisse Phaetontem aurigam, qui in fluvium Padum e ripa exciderit, cum currum in hunc morem agitaret, atque ita inductam fabellam.

Ουπω δὲ ἵππων ἀκρατῆ, καὶ ἄπειρον διφρείας
Εκδίφρεα θηναῖ, καὶ θανεῖν ἠειδάνυ τοῖς ῥειθάροις.

Trahi etiam vestigium antiquitatis ad hoc institutum Romuli ex Achille potest, qui ad Panticapen cursus suos exercuit, ubi terra ensis erecti imaginem præfert. Mela *de situ Orbis* lib. II. cap. I. *Post spatiosa (tellus) paullatim se ipsa fastigat, & quasi in mucronem longa colligens latera facie positi ensis erecta est. Achilles infesta classe mare Ponticum ingressus, ibi ludicro certamine victoriam, & cum ab armis quies erat, suos cursu exercuisse memoratur, ideo dicta δρόμος ἀχιλλεῖος*. Oenomaus hoc etiam modo Cladeum flumen ex una parte pro carceribus, Isthmum pro meta in certamine curuli posuit. Schol. Apoll. *οὐκ ἐβούλετο ἐκδοῦναι αὐτὴν*, (Hippodamiam,) *εἰ μὴ τῷ νικήσαντι αὐτὸν ἐν ἵππῳ: δ᾽ αὐτοῖς κλάδεως ποταμὸς ἀφετηρία, ἰσθμὸς δὲ τὸ τέρμα*. Per enses currebant igitur, ut periculo artem ostentarent; scimus enim proverbium. *διὰ μαχαιρῶν, καὶ πυρὸς ῥίπτειν.*

50 *Centum quadrijugos)* Hinc centum missus apud Domitianum. Suet. *in ipso. centum* pro *centies*.

51 *Arundinibus fultis)* Expressit id Ovid. lib. *artis* suæ. I.

Primus

A CIRCI MAXIMI ET PALATII QUAE SUPERSUNT RELIQUIAE ET PARIETINAE QUEMAD MODUM NUNC VISUNTUR, EXACTE DELINEATAE

Onuphry Panviny Veronesis autoris impensa et aeneis signis. Venetus. Anno salutis MD·LXXX· Gre: XIII· Papa·




ANTIQVAE VRBIS IMAGO
accuratissime, ex vetusteis monumenteis, et heis quae supersunt reliquiis, et parientinis delineata ONVPHRII PANVINII VERONENSIS FRATRIS Eremitae Augustiniani autoris impensa, et aeneis formeis. Venetys. Anno Salutis
Pontifice maximo Cum privilegeis Pontificis, Imperatoris Regum, Reipublichae Venetae, et Ducum.
MERIDIES
OCCIDENS
ORIENS
SEPTENTRIO
VIA OSTIENSIS
VIA PORTVENSIS
TIBERIS
FLVVIVS
REG XIIII TRANSTIBERIM
DOLIOLVM
VATICANVS
CAMPVS VATICANVS
CAMPVS MARTIVS
CIRCVS FLAMINIVS
VIA LATA
QVIRINALIS
VIMINALIS
REG VI ALTA SEMITA
CVM COLLE VIMINALI
REG X PALATINVS
COLLIS HORTVLORVM
V ARDEATINA
VIA LATINA
AQVAE CLAVDIA ET ANIO NOVVS
AQVAE MARCIA TEPVLA ET IVLIA
VIA PRAENESTINA
Prata Mucia
Circus Adriani
Sep Augusti
SEPTA
Sep Neronis

Dionysius) 52 stans spectaret, L. Tarquinius Priscus Rex publicæ commoditatis ergo, Circo, qui postea *maximus* vocatus est, primus locum in 53 valle Murcia inter Aventinum, & Palatium colles designavit, perfecitque, & Ludos opulentissimos in eo edidit. Cujus vallis & montium Aventini, Palatii & Cælii, cum Circi Maximi Topographia, imago ejusmodi est summo studio, & labore formata.

Cæterum quum omnium publicorum ædificiorum, quibus Ludi ederentur, formam demonstrare constituerim, ut Circorum, Theatrorum, Amphitheatrorum, Thermarum, & aliorum id genus publicorum locorum, non alienum ab hoc argumento visum fuit etiam ipsorum situm exponere. Urbis igitur accuratam Topographiam hanc feci, qua antiquas ejusmodi publicas fabricas notavi, & alia etiam ædificia adjeci, quorum hodie vestigia supersunt, Urbis ornamento, vel præclarorum hominum memoriæ condita, ne quid postremo deesset, quod avidus lector desiderare possit.

Vallis vero Murcia a proximo colle Murco nomen obtinuit, is est Aventinus, qui *Murcus*, alias *Murceus* olim appellabatur, a Sacello Veneris Murciæ in eodem constructo, ut M. Varro auctor est. Festus: *Murcæ Deæ Sacellum erat sub monte Aventino, qui antea Murcius vocabatur*. Alii Aventinum ideo *Murcium* vocari tradunt, quod e lapidibus velut muro constructus sit. M. Varro lib. IIII. *Intimus Circus ad Murciam vocatus, ut Procilius ajebat, ab urceis, quod is locus esset inter figulos; Alii etiam dicunt a Murteto declinatum, quod ibidem fuerit, cujus vestigium manet, quod ibi Sacellum etiam nunc Murciæ Veneris sit, &c.* Tertullianus in lib. *de Spectaculis* refert, medio in Circo Murciæ delubrum fuisse, in ejus Deæ honorem, quæ recessui illi, qui inter colles Aventinum, & Palatium jacet, ubi Circus Maximus excitatus fuit, nomen dedit, *Murcia* (inquit) *Idolum facit. Marciam enim Deam amoris volunt, cui in illa*

Locus Circi Maximi vallis Murcia dict....

Primus sollicitos fecisti Romule ludos
Cum juvit viduos rapta Sabina viros:
Illic quas tulerant nemorosa palatia frondes,
Simpliciter positæ: scæna sine arte fuit:
In gradibus sedit populus de cespite factis,
Quolibet hirsutas fronde tegente comas,

Successere postea pulvilli, qui ex tomento fierent, de quo Martialis; ubi ipsum hanc ob rem tomentum Circense vocat: *in Apoph.*

Tomentum concisa palus Circense vocatur:
Hæc pro Leuconico stragula pauper emit.

Meminit & de eodem Seneca. *Nihilo miserior ero, si lassa cervix mea in manipulo fœni acquiescat; si super Circense tomentum per suturas veteris lintei effluens incubabo*. Id vero ex gnaphalio fiebat, de quo Dioscorides: γναφάλιον τῶ. τοῖς φύλλοις τινὲς, ἀντὶ γναφάλε χρῶνται, λδυκοῖς ἔσι, καὶ μαλακοῖς. Plinius id a Dioscoride pene sumpsit, ac retulit lib. XXVII. cap. X. *Gnaphalium, quod χαμαίζηλον vocant, cujus foliis albis, mollibusque utuntur pro tomento*. Ex cannarum etiam, & juncorum capillamentis hoc tomentum preparari consuevit. Martialis:

Nec toga, nec focus est, nec tritus cimice lectus,
Nec tibi de bibula sarta palude teges.

ubi teges στρωμνὴ est, culcitra: ad Idyll. III. Theocr. Schol. στρωμνὰς, σιβάδας. ἐποίων τὰς σιβάδας ἐκ τῆς ἐν τῷ λειμῶνι φυομένης ὕλης. &, σιβάδας καλῦσι τὰ ἐξ ὕλης χορτώδη καταρρωσιν. Oropho etiam ad pulvillos utebantur: vocat ὄροφον λεπτόν τινα κάλαμον παπυρώδη. *In Oreste* Euripidis Schol. qui ad laquearia contignanda erat quoque aptissimus, ᾧ χρῶνται εἰς ὀροφάς. Idem *vocant orophum* ῥαγάζιον, subdit, puto ego quod facile frangatur, & juncus est in paludibus, cum capillamento ad pistilli formam: inde nos pueros jam crescentes, proceros, & junceos, *Ragazzi* nominamus, ut Latini suos *calones*: calo enim ramusculus, surculus est: & pro puero accipitur a Persio:

Sambucam potius caloni aptaveris alto.

inde etiam lixa, puer servilis in bello, a proceritate appellatur: lixum, longum dixere vetustissimi, unde prolixus, prolixitas: *lixum facere* apud veteres erat longo ejulatu flere: hic fere illud Juv. —— *miserabile, longum. Attendit Thymele*: ac proinde tales voces, quæ extensione proferuntur, ut sunt boum, μηκασμοὶ dicuntur, a μήκεος: *miccio* etiam funiculum longum nostri inde vocant: Qui *lessum facere* dicunt, nescio, an meliori ratione niti videantur. Sed ut ad orophum redeam; scirpus est orophus, ita a ῥάπτω dictus, quod ex eo storiæ consuantur: Latinis est scirpus, qui quoniam teres totus, proverbio ansam attulit. *Nodum in scirpo quærere*: & a cannis differt, quæ in eadem palude nodis oppletæ reperiuntur. Sed puto ante victoriam Pæana cecinimus; quid si Circense tomentum a paludibus Circæi oppidi vocatum est? Prope Circæum paludes sunt teste Strabone l. V. & inde Storas fluvium meat, μεταξὺ δὲ ὁ στόρας ποταμὸς, qui si a στορεῖν, quod est subtus sternere, dicitur, tomentum prope ipsum fluvium Circense fieri solitum ad substernendum credibile est, unde flumen nomen acceperit. Pulvilli præterea pteri quoque herba conflatos, ita appellata, quod pennæ struthocameli sit similis, mollitiemque habeat. *Idyll.* IV. Theoc. auctor est Scholiastes: Cniza præterea herba lectulorum stromata Virgines habuisse, quæ in Panathenæis sacræ essent ob herbæ puritatem, & munditiam: facit quoque de stibade herba *Idyll.* V. & IIX. de χαμαιστρωσίᾳ habes in *Philoctete* Sophoclis Interpr.

52 *Stans spectaret*) Tacit. l. XIV. Annal. *Si vetustiora repetas, stantem populum spectavisse.*

53 *Vallis Murcia*) Marlianus legit Martiam, & a campo Martio nomen cepisse putat, quod ipsi pene Labyrintæi causa erroris fuit; nam Circum Maximum in campum Martium transfert, lib. VI. cap. XXIX. Vallis itaque Murcia a Venere Murcia dicta est, ad Cloacinæ, id est, pugnacis illius differentiam. Sabini enim cum veluti murcidi viris fœminis e Via nova ad

parte ædem tovere. Et D. Augustinus *de Civitate Dei* lib. IIII. cap. XVI. Deam Stimulam *vocaverunt, quæ ad agendum ultra modum stimularet, Deam Murceam, quæ præter modum non moveret, ac faceret hominem*, 54 ut ait Pomponius, *marcidum, id est, nimis desidiosum, & inactuosum*. Unde Ammianus quosdam fuisse ait in Italia, qui vitandæ militiæ gratia, pollicem præciderent, eosque *Murcios* vocari tradit. Plautus *Murcidum* dicit hominem, pro inerti, & languido. De valle Murcia Claudianus in Panegyri alterius Stiliconis Consulatus, ita canit,

Ad cœlum quoties vallis tibi Murcia tollet,
Nomen Aventino 55 Pallantæoque recessu.

Et Livius lib. I. *Ancus multa millia Latinorum in civitatem accepit. Quibus, ut jungeret Palatio Aventinum, in Murcia data sedes*. Et Plinius lib. XV. cap. XXIX. *Ara vetus fuit Veneri Myrteæ, quam Murciam vocant*. Apulejus lib. VI. *Metas Murcias* vocat, unde apparet eas Murciæ dicatas fuisse, in cujus valle locatæ erant: In prædictis vero locis *Murtiam*, non *Martiam*, ut passim librariorum errore irrepserat, legendum esse ex Tertulliano, Victore, Plinio, & vetusto Cassiodori Codice scripto satis constat. Sed *Mundi Dominus* (de Augusto loquens Cassiodorus scribit) *ad potentiam suam opus extollens, mirandam etiam Romanis fabricam, in vallem Murciam tetendit Augustus, ut immensa moles firmiter præcincta montibus contineretur, ubi magnarum rerum indicia clauderentur*. Quod etiam Varronis testimonio confirmatur, qui lib. IIII. *de verborum origine* ad Ciceronem, ait: *Intimus Circus* (de maximo loquitur) *ad Murciam, alias Murcis vocatus, ut Procilius ajebat, ab urceis, quod is locus esset inter figulos. Alii esse dicunt a Murteto declinatum, quod ibi fuerit, cujus vestigium manet, quod ibi Sacellum etiam nunc Murciæ Veneris, &c.* Plutarchus *in Problematibus* eam Venerem Myrteam antiquitus, a Myrtis appellatam tradit, quæ postea *Murcia* dicta sit: nam qua ratione ea vallis *Martia* dici potuerit, non inveni.

Circus autem erat certus in gyrum ambitus, a circumeundo (auctore Servio) dictus, sive (ut M. Varro tradit) quod circum Spectaculis ædificatus sit, ubi Ludi fiunt; vel a circuitu equorum, quod ibi circum metas equi currerent; vel quod circum metas in eo existentes ferretur Ludorum pompa. A Circo (ut dixi) Ludi in eo editi *Circenses* vocati. Maximi autem Circi nomen a Ludorum magnificentia quidam dictum putant. Alii, (quod magis placet) quod omnium Urbis circorum esset maximus, atque capacissimus. Quod Livii auctoritate lib. I. confirmatur. *Circo* (inquit) *qui nunc Maximus dicitur, locum Tarquinius designavit*. Ubi ipsum *Maximum* olim appellatum non fuisse, non obscure indicat, quum ait; *Qui nunc maximus dicitur, quia quum antea unus tantum in Urbe esset, Maximus non dicebatur*: Cæterum aliis aliquot Circis extructis, *Maximi*, ad eorum discrimen, nomen obtinuit.

Circus. *Maximus.*

Erat autem Circus Maximus, ambitus olim ligneus, postea porticibus lateritiis gradus sustentantibus in gyrum conclusus, forma oblonga vertens, qui ex una parte in hemicycli speciem desinebat, ex alia vero angulos duos quadrata figura habebat in valle Murcia inter Aventinum Palatinumque colles Ludorum gratia fabricatus, quem M. Varro lib. IV. *de Verborum origine*, 56 *Armilustrum*

Circus Maximus.

Aventini radices se receperint, Murciæ nomen, puto, Venus lucrata est, aut saltem mons vicinus. Cæterum metas Murcias nominat in Psyches fabula Apulejus. De qua & Servius. *Cavea est, ubi populus spectat: Vallis autem ipsa, ubi Circenses editi sunt, ideo Murcia dicta, quia quondam vicinum montem Murcium appellatum volunt*. De hac Claud. *in Consul. Manlii*.

—— *subitæque adspectus arenæ,*
Diffundit Lybicos aliena in valle cruores.

Legerem, *colores*: nam de Tygride loquitur, sicut alibi in eodem auctore perperam est. *Cingunt arva tygres*, pro *Pingunt arva tygres*. Notat etiam Calpurnius, locum Circi valli comparans *Eglog. ult.*

Qualiter hæc patulum contendit vallis in orbem,
Et sinuata latus resupinis undique sylvis
Inter continuos curvatur concava montes,
Sic tibi planitiem curvæ sinus ambit arenæ.

Et Ovid. lib. II. *Fast.*

Quaque jacent valles maxime Circe tuæ.


Iterum quoque Claud. Cons. VI. Hon. locus vallis maxime aptus ad hæc ludicra de hippodromo Oenomai. Statius lib. II.

Sæva nec Eleæ gemerent certamina vallis.

54 *Ut ait Pomponius*) Pompejus potius. Sex. enim Pompejus ita. *Murcidum, ignavum, stultum*. Plaut. *Murcide homo, ignave, iners*. Veteri qui penes me est codice Propertii, Sestus, non Sextus legitur, quod displicebat; sed Auctor *Etym. magni* & si corruptus ita scripsisse Romanos videtur velle σέστος, Ρωμαϊκὸν ἐστὶ ὄνομα. τὸ γὰρ παρ' ἡμῖν ἕξ, αὐτοὶ λέγουσι σέξ, καὶ μέτρου τινὸς παρ' αὐτοῖς τὸ ἕκτον λέγεται σέξτον, διὰ δὲ εὐφωνίαν τὸ σέξτος, λέγεται σέστος. Nihil interim delibero. Potuit enim Græcus auctor in re Romana decipi, & meus codex non bene ita scriptum Sestum habere.

55 *Pallantæoque recessu*) Virgil. lib. IIX. ubi Servius etymum ponit. Solin. cap. XI. *Polyb. Pallantæum Arcadiæ oppidum, quod Palatio nostro per Evandrum Arcada appellationem dederit satis est admonere*. Lege Marlianum *Topograph.* lib. III. cap. I.

56 *Armilustrum*) Armilustrum fuisse in Circo Varro ibi notat, cum in l. *de ling. Lat.* IV. inquit: *Armilustrum ab ambitu lustri locus, idem Circus Maximus dictus*. Erat armilustrum, ut Paulus Festi abbreviator recitat, festum apud Romanos, quo res divinas armati facerent, ac


CIRCI MAXIMI ET ANTIQVI IMPERATORVM ROMANORVM PALATII ICHNOGRAPHIA DILIGENTER EX HIS QVAE SVPERSVNT RELIQVIIS AENEIS FORMEIS EXPRESSA
Onuphrij Panuinij Veronensis Fratris Eremitae Augustiniani
Roma quadrata
Septentrio
Via publica
Templum Apollinis
Bibliothecae Graeca et Latina
Bibliotheca Latina Apollinis
PALA
TIVM
Atrum Palatinum
Porticus
Domus Augustana
Area
Fons
Domus Augustana
Forma aquae claudiae
Occidens
Oriens
Domus Tiberiana
Theatrum Tauri
Via publica
Moenianum
Septizonium
Tabernae
Tabernae
scalae
Via
publica
Porticus exterior in se habens officinas mercatorum
Tabernae
Podium
Longitudo stadiorum III et semis ped
Podium
CIRCVS
MAXSVMVS
Carceres sine equor emissiones
Latitudo stadij unius pedum 625
Circi cum aedificijs magnitudo iugerum IIII.
Gradus capaces hominum CL∞
Euripus altus latus pedes X
Porticus exterior, in se habens officinas mercatorum
Meridies versus montem Auentinum
Moenianum

vocat, ita: *Armilustrum ab ambitu lustri locus item*. Circus Maximus dictus, quod circum Spectaculis ædificatus, ubi Ludi fiunt, & quod ibi circum metas fertur pompa, & equi currunt. Itaque dictum in Cornicula, 57. *Milites adveniunt, quem circumeunt ludentes:*

Quid cessamus ludos facere?
Circus noster ecce adest.

Plutarchus in *Romulo*, Armilustrum Titi Tatii Regis sepulchri locum in Aventino monte esse scribit. Circum Græci ab equorum cursu 58 *Hippodromum*, & *Catadromum*, id est, decursorium ab hominum curriculis, vocavere; quæ vox a Latinis etiam quandoque usurpata est. Martialis lib. XII. in habentem amœnas ædes:

Pulverumque fugax hippodromon ungula plaudit.

Sidonius lib. II. epist. ad Domitium:

Si non hippodromus saltem cryptoporticus vocabitur.

Cujus accuratam, & particularem descriptionem facturus, a majoribus partibus initium faciens, ad minores progrediar.

Circi magnitudo. Circi porro Maximi campus, sive area, A in valle Murcia locata, sive ejusdem ædificiis longitudine trium stadiorum cum dimidio, latitudine vero unius, id est, CXXV. passuum erat, ut lib. III. Dionysius tradit. Quod si ædificiorum quoque, & porticuum solum adjungatur harenæ, 59 quaternum jugerum ambitum Circus Maximus complectitur, ut idem Dionysius auctor est. Quod replicans Plinius libr. XXXVI. cap. XV. ait: *Nam ut Circum Maximum a Cæsare dictatore extructum longitudine stadiorum trium, latitudine unius, sed cum ædificiis jugerum quaternum*, 60 *inter magna opera dicamus*.

B Circi harenam (ut est apud Plinium, & Circi ... Tranquillum) Cajus, & Nero Imperatores 61 Chrysocolla constraverunt. Hic in *Caligula*, cap. XVIII. *Edidit Circenses plurimos, minio, & Chrysocolla constrato Circo*. Ille vero lib. XXXIII. cap. V. *Visum est*, inquit, *jam Neronis Principis spectaculis harenam Circi Chrysocolla sterni, quum ipse* 62 *concolori panno aurigaturus esset*. Chrysocolla vero (ut idem Plinius libro eodem tradit) *est humor, qui in aurifodinis per venas auri defluit, & crassescente humore, rigoribusque hibernis, usque ad pumicis duritiem solidatur, quæ subtilissime contusa*, 63 *auri picturam præbet*. Circum

cum sacrificarent, tubis canerent: Josephus Scaliger addit ibi, putare se non tubis, sed classido solitos veteres in hoc sacro canere, solitumque lustrari armatum exercitum, centuriatis comitiis, sumpto ex vetustissimo instituto Atheniensium, apud quos οἱ περιστιίαρχοι comitium lustrarint. Tu vide Plutarchum *in Romulo*, Paulum *supra Festum*: Glossæ, *Armilustrum*, ὁπλοκαθαρμός, ὁπλακαθαρσία. Sed in Circo tantum armorum lustratio: nam ibi fuisse armamentarium non satis probo: quæ enim prudentia Principum furenti populo arma ad manum ponere? Armamentarium in Aventino ad Plutarchi sententiam colloco, ubi Romulus Tatium sepelivit, aut Tarpeja rupe, canente Lucano.

Jam rupes Tarpeja sonat.

quod si Vespasianus ad armandas legiones ex armilustro arma prompsit, intelligendum est, dum lustrationis dies essent: certe Othonis tempore Armamentarium in castris Prætoriis, Quære ex Tac. lib. I. hist. in seditione decimæ septimæ cohortis Hostiensis, sed de armamentario Prætorianorum militum puto ibi intellexit.

57 *Milites adveniunt*) Corruptissimus, & pene defletus locus, quem nec Machaon sanaret. Legit Vetranius, *Mulieres ad restim, &c.* ut sit ludus χορδακισμῦ, cujus meminit *in Olynth.* Demosthenis Scholiastes. Scaliger confutato Vetranio, *Milites ad vectim*, ut intelligat sudem, qua milites exercebantur. Turnebus, *Milites adventu*. Ego, si mihi locus est, legerem, *Itaque dictum in Cornicula Militis*; *ad vectim, &c.* vel *ad metam, quam circumeunt ludentes*. Corniculam a milite habere fabulam suam fatetur ipse Scaliger. Reposueram quandoque, *Milvius advenit, ter circumeant ludentes*; & putabam posse esse ludum ita dictum a milvii more, qui circumit volando, cum præterea sciam in Italia adhuc hujus ludi perdurare apud pueros vestigium: sed in re tam dubia quis audebit pro vero aliquid hiscere? non probavi.

58 *Hippodromon*) Locus ad currendum aptus, arboribus hinc inde stipatus & ad captandam umbram in ambulatione accommodatus: ut patet ex Plin. ep. VI. lib. V. Euseb. *Eccles. Hist.* lib. I. τὰς ἐπισήμους συναγογὼν εἰς τὸ καλούμενον ἱππόδρομον. *in Hippromum nobiliores convocans*. Erat & Catodromus, qui decursorium a Budæo appellatur.

59 *Quaternum jugerum*) Duorum agrorum spatium: agri enim apud veteres dividente Romulo binorum dumtaxat jugerum erant: jugum dicebatur, quod uno jugo boum exarari una die potuisset, ut Marcellus refert ex auctoritate Varronis. Dicitur jugum & jugatio apud Juristas l. III. C. *de Episc. & Cleric.* Cic. *in Verrem*. *Quidquid in singulis jugis arant*? Cassiod. l. IV. *Constantis supplicatione comperimus sacrosanctæ Ecclesiæ ipsius unum jugum veterum Principum pietate collatum, nunc quorundam violentia, usurpatione detineri.*

60 *Inter magna opera*) *Opera magna* veteres quædam urbis excellentiora vocabant. l. III. penult. De oper. publ. Puta *Circum, Mœnia, Amphitheatrum, Campum Viminalem, Castrense oppidum, campum Martium*.

61. *Chrysocolla*) De eodem luxu idem Plinius lib. XXXVI.

62 *Concolori panno*) Prasina veste, & viridi: hic color enim Chrysocollæ: teste Vitruvio l. VII. c. XIV. & Isidor. l. XIX. c. XVII. *Chrysocolla* (inquit) *colore prasina est, dicta, quod vena ejus habere aurum traditur*. Ea usus Caligula, quia maxime valeret ad perdendam pecuniam. Vitruv. ibid. *Item qui non possunt chrysocolla propter charitatem uti, herba, quæ lutea appellatur, cæruleum inficiunt, & utuntur viridissimo colore*. Eam nunc *Borace* vocant Veneti, atque aurifices ad glutinandum ferruminandumque aurum utuntur. E Macedonia afferri Vitruvius prædicat optimam, sed egregiam Dioscorides facit Armeniacam l. V. c. VC. Plin. l. XXXIII. c. V. ex Armenia, Macedonia, & Hispania colligi ait: vide in Vitruv. Philandrum.

vero Maximum hac ideo harena straverunt, A tum ad ornatum, tum ut post Naumachiam, emissa in Tiberim aqua, (adhuc enim subterranei specus, & a Circo ad Tiberim productarum [64] cloacarum vestigia visuntur) nullo limo impediente, reliqua ludicra celebrarentur.

Sedilia Circi.

Antiquitus circum aream Circi erant gradus subselliaque, seu sedilia lignea, quo commodius spectari posset, a Tarquinio excitata, quibus Ludos spectaturi considebant, atque ita in modum scalarum composita, ut alter alterius prospectum non impediret. Superiores autem gradus duodecim pedibus a terra alti erant, sensimque ad imum solum descendentes, [65] furcis ligneis sustentabantur, ut libro primo refert Livius: *Spectavere* (inquit) *furcis duodenos a terra spectacula alta sustinentibus pedes. Circo extructo illico Tarquinius sedilium loca inter* XXX. *Curias divisit, dans unicuique Curiæ partes singulas, ita, ut in suo quisque loco sedens spectaret.* Auctores Dionysius, & Livius, qui libro primo refert, Tarquinium [66] divisisse *loca in Circo Patribus Equitibusque.* Ea porro subsellia, quibus insidentes Ludos spectabant, [67] *Fori* dicebantur. Livius loco supradicto: *Loca divisa patribus, Equiti-*

Sedilia Circi divisa.

Fori.

63 *Auri picturam præbet*) Auri enim venam habet, ut diximus: pulvis aureus similis ei nitella etiam est. Mart. lib. v.

Rhenique nodos, aureamque nitellam.

crines videlicet Germanorum, qui flavi sunt, & pulverem aureum: hoc, postquam purgaverat comam, ipsam illuminabat Commodus, quod Herodianus lib. I. & Lampridius asserunt. pulverem vero ob nitorem nitellam vocabant. Apul. *Apolog.*

Misi ut petisti tibi mundicinas dentium,
Nitellas oris ex Arabiæ frugibus,
Tenuem, candificum, tenuem pulvisculum.

Scobem auri eum in Gallieno vocat Capitol. *Crinibus suis auri scobem aspersit:* nitella aurea usos Reges Indicos, ut ejus fricatione gemmas lucidiores redderent, testis est Solin. cap. LV. Aurosa, phsecas, balluca aurei pulvisculi species sunt: phsecas guttulas illas ut rores, exhibet: balluca autem gleba est informis, non purgata. Pollux. τὴ χρυσίδα ψάμμον, appellat nitellam, Theoph. ἄμμον χρυσίον: balluca veteri Gloss. definitur χρύσαμμος. ἀχώνευτος γῆ καὶ χρυσοειδὴς *terra non conflata, & aurea.* Rescriptio Valentiniani, & Valentis ad Germanianum comitem sac. Largit. *Ob metallicam canonem* XIIII. *uncias ballucæ pro singulis libris constat inferri,*

64 *Cloacarum vestigia visuntur*) Plures ibi cloacæ, nam ante opus cloacæ maximæ. *Servius Tullius,* Livius. l. I. *infima urbis loca circa forum, aliasque interjectas collibus convalles, quia ex planis locis haud facile evehebant aquam, cloacis e fastigio in Tiberim ductis siccat.* Tarquinius postea Priscus cloacam illam maximam deducit, ut lib. eodem idem testatur auctor, ea in tres ductus divisa ad Jovis Statoris templum per vallem Murciam influebat in Tiberim, quorum *duo nunc clausi, tertius lympidissima fluens aqua in Velabro ostenditur,* inquit Marlianus lib. Topogr. III. cap. XIX. Acta Martyrii B. Sebastiani, anno a Christiana salute CCLXXXVI. *Tu ne es Sebastianus, quem nos dudum sagittis jusseramus interfici? Sebastianus dixit; ad hoc Dominus Jesus Christus reservare dignatus est, ut conveniam, & contester vos coram omni populo injusto judicio persecutionem vestram in Christi famulos ebullire. Tunc jussit eum in Hippodromum Palatii duci, & tam diu fustibus cædi, donec exhalaret spiritum.* Paullo post: *Porro B. Sebastianus apparuit in somnis matronæ religiosæ Lucinæ nomine, dicens ei, in cloaca illa, quæ est juxta Circum, quære, & ibi invenies corpus meum:* quæ verba ex Cod. m. s. desumpta sunt Patavii ex Bibliotheca D. Antonii: Martyrio igitur ad Circum maximum fuit affectus D. Sebastianus, & in cloaca prope Circum dejectus ad Palatinum montem.

65 *Furcis ligneis*) Tabulatis videlicet, super quibus demum homines spectabant: de bacillis istis furcatis in more Romanorum habitis ad fulciendum Polybius: παρὰ δὲ Ῥωμαίοις δύο κερείας, ἢ τρεῖς ἔχουσιν οἱ χάρακες, ἢ δὲ πλείστας τέτταρας. Cervi vero proprie dicebantur ob cornua illis cervorum similia, ut ad Virgilium exponit Servius.

Non humiles habitare casas, & figere cervos.

Cæsar. *huic loricam, pinnasque adjecit grandibus cervis, eminentibusque ad commissuras pluteorum, atque asseris.* Tib. ad Messallam.

Quæ doceat tutam castris deducere fossam,
Qualiter adversos hosti defigere cervos.

66 *Divisisse loca.*) Sed prævalente deinde Republica miscellatim Patres, eques, plebs sedere; atque ita ad Augustum usque: lex enim Roscia, & Julia olim tantum in Theatralibus caverant. Augustus itaque Cor. Cinna & Val. Messalla Coss. seorsim senatum, seorsim equitem spectare jussit: nullis tamen decretis in Circo certis locis; quam confusionem tollendi causa mox certam, mansuramque sedem Senatui tribuit Claudius, cum statim post Nero & equiti. Suet. *in Ipso. Circensibus loca equiti secreta a cæteris tribuit:* a plebe nempe, quia Senatores jam secreti: quod etiam l. VIII. Plinius c. VII. narrat. Post hæc si invenies in altero Plinio l. *ep.* nono iterum confusas sedes senatorum cum plebe, in veste non Senatoria, sed ἰδιωτικῇ intellige. Tarquinius igitur Priscus senatui, & equiti loca distribuit, quod Reipublicæ tempore non observatum Augustus Senatui restituit, nec plene, nam perfecit rem Claudius, Nero equiti: permissa tamen licentia etiam Senatoribus vagandi per sedilia veste privata. Alia alibi tractabimus: nunc ista hic sufficient; tantum vide Livium lib IVL.

67 *Fori*) Sosipater Charys Gram. l. I. *fori, loca spectaculorum.* Tabulata proprie navium sunt. Virgil. *Laxatque foros.* Donatus & idem Sosip. *fori, tabulata navium:* neutro tamen genere protulit Agellius: *fora navium.* Diomed. l. I. *de orat. & de part. orat.* fori loca *spectaculorum.* Fabri ex Hetruria acciti ad hoc opus, ut per Livium constat l. I. sequitur post: *& ad alia ut specie minora, sic laboris aliquanto majoris traducebantur opera, foros in Circo faciendos, cloa-*

busque, ubi spectacula sibi quisque faceret, Fori appellati. Et lib. XXIX. *Censores M. Livius, & C. Claudius, omnia a foro boario ad Veneris, & circa foros publicos facienda locaverunt:* & lib. LV. *Licinio Consuli ad quadrigas mittendas ascendenti, tabellarius, qui se ex Macedonia venire diceret* [68] *laureatas litteras attulisse dicitur. Quadrigis missis, Consul currum conscendit, & quum per Circum veheretur ad foros publicos, laureatas tabellas populo ostendit. Quibus conspectis, repente immemor spectaculi populus, in medium decurrit, eo Senatum Consul vocavit, recitatisque tabellis, ex auctoritate patrum, pro foris publicis denunciavit populo, L. Æmilium collegam Macedonum exercitum prælio fudisse, fugasseque.* Sex. Pompejus: *Fori (inquit) significant Circensia spectacula, ex quibus etiam minores Forulos dicimus per diminutionem, id est, minores Foros, hoc est, minora spectacula.* Nonius Marcellus: *Fori sunt spatia in navibus, vel locus apertus, ac patens.* Dio libro LV. *Sub Augusto ludi Circenses seorsum a Senatoribus, & Equitibus spectati sunt, quod adhuc moris est. Cn. Cornelio Cigna Magno, M. Valerio Messalla Consulibus.* Tranquillus in Claudio cap. XXI. *Circo Maximo marmoreis carceribus, auratisque metis exculto, propria Senatoribus constituit loca, promiscue spectare solitis.* Dio libr. LX. *Spectaverunt in Circo ima parte seorsum singuli ordines Senatorum, Equitum, & plebis, ex eo tempore quo lex de ea re lata fuit. Non tamen tertii loci singulis attributi erant, sed tunc Claudius subsellia Senatoribus destinavit, quæ nunc etiam sunt. Concesso quoque si qui alibi veste plebeja spectare vellent. Quibus actis, Senatum cum uxoribus, Equites & Tribus epulo excepit.*

Distinctio ordinum in Circo.

Hoc idem Nero (ut Tranquillus cap. XI. scribit) Equitibus quoque præstitit: *Circensibus* (inquit) *loca Equiti secreta a cæteris tribuit.* Plinius lib. VIII. cap. VII. *Nero in Circo Euripos sustulit, Equitibus loca addens.* Tacitus lib. XV. *Nero Cæsar Equitum Romanorum locos sedilibus plebis anteposuit apud Circum. Namque ad eam diem indiscreti inibant: quia Lex Roscia nihil* (de Circo scilicet) *nisi de quatuordecim,* (theatri scilicet tantum) *gradibus sanxit.* Cæterum populi Romani opibus, & majestate crescente, Circi sedilia ex ligneis lateritia, amplissimarum porticuum ordinibus sustentata, deinde marmorea structa fuere; qui porticuum ordines altitudine, & latitudine (ut lib. antiquitatum Romanarum III. tradit Dionysius) & ex his quæ supersunt Circi vestigiis apparet, triplices erant. Quorum primus ad imam partem triplici fornice, alter duplici, tertius uno compositi, gradus, foros, & ambulatoria, queis spectabatur, theatrorum more sustinebant, altiore loco angustiore, postea sensim latius sese usque ad solum diffundentes, ut ex superiore Circi topographia patuit. Quum vero duobus lateribus Circi ambitus comprehenderetur, ab altera extremitatum qua in hemicycli formam Circus desinebat, invicem gradus omnes lineari, & [69] parallela figura connectebantur, ita ut una ex singulo quoque ordine fieret continuata porticus circularis.

Circi porticus.

Gradus.

---

camque maximam: foros videlicet mansuros, stabiles; nec aliter intelligere possis, cum fortuiti essent, & subitario opere illi Prisci; præterea publica expensa usus est Superbus; nam publicorum fororum mentio fit apud Livium lib VL. Dicti spectacula, ut Græce θεωρεῖα. sed sciendum est Tarquinium Priscum ligneos fecisse foros tantum, qui ἴκρια δκράτεα ξυλινοῖς σκέλεσιν ἐπικείμενα sunt Luciano *contignationes cervis ligneis incubantes*, eosque prætera foros nudos, & sine sedilibus; Superbus imposuit sedilia, καθέδρας.

68 *Laureatas literas)* eandem rem Plutarchus paulo aliter in P. Æmilio. Ἐν δὲ τῇ Ῥώμῃ τοῦ δήμου θεωροῦντος ἱππικοὺς ἀγῶνας, ἐξαίφνης ἐνέπεσε λόγος εἰς τὸ πρῶτον τοῦ θεάτρου ὡς Αἰμίλιος μεγάλῃ μάχῃ νενικηκὼς Περσέα καταστρέφοιτο πᾶσαν Μακεδονίαν. De literis vero laureatis idem scribit Liv. lib. v. *Literæ a Posthumio laureatæ sequuntur victoriam P. Romani, esse Æquorum exercitum deletum.* Sed non literæ tantum, verum laureæ in Victoriæ signum mittebantur. Tac. *hist.* lib. III. *Ipse lauream gestæ prospere rei ad fratrem misit.* Capitol. in Maximo de literis. *Romam laureatas literas misit:* in Alexandro Lampr. *omnibus in locis tabellæ, & laureæ sunt delatæ.* Persius ad hoc.

—— missa est a Cæsare laurus
Insignem ob cladem Germanæ pubis.

Claud. de Bello Cildon.

—— captum vox nuntiat una,
Rumoremque sui prævenit laurea belli.

Una vox, hoc est, communis, & publica, sic Mart.

—— est vox tamen una.

Idem in sexto Honor. Cons. In paneg. Stiliconis. Sidonius in Paneg. Martiani. Plin. nep. in illa Trajani. Marcellinus de Constantio Cæsare. Pila lauro decorabantur. Martial. L. VII. epigr. v.

Publica victrices testantur gaudia chartæ,
Martia laurigera cuspide pila virent.

69 *Parallela fig. connect.)* Ista connexio; lineam vocat Ovidius *de Arte amandi.*

Quid frustra refugis? cogit nos linea jungi,
Hæc in lege loci commoda Circus habet.

Non enim, ut in Theatro, Amphitheatrove cuneis, globisque distincti Patres, equites, & plebeii, sed omnes per continuata sedilia spectabant, fœminæ, viri: quod repetit Naso.

Est bene, quæ cogat, si nolit, linea jungi,
Qua tibi tangenda est lege puella loci.

Et legem loci necessitatem illam appellat sedendi fortuita sessione, nam cum sedilia Circi recta linea nullis distincta cardinibus, zonis, aut cuneis, ut in theatris, constituerentur, nemo in se-

Ex triplici porticuum ordine, quorum unus ſupra alium exteriore Circi parte erat, imus intra fornices officinas habebat, & habitationes ſuper eas, inter quas per certos ſcalarum gradus, qui inter eaſdem officinas erant, ingreſſus & aſcenſus euntibus ad Spectacula, erant ita compoſiti, ut tot hominum abeuntium & ingredientium millia, nihil eorum quæ circa erant conturbarent.

Ex duabus Circi extremitatibus, altera quæ in hemicycli formam deſinebat, ampliſſimum & patens oſtium mœniano ſuppoſitum, & duo ex utroque latere alia mœniana, ſive podia 70 quadrigis ornata habebat. In altera autem, cui figura quadrata anguli in modum turrium vel mœnianorum erant, tredecim oſtia fuere conſtructa, quorum medium omnium maximum, alio podio ſubjectum, reliqua duodecim æqualia & minora, ſex ſcilicet ex utraque majoris oſtii parte erant. De quibus Auſonius Gallus ad Urſulum de numero ſenario:

Oſtia quot pro parte aperit ſtridentia Circus,
71 *Excepto medio, quod patet ad ſtadium.*

Per hoc enim majus oſtium, & aliud in Circi alio capite ſitum, equi, bigæ, quadrigæ, cætera ludicra, & pompæ inibant egrediebanturque.

In reliquis porro XII. minoribus oſtiis carceres erant, ſive equorum emiſſiones, quæ ad ſimilitudinem eorum locorum, in quibus rei homines in Civitatibus clauſi tenentur, carceres dicebantur, quod equos antequam currere inciperent, coercerent. M. Varro lib. IV. *de verborum origine* ad Ciceronem: *In Circo* (inquit) *primo unde mittuntur equi, nunc dicuntur carceres.* 72 *Nævius oppidum appellat, quod ſcilicet more murorum, & oppidorum turrita erat ea Circi pars, in qua carceres fuere.* Et idem Varro: *Carceres dicti, quod coercentur equi, ne inde exeant, antequam Magiſtratus ſignum miſit; Oppidum quod ea muri parte pinnis turribuſque carceres olim fuerint.* Scripſit Poeta Ennius,

Dictator ubi currum inſedit, provebitur uſque ad oppidum.

Livius l. VIII. L. Papirio Craſſo II. & L. Plautio Venoce Conſulibus, Carceres in Circo primum inſtitutos fuiſſe tradit: qui l. XLI. Carceres in Circo inſtitutos, & 73 ova ad notas curriculis numerandas facta ſcribit. Quas ex ligneis Claudium marmoreas feciſſe prodit c. XXI. Tranquillus ſic. *Circo vero Maximo marmoreis Carceribus, auratiſque metis, quæ utraque & tophina ac lignea antea fuerant, exculto, propria Senatoribus conſtituit loca promiſcue ſpectare ſolitis.* M. Varro lib. II. *de re Ruſtica. Ego adveniens aperiam Carceres, & quos emittere incipiam, non ſolum mares quos admiſſarios habeo, ſed & fœminas.* Sidonius in Panegyri ad Antemium Imperatorem:

74 *Procedat Schœneis prius agnita virgo mariti,*
Crimine quam ſexu, ſpectet de Carcere Circi
Pallentes Athlanta procos, ut poma decori.

Et in 75 Panegyri ad Marcum Antonium Auguſtum:

---

cunda linea ſedere poterat, niſi plena prima; quapropter ſi amator puellam ſectabatur, commode cum illa ſedere ex neceſſitate loci poterat; non enim volenti puellæ locus erat diſcedendi, ac mutandi ſedem, quod in theatris, amphitheatriſque factum eſt, ut ex Epigr. in Mannejum Martialis colligitur: hac ratione etiam illud Claudiani dictum eſt.

Connexum gradibus veneratur purpura vulgus.

Dicemus de alba linea, aliiſque lineis luſoriis inferius.

70 *Quadrigis ornata*) Hoc ornamentum ſolitum erat priſcis (ut hic) apponi in faſtigiis. Propert. lib. II. *ad Cynth.*

Auro Solis erat ſupra faſtigia currus.

71 *Excepto medio*) Terdecim oſtia, ſi recte numeras. Janua hoc dictum a Sidonio.

Tum qua eſt Janua, conſulumque ſedes.

Sed de ipſo in Hippodromo Conſtantinop. paulo fuſius. Per hoc oſtium, mœniano ſuppoſitum pompa in Circum, aliaque ſimilia inferebantur, quo claudebatur etiam Circus finitis pompis, & ludis Circenſibus, veluti & theatra claudebantur poſt ludos, & munera. Juven.

Aſt aliæ quoties aulæa recondita ceſſant,
Et vacuo, clauſoque ſonant fora ſola theatro.

Acta Martyrii S. Mauri Monachi. *Amphitheatri oſtia clauſa eſſe ab Angelis.* Principes clauſis Circi oſtiis privato ſpectaculo indulgebant. Lampr. *in Alogab. Junxiſſe etiam camelos quaternos ad currus in Circo privato ſpectaculo:* ſed videtur Circi clauſuram Suet. *in Neron.* ſignificare. *Canebat nonnunquam in publico naumachia præcluſa, vel Martio campo, vel Circo Maximo inter ſcortorum totius urbis, ambubajarumque miniſteria:* quin & ſtadium claudebatur confecto certamine. Anth. lib. II. Lucill.

Ὡς τ' ἀποκλεισθῆναι παιδόθε τὸ στάδιον.
Undique cum ſtadii limina clauſa forent.

72 *Nævius oppidum*) Sex. Pomp. *oppidum dicitur, & locus in Circo, unde quadrigæ emittuntur.*


73 *Ova*) Vide ſuo loco cap. XIV.

74 *Procedat Schœneis*) Sic lege.

Procedat Schœneis prius agnita virgo marito,
Crimine, quam ſexu; ſpectet de carcere Circi
Pallentes Athalanta procos, & poma decori
Hippomenis, jam non pro ſolo colligat auro.

adjungendus fuit hic verſus, ne ſenſus laboraret. De Athalantæ hiſt. vide Schol. Theoc. *in Idyl.* III.

75 *Panegyri ad M.*) Hic Marcum Antonium Auguſtum quomodo intruſerint typographi


AVRIGATIO·CIRCENSIS·CVPIDINIBVS·AGITANTIBVS·EXPRESSA·IN·ANTIQVO PERISTVLIO·QVOD·ROMAE·IN·HORTIS·FARNESIIS·TRANSTIBERIM·EXTAT
ONVPHRII PANVINII VERONENSIS STVDIO AENEIS TYPIS FORMATA VENETIIS ANNO SALVTIS ∞ DLXXX GREG·XIII·P· CVM·PRIVILEGIIS·PRINCIPVS·
CARCERES
META

Cajus in Ætolo volitantem pulvere Martem,
Horruit Hippomanes, multo qui capite Circi,
Contempto præmissus erat, cum Carceris antro,
Emicuit pernix populo trepidante virago:

Cancelli carcerum. 76 Carceres Circi Cancellis quibusdam claudebantur, quemadmodum ex vetustis Gentis Farnesiæ marmoreis monumentis hic expressis liquet, quibus præter Carceres, metæ, ova, bigæ, & ædicula quædam, de quibus mox dicam, expressa sunt.

77 FIGURA ÆNEA.

Toto Circi ambitu sex mœniana erant, A tria ex utroque latere, ut ex Numismatibus, & Circo a me designato constat, ex quibus Magistratus, & nobilissimi quique spectare solebant, & quadrigis committendis signum dare.

Circi, harenæ scilicet & ædificiorum circuitus, octo stadiorum, id est, mille passuum erat. *Locus capax hominum CL. millium:* (ut ait Dionysius) vel (ut Plinius & Sext. Rufus, nisi in numero error sit, tradunt) 78 *CCLX. millium*. At Dionysius forte de Tarquinii Circo, Plinius vero, & Rufus, de eo quem C. Cæsar Dictator restituit, locuti sunt. Catullus in Camenum: *Circi capacitas.*

---

miror. Sane ad Cæsarem Jul. Val. Majorianum carmen dictum est. Emenda præterea carmina:

Cujus in Æthbolo volitante pulvere Martem
Horruit Hippomanes, multo qui cespite Circi
Contempto præmissus erat. &c.

76 *Carcere. Circi cancellis*) Metaphoricῶς ad hos adlusit Horat. lib. I. ep. XIV.

—— & amat spatiis obstantia rumpere claustra.

lignei isti. Sidon. *ad Consentium*.

Illi ad claustra fremunt, repagulisque
Incumbunt simul, ac per obseratas
Transfumant tabulas.

Et mox.

Nec gressum cohibent, sed inquieto
Duratum pede stipitem flagellant.

Idem pene Statius lib. *Theb.* VI. ex quo videtur decerpsisse Sidon.

—— impulsi nequeunt obsistere postes,
Claustraque compressæ transfumat anhelitus iræ.

Cancelli ὕσπληγγες sunt Græcis, a πλήκτειν ea ratione, quia apertis cancellis maxime Aurigæ equos percuterent, ut in commen. ad Dionys. Afrum vult Eustath. & Grammatici nostri reddunt *transennas*. Cancellatum itaque hoc opus transenna dictum est, a rete, quod imitatur; nam transenna rete apud Plautum. *Nunc ab transenna turdus lumbricum petit.* unde postea angusti aditus, ut erant carceres cancellati, transennæ dicti sunt, & per transennam videre ideo ex adagio usurpamus, quia sub cancellis rem delitescentem non bene cernimus; bene igitur τὸ κάγκελλον τῆς ἀφετηρίας interpretatur Tzetzes *in Licophr* ut intelligat locum, ex quo equi dimittuntur. Schol. Theocr. *Idyll.* IX. ὕσπληγξ ἡ τῶν δρομέων ἀφετηρία, ἣν κάγκελλον ὑμεῖς φαμέν. Glossa vero cum Transennam dicat βρόχον ἐν ἀφετηρίᾳ τεταμένον colligitur cancellos etiam ex funibus reticulatos solitos quandoque fieri, illi similes, de quibus Calpurnius:

—— Auro quoque torta refulgent
Retia, quæ tortis in arenam dentibus extant,

qua vero machina aperirentur cancelli, non satis liquet: videtur tamen ex Germanici versibus, motis quibusdam vinculis, quæ claviculas claustrorum discutiebant, ostia patuisse:

Quales ferratos obices clavicula dente
Succutit, & foribus producit vincula claustri.

Dico in Romano Circo, nam in Hippodromo qui aperirent claustra homines leguntur destinati: Chrysostomus in Circo vocat ipsos θυρανοίκτας. ἔχεις καὶ σὺ θυρανοίκτας Παυλὸν, καὶ Σιλυανὸν, καὶ Τιμοθεὸν: *habes* (inquit) *qui tibi ostia aperiant Paulum, Sylvanum, & Timotheum*. ibi loris quibusdam subductis aperiebant, testis est Callisthenes in Alexandro. Non hic solum de hac re dicimus.

77 *Figura ænea*) Amorum aurigantium spectas figuram: artificis joco factam, ni Pueri sint Amoris schemate, ut illa apud Herodianum in Commodo. Huic similem describit epig. Argentarii lib. *Anth.* primo.

Αὐγάζω τὸν ἄφυκτον ἐπὶ σφραγῖδος Ερωτα
Χερσὶ λεοντείαν ἀνιοχεῦντα βίαν:
Ος τᾷ μὲν μαστίγα κατ' αὐχένος, ᾇ δὲ χαλινὰς,
Εκτείνει, πολλὰ δ' ἀμφιτέθηλε χάρις.
Φρίσσω τὸν βροτολοιγὸν, ὁ γὰρ καὶ θῆρα δαμάσδων
Αγριον οὐδ' ὀλίγον φείσεται ἀμερίων.

Sic vertebam:

Adspicio sævum sub marmore robur Amoris,
Cui dat torva fero colla sub axe leo:
Una manus flagrum supra caput, altera frenum
Substinet, & floret plurima in arte Charis:
Horreo sanguineum; nam si vexare leonem
Audet, difficile est parcat ut ille viris.

78 *CCLX. millium*) Publius tamen Victor auget numerum, dum inquit, *Regio XI. Circus Maximus, qui capit loca, trecenta octuaginta quinque millia hominum:* magna quidem collectio: sed quid mirum? Juv.

Te quæsivimus in minori campo,
[79] *Te in Circo, te in omnibus tabernis,*
Te in templo supero Jovi sacrato.

Martialis libro VI. in detractorem:

Quique videt propius magni certamina Circi.
Laudat Aventinæ vicinus [80] *Sura Dianæ.*

De Circi Maximi extructione, ita lib III. historiarum scribit Dionysius: *L. Tarquinius Priscus Rex, in Circo Maximo inter Palatium & Aventinum montes sito, primus circumquaque operta tecto fecit sedilia, nam antea stantes spectare solebant furcis tabulata sustinentibus. Locos spectaculorum in XXX. Curias distribuit, ut Curialium quisque suo loco spectaturus sederet. Quod opus, & ipsum procedente tempore annumerandum erat inter totius orbis pulcherrima. Longitudo enim ejus est trium stadiorum cum dimidio, latitudo quatuor jugerum, a duobus majoribus lateribus, & uno minore, cingitur Euripo, qui aquas recipiat decempedali profunditate, simul & latitudine, post Euripum extructæ sunt triplices porticus, imæ habent lapidea paulum scandentia, sicut in theatris sedilia, super duplici contignatione sunt lignea, duas majores porticus tertia minor conjungit transversim lunata specie apposita, ut ex tribus una conficiatur amphitheatratis octo stadiorum latitudine capax centum quinquaginta millium hominum. Reliquum e minoribus latus, quod subdivale est, habet fornicatos Carceres, unde equi emittuntur, omnes uno clausos repagulo. Externe ambit Circum simplex contenta porticus, habens officinas, & superne cellas, per quæ spectatores intrant, & ascendunt per officinas singulas ut nulla confusio exoriatur inter tot millia, tum venientia, tum descendentia, &c.* Idem brevius refert libro primo T. Livius: *L. Tarquinius Priscus, bellum primum cum Latinis gessit, & oppidum ibi Appiolas vi cepit, prædaque inde majore, quam quanta belli fama fuerat, revecta, Ludos opulentius instructiusque, quam priores Reges fecit. Tunc primum Circo, qui nunc Maximus dicitur, designatus locus est, loca divisa Patribus Equitibusque: ubi Spectacula sibi quisque facerent fori appellati. Spectavere furcis duodenos ab terra Spectacula alta sustinentibus pedes. Ludicrum fuit equi, pugilesque ex Hetruria maxime acciti; solennes deinde annui mansere Ludi, Romani, Magnique varie appellati.* Hoc loco commodum visum est tabellam sex Circos, sive e Numismatibus petitos continentem adjicere, posteaquam de ejus extructione & partibus satis disserui. Prima est Augusti Cæsaris quem Circum Maximum renovasse ferunt. Secunda, Tertia, & Quarta Trajani Imperatoris sunt, ubi animadversione dignum, loco obelisci columnam cochlidem appositam esse. Quinta Caracalli. Sexta Philippi Imperatoris est, Ludos sæculares ab ipso celebratos referens, quos in Circo & omnibus theatris editos legimus. In ea videtur obeliscus producto e vertice ramo florens.

CAP. VI.

De reliquis Circi partibus, & ornamentis aliquot, ac variis Ludorum Circensium mysteriis, significationibusque.

[81] CIrcus Soli præcipue consecratus, orbis terrarum similitudinem significabat, quem annuo cursu Sol per duodecim Zodiaci signa, quæ bissenis illis æqualibus ostiis intelligi voluere, conficit. Unde in libro *de Spectaculis* ita ait Tertullianus: *Circus Soli principaliter consecratus, cujus ædes medio spacio, & effigies de fastigio ædis emicat, quod non putaverunt sub tecto consecrandum, quem in aperto habent.* Cassiodorus etiam: *Bissena quippe* [82] *ostia ad XII. signa*

Totam hodie Romam Circus capit.

Senec. de Ira ad Non. *Et illum Circum, in quo maximam sui partem populus ostendit.*

79 *Te in Circo, te in om.*) Versus corruptus.

Te in Circo Te hodie tribus tabernis

Tres Tabernæ a Rufo in regione Exquilina citantur, nempe in Regione Urbis V. vel lege:

—— te hodie omnibus tabernis.

80 *Sura Dianæ*) Palfurius Sura, qui coronam in Capitolinis ludis meruit, & quem admiratorem sui citat Martial. lib.VI. extat ad hunc Plinii junioris epistola lib.VII. de Curtio Rufo, quem omnino nos in ejus vita Q. esse illum Curtium sustinemus, qui Alexandri res gestas stylo lectissimo persecutus est. Parum Sura gratus Juvenali videtur fuisse, qui ipsum assentatorem publicat Sat.IV.

Si quid Palfurio, si credimus Armillato.

injuria tamen: non enim amicus Domitiani vir iste. Tranq. cap.XVII. in eo Cæsar. *Sed & Capitolino certamine cunctos ingenti consensu precantes ut Palfurium Suram restitueret pulsum olim Senatu, ac tunc de oratoribus coronatum, nullo responso dignatus; tacere tantummodo jussit voce præconis.* Fuit & alter Palfurius Sura, qui Galieni vitam, & Ephemeridas scripsit, de quo Trebellius Pollio. Proconsulis Suræ meminit Solin. Polyst. cap.V.

81 *Circus Soli* (Corippus lib. 2. de laud. Justini:

Solis honore novi grati spectacula Circi
Antiqui sanxere patres.


sed alibi idem probavimus.

82 *Ostia ad duodecim signa*) Auson.

—— Sol
Coge sequuturos bissena per ostia menses.

Et,

—— bissenaque Mundi
Curricula, æqualis varians per tempora signis.


S·P·Q·R·OPTIMO·PRINCPI
S·C
I·
S·P·Q·R·OPTIMO·PRINCIPI·NERVAE·TRAIANO·AVG·GER·DAC·P·M·TR·P·COS·P·P·
S·C·
II
SEX·CIRCORVM·ANTIQVEI·NVMMI
S·P·Q·R·OPTIMO·PRINCIPI
S·C·
III·
IMP·CAES·M·AVR·ANTONINVS·P·F·AVG·P·M·TR·POT·XVI·IMP·II
COS·IIII·P·P·
S·C
IIII
EXPRESS·ONVPHRII·PANVINII·VERONENSIS·OPERA·ET·AENEIS·SIGNEIS
COS·IIII·P·P
S·C
SAECVLARIS
VI·

XII ostia. *posuerunt*. [83] Colores *autem in vicem temporum, quadrifaria divisione funduntur*. [84] Prasinus, *virenti Verno*; [85] Venetus, *nubilæ Hyemi*; [86] Roseus, *Æstati flammeæ*; [87] Albus,
Colores quattuor. *pruinoso Autumno dedicatus est, ut quasi per* A *duodecim signa digrediens, annus integer signaretur. Sic factum, ut Naturæ ministeria Spectaculorum composita imaginatione luderentur* Idem Isidorus *Etymologiarum* lib. XVIII. tradit. In ostiis illis Circi (ut supra dixi) erant

---

83 *Colores*) Corippus loco præcitato:

—— *quattuor esse*
Solis equos quadam rerum ratione putarunt,
Tempora continui signantes quattuor anni;
In quorum species signis, numerisque, modisque
Aurigas totidem, totidem posuere colores.

84 *Prasinus, virenti Verno*) Itid. Coripus.

Nam viridis vernis campus ceu concolor herbis.

unde Cedrenus. πράσινον, ὅ ἐστι χλορῶδες. πράσον enim porrus. *prasinus color est herbaceus*; verum Cedrenus quattuor colores applicat quattuor elementis, καὶ τὸ πράσινον τῇ γῇ, sicut βένετον τῇ θαλάσσῃ, quod & alii faciunt; ex mysteriis quattuor agonum Græciæ, qui elementis a Pindaro comparantur, Ode I. *Olymp.* ubi Olympiacum certamen mari, & undæ videtur assignare. Jo. præterea Lydus quattuor Diis colores tribuit, tribus tantum nominatis Marti, Jovi, & Veneri: nec longe Isidorus; cum Cedreno etiam facit Vaticanus codex ab Alemano citatus, qui Oenomaum invenisse prius colores quadrigarum asseverat elementis congrua, ita ut certaturis sortes ponerentur, & si quis pro terræ parte certandi sortem nactus esset, viridem, si quis maris, cæruleam vestem caperet; verum nullo historia nititur fundamento; verba auctoris Græci sunt. Οἰνόμαος τὰ τοῦ ἱπποδρόμου ἐφεῦρε χρώματα ἀγωνιζομένης γῆς, καὶ θαλάσσης. ἐβάλλοντο κλῆροι, καὶ ὃς ἔλαχεν ὑπὲρ τῆς γῆς ἀγωνίζεσθαι. ἐφόρει χλοανὸν, ὃς δὲ ὑπὲρ τῆς θαλάσσης κυανέον, καὶ ἐποίει τὸν ἀγῶνα Μαρτίου εἰκοστῇ, τετάρτῃ. Hic color unius ergo factionis ex quattuor erat: at non modo iste color, & Venetus aurigarum, sed scenicorum quoque fuere sequiori seculo. Cassiod. lib. I. *epist.* II. XXVII. & XXXIII. hic scribit; *partis Prasinæ insinuatione comperimus seditiones turbulentas imitari, & causam lætitiæ publicæ ad furoris certamina prorupisse; quapropter, &c. a vobis prasinis pantomimus constituatur*. Servi domi hos etiam colores, prout Domini factioni alicui studebant, in vestibus referebant; unde usum *delle livree* demum venisse crediderim. Petron. *in ostio ipso stabat ostiarius prasinatus*.

85 *Venetus, nubilæ hyemi*) Autumno tamen tribuitur a Corippo.

—— *Autumni Venetus ferrugine dives.*

sed Noster Cassiod. sequitur. Tertullianus hyemi dat album colorem ob nives candidas. Vide tamen ipsum Panvinium cap. X. ubi videtur se corrigere.

86 *Roseus, æstati fl.*) Rosseus: probe ῥούσιος. in *Odyss.* lib. I. Eustath. μίλτος ῥουσιώδης πηλός. *rosso* Italice: sic detortus etiam Corippus erat:

Russeus æstati rubra fit veste refulgens.

ubi roseus cum dispendio fractæ syllabæ legebatur. Tertull. præterea habet russeus, cum præsertim idem color Marti appingatur a quibusdam, teste eodem auctore. Huic sane astro color russeus est. Hom. ei equos in Hymno flammeos ponit.

—— ἔνθα σε πῶλοι
Ζαφλεγέες τριτάτης ὑπὲρ ἄντυγος αἰὲν ἔχουσι.
—— *ubi quadrupes Te*
Per flammata trigæ juga decurrentia portant.

sic etiam emendandus Isid. & scribendum, *Russeos Soli, id est, igni, albos aeri, prasinos terræ, Venetos mari assimilantes; item russeos æstati currere voluerunt, quod ignei coloris sint, & cuncta tunc flavescant*, (rectius) *flammescant*; & epigr. Græ.

Ῥουσίου μετέλκων τὰς ἡνίας.

Sic russati, non rosei inde dicti aurigæ hujus factionis. Plin. lib. VII. cap. LVII. *Invenitur in actis Felicis russati*. Juv. *russati pone Lacertæ*. Sed apertius quoque Isidorus. *Albos hyemi, quod sit glacialis, & universa candescant, veri prasinos viridis coloris, quia tunc pampinus densatur: item russeos currere Marti sacraverunt, a quo Romani exoriuntur, aut quia vexilla Romana cocco decorantur*; non itaque rosea; vexilla enim Romanorum ad inducendam pugnam, sanguinea, teste Plutar. *in Brut.* apud quem est χιτὼν κόκκινος, & gloss. veteres, ῥούσιον φᾶρος, *russeum vexillum*: & idem Isid. *Russatam, quam puniceam vocant, nos coccineam* vestem: en coccineus, & russatus idem color. Cerasinus est Petronio, *Cerasino succinctus cingulo*; colorem igneum τοῦ πυρὸς appellat russum Jo. Lydus. διὰ δὲ τὰ τέσσαρα στοιχεῖα ἐποίησαν τοὺς ἀγῶνας τὸ ἀνθηρὸν ἀντὶ πυρὸς εἰς τὴν τῆς Ῥώμης τιμὴν, φλῶραν δὲ αὐτὴν ὠνόμαζον ὥσπερ ἡμεῖς Ανθουσαι. Verum nunquam Roma vetus dicta Florentia, novam ita appellatam nempe Constantinopolim habet Politian. lib. I. ep. II. nec tamen puto ab antiquioribus.

87 *Albus, pruinoso autumno*) Corip.

Æquiparans candore nives, hyemisque pruinas
Albicolor viridi socio conjungitur una.

& album cum aliis hyemi tribuit.

Carceres. [88]Carceres, sive equorum emissiones cancellis clausæ, quibus bigæ, & quadrigæ certantes emittebantur. Ante quas, ex utraque Carcerum parte, duo parva Mercurii simulachra fuere, funem seu catenulam manibus ante Carceres tenentes, quibus equi, & quadrigæ apertis jam cancellis, ne ante signum a Magistratu datum currerent, coercebantur. Signo vero dato, ita funes compositæ erant, ut ex Hermulorum manibus ministrorum opera statim elaberentur, & equi currere inciperent. De quibus Cassiodorus sic scribit: *Bissena ostia ad* XII. *signa posuerunt*: [89] *hæc Hermulis fu-* Hermuli funes.

---

88 *Carceres*) Primus Circus dicti a Varrone lib. *de lin. Lat. in Circo primo, unde mittuntur equi*: & iterum, *intimus Circus ad Murciam, ut Proculejus ajebat, ab urceis*. Dicti carceres, quod in iis veluti homines coerceantur, quamvis carcer hominum, Carceres equorum sint. Beda *de ortograph. Carcer, ubi homines clauduntur, Carceres, unde quadrigæ exeunt*. Et *de orthograph.* Velius Longus. *Carcer semper generis masculini singulariter dicitur, in quo homines coercentur, pluraliter vero carceres, unde currus effunduntur*. Et ad v. *Æne. Virg.* Servius. *Carcere dixit, pro carceribus, nam in singulari significat custodiam noxiorum, in plurali repagulum*. Eos τὰς μάνδρας vocat Hesychius, & auctor Panegyrici ad Pisonem eodem modo lineam tabulæ lusoriæ mandram appellavit:

—— —— hic ad majora movetur,
Et citus effracta prorumpit in agmina mandra.

Græce ἕρκος & φραγμὸς τῶν ἵππων. Carcerum ostiola liniri creta, aut pigmento solebant, & pictas carcerum fauces ex eo dixit Ennius:

—— —— expectant ad carceris oras,
Qua mox emittat pictis ex faucibus currus.

Carcerum artificem, seu mavis cancellorum *Claustralium artificem* appellavit *in Alogabalo* Capitolinus.

89 *Hæc ab Hermulis*) Tempore Cassiodori jam decesserat vetus ille Romæ ludus Circensis, & puto Circus, uti Amphitheatrum hostiles manus senserat, quamobrem ipse dum Circum describit eum, ut dixi, cum Elæo Hippodromo, aut quopiam alio Hellanico confundit: nusquam enim Mercuriolorum istorum in re Circensi Latina extat mentio. Hermula præterea utraque non bene in icone ænea fingitur; nam solo capite Mercurius erat effigiandus, in reliquo corpore totus teres lapis. Hic Cassiodorus: *Hæc ab Hermulis dimissis subita æqualitate panduntur, docentes totum illic, ut putabatur, consilio geri, ubi imago capitis cognoscitur operari*. Hinc τετράγωνος Ερμῆς *quadrilater Mercurius* ex figura Hermulæ a Laertio in Demetrio Philosopho dicitur. Hermulæ præterea virili membro ex informi lapide prodeunte cur effingerentur, habet Plotinus *Enn.* III. lib. VI. Ερμῆν μὲν ποιοῦσιν τὸν ἀρχαῖον, τὸ τῆς γεννέσεως ὄργανον ἀεὶ ἔχοντα πρὸς ἐργασίαν. Describit κατὰ μέρος Schol. Demosth. κνισᾶν μέν τοι τὰς ἀγυιὰς τὸ θύειν τοῖς Ερμαῖς: ἀγυιὰς γὰρ ἑρμὰς ἐκάλουν κατὰ στέρησιν, διὰ μὴ χεῖρας ἔχειν, μηδὲ πόδας. ἄγυια γὰρ τὰ μέλη. Cæterum præses Mercurius ludorum est: de ipso Horatius:

—— —— catus & decoræ
Moræ palæstræ.

Pind. *Pyth.* od. I. ἐναγώνιος Ερμᾶς αἰγλᾶντα τίθησι κόσμον. Simonides apud Athenæum lib. *Dipn.* X. Ερμᾶς ἐναγώνιος Μαίας εὐπλωκάμοιο παῖς. *Hermes certator Majæ pulchricomæ stirps*. Extat præterea epigramma Xenocratis poetæ pulcherrimum, cujus tantum versionem meam pono, nisi forte Græcas Charitas Latinis Gratiis inquinavero:

Dicor ego velox, validus, sed agone palæstræ
Non bonus est manibus, qui caret & pedibus:
Quomodo ego velox, manuum vel munere fungar,
Aasto si pedibus saucius, & manibus?

Est & Philippi alterum, Dialogo scriptum:

Hermes carceribus quis te præfecit ephœbum?
Hermogenes; quis nam? Dæmonides patria?
Antiochenus, & hic cur te colit? ut simul una
Viventem in stadio: quo? Isthmiaco, Nemeo.

Ad Mercurium illud etiam traho Soph. *in Electra*. ὁ Μαίας δὲ παῖς Ερμῆ σφ' ἄγει δόλον σκότῳ κρύψας πρὸς αὐτὸ τέρμα; quamvis in alium sensum id prolatum. *Vialis* iste Deus præterea, quasi nuncius: Julianus Imp. *in epistolis*. sicut Hecate. Vide Schol. *in Antigone Sophoclis*. Theocriti in III. *Idyllium de Hecate*. Deam Vialem, Vibiliam Latini appellarunt. Arnobio teste *contra Gent.* lib. IV. vide Etymol. in voce τελκέφαλος. Sed Heliodorus lib. X. palæstricam Mercurii artem vocat, τὴν ἀναγωνίαν Ερμοῦ τεχνὴν. hinc in Gymnasiis Hermathenæ, videlicet Mercurio, & Minervæ communes statuæ ponebantur. Cic. lib. I. *ad Attic.* ep. II. & Hermeracleæ, quæ etiam Mercurii, & Herculis numinibus mixtæ essent. ἄλλα μὲν Ερμοῦ, καί τε Ηρακλέους ἐστὶ νῦν ἀγάλματα κοινά. Etiam Castoribus locus in Gymnasiis, præsertim curulibus; abiens enim in cœlum Hercules Polluci, & Castori curam Olympiæ reliquit. Schol. & Triclin. ode III. *Olymp.* Pind. cum his semper Mercurius. Schol. *Pyth.* ode II. Arnob. *adversf. Gent.* lib. III.

nibus demissis subita æqualitate panduntur, docentes, totum illic (ut putabatur) consilio geri, ubi imago capitis cognoscitur operari.

Dionysius: *Reliquum ex minoribus latus,* A *quod subdivale est, habet fornicatos Carceres unde equi emittuntur, omnes uno clausi repagulo.*

90 Alba quoque erat linea, non longe ab ostiis Carcerum in utrumque Circi mœnia- *Alba linea.*

90 *Alba linea*) Qui usus necessarius hic hujus lineæ fuerit, haud intelligo, non statim ac a carceribus emittebantur equi, currebant, nec pedem sistebant in linea, quam Cassiodorus non longe ab ostiis ponit nullo usu. Percipies ex Ovidio lib. *Metamorph.* II. ubi mire rem Circensem ad orientem solem transfert:

Interea volucres Pyroeis, Eous, & Æthon,
Solis equi, quartusque Phlegon, hinnitibus auras
Flammiferis implent, pedibusque repagula pulsant:
Quæ postquam Tethys, fatorum ignara nepotis,
Reppulit, & facta est immensi copia cœli,
Corripuere viam.

Statim itaque ablatis repagulis currunt. Repagula in ipsis postibus ostiorum erant, ut idem auctor lib. *Metamorph.* VII. ostendit:

Raptaque de summo robusta repagula posti.

Robusta, ex robore facta, nempe cancellos. Cassiodorus itaque si albam lineam, pro funiculo cursoribus, aut equis prætendi solito intellexit, miscuit stadii, & Hippodromi Elæi cum Circo Romano instrumenta. In Olympiaco Circo prætensum fuisse funiculum notat Pausanias, quia cum carceres ibi ad proræ navis figuram essent facti, apertis ostiis non eodem momento, qui priores exibant equi consistebant, donec aliis etiam carceres aperirentur, & interea primi funiculo coercebantur; lineæ albæ apud Romanos tantum in stadio usus, cujus meminit Lucilius:

Nam ut discrimen non facit, neque signat linea alba,
Sic singillatim nostrum unusquisque movetur.

Idem:

Et amabat omnes, nam discrimen non facit, neque signat linea alba.

Atque erat funiculus cretatus, ut per albedinem longius distingueretur. Unde postea loquendi usus venit quamvis a linea cretea. *In linea stare; lineæ insistere; lineis eisdem dimicare; in lineas easdem gradus colligere; lineas transcendere, traducere.* Tertull. *adversus Gnost. nunc in unam speciem congressionis certas traducimus lineas.* Et *adversus Marcionem* lib. V. *video aliquas etiam nunc lineas producendas, ad quas erit dimicandum;* duæ tamen hæ lineæ ut duæ metæ; prima, ubi sistebant. Pind. *Pyth.* ode IX. ποτὶ γραμμᾷ μὲν αὐτὸν στᾶσε; *ad lineam eam constituit;* secunda, ubi cursus finis. *In Antigone* Euripides: ἐπ' ἄκραν ἥκομεν γραμμὴν κακῶν; unde & Horatius:

—— *Mors ultima linea rerum est.*

τέρμα hanc, quasi terminalem lineam, vocavit quoque *in Pythiis* Pindarus. Prima Cursoribus subducebatur. Statius:

Ut ruit, & æquum submisit regula limen,
Corripuere leves spatium.

Quod ex Lycophrone etiam liquet: secunda proposita ad cursus finem erat, quæ creta, aut calce dealbata: unde *ad calcem pervenire: arena sine calce,* ut nimis longa oratio Senecæ visa & appellata est; de prima illa Virg. *Æn.* V.

—— *limenque relinquunt.*

Ubi Servius: *signum de creta factum:* de secunda Agellius, qui emendandus lib. XX. *namque illi omnes, cum maxime Græci multa, & varia lectitantes, in quasque res, utcumque inciderint, alba, ut dicitur, linea, sine cura discriminis solam copiam sectati convertebant.* Lego; *sine alba linea.* Asseverarim quandoque non funiculum, sed tantum signum ad funiculi imaginem de creta factum fuisse, aut de calce, ut indicavit Servius; lineam creta deductam designat Vegetius lib. I. *rei veter.* c. LV. *in sicco itaque, æqualique solo quinquaginta passus in longum, & quinque in latum plenis cophinis digeritur per ordinem creta, ad similitudinem stadii, quod aulicibus cum aspersum sit tum difficultatem coronam velocitatis optantibus ingerit, in quo spatio cum equus frequentissime excurrere cœperit, in illas aulices necessario offendit, & priores, & posteriores ungulas impingit, & aliquando vel cadit, vel sic offendit, ut cadere videatur, post quod admonitus injuria, tollet altius crura, & in flexione geniculorum, atque gambarum molliter vehet;* linea sane pro funiculo sæpe apud Vitruv. ibidem lib. V. *linea tendatur ab altitudine parietis.* h. e. funiculus; sic quoque linea ἅμμα in arcu; unde *tendere lineam, nectere lineam,* est arcum tendere. Terentianus:

Nervis mollibus invicem,
Junctis in teretem struem,
Ceu Parthus solet, aut Scytha
Arcus cornibus extimis
Levem nectere lineam.

Sic remittere lineam, lineam non tendere. Horat.

—— *neque semper arcum*
Tendit Apollo.

& ab arcu lineam, & nerviam hoc modo removere.

num quasi regula hinc & inde directa, juxta quam equi e Carceribus egressi, cursus certamen inibant. De qua Cassiodorus: *Alba linea, non longe ab ostiis in utrumque podium quasi regula directa producitur, ut quadrigis progredientibus* Carceribus scilicet, post funis ab Herculis demissionem) *inde certamen oriretur, ne dum semper præpropere conantur elidere, spectandi voluptatem viderentur populis abrogare.*

Carceres quattuor. Quum vero ex ea Circi parte ubi Carceres erant, ostia sex essent, 91 quattuor ex iis tantum pro Carceribus veteres usos opinor, quum non nisi quattuor factiones currentium essent, quæ vel metis proximiora, vel ad cursum aptiora esse viderentur. Hinc proculdubio Domitianum motum crediderim, ut quattuor factionibus antiquis, duas novas adderet, ne duo illa quæ supererant ostia, vacua essent.

In Circi parte interiore, juxta infimos gradus, in harenæ ambitu decurrebat 92 Euripus Euripus.



Sed lineatores, qui fuerint in Hippodromo Constantinopol. non sileamus: erant enim qui Designatores in Circo Romano, ut ex Pauli Diaconi verbis colligitur. *Dixerunt, quia secundum consuetudinem lineatorum fecerunt: porro lineatores, sive mensores interrogati, quam ob rem id fecerint? dixerunt, quia cum Imperatores ab omnibus nominati sunt, hæc a nobis ipsis facimus*: sub ipsis Hippodromi ego ministeria. Nos in gymnasio literario nunc *Bidellos* vocamus, de quibus vide apud Photium Olympiodori fragmentum.

91 *Quattuor ex iis tantum*) Insinuat id nobis D. Chrysostomus sumpta a quattuor Evangelistis ad hunc usum pia metaphora. *τοῦ διακόνου ἀνοίγειν μέλλοντος τὸ τοῦ Εὐαγγελίου τετράθυρον*. sed & Martialis lib. VIII. ep. I.

Dum te longa sacro venerantur gaudia Circo,
Nemo quater missos currere sensit equos.

Longa gaudia ideo dixit, quia centum missus instituit in Circensibus Domit. teste Suet. *in Ipso* cap. IV. ut inferius dicemus; quater vero dixit pro quattuor, & miror non admittere hanc interpretationem Raderum, cum nulla alia, ni fallor, commodior reperiatur; ita pro *centies centum* dixit Virg.

Centum quadrijugos agitabo ad flumina currus.

Sed inquies; sex erant factiones Domitiani temporibus: at quis affirmabit hoc Epigr. non ante a Poeta compositum, quam duas actiones ille invenerit?

92 *Euripus*) tres Euripos quidam irrupisse in Circum volunt; tantum plurali numero reperiuntur *in Alogab.* apud Lampr. *fertur in Euripis vino plenis Circenses exhibuisse*. hic maris in hac mystica Circensium religione speciem tribuebat, ut ex Cassiodoro habes: aliter Græci in Hippodromo observarunt, ut ejus loco dicam; cæterum & in theatris Euripos fuisse videtur velle *de Phys. Scien.* lib. IV. Theodorus Priscianus Medicus his verbis: *Scribenti mihi de Physica (medicinali) scientia, qua te maxime delectari intelligo, sufficere arbitror Menandri Comici insigne argumentum. Apud cives suos cum studiorum annis magnæ scientiæ laboraret invidia, produxisse in theatrum fertur suem partu plenam (hoc enim in loco celeberrimum Atheniensis eloquentiæ auditorium erat) produxisse, inquam, expectantibus auditoribus plenam suem, ibique ejus exectum uterum in Euripium fuisse projectum: cum interfecti (catuli) pene ductu tamen naturæ agerentur, Athenienses, inquit, Viri, si in parvis annis scientiam meam miramini, istos natare quis docuit?* Nec minus Tertull. *contra Hermog. Civitas extruxit theatrum; scæna erat talis, & statuæ super Euripum*: in Euripum hunc Virgo aqua influebant (ni me fallit Frontinus,) & Alsietina; ita de Aquæduc. ille. *In quibus per se Euripo, cui ipsa nomen dedit quinariæ* CCCCIX. *Alsietinæ quinariæ* CCCCXCII. Colligo ex Seneca etiam, qui frigidam aquam, & crudam Euripi describit, nec mirum, cum ex Virginis aquæ parte constaret, & quæ & ipsa rigens, & cruda; inquit Sen. Epist. LXXXXIII. *Ille tantus psychrolutes, qui Kalendis Januariis in Euripum saltabam*; & idem paulo post ibidem. *Auspicabar in Virginem desilire*; auspicari in Virginem apud eruditos erit Kalendis Januariis in Euripum saltare augurio bonæ valetudinis aqua rigens. Mart.

Cruda Virgine, Martiave mergi.

Et artis suæ I. Ovid.

Nec vos campus habet, nec vos gelidissima Virgo.

Fateor tamen Virginis etiam alibi lavacra extitisse, quod ex eodem Martiale patet: sed in Euripum partem ipsius influxisse, sustineo vel ex Frontini auctoritate, quæ veluti balneum frigidum esset: nam extabant frigida vel Plauto affirmante, *in Rud. Ædepol Neptune es balneator frigidus*. Cæterum εὔριπος apud Græcos ab εὖ, & ῥιπίζω, sive ῥίπτω, quod facile labatur, dicitur, qualis in Chalcide, qui septies die quolibet, & nocte cursum transmutat, & Siculus ille, qui bis in die, uti Strabo de utroque testis est, impetum vertit. Euripos etiam Nilos dici reperimus, sumpto ex Nilo vocabulo, qui in rivulos alicubi scinditur in Ægypto; atque ita Cic. *ad Q. fratrem* l. III. Epi. VIII. vocat, & præterea lib. II. *de Leg.* Plin. l. XXXIII. c. II.

altus, latusque denos pedes, (ut ait Dionysius,) a Cæsare Dictatore (Plinio auctore) in Circi restitutione effossus, additus: Cæsar enim quum Elephantorum pugnas edere constituisset, veritus ne claustris (quæ in areæ Circi circuitu erant) erumpentes, spectatores vexarent, Euripum hunc harenæ circumdedit. Plinius lib. 7. cap. 7. Pompeii (inquit) *altero Consulatu, dedicatione templi Veneris victricis, pugnavere in Circo* XX. *Elephanti, aut (ut quidam tradunt)* XVII. *Getulis ex adverso jaculantibus. Universi eruptionem tentavere, non sine vexatione populi circumdati* [93] *claustris ferreis; qua de caussa Cæsar Dictator postea simile spectaculum editurus, Euripis harenam circumdedit.* Tranquillus in *Cæsare* c. XXXIX. *Spa-*

A *tium Circi in gyrum Euripo addito, ab utraque parte produxit.* Euripum, qui usque ad Neronis principatum perduraverat (ut auctor est Plinius) idem Nero substulit, & locum illum Equitibus spectandi gratia concessit; quem tamen haud ita longe post restitutum fuisse necesse est. Siquidem, Euripi Circensis Q. Florens mentionem facit, sic: *Frigebat dæmonum concilium sine sua Matre Magna, ea itaque illic præsidet Euripo.* Et Cassiodorus, *Euripus* (inquit) *maris vitrei reddit imaginem, unde illuc Delphini æquorei* [94] *aquas interfluunt.* Lampridius in *Eliogabalo* hanc vocem agnoscit, *Fertur in Euripis vino plenis navales Circenses exhibuisse.* Euripi aqua, ubi opus esset, Circi [95] sordes abluebantur.

B

E manu vescuntur pisces in pluribus quidem Cæsaris nilis. Euripi ergo rivuli, qui silani dicti quoque a Lucr. ubi teterrimam in Athenis pestem lib. ult. describit, vel potius ex II. lib. Thucydidis mutuatur:

Multa siti prostrata vias per proque voluta
Corpora silanos ad aquarum strata jacebant.

Quod περὶ τὰς κρήνας ἁπάσας dixit Thucydides. Cor. Celsus. *Confert etiam ad somnum silanus juxta cadens.* Item tullii dicti Sex. Pomp. *tullios alii dixere esse silanos, alii rivos, alii vehementes projectiones sanguinis artuatim fluentis, quales sunt Tiburi in Aniene.* (melius tubuli). de Aniene enim fonte Romam deducto intelliges, per tubulos enim aquam fontes emittebant, quæ claudebantur epistomiis, nempe verticillis, in quibus leo sculptus erat, ex Ægyptiorum placito, quod tempore, quo in leone sol est, aquæ munus Ægyptum irriget, idque Theon *in Arato* nos docet, & Pindari Scholiastes. Verticillos hosce στρόφιγγας vocant Græci, a versatione: plures etiam tubuli Delphinas, multi Tritonas habebant, qui, ut nunc visuntur, aquas ejacularentur. Propertius.

Et leviter lymphis tota crepitantibus urbe,
Cum subitas Triton ore recondit aquas.

De Delphinis vero solitis in aquarum syphonibus apponi, vide Vitruv. lib. x. sed & Ennius *in Ajace* ut de tulliis prosequar. *Ajax misso sanguine tepido tullii efflantes evolant*: discreti etiam per domos hi fluvioli. Sidon. Apoll.

Fusilis Euripus propter cadit unda superne
Ante fores pendente lacu.

De Euripo in nemore Agrippæ lege Strab. lib. XIII. sed ad comprobandam priorem nostram sententiam, en etiam Ovidius Euripum, & Virginem aquam conjungit lib. I. *de Ponto:*

Stagna quoque Euripi, Virgineusque liquor.

93 *Claustris ferreis*) Usque ad claustra ferrea, quæ trans Euripum ultra arenam erant descendisse gradus, & sedilia videtur significare Ovid. lib. *amor.* III. dum e sedilibus ad clatra ista pedes fulciendos extendebant, veluti ad suppedanea: loquitur ad puellam:

Sed pendent tibi crura; potes, si forte gravaris,
Cancellis primis inseruisse pedes.

qui locus pulveri maxime expositus, quippe vicinior arenæ. idem:

Dum loquor, alba nigro sparsa est tibi pulvere vestis:
Sordide de niveo corpore pulvis abi.

atque hoc est illud Horat.

——— pulverem Olympicum
Collegisse.

Sordidi enim aurigæ ex pulvere fiebant: ut Sidon.

——— nigro pulvere sordidatur aer.

in hunc sensum. Sed rectius (clatris ferreis) lege hic in Plinio: utebantur etiam suppedaneis ibi ad fulciendos pedes. Idem Ovid.

Et cava sub tenero scamna dedisse pede.

de puellis in Circo spectantibus agit.

94 *Aquas interfluunt*) Brossæi notæ habent; *Aquas influunt*, & recte: & intelligendi sunt Delphines, non qui in spina erecti erant, sed qui aquam Euripo vomebant, ut dilucidatum superius nobis est.

95 *Sordes abluebantur*) Sic per Alphæum Olympicæ arenæ sordes emundabantur. Strabo lib. VI. τὴν φιάλην τινὰ ἐκπεσοῦσαν εἰς τὸν ποταμὸν ἐνόμισαν ἐν ὀλυμπίᾳ δεῦρο ἀνενεχθῆναι εἰς τὴν κρήνην, καὶ θολοῦσθαι ἀπὸ τῶν ἐν ὀλυμπίᾳ βουθυσιῶν. Lucianus *in Anacharside* videtur Euripum foveam appellare, quod in eo conjicerentur sordes. ψάμμον ταυτὴν βαθεῖαν ὑποβαλλόμενοι ἐν ὀρύγματι. Et nihil aliud hæc fovea, quam Euripus in medio.

CAP. VII.

Qui Circum Maximum reſtituerint, aut in eo ornando operam dederint.

CIRCUS Maximus, & ipſius [96] ornamenta, in dies elegantiora fiebant: nam quæ lignea primum fuere, poſtea lateritia, demum marmorea, & aurata facta ſunt. Circi partes, & aliquando totum ipſum collabentem, vel alio caſu deformatum, reſtaurarunt, auxerunt, exornarunt, Cæſar Dictator, Auguſtus, Tiberius, Cajus, Claudius, Nero, Trajanus, & alii Romani Principes, ut infra ſingillatim dicam.

Cæſar Dictator.

Eum a Cæſare Dictatore integrum reſtauratum, ampliatumque fuiſſe, auctores ſunt Plinius, & Tranquillus. Hic: *Spatium* (inquit) *Circi in gyrum ab utraque parte produxit*. Ille vero lib. XXXVI. cap. XV. ait: *Nam ut Circum Maximum a Cæſare Dictatore extructum, longitudine ſtadiorum trium, latitudine unius, ſed cum ædificiis jugerum quaternum, ad ſedem CCLX. millium magna opera dicamus*.

Auguſtus.

Eundem Circum (ut tradit Caſſiodorus) reſtauravit, & exornavit Auguſtus. *Sed mundi dominus* (inquit) *ad potentiam ſuam opus extollens, mirandam etiam Romanis fabricam in vallem Murciam tetendit Auguſtus, ut immenſa moles firmiter præcincta montibus contineretur, ubi magnarum rerum indicia clauderentur*. Hinc extat Numiſma Auguſti cum Circo Maximo quod ſupra poſui, ejus reſtaurationem proculdubio referens.

Tiber Cæſar.

Eam Circi partem, quæ Aventino proxima eſt, ipſumque Aventinum Tiberio imperitante uſta fuiſſe, refert Cornelius Tacitus [97] libro quinto, ſic: *Idem annus gravi igne Urbem adfecit, deuſta parte Circi, quæ Aventino eſt contigua, ipſoque Aventino. Quod damnum Tiber. Cæſar ad gloriam vertit exſolutis domorum, & inſularum pretiis.* [98] *H. S. millies ea munificentia collocatum, tanto acceptius in vulgum, quanto modicus privatis ædificationibus*.

Domitianus.

Tranquillus *in Domitiano* cap. V. refert, *Eum ex lapidibus Naumachiæ Maximum Circum, deuſtis utrinque lateribus extruxiſſe*.

Trajanus.

Dio auctor eſt, Imp. Trajanum Circum Maximum collapſum ampliorem, & elegantiorem reſtituiſſe. Quod ideo ſe feciſſe Trajanus inſcripſit, ut populum Romanum capere poſſet. Hinc eſſe opinor, quod in ejuſdem nummis Circus Maximus percuſſus adhuc ſupereſt. Ex quibus tres ego ſupra poſui. Julius Capitolinus *in Pio*: *Circi* (inquit) *ruina tempore Pii evenit, quem mirifice inſtauravit*.

Marcus

Ab ejus autem ſucceſſoribus Marco, & Lucio forte reſtitutus fuit. [99] Elogabalus Circum columnis pulcherrimis auroque illuſtravit, & illius pavimentum ex chryſocolla renovavit.

Alexander.

Lampridius in *Alexandro*: *Lenonum, meretricum, & exoletorum vectigal in ſacrum Ærarium inferri vetuit, ſed ſumptibus publicis, ad inſtaurationem Circi, Theatri, Amphitheatri, & Ærarii deſignavit*. Quem ab eo reſtitutum fuiſſe, duo ejus nummi cum Circo, quos ſupra poſui, docere videntur. De Circi columnis, & ornamentis Nazarius in Panegyrico ad Conſtantinum Auguſtum: *Circo ipſi Maximo* (inquit) [100] *ſublimes porticus, & rutilantes columnæ tantum inuſitati ornatus dederunt, ut illic non minus cupide conveniatur loci gratia, quam ſpectandi voluptate*. Cum orbis igitur imperio, laſcivia quoque creſcente, morumque diſciplina corrupta, ita crevit Circi ornatus.

---

86 *Ornamenta*) De prodigiis Obſequens: *In Circo inter pila millitum ignis fuſus*. Tu, ſi placet, ad armiluſtrum, & armamentarium, ego ſane ad ornamentum Circi refero, ut victorum militum pila veluti conſecrata in Circo ſuſpenderentur ad ornamentum.

97. *Lib.* V.) Corrige, VI.

98 *H. S. Millies*) Sunt vicies quinquies centena millia Philipporum: gravis ſumma; miror cur Suet. id non attigerit, ubi de ejus munificentia alia diſſerit. Sed altera etiam accidit Circi uſtura Neronis tempore. Tac. lib. XV. *Initium in ea parte Circi ortum, quæ Palatino, Cœlioque montibus continua eſt, ubi per tabernas, quibus id mercimonium inerat, quo flamma alitur, ſimul cœptus ignis, & ſtatim validus, ac vento citatus longitudinem Circi corripuit*; ubi tabernas olearias intelligit, & thurarias, quæ igni materiam præberent; in Velabro enim olearii. Plaut. *De compacto rem gerunt, quaſi in Velabro Olearii*: & a Victore Reg. XI. Circi Maximi locatur ædes Herculis Olitorii. Quin & Thurarii haud longe in vico, qui & Jugarius dictus eſt, ob templum ibi Junonis jugæ; nec procul unguentarii: Victor, *unguentarius major*. At hæc regio olim arſit etiam L. Quintio, & Gn. Domitio Coſſ. Pete ex Livio lib. XLV.

99 *Elogabalus Circum*) Herodianus lib. V. *πρός τε τὸ μὴ πταῖσαι αὐτὸν ἢ διαλισθαίνειν ἐκ ὁρῶντα ὅπῃ βαίνει, γῆ τε ἡ χρυσίζουσα παμπλείστη ὑπέστρωτο. At ne caderet, aut ceſpitaret, cum quo tenderet, non videret, terra illi auroſa ſubſtrata eſt*; ſed in hunc locum verba Pomponii Læti referre non gravabor. *Pavimentum Circi fuit ex chryſocolla; eſt autem chryſocolla dura materies, quæ naſcitur poſtquam aurum effoſſum eſt, ex auro retinens colorem, in cætero eſt lapis*.

100 *Sublimes porticus, & rutil. col.*) Ex his ſuum ſubtexit Pompon. Lætus ſemi-erudite. *Circus eſt maximus circumdatus columnis, & epiſtyliis aureis, id eſt, columnis, & ſtatuis*.

CAP. VIII.

De Quibusdam Ædificiis, quæ erant ad Circum Maximum.

Veneris & Summani templa.

101 VEneris & 1 Summani templa ad Circum Maximum sita fuisse, legimus in fragmentis antiqui Kalendarii. Plinius lib. XXIX. c. IV. *Supplicia annua canes pendunt inter Ædem 2 Juventutis, & Summani, vivi in furcas sambucea arbore fixi.* Qui vero Deus Summanus fuerit, docet Arnobius lib. V. *contra Gentes*, sic: *Emicuit Summanus e terris curru quadrijugo vectitatus, simplex & hoc est æque, nam quadrigarum currus atque Summanus interpretationem desiderant nullam, improvisus Proserpinam rapuit, & sub terras secum avexit.* De Veneris templo Livius lib. X. *Q. Fabius Maximi Filius Gurges, aliquot matronas ad populum stupri damnatas, pecunia multavit, ex quo multatitio ære, Veneris ædem, quæ prope Circum est, faciendam curavit.* Sext. Pompejus; *De 3 vinaliorum Veneri templa sunt consecrata, alterum ad Circum Maximum, alterum in Luco Libitinensi.* De æde Juventutis idem Livius lib. XXXVI. *Juventutis ædem in Circo Maximo C. Licinius Lucullus II. vir dedicavit, voverat eam sexdecim annis ante M. Livius Consul, quo die Hasdrubalem, exercitumque suum cæcidit. Idem Censor eam faciendam locavit, M. Cornelio, Tib. Sempronio Consulibus. Hujus dedicandæ caussa Ludi facti.* 4 Herculis templum ibidem fuisse testantur Vitruvius, & idem Plinius; ille libro III. cap. II. sic: *Ærostylarum fastigia ornant signis fictilibus, aut æreis inauratis Tuscanico more, uti est ad Circum Maximum Cereris, & Herculis Pompejani, item Capitolii;* hic vero libro XXXIV. cap. VIII. *Myro fecit Herculem, qui est apud Circum Maximum in æde Pompeii Magni.* Ad Circum Maximum 5 res furto ablatas sub crepusculum vendi solere in Horatium scribit

Juventutis templum.

Herculis templum.

---

101 *Veneris*) Illam puto, de qua Plinius major intellexit. *Quin & ara vetus fuit Veneri myrtheæ, quam nunc Murciam vocant.* Kalend. in æde Capranicorum Romæ. *Veneri. ad. Circum. Maximum.*

1 *Summani*) Plutarchus de hoc *in Fortuna Romanorum*: sed Summani in Circo Olympiaco etiam veneratio. Pausanias. ἐςὶ γάρ Ελείοις ϗ̀ Αδȣ περίβολός τε, ϗ̀ ναός. *Est apud Eleos Plutonis* (Summanus est apud Capellam, quasi summus manium) *area, & templum.* De Romano Summano, lapis in Exquiliis Kalendarii. *Summ. ad. Circum. Maximum.* Pluto iste, ut hic etiam docet Arnobius. Martianus vero Capella lib. II. nupt. *Denique omnis aeris a Luna diffusio sub Plutonis potestate consistit, qui etiam Summanus dicitur, quasi summus manium.* Ovidius vero, quis sit Summanus, dubitat:

Reddita, quisquis erit, Summano templa feruntur,
Tum cum Romanis Pyrrhe timendus eras.

nec minus August. lib. IV. *de Civ. Dei. Romani veteres nescio quem Summanum.* Vide Ciceronem *de Divin.* Sed nonne Liberi, Liberæque, ac Cereris ad Circum templa? bene ergo juxta uxorem Summanus. Orci ædem appellat eam in *Alogabalo* Lampridius, quia Pluto Orcus dicebatur veteri Romana lingua. *Postea Alogabalus sacerdotio Dei Alogabali, cui templum Romæ eo loco constituit, in quo prius ædes Orci fuit, quem e Syria secum adduxit.* Alogabali vero Dei templum in Palatino fuit, ut idem auctor testatur, juxta ædes Imperatorias.

2 *Juventutis*) Tamen Juventas propriæ Juventutis numen est, inquit Acron. ad illud Horatii.

Et parum comis sine te Juventas,
Mercuriusque.

sic August. *de Civit. Dei* l. IV. *ipsa Dea Juventas, quæ post prætextam excipiat juvenilis ætatis exordia*: fuit altera ædicula Juventæ in Capitolio prope delubrum Minervæ. Plin. l. XXXV. cap. X. Ancyranus lapis ædem Juventæ ab Augusto instauratam declarat.

3 *Vinaliorum*) In autumno hi dies festi, quos tangit Tacitus l. Ann. XI. *At Messalina non alio solutior luxu, adulto Autumno simulacrum vindemiæ per domum celebrat; urgeri præla, fluere lacus, & fœminæ pellibus accinctæ assultabant, ut sacrificantes, vel insanientes Bacchæ.* Hinc Bacchas nos, hoc est, dissolutiores fœminas, vaccas nominamus, ratione hac: Bacchantes siquidem fœminæ immorigeræ. Vide isto loco Lipsium: tantum addo antiquissima esse mihi Vinalia, utpote quæ a Virg. tempore Amatæ Laviniæ matris inducantur: quam optime, dii boni? ac rite Vinalia sacra expressit lib. *Æneid.* VII.

4 *Herculis templum*) De hoc templo Solinus cap. II. *etenim cum visceratione sacrificii libaret, Myagrum Deum dicitur imprecatus, clavam vero in aditu reliquisse, cujus olfactu refugerent Canes: id usque nunc durat.* Vide Marlianum lib. IV. cap. VI. qui Myagrum Muscarum congregatorem facit, cum potius μύαγρος Muscarum expulsor Deus sit apud veteres, sicut apud Nicandrum serpentis genus, quod muscas insectetur. Cæterum eandem Herculis fabulam in Olympiam transferunt quidam, ubi rem divinam peragente Hercule, cum muscarum multitudine infestaretur, atque Jovi sacrificaret ἀπομυίῳ statim ultra Alphæum muscas esse abactas. ἀπομυῖος abactor muscarum Juppiter est.

5 *Res furto ablatas*) Ad illud Horatii lib. I.

——*percontor quanti olus, ac far,*
Fallacem Circum, vespertinumque pererro.

& bene vespertinum: nam tunc maxime fures venalia exponebant: sic Petronius, *Veniebamus in forum deficiente jam die, in quo notavimus frequentiam rerum venalium*: hic usus frequenter in Suburra, nam *forum* interpretes in Horatio de Suburra majore intelligunt, ibi enim venalia, scruta, & supellectiles vendebantur, velut in vita propria significat Galenus. *Vesperi suo vivere*: hinc dixit Plautus, pro furtis victum sibi parare, atque ea de

Meretrices et Circum.

Hellenius. 6 Meretrices ibidem mansisse, elicitur ex Lampridio *in Elogabalo*: *Omnes de Circo*, (inquit) *de Theatro, de Stadio, & de omnibus locis, & balneis meretrices collegit, in ædes publicas, & apud eas concionem habuit tamquam militaris*. Et infra: *Fertur, & una die, ad omnes Circi, Theatri, Amphitheatri, & omnium Urbis locorum meretrices tectus cucullione mulionico, ne agnosceretur, ingressus*. Juvenalis Satyra III.

Hæc non gentilia tympana secum
Vexit, & ad Circum jussus prostare puellas.

Prope Circum Maximum erat 7 signum Vortumni. De quo Pedianus in illa verba orationis III. *in Verrem*. A signo Vortumni ad Circum Maximum: *Signum Vortumni* (inquit) *in ultimo vico Thurario est sub* 8 *Basilicæ angulo flectentibus se ad prostamæ dexteram partem. Vortumnus autem, Deus invertendarum rerum est, id est, mercaturæ. Circus autem Maximus est idem, in quo nunc Circensia spectantur*. Prope Circum Maximum erat 9 velabrum, de quo Plutarchus in *Romulo*: *Ei loco velabro nomen est, quod incremento superfuso flumine naviculis trajicientes ea parte fori appellarent*, 10 *trajectum*

---

causa *vigilem* quoque *Suburram* Propertius, quod ibi cavendum maxime esset ne vespertino tempore emptores deluderentur, appellavit.

6 *Meretrices*) Lamp. *in Alogab. fertur & una die ad omnes Circi, & theatri, & amphitheatri, & omnium urbis locorum meretrices tectus cucullione mulionico, ne agnosceretur, ingressus*. Idem de eodem: *omnes de Circo, de theatro, de stadio, & omnibus locis, & balneis meretrices collegit in ædes publicas*. Certe Phyllis Propertii amica, & ipsa ad Circum. Proper.

Phyllis Aventinæ quædam est vicina Dianæ.

ibi sane Circus; sed ne meretriculæ detraheret Aventinum, non Circum nominavit: fuerunt & in Agonali Circo, quod dicemus, ubi de B. Agnete Prudentium afferemus: erant proprie meretricum fornices paululum infra terram sitæ cellulæ, in quibus scorta huic ignominiæ damnabantur: famosiora quidem altiuscule habitabant. Juven. *& dubitas alta Chionem deducere cella*. Eutrop. lib. XIII. hist. *cum essent molæ in locis subterraneis constitutæ, per singula latera, earum domuum tabernas instituentes, meretrices in eis prostare faciebant, quatenus per eas plurimos deciperent*. Tintinnabulo lenones, qua hora ad meretrices eundum esset, significabant. Idem. *Includebant eam in angusto prostibulo, & admittentes, qui cum ea fornicarentur, hora, qua turpitudinem peragebant, tintinnabula percutiebant*. Hora vero nona erat, nobis vigesima prima; unde *nonaria* apud Persium pro meretrice habetur: ea siquidem ad coitum apta, digestione parata, ut ajunt medici: has sordes ab U. C. ∞ CXIXL. Theodosius Theodosii filius expurgari jussit, eodem auctore Eutrop. At ea tintinnabula etiam in thermis: *sonat æs thermarum*. Martiale teste. Sed non meretrices in iis locis tantum, verum in theatris publice ad concubitum cum bestiis quandoque damnabantur. Apulejus l. *Asini* XI. *Ecce quidam miles per mediam plateam dirigit cursum, petiturus populo jam postulante, illam de publico carcere mulierem, quam dixi propter multiforme scelus bestiis esse damnatam, meisque præclaris nuptiis destinatam: & thronus genialis, scilicet noster futurus, accuratissime discernebatur, (disternebatur) lectus Indica testudine pellucidus, pulmea congerie tumidus, veste serica floridus; at ego præter pudorem obeundi publice concubitum, præter contagium scelestæ, pollutæque fœminæ*. Quod in Asino suo etiam Lucianus adnotaverat ἐγὼ δὲ ἅμα μὲν ᾐδούμην ἐν τῷ θεάτρῳ κατακείμενος, ἅμα δὲ ἐνδέδιειν μήπω ἄρκτος, ἢ λέων ἀναπηδήσηται.

7 *Signum Vortumni*.) Inter vicum thurarium, & forum, quem cernebat Vertumni ædes, & a quo dextra manu ad Circum ibant. Proper.

Nec me turba juvat, nec templo lætor aheno,
Romanum satis est posse videre forum.

Et infer.

Sex superant versus: Te qui ad vadimonia curris
Non moror.

ad forum, de vico Tusco, & Vertumno Varro, *de orig. verb.* Ab eis *dictus Vicus Tuscus, & ideo ibi Vertumnus stare, quod is Deus Hetruriæ princeps de Cœlianis traductum volunt in eum locum, qui vocatur Cœliolus*: in Cœliolo ergo antea Tusci.

8 *Basilicæ angulo*.) De Basilica Sempronia intellige. Livius. lib. XXXXV.

9 *Velabrum*) Sic Varro. *olim paludibus mons* (Aventinus) *erat ab reliquis disclusus, itaque eo ex urbe, qui advehebantur ratibus quadrantem solvebant*. paulo inferius: *Velabrum dicitur a vehendo: velaturam facere etiam nunc dicuntur, qui id mercede faciunt*. Kalendarii tamen duo Velabra nominant *majus*, & *minus*, trajicique solitum ostendunt duobus locis angustiori, & patentiori. Sex. Ruf. *Velabrum majus in foro Olitorio*. Victor. *Velab. majus*. Idem. *Velabrum minus*. Velabrum itaque majus ab Aventino ad forum olitorium, minus ab Aventino forum, & Capitolium versus tendebat. Propertius utrumque ponit:

Qua velabra suo stagnabant flumine, quaque
Nauta per urbanas velificabat aquas.

Tibul. lib. II. eleg. V.

Et qua Velabri Regio patet, ire solebat
Exiguus pulsa per vada linter aqua.

Lege Servium lib. VIII. *Æneid.*

10 *Trajectum enim velaturam*) Plutarchus τὴν δὲ πορθμίαν βηλατήραν καλοῦσι. *ναῦλον* etiam dicunt a nave Græci ἐφόδιον μισθὸν, & propterea obolus, qui mortuorum ore ponebatur, vocabant naulum; eo siquidem pretio velaturam Charonti persoluturos credebant defunctos. Etymolog. magnum, ναῦλον, τὸ εἰς τὸ στόμα τῶν νεκρῶν ἐμβαλλόμενον νομισμάτιον. triens Juven. *nec habet, quem porrigat ore trientem*.

11 *Pul-*

enim velaturam Romani vocant. Quidam vero dicunt velabrum aditum esse eum, quo in Hippodromum ex foro itur, quem qui Ludos exhiberent hinc exorsi velis operire soliti fuerant.

Romulus, ut ait Plutarchus in ejus vita, eam Urbis partem incoluit, qua ex Palatio in Circum Maximum itur, juxta quem locum sunt quos [11] pulchri littoris gradus vocitant. Eodem in loco ferunt sacram cornum fuisse. Prope Circum erat imago magna Apollinis Carthagine advecta, & T. Quinctii Flaminii, qui Philippum Macedonum Regem vicit, ænea statua cum Græca inscriptione, ut Plutarchus in ejus vita tradit.

Quum multis tabellis Circensia curricula exprimentibus abundem, eas per totum vo-
A lumen, ubi opportunius existimavi collocari posse, interposui. Hoc loco antequam curricula Circensia exponere incipiam, operæ visum fuit, duas tabellas ex totidem vetustis pilis (quorum prior est in ædibus Vallensibus, alter vero incerti Domini Romæ in regione montium extat) aptare, quæ [12] genios seu pueros aurigantes complectuntur, item metas, ova, delphinos, obeliscum, [13] aram, & sacellum. Quæ singula infra aperiam. Et quamquam lusus hi pueriles pene secti sint, recte tamen Circensium curriculorum formam aperiunt: iis notan-
B tur duo agitatores, qui in aurigando e curribus cadentes mortui sunt, quod sæpe usu veniebat; ideo Horatius:

Metaque fervidis [14] evitata rotis.

---

11 *Pulchri littoris gradus)* παρὰ τὰς λεγομένας βαθμὰς καλῆς ἀκτῆς. Puto illi, quos Solinus scalas Caci vocat, cap. II. *Ea incipit a sylva, quæ est in area Apollinis, & ad supercilium scalarum Caci.* Erant præterea aliæ ædes, ad Circum puta; *Liberi, Liberæque*, Bacchi nempe, & Proserpinæ, ut ait Dionys. lib. VI. ὅς, templum, ἐστὶν ἐπὶ τοῦ μεγίστου ἱπποδρόμου τέρμασιν, *quod templum supra Circi Maximi carceres est*: de quo & Tac. lib. Ann. II. *Floræ*. Tac. ibidem, *eodemque in loco ædem Floræ ab Lucio, & Marco Publiciis Ædilibus constitutam*. Prope Circum. *Basilica Caii, & Lucii Cæsarum*: teste Rufo: inscriptiones:

C. CAESARI AVG. F. PONTIF. CONSVL. DESIGNATO PRINCIPI JUVENTVTIS.	L. CAESARI AVGVSTI F. AVGVRI. COS. DESIGNATO PRINCIPI JUVENTVTIS.

Ibi enim repertæ sunt: item *fornix Stertinii*. Livius. *Stertinius ex ulteriori Hispania, ne tentata quidem triumphi spe, quinquaginta millia pondo argenti in ærarium intulit, & de manubiis duos fornices in foro boario ante Fortunæ ædem, & Matris Matutæ, unum in Maximo Circo fecit*: De *area Bovis* prope Circum ita Ovidius.

Pontibus & magno juncta est celeberrima Circo
Area, quæ posito de bove nomen habet.

De *Germaliis* Fab. Pictor, sive alter potius. *In declivo ad ima versus Circum Maximum Germaliam fundavit, ubi jussu Æmulii fuerunt expositi.* Germalus dicitur a Panvinio nostro hic locus in Rei publicæ Romanæ Comm. pag. XIICC. & a Varr. *de ling. Lat. Germalus a germanis Romulo, & Remo, qui ad ficum Ruminalem.* Erat & *ficus ruminalis*, quam Velabrensem a vicinia Velabri nuncupat Mart. lib. XI. cap. LIII. *Ædes Mercurii*: unde Apulejus lib. IV. *Inveniat retro metas Murcias Mercurium prædicatorem*. In regione quidem Aventini ponitur a Victore, qua & Consi ædes. Mercurii sacellum ad metas Murcias etiam Festus agnoscit. *Domus* præterea *Tiberiana*, ut ex Tacito patet. *Ara* perinde *maxima* Serv. *ad* IIX. *Æneid. Ingens* (inquit) *est ara maxima, sicut videmus hodie post januam Circi maximi.* Observo interim in hac urbis regione dicta maxima multa fuisse. Circus Maximus, Ara maxima, Cloaca maxima, ex quo inducor, ut credam, non omnino otiose appellari maximum ibi aerem a Virgil. lib. IIX.

Avulsam solvit radicibus, unde repente
Impulit, impulsu quo maximus intonat æther.

12 *Genios, seu pueros aurigantes.)* Crede pueros, nam & si alas gerunt, appostitiæ ipsæ tamen: deliciæ hæ Ælii Veri; nam Ælius Verus pueris alas conformabat ad Icari speciem, ipsosque aurigantes cursitare faciebat: *in Ipso* Spartianus. *Jam illa leviora, quod cursoribus suis exemplo Cupidinum alas frequenter apposuit, eosque ventorum nominibus sæpe vocitavit, Boream alium, alium Notum, & item Aquilonem, aut Circium, cæterisque nominibus appellans, & indefesse, atque inhumaniter faciens cursitare.* Sed etiam in Naumachia inducti pueri alati sub Amorum schemate: Ausonius:

Cum Venus Actiacis Augusti læta triumphis
Edere lascivos fera prælia jussit Amores.

De Puero Amoris schemate Herodianus in Commodo.

13 *Aram & sacellum)* Puella alata Victoria est, quemadmodum a Spur. Afranio cusus numus caput hinc ostendit galeatum, alatumque, inde bigam, cui victoria insistit, literæ S. Afra. Roma. sic etiam in numo Clouliæ, sive Clœliæ gentis, ubi victoria equos regit, sed plurima istis signis reperiuntur effigiata numismata.

14 *Evitata rotis)* Nescio quis:

CAP. IX.

De Cursu, prima Circensium Spectaculorum parte, item de vario curruum, & equorum genere, ac mysteriorum aliquot curulium significatione.

IN Circo Maximo multa Spectaculorum genera fieri ab antiquis consuevisse, veterum annalium commentaria perscrutanti manifestum erit. Quæ, mihi ea accuratius ex iisdem monumentis contemplanti, & disquirenti, octo sese obtulerunt. *Circensia Spectacula octo.* Præcipuum & proprium cursus, sive certamen Curule & Equestre; Gymnicum vel Athleticum; Pompa, Ludus Trojæ, Venationes, Pugnæ Equestres, & Pedestres, Naumachia, & aliquando Ludi Scenici. De prima ergo Ludorum Circensium parte, ante ipsius etiam Circi exædificationem usurpata, & a Romulo Urbe recens condita, inventa, primo dicam; ejusque significationum argumenta, & mysteria aperiam; mox de reliquis disseram. *Cursus primum certamen Circense.* Cursus igitur certamen Romæ primus invenit Romulus, cui Tarquinius certum locum assignans, Circum Maximum condidit, & cursus ludicros in varia certamina equestria, & curulia, equorum, bigarum, trigarum, & quadrigarum distincto, exornatoque, secundam partem Gymnicam, sive Athleticam adjunxit. *Initio* (inquit Servius) *propter equorum* A *inopiam, legimus veteres in agitandis Circensium Ludicris, diversis usos esse animalibus; postea equis tantum, qui curribus adjuncti, cursitabant.* Ex quibus primum locum obtinent [15] bigæ. *Bigæ.* Hæ currentes [16] Lunam imitari putabantur, quæ gemino cursu cum Sole contendit, sive quod nocte videatur & die, ideoque bigis alterum equum nigrum, [17] alterum candidum jungebant, qui noctem, & diem repræsentarent. Bigarum inventionem Plinius Phrygibus, Isidorus Cyristeni Sicyonio tribuunt: ille enim lib. VII. capit. LVI. *Bigas* (inquit) *primum jungit* B *Phrygum natio*; hic vero ita: *Jugo primus Cyristenes Sicyonius equos jugavit, eosque singulos ex utraque parte simplici vinculo applicavit, quos Græci* [18] *Scirophoros, Latini funales vocant, a genere vinculi, quo prius alligabantur. Dexterioris vero bigæ victor Marti immolare solebat.* Plinius lib. XXXIV. cap. V. *Non vetus bigarum celebratio fuit, in iis qui Prætura functi curru* [19] *vecti essent per Circum.* Trigæ in Deorum inferorum honorem constitutæ erant, quod ex tribus ætatibus homines raperentur, infantes scilicet, juvenes, senes: ita Isidorus. C Dionysius libro VII. In equestribus Circensium certaminibus, duo quædam priscorum Græcorum instituta a Romanis servabantur. Alterum trigarum, quod defecit in Græcia, usitatum Heroum temporibus, ut Homerus testatur, eorum prælia describens, quo duobus equis Bigarum in morem jun-

---

——— est vitæ meta senectus,
Ad quam cum properat, tangere quisque timet.

Melius tamen, *frangere*.

15 *Bigæ*) *Synoris* ab interprete Aristophanis vosiantur συνωρίς, videlicet currus, cui duo tantum equi adnectuntur; δυφρὸν vocant etiam quidam veteres: in bello bigis quoque usos testis est Aristoteles *de Mundo*. Aug. *de Civit. Dei* lib. XIX. cap. III. *sicut duos equos junctos bigas vocantes*. Cæterum non modo quadrigas, sed bigas currisse in Patrocli funere Diodorus Siculus de bello Trojano agens lib. III. testatur.

16 *Lunam imitari putabant*) Fulgentius de lunæ tauris bijugis:

Astrigeroque nitens diademate luna bicornis
Bullatum bijugis.

(pullatum, nocturnum fortasse)
——— conscenderat æthera tauris.

Manilius:
Quadrijugis vel Phœbus equis, vel Delia bigis.

Prud. de Luna:
Nunc bijugas frænare boves.

Sen. *in Hercule Oetæo*:
Cujus ad primos Hecate vapores
Lassa nocturnæ lavat ora bigæ.

Sic Tertull. *Quadrigas Soli, bigas Lunæ*. Epigramma de Circo.

Lunæ biga datur semper, Solique quadriga.

Stat. VI. *Theb.* ubi Lutat. *Quadrigas dant Soli, bigas Lunæ, equos singulos syderibus.*

17 *Alterum candidum*) Est Isidori lib. XIX. cap. XXXVI.

18 *Scirophoros*) Schœnophoros; σχοινοφόρος enim ferens funem est, & funalis. σκιῤῥοφόρος; aliud est. σχοῖνοι enim funes, quos etiam λεπτὰ dici asserit Tzetzes ad Hesiodum, ob tenuitatem; certe apud quosdam Italos funiculum vocant corrupte *leppa*, sicut etiam *stroppa*, quasi στρωμνὴ, sicut *ritorta* apte funiculum vocant Tusci. Tassus *aspre ritorte*, pro funiculis dixit.

19 *Vecti essent per Circum*)
——— similisque triumpho
Præda caballorum Prætor sedet.

ita legendum non prædo, ad quam mentem Aureliani Cæsaris illud dictum. ***Editorum*** (impensæ ludorum) *spoliare non debent.*

ctis, adjungebatur tertius funalis, loramentis adnexus, quem inde [20] παρήορον Græci vocabant. De equo funali Tranquillus in *Tiberio* cap. VI. *Pubescens Actiaco triumpho, currum Augusti comitatus est sinisteriore funali equo, quum Marcellus Octaviæ filius dexterio-*

A *re veheretur*. Statius lib. VI. *Thebaidos*:

Nominibusque cient Pholoen Admetus, & Irim,
Funalemque Thoen.

[21] Quadrigas Soli sanxerunt, quod Sol per quattuor anni tempora singulis annis ver- Quadriga.

---

20 Παρήορον) Hesychius. Παρήορος ἵππος, ὁ ἐκτὸς ἅρματος τρέχων. *qui nempe extra currum currit*; dicebatur etiam δεξιόσειρος. καὶ τὸ δεξίον φερόμενος. in *Antigone* Schol. Sophoclis ἡ τὰ μεταφορὰ ἀπὸ τῶν ἵππων ἐν τοῖς ἅρμασι παρασειρόντων. aliter: δεξιόσειρος, γενναῖος: οἱ γὰρ ἰσχυροὶ ἵπποι εἰς τὴν δεξίαν σειρὰν ζεύγνυνται τοῦ ἅρματος. & in *Electra*. σειραῖον ἵππον τὸν ἔξω τοῦ ζύγου δεξίον προσκείμενον τῷ καμπτῆρι ἀριστερόν. idem equus πάρορος. qui Schol Theoc. ὁ ἀνάρμοστος: unde eleganter Stat. — *dexterque exerrat Arion*; exerrans ibi ἀνάρμοστος, μάταιος, σειραῖος, πάρορος. veteres enim Heroes extra duos jugales, tertium funalem addebant παρήορον. Statius, qui ex Græca Thebaide in VI. sua morem Græcum mutuatus scribebat, tres tantum equos nominavit. Admetus auriga est:

Nominibusque ciet Pholoen Admetus, & Irim,
Funalemque Thoen.

itaque Thoe παρήορος: & in alia triga ita etiam intelligendus.

— nam flavus Arion
Stat, sociosque jugi, comitesque utrinque laboris
Secum alte suspendit equos.

& intelligit Arionem παρήορον, funalem, qui ad dextram: sequitur,

— dum non cohibente magistro
Stringitur in gyros, dexterque exerrat Arion.

Sed apud Augustum duo funales erant pro more Romano, ut vides, de hac re fusius alibi.

21 *Quadrigas Soli*) Prud. in Symmachum.

Hoc sidus currum, rapidasque agitare quadrigas
Commenti, & radios capitis, & verbera dextræ,
Et frenos, phalerasque, & equorum pectora anhela.

Plaut. *in Amphit.* — *quid est in anulo? cum quadrigis sol oriens*. Fulgen. lib. I. *Mythol.* Ratio vero, quod quattuor anni partes moderetur. Orpheus in *Hymnis*. τετράορον ἅρμα διώκων, *quattuor temporum currum agens* optime explicatur: atque ad hoc Commentator Germanici Cæsaris respexit. *Huic quoque illam ob causam, quod aut quadripartitis temporum varietatibus anni circulum peragat, id est, veris, æstatis, autumni, & hyemis, aut quod quadripartito diei metitur spatium, quadrigam sanxere*: & Fulgen. *Myth.* II. *huic quoque quadrigam adscribunt, illam ob causam, quod aut quadripartitis temporum varietatibus anni circulum peragat, aut quadrifido limite diei metiatur spatium*. Isid. *Quadrigas ideo Soli jungunt, quia per quattuor tempora annus vertitur, ver, æstatem, autumnum & hyemem*; aut ab elementis petita causa. Martian. Capella lib. II. *Myth.*

Quattuor alipedes dicunt te flectere habenis,
Quod solus domites, quam dant elementa quadrigam.

Hinc ipsum quadrupedem vocat Orpheus *in Hymnis*:

Κράσιν ἔχων ὡρῶν τετραβάμοσι ποσσὶ χορεύων.
Tempora qui quadrupes moderaris lege quaterna.

sed & Pisid. *de Opif. orbis.* ὁ τετράπωλον ὥσπερ ἅρματος θέσιν στοιχεῖα πάντων. Hinc Soli equos Persæ sacrificabant. Xenophon *Pæd.* lib. IIX. non semel. Strabo l. XV. Ovid. l. I. *Fast.* & Galieni numus hinc quadrigas, inde literas habet; SOLI CONS. AVG. Adde & Judæos *Reg.* lib. I. *Josias Rex abolevit equos, quos dederant Reges Juda Soli in introitu templi Domini juxta cameram Nethan Melech Eunuchi, qui Princeps erat in suburbiis, & quadrigas Solis combussit igne.* Adoraturi enim Solem insidebant equis illis, equitabantque ab ingressu templi, usque ad cameram Nethan Melech. Vota itaque armenta Soli a Regibus Juda; non enim figuræ marmoreæ equorum, sed equi ipsi erant; voti, inquam, ut Marti a Cæsare in trajiciendo Rubicone: sic boum armenta eidem Deo sacra apud Homerum *Odyss.* M.

Δεινοῦ γὰρ θεοῦ αἵδε βόες, καὶ ἴφια μῆλα
Ἠελίου, ὃς πάντ' ἐφορᾷ, καὶ πάντ' ἐπακούει.
Numinis hæ fortis vaccæ pecora inclyta Solis
Sunt, Solis qui cuncta videt, simul omniaque audit.

sunt, qui scribant fluxisse ad persuasionem Græcorum Solem quadriga vehi, quod Eliam intellexerint curru, ac quadrijugis equis in cœlum vectum, unde & Solem ἥλιον appellaverint ab Elia: sordet mihi tamen. At Sedulius cecinit.

Quam bene flammivomi prælucens semita cœli
Convenit Eliæ, meritoque, & nomine fulgens
Hac ope dignus erat; quoniam sermonis Achivi
Una per accentum mutetur littera, Sol est.

sed ut ad equos Juda Regum revertar, Angelomus Monachus S. Benedicti vetustus auctor affirmat in Stromat. lib. Regum. *Regem Juda equos Soli sacrasse, gregem videlicet, quo ad Solis venerationem uterentur*: quo & loco David Kimchi, *disjecit*, inquit, *hoc etiam scelus Josias, quod Reges Judææ patraverant: hi serviebant Soli, ibique equos constituerant, equitabantque, ut exirent Soli obviam mane*. Rabbi etiam Salomon, qui inquit, *salutabant Solem, equos habebant ad exeundum obviam soli mane*.

tatur. Plinius lib. VII. cap. LVI. 22 Erichthonius Athenarum Rex, Minervæ, & Vulcani filius, vel de caduca in terris libidine (ut Poetæ fabulantur) procreatus, primus quattuor equos currui adjunxit. De quo Virg. III. *Georgicorum*:

Primus Erichthonius currus, & quattuor ausus
Jungere equos, rapidisque rotis insistere victor.

Quem (ut Acrophilus Argius auctor est) Junoni primæ dicavit. Ita Tertullianus. Qui etiam refert Romulum quadrigas Romæ primum ostendisse.

De quadrigarum, trigarum, bigarumque curribus Plinius lib. VIII. c. XLII. *Nam in Circo ad currus juncti equi, non dubie intellectum adhortationis, & gloriæ fatentur.* Idem Tranquillus in *Cæsare* cap. XXXIX. *Cir-*A*censibus quadrigas, bigasque, & equos desultorios agitaverunt nobilissimi juvenes.* Idem in *Tiberio* c. XXVI. 23 *Natalem suum plebe incurrente Circensibus, vix unius bigæ adjectione honorari passus est.* Idem in *Claudio* cap. XXI. *Ac super quadrigarum certamina, Trojæ Ludum exhibuit.* Et in *Domitiano* cap. IV. *Spectacula magnifica, assidua, & sumptuosa, non in Amphitheatro modo, verum & in Circo edidit, ubi præter solennes bigarum quadrigarumque cursus, prælium duplex equestre, ac pedestre commisit.* Dio lib. IX. *Ludis triumphalibus ob victoriam Britannicam, Claudius e-*B*quorum certamina tot promisit, quot dies ille admitteret. Plura tamen quam decem non fuere. Nam inter equorum cursum feræ cædebantur, athletæ certabant, pueri ex Asia evocati pyrricham saltabant.* Lampridius in *Commodo*: *Voluit & in Circo quadrigas agitare.*

Erichthonius) Ex terra enim, & lana, quod in Palladis vestem laneam semen ex Vulcani libidine defluxerat, dictus est: ἔριον siquidem lana, χθὼν terra: hic deturbato Amphyctione Regnum Atticæ invasit: de quo inter Latinos Tertull. *de Spectac.* Censorinus c. IV. aliique. Quartum Atheniensium Regem facit Eusebius: invenisse currum, & artem jungendi jugo equos passim omnes afferunt. Higin. ubi de Heniocho: *Erichthonius, & quadrigas, ut ante diximus, & Minervæ sacrificia, & templum, & in Arce Atheniensium primus instituit*; & ad carmina hæc Virgiliana Servius. *Varro in libro, qui* Mirabilium *inscribitur, Erichthonium tradit primum quattuor junxisse equos ludis, qui Panathenaici appellantur.* Avienus *in Phænom.*

——ille impiger autem
Pulcher Erichthonius currus, & quattuor olim
Junxit equos.

& Germanicus:

Erichthonius, qui curru sub juga duxit
Quadrupedes.

Manil. *Astron.* lib. I. qui Heniochum Græco vocabulo pro ipso intellexit.

Heniochus studio, mundumque, & nomen adeptus,
Quem primum curru volitantem Juppiter alto
Quadrijugis conspexit equis, cæloque sacravit.

Isidor. *Aurigam etiam Erichthonium inter cœli astra collocaverunt.* Aristides *Orat. in Minerv.* λέγεται γὰρ Ἐριχθόνιον μὲν τὸν τῆς θεοῦ τρόφιμον πρῶτον ἀνθρώπων ἅρμα ζεύξας ἵππων. Ado tamen in Chronico suo ætate Cecropis Trochilum currum invenisse testatur, atque ita ante Erichthonium. *Hac etiam ætate Trochilus quadrigam junxit, eodemque tempore Cecrops Athenas condidit.* Hunc quidam Argilum, alii Argulum vocant. Theon in Aratum sic affirmat. Οἱ μυθολόγοι τὸν ἡνίοχον λέγουσιν εἶναι εἴδωλον, ἢ Βελλεροφόντου, ἢ Τροχίλου τοῦ Καλλιθέας παιδὸς πρώτης ἐν Ἄργει γενομένης ἱερείας ἅρμα πρῶτον ζεύξαντος. Erichthonium primum signasse pecuniam quoque volunt. Pollux lib. IX cap. VI. πρῶτος ἔγραψε νόμισμα Ἀθηναίοις Ἐριχθόνιος. Plin. lib. VII. cap. LVI. *Argentum invenit Erichthonius Atheniensis.* Higin. *Indus Rex in Scythia argentum primus invenit, quod Erichthonius Athenas primus attulit.* Hunc *Iliad.* β. Homerus Erechtheum vocat:

Δῆμον Ἐρεχθῆος μεγαλήτορος, ὅν ποτ' Ἀθήνη
Θρέψε Διὸς θυγάτηρ, τέκε δὲ ζείδωρος ἄρουρα.
Agmen Erechthei egregii, quem Pallas in ulnis
Orta Jovis fovit, genuit ditissima tellus.

23 *Natalem suum*) Inter alias causas, quibus ludi Circenses fiebant, Natalitii dies Principum erant. Xiph. οἱ ἀγορανόμοι ἱπποδρομήσαντες ἐν τοῖς τοῦ Αὐγούστου γενεθλίοις, καὶ θηρίων σφαγὰς ἐποιήσαν. Ita ut etiam in Natali Domini exhiberentur, quod in *Annalibus* de Andronico Comneno Nicetas refert. τῶν γενεθλίων ἐπιστάντων Χριστοῦ, καὶ ἁμίλλαις ἵππων, καὶ θεωρίαις τρυφῶν. *Adventante Natali Christi Circensibus se, & venationibus oblectans.* Institutum hoc in Republica, ut Principum natalitia colantur: ad hoc Persii illud de Judæis Herodis Agrippæ natalem diem celebrantibus, Satyr. V.

——at cum
Herodis venere dies, unctaque fenestra
Dispositæ pinguem nebulam vomuere lucernæ.

Sed in natalem quoque imperii diem invenio observatum. *Adrianus imperii diem statuit celebrandum*, ait Spart. In *Pertinace* Lamp. *Circenses, & imperii natales additi*: in ipsum Romæ de Ludis sæcularibus, qui facti in natali die urbis a Decio, in Quirinalibus Q. Metellus Ode II.

Circulatores, pugiles, equestres,
Curruum certamen, agon, palæstræ,
Belluarum pugna, genus ferarum
Undique rarum.

Inferius tamen fusius.

Idem de *Heliogabalo*: *Quadrigas* [24] *Circensium in tricliniis, & porticibus semper sibi exhibuit*. Martialis libro VIII. ad Domitianum:

Dum te longa sacro venerantur gaudia Circo,
Nemo quater missos currere sensit equos.

Gellius lib. XIX. cap. VIII. *Quadrigas etiam si currus unus equorum quattuor victorum agmen unum sit,* [25] *plurali semper numero dicendas putat M. Varro.*

Horum curruum simulachra æneis tabellis ex vetustis monumentis supra satis expressi. [26] Sejugarum maximus currus Jovi dicatus erat, quod maximus Deorum Juppiter esset. Septem, decemque jugis aliquando aurigatum fuisse refert Suetonius in *Nerone* cap. XXIV. ubi ait. *Aurigavit quoque plurifariam, Olympiis vero etiam decemjugem*. Septemjugis mentio est in antiqua Cecchinorum tabula. At vero non solum equos curribus committere veteres consuevisse inveni, verum etiam [27] Elephantos, & Camelos, ut auctores sunt Suetonius, & Lampridius; Ille in *Nerone* cap. XI. sic: *Commisit Camelorum quadrigas ludis, quos pro æternitate Imperii susceptos, appellari maximos voluit. Ex utroque ordine, ac sexu plerique ludicras partes sustinuerunt*. Hic in *Heliogabalo*: *Junxisse etiam ferunt Camelos quaternos ad currus in Circo, privato spectaculo*. De Elephantis vero Tranquillus in *Nerone* cap. XI. *Notissimus Eques Romanus Elephanto supersedens, per Catadromum decurrit*. Et Lampridius in *Heliogabalo*: *Fertur elephantorum quadrigas quattuor* [28] *in Vaticano agitasse, dirutis sepulchris quæ obsistebant*.

Sejuges. Septemjuges. Decemjuges.

[29] Curribus rotis vectis significabant, quod orbis iste circulari celeritate omnia percurrit; sive ad Solis similitudinem, qui circulari ambitu totum mundum lustrat. Unde Ennius,

Currus.

Inde patefecit radiis rota candida Cœlum.

[30] Rotæ vero Orientis, & Occidentis terminos designabant. Curtus ipse a cursu dictus est, vel quia rotas habere videtur, unde & *carrum* quasi *curruum*: ita Isidorus. Hactenus de curribus, nunc de equis; qui vel singulares currebant, vel desultorii erant. Qui singulares, id est, singillatim currebant equi, Castori, & Polluci ab antiquis dicati fuere, quibus equos a Mercurio distributos fuisse, [31] Stesichorus docet. Plinius l. VII. c. LVII. auctor est, equo vehi primum instituisse [32] Bellerophontem, [33] Pelethronium vero frænos, & strata equo-

Equi singulares.

---

24 *Circensium in tricliniis*) Quin, ut idem addit. *Gladiatores ante convivium pugnantes sibi frequenter exhibuit: stravit sibi triclinium in summo lusorio, & dum pranderet noxios, & venationes sibi exhibuit*. Lusorium, ludus est, gymnasium.

25 *Plurali semper num.*) Tota Grammaticorum classis hic. Donat. *de Gener. Nominum*. Diomedes *de specie*. Cledonius *de partibus orationis*. P. Consentius *de nomine*. Velius Longus, & Varro ipse *de lin. Lat. neque enim in his res singularis subest una, cum dicitur biga, quadriga*.

26 *Sejugarum*) Sex. Pomp. *Juges ejusdem jugi pares, unde conjuges, & sejuges*: ab Augusto primum inductos sejuges constat.

27 *Elephantos, & camelos*) Quin & cervi, & canes, tygres, leones: in *Ner.* Suet. *Commisit quoque etiam camelorum quadrigas*: quid, *quoque etiam*? alterutrum capio: canes commisit Commodus teste Dione. Alogabalus Lampridio. *Canes quaternos ingentes junxit ad currum*: ibidem ipsemet auctor. *Cessit in publicum, & quattuor cervos junxit sibi, & leones, Matrem Magnam se appellans: junxit & tygres, Liberum se vocans*. Passim præterea numi elephantos ad currum repræsentant, quod indicat lib. IIX. epigr. LXI. Martial.

Hic gemini currus numerant elephanta frequenter.

atque id de lapideis elephantis, qui cum curru arcubus triumphorum imponebantur, expressit. Elephanta pro elephantas scripsit, quod voce *frequenter*, ut plures indicaret, declaravit.

28 *In Vaticano agitasse*) Ubi olim Nero, lib. Ann. XV. Tacitus.

29 *Curribus*) Ex Isidoro. Vetus epigr. corruptum.

Circus imago poli, formam cui docta vetustas
Condidit, numeros luminis ætherei;
Namque duodenos ostendunt ostia menses,
Quæque meat cursim aureum astra jubar.

Adi cap. VII. lib. VIII. Rhodig. qui tamen Græcum ibi cum Romano Circum confundit, ut multi quoque doctissimi.

30 *Rotæ vero orientis*) Vetus Epigr.

Namque axes gemini exortum, obitumque ferunt.

31 *Stesichorus*) In palinodia forte, cujus meminit in *Phædro* Plato.

32 *Bellorophontem.*) De ipso vide interpretes Hesiodi in *Theog.* Eustat. ad *Dionys. Afrum.* Strabonem lib. XIII. aliosque, qui id significant. Istius illud:

—— cæcus campis errabat Aleis
Ipse suum cor edens.

Illud Homericum est *Iliad.* ζ.

Ητοι ὁ καππεδίον τὸ ἀλήιον οἶος ἀλᾶτο
Ον θυμὸν κατέδων.

Lege de Bellerophonte in Arato Theonem Scholiastem, Higinum in Fab. Astron.

33 *Pelethronium*) Pelethronii Lapythæ populi in Pelio monte, unde Pelethronii dicti centauri in Pelio ob vicum ejus nominis. Strab. lib. VII. & Virg. III. *Georg.*

Fræna Pelethronii Lapythæ, gyrosque dedere
Impositi dorso, atque equitem docuere sub armis
Insultare solo, & gressus glomerare superbos.

rum inveniſſe. Quin & Equeſtri Neptuno equi ſacri erant, quem Græci 34 Ἵππιον appellabant, quod is primus tridente ſuo terra percuſſa equos protulerit. Equi porro 35 ſingulariter currentes, vitæ noſtræ ſpecimen repræſentabant, quod ſingulatim unuſquiſque 36 curſum vitæ ſuæ ſeorſum conficit, aliique eodem & diverſo tempore, alios ſequuntur, imo duntaxat mortis curriculo, uſque ad obitus extremam metam. Ita Iſidorus *Etymologiarum* lib. XXVIII. c. XXXVIII. De equis ſingularibus Dionyſ. lib. VII. *Peracta pompa, certamina ſpectantur equorum, quorum primum erat, quadrigarum, bigarum, ſingulariumque equorum curſus, quemadmodum in Olympiis fieri ſolet.* Suetonius in *Cajo*, cap. LV. *Incitato equo, cujus cauſa pridie Circenſes, ne inquietaretur viciniæ ſilentium per milites indicere ſolebat, &c.* Scilicet ut equus quietus, paratior, agiliorque ad curſum eſſet. In his quas ſupra poſui tabellis equos ſingulares vidimus.

Equi deſultorii. Deſultorii equi, quos Lucifero & Heſpero ſacros fuiſſe perhibet Caſſiodorus, a deſultoribus dicti ſunt, quorum ars erat, equos eligere, alere, ac docere, & ex his binos trahere, 37 e ſingulo ſeptem curriculorum alternatim ex uno in alterum mira celeritate tranſilire, ut Iſidorus docet. Erant igitur equi deſultorii duo, ſine ephippiis adjuncti, dicti, quod ex his facile deſiliant deſultores. Erant equi deſultores etiam 38 in exercitibus, qui equitibus ſingulis præſto erant, exercitatis ita militibus, ut uno de via feſſo, deſilire poſſent in recentem. Livius lib. XXIII. *Nec omnes Numidæ in dextro locati cornu, ſed quibus deſultorum in modum binos trahentibus equos, inter acerrimam ſæpe pugnam in recentem equum, ex feſſo armatis tranſultare mos erat.* Varro lib. II. *de re ruſtica*, *Peritus* (inquit) *belli aliter equos deligit, alit, ac docet, aliter quadrigarius, ac deſultor.* Tranquillus in *Cæſare* cap. XXXIX. *Quadrigas, bigaſque, & equos deſultorios agitaverunt nobiliſſimi juvenes.* Hos innuere videtur Propertius lib. IIII. in Fabula Vertumni ſic,

Eſt etiam aurigæ ſpecies Vertumnus, & ejus
Trajicit alterno qui leve pondus equo.

Schol. Nicandri locum ait eſſe in Pelio floribus refertum. πελεθρόνιον δὲ τόπος ἐςὶ τῦ πελίυ ἀνθώδης: διὸ ϰ̀ ὅτω καλεῖται ἀπὸ τῦ πελειν ἐκεῖσε τὰ ἄνθη. θρόνα γὰρ τὰ ἄνθη λέγεται.

34 Ἵππιον) Diximus alibi: videtur interim Phornuto *quodammodo equi vicem gerere mare, dum tranſmittit navigantes*: certe fluminibus conſecrari ſolitos equos, ob celeritatem equi fluminis impetum æquantis teſtis eſt Euſtathius *Iliad.* Φ.

35 *Singulariter cur.*) Synes. epiſt. ad Uranium: ἔπεμψά σοι δῶρον ἵππον, ἀκροφυέςατον. & poſt: ὐ γὰρ οἶδα, ὅτι μᾶλλον ἐςὶ κυνηγέτης, τὶ κέλης ἐν ἀγονιάυ, τὶ πομπεὺς, τὶ πολεμιςήριος. Manil. lib. IV.

—— *ſolo vectatur equo.*

hi ſingulatores dicti qui uno equo veherentur: fuere etiam ſingulatores Principum, qui nempe Principibus iter ingredientibus uno equo celeres aſſiſterent, tamquam prodromi. Vetus inſcrip. *Publico Ælio Decimino. B. M. Mil. a* XIIX. *equiti ſingulatori Auguſti.* Altera. *M. Ulpio viatori, equiti ſingulatori Auguſti.* Alia. *Tito Hortenſio Mucroni natione Marſo Q. V. A.* XXXIII. *Ælius Vernus arm. cus. eques ſingulator Auguſti:* Græcis ſingularis equus κέλης dicitur. Euſth. κέλυς ἵππος ὃ νῦν σελλάριος. *cavallo da ſella*; eſt etiam pudendum muliebre, teſte eodem, & a κέλλειν hic equus dicitur, quod eſt movere, & κίνειν. μονάμπυξ idem eſt; ſunt enim ἄμπυκες ornamenta crinium equorum. Eurip. Interp. in *Hec.* ἄμπυξ κόσμος, ὃν περὶ κεφαλὰς αἱ γυναῖκες φέρυσιν, ϗ οἱ διαχρυσοὶ χαλινοὶ, ἄμπυκες λέγονται. ἄμπυξ Latinis orea, vel aurea: inde aureax equus ſingularis. Gloſſ. Iſidori *aurax equus ſolitarius*: at Feſto, aurax eſt auriga, aurea auriga. Equi apud noſtros iſti ſunt ſellarii, non ſcilicet curules; ſed cum ἐφιππίῳ: noſtrum vero ephippium veteres non habebant, cum ferro, & ligno, ſed ςρῶμα tantum erat; poſtea ἀςράβη inventa eſt, quæ ſella etiam dicta: σέλα apud Græcobarbaros. Mauric. IIX. *Strategic.* χρὴ ἐν ἡμέρᾳ πολέμυ ἐν ταῖς σέλαις ἐπιφέρεσθαι ἕκαςον ςρατιώτην ὕδωρ, ἢ βυκελλάτα. in ſellis ſtapedas, quas vocant, ferreas ſcalas dixit Leo Conſtitu. VI. Εἰς ᾗ τὰς σέλας τὰς β. σιδηρὰς σκάλας. *doi ſtaffe* Itali dicerent.

36 *Curſum vitæ ſuæ*) Eleganter Lucret.

Et quaſi curſores vitai lampada tradunt.

Joannes della Caſa:

I primi ſpazi ancor del corſo humano.

Sed currui etiam comparata vita. Sil. Ital. lib. VI.

Talis lege Deum clivoſo tramite vitæ,
Per varios præceps caſus rota labitur ævi;

& de Scorpo Martialis lib. X.

Cur fuit & vitæ tam prope meta tuæ.

Anacr.

Τρόχος ἅρματος γὰρ οἷα
Βίοτος τρέχει κυλισθείς.

37 *E ſingulo*) E ſingulo videlicet per ſeptem curricula (ſepties enim circumibant) in alterum finito uno curriculo, nempe una vice currendi, tranſibant.

38 *In exercitibus*) Deſultores in exercitu, aut de equo ad equum erant, & de iis diximus, aut deſultores Curules, de quibus in præſentiarum loquendum. Heroes enim curru in bellum vecti, quandoque e curru deſilientes cum hoſte aliquo, qui ſpeciem viri etiam Herois præferret, confligebant, auriga currum cuſtodiente: hinc verſus in Etym. magno:

Αν δ' ἔβαν ἐν δίφρυσι παραιβάται, ἡνιοχοί τε.

quod ſæpiſſime eſt apud Homer. *Iliad.* præſertim λ. & currus aurigam, & militem habebat:

—— ἄμφω
Εἰς ἑνὶ δίφρῳ ἐόντας; μὲν νόθος ἡνιόχευε

A Quidam equos ſingulares, & deſultorios, nullo præmio currere ſolitos fuiſſe exiſtimant, ſed equos ſingulares bigis, [39] quadrigiſque miniſtros, atque adhortatores; [40] deſultorios vero præcurſorios fuiſſe exiſtimant. Quam ſententiam confirmare videtur Caſſiodorus in Epiſtola ad Fauſtum præpoſitum, quum ait: *Equi deſultorii, per quos Circenſium miniſtri, miſſos nunciant exituros,* [41] *Luciferi præcurſorias velocitates imitantur.* Sic accidit, ut dum ſe colere putarent aſtra, religionem ſuam ludicra ſimilitudine profanarent. Quod deſultorium genus diverſum B a ſuperiori eſſe videtur. Exiſtimarem ego, [42] equos quoſdam fuiſſe ſingulares, qui præmio currerent; quum id clare ex Dionyſio, Iſidoro, & tabulis antiquis intelligatur. Alios vero equos, qui nullo victoriæ præmio currentes, bigas tantum, & quadrigas tanquam [43] miniſtri, & adhortatores, [44] comitarentur. Nam in vetuſtis tabulis aurigarum currus equus ſingularis antecedit. Equos vero deſultorios cum præmio currere, quemadmodum bigas, & quadrigas. Præterea quæ ſupra ex Suetonio, & Iſidoro citavi, etiam Livius libro XLIIII. docet his verbis: *Nam Circenſi ludicro ſemel quadrigis, ſemel deſultore miſſo, vix unius horum tempus utrumque Curriculum complebat.* Cæterum quum proximum locum ante currus, & forte Caſſiodori tempore haberent, per eos bigarum, & quadrigarum curſus hac ratione denunciabantur, ut ſcilicet ſpectatores intelligerent, viſis deſulto-

---

Αντιφος αὖ παρέβασκε περικλυτος.
—— ambos
Curru inſiſtentes uno; Nothus ipſe jugales
Frænabat, pugnam dabat Antiphus.

Deſcendebant. Idem.

Ητοι ὅγ' ἐξ ἵππων κατεπάλμενος ἀντίος ἔστη.
Deſiliens ab equis pergebat tendere contra.

exemplum etiam in *Æneid.* ult. habet Virgil. Turni e curru deſcendentis, ac impetentis Æneam:

Dixit, & e curru ſaltum dedit ocyus armis.

lego, *auris.*

Perque hoſtes, per tela ruit, mœſtamque ſororem
Deſerit.

Et quia completo prælio ſe rurſus deferebant in currum, Deſultores dicti ſunt. Nempe ἀποβάτεις ab ἀποβαίνειν, quod *deſilire*, & *deſcendere* eſt: ubi erudite ἀποβαίνειν, dici in hoc genere ἀντὶ τοῦ πεζεύειν, καὶ καταβῆναι ἅρματος, docet Euſtathius. Nam deſultor pugnans juxta currum, qui ipſum ut feſſum exciperet ſequebatur, currebat. Magnæ quidem virtutis bellicæ documentum, & quo ſe erudibant etiam in Circis. Capitol. in *M. Antonino Philoſopho*: *Ad triumphalem currum in Circo pedes cucurrit*: & veteres Græci; in *Phocione* Plutarch. Φωκίων δὲ τῷ υἱῷ βουλομένῳ ἀγωνίσασθαι ἀποβάτην. *Cupienti filio deſultorem agere*: idque non in bello; nam ait, Παναθηναίοις, *in Panathenæis*. A deſultoribus traxit metaphoram in amantibus Ovidius:

Non mihi mille placent, non ſum deſultor amorum.

deſultor hic eſt *perambulator cubilium* apud Catullum, *Perambulator omnium cubilium*. Cæterum deſcribitur quoque deſultor VI. *Argon.* Valer. Flac. & elegantiſſime habet in *Clypeo Herculis* Heſiodus, ubi Johannes Diaconus videndus.

39 *Quadrigiſque*) Ut puta, qui habenas, ſi excidiſſent, reſtituerent, flagellum ſi lapſum eſſet, redderent. Sic Diomedi flagellum excuſſit Apollo, reddidit Mercurius *Iliad.* ψ.

40 *Deſultorios*) Ita puto, nam non niſi permutatis equis potuiſſent præcurrere. Luciferis itaque præeuntibus quadrigarii, cæterique curules equi magis inflammabantur: ex equorum natura, qui præcedi ſibi cupiunt, expreſſit Torquatus Taſſus Ode ſui Poematis V.

Sapendo ben, ch' al fin s' invecchia Amore
Senza queſt' arte, e divien pigro, e lento
Quaſi deſtrier, che men veloce corra,
Se non ha chi lui ſegua, o chi 'l precorra.

41 *Luciferi præcurſorias*) Eos Græci ἱπποκελεύχους vocant: nos *cavalli, che danno la moſſa*, nempe miſſus nunciant: Latini vero luciferos dixerunt, quod Lucifer quadrigam ipſe etiam Solis præeat, unde φωσφόρος; albos fuiſſe eorum equos putarim. Sophocles λευκόπωλον ἡμέραν in *Ajace* vocat.

42 *Equos quoſdam fuiſſe*) Proculdubio non una epigrapha in Pindaro id oſtendit. Iero Syracuſius ode I. *Olymp.* inſcribitur victor κέλητι, *ſingulari*, *privo* nempe *equo* in VI. Pſanides ἀπήνῃ, καὶ κέλητι *mularum curru, & equo ſingulari*: & in *Pyt.* III. Obſervo ſane in Olympiis, ac Pythiis magis curruum, & equorum, in Nemeis, & Iſthmiis pancratiaſtarum, & palæſtritarum frequentiam ex Pindaro.

Miniſtri & adhortatores) horum officium Chryſoſtomus de Circo e longe explicat. ἔχει δὲ καὶ πάριππον ἄγγελον τὸν καταδιώκοντα, καὶ παρασκοτοῦντα τοῖς ἵπποις τοῦ ἐχθροῦ σου. *Habet* (Dei currus) *equitem vicinum, & aſſeſſorem Angelum, qui tetris illius hoſtis equites inſequitur, & tenebris confundit.*

44 *Comitarentur*) Atque ideo Luciferi nuncupati, quia quadrigas ipſi comitabantur, ac præibant, ut quadrigam Solis Lucifer: cape ex Ovid. lib. *Triſt.* II.

Hos utinam nitidi Solis prænuncius ortu
Adferat amiſſo Lucifer albus equo.

hic ſane ſingularis: idem *Metam.* XV.

—— cumque albo lucifer exit
Clarus equo.

Aurora vero bigis vecta:

riis, proxime currus 45 esse agitandos. Cicero in Oratione pro L. Muræna: *Respondebo igitur Postumio primum, qui nescio quo pacto mihi videtur Prætorius candidatus in Consularem, quasi desultorius in quadrigarum curriculum currere.* Quod tamquam insolitum damnare Cicero videtur. Hoc loco duas Circi delineationes adjicere commodum fuit, quarum prior, quæ aurigas bigis insidentes, obeliscum, metas, & delphinos continet, marmoreo pilo in ædibus Cardinalis Sarraceni extat. Sequens Circi spectatores, moenianum, Cybelem leoni insidentem, Circensium indices, obeliscum, aras, metas, delphinos, ova, victoriam, ædiculam, aurigam victorem coronatum, & eum ad victoriam excitantem socios comprehendens marmoreo frusto extat in ædibus Maffeorum. 46 Utriusque tabulæ accuratam explicationem infra adjiciam.

A

B

CAP. X.

De Agitatoribus, seu aurigis, & eorundem quattuor factionibus.

Auriga, Agitatores.

Ii porro qui curribus, seu equis insidentes, eosdem circum metas agitabant, aurigæ, sive agitatores, bigarii, & quadrigarii appellabantur. 47 *Auriga*, dictus est, (ut docet Isidorus) quod currum agat, & regat, sive quod junctos equos

---

Aurora in roseis fulgebat lutea bigis.

Sol denique in quadrigis, ut ostendimus.

45 *Esse agitandos*) Ut Mauri & Jaziges apparebant in equis ante Cæsarum adventum. Mart. lib. x. ep. vi.

Quando eques, & picti tunica Nilotide Mauri
Ibitis, & populi vox erit una; venit.

Adspicis, ut cursores tunc pictis vestibus & phaleratis vestibant; quod nunc Romæ, ac alibi faciunt excursores, quos a frænis, aut pedibus vocant, phaleratis induendo vestibus, ac tunicis.

46 *Utriusque tabulæ*) De reliquis inferius dicemus: nunc sufficiat ostendere covinum dici apud veteres currum hunc, & vehiculum, quo Aurigæ insidunt: hic vero commodissimus ad Circensia, sive ponderis, sive parvitatis gratiam spectes. Sidon. ad *Consent.*

Instant verberibus simul regentes,
Jamque & pectora prona de covino
Trans armos feriunt.

Covini quoniam in eo sessor, & auriga idem erat vir, solitudinem laudat Martialis:

O jucunda covine solitudo.

aut saltem quia duos ad summum capiebat; & in quo libere amici duo loqui poterant, cum delatorum omnia suspecta forent, & propterea etiam ipsum jucundum vocat. Cum enim foro amici, domi servi caverentur, covinus, in quo multitudo non vehi poterat, a politicis amabatur; nam in cæteris curribus aurigarum aures timebantur; ob id Martialis:

Mulio viginti venit modo millibus, Aule:
Miraris pretium tam grave: surdus erat.

Sequitur de covino in hanc sententiam idem auctor:

Hic mecum licet hic, Juvence, quicquid
In buccam Tibi venerit, loquaris.

Et paulo post: *O si conscius esset hic Avitus,*
Aurem non ego tertiam timerem.

Et hoc ad laudem Aviti, non quod covinus plures, quam duos caperet: covinus vero Britannicus currus. Tac. in Agric. *medio campo, covinarius, & eques strepitu complebant*, Pomp. Mela docet lib. III. cap. IV. covinum vehiculi falcati genus esse, quo Britanni in præliis uterentur; quod & Diodorus Siculus lib. VI. confirmat. Silius:

Agmina falcifero circumvenit acta covino.

Belgicum vehiculum facit Lucanus:

—— monstrator Belga Covini.

atque ita Hierony. *ad Isajam* cap. ult. *sine falcibus itaque currus noster covinus est.*

47 *Auriga*) In *Clyp. Hesiod.* Diaconus. ἡνιοχοὶ καβάλλαειοι: ab aura autem aurigam Priscianus deducit ad primum carmen XII. *Æneid. Aurigæ quod splendorem sibi agant auris, id est, favoribus populi, hoc est, clamoribus*; secus tamen Servius etymum facit ab hauriendo & cum ipso hic Isidorus, nempe ab agendo, quod est verberare, ac ferire. Agere, quod agitare idem Charys. *Pax tax Nævius in Agitatoria.*

Age, ne te mihi adversari dicas hunc unum diem, de meo sequor;
Sinam ego illos esse pax tax, postea currentes ego illos vendam, nisi tu viceris.

Qui locus satis obscurus, & ni fallor fortasse ad captum legendus:

Age, ne me tibi adversari dicas, hunc unum diem de meo sequar;
Sinam ego illos

(equos)

Ire pax tax, postea currentes ego illos vendam, si tu viceris: tax pax quasi tardigrade ex sonitu incessus. Auriga ἱππηλάτης, ἐλάσιππος, ἁρμειλάτης, διφρηλάτης. metaphoricῶς pro nauta accipitur auriga. Idem Charys lib. II. *de metaph.*

Tybin aurigam celeres fecere quadrigæ.

Quod etiam usurpavit Ovid. lib. *Trist.* I. Eleg. III.

Sic non quo voluit, sed quo rapit impetus amnis,
Aurigam video vela dedisse rati.

eodem modo anchoram navium vocavit habenas lib. VI. *Æneid.* Virg. anchoram nempe, non funes, ut male reliqui interpretantur, & docet nos Pindari Scholiastes ode IV. *Pyth.* ibid.

Ανίκ' ἄγκυραν ποτὲ χαλκόγενυν,
Ναὶ κρημ:άι των ἐπίτοσσε, θοᾶς
Αργῦς χαλινόν.

Græci









I

Circi

et

Ludicri Circensis Antiquum
Marmoreum [illegible] quod in
aedibus Mafeorum Romae, ad
thermas Agrippinas, extat

II III

Duo agitatorum
marmorea sepulchra Cupi
dinum [illegible] nomi
ornata quae Romae in privato
rum [illegible] aedibus extant

IV.

Aurigatus Circensis, ex mar
moreo sepulchro quod Romae, in
aedibus Cardinalis Sarr[illegible] ad [illegible]
lem Circum extat, expressa

Onophry Panviny Veronensis
opera [illegible] accu
rate expressum [illegible]
A.° Salutis
MDLXXX. Gr.° XIII
P M

feriat, nam *aurire* idem est quod *ferire*; unde illud: *Latus aurit apertum*. Idem est is, qui *agitator* dicitur, id est, verberator, ab agendo (auctore Isidoro) dictus Cicero ad Atticum lib. Epistolarum XIII. *Nec est melius, quam ut Lucullus sustineat currum equosque, ut bonus sæpe agitator*. Et Virgilius lib. III. *Georgicorum*:

Centum quadrijugos agitabo ad flumina currus.

Bigarii. Quadrigarii. Bigarii, & quadrigarii a curribus bigarum, & quadrigarum dicti. Tranquillus in *Cajo* cap. XIX. [48] *Quadrigario habitu curriculo bijugi famosorum equorum per pontem ultro citroque commeavit*. Et in *Nerone* cap. XVI. *Vetiti quadrigariorum lusus, quibus inveterata licentia passim vagantibus* [49] *fallere ac furari per jocum jus erat*. Aurigarum sive agitatorum Societates factiones appellabantur. Sext. Pompejus: [50] *Factio & factiosus initio, honesta vocabula erant, unde adhuc factiones histrionum, & quadrigariorum dicuntur*. Quorum duæ initio factiones erant, a vestium coloribus, Factiones duæ: Albata, Russata.

A quibus dum cursitarent induebantur, nomina sortitæ, Alba scilicet, & Rubea, sive Russata; qui quum certatim pedibus sive curribus insidentes currerent, & magno Populo Romano oblectamento erant, & sacra Circensia perficiebant. De quibus Tertullianus: *Hæc* (inquit) *ab initio duo soli fuerunt colores, Albus, & Russeus*. Albus Hiemi ob nives candidas: Rubeus Æstati ob Solis ruborem voti erant. Sed postea tam voluptate, quam superstitione provecta, Russeum alii Marti, alii Zephyris Album consecraverunt, duobusque additis Prasino & Veneto. Prasinum Terræ Matri, vel Verno; Venetum Cœlo, & Mari, vel Autumno devoverunt. Ita ex B duabus quattuor factiones factæ sunt. Prasina, Russata, Veneta, & Albata.

[51] Prasinus autem est color viridis ad similitudinem porri: Nam πράσον Latine porrum dicitur. Hinc vestes e viridi lana [52] *Prasinæ* dicuntur, Martialis lib. X ad Sextilianum: Factiones quattuor, Prasina.

Et quam donabas dictis [53] *a Marte Kalendis,*

Græci pari significatione ἡνίοχον τῆς νεώς, navis aurigam, nautam scribunt, teste Polluce; demum rector luctæ auriga. Simon. *Anthol.* epigr. I. παλαισμοσύνας δεξιὸν ἡνίοχον.

48 *Quadrigario habitu*) Habitum Aurigæ habemus ex Callixeno Athenæi. ἐπὶ καὶ πάντων τούτων ἀναβλήκει παιδάρια χιτῶνας ἔχοντα ἡνιοχικοὺς, καὶ πετάσους: scilicet *ut breves tunicas haberent aurigantes pueri, & petasos in capite*: de tunica lib. IX. epist. VI. Plinius. *Tanta gratia, tanta auctoritas in una vilissima tunica*. Mulioni penulam assignavit Cicero *pro Sextio*. Uberius suo loco infra: non omnia iisdem locis pono.

49 *Fallere ac fur. p. j.*) Mart.

Lusus erat sacræ connubia fallere tedæ,
Lusus & immeritos subsecuisse mares.

sed serio Justiniani tempore. Vide in Historia arcana Procopium.

50 *Factio*) Nam postea in malum sensum. In Cæsaribus Auson. de I. Cæs.

—— *quem perimit factio sæva togæ.*

factiones quidem quattuor; Sidon. *ad Consentium*:

—— *micant colores,*
Albus, vel Venetus, Virens, Rubensque.

Alba Prasinæ socia, Russea Venetæ, ut ex versibus Corippi cap. VI. citatis colligi potest. addidit Domitianus & duas. In *ipso Domit.* Xiphil. τοῖς δὲ ἁρματηλάταις δύο γένη ἕτερα τὸ μὲν χρυσοῦν, τὸ δὲ ἀργυροῦν ὀνομάσας. *aurigarum duo genera* (addidit) *quorum unum aureum, alterum argenteum appellavit*: post ejus vero cædem ablatæ hæ duæ factiones, deinde iterum inductæ: idem auctor in *Severo*: καὶ τὰ ἅρματα ἐξόχως ἁμιλλώμενα ἐθεάσαντο ὅπερ πως καὶ ἐπὶ τοῦ Κλεάνδρου ἐγεγόνει: non ergo semper tot currus. Cleander sane Commodi cubicularius apud ipsum potentissimus ob uxorem specie præstantem: πράξεις vocat factiones Pollux & μέρη, id est, partes, ut etiam nostri. Martial. Amphitheat. epigr. XX.

Dum peteret pars hæc Myrinum, pars illa Triumphum.

bene itaque μέρος apud Græcos factio, δῆμος eodem modo, quo populum pro factione usurpant Latini: in *L. Vero* Vopiscus. *In tanto autem equus ille honeste fuit, ut ei a populo Prasianorum sæpe modius aureorum postularetur*. Epigr. in Porphyrii laudem lib. III.

Τοὔνεκα, καὶ ξεῖνον πρεσβήϊον ἔδραο μοῦνος,
Εἰκόνα χαλκείην δήμῳ ἐν ἀμφοτέρῳ.
Atque ideo surgis celebratus munere solus
Cum simulachra dicet factio utraque tibi.

Illud Juven.

Accipe victori populus quod postulat aurum.

intellige quod factio pro victore suo postulat.

51 *Prasinus autem*) Nam πράσον porrus, sic chrysoprasos a Solino cap. LV. gemma dicitur, quæ ex aureo, & porraceo mixta colore, quamque Indicis regionibus tradit inveniri.

52 *Lucernæ prasinæ*) Martialis ad Sextilianum: tamen de synthesi, non de lacerna loquitur: synthesis quæ vestis sit adferemus inferius: fuisse vero lacernas prasinas, ex eodem lib. XIIII. epigr. CXXXI. colligis:

Si Veneto Prasinoque faves, quid coccina sumis?
Ne fias ista transfuga sorte, vide.

De veste prasina Petron. *in aditu ipso stabat ostiarius prasinatus, cerasino cinctus cingulo.*

53 *A Marte Kalendis*) Kalendis Martii Saturnalia quodammodo fœminarum erant, ut lib. eodem idem Auctor.

Natales mihi Martiæ Kalendæ,
Lux formosior omnibus Kalendis,
Qua mittunt mihi munus, & puella.

De nostra Prasina est [54] *synthesis empta* [55] *toga*.
Prasinus etiam est gemmæ genus viride, de A qua Plinius lib. XXXVII cap. VIII. De Prasina factione Suetonius in *Cajo* cap. LV. *Prasinæ factioni* [56] *ita addictus, & deditus, ut*

Tunc fœminæ mittebant munera: de his Juvenalis:

Munera fœmineis tractas secreta Kalendis.

Et ipsis mittebantur. Suet. in *Vespas. Saturnalibus viris dabat apophoreta, ita & Kalendis Martii fœminis.* De priore usu Solin. cap. III. *Mense Martio Matronæ servis suis cœnas ponebant, sicut Saturnalibus Domini*: atque id pene iisdem verbis repetiit Macrob. *Satur.* lib. I. cap. XII. Plautus in *Milite*:

Da, mi vir, quod Kalendis mittam, cum Martiæ venerint.

sunt qui ab Hersilia Romuli uxore, quod seditionem in raptu Sabinarum placaverat, hunc morem velint fluxisse: aliter cogitat tamen Festus: *Martias* (inquit) *Kalendas matronæ celebrabant, quod eo die Junonis Lucinæ ædes coli cœpta sit.* Usus fortasse a Babyloniis potest deduci: apud Athen. *Dipnos.* lib. XIV.

54 *Synthesis)* Quam miserat ad puellam Sextilianus, ex quo colliges tam mulierum, quam virorum esse Synthesim: domestica ea quidem vestis, sed qua decem diebus in Saturnalibus etiam foris per urbem uterentur Romani: lib. XIV. ep. CXLI. Martial.

Dum Toga per quinas gaudet requiescere luces,
Hos poteris cultus sumere jure tuo.

Equites, & Senatores una: epig. primo lib. ejusdem.

Synthesibus dum gaudet eques, Dominusque Senatus.

non equidem nisi domestica aliis diebus, & cœnatoria: Idem Mart. lib. V. ep. LXXIX.

Undecies una surrexti Zoile cœna,
Et mutata tibi est synthesis undecies:
Sudor inhæreret madida ne veste retentus,
Et laxam tenuis læderet aura cutim.
Quare ego non sudo, qui tecum Zoile cœno?
Frigus enim magnum synthesis una facit.

Hinc reprehensus Nero apud Suet. quod in synthesi se publico offerret. *Plerumque synthesim indutus ligato circa collum sudario.* Ut fere a Petronio Trimalcio describitur: in cœnatoria vero veste per urbem prodire absonum erat. Mart. *Lemm. Cœnatoria*:

Nec fora sunt nobis, nec sunt vadimonia nota:
Hoc opus est pictis accubuisse toris.

Synthesim vertit χιτώνιον Dio, dum præcedens Neronis factum describit. χιτώνιόν τι ἐνδεδυκὼς ἀνθινον, καὶ σινδόνιον περὶ τὸ αὐχένα ἔχων. *Synthesi indutus* (prasina) *sudarium circa collum habens.*

55 *Toga)* Commentator Persii vetus: *Toga est purum pallium, forma rotunda, effusiore, atque inundante sinu, & sub dextro veniens super humerum sinistrum ponitur, cujus similitudinem in operimentis simulacrorum, vel picturarum adspicimus. Easque statuas Togatas vocamus: mensura togæ justæ senas ulnas habebat.* Rotundam dixit, quod ita videretur postquam corpori esset adplicita, unde eam bene cæsam esse debere præcipit Quintilianus, cum secus quadrata esset toga ex meliorum sententia: eam ut palantes Ægyptiæ nunc faciunt. Sub dextro humero venientem super sinistrum ligabant: nodusque ille umbo dicitur apud Persium:

— *tot aque impune suburra*
Permisit sparsisse oculos jam candidus umbo.

quod umbonis vicem repræsentaret id ligaculum si solvi contigisset, toga ad pedes decidebat, quod Augusto evenisse narrat Suetonius non nisi bono omine, quasi omnium togas: hoc est, Romanos ad pedes habituro, & certe Ægyptiarum mulierum quadrata toga est, atque illi Romanorum similis, nisi quod Romana toga latior sex panni ulnas occupabat, Ægyptiarum minus suscipiunt.

56 *Ita addictus)* Favebant Principes, & populus huic, aut illi factioni, prout ferret animus, & affectus. Prasinæ factioni favit Commodus, & Halogabalus, Xiphil. teste. Venetæ Antoninus Caracalla, qui ἡρματηλάτει τε τῇ Οὐενετίῳ στολῇ χρώμενος. *Currus Veneto ornatu agitabat*: sic Vitellius, & ipse in ornatu venetos equos fricaverat. Prasinos amavit L. Verus. De Populi favore Plin. epist. lib. IIX. *Quod magis miror, tot millia virorum tot pueriliter cupere currentes equos, insidentes curribus homines videre, si tamen, aut velocitate equorum, aut hominum arte traherentur, esset ratio nonnulla: nunc favent panno, pannum amant, etsi in ipso cursu medioque certamine, hic color illuc, ille huc transferatur studium: favorque transibit, & repente agitatores illos, illos equos, quos procul noscitant, quorum clamitant nomina, relinquent: tanta gratia, tanta auctoritas in una vilissima tunica.* Expressit mire dubios hos vulgi favores Silius lib. de *Bello Pun.* XVI.

Hic studio furit acris equi, furit ille magistri.
Hos patriæ favor, hos accendit nobile nomen
Antiqui stabuli, sunt quos spes grata fatiget,
Et nova ferre jugum cervix, sunt cruda senectus
Quos juvat, & longo sonipes spectatus in ævo.

Eleg. II. lib. III. *Amorum* Ovidius:

Non ego nobilium sedeo spectator equorum,
Cui tamen ipsa faves, vincat ut ille precor.

Ibidem:

O cuicumque faves felix agitator equorum.

Et primo lib. *Artis Am.*

Cujus equi veniant, facias studiose requiras,
Nec mora quisquis erit, cui favet illa, fave.

cœnaret in stabulo assidue, & maneret. Agitatori Eutycho commessatione quadam in apophoretis H-S vicies contulit. Idem in *Nerone* cap. XXXIIX. *Equorum studio, vel præcipue ab ineunte ætate flagravit, plurimusque illi sermo, quamquam vetaretur, de Circensibus erat; & quondam* [57] *tractum Prasinum agitatorem inter condiscipulos quærens, objurgante magistro,* [58] *de Hectore se loqui ementitus est.* Dio LIX. *Cajus prasina factione summopere delectabatur, ita ut locus, in quo solebat aurigare, etiamnum Cajanus ab eo dicatur.* Capitolin. in *Vero*: *Amavit aurigas, prasino favens.* Dio in *Commodo*: *Domi prasino ornatu currus agebat, ibique magnum belluarum numerum confecit, multas etiam interfecit publice.* Idem in *Caracallo*: *Agitatores prasini victi, & viderunt in summo obelisco graculum maxime garrientem. Eum omnes spectare, ac repente uno ore ita conclamare cœperunt* [59] AVE MARTIALIS. Idem in *Heliogabalo*: *Currus agitabat prasi-*

A

B

no vestitu, idque domi intra privatos parietes facere videbatur. Martialis lib. XI. de prasino:

Sæpius ad palmam Prasinus post fata Neronis
Pervenit, & victor præmia plura refert.
I nunc livor edax, dic tu cessisse Neroni;
Vincit nimirum non Nero, sed Prasinus.

Et in lib. XIII. Xeniorum Porphyrionis:

Nomen habet magni volucris tam parva gigantis,
[60] *Et nomen Prasini Porphyrionis habet.*

Idem lib. X. ubi parat convivium:

De Prasino conviva meus, Venetoq; loquatur,
Nec facient quemquam [61] *pocula nostra reum.*

Et Juvenalis quid Prasinus color significet, ostendit Satyra XI.

Totam hodie Romam Circus capit, & [62] *fragor aurem*
Percutit, eventum viridis quo colligo panni.

---

atque ita fœminæ etiam his favoribus insaniebant. Aug. de *Civit. Dei* lib. IX. *Sed neque omnino animus noster sine sympathia, aut antipathia se continere naturali adfectu potest: ita ut saltem taciti in cordibus aliis faveamus, imprecemur aliis in certaminibus*: expressit Nazianzenus Epist. ad Eusebium: ὡς ἀθλητῇ ἄριστον κελεῦσαι παῖδες τῇ ἐπιφωνήσεσιν ἐπαλείψοντες, *ut præstantissimum pugilem hortatores pueri tacitis vocibus suppalmantes.*

57 *Tractum Prasinum)* Curru excussum, & cingulo, quod efficiebant habenæ, ut ostendemus, tractum: *trahere*, fune est ducere pedibus, aut manibus; Lamp. in *Commodo: parricida trahatur: hoc rogamus, parricida trahatur.* Tertul. *de Spect. an Deo placebit auriga curru rapiendus.*

58 *De Hectore)* Specta pueri vafriciem: ad Homeri lectionem decurrebat, ut se studere magistro imponeret; locus est Homeri *Iliad.* Ψ.

Τοῦ δ' ἦν ἑλκομένοιο κονίσαλος, ἀμφὶ δὲ χαῖται
Χυάνεται πίπλαντο.

59 *Ave Martialis)* Gracculus, Picus, Marcellus: *Picos veteres esse voluerunt, quos Græci γρύφας appellant.* Inde Plaut. *Aulul. Pici divites qui aureos montes colunt*: utrique nam avari, & aurum observant. Eos nos Itali *Gazze* appellamus, a gazis: gaza enim thesaurus, pecunia: cujus avidissimum furax id avitium est. *Gaza* certe, si Hesychio cæterisque credimus, vox est Persica, & pecuniam quoque significat: ut habet etiam Steph. in voce γάζα. apud recentiores Græcos pecunia, moneta: hinc Venetis *Gazzetta* venit, numulus, duos solidos pensans. Aves inter obscœnas recensebatur Picus. Sex. Pomp. lib. XIII. *Vulturius, Pica, & Martius.* Marti sacer. Strabo lib. V. Plut. in *Rom.* Probl. V. Porphyr. in *Hor.* dictum vero hoc: *ave Martialis*, ad Martialem respexit, cujus impulsu Caracalla in itinere inter Charras, & Edæssam est interfectus: in ipso Spart. *Conclamatumque ab omnibus est id Martialem fecisse.* Hinc quia divinasse milites visi sunt, refertur ab historico: sunt qui una cum lupa Picum Romulum, ac Remum pavisse credant, altorem filiorum Martis, cui ob id dicatus. II. *Fast.* Ovid.

Lacte quis infantes nescit crevisse ferino
Et Picum expositis sæpe tulisse cibum?

60 *Et nomen Pr. Porph.)* Porphyrion gigas in *Gigantomach.* Claudian.

Te delphica laurus
Stringat Porphyrion.

Et auriga Prasinus: laudat Porphyrionem igitur giganti eum comparans, & cum quo avis commune nomen sortiri digna fuerit: nasci Plinius ait in Hispania hoc avitium, & in Syria, de quo mirum hoc Tzetza Chil. IIX. cap. CCLVI. recenset.

Ὁ πορφυρίων ὄρνεον ὑπάρχει σώφρον
Ὡς εἰ καὶ μόνον ὄψοιτο πόρνην διαθέως
Θνήσκειν Ἀριστοτέλης σὺν αὐτῷ Αἰλιανὸς καὶ ἄλλοι
Τὰ περὶ πορφυρίωνος γράφουσι τοῦ ὀρνέου.

61 *Pocula n. r.)* In ebrietate loquacitatem & linguæ lapsus denotat, cum sæpe ebrii tunc maxime loquantur homines, quæ cogitaverant sobrii: erant tamen festa apud priscos vindemialia, aut vinalia, quibus dicendi libertas hac præcipue de causa erat, ut, ne si tunc lingua puniretur, criminis rempublicam læderet abundantia: adhuc Fescinninorum dicteria vigent vindemialiis Neapoli. Vindemialium in *Alogabalo* meminit Lampridius. Paulus Diaconus, ubi de Tiberio Constantino Cæsare. Tac. ann. XI.

62 *Fragor aures.)* Rutil. in Itineratio.

Sæpius attonitæ resonant Circensibus aures,
Nuntiat accensus plena theatra favor.

Auson. de ναὶ καὶ οὔ:

Hinc fora dissultant clamoribus, hinc furiosi
Jurgia sunt Circi, cuneati hinc læta theatri
Seditio.

Extant aliquot vetusta factionis Prasinæ aurigarum monumenta, quorum unum hic subjicere placet.

In Palatio Cancellariæ Apostolicæ apud S. Laurentium in Damaso, basis grandis in capite scalarum.

A [63] M. AVRELIO. LIBERO G
R PATRI. ET MAGISTRO E
A ET. SOCIO DOMINO N
M ET. AGITATORI. FACTIONIS T
A PRASINAE I
N N
T AVRELIVS. CÆCILIVS PLA I
I NETA C
N PROTEGENES. OB. III. PAI A
I MAR
C
A HOC. DONVM. VOVIT
NATIONE. AFRI

In domo Luciorum in Capitolio.

TI. CLAVDIO AVG. L
EPHAPHRODITO
AGITATORI FACTION.
PRASINAE
ANICETVS AGITATOR
FACTIONIS EIVS D. MAGI
STER
SVO

Ubi in hac descriptione notatione digna sunt illa verba in utraque extremitate apposita, dimidiata Latine, & dimidiata Græce, scilicet.

ARAM. ANTI. NICA.
GENTI. NICA
id est.

Aram pro victoria Genti victrici (supple) *dedicavit.*

Altera factio *Rosea*, sive *Rubea*, sive *Russata* appellabatur, a rubei coloris vestimentis nomen sortita. *Russus* enim, sive *Russatus*, sive *Roseus* appellationes rubei coloris sunt. Apud Livium mentio est Russati aurigæ. Plinius lib. VII. cap. LIII. *Invenitur in actis Felicis Russati aurigæ, jam igne illato in rogum ejus, unum e faventibus injecisse sese.* Hanc factionem Martialis *Coccinam* vocavit, lib. XIIII. Apophoretorum sic:

LACERNÆ COCCINEÆ.

[64] *Si Veneto Prasinove faves, qui Coccina sumis,*

---

63 *M. Aur...*) Nota antiquissimum scribendi modum per capita linearum, primis literis rem aliquam designantibus. Præter Sibyllinos illos apud Eusebium Damasi Pontificis primi hujuscemodi versiculos adnotavi, qui hinc inde Jesus nomen deferant.

In rebus tantis trina conjunctio mundi
Erigit humanum sensum laudare venuste
Sola salus nobis, & mundi summa potestas,
Venit peccati nodum dissolvere fructu,
Summa salus cunctis venit per sæcula terris.

Sacratio quidem Ararum apud illos factionum frequens erat. Inscriptio ex Schotti, Verderiique schedis. D. M.

Factionis Venetæ fusco sacravimus aram.
De nostro certi studiosi, & bene amantes;
Ut scirent cuncti monumentum, & pignus amoris:
Integra fama tibi, laudem cursus meruisti:
Certasti multis, nullum pauper timuisti:
Pulchre vixisti, fato mortalis obisti:
Quisquis homo es, quæres talem, subsiste viator;
Perlege si memor es, si nosti quis fuerit vir;
Fortunam metuant omnes, dices; tamen unum
Fuscus habet tumulum, contegit ossa lapis.
—— bene habet, fortuna valebis;
Fundimus insonti lacbrymas, nunc urna precamur
Ut jaceas placide Nero tui similis,

ΤΟΥΣ. ΣΟΥΣ. ΑΓΩΝΑΣ. ΑΙΩΝ. ΑΛΛΗΣΕΙ. Tarraconis altera:

EVTY.	Hic Statua hominis	CHETI
AVRI.	cum palma in sini-	ANN. XII.
FIL. RVFI.	stra prostat.	NVS. ET.
SEMPR.	DIOFANES.	SERVO B. M. F.

Hic rudis aurigæ requiescunt ossa sepulchro,
Nec tamen ignari flectere lora manu.
Jam qui quadrijugos auderem scandere currus,
Et tamen a bijugis non removerer equis.
Invidere meis annis crudelia fata,
Fata, quibus nequeas opposuisse manus.
Nec mibi concessa est morituro gloria Circi,
Donaret lachrymas ne pia turba mibi.
Sparge precor flores supra mea busta viator.
Fecisti vivo forsitan ista mibi.

Et περὶ φυλλοβολίας loquitur, de qua nos alibi. Marmora vetusta:

M. AVRELIVS POLINICES NAT. VERNA. QVI VIXIT ANNOS XXIX. MENSES IX. DIEBVS V. QVI VICIT PALMAS DCCXXXVII. SIC IN RVSSEO DCXXXV. IN PRASINO IV. IN VENETO XII. IN ALBO XVII. DECEMIVGE VIII. SEIVGE III.

64. *Si Veneto Pr. f.*) qui ab una factione in aliam transibant, transfugæ, deducto a re militari vocabulo, vocabantur. Aurigæ vero, prout pretia a Dominis accipiebant, factio-

Ne fias ista transfuga veste, vide.

Hujus factionis vetusta hæc extant Epigrammata,

Præneste in Palatio Episcopi in basi.

C. APPVLEIO. DIOCLI
AGITATORI.[65] PRIMO. FACT.
RUSSAT. NATIONE HISPANO
[66] FORTVNAE. PRIMIGENIAE
D D.
C. APPVLEIVS NYMPHIDIANVS
ET NYMPHIDIA. FILII.

In Capitolio sub porticu domus Conservatorum.

CL. AVRELIO POLYPHEMO
DOMINO. ET. AGITATORI
FACTIONIS RVSSATÆ TOGE NI
CÆSARIVS SVI. TEMPORIS. PRIMO
ET. SOLO FACTIONARIO. OB.
GLORIA.

DEDICATA AVRELIANO AVG. III. MARCELINO XIII. KAL. FEBRVARII.

Tertia factio *Alba*, seu *Albata* vocabatur, quod vestibus albis amicti ejus factionis aurigæ cursitarent. De hac Plinius lib. VIII. cap. XLII. mentionem facit, cum ait: *Claudii Cæsaris sæcularium Ludorum Circensibus, excusso Auriga Albati equi palmam occupavere,* [67] *primatum obtinuere, opposita effundentes omnia, quæ contra æmulos debuissent, peritissimo auriga insistente facientes. Quum* Alba.

num vestem mutabant: in actis Dioclis aurigæ habes, qui primum Albatæ, post Prasinæ, deinde Russatæ fuit: quod in Circo Græco factum etiam teste epigrammate *Anthol.* lib. IX.

Πολλάκι γὰρ δήμους ἠλλάξατο, πολλάκι πώλους.
Mutavit toties populos (factionem) *& robur equorum.*

Et,

Ἄλλοτ' ἀπ' ἄλλου Χρώματος.

Hinc inde coloris Transfuga. Præterea eodem lib.

Πέντε, καὶ εἴκοσι μοῦνος ἄεθλα Κωνσταντῖνος
Ες μίαν ἠριγένειαν ἑλὼν ἤμειψε μεθ' ἵππους
Αντιπάλοις, κείνους δὲ λάβων, οὓς πρόσθεν ἐνίκα,
Τοῖς αὐτοῖς κάλλιν εἷλε μίαντε, καὶ εἴκοσι νίκας.
Quinque & viginti certamina Constantinus
Luce trahens una cursus mutavit equorum,
Atque jugo pariter, quos vicerat ante subegit,
Vigenisque tulit simul unam denique palmam.

Sic Epigr. lib. v. LXXXVII. Marmora vetusta:

M. AVRELIVS MOLLICIVS TATIANVS NAT. VERNA. QVI VIXIT ANNOS XX. MENSES VIII. DIES VII. QVI VICIT PALMAS CXCV. SIC IN RVSSEO LXXXIII. IN PRASINO XXIII. IN VENETO V. IN ALBO VII. PROEMIA XX. XXI. HOC EST XXII. MINORA VNDECIM MAIORA.

65 *Primo)* Quia nemo in ea factione plures palmas obtinuerat inter socios sui temporis.

66 *Fortunæ prim.)* Plut. in Ῥωμαίοις. διὰ τί Ῥωμαῖοι Τύχην σέβονται πριμιγένειαν. *cur Romani fortunam Primigeniam venerentur.* Præneste lapis:

VENERI ET
FORTVN. PRIM.
SAC.

Et Tiburi in Ara marmor:

FORTVNAE PRIMIGENIAE
SIGNVM ETC.

Vide Grut. pag. LXXVII.

Eam sic dictam putant, quod ex cœlestium syderum constitutione in ortum hominem sequatur, necessitatemque illam fatalem pro ea intelligunt δαίμων γενέθλιος qui genesi insinuatur hominum, est Triclinio *Olymp.* ode XIII. & Pindarus ode Θ. ὔμμε δὲ κλάρωσεν ποτμὸς ζηνὶ γενεθλίῳ, ubi κλάρωσεν ἔταξεν ἡ τύχη Scholiastes interpretatur, & alter ἐκλήρωσεν ἡ μοῖρα, καὶ τὸ δαιμόνιον προσῳκειώσεν τῷ Διὶ τῷ γενεθλίῳ. Juppiter enim, hoc est, vita ipsa, unde ζεὺς Juppiter dicitur, Parcæ, Genio, fortunæ natalitiæ paret, Astrologorum vanissima sententia, quæ enim fides in iis nugis, ac Endymionæis somniis esse potest. Partem quoque fortunæ vocant nunc ipsam & apud Ptolemæum κλῆρος τῆς τύχης est. Tres alii faciebant fortunas, quarum unam idem auctor tantum agnoscit. Secunda militiæ sortem, tertia urbanas res moderabatur. Primigenia omnia sibi, quippe quæ naturæ instinctum committebat, subjecta habebat. Athla vocat hæc genera fortunarum Manilius:

Hunc fortuna locum teneat subeuntibus athlis
Ordine naturæ sicut sunt cuncta locata:

Athlis subeuntibus, id est, *fortunis necessario sequentibus, minoribus*, ex constitutione enim cœli prima reliquæ emanant vivendi electiones, & fortunæ: quod idem Manilius declarat:

Nam quodcumque genus rerum, quodcumque laborum,
Quæque opera, atque artes, quicumque per omnia casus.
Humana in vita poterant contingere sorte.

(fortuna) Complexa est illa nempe Primigenia.

67 *Primatum obtinuere*) Prima præmia; nam si casu accidisset, ut quadrigæ, quamvis optime, ac strenue se gessissent, secundæ aut tertiæ fuissent, tamen sine honore non recedebant, sed minoribus præmiis donabantur; ut ex Sidon. *ad Consentium* liquet:

Victis ire jubet satis pudendis
Villis versicoloribus tapetas.

puderet hominum artes ab equis vinci; [68] *peracto legitimo cursu ad metam stetere*. Albatæ factionis etiam mentio extat in antiqua Dioclis Tabula, quam infra adjiciam. Quarta aurigarum [69] factio *Veneta* dicebatur, a Veneto, id est, cæruleo colore denominata, qui color (teste Vegetio) est fluctibus marinis similis. Lampridius scribit Heliogabalum comedisse pisces [70] *conditura Veneta coctos*, id est, quasi in marina aqua, cum colore suo. Vegetius lib. III. *de re militari* scribit, nautas veste Veneta indui debere, & vela navium exploratoriarum colore Veneto esse pingenda, ut similitudine coloris marini facilius lateant, hostilesque oculos fallant. De hac factione extant veterum auctorum, & lapidum testimonia. Tranquillus in *Vitellio* cap. XIIII. *Quosdam de plebe ob id ipsum quod Venetæ factioni clare maledixerant contemptu sui, & nova spe id ausos opinatus, occidit*. Capitolinus in *L. Vero*: *L. Verus præsens cum Marco sedens, multas a Venetianis est passus injurias, quod turpissime contra eos faveret*. Dio in *Caracallo*: *Agitabat currus ornatu Veneto, & ad omnia ardentissimus, atque incitatissimus erat*. Lampridius in *Heliogabalo*: *Æstiva convivia coloribus exhibuit, ut hodie prasinum vitreum, alia die Venetum deinceps exhiberet*. Veteres vero & particulares inscriptiones factionis Venetæ infra commodiore loco ponam. Hic adjiciam tabulæ marmoreæ elegantissimæ exemplum, quæ Romæ in domo Cecchinorum in Campo Martio extat, diligenter a me exscriptum.

Veneta.

[71] *C. APPVLEIVS. DIOCLES. AGITATOR. FACTIONIS RVSSATÆ. Hispanus. Lusitanus Annorum* XXXXII. *Men.* VII. *D* XXIII. *AGITAVIT. In Factione alb. Acilio Aviola, & Corellio Pansa Cos.*

M. Vicit in factione eadem M. Acilio Glabrione C. Bellicio Torquato Cos. Primum agitavit. In Factione Prasina Torquato Aspenate. II. *& Annio Libone. Cos. primum vicit.*

E. russata. Leonato. Pontiano. & Antonio. Rufino. Cos. Summa quadriga. agitavit. Annis XXIIII. *Missus. Octio.* IIII. CCLVII. C. LXII. *a pompa* CX. *Singularum. vicit.* X. LXIIII. *Inde præmia majora vicit* LXXXXII. XXX. XXXII. *ex. Hi. Sejuges.* III. XXXX. XXVIII.

S. II. L. XX·IIII. *Inde Sep:ejuge* L. LX. III. *Binarum. vicit* CCCXXXXVII. *Trigas. ad Frs.* XV. IIII *Ternarum vicit.*

LI. *ad honorem venit.* X.

Fundas DXXXLXI. *Tertias* DLXXVI. *Quartas ad.* LTS. X. I. *frustra. exit.* XCCCCLI. *ad. venetum. vicit* X. *ad albatum. vicit* LXXXXI. *Inde ad* LTS. XXX. III. *S.*

VMVM. LTS. CCCLVIII. LXIII. CXX. *præterea. bigas. M. vicit.* III. *ad albatu.* L *ad prasinu.* II. *occupavit, & vicit.* DCCCXV. *Successit. & vicit* LXVII.

T. XXXVI. *VARIIS. Generibus vic.* XXXXII. *eripuit. & vicit* DII. *prasinis* CCXVI. *Venetis* CCV. *albatis* LXXXI. *Equos centenarios fecit. N.* VIIII. *& ducenar* L.

Insignia ejus.

— *to. sibi. quo. anno. primum. quadrigis victor extitit. bis erupit. bis. actis. continetur. avilium. Teren. factionis suæ primum. omnium. vicisse* X. XI. *ex quibus. anno. uno. plurimum vincendo. vicit.*

— *no. primum. centum. victorias. consecutus. est. victor.* CIII. *singularum. vicit.* LXXX. III. *adhuc. augens. gloriam. tituli. sui. præcessit. Thallum. factionis. suæ. qui. primus. in. factione. russata.*

— *cles. omnium. agitatorum. eminentissimus. quo. anno. alieno. principio. victor.* C. XXXIIII. *Singularum. vicit.* CXVIII. *quo. titulo. præf. præcessit. omnium. factionum. agitatores. qui. unquam. recensium. interfuerunt. omnium. admiratione. merito. notatum. est. quod. uno. anno. alieno. principio. duobus. introjugis. Cotyno. & Pompejano. vicit.* LXXXXVIIII. IX. I. LIIIXL. I. XXX. II. *Ionis prasinæ victor* X. XXV. *primus. omnium. urbis. Conditæ. ad.* LTS. L. *vicit.* VII. *Diocles. præcedens. eum. introjugis tribus. abigeio. lucido. parato.* L. *vicit.* VIIII. *omnium. venustum. epaphroditum. tres. agitatores. miliarios. factionis. Venetæ ad.* LTS. L. *vicissent.* XI. *Diocles. Pompejano. & Lucido duobus introjugis.* L. *vicit.*

---

68 *Peracto legitimo cursu*) Mirum? nam septies cursitando, septimam post vicem quievere.

69 *Factio Veneta*) Venetos κυανέως vocant Græci: nostri & *Venetianos L.* lapis: VICTORIA VENETIANORVM SEMPER FELICITER. Et Romæ Domo Tiberii Ceuli. VICTORIA VENETIANORVM SEMPER CONSTET FELICITER. In *Ælio Vero* Capitolinus. *Multas a* VENETIANIS EST PASSVS INIVRIAS, *quod turpissime contra eos faveret*. M.Anton.Imp.in vita sua; τὸ μή τε πράσινος μή τε βενετιανὸς, μή τε παρμυλάειος. *nec Prasinus, nec Venetianus, nec Parmularius*. Colorem Venetianorum Ovid. *de Art. Aman.* sic expressit:

Hic undas imitatur, habet quoque nomen ab undis.

nisi undulatas vestes intelligas: cæterum sunt, qui ibi πράσινος in Ant. legunt πρασιανὸς, sicut βενετιανὸς, Prasinus, Venetianus: sicut in *L.Vero* etiam Capitol.ostendit. *Ut & a populo Prasianorum modius aureus postularetur*. Hi semper Prasinis adversi; præcipue in Hippodromo, ut ex historia Procopii arcana, & Niceta intelliges. Sic *Anthol.* epig.lib.v.

Οἱ βένετοι πρασίνοισιν ἐνάντιοι αἰὲν ἐόντες.

Adversi Prasinis Veneti sunt semper, eruntque.

70 *Conditura Veneta*) Jure infecto ad colorem Venetum, nam huic Monstro ita coloribus usus utendi fuit; de ipsomet idem Lamprid. *Æstiva convivia coloribus exhibuit*; quod & noster citat.

71. *Catis Apul.*) Vide pag. XXXVII. XXXIIX. XXXIX. XL. ubi hanc Tabulam auctor explicat, & ibi nostra aliqua.

A —— *Factionis prasinæ victor.* X.XXV. *& Flavius. Scorpus. victor.* II. XL. VIII. *& Pompejus musclosus. victor.* III. DL. VIIII. *tres. agitatores victores* VI. DCXXXII. *ad.* LST. L. *vicerunt.* XXVIII.
—— *ventissimus victor.* XCCCCLX. *&* L. *vicit.* XXVIIII. *nobilissimo titulo. Diocles. nitet. cum. Fortunatus. factionis prasinæ. In victore. Tusco. victori* CCCLXXXVI. L. *vicit* II. *Diocles.*
—— *R. C. L.* II. L. LX. LX. I. *novis coactionibus. &. numquam. ante. titulis. scriptis. Diocles emines. quod. una. die. sejuges.* LTS. X. L. *missus. bis. utraque. victor. eminuit ad quæ. amplius.*
B —— *Suisque. septem. equis. in se. junctis. numquam. ante. hoc. numero. equorum. spectato. certamine. ad.* LTS. L. *in abigeis. victor eminuit. & sine flagello. alis. certaminibus. ad* LTS. XXX. *um. visus. esset bis novitatibus. duplici ornatus. est gloria. Inter. miliarios. agitatores. primum locum. obtinere. videtur. Pontius. epaphroditus. factionis. Venetæ.*
C —— *nini. aug. Pil. solus. victor* XCCCCLXVII. *inter. singularum. vicit.* CCCCXI *ad Diocles. præcedens. eum. victor.* XCCCCLXII. *inter. singularum. vicit* XLXIIII. *Iisdem. temporibus.*
—— *& vicit.* CCCCXLVII. *Diocles. eripuit. & vicit.* DII. *Diocles. agitatur. quo. anno. vicit.* CXXVII. *Abigejo. Lucido. Pompejano. Introjugis. tribus. victor* CIII. *Inter.*
D —— *inentes. Agitatores. Introjugis. afris. plurimum. vicerunt. Pontius. epaphroditus. factionis Venetæ. In bubalo. vicit.* CXXXIIII. *Pompejus. Musclosus. factionis. prasinæ* —— XV. *Diocles. Superatis. eis. in Pompejano. victor.* CLII. *singularum. vicit.* CXXXXIIII. *ampliatis. titulis. suis. Cotyno. Galata. Abigejo. Lucido. Pompejano. introjugis. quinque.*
Victor XXXXV. *singulorum. vicit* CCXXXXVI.

Has porro quatuor factiones, his ideo coloribus veteres distinxerunt, ut per eos quattuor elementorum Terræ, Ignis, Aeris, & Aquæ similitudines redderent. De quibus Cassiodorus: *Colores* (inquit) *in vicem temporum quadrifaria divisione funduntur. Prasinus virenti Verno; Roseus Æstati flammeæ; Albus pruinoso Autumno; Venetus nubilæ Hyemi dicatus est.* Ita ille. Quamquam multo melius Tertullianus, qui Venetum Autumno, Albatum Hyemi comparat. Alii Prasinos Terræ virentis florumque, Roseos Marti, a quo Romani originem trahunt, quod is sanguine gaudeat; Albos Zephyrorum, & Terrestrium tempestatum; Venetos vero Aquarum, vel Aeris, quæ cæruleo colore sunt, similitudines habuisse produnt. de quattuor factionibus Sext. Rufus in libro *de Regionibus Urbis* Regione IX. *Circus Flaminius* vocata, mentionem facit. Qui haud longe ab eo Circo [72] stabula quattuor factionum fuisse scribit, quæ, ut ex antiqua inscriptione C. Appulei Dioclis supra scripta constat, prope palatium Cancellariæ Apostolicæ fuere: in ejusdem enim exædificatione eadem basis inventa est. De stabulis aurigarum Tacitus libro XVII. *Vitellius sola perdendi cura stabula aurigis extruere intentus, & Circum gladiatorum, ferarumque spectaculis opplere, tamquam in summa abundantia pecuniæ illudi.* Ad has autem quattuor veteres factiones duas alias aurati, purpureique panni Domitianum addidisse Tranquillus cap. VII. & Dio autores sunt: de factione purpurea Martialis libro X. *Apophoretorum*: Flagellum.

Quattuor factionum mysteria.

Stabula Quattuor factionum.

Factiones sex, Aurata, Purpurea.

72 *Stabula quattuor*) Alter etiam lapis ibidem:

D. M.
FLAVS. GENETHLIVS.
NVMVL. DE BASILICA IVLIA
NATIONE BESS. SIBI ET CONIVGI
LIBERIS LIBERTIS LIBERTABVSQVE
DEINCEPS DE DOMO SVA DESCENDENTIBVS
VIVVS FECIT
HIC IN IIII. STABVLIS AGITAVIT.

Videtur ex his verbis fuisse locum agitandi quadrigas in quatuor stabulis; in iis pingi solitos aurigas intelligo ex Juven.

—— *jurat,*
Solam Hippo, & facies olida ad præsepia pictas.

jurasse per magistros per nomina aurigarum eminentissimorum facile crediderim, cum præsertim per equum suum juraverit Calig. *Ex equis unum sic amavit* (inquit Suet.) *ut ad cœnam invitaret, per illius salutem, fortunamque concipere juramentum solitus.* Elogia sane in Hippodromo Constantinopolitano apponi aurigarum una cum imaginibus eorum Græcis epigrammatibus frequenter legimus, & una cum Hippona equos, asinos. Minut. Felix. *quis tam stultus, qui hæc colat, nisi vos qui & totos asinos in stabulis cum vestra Hipona consecratis?* ita enim habet *epona*, quod dici quoque posse vetus docet inscriptio. DEÆ EPONÆ MANILIVS RESTIO. De qua Apul. *As.* lib. III. Fug. de pris. serm. *Semones dici voluerunt, quos nec cœlo dignos adscribere ob meriti paupertatem Priapus, Hipona, Vertumnus.* Minut. Fel. ibi Gentiles mordet, quod fama adorati Aselli non modo Hebræos, sed Christianos quoque insultarent. Nostri enim iidem cum Hebræis habiti olim, præsertim vigentibus legalibus, quæ Concilio Neocæsariensi tempore Sylvestri I. primum repudiari cœpta sunt, & triticum a palea tunc primum secerni inchoatum: movebantur præsertim Ethnici Evangelii fama; habet enim Luc. ἦλθον σπεύσαντες, ϗ ἀνεῦρον τήν τε Μαρίαν, ϗ τὸν Ἰωσὴφ, ϗ τὸ βρέφος κείμενον ἐν τῇ φάτνῃ; inde Judæis Juv. —— *quorum cophinus, fœnumque supellex.* Pii siquidem tunc Chri-

[73] *Proficies nihil, hoc cædas licet usque flagello,*
Si tibi purpureo de grege currit equus.

Quas tamen post ipsius cædem, quum omnia ejus acta propter nimiam crudelitatem a Senatu rescissa essent, sublatas fuisse existimo, iterumque ad quattuor numerum redactas, quod sequentibus Principibus non nisi priores quattuor factiones (ut plurimum) recordentur. [74] Quamquam Dio in *Severo*, Commodi, & Severi tempore, aliquando in Circo sex curribus certatum fuisse ita referat: *Quum esset ante Saturnalia postremus dies Ludorum Circensium, ad quos magna hominum multitudo confluxit, ut spectaret currus certantes inter se senos, ut factum fuerat Commodi temporibus, quos nemo interim collaudabat, ut erat consuetudo; at postquam illi suos cursus confecerunt, ac aurigas ad alterum cursum aggredi oportuit, qui tacuerant ante, repente simul omnes maximo plausu manuum conclamant, populo Romano felicitatem ac salutem precantur,* [75] *Urbem Romam, Reginam, atque immortalem vocant.*

CAP. XI.

De aurigarum, sive agitatorum conditione.

AURIGAS vero & agitatores, servos sive libertinos, sive advenas fuisse ex Dione in *Adriano* constat. Qui ait: *Quum in quodam spectaculo aurigam quemdam liberum fieri cum clamore populus rogaret, Hadrianus* [76] *per tabellam respondit, docens,* [77] *iniquum esse alienum servum liberum facere, & ejus domino vim & injuriam fieri.* [78] Eam enim artem ingenuo civi Romano exercere probro erat. Quod tamen depravata Rep. aliquando ab adolescentibus nobilibus factitatum fuisse legimus, eam ob rem infames habitos. Pedianus in Oratione contra *C. Antonium*, & *L. Catilinam*, super ea verba M. Tullii, *Atque ut istum omittam, in exercitu Sullano prædonem, in introitu gladiatorem, in Victoria quadrigarium, &c. De Antonio* (inquit) *dici manifestum est, sed dicit eum in exercitu Sullæ prædonem, propter equitum turmas, quibus Achajam jam ab eo vexatam significavimus*, In introitu gladiatorem, *pertinet ad invidiam proscriptio-*

Aurigæ ignobiles.

Nobiles aurigæ.

---

stiani pro Hebræis habiti præsepium domibus repræsentantes, fœnum, cophinumque apponentes ignaris Ethnicis obloquendi, ac quod insusurratum fuerat, de capite Asini ab Hebræis adorato, augendi rumore stolido ansam exhibuere: stabula Factionum Constantinopoli etiam fuerunt ad Leontii domum, ut docet epigrapha epigr. II. *Anthol.* lib. IV. & versus:

Ἐν μὲν τῇ ζεύξιππον ἔχω πέλας, ἡδὺ λοετρὸν
Ἐκ δ' ἑτέρης ἵππων χῶρον ἀεθλοφόρων.

37 *Proficies nihil*) Ea scilicet bonitate sunt, ut stimulo non egeant. Stat. VI. *Theb.*

—— *urge alio stimulisque, minisque:*
Ille ibit, minus ipse voles.

Ovid. *Metamorph.* II.

Parce puer stimulis, & fortius utere loris;
Sponte sua properant, labor est inhibere volentes.

74 *Quamquam Dio*) Apud Cæsares Græcos iterum purpurei panni factio ipsa Tiberii Justini Junioris filii tempore surrexit, verum a Tiberio vexata esse desiit. Cedrenus.

75 *Urbem Rom. Reg.*) Front. de aq.duct. *Sentit hanc curam imp. piissimi Nervæ Principis sui Roma Regina orbis, & terrarum Domina.* Mart. *Terrarum Dea, gentiumque Roma.*

76 *Per tabellam*) Responsio Principum in publico, aut per tabellam, ut hic, nempe per rescriptum; aut per præconem, velut a Domitiano factum inquit Suet. ac ab Adriano Dio: per nutum quoque. Martial. lib. Amphith. ep. XX.

Promisit pariter Cæsar utraque manu.

77 *Iniquum esse alienum servum*) Non absimile illud Cæsaris de *Bello civil. Gladiatoresque, quos ibi Cæsar in ludo habebat, in forum productos Lentulus libertati confirmat, & se sequi jussit, quos post monitus a suis, quod ea res omnium judicio reprehendebatur, &c.* Cæterum aurigæ servi, ut plurimum apud Hom. *Iliad.* E.

Ἀντίλοχος δὲ Μύδωνα βάλ' ἡνίοχον θεράποντα
Ἐσθλόν.
Antilochusque Mydona ferit sine crimine servum
Aurigam.

Et Z.

Αὐτὸν δὲ θεράποντα Καλήσιον, ὅς ῥα τόθ' ἵππων
Ἔσκεν ὑφηνίοχος.
Ipsum ergo, famulumque Calesion, hic erat illi
Cornipedum rector, ferit.

78 *Eam enim artem*) Infamis sit ars ista, an ne, inter legum interpretes dubium reperio; inhonestæ personæ vocantur lib. II. Cod. tit. XL. l. IV. (*si quis.*) Legitur ibi: *Porticibus, vel in his civitatum locis, in quibus nostræ solent imagines consecrari, pictura pantomimorum veste humili, aut rugosis sinibus agitatorem, aut vilem deferat, histrionum revellantur ex honesto loco inhonestæ personæ;* hi *olidæ facies ad præsepia pictæ* apud Juven. Tertull. lib. *de Spectac.* Quadrigarios, Scænicos, Xysticos, arenarios damnat ignominia, & capitis diminutione (scilicet minima) arcentur curia, rostris, Senatu, equite. Fabius lib. III. cap. VI. *Qui artem ludicram exercet, in quatuordecim primis ordinibus ne sedeat:* tamen agitatores non exercere ludicram vult Ulpianus, ubi lib. IV. D. De iis, qui not. inf. *Agitatores*, inquit, *non sunt inter famosos*; & paulo post: *dicit, artem ludicram non facere, neque Themelicos, neque Xysticos agitatores, nec qui aquas spargunt.* De sparsoribus dicemus loco suo.

79 *Vecti-*

nis, quæ tum facta est. In victoria quadrigarium, *quod quum Sulla propter victoriam Circenses faceret; quadrigas C. Antonium, & alios quosdam nobiles homines agitasse. Præterea redemptas Antonius habebat, ab ærario* 79 *vectigales quadrigas, quam redemptionem Senatori habere licet per legem. Fuit autem notissimus in Circo quadrigarum agitator Boculus*. Senatores quandoque quadrigas agitasse refert in *Caligula* Tranquillus, cap. XIIX. *Edidit Circenses plurimos a mane usque ad vesperam, interjecta modo Africanarum venatione, modo Trojæ decursione. Quosdam autem præcipuos, nec ullis nisi* 80 *ex Senatorio ordine aurigantibus*. Dio in *Nerone*: *Id vero turpissimum visu atque gravissimum fuit, quod viri fœminæque, non solum Equestris, sed etiam Senatorii ordinis, non solum in Orchestram, Circum, & Amphitheatrum ingressi sunt, ut homines turpissimi, atque inbonestissimi, sed etiam nonnulli eorum tibiis cecinerunt, saltaverunt, equos agitaverunt, & belluas occiderunt*. Notissimi aurigæ memorantur Boculus apud Pedianum, Felix apud Plinium, & in vetustis marmoribus 81 Diocles, Avilius Terentius, 82 Thallus in factione Ruffata, Communis, Venustus, Pontius Epaphroditus in Veneta, Flavius Scorpus, ac Pompejus Musclosus in Prasina. De Flavio Scorpo nobilissimo auriga præter Tabulam Dioclis, mentionem frequenter facit Martialis lib. x. de Scorpi morte:

Senatores Auriga.

Aurigæ noti.

Frangat Idumæas tristis 83 *victoria palmas,*
Plange Favor sæva pectora nuda manu.
84 *Muta bonos cultus, & iniquis munera flammis,*
Muta coronatas gloria mœsta comas.
Heu facinus! prima fraudatus Scorpe juventa
Occidis, 85 *& nigros tam cito jungis equos.*
86 *Curribus illa tuis semper properata brevisque,*
87 *Cur fuit, & vitæ tam prope meta tuæ?*

Epitaphium Scorpi.

---

79 *Vectigales quadrigas*) Redemptores vectigalium, qui Græcis δεκαμισθωτοι, & vectigalia suo periculo, quæ ærario debebantur, soluto eorum pretio, exigenda suscipiebant: ita Antonius summam vectigaliorum, quæ ærario ob quadrigas debebatur, ipse collegit: de hac re Jureconsultus in l. Cæsar. D. de Publicanis.

80 *Ex Senatorio ordine*) Tamen aurigatio olim nobilis. Pisistratus Nestoris filius aurigatur apud Homer. nec tamen in bello. *Odyss. γ.*

Πεισίστρατος ὄρχαμος ἀνδρῶν
Ες δίφρον τ' ἀνέβαινε, καὶ ἡνία λάζετο χερσὶ,
Μάστιξεν δ' ἐλάαν.
— *Pisistratus ingens*
Ascendit currum, dextraque accepit habenas,
Utque irent percussit equos.

Quod etiam in *Iliade* probat idem auctor, dum aurigatur Priamus, cæterique Heroes. & lib. XII. apud Virgil. Turnus:

— *saltuque superbus*
Emicat in currum, & manibus molitur habenas.

nec viri modo, verum fœminæ aurigæ, De Nausichaa lib. *Odyss. ζ.* Hom.

Η' δ' ἔλαβεν μάστιγα, καὶ ἡνία σιγαλόεντα,
Μάστιξεν δ' ἐλάαν,
Hæc cepit scuticam, formaque insignis habenas,
Utque irent mulos percussit.

Sed hæc vetusta. Ovidius ad Amicam lib. *Amo.* II.

Parvaque quam primum rapientibus esseda mannis,
Ipsa per admissa concute lora jubas.

Et Propertius de Cynthia lib. IV.

Spectaculum ipsa sedens primo temone pependit
Ausa per impuros fræna movere lacus.

81 *Diocles*) Habes in Tabula marmorea præcusa.

82 *Thallus*) Martial. lib. IV.

Prætor ait scis me Scorpo, Thalloque daturum?

hic factionis Ruffatæ fuit, ut ex marmorea Tabula præcitata habes.

83 *Victoria palmas*) Ad victoriam advertit, quæ in Circis, ubi spina, & Euripus imponebantur: dicimus alibi. Vide interim Spartianum in Severo.

84 *Muta bonos*) Lege *Mitte*: nam quod hoc syllaba patiatur, *Noster Apollo nega, Musæ probibete Latinæ*.

85 *Et nigros*) Nigri equi mortem indicant: sane apud Suidam hi senarii:

Ιππους μελαίνας οὐ καλὸν πάντως βλέπειν.
Ιππων δὲ λευκῶν ὄψις ἀγγέλων φάσις.
Equos nigros omnino non faustum est cernere,
Alborum vero species bonus est intuitus.

86 *Curribus illa tuis*) Haud dissimile epigramma, quod in Cœlio monte sub templo D. Gregorii Romæ in lapide sculptum est: in quo puer biga palmam proferens cernitur, præcurrente Lucifero:

Flores ego hic jaceo ..... bigarius infans.
Qui cito dum cupio currus, cito decidi ad umbras.
Januarius Alumno dulcissimo.

87 *Cur fuit & vitæ*) Legerem *heu vitæ*.

Ille ego sum Scorpus, 88 *clamosi gloria Circi*,
89 *Plausus Roma tui*, 90 *deliciæque breves.*
Invida quem Lachesis raptum trieteride nona,
Dum numerat palmas 91 *credidit esse senem.*

A Idem libro eodem de Mevio 92 Incitatum alium aurigam commemorat:
Cocco mulio fulget Incitatus:
Et lib. XI.
Sed cum 93 *sponsio*, *fabulæque lassæ*
De Scorpo fuerint & Incitato.

---

88 *Clamosi*) Juven. sat. VIII.
Exultat vacuo victoria Circo.
Senec. Epist. XXXIII. *Ecce Circensium obstrepit clamor, subito aliqua, aut universa voce feriuntur aures meæ.* Et de *Tranq. jam flectamus cursum ad urbem; nimis diu a plausu, a fragore aures vacaverunt.* Juven.
Et fragor aurem
Percutit eventum viridis quo colligo panni.
Victoriam nempe factionis Prasinæ Aus. PHOSPHORE CLAMOSI SI SPATIOSA PER ÆQUORA CIRCI.
89 *Plausus Roma tui*) Mire ipsum Stat. explicavit lib. VI. *Theb.*
Omniaque excusso patuere sedilia vulgo.
Aristænetus lib. I. cap. XXVI. ἀνίσταται ὀρθός. Proper.
Stantiaque in plausum tota theatra juvent.
Arnobius: *Conclamant, & assurgunt theatra.* Cic. in *Lælio*: *stantes plaudebant in re ficta.* Silius XVI. *Belli Pun.*
Hic studio furit acris equi, furit ille magistri,
Hos patriæ favor.
Verbis etiam instabant plaudendo. l. *Metamorph.* XI. Ovidius:
—— *nunc nunc incumbere tempus,*
Hippomene propera, nunc viribus utere totis:
Pelle moram, vinces,
Sed exurgendi ritum in plausu non eleganter minus quam pie in Circo describit Chrysost. [illegible], [illegible] ἀνιστάμεθα [illegible], ἀλλὰ δόξα σοι Κύριε. *& quando in lectionis curriculum ingressus est Diaconus continuo exurgimus, & nos acclamantes: Gloria tibi Domine.* Sed & manu plausum adjuvabant & χειρονομίαν actum vocabant. Aug. *Psal.* XXXIX. *Aurigam lauda: quando vincit Auriga ipse vestitur: nam pauper ille clamat, Victor, ipse vestitur?*
90 *Deliciæque breves*) Et lib. I.
Deliciæ populi, quæ fuerant Domini.
91 *Credidit esse Senem.*) Epigr. Græcum sic habet.
Κ[illegible] (Νίκαν) πολυστεφέας στο μόχθος;
Εὗρε[illegible].
Quæ numerans palmas (victoria) *Tibi quas peperere labores,*
Invenit Juvenem te superasse Senes.
Et alibi:
Α[illegible] χρόνος οἱ δ' ἐπὶ νίκαις
Κ[illegible].
Longa dies reliquis fert munera, judicium qui
A palmis sumit, non eget hic Senio.
Et Albinovanus ad Liviam non absimile protulit:
Quam parvo numeros implevit Principis ævo
In patriam meritis, occubuitque senex.
92 *Incitatum*) Non auriga sed equus Incitatus, qui Cajo gratissimus, Dio, καὶ ἕνα γε τῶν ἵππων ὃν Ἰγκίτατον ὠνόμαζε, ἐπὶ δεῖπνον ἐκάλει; χρυσᾶς τε αὐτῷ κριθὰς παρέβαλλε, καὶ οἶνον ἐν χρυσοῖς ἐκπώμασι προὔπινε, &c. *equorum unum, Incitatum vocabat, invitabat ad cœnam, & hordeum ex auro apponebat, propinabatque ipsi in poculis aureis*: quapropter legendum est:
Cocco mulio fulget Incitatis.
Sed non nostrum tantum hic error, sed etiam cæteros olim invasit Rhodig. de hac re lib. XXI. c. XXIV. videtur vero ex re ipsa, quod incitatus curreret, dictus: at mulio certe, ac mulius mulorum ductor est, ἡμιόχυρος Græce, Glossographo *muli curius*: hic pro equisone ut alibi: Martialis.
—— *mulio ridet equos.*
93 *Sponsio*) De sponsione sat. XI. Juven.
—— *spectent Juvenes quos clamor, & audax*
Sponsio, quos cultæ juvat assedisse puellæ.
ubi vetus Inter. *Juvenibus spectacula concede, qui propter certamina sponsiones ponunt, & delectat eos juxta puellas spectare; quia antiquitus solebant mulieres cum viris omnibus interesse spectaculis indifferenter.* (In Circo fateor, non alibi, mi amice) hujus Sponsionis in Circo furorem videtur Ammianus lib. XXX. significare: *Videre licet per fora, & compita, & plateas & conventicula, & circulos multos collectos in se controversis jurgiis ferri, aliis aliud, ut fit, defendentibus inter quos hi, qui ad satietatem vixerunt, potiores auctoritate longæva per fanos, & fora clamitant sæpe, Rempublicam stare non posse; si futura concertatione equus, quem quisque vindicat, carceribus non exiluerit Princeps, & currum flexerit ad metas: exoptato die equestrium ludorum illucescente, nondum solis puro jubare fusius omnes festinant præcipites, ut velocitate currus ipsos ante eant, certaturi super equorum eventu discissis votorum studiis.* At Homerus quoque in re nostra *Iliad.* Ψ cum Idomenæum ita Ajaci obloquentem inducit:

Martialis lib.VII. ad Domitianum, 94 Pafferinum & Tigrem, aurigas profitetur fic:

Adeo mentes omnium tenes unus,
Ut ipfa magni turba nefciat Circi
Utrum ne currat Pafferinus, an Tigris.

Sex. Pompejus nobilis Ludii meminit fic: *Statua, & Ludii ejus qui quondam fulmine ictus in Circo fepultus eft in Janiculo, cujus offa poftea ex prodigiis oraculorumque refponfis Senatus decreto intra urbem relata, 95 in Volcanali quod eft fupra Janiculum obruta funt, fuperque ea columna cum ipfius effigie pofita eft.* Dio in *Caracallo*: *Caracallus occidit Romæ hominem ignobilem, fed tamen in eo ftudio, cui fe dediderat, celebrem, egregium fcilicet aurigam, quod effet factionis contrariæ. Hic fenex mortuus eft, poftquam coronatus effet, in plurimis equorum certaminibus: obtinuerat enim coronas* DCCXXCII. *quod ante contigerat nemini.* Idem in *Heliogabalo*: *Heliogabalo vir erat Hierocles Caricum mancipium, & auriga, qui ei præter opinionem hac ex re placuit: nam cum Ludis Circenfibus decidiffet ex curru, ante fellam Sardanapali, atque in eo cafu 96 galeam abjeciffet, vifufque ab illo effet, cui nulla barba, flavaque coma erat, ftatim raptus eft in palatium*: & infra Aurelii Zotici Smyrnæi aurigæ mentionem facit Herodianus libro V. Elagabalum aurigis & Comœdis, mimorumque hiftrionibus, maxima imperii munia demandaffe, tradit Lampridius de eodem Heliogabalo: *Aurigas* (inquit) *Protogenem, & Gordium primo in certamine curuli focios, poft in omni vita, & actu participes habuit. Ex his Gordium aurigam præfectum Vigilum fecit.* Marcellinus libro XXIIX. Auchenium aurigam commemorat: & libro XXIX. Athanafium nobilem aurigam vulgari levitate Valentiniano Imperatori fufpectum, ab eo interfectum tradit. Thomatem fui temporis præcipuum aurigam in epiftolis Caffiodorus; Aquilonem, & Hirpinum hæc infcriptio commemorat.

Δεῦρό νυν ἢ τρίποδος περιδώμεθον, ἠὲ λέβητος.
Ἴστορα δ' Ἀτρεΐδην Ἀγαμέμνονα θείομεν ἄμφω,
Ὁππότεραι πρόσθ' ἵπποι, ἵνα γνοίης ἀποτίνων.
Verum age nunc tripodem, deponamufve lebetem.
Atrides nobis fitque arbiter ipfe duobus,
Ut nofcas poft vincat uter cum denique folves.

Sed mixtæ etiam magicæ difquifitiones ad præfciendum victorem ut habet Tzetza Chil.XIII. cap.CVXXXIV. Sponfiones etiam in foro. Ovid. lib.I. fuæ artis:

Dum loquitur, tangitque manu pofcitque libellum,
Et quærit pofito pignore vincat uter.

Pignore enim firmabantur, Catullus:

— *at quibus cordi eft,*
Quovis Sabinum pignore effe contendunt.

Ulpia. lib.XVII. D. de præfcript. verb. *fi inhonefta fponfionis caufa erit, anuli dumtaxat repetitio erit*; quandoque fine pignore. Horat. lib.I. fat.III.

— *fponfumque negarit.*

Sponfi erant, & confponfi, tefte Varrone: quando videlicet una fponfione multi connecterentur.

94 *Pafferinum an tigrim*) Idem in Fabullum.

Tigrim vince, levemque Pafferinum:
Non eft gloria præterire afellos,

95 *In Volcanali*) Bene ex his verbis conftat Janiculum non fuiffe totum urbi inclufum, ut & Marlianus cap.I. oftendit: nam hic ob oftenta Ludius in Volcanali in ipfo colle Janiculi fepultus eft intra urbem, cum extra ante jaceret in Janiculo; nam extra urbem in Janiculo fepulchreta: & Eufebius Cœcilium Statium in eo fepultum facit, parte videlicet, quæ extra urbem erat; non enim fas intra omnibus & nifi aufpicate, quod primum Trajani cineribus conceffum accepimus: offa nominat, quod cadavere fepultus effet: non enim fulmine ictos comburebant eodem Pomp. tefte. lib.XII. Columnam vero erigi, ac deinde ftatuam fuper imponi honoris gratia folitum effe apud veteres Suet. in *Galba* cap. XXX. Plin. lib. XXXIV. Trebell. Pollio in vita Claudii teftantur.

96 *Galeam abjeciffet*) In habitu aurigarum Galea, Galerus, *κράνος*. Dio in *Ner.* ὁ Νέρων ἐπὶ τούτοις, καὶ ἐκιθαρῴδησε δημοσίᾳ, καὶ ἁρματηλάτησε τήν τε στολὴν τὴν πράσινον ἐνδεδυμένος, καὶ τὸ κράνος τὸ ἡνιοχικὸν περικείμενος; iftius tu formam paffim habes in aurigis, qui in tabulis per librum exhibentur, fed in ipfis caput tantum velant, non totam faciem, ut videtur hic in Alogabalo indicaffe Xiphil. ex Dione: quod fi & offendiees habebant galericuli illi, non tamen hinc credam, ita faciem Aurigæ velaviffe, ut non dignofceretur deformis aut pulcher effet: puto itaque Galeæ inftar noftratis habuiffe quofdam tegumenta illa capite quæ faciem tegerent: unde etiam Martialis illud explico lib.IV.

Quam non fenfuro dare quadringenta caballo,
Aureus, ut Scorpo nafus ubique micet.

nempe per totam arenam fplendeat Scorpi buccula, aurata in petafo, & galea aurigali, ut divitiæ, & luxus ibi Scorbi appareant: de quo alibi lib. eodem:

Cum Scorpus una quindecim graves hora,
Ferventis auri victor auferat faccos.

Ritum galeæ, quæ totam faciem veftiret, primum a nobilibus ufurpatum puto, cum puderet ipfos, vel in arenam, vel in fpatia intecta facie prodire: quod etiam ofcillantes præ verecundia feciffe Pompejus, ubi de ofcillatione agit, declarat. Certe nobiles in arena tecto vultu defcendere Juv. fat. IIX.

In ædibus Gentilis Delphinii.

AQVILON K AQVI	hic inſculptus eſt	98 HIRPINVS. N. AQVI
LONIS. VICIT. CXXX	puer inter equos	LONIS. VICIT. CXIIII
SECVNDO. TVLIT	duos ſtans, 97 dextra	SECVNDAS. TVLIT
LXXXVIII	baculum tenens,	LVI. TER. TVL
TER	ſiniſtra * pabulum	XXXVI
TVL	equis ipſis præ-	
XXX	bens.	
VII		

Nec galea frontem abſcondit, movet ecce tridentem
Poſtquam vibrata pendentia retia dextra
Ne quicquam effudit, nudum ad ſpectacula vultum
Erigit & tota fugit agnoſcendus arena.

non inquit abſcondit faciem, quia quamvis facies tegatur, ſe timore nobilem fatetur, erigitque vultum ad ſpectacula, ut a populo miſſionem impetret: de ipſa vero galea retiarii hæc Sex. Pomp. *a Retiario pugnanti adverſus Mirmillonem cantatur. Non te peto, piſcem peto, quid me fugis Galle? quia Mirmillonium genus armaturæ Gallorum eſt, ipſique Mirmillones antea Galli appellabantur: in quorum galeis piſcis effigies erat. Hoc autem genus pugnæ inſtitutum videtur a Pittaco, uno ex ſeptem ſapientibus, qui adverſus Phrynonem dimicaturus propter controverſias finium, quæ erat inter Atticos, & Mythilenæos, rete occulte lato impedivit Phrynonem.* Et Galenus ubi de ligaminibus facit, & vinculis medici, galeæ gladiatoriæ cujuſdam typum ponit, verum haud bene ex trico, non enim penes eſt Græcus codex; ignoti itaque nobiles in arena, tantum pompa quandoque habitus agnoſcendi: idem.

Credamus tunicæ, de faucibus aurea cum ſe
Porrigat, & longo jactetur ſpira galero.

Et longum vocat galerum petaſum ad collum uſque defluentem: ſic fœminæ, & matronæ in ſcena effigiem, & perſonam comœdorum eminentiſſimorum imponebant, quod deridet ſat. VI. Juven.

—— triſtes
Perſonam, thyrſumque tenent, & ſubligar Acci:

& alibi, quia gladiatorum perſonas induebant.

Et ride, poſitis ſcaphium cum ſumitur armis.

Galeam Aurigarum κασίδα de Circo vocat Chryſoſtomus. λάβε καὶ τὴν κασίδα τοῦ σωτῆρος, καὶ τὸ φλαγέλλιον ἐν τῇ χειρί σου, *cape galeam ſalvatoris, & flagellum in manibus*: nempe, quo Salvator e templo expulſit fœneratores.

79 *Dextra baculum tenens*) Virgam, quam ſtabuli curatores ferre ſolent, Juven. ſat. IIX.

—— clara Damaſippus luce flagellum
Sumet, & occurſum nuſquam trepidabit amici
Jam ſenis, & virga prior innuet.

Et alibi.

—— eundum eſt;
Nam mihi commota jam dudum mulio virga
Innuit.

* *Pabulum equis*) Juven. ſat. IIX.

—— atque maniples
Solvet & infundet jumentis hordea laxis.

Nemeſian.

—— atque toros manibus percurrere equorum.

ſed quæſivi ego nuper Romæ in ædibus Delphiniorum ſi figura reperiretur, quæ inde amota eſt. Erat fortaſſe pueri, qui hordeum equis infundebat ex miſſu hordeario: erant ſiquidem hordeariæ quadrigæ, ita appellatæ, ſi Servio credimus, quod victori hordeum traderetur. Vetus Scholiaſtes ad verba præcitata Juven. *Circenſibus illis quos Prætores edunt, eſt miſſus qui hordearius dicitur*: atque idem Scholiaſtes ad ſat. II. *Præda Caballorum*: a Juven. *Prætor dicitur, quia hordeum pro illo die aurigæ tollunt equorum.* Ælius Verus pro hordeo nucleos, uvas paſſas equis dabat. Capitol. in ipſo. *Cui quidem paſſas uvas & nucleos in vicem hordei in præſepe ponebat*; inferius: *in tanto autem equus ille honore fuit, ut ei a Populo Praſianorum ſæpe modius aureorum poſtularetur.* Sic Xiph. non igitur nucleos, & uvas paſſas equi comedebant, ne erres. Veg. *rei veter.* lib. I. cap. LV. *vel manipulos viciæ.*

98 *Hirpinus*). Puto Hirpinum, & Aquilonem nomina eſſe equorum, non aurigarum. Hirpini enim populi, penes quorum agros egregia equorum ſoboles erat. Juven. ſat. IIX.

Sed venale pecus Coriti, poſteritas &
Hirpini, ſi rara jugo victoria ſedit;
Nil ibi majorum reſpectus, gratia nulla
Umbrarum, Dominos pretiis mutare jubentur
Exiguis.

Coritus autem oppidum Hetruriæ eſt MONTE CORVO a Leandro dictus: κόριτος per ι habetur apud Dionyſium, nec nomen Viri Coriti facile invenies: ſcio etiam nomina gregibus imponi

Factiones & Greges aurigarum Factionum & gregum domini.

99 Multitudo vero aurigarum cujuscumque factionis, greges vocabantur: quibus qui singulis præerant, factionum, sive gregum præfecti, [100] magistri, domini, & conditores vocabantur; sub iis vero operam suam navales greges, ut ex his, quas adduxi, & infra adjiciam, inscriptionibus antiquis liquet. Et Tranquillus, Lampridiusque profitentur. Ille in *Nerone*, cap. XXII. *Domini factionum non dignabantur nisi* [101] *ad totius diei cursum greges producere*. Hic vero in *Commodo*: *Circenses multos* [102] *addidit, ex libidine potius quam ex religione, ut Dominos factionum* [1] *ditaret*.

A Romæ.....
D. M
C. POMPEIO. EVSCENO
CONDITORI. FACTIONIS. RVSSATÆ
PATRONO. B. M.
OPTIMO. ET
PIENTISSIMO
LIBERTI. ET HEREDES. FECERVNT
DE. SVO
D. M
CLAVDIA. HETICE
B FEC L AVIL. L DIONYSIO
COND. GR. RVSSAT
CONIVGI. DIGNISS.

Varia [2] erant hominum & Imperatorum solita ex Dominorum nominibus, nec me fugit B. Basilius. ἤδη δὲ τίνες καὶ ἀγέλαις ἵππων τὰς αὐτῶν προσηγορίας ἐνσημαινόμενοι εἰσί: *sunt quidam, qui armentis nomina sua imponant*: sed a locis frequentius appellantur hi greges. Varro de *Re Rustica* l. II. c. VII. *De stirpe magni interest, quæ sint, quod genera sunt multa*: itaque ad hoc nobiles a regionibus dicuntur: in Græcia Thessali equi: a terra Apuli: a Rosea, Roseani: Cæterum de Hirpino genere equorum Martial. lib. III.

Hirpini veteres qui bene novit avos.

Εὐγενὴς ἵππος est apud Sophoclem in *Electra*:

99 *Multitudo*) Laudatur Myrinus a Martiale:

Nuper cum Myrino peteretur missio læso,
Subduxit mappas quattuor Hermogenes.

Mappas oraria intelligo hic, linteola nempe, quibus plausum significabant, ut dicimus alibi. Sic vituperatur Catianus:

Vapulat assiduo Veneti quadriga flagello,
Nec currit, magnam rem Catiane facis.

Fuit & Eutychus. Suet. in *Calig.* *Agitatori Eutycho commessatione quadam in apophoretis vicies Sext. contulit*: de quo & Josephus lib. XIX. cap. VII. Εὔτυχος ἡνίοχος τοῦ καλουμένου περισπούδαστος Γαΐῳ. *Eutychus auriga factionis prasinæ Cajo carissimus*. Fusci etiam exstat adhuc cujusdam aurigæ sepulchralis inscriptio. *Factionis Venetæ, Fusco sacravimus aram de nostro: certe studiosi, ac bene amantes*. Romæ alia:

D. M.
M. ANTONIO L. F.
CONDITORI
FACTIONIS PRASINÆ
MARCIA FESTA
FECIT CONIVGI BENEMERENTI.

100 *Magistri, Domini*) Plin. lib. X. *Cecina Volateranus equestris ordinis quadrigarum Dominus*. Sic enim dicebantur; hi equos, vehicula, vestes, atque omnia necessaria editoribus pro pretio commodabant. Sosip. Charis. Gram. l. I. *Ad aquas, quod olim greges equorum ad Circum ducebantur, ubi per populum in cursu æquabantur*: lego, *ad equas, quod olim greges equorum in Circum ducebantur, ubi per populum cursu equitabatur*, ut non esset Dominorum factionum *ad equas ad equas o Auriga*: dixitque equas quomodo & Horatius lib. II. Od. XVI.

—— Tibi tollit hinnitum
Apta quadrigis equa:

Hi e longinquo equos emebant, ut plebem novitate, & genere equorum delectarent. Sym. l. IV. ep. VI. *evectionem impetravi, amicos misi in Hispaniam ob Carulium equorum coemptionem*; idem ep. LX. LXI. etiam impetrasse se inquit evectionem; quia non nisi Principum venia deportabantur, qui diplomate concedebant, & tractoria, & stativa colligebant. C. Theod. *de tract. & stat.* Cassiod. l. IV. ep. XLVII. equos vero antequam quinquennium explevissent, Circo non admittebant, ut Plinius habet lib. IIX. cap. XLII. alibi etiam de Dominis factionum loquemur.

101 *Per totum diem*) Mane currebant, pomeridiem, mane: curtisse ipso mane clarius est pomeridianis horis. Velius Longus docet: *sicut Cicero, qui fortesia, Megalesia, Hortesia sine n litera libentius dicebat, & ut verbis ipsius utamur, pomeridianas quoque quadrigas*, inquit, *libentius dixerim, quam post meridianas*.

102 *Addidit*) Plene addidit, hoc est, multis anni diebus, quibus haud mos erat Circenses agere, eos indixit: sæpe in historiis Cæsarum edi Circenses invenitur; tu autem ab addere Circenses, si placet, sic divide: ut cum ad natalem Principum aut ἀποθέωσιν spectant verba, addi Circenses intellige, quia veluti in religionem tunc inferebantur: hinc illud in *Pio* Capitolini. *Meruit & flaminem, & Circenses, & templum, & sodales Antonianos*, eadem formula idem Capitolinus in *M. Anton. Philos.* *fastis dies judiciarios addidit*.

1 *Ditaret*) Huc etiam refer illud Tranquilli in *Claudio*: *adeo, ut collatos juvenibus aureos prolata sinistra pariter cum vulgo voce, digitisque numeraret, ac sæpe hortando, rogandoque ad alacritatem homines provocaret. Dominos itidem appellans immixtis interdum frigidis, ac accersitis jocis*.

2 *Erant hominum*) Semper hæc in populo studia. Augusti tempore propter Pyladem, &

in aurigas studia. Herodianus l. v. in Caracalli vita: *Quum Circenses spectante Caracallo, populus Romanus in aurigam, cui studebat, nescio quid cavillatus esset, ratus sibi contumeliam illatam, repente omnem exercitum facere impetum jussit in populum, ac occidere quicumque in aurigam dixissent.* Has factiones a Circo per Urbes in studiis hominum inductas, diuturno tempore tum Romæ tum in Oriente permansisse constat. Cassiodorus *Variarum* lib. I. in Epistola Regis Theodorici ad Albinum, & Avienum VV. II. atque Patricios. *Partis Prasini* 3 *insinuatione comperimus, (quoniam hoc introductum est, ut populi de colore vocitentur) seditiones turbulentas a quibusdam scelestissimis incitari, & causam lætitiæ publicæ ad furoris certamina prorupisse. Quod utique gaudii decoram non potest habere qualitatem, si pacem non meruit possidere communem. Et ideo dignum est clementiam nostram has quoque partes aspicere, ut ubique possit morum probitas elucere. Non enim inania verborum popularium cogitamus, sed perniciosum semen seditionis excludimus. Proinde illustris magnitudo vestra patrocinium partis Prasini dignanter assumat. Putari enim non debet injuria populos regere, ac gubernare Romanos, &c.* Idem refert Epistola ejusdem libri ad Speciosum: *Populi nobis partis Prasini, petitione suggeritur, se truculentas insidias a Patricio Theodoro, & Importuno viro Illustri, & Consule pertulisse, ita ut unus eorum defleatur extinctus. Quod nos si ita est, pro facti sui acerbitate commovit, ut innoxiam plebem furor persequeretur armatus, quam fovere civicus debuisset affectus, &c.* & paulo post. *Sed ne forsitan magnificos viros loquacitas popularis offenderit, præsumptionis hujus habenda descriptio est. Teneatur ad culpam quisquis transeunti reverendissimo Senatori injuriam protervus inflixit, si male optavit, cum bene loqui debuit. Mores autem graves spectaculis quis requirat? Ad Circum nesciunt*

A *convenire Catones. Quicquid illic gaudente populo dicitur, injuria non putatur. Locus est qui defendit excessum, quorum garrulitas si patienter accipient, ipsos quoque principes ornare monstratur. Respondeant nobis certe, qui talibus studiis occupantur, si tranquillos optant adversarios suos, certe volunt illos esse victores, qui ad injurias hic prosiliunt, cum se superatos turpiter erubescant. Unde ergo irasci volunt, quod sine dubio se optasse cognoscunt.* Eadem repetit quatuor sequentibus Epistolis ad Senatum, ad populum, & ad Urbis præfectum Agapitum binis litteris. Quibus sedi-
B tionum Urbanarum ob Circensia spectacula exorientium, occasiones, edicto vetat, ait enim. *Nullum a spectaculorum gaudio removemus, sed seditionis semina radicitus amputamus.* Et infra: *Spectacula voluptatum, lætitiam volumus esse populorum, nec erigere debet motus irarum quod ad remissionem animi constat inventum. Ideo enim tot expensarum onus subimus, ut conventus is non sit seditionis strepitus, sed pacis ornatus.* Et infra ad Urbis præfectum: *Circumspicere te decet, ne qua in Spectaculis seditionum caussa nascatur, quia tuum præconium est* 4 *populus quietus. Quocir-*
C *ca, hoc te observare censemus, ut si a quoquam irrogata fuerit injuria Senatori, confestim loquax temeritas, legum severitate plectatur. Si vero Senator civilitatis immemor, quemquam ingenuum nefaria fecerit cæde vexari, protinus relatione transmissa paternitatis nostræ multam perculsus excipiat. Meminerint enim cuncti sic spectaculari studia, partesque dividere, ut in patria debeant esse concordes, nec ad hoc voluptatum sibi exhiberi certamina, ut exinde hostilis ira fervescat, &c.* Et infra: *Si vero eorum lubrica voluntas in unius coloris favorem*
D *migraverit, studia sua populus tam in Circo, quam Theatro habeat pro parte quam diligit, ut is qui præsumpserit vetita, ipse judicetur quæsisse discordiam.* St. Papinius libro III. *Silvarum* ad Claudiam uxorem:

Bathyllum non modica concitatio. Dio. Πυλάδου δὲ, καὶ Βαθύλλου τῶν ὀρχηστῶν τότε, καὶ τοῦ δήμου περὶ αὐτοὺς στασιάσαντος, *Florentibus tum maxime in orchestra Pylade, ac Bathyllo, ac propter hos populo in dissensionem concitato.* Martial.

Dum peteret pars hæc Myrinum, pars illa triumphum.

Silius lib. XVI.

Hic studio furit acris equi, furit ille magistri,
Hos patriæ favor, hos accendit nobile nomen
Antiqui stabuli, sunt quos spes grata fatiget,
Et nova ferre jugum cervix, sunt cruda senectus
Quos juvet, & longo sonipes spectatus in ævo.

Vide alibi.

3 *Insinuatione*) Alio Codice est *inusitata petitione*: si primam accipis, *insinuare* est veluti in sinum audientis sensum suum immittere, & insinuatio apud Rhetores clara est, ex Quintil. præsertim *Instit. Orat.* lib. IV. —— *in principium, & insinuationem, ut sit in principiis recta benevolentiæ, & attentionis postulatio*: si vis tueri *inusitata petitione*, initium sub iis temporibus intellige factiones inter se decertandi armis, ac in qualibet civitate partes alendi; unde seditiones postea orirentur, ut Procopius lib. I. *de Bello Persico* auctor est: hinc Constantinopoli coortam seditionem scribens, cujus sub fine *Novellæ* XVII. meminit Justinianus, jubetque auctores conquiri, qui jam ex urbe excesserant hoc cavens Theodoric. Agapito Præf. Urb. *ut quid nostra provisio* scribit lib. I. ep. XXXIII. His destinati rixis Procuratores munerum; Rex specioso rem delegat, non tamen justo jure, sed delegatione judicii: suus enim Judex Præfectus Urbis. Vide lib. I. ep. XXXVII. apud Cassiodorum.

4 *Populus quietus*) Quia ad Præfectum urbis quies populi, & Civitatis tranquillitas spectat. D. *de offic. Præf. Urbis* lib. I. Seneca in epist. *Piso ebriosus custos urbis a Cæsare factus, officium, quo tutela urbis continetur, diligenter administravit*: hinc Sym. lib. X. moderatorem urbis vocat Præfectum: quod idem Cassiodorus lib. II. Q. VII. lib. VII. epistola IV. demonstrat. Socrates ad rem nostram lib. itidem II. ἔπαρχος πολιτείας ἐν τῷ θεάτρῳ ποιῶν, τινὲς δημοτικὰς διατυπώσεις. *Præfectus in theatro res ordinans, hoc est, popularia exercens.*





OCTO ANTIQVA AVRIGARVM NOMISMATA





ONVPHRII PANVINII VERONENSIS OPERA





EX TYPEIS ACCVRATE DELINEATI





... *Nec aut* 5 *rapidi mutent te prælia Circi.*

Paulus Diaconus in Phocæ Imperatoris vita, l. IIII. cap. XI. Historiæ Longobardicæ: *Hujus* (inquit) *tempore Prasini, & Veneti per Orientem, & Ægyptum civile bellum fecerunt, ac se mutua cæde prostraverunt.* De earundem factionum frequentibus cladibus multa refert Zonaras 6 Tomo III.

A Apte hoc loco apposui tabellam sex nomismata expressa habentem, quibus totidem aurigæ effigiati sunt. Prima & secunda Neronis Imperatoris sunt, cum armato auriga equum fræno regente, & casside pone tergum. Tertia est Severi, cum eodem auriga integro, quarta & quinta ejusdem Neronis, sexta Severi, aurigantium sunt.

B

CAP. XII.

Multi Imperatores enumerantur, qui aurigandi studium habuere.

MULTOS Romanos Principes huic aurigandi studio usque ad insaniam vacasse passim in vetustis auctoribus observavi. De Cajo Tranquillus cap. LIIII. *Aurigabat* 7 *extenso plurifariam Circo.* Idem Dio refert lib. LIX. Suetonius in *Vitellio*, cap. XVII. *Vitellius alterum femur subdebile habuit, impulsu olim quadrigæ, quum aurigante Cajo* 8 *ministratorem exhiberet.* *Caius Auriga.*

De Nerone Tacitus lib. XIIII. *Venetus Neroni cura erat, curriculo quadrigarum insistere, nec minus fœdum studium cytharæ,* 9 *ludicrum in modum canere quum cœnaret, quod Regibus &* * *antiquis ducibus factitatum memorabat. Idque vatum laudibus celebre, & Deorum honori datum.* Et infra: *Clausum Valle Vaticana spatium in quo equos regeret, haud promiscuo spectaculo concessum, mox ultro vocari populus Romanus, laudibus extollere, ut est vulgus cupiens voluptatum, & si eodem princeps trahat, lætum.* Tranquillus in *Nerone* cap. IIII. *L. Domitius Cn. F. Neronis avus non minus aurigandi arte adolescentia clarus, quam deinde ornamentis triumphalibus ex Germanico bello.* Et cap. XXI. *Sed qui inter initia Imperii eburneis quadrigis quotidie* 10 *in abaco luderet, ad omnes etiam minimos Circenses secessu commeabat, primo clam* *Nero Auriga.* *L. Domitius Auriga.*

5 *Rapidi mutent)* Rectius *rabidi* ex sensu Auson. ναὶ, καὶ ὁ πυθαγορικὸς.
—— *hinc furiosi Jurgia* (sunt) *Circi.*
de Porphyrio auriga Græcum epigr.
Μαίνεται ἐν σαδίοις.
Furit in stadiis.
Tertull. *de Spect. quibus Circus furit*: idem de habitu mulieb. *Circi furoribus.* Min. Fel. *in ludis Circensibus quis non horret populi in se rixantis insaniam.* Salu. *de Gub. Dei*: *quicquid immoderationis in Circo. Sed ubique in auctoribus* hanc *ἱππομανίαν* invenias.

6 *Tomo* III.) Constat ex Manassis etiam Polit. sub Hypatio in seditione Circensi Constantinopoli triginta quinque millia hominum interiisse, cum Belisarius militem in populum immisisset.

7 *Extenso plurifar.*). Aliter *extructo*, quod rectius.

8 *Ministratorem*) Erant ministri, qui aurigantibus adsistebant, aptabant currus, & similia peragebant eodem habitu, quo auriga. Suet. ad Consent.
Vestra insignia continent ministri.
hoc enim advertebant, ut in omnibus color conveniret. Stat. VI. *Theb.*
Ipse habitus niveus, nivei dant colla jugales:
Concolor est albis & cassis & infula cristis,
immo & ipsi currus infecti colore, quo Domini, & aurigæ: idem eodem libro:
—— *crudelibus ambo*
Exuviis diroque imbuti sanguine currus.
Russatos describit: vestiebant vero se in Circi cellis ad hoc destinatis: docet me Velius Longus *de orthograph. Inversis armis gladiatores pugnasse non est dicendum, sed versis, hoc est, transmutatis,* sed nec *inversis pannis agitasse aurigas, sed versis*: ergo dum in Circo erant, transmutabant vestes, & fiebant transfugæ, ut cum Martiale loquar, cellulis necessario ad hoc dispositis, ne coram populo nudarentur: certum est, aurigam unum pluries sub diversa factione eadem die currisse.

9 *Ludicrum in modum*) Statu Cytharœdico, quem affabre componit Apul. lib. II. *Florid.* nec modo procedebat Nero eo statu dum caneret, sed statuæ ipsi in illum modum ponebantur. Suet. *item statuas suas cytharœdico habitu, qua nota etiam numos percussit.*

* *Antiquis ducibus*) Panegyr. ad Pisonem.
Ne pudeat pepulisse lyram, cum pace serena
Publica securis exultant otia terris:
Ipse fides movisse ferox narratur Achilles.

10 *In abaco luderet*) In tabula lusoria relatum Circensium ludicrum videtur significare Suetonius, ut puto: usus enim veterum sic ut in latrunculis aciem Circensia ostentare. Panegyr. in παιδίᾳ Pisonis
—— *hic ad majora movetur,*
Et citus & fracta prorumpit in agmina mandra,
Clausaque dejecto populatur mœnia vallo.
Crediderim itaque hoc modo Neronem excogitasse lusorias delicias, quibus Circenses ludi in tabula joculari repræsentarentur; parvis ex ligno concinnatis quadrigis, quæ puerili studio filo protractæ ut equis spatia conficiebant, voluptasque in iis erat, currus eversos, tractos aurigas, similesque naufragorum noxas, cum risu inspicere: ad hoc illud Suet. etiam refero: *Cuidam* (*statuæ*) *a vertice currus appositus, cum inscriptione Græca: nunc demum agona*

deinde propalam, ut nemini dubium esset eo die utique affuturum. Et infra: *Mox & ipse aurigare, atque etiam spectari sæpius voluit, positoque in hortis inter servitia, &* [11] *sordidam plebem rudimento, universorum se oculis in Circo Maximo præbuit; aliquo liberto mittente mappam, unde magistratus solent*. Idem l. XXIIII. *Aurigavit quoque plurifariam, Olympiis vero etiam decemjugem*. Dio l. LXI. *Nero prasina veste indutus, & galero aurigarum ornatus, publice currus in Circo agitavit*.

Vitellius Auriga. De Vitellio Tranquillus cap. IIII. *Vitellius Cajo per aurigandi,* [12] *Claudio per aleæ studium familiaris fuit, sed aliquanto Neroni acceptior, quum per eadem sæpe, tum peculiari merito quod præsidens certamini Neronco,* [13] *egressum Theatro revocaverat*. Dio: *Vitellius Veneto habitu, equos certantes in certaminibus abstergere solebat*.

L. Verus Auriga. De L. Vero Capitolinus: *Fuit studiosus Circensium, haud aliter quam gladiatorii muneris*. Et infra: *Circensium tantum curam habuit, ut frequenter provincialibus litteras caussa Circensium, & miserit, & acceperit*.

Commodus Auriga De Commodo Herodianus lib. I. *Commodus aurigando, bestiisque conficiendis supra modum exercebatur, ob quæ studia, adulatores eum fortitudinis gloria celebrabant*. * Spartianus: *Aurigæ habitu currus rexit, gladiatoribus convixit, equos curules sibi comparavit, noluit in Circo quadrigas agitare,* [14] *Dalmaticatus in publico processit, atque ita signum quadrigis mittendis dedit*. Dio: *Currus nunquam agitavit publice, nisi si quando nocte obscura id facere cupivisset, pudebat enim eum multitudinis*.

De Caracallo Herodianus lib. III. *Bassianus, & Geta Severi Imperatoris filii, tum adulescentes, deliciis victuique urbano, nimioque spectaculorum aurigationisque, & saltationis studio, bonam indolem corrumpebant*. *Caracallus, & Geta Aurigæ* De Heliogabalo Herodianus lib. V. *Heliogabalus aurigans, aut saltans conspiciebatur*. [15] Idem Lampridius, & Dio referunt. *Heliogabalus Auri.*

CAP. XIII.

De equis Circensibus.

CIRCENSIBUS Ludis optimi [16] equi parabantur. *Equi Circen.* De quibus M. Varro lib. II. *de re rustica* scribens alios ad militiam, alios ad cursum laudat, & alios militibus, alios [17] quadrigariis idoneos esse ait sic. *Itaque peritus belli, alios equos eligit atque alit, ac docet, aliter quadrigarius, ac desultor*. Horatius *Carminum* l. II. Ode XVI. ad Grosphum:

... Tibi tollit hinnitum
Apta [18] *quadrigis equa*.

---

quadriga, quali utebatur in abaco, in vertice ipsi fuit apposita, quam ut traheret, petebatur: nec nisi de ista lusoria *trahere* dici potest, cum quadrigæ in Circo ducerentur, non traherentur a Nerone, atque ille libellarius studia hoc commento lascivissimi hominis carpebat. Vere parvæ hæ quadrigæ, nec ab iis discrepantes, quas Milesius, & Callicrates fecerunt, teste Ælano: τετρίππα μὲν ἐποίουν ὑπὸ μυίας καλυπτόμενα: *quadrigas fecerunt, quas musca obtegeret*: harum Solinus, & Plinius meminerunt.

11 *Sord. pleb. rudimento*) Antequam in publicum Circum prodiret in hortis periculum artis agebat: in tabula veteri sæpius legetur, Probat. equor. *Probatio equorum*: nos Itale *provare i Cavalli*. Probare boves dixit Varro. Cicero metaphorice in *Topic. Ingeniosos, opulentos & ætatis spatio probatos dignos, quibus credatur, putant*.

12 *Claudio per aleæ studium*) Merito ergo illi ludus a Seneca per libellum dictus, ubi alea apud inferos punitur.

* *Spartianus: Aurigæ*.) Lampridius ille est.

13 *Egressum theatro*) Legendum *regressum*: cum puderet enim Neronem, & fefellisse in scæna princeps putaret, atque idcirco vellet regredi intra, Vitellius revocavit, eique ut præsidens animum cohibuit.

14 *Dalmaticatus*) Vestis aurigis satis commoda, & quod a Dalmatis usitata nomen a populo accepit: nos Dalmaticam in sacris habemus apud Athanasium Bibliothecarium sæpe chirodotas. Capitolinus Dalmaticas vestes vocat in *Pertinace*, nempe *manuleatas*; dicta etiam ea vestis Dalmata. Glossæ-Arabico-Lat. *Dalmata vestis sacerdotalis candida*.

15 *Idem Lampridius*) Aut Lampr. *Quadrigas Circensium in tricliniis, & in porticibus sibi semper exhibuit*: mira certe ista laxitas Palatiorum Cæsarum, atque ideo apte ille apud Photium; ἕκαστος τῶν μεγάλων οἴκων τῆς Ῥώμης ἅπαντα εἶχεν ἐν ἑαυτῷ, ὁπόσα πόλις σύμμετρος ἔχειν ἠδύνατο, ἱππόδρομον, καὶ φόρους, καὶ ναοὺς καὶ πηγὰς, καὶ λουτρὰ διάφορα. καὶ ὁ συγγραφεύς. εἷς δόμος ἄστυ πέλει, πόλις ἄστεα μυρία κεύθει. *Unaquæque domus Romæ singula in se continet, quæ bene ordinata civitas capere potest, Circum, fora, templa, fontes, balnea tam viris quam, fœminis apta. Unde scriptor:*

Urbs est quæque domus, multas Urbs continet Urbes.

16 *Equi parabantur*) Equi Circenses dicti. Hermogen. lib. I. *de muner. & bonor.* Solin. lib. VI. cap. XXXV. Cod. Theod. Apul. lib. IV. *cursu me concito propero, ut hercule, ipse sensi rem me non Asinum verum etiam equum curulem*. Vegetius de his lib. II. cap. LIX. *artis Veterin. Animalium dorsa ut laboris plurimum sentiunt, ita diligentius sunt curanda: exceptis enim iis, qui deputati sunt Circo, reliquum mulorum, equorum, asinorumque genus, sub sellis seu sygmis solo tergo præstant officium*. Est vero σάγμα θήκη τῶν ὅπλων: sarcina: inde *salma soma*: nam σάμα etiam dictum est Græco-barbaris, & sic tam σαγμάρια quam σαμάρια apud eos reperitur: unde apud Achmetem est σαμάριος nobis *somaro* asellus. Isid. *caballum sagmarium* dixit.

17 *Quadrigariis idoneos*) Festus Quadrigarios Circenses vocat.

18 *Quadrigis equa*) Equæ ut equi ad cursum strenui. Vopis. in *Aurel. quicquid equarum videre quas fama nobilitat Celticarum*. Maro:

Elia-

Et Plinius lib. VIII. cap. XLVI. *Diversa in Circo equorum ratio quæritur; itaque cum bimi in alio subigantur imperio, non ante* [19] *quinquennes ibi certamen accipiunt. Partum in eo genere XI. Mensibus ferunt, duodecimo gignunt, generat mas ad annos* XXX. *utpote quum a Circo post* XX. *annum mittantur ad sobolem reparandam*: & paulo supra: *Equi in Circo ad currus juncti, non dubie* [20] *intellectum ad-* A *hortationis & gloriæ fatentur.* Solinus c. XLVI. Polyhistoris: [21] *Voluptatem equis inesse Circi spectacula prodiderunt. Quidam enim equorum* [22] *cantibus tibiarum, quidam saltationibus, quidam colorum varietate, nonnulli etiam accensis facibus ad cursus provocantur*: & infra: *Ingenia equorum Claudii Cęsaris Circenses probarunt, quum effuso rectore quadrigæ cursu, æmulos non minus astu quam velocitate præ-*

Eliadum palmas Epirus equarum.

Herod. lib. VI. Plinius: *qui vicisse equam prægnantem Erbecradis Thessali in Olympia.* Stat. lib. VI.

19 *Quinquennes*) Ea vere pulli equini robusta ætas. Sic Palladius Martio, titul. XIII. non nisi quinto anno ad admissuram pullum adducendum jubet: *ætas*, inquit, *incipientis admissarii quinti anni initio esse debebit*, imo & boves, qua ætate sacrificabantur, ut justum animal perfecto sacrificio traderetur; sic bovem quinquennem mactat Agamemnon lib. *Iliad.* II. item VII. & *Odyss.* lib. XIV. πενταέτηρος Taurus sacrificatur. Columella vero equos certaminibus donatos facit expleto triennio, sic tamen, ut post quartum annum labori, id est, cursui, committatur. Variat ab utroque Lucretius, qui ait,

Principio Circo tribus actis impiger annis
Floret equus.

20 *Intellectum adhortationis*) Luc. lib. I. *Pharſ.*

Quantum clamore juvatur
Elæus sonipes.

Ovid. lib. II. *Trist.*

Si tamen horteris fortius ibit equus.

Stat.

Illum (equum) *omnes ajunt plausus.*

ita ut etiam Dominorum voces intelligant. Silius lib. IV. *Bell. Pun.*

Tunc stimulans grato plausæ cervicis honore
Cornipedem alloquitur; vulgus, Martemque minorem
Hactenus, & letho dedimus sine nomine gentem;
Nos Gargane vocant superi ad majora: vides ne
Quantus eat Chryssus? jam nunc tibi præmia pono
Illum Sidonio fulgentem ardore tapeta
Barbaricum decus; & fulvis donabere frænis.

quæ carmina sic Hetrusce reddidi.

Palpa all' hora al destrier le chiome, e dice;
Sol di sangue plebeo vittoria è questa:
Le' Gargano mi mena, ove felice
Gloria i trofei da' primi Heroi m'appresta.
Mira Crisso ir superbo: a me se lice
Riportar da quel rio spoglia funesta;
Di fren dorato, e di Sidonio bisso
Farti adornar pomposamente ho fisso

superbiant quodammodo victoria. Ovid. Frag. Halieu.

Hic generosus honor, & gloria major equorum
Nam capiunt animis palmam, gaudentque triumpho:
Seu septem spatiis Circo meruere coronam.
Non ne vides victor, quanto sublimius altum
Attollat caput, & vulgi se vendicet aura?

Virgil. lib. III. *Georg.*

Et quis cuique dolor victo, quæ gloria palmæ.

Sic in Parasito ad cœnam invitato ostendit Liban. Sophista.

21 *Voluptatem equis*) D. Ambrosius lib. V. ep. XXXIIX. *equos plausu hominum fremere, silentio mollire cursum*: & de Cain, & Abel. lib. II. cap. primo. *Equos videmus popularibus incitari studiis, blanditiis delectari magistri.* Atque eandem ob voluptatem somniant, & sibi currere videntur. Lucret.

Quippe videbis equos fortes, cum membra jacebunt
In somnis, sudare tamen, spirareque sæpe,
Et quasi de palmis summas contendere vires,
Tunc quasi carceribus patefactis.

quod ad aurigas Claud. deflexit:

—— aurigæ somnia currus,
Vanaque nocturnis meta cavetur equis.

22 *Cantibus tibiarum*) Vide de hac re libro XII. *de Natur. animal.* cap. XLIV. Ælianum. Euripides quidem ait, Pastores Hymenæos ad admissuram cantu, & sonitu equos allicere; & Aristoteles de Rep. Sybaritarum narrat apud ipsos, ὡς καὶ τοῖς ἵπποις ἐθίσαι πρὸς αὐλὸν ὀρχεῖσθαι: *solitos equos ad tubam saltare*: quod Eustathius in Dionysio Afro repetit.

verterunt. Et post decursa[23] *legitima spatia*[24] *ad locum palmæ sponte consisterent velut victoriæ præmium postularent. Excusso quoque auriga quem Ratumenam nominabant, relicto certamine ad Capitolium quadriga prosiluit, nec ante substitit quamlibet obviis occursibus impedito, quam Tarpejum Jovem terna dextratione lustrasset.* Quæ verba Plinius amplificans ita tradit: *Claudii Cæsaris sæcularium Ludorum Circensibus, excusso in carceribus auriga, Albati equi palmam occupavere, primatum obtinuere, opposita effundentes omnia quæ*[25] *contra æmulos debuissent, peritissimo auriga insistente, facientes, quum puderet hominum artes ab equis vinci, peracto legitimo cursu ad metam stetere. Majus augurium apud priscos. Plebeiis Circensibus excusso auriga, ita ut si staret in Capitolium cucurrisse equos, ædemque ter lustrasse, Maximum vero, eodem pervenisse ab Veiis cum palma, & corona, effuso Ratumena qui ibi vicerat, unde postea portæ nomen est.* Sex. Pompejus: *Ratumena porta a nomine ejus appellata est, qui ludi-*

A *cro certamine quadrigis victor Hetrusci generis juvenis Veiis consternatis equis excussus Romæ periit, qui equis feruntur non ante constitisse, quam pervenirent in Capitolium conspectumque fictilium quadrigarum, quæ erant in fastigio Templi Jovis, &c.* & alibi: *Curules equi quadrigales dicti;* Julius Pollux libro primo commemorat inter alia equorum genera,[26] equos pugiles certantes Victores bravium ferentes, & similes. M. Varro libro II. *de re rustica: Unæ equorum quadrigæ Romæ constiterunt quadringentis millibus.* Columella lib. VI. *de re rustica: Equinum pecus tripar-*
B *tito dividitur, est enim generosa materies,*[27] *quæ Circo sacrisque certaminibus, equos præbet.* Statius Papinius *Sylvarum* lib. V. in Protreptico ad Crispinum:

. . . . . quales per jugera Circi,
Cum pulcher visu[28] *titulis generosus avitis*
Expectatur equus, cujus de stemmate longo
Felix[29] *demeritos habet admissura parentes.*

---

23 *Legitima spatia*) Novies circa metas curriſſent, ut suo loco dicimus.

24 *Ad locum palmæ*) Assuetudine enim discunt, ubi permaneant, quo usque currendum, & eundum sit: ridiculum equi facinus narrat Tzetzes. Cum Parasitus ad cœnam esset invitatus, ac propterea equum, quia eundum longiusculum erat, locario sumpsisset, equus qui curulis fuerat, occursu cujusdam molis, quæ metam repræsentabat, cœpit circum ire, metam ratus, quousque miserum Parasitum extra horam comedendi detinuit ac inquieto cursu misere discruciavit, inquit de equo Tzetzes.

Ἔπεσε. εἰς ςήλην χρήματι καμπτηρίας,
Καὶ δόξας ἱππικὸν τὸν τόπον πεφυκέναι
Μέχει ἑσπέρας ἐποίει τὰς καμπτὰς ῥύμῃ δρόμου.
Occurrit ei columna metæ similis:
Ille arbitratus esse locum cursuum,
Usque ad occasum currit cursus impetu.

25 *Contra æmulos*) Nam equis inesse judicium, inquit Solin. cap. XLVII. *documentis plurimis patefactum est, cum aliquot inventi sint, qui non nisi primos dominos agnoscerent obliti mansuetudinis, si quando mutassent consueta servitia: inimicos partis suæ norunt.* Et Isidorus: *vivacitas equorum multa: exultant enim in campis, odorantur bellum, excitantur sonitu tubæ ad prælium, voce accensi ad currum provocantur, dolent cum victi fuerint, exultant cum vicerint; quidam hostes in bello sentiunt: alii etiam proprios Dominos recognoscunt obliti mansuetudinis, si mutentur:* accepit hoc ultimum a Solino Isidorus. Et verissimum est: de Arione Statius.

—— jam illinc a limine discors,
Iratusque oneri insolito truculentior ibat.

& Ariostus in *Rothlando furente*:

Il buon destrier, che Brigliadoro ha nome,
Dolente ancor de le cangiate some.

iterum Stat. lib. IX. *Theb.*

Et similes minus indignatur habenas.

Idem & expressit *Iliad.* Homerus:

Ἡνιόχους ποθέοντες ἀμύμονας.

26 *Equos pugiles*) Qui ungulis veluti in pugillatu anterioribus fuerint. lib. VII. Apul. *hic elatis in altum vastis pectoribus, arduus capite, & sublimis vertice primoribus in me pugillatur ungulis.*

27 *Quæ circo*) Vegetius: *Non inferiores Hispanis Sicilia exhibet Circo.*

28 *Titulis gener. av.*) Stat. lib. VI. *Theb.*

—— nota stabulis de gente probatos
In nomen poscebat equos.

Silius Ital. lib. XVI.

—— hos accendit nobile nomen
Antiqui stabuli.

Juven. sat. IIX.

—— si rara jugo victoria sedit,
Nil ibi majorum respectus,

Solin. cap. XLVII. *nam qui infra nobilitatem sunt sati, nulla documenta sui præbuerunt.* Generosos equos ab ignobilibus distinguit Palladius tit. XIII. Martio.

29 *Emeritos*) Sumpta a militibus metaphora. Nam post XX. annum a Circo mittebantur ad sobolem reparandam, nempe ad admissuram; & Solin. *Utpote, qui post* XX. *annum mittantur ad sobolem reficiendam.*

Illum omnes acuunt plausus, illum ipse volantem
Pulvis, & incurvæ gaudent agnoscere metæ.

Capitolinus in *Gordiano Sentore*: *equos* [30] *Siculos C.* [31] *Cappadoces CC. permittentibus Imperatoribus factionibus divisit, & per hæc populo satis carus, qui semper voluptatibus commovetur.* Dio lib. LXI. in *Nerone*: *Cursu & certaminibus equorum delectabatur, ita ut ob eam causam insignes equos victores, & jam senio confectos stola forensi, non secus quam homines ornaret, eosque honestaret pecunia stipendii loco. Quapropter quum propter hoc Neronis studium, factionum domini, una cum eorum gregibus superbe extollerentur, ac proinde Prætoribus sæpe ac Consulibus* [32] *graves injurias inferrent, A. Fabricius Prætor uti noluit illis, justa mercede cum quibusdam certare recusantibus, sed canes doctos currus agere pro equis introduxit. Quo facto Albati, & Russati statim currus reliquerunt, quum Prasini, & Veneti nihilo magis exirent. Nero autem præmia equis proposuit, itaque Ludi Circenses peracti sunt.* Equorum Circensium providendorum curam, [33] Censoribus permissam fuisse his verbis docet Livius libro XXIIII. *Quum Censores M. Attilius Regulus, P. Furius Philus, ob inopiam ærarii se jam locationibus abstinerent, ædium sacrarum tuendarum, Curuliumque equorum præbendorum, ac similium his rerum, convenere ad eos frequentes, qui hastæ hujus generis assueverant.* De privatis vero diversorum Principum equis, ut Incitati Caligulæ, Volucris L. Veri, & Pertinacis Commodi veteres ita scribunt auctores.

---

30 *Siculos centum*) In pretio enim maximo. De Siculis Agrigentinis Plin. lib. IIX. c. XLII. & Servius ad illud lib. III. *Æneid.*

Arduus inde Agragas ostentat maxima longe
Culmina, magnanimum quondam generator equorum.

Ode III. *Olymp.* Pindarus Theonis Agrigentini equos a velocitate, & robore laudat in prima Pherenicum Ieronis Syracusii; in q. IV. & V. Isamadis itidem equos, qui Camaræus erat. Camarina autem urbs vetus Siciliæ fuit, & Strabonis tempore tantum vestigiis nota; ut ipse lib. VI. scribit: de ea Ode V. *Olymp.* Pind.

31 *Cappadoces CC.*) Solin. cap. XLVII. *Terra Cappadocum illa ante alias altrix equorum, & proventui equino accommodatissima est.* Apul. lib. IIX. *is nimio præstinandi studio præconem rogat, cujatis essem; at ille Cappadocum me satu, & forticulum denunciat.* Claudianus lib. II. *in Ruff.* & *de laud. Serenæ Stiliconis.*

32 *Graves injurias*) Nimiam vim pecuniæ postulantes; in *Aureliano* Vospicus. *Vidimus proxime Consulatum Furii Placidi tanto ambitu in Circo editum, ut non præmia dari aurigis, sed patrimonia viderentur.* Paulo post: *factum est enim, ut jam divitiarum sit non hominum Consulatus, qui utique si virtutibus defertur, editorem spoliare non debet*: hinc bene Juven. *Præda caballorum prætor sedet.* Et Martial. lib. I. ep. CXLVII.

Prætor ait, scis me Scorpo, Thalloque daturum;
Atque utinam centum millia sola darem.

De Scorpo alibi:

Cum Scorpus una quindecim graves hora
Ferventis auri victor auferat saccos.

istis itaque expensis fatiscebant editores; quapropter a Principe ipsis quandoque subveniebatur. Vopis. in *Valer. Valerianus Augustus Alexifidio Præfecto Ærarii. Aureliano, cui consulatum detulimus ob paupertatem, qua ille magnus est, cæteris major, dabis ad editionem Circensium aureos Antonianos trecentos, argenteos Philippeos minutulos tria millia, in ære H. S. quinquagies.* Spartian. in *Adriano. Prætor factus est sub Sorano II. & Serviano iterum Coss. cum H. S. iterum XX. ad ludos edendos a Trajano accepit*; credo a M. Antonino Philosopho, ac a quibusdam aliis fuisse cautum de expensis Circensibus: sed cum ad alios luxuosos imperium recidebat, ad idem res redigebatur. Consules in initio Consulatus Circenses edere tenebantur, ut ex prædictis nosces, & Prætores, ut Martialis epigr. declarat, sumpta Prætura. Quæstores munera, & gladiatore edebant; mimos, Scænas, & similia. *In Anton. Phil.* Cap. *Et gladiatorium quasi privatus Quæstor edidit munus.* In *Pio* idem, *Fuit Quæstor liberalis.* Et in *Vero*: *Cum quæstor populo munus daret.* Paulo post: *Fuit studiosus etiam Circensium haud aliter, quam gladiatorii muneris.* Gladiatores quoque Ædiles producebant pauciores puta, quamvis divites in ædilitate magnificentissime non minus se gererent. De Gordiano Seniore Capitol. *Ædilitatis suæ tempore duodecim Pop. Romani munera, id est, per singulos menses singula de suo exhibuit, ita ut gladiatorum nonnunquam quinquagena paria exhiberet, nunquam minus centenis quinquagenis.* Hi vero simul omnes venationes, nempe ferarum rapinas populo exhibebant Consul, Prætor, Quæstor, Ædilis, cum tamen Circenses, quia auspiciis fiebant, non nisi Principis, Consulis & Prætoris essent. Sed hæc omnia legentibus inferius fiunt obviam.

33 *Censoribus permissam fuisse*) Eo nempe tempore cum impensis fiebant Reipublicæ ludi, & Censores examinata ærarii inopia eos fieri vetabant, quos Pontifex etiam interdicebat, si quando voti auspicate non essent, ex votis vero illis Priscorum signati postea dies, in quibus religiose Circenses fierent: sed ponamus Livii verba lib. XLI. *Moram voto publico Licinius Pontifex Maximus attulit, qui negavit ex incerta pecunia vovere debere: si ea pecunia non posset in bellum usui esse, reponi statim debere, nec cum alia pecunia misceri, quod nisi factum esset, votum rite solvi non posse. Quamquam & res & auctor movebat, tamen ad collegium Pontificum referre Cons. jussus, si posset recte votum incertæ pecuniæ suscipi. Posse, rectiusque etiam esse, Pontifices decreverunt. Vovit in eadem verba Cons. præeunte Max. Pontifice, quibus ante quinquennalia vota suscipi solita erant: præterquam quod tanta pecunia, quantam tum cum solveretur, senatus censuisset., ludos donaque facturum vovit, toties ante ludi magni de certa*

Incitatus equus Caii. Tranquillus in *Cajo* cap. LV. *Incitato equo, cujus caussa peridie Circenses, ne inquietaretur viciniæ silentium per milites indicere solebat, præter* [34] *equile marmoreum, & præsepe Eburneum, præterque purpurea tegumenta, ac* [35] *monile e gemmis, domum, & familiam, & supellectilem dedit, quo lautius nomine ejus invitati reciperentur, Consulatum quoque traditur destinasse.*

Dio lib. LIX. *equum nomine Incitatum Cajus ad cœnam adhibebat, & ei in aureo vase hordeum apponebat, in poculis aureis vinum propinabat, salutem ejus, ac fortunam curabat, Consulem eum facturum pollicitus, quod si vixisset, fecisset.*

Volucer L. Veri. Capitolinus in *L. Vero*: [36] *Volucri equo Prasino aureum simulacrum fecit, quod secum portabat: cui quidem passas uvas, &* [37] *nucleos in vicem hordei persæpe ponebat, quem* [38] *sagis fuco tinctis coopertum in Tiberianam ad se adduci jubebat. Cui mortuo* [39] *sepulchrum in Vaticano fecit. In hujus equi gratiam primum cœperunt equis, aurei, vel bravia, postulari. In tanto autem equus ille honore fuit, ut ei a populo Prasinianorum sæpe modius aureorum* [40] *postularetur.* Juvenalis Satyra VIII. alterius equi volucris mentionem facit ita:

[41] *Dic mihi Turroni proles animalia muta*
Quis generosa putet, nisi fortia? nempe volucrem
Sic laudamus equum, facili cui [42] *plurima palma*
Fervet, & exultat rauco victoria Circo.

Pertinax Commodi. Dio in *Pertinace*: *Romæ equus nomine Pertinax victor fuit: cujus equi Prasinæ factionis Commodus studiosus erat, quumque vicisset, statim conclamatum est ab iis qui erant earundem partium:* En Pertinax est. *Quo audito, hi qui erant alterius factionis, irati Commodo, utinam esset, inquiunt, quæ verba ad hominem, non ad equum referebant. Præterea eundem equum, quum non curreret amplius, essetque confectus senectute, Commodus accersiri jusserat, adductumque in Circum introduxerat inauratis ungulis, & super* [43] *aurea pelle ornatum, qui ut primum de improviso apparuit, illico conclamatum est ab omnibus;* Ecce Pertinax adest. *Id per se dictum portendebat futura, præsertim cum illo anno contigerit postremis Ludis Circensibus, post quos Imperium statim ad Pertinacem pervenit.*

---

pecunia voti erant, ii primi de incerta. Atque ex his apparet Consules, aut Imperatores vovisse ludos, Senatum disposuisse de pecuniæ numero, Censores habuisse vim civili modo resistendi, si nimia imperata esset, Pontifex si non rite; sed ista Cæsarum tempore cessavere.

34 *Equile marmoreum*) Pausan. ὑπὲρ δὲ τὴν λίμνην φάτναι εἰσὶ λίθου τῶν ἵππων τοῦ Ἀρταφέρνου. *Supra lacum ex saxo præsepia sunt equorum Artapherni.* Patena dicitur a Vegetio lib. I. cap. LVI. *rei Veter. patenaque appellatur, hoc est, alveus ad hordeum ministrandum sit munda semper*; ministrandum, apponendum. Italis hinc *minestrare*, & *minestra* venit. κάπτη a Græcis dicitur, eo quod afflatu equorum sit fumida. Theon ad Aratum.

35 *Monile e gemmis*) olim equis monilia, ut nunc apud nos mulis. Virgil. lib. *Æneid.* VII.
Aurea pectoribus demissa monilia pendent.
Apul. lib. VI. *jubam istam tuam probe pectinatam meis virginalibus monilibus adornabo.*

36 *Volucri equo*) de alio equo ejusdem nominis inferius. Juv.
——— *nempe volucrem*
Sic laudamus equum.

37 *Nucleos*) Mitiora edulia, male interpretatur Apuleii Scholiastes cum glossula. Ipse *metamorph.* lib. VI. *Quas tibi gratias perhibebo, quos honores habebo, quos cibos exhibebo? jam primum jubam istam tuam probe pectinatam meis virginalibus monilibus adornabo, frontem vero crispatam prius decoriter discriminabo, sinu serico gestans nucleos (edulia mitiora) te meum sospitatorem quotidie saginabo.* Vide Lamp. *in Alogabalo.*

38 *Sagis fuco tinctis*) cape pro stragulo, sicut in *Othone* Suet. & Mart. lib. I. ad librum:
Audieris cum grande sophos, cum basia captas,
Ibis ab excusso missus in astra sago.

39 *Sepulchrum in Vaticano*) Ait Dio habuisse Adrianum Boristhenem equum, cui mortuo sepulchrum fecerit, columnam erexerit, epigramma inscripserit; sic Bucephalo Alexander. Mela lib. II. Plin. VI. & VIII. Solin. c. XLVII. Diod. Sicul. lib. XVII. Curt. lib. V. Justin. lib. II. Agell. V. Ammian. V.

40 *Postularetur.*) Juven.
Accipe victori populus quod postulat aurum.

41 *Dic mihi Tur.*) D. Ambrosius. *Soletis & Canum vestrorum originem, sicut divitum recensere, soletis & equorum vestrorum nobilitatem, sicut Consulum prædicare: ille ex illo patre generatus est: ille ex illa matre editus: illi avo illo gaudet, illis se patruis attollit; sed nihil istud currentem adjuvat; non datur nobilitati palma, sed cursui.*

42 *Plurima palma*) Sed quæ hæc gloria miserabilis, si demum dexterior equorum in campo Martio, Marti aræ admotus mactabatur? *October equus appellatur* (inquit Sex. Pomp.) *qui in Campo Martio, mense Octobri immolatur quotannis Marti, bigarum victricium dexterior; de cujus capite non levis contentio solebat esse, inter suburranenses, & Sacravienses, ut hi in Regiæ pariete, illi ad turrim Mamiliam affigerent, ejusdemque cauda tanta celebritate perfertur in Regiam, ut ex ea sanguis destillet in focum, participandæ rei divinæ gratia, quas hostias hic quidam Marti Bellico Deo sacrari dicunt, non ut vulgus putat, quod velut supplicium de eo sumatur, quod Romani Ilio sunt oriundi, & Trojani ita effigie equi sunt capti, &c.*

43 *Aurea pelle*) Operimento videlicet, quod lamellis in modum pili aptatis pellem referret. Lutat. ad illud Statii lib. XI. *Plumis, lamellis*, & Virgil.
Spumantemque agitabat equum, quem pellis ahenis
In plumam squamis auro conserta tegebat.

Fragmentum veteris inscriptionis, quæ in Basilica Principis Apostolorum de Urbe in tabula marmorea Romæ visitur, in qua multorum equorum Circensium nomina inscripta sunt ita:

NITIDO. ALB. LVP. II. TVSCO. CIN. FEST. II. DECORATO B. PINN. II. ITEM AFRIS. DLXXXIIII.
RAPTORE. R. IVN. T PVGIONE. B. QVAR. I. VIRILE. R. FVLV. I. ROMANO. R. SEN. I. PASSARINO. N. POMP. I.
SVPERBO. B. PRIM. I. BVBALO. R. ROM. I. POMPEIANO. B. HER. I. POLYNICE. N. R. APOLL. I. ROMVLO. B. P.
CRESC. I. ADSERTORE R. ITEM. ARMATO. N. DAT. I. ADSERTORE. N. DAT. I. DRAVCO. R7. ANDRIC. I.
VASTATORE. N. ITEM. II. DERECTORE. B. QVINT. III. PVGIONE. B. THALL. III. VALENTINO. N. THAR. IIII. R.
HILARO. R. CATVLL. I. FASTIDIOSO. F. CAT. III. LIBERO. B. VICT. I. POMPEIANO. N. VICT. III. VALENTINO
N. HEREN. R. MVRINO. M. P. EROT. I. FLORIDO. R. EROT. IIII. SAECLARE. B. ANT. VI. PETVLANTE. N. V.
FORT. II. PECVLIARE. R. K. FORT. IIII. VICTORE. R. HERM. II. TIBERE. R. HERM. IIII. ERVENDI. FELICISSIMO.
N. I. IVVENE. B. I. LVCIDO. B. I. TYRRHENO. F. III ITEM. CELS. FRVGIFERO. B. I. CVPIDINE. R. II. EXSORIENTE
R7. II. DELICATO. R. II. ITEM. SATVRO. B. I. SANCTO. R. I. PATRONO. R. I. GENTILE. R. II. HILARO. R. IIII.
ONES. I. MARONE. B. I. VALENTINO. N. I. FLORIDO. B. II. FELICE. B. VII. DELICATO. B. MATVR. XV.
LOLL. VIRILE. R. I. BARBARO. B. I. VICTORE. R. I. HEDERATO. B. I. PVRPVRIONE. H. II. SVPERBO. B. III.
GEMMVLA. R. VII. SVA. LYBIO. N. I. PRAESIDIO. B. XV. IVVEN. CIRRATO. R. II. SIGNIFERO. RVFO 7. XVI.
FELIC. TYRRHENO. F. I. AVNARA. B. I. PONTIFICE. B. XI. ADSERTORE. R. XII. TELESP. COTYNO. B. I.
BARBARO. B. IIII. AEGYPTO. N. IIII. POMPEIANO. N XVI. LICENTIOSO. R7. XI. P. XXXV. LEON. LVIII.
MVRRAN. B. I. ARISTA. B. V. NITIDO. M. R. VI. NITIDO. M. R. VIII. OCEANO. B. VIII. COTYNO B. XXX.
FAVST. CXXVIII. VALENTINO. N. I. CALLIDROMO. R. I. LVCIDO. B. I. CIRRATO. R. II. CENTAVRO. B. III.
MVRRA. R. XXI. EMINENTE. B. XXVIII. CALLINICO. B. LXXI. OLYMP. CLII. COTYNO. B. III. MAVRO
N. X. VIRILE. R. XXIII. INDO. N. CXVI. ITEM. HISP. ∞ CCCLXXVIII. NOTATO. B. GAI. I.
CALLINICO. K. GAI. I. ACCEPTORE. BK. CALL. I. CHRYSIPPO. R. SEST. I. REGALE. B. SABIN. I. PALLADIO. BK.
BASILL. I. MVRINO. M. P. BASILL. III. NOBILE. B. HEBEN. I. DECORATO. R. HVMEN. I. ROMVLA. R. PRISC. II.
PARATO. K. PRISC. V. PHAEDRO. N. FVSC. VI. SIRICO. R. TYR. VII. AMORE. K. AVIT. X. ITEM. REBVR. XXV.
NORICO. R. I. MYSTICO. R. IIII. ACEREO. B. XX. IT. ACHILL. XXI. NICOLAO. K. I. GELOTE. R. I. PERDICE. R. I
PALMATO. CIN. I. CELTIBERO. K. XVII. IT. MARC. LVI. INCLVTO. R. I. I. LICENTIA. N. I. LVPERCO. N. K. I.
DOMITIO. N. K. I. LATINO. N. K. IIII. GARRVLO. N. K. X. INGENVO. B. XXXVIII. ITEM. RELIQVOS. MANG.
SVPPEDES. IPSIVS. PERLEGES

Hanc Tabellam quo facilius percipiatur in sequentem formam digessi, ita ut primum equi nomen, deinde colorem; postea domini aurigæ appellationem, novissime præmiorum notas adjunxerim.

44 *Nomina Deest præmium.*

Equorum	*Coloris*	*Aurigarum*	*præmiorum.*
45 NITIDO	ALBO	LVPI	II
TVSCO	CINEREO	FESTI	II
46 DECORATO	BADIO	PINN.	II
* ITEM AFRIS			DLXXXIIII
47 RAPTORE	RVFO	IVNI	I
PVGIONE	BADIO	QVARTI	I
VIRILI	RVFO	FVLVI	I
ROMANO	RVFO	SENIORIS	I
PASSERINO	NIGRO	POMPEI	I
SVPERBO	BADIO	PRIMI	I
BVBALO	RVFO	ROMANI	I

Salluſt. *equis paria operimenta erant, quæ lintea ferreis laminis in modum plumis adnexerant*: ad hoc reſpexit, cum locutus eſt Petronius. *Plumatos auro Babylonico.*

44 *Nomina)* Nomina equis olim impoſita Stat. lib. I. *Theb.* 6.

—— ſtabuli de gente probatos
In nomen poſcebat equos.

Ovid. *Metamorph.* II.

Nec retinere valet, nec nomina novit equorum.

45 *Nitido)* Quia albus. Tuſco a patria ſic dictus: nomen enim equis vel a colore, ut Corax, hoc eſt, Corvinæ pellis inditur: badius, murinus: vel a celeritate, ut Tigris, Paſſerinus, incitatus, Volucer: vel a gente, ut Cappadox, Maurus, Parthus, Tuſcus: vel ab inſigni aliquo, ſive genitivo, ſive inuſto, ut Bucephali, Samphoræ, Cappatiæ ſigniferi.

46. *Decorato)* Victoriis, palmis videlicet.

* *Item Afris)* Afri qui Mauri, hodie *barbari*, de quibus libro XVII. ita Strabo. μικροῖς ἵπποις χρώμενοι, ὀξέσι δὲ, καὶ εὐπειθέσιν, ὥστ' ἀπὸ ῥαβδίου οἰακίζεσθαι. *Utuntur Lybes parvis quidem, ſed velocibus, & parere doctis equis, ita ut ſine fræno tantum virga gubernentur.*

47 *Raptore)* Quod aliis palmam præripiat. *Pugione* quod pugionis inſtar exilis, & penetrans ſit. *Virili* a vi, & robore. *Romano* a Patria. *Paſſerino* ab homonymi avitii velocitate. *Superbo*, ab inceſſu. Virg. —— *& greſſus glomerare ſuperbos. Bubalo*, a bubali colore. *Pompejano* a Domini nomine. *Polynice*, quod pluries fuerit victor. *Romulo*, ſic dictus in Romuli Circenſium inſtitutoris honorem. *Adſertore*, quod decoris ſuæ factionis eſſet adſertor. *Drauco*, a teneritudine inſtar Draucorum. *Vaſtatore*, quia impetu cuncta disjiceret. *Directore*, a recto currendi ordine. *Valentino*, quod polleret curſu. *Hilaro*, a qualitate animi læti. *Faſtidioſo*, quod ſervitia faſtidiret. *Libero*, quia vinculorum impatiens. *Murinus*, a colore muris, nempe ſubniger. Pallad. in menſe Martio, *Murinus obſcurior. Florido*, quod guttatus, & florum inſtar varius. D. Hierony. *in Eſaiam* cap. LXVI. vel varii (equi) in virtutibus. *Sæculare*, ab anno ſæculari, in quo natus. *Petulante*, laſciviente nempe. *Peculiare*, ab augendo Domini peculio victoris. *Victore*, a vincendo. *Tibere*, veluti Romano. *Feliciſſimo*, quod felix in victoriis eſſet. *Juvene*, quia nuper in Circum adductus. *Lucido*, idem quod nitidus, a pili ſplendore. *Tyrrheno*, a patria. *Frugifero*, hoc eſt, peculiaris, ac Domino tamquam ſervus utilis. *Cupidine*, quia pulcher, & velox. *Exoriente*, cum equis Solis comparandus, encomiaſtice. *Delicato*, ab inceſſu molli, aut ore tenero. *Saturo*, a voracitate: ſic Saturio Perſona Plautina. *Sancto*, ſpectabilis; dicimus vulgo *di riſpetto*. *Patrono*, factionis Protectore. *Gentile*, nobili ex ſtirpe equorum gentilitia. *Matrone*, matronalis inceſſus, ſicut nunc etiam vocantur. *Barbaro*, Phrygio; Phryges enim proprie barbari dicti ſunt. *Hederato*, ſcutulatus ad hederæ formam. *Purphyrione*, quod colore purpuræ gauderet. Solin. cap. XLVII. *quidam enim equorum colorum varietate provocantur. Gemmula*, delicium, & corculum Domini. *Lybio*, a patria. *Præſidium*, factionis tutamen. *Cirrato*, a Cirris. *Signifero*, a ſigno & uſtura coxali. *Lunare*, quod fronti lunulam præferret, ut Diomedis equus:

Ὃς τὸ μὲν ἄλλο τόσον φοῖνιξ ἦν, ἐν δὲ μετώπῳ
Λευκὸν σῆμ' ἐτέτυκτο περίτροχον ἠΰτε μήνη.
Corpore rufus erat toto, ſed candida ſignum
Luna dabat media vultu nitidiſſima fronte.

inquit Hom. *Iliad.* Ψ. *Pontifice*, a Domino. *Cotyno*, quod velox, κοτὺ velociter. *Ægyptio* a patria. *Licentioſo*, veluti petulanti, & laſcivienti. *Palmæ*, deeſt cujus ſint. *Murra*, quod potu murrinæ delectaretur, de quo Agellius & Plautus tradidere. *Ariſta*, quia item ariſtas ante cæteras herbas in cibum adpeteret. *Oceano*, quia velox, ὠκὺς celer. *Callidromo*, a pulchro inceſſu. *Centaurio*, a judicio mirabili, ita ut ſemivir videretur. *Eminente*, ante omnes excellente, ſic in Tab. *Hieroclis*: *omnium agitatorum* eminentiſſimus. *Callinico*, quia pulchre, ac ſplendide victoriam reportabat. *Indo*, a patria. ſignum hic detritum ego puto, atque eſſe Ρῶ ἀντεστραμμένον, ſic ϙ. hoc enim eſt κόππα, ex quo *Coppatiæ* dicti ſunt equi apud veteres. Heſych. κοππατίας· ἵππος κεκαυμένος ἐπὶ τοῦ γλουτοῦ ἔχων σημεῖον τὸ κόππα, ὅ ἐστιν ἐπεστραμμένον Ρῶ. *Coppatia: equus inuſtus cuſum ſignum habens coppa, quod eſt* ρ *inverſum*. Male Scholiaſtes νεφελῶν Ariſtoph. κοππατίας ἐκάλουν, οἷς ἐγκεχάρακτο τὸ κ. στοιχεῖον. cum κόππα dicere debuiſſet. Præterea Σαμφόραι non ſunt iidem quod Coppatiæ, ut videtur ipſemet Scholiaſtes velle: ſequitur: ὡς Σαμφόρας τοὺς ἐγκεχαραγμένους τὸ σῖγμα. τὸ γὰρ σῖγμα καὶ τὸ κ. χαρασσόμενον Σὰν ἔλεγον. *ſicut Samphoras, quibus ſigma inuſtum eſt, appellabant, ſigma enim & cappa inſculptum dicebant San.* nam hic Samphoræ cum Coppatiis confunduntur. Coppatiæ habebant ρ inverſum, nempe ϙ ſculptum, Samphoræ autem Antiſigma, & πτ, ut ſint quaſi ſanpitæ cum hoc caractere πτ. ſigma enim non modo ita Σ, ſed etiam veluti noſtra Latina

Nomina *Equorum*	*Coloris*	*Aurigarum*	*præmiorum.*
POMPEIANO	BADIO	HERCVLIS	I
POLYNICE	NIGRO	RVFO APOLLONI	I
ROMVLO	BADIO	CRESCONIS	I
ADSERTORE	RVFO	ITEM	I

tertia litera C cornibus proeminentibus, unde ſigma ſtibadium, & menſa eſt, & in ipſa cornua nominantur a Juven.

Cornibus in ſummis devitet ponere membra.

hoc eſt, primo loco cubare Ͻ, & π intus C fit πϽ, & hoc erat inuſtum ſignum Samphoris: præterea Σὰν πῖ pro noningentis accipiunt, coppa ἐπίσημον ἐννενήκοντα ſignificat nonaginta: de trochi illa figura terrea quam τεισίππον vocabant & inurebant equis pro ſigno, in Zenobii Centuria Proverbiorum ſic legitur. εἴρηται δὲ ἀπὸ ϛρατιωτικῶν ἵππων, οἷς γηράσκουσιν ἐπέβαλον τὸ καλούμενον τεισίππον. ἐϛὶ δὲ τοῦτο σιδηροῦς τροχίσκος, οἱονεὶ δημόσιος ὡς χαρακτὴρ τροχίσκος. ὃν ἐκπυροῦντες ἐπέβαλον ταῖς σιαγόσι τῶν ἵππων. Et videtur id factum quaſi Ædilis officio, ne in emptione palpus fieret. *Notato*, notam habens coxalem ſive in pectore. *Acceptore*, braviorum videlicet. *Chryſippo*, ditiſſimo jam ob præmia. *Regale*, ob formæ excellentiam. *Palladio*, equum Trojanum magnitudine referente, qui Palladis arte factus eſt. *Nobile*, ex nobili genere generoſo. *Parato*, indefeſſo, ſemper ad currendum parato. *Phædro*, illuſtri ob victorias. *Sirico* a Patria. *Amore*, ſicut cupidine ante. *Norico* a Patria. *Myſtico*, muris inceſſu, & arcano decurrente. *Nicolao*, victore in populo factionis ſuæ: factionem dici populum ſatis demonſtravimus ſicut coloris palmæ. *Gelote*, hilari. *Pernice*, celeri. *Palmato*, palmis nobili; *Celtibero* a patria. *Luperco* a diſcurſione celeri, quam luſtrando urbem Luperci faciebant, non enim recte a pelle equum hunc dici affirmaverim. *Domitio*, quod egregie domitus. *Latino* a patria. *Garulo* nimis frequenter hinniente: *Ingenuo*, Generoſa ſtirpe orto: ſimilia nomina habet Xenophon de re equeſtri. οἱ θεώμενοι τὸν ἵππον τοῦτον ὑποκαλοῦσιν ἐλευθέριον, καὶ ἐθελουργὸν, καὶ ἱππαστὴν καὶ θυμοειδῆ, καὶ σοβαρὸν, καὶ ἅμα ἡδύν τε, καὶ ἅμα γάργον εἶδειν. *Talem qui ſpectant equum, & Ingenuum appellant & Paratum, & Oceanum, & Virilem, & Faſtuoſum, & Gemmulam, & Superbum.* ita verti. At quia interim in Tabula legitur *Notato Badio Cai*, & in Drauco Rufo, aliique ſignum hujuſcemodi eſt, non abſurdum judicavi notam eſſe illam ſigni equini affirmare, ex vetuſtiſſimo more. Anacr. in Amantes.

Ἐν ἰσχίοις μὲν ἵπποι
Πυρὸς χάραγμ᾽ ἔχουσι.
Equi ſolent inuſtum
Coxis habere ſignum.

Claud. de equis Plut.

Orphnæus crudele micans, Æthonque ſagitta
Ocyor, & Stygii ſublimis gloria Nycteus
Armenti, Ditiſque nota ſignatus Alaſtor.

Virg. lib. I. Georg.

Continuoque notas, & nomina gentis inurat.

bene nomina, nam poſſeſſoris nomen imponebatur etiam. Calphur. eclog. V.

Impreſſurus ovi tua nomina: nam tibi lites
Auferet ingentes lectus poſſeſſor in aure.

Sic lege non auro; nam in aure ſignabantur interiori cute bruta iſta minora, vel Perſio de ſue referente,

—— *& fixa ſinciput aure.*

fixa, non enim transfixa eſt, ſed charagmate inuſta a ſigo: ſic figere vota, pro apponere, & ſignare Pallad. Janu. *Hoc menſe, ſicut Columella docet, maturi agni, & animalia omnia minora, atque majora charactere ſignentur.* Idem Aprili: *nunc locis calidis tondeantur oves, & ſerotini fœtus hoc menſe ſignentur*; ferro ſcilicet candente: ferrum hoc ſignum vocavit lib. *ling. Lat.* VI. Varro. *Quare & ſignum candens in pectore:* forcipem Nonius in verbo *ſignare*. *Signare oportet frontem calida forcipe*: *candente lamina* dixit Horat. lib. I. epiſt. XV. quod ferrum cauterem vocavit Pallad. lib. II. cap. XLIII. *Item cauteres, caſtratoria ferramenta, atque tonſoria.* ſignabantque ita animalia, ut poſſet ipſa Dominus recognoſcere; *Dignorare* dicebant veteres. Feſtus. *Dignorant, ſigna imponunt, ut fieri ſolet in pecoribus.* Hæc equis quandoque in dorſo Apul. lib. ult. *nec non equum quoque illum mecum reducentibus, quem diverſis diſtractum notæ dorſualis agnitione recuperarunt.* quandoque in coxis, ut ex Anacreonte attulimus, & Ariſtophanes probat in *Nebulis*: οὐδ᾽ ὁ ζύγιος οὐδ᾽ ὁ σαμφόρας. *Nec ſubjugalis, nec ſamphora.* ubi Interpres: σαμφόραι δὲ οἱ σῆμα ἔχοντες περὶ τὸν μηρὸν καὶ διὰ τὸ μ. καὶ φ. γράφεται. *Samphoræ equi: qui ſignum in coxa habent* μ. *&* φ. ſculptum quandoque in malis, & imprimebatur in iis nota ad rotulæ ſpeciem, quæ ἵππου τροχὸς dicebatur, ut equi ſenectutem oſtenderet; putoque id fuiſſe ædilitio veluti edicto obſervatum. Varia quidem ſigna imponebantur aut Dominorum, ut diximus, aut generis equorum nota, nonnunquam bovis capita, unde & Bucephali dicti ſunt: pluresq; Buceph. fuiſſe narrat Tzetza Chil. I. c. XXIIX. ad illud Ariſtoph. ἐγώ σοι βουκέφαλον ὠνήσομαι, *Ego tibi bucephalum emam*, Schol. βουκέφαλος ὁ ἵππος τοῦ Ἀλεξάνδρου ἐκέκτητο, οὐχ ὡς τινὲς οἴονται ὅτι βοὸς κέρατα ἔχειν. τοῦτο γὰρ ψευδὲς, ἐκοσμεῖτο γὰρ ὑπὸ Ἀλεξάνδρου χρυσοῖς, ἀλλὰ ὅτι οὕτως ἐν Θεσσαλίᾳ ἐκαλοῦντο οἱ ἵπποι ἔχοντες ἐγκεκαυμένον βουκράνιον. *Bucephalos Alexandri fuit equus; non ut quidam arbitrantur, quia cornua bovis habuerit: falſum enim eſt, ornabatur & quod propterea ab Alexandro auro linendo illi cornua. ſed quia ſic in Theſſalia equi appellantur, habentes caput bovis inſculptum.* Bucranion vero herba eſt, quæ vires maximas habere creditur, Theoph. Plin. & Dioſc. teſtibus, qua utebatur contra Theſſalorum cantamina, & magicas artes, ne qui faſcino poſſent vitiari, cum maxime faſcino ſint obnoxii equi ob invidiam, ut lib. II. cap. primo dicemus.

Nomina Equorum	*Coloris*	*Aurigarum*	*præmiorum.*
ARMATO	NIGRO	DATIANI	I
ADSERTORE	NIGRO	DATIANI	I
DRAVCO	RVFO ⁊	ANDRICI	I
VASTATORE	NIGRO	II.	ITEM
DERECTORE	BADIO	QVINTI	III
PVGIONE	BADIO	THALLI	III
VALENTINO	NIGRO	THARSI	IIII
HILARO	RVFO	CATVLLI	I
FASTIDIOSO	FVLVO	CATVLLI	III
LIBERO	BADIO	VICTORIS	I
POMPEIANO	NIGRO	HICTORIS	III
VALENTINO	NIGRO	VERENI	V
MVRINO	MAVRO	PVLLO. EROTIS	I
FLORIDO	RVFO	EROTIS.	IIII
SAECLARE	BADIO	ANTONI	VI
PETVLANTE	NIGRO	FORTVNATI.	II
PECVLIARE	RVFO. KAESIO	FORTVNATI	IIII
VICTORE	RVFO	HERMETIS	II
TIBERE	RVFO	HERMETIS	IIII
FELICISSIMO	NIGRO	ERVENDI	I
IVVENE	BADIO		I
LVCIDO	BADIO		I
TYRRHENO	FVLVO	III	ITEM
FRVGIFERO	BADIO	CELSI	I
CVPIDINE	RVFO		II
EXSORIENTE	RVFO		II
DELICATO	RVFO	II.	ITEM
SATVRO	BADIO		I
SANCTO	RVFO		I
PATRONO	RVFO		I
GENTILE	RVFO		II
HILARO	RVFO		IIII
MATRONE	BADIO	ONESIMI	I
VALENTINO	NIGRO		I
FLORIDO	BADIO		II
FELICE	BADIO		VII
DELICATO	BADIO	MATVRI	XV
VIRILE	RVFO	LOLLIANI	I
BARBARO	BADIO		I
VICTORE	RVFO		I
HEDERATO	BADIO		I
PVRPVRIONE	NIGRO		II
SVPERBO	BADIO		III
GEMMVLA	RVFO		VII
LYBIO	NIGRO	SVAVIS	I
PRAESIDIO	BADIO		XV
CIRRATO	RVFO	IVVENTI	II
SIGNIFERO	RVFO ⁊		XVI
TYRRHENO	FVLVO	FELICIS	I
AVNARA	BADIO		I
PONTIFICE	BADIO		XI
ADSERTORE	RVFO		XII
COTYNO	BADIO	TELESPHORI	I
BARBARO	BADIO		IIII
AEGYPTO	NIGRO		IIII
POMPEIANO	NIGRO		XVI
LICENTIOSO	RVFO ⁊		XI
PALMAE			XXXV
AVRIGAE LEONIS PRAEMIA			LVIII
MVRRA	NIGRO	BADIO	I
ARISTA	BADIO		V
NITIDO	MAVRO	RVFO	VI
NITIDO	MAVRO	RVFO	VIII
OCEANO	BADIO		VIII
COTYNO	BADIO		XXX
FAVSTI AVRIGAE PALMAE			CXXVIII
VALENTINO	NIGRO		I
CALLIDROMO	RVFO		I
LVCIDO	BADIO		I
CIRRATO	RVFO		II
CENTAVRO	BADIO		III

Nomina Equorum	*Coloris*	*Aurigarum*	*præmiorum*
MVRRA	RVFO		XXI
EMINENTE	BADIO		XXVIII
CALLINICO	BADIO		LXXI
	AVRIGAE OLYMPI PRAEMIA		CLII
COTYNO	BADIO		III
MAVRO	NIGRO		X
VIRILE	RVFO		XXIII
INDO	NIGRO		CXVI
	ITEM HISPONIS AVRIGAE PRAEMIA		∞ CCCLXXVIII.
AEGYPTO	NIGRO		IIII
POMPEIANO	NIGRO		XVI
LICENTIOSO	RVFO 7		xI
PALMAE			XXXV
NOTATO	BADIO	GAI	I
CALLINICO	KAESIO	GAI	I
ACCEPTORE	BADIO KAESIO	CALL.....	I
CHRYSIPPO	RVFO	SESTI	I
REGALE	BADIO	SABINI	I
PALLADIO	BADIO KAESIO	BASILIEIDIS	I
MVRINO MAVRO	PVLLO	BASILIEIDIS	III
NOBILE	BADIO	HEBEN.....	I
DECORATO	RVFO	HVMENEI	I
ROMVLA	RVFO	PRISCI	II
PARATO	KAESIO	PRISCI	V
PHAEDRO	NIGRO		VI
SIRICO	RVFO	TYRRHENI	VII
AMORE	KAESIO	AVITI	X
	ITEM REBVRAE AVRIGAE P.		XXV
NORICO	RVFO		I
MYSTICO	RVFO		IIII
ACEREO	BADIO		XX
	ITEM ACHILLIS AVRIGAE P.		XXI
NICOLAO	KAESIO		I
GELOTE	RVFO		I
PERDICE	RVFO		I
PALMATO	CINEREO		I
CELTIBERO	KAESIO		XVII
	ITEM HISPONIS AVRIGAE PRAEMIA		∞ CCCLXXVIII.
	ITEM MARCI AVRIGAE PRAEMIA		LVI
INCLVTO	RVFO		II
LICENTIA	NIGRO		I
LVPERCO	NIGRO KAESIO		I
DOMITIO	NIGRO KAESIO		I
LATINO	NIGRO KAESIO		IIII
GARRVLO	NIGRO KAESIO		X
INGENVO	BADIO		XXXVIII

ITEM RELIQVOS MANGONES SVPPEDES
IPSIVS PERLEGES.

[48] De equorum coloribus aliquot M. Varro apud Nonium Marcellum. *Equi colore* A *dispares. Item nati sic badius, iste fulvus, ille marinus, &c.* Palladius *de re rustica*

48 *De equorum Coloribus)* Isid. *Orig.* lib.XII. *color hic præcipue spectandus Badius, Aureus, Roseus, Myrteus, Coccineus, Gilvus, Glaucus, Scutulatus, Canus, Candidus, Albus, Guttatus, Niger; sequenti autem ordine varius ex nigro badioque distinctus: reliquis varius color vel cinericius deterrimus.* D. Hieronymus *in Esaiam* cap.LXVI. *Et sequebantur eum variorum colorum equi, vel in martyrio rubri, vel sturnini in volatu, vel varii in virtutibus, vel candidi in virginitate.* Nos adhuc *Stornelli* vocamus: corax sane a nigredine pili dicitur, φοίνιξ ruber est: κυανὸν modo est λευκόν, modo πυῤῥὸν χρῶμα apud Hesych. De Rufo, & Nigro equis Pausanias ita *in Elæis*. Επιγέγραπται δὲ καὶ τῶν ἵππων τὰ ὀνόματα φοίνιξ, καὶ Κόραξ.

lib. IIII. cui index est *Martius* Titulo XIII. *Colores equorum præcipui badius, aureus, albineus, russeus, mureus, cervius, gilbus, scutulatus, albus, guttatus, candidissimus, niger pressus, sequentis meriti varius cum pulchritudine, nigro vel albineo, vel badio mistus, canus cum quovis colore, spumeus maculosus, murenus obscurior.*

Equos in Circo currentes *cantherios* ubique vocat Arnobius in lib.VII. *Qui cantherios frustra, & sine ulla ratione currentes spectatum proficiscantur e cœlo,* [49] *gaudeantque ex his* [50] *alios transire pronos, & cernuos ruere, cum curribus resupinos vehi, trahi alios debiles, & cruribus claudicare præfractis, quis est qui eos Deos esse dicat.*

CAP. XIV.

De ratione currendi ludis Circensibus & cursus mysteriis, significationibusque.

CIRCI Maximi descriptione facta, & curruum, cursorumque generibus explicatis, illud superest, ut qua ratione circa metas in Circo cursitarint, exponam. Quæ ut facilius intelligantur, quædam altius repetam, ad totius argumenti cognitionem maxime necessaria. Media Circi harena, inter duas metas surgebat murus, sive moles quædam lateritia, latitudine circiter duodenum pedum, quattuor vel plus minus altitudine, longitudine vero omnem fere Circi aream complectens, spatio tantum ex utraque extremitate illius molis, & Circi relicto, quantum equi currentes, eam circuire possent. Id ex his sex nomismatibus hac tabella delineatis intelligitur, quorum primum est Alexandri Mamææ, Secundum & Tertium Trajani, Quartum & Quintum Neronis, Sextum navis instar circum quam currunt, quod novum est factum Severi, quibus præter Spinam, metas, obeliscos, Cybelen, ova, delphinos, columnas, aras, ædiculas, etiam venationem & aurigandi modum agitatoris coronati inspicere licet.

[51] Hanc Spinam Circi vocari existimo, de qua sic scribit Cassiodorus: *Spina infelicium captivorum sortem indicat, ubi Duces Romanorum super dorsa hostium ambulantes,*

ἑκατέρωθεν δ' οἱ παρὰ τὸ ζύγον. κατὰ μὲν τὰ δέξια Κνακίας, ἐν δὲ τῇ ἀριστερᾷ Σάμος. καὶ ἐλεγεῖον τὸ δ' ἐστὶν ἐπὶ τῷ ἅρματι.

Κλεοσθένης μ' ἀνέθηκεν ὁ Πόντιος ἐξ Επιδάμνου.
Νικήσας ἵπποις καλὸν ἀγῶνα Διός.

Scripta etiam sunt equorum nomina Rufus, & niger; seorsim *qui subjugales sunt: a dextra vero Gnaciæ, & ad lævam Samus; breveque elegidion supra currum.*

Cleosthenes posuit me Pontius ex Epidamno,
Victor equis palma clarus olympiaca.

Sed de Coloribus equorum, ac de iis vide Virgil. lib.III. *Georg.* Varr. lib. I. *Rei rustic.* Pallad. Mense Martio tit.XIII. Oppianum, Pollucem lib.I. Xenophontem *de re equ.* Agellium lib.II. Aristot. *de nat. anim.* Plin. lib. IIX. Solin. cap. XLIV. ex recentioribus Cardanum *de variet. rerum* lib.I.cap.XXXIII. Griton.lib.*de equit. arte.* Aldrovandum *de Quadruped.* lib.I. Cantherios. *κάνθων* inquit Schol. Aristoph. *κυρίως ὁ ὄνος;* & ex Asello postea tale nomen crediderim ad equos derivasse. Canthari vero animalcula, quod ex urina asini gignantur, nomen cepere; sed ut ad etymologias deveniamus ad hanc rem spectantes, *ἵππος ἀπὸ τοῦ ἵπτασθαι τοῖς ποσὶ* nuncupatur, *καβάλλης caballus ἀπὸ καταβάλλειν τὰς ὁπλάς.* Mannos vero, qui dicunt nominari, quod manibus ducantur, ducuntur ipsi: ab origine enim Græca sic dicuntur. Proprie enim manni equi sunt, qui collo jugato essedum, quidve simile trahunt; *μάννος* siquidem teste Schol. Theoc. Edyll.XI. *ἐστὶ περιτραχήλιος κόσμος τὸ λεγόμενον μαννάκιον:* hinc *μαννοφόροι* qui mannos, millos gestitant canes. Equulei igitur essedum trahentes *ἀπὸ ζύγου ἀμφιλόφου*, hoc est, *ἀπὸ μάννου*, a manno sunt dicti. Nos etiam ferrum carnificis Italice *mannaia* appellamus, quod collo rei imponatur.

49 *Gaudeantque*) Demosthenes in Erotico *πολλῶν τρυλλέντων ὡς ἐν τοῖς ἱππικοῖς ἀγῶσι ἡδίστην θέαν παρέχεται τα ιαυαζ - τα.*

50 *Alios transire*) Auson. de equo Phosphoro.

Promptum & veloces erat anticipare quadrigas:
Victores etiam vincere laus potior.

51 *Hanc spinam*) Cum non nisi in Cassiodoro hujus spinæ mentio reperiatur, & ipse de suo rationem rei tantum adferat, non satis queo acquiescere; tamen hanc esse omnino spinam, de qua Cassiodorus agit ex sententia Onuphrii non dubito. Credo etiam dictam potius spinam quod velut in medio hominis ipsa sita est, ita hæc Circi inquit Hom. *Odyss.* K.

Τὸν δ' ἐγὼ ἐκβαίνοντα κατ' ἄκνηστιν μέσα νῶτα
Πλῆξα.
Hunc ego venientem juxta spinam medio ipso dorso
Percussi.

Silius Ital.

—— ceu missile telum
Conversis in terga jacet Telesinus ad ossa
Illiso saxo, qua spina interstruit artus.

ordinat enim membra spina, ut in medio posita, sicut carina navem. Ovid. XIV. *Metamorph.*

Quodque sinus fuerat, latus est: mediisque carina
Subdita navigiis Spinæ mutatur in usum.

Cæterum spina hæc *πέλμα* a Cedreno dicitur. Glossæ *πέλμα, τὸ μεταξὺ τῶν καμπτήρων.* Quod medium est inter utramque metam. Statius umbonem vocat lib.VI. *Theb.*

—— hunc saxeus umbo
Arbiter Argolicis finem jacet inter utrumque
Quale quater jaculo spatium ter arundine vincas.





SEX·LVDORVM CIRCENSIVM·NVMMI AD·VERAM·EORVM·IMAGINEM





EXPRESSI ONVPHRII PANVINII·VERONENSIS OPERA·ET AENEIS SIGNEIS





laborum suorum gaudia perceperunt. Nam quum illud constet, spinam structuram quandam in Circo fuisse, hancque lateritiam molem nomine carere, nihil aptius esse existimavi, ex omnibus Circi partibus, vel ornamentis, cui nomen hoc tribueretur, præsertim quum ea moles metaphorice *Spina* recte dici possit, a piscium, & hominis osse in dorso producto, qui *Spina* dicitur, appellatione accepta. Quæ recte (ut ait Cassiodorus) captivorum sortem indicare videtur, super quorum dorsa Romani insiderent duces, quum super eam multa mysteriorum ornamenta fuerint, de quibus paulo infra dicam. Spinam quidam intellexere obeliscum, vel columellam aculeatam, quæ statuam equestrem teneret hoste conculcato, qualem Domitiani equum fuisse Statius docet, & alteram Trajani veteres nummi ostendunt. Cæterum vero propius est, molem illam lateritiam (de qua supra dixi) fuisse; in cujus singulis extremitatibus, pari intervallo, singulæ [52] metæ, seu termini collocati erant, super quos tres erant sum-

---

ubi vides finem utrumque metas dicere, ac differentiam inter jaculum, & arundinem ponere. Umboque ipsi dicta est spina illa, quod veluti umbilicus in medio campi erat, ut umbo in clypeo: nec aliter vetus Poeta ἐπ' ὄρεος ἐμβώνεσσιν; ad montis umbonem. Virgil. objectum montis vocavit lib. I. *Æneid.*

Efficit objectu laterum.

Spina agger est Virgilio: sed ipse more Græco facit in aggere spectatores considere. Vide in Circo Olympico Pausaniam. Ait Virgil. lib. V. *Æneid.*

Et tuba commissos medio canit aggere ludos.

Et Juvenalis magis Virgilium quam rem imitatus.

Plebejum in Circo positum est, & in aggere fatum.

At cum de hac spina loquimur, de illa veteris Circi intelligamus oportet, qui tempore majorum Cæsarum fuit; nam Romanum Circum fuisse mysteriis immutatum, conjecturis adducor, non tamen probationibus distitutus, quando etiam id ex veteribus iconibus licet inspicere. Sequiori inquam seculo, puta Tertulliani, Circus Romanus Euripum non in ambitu arenæ, sed in medio habebat, quæ postea typus Constantinopolim delata est, & in Hippodromo viguit, atque ita ibi spina erit Euripus. Vetus epigramma, quod de Circo Romano ultimo proculdubio loquitur:

Namque axes gemini ortum, obitumque notant,
Atque his Euripus quasi magnum interjacet æquor,
Et medius Centri summa obeliscus obit:

Axes metæ hic; quibus interjacet Euripus: nam si circumdaret metas Euripus in Circo epigrammatis, non probe dixisset *interjacere*. Spina ita hic Euripus, non quia aqua ibi effluebat, sed fortasse quoniam instar Euripi Euboici, qui septies abit, reditque, currebant circum ipsum septies quadrigæ. Præterea ostendit id quoque Servius *Æneidos* IX. ubi de Phalarica: *Unde & in Circo phalæ divisiones inter Euripum, & metas, & quod ibi constitutis ad tempus turribus, in his telis pugna edi solebat*. Ecce inter Euripum, & metas phalæ; nec te illud *ad tempus* decipiat, ut putes in spatiis fuisse phalas, inter Euripum priscum, & metas: nam turres, quæ detraherentur ad tempus, conflatas intelligit loca ovorum Castorum, in quibus turres ad tempus, ut telis pugnaretur, instruebantur; nam aliter quomodo illud Tertulliani *de Spect.* verum esset, cum dicit? *Suo mater magna præsidet Euripo*. Si in spina lateritia Deæ magnæ simulachrum ponitur, & Euripus arenam ambit prope gradus Circi veteris, non tam Cybele præerit Euripo, quam Ara Consi: quapropter credendum est, mutatam fuisse Circi faciem in Euripo, si tempus Augusti, & Tertulliani spectes: in ripis Euripi fatebor interim omnia illa ornamenta fuisse collocata, quæ in spina prioris Circi collocabantur; vel ex conjectura, quam mihi idem Tertull. *adversus Hermog.* facit: *Civitas extruxit theatrum: scena erat talis, & statuæ super Euripum*. Ubi nota etiam in theatro fuisse Euripum, ut nos alibi: Illud interim non prætereibo, a vetusto Poeta, dum de re syderea agit, metaphora a Circo sumpta, aggerem appellatam Terram hoc modo:

—— dum lumina fratris
Detinet umbriferis metis: tunc sidere casso
Pallescit teres umbra rotæ, dum transeat axem
Aggerei velox tumuli.

in iis aggeribus Heroum tumuli, prope quos certamina edebantur, erant positi: in medio stadii Iolai fuit sepulchrum. Ode IX. *Olym.* Schol. cum ita etiam Euristhei monumentum collocaretur, imbris, ac undarum vi est deturbatum, Junone tunc improspera, sicut & illud Ceycis. Hesiod. *in Clyp. Herculis* teste.

52 *Metæ*) Metæ in extremis spinæ partibus erant, eæque duæ: prima quæ proxima carceribus, altera quæ in fine Circi, & *ulterior* a Sidonio appellatur *ad Consent.*

Ut meta ulterior remisit omnes.

in prima illa, nempe ad carceres, neque labor, neque timor erat ob patens spatium, in secunda; quia modicus erat campus, periculum inibatur, nam angustius ibi campi, & arenæ spatium. Sidon. hoc describit.

Consumpto spatio patentiore
Campus clauserat arctus arte factus,
Per quem longa humilem duplamque muro
Euripus sibi machinam tetendit;
Ut meta ulterior remisit omnes,
Fit collega tuus, &c.

mitates, ovorum ſimilitudine factæ & trianguli ſpecie pari utrinque intervallo collocatæ, ut ex tabellis a me in hoc libro locatis videri poteſt, de quibus Juvenalis Satyra VI.

A

Si mediocris erit, ſpatium luſtrabit utrumque
Metarum, & * *ſortes ducet* 53 *frontemque*
manumque

Perſius Satyra III.

---

quas etiam anguſtias in ludicro Achillis ad ſecundam metam ponit Homerus *Iliados* ⸸. in prima meta periculum non ob anguſtias, ſed deſiderio compendii erat, ne ſi laxior gyrus peteretur, ſiniſtram occuparet æmulus, quæ pars ſemper potior, ut dicemus: hinc juxta artem Sidonius de ſecunda meta intelligens,

Hic compendia flexuoſa metæ unus dum premit incitatus.

atque id omne vitæ humanæ ratione, cum in exordio vitæ mirum humana conditio æſtuet, quæ in ſecunda meta, hoc eſt, in medio ætatis curriculo periclitetur. Prudent. *in Sym.*

Cujus planitiem longo tranſmittere tractu
Circinus excurrens meta interiore laboret.

Interior meta ipſi ultima. Diximus ſiniſtriorem curſum eſſe potiorem, nec mirum, nam magis ſe ſpina, & meta clauditur; unde compendioſior via. Ovid. lib. *amor.* III.eleg.II.

Quid facis infelix? perdis bona vota puellæ,
Tende precor valida lora ſiniſtra manu.

Lucan. IIX. *Pharſ.*

——, *non ſic moderator equorum*
Dexteriore rota lævum cum circuit axem
Cogit inoffenſæ currus accedere metæ.

recedit itaque dexteriore rota. Statius:

Speravit flexæ circum compendia metæ
Interius ductis Phœbejus augur habenis
Anticipaſſe viam.

Virgil. in nav. certam.

—— *dum proram ad ſaxa ſuburget*
Interior.

Metæ forma deſcribitur a Tacito lib.hiſt.II. *Simulachrum Deæ non effigie humana continuus orbis latiore initio tenuem in ambitum metæ modo exurgens.* Pyramis ergo meta, nam Venus (inquit Max. Tyrius) a Paphiis colitur, ejus ſimulachrum nullæ rei magis ſimile, quam albæ pyramidi: in ipſa meta circuli quidam ad ornamentum decurrebant: ex eo Ammiani colligo lib.XXIIX. *receptis anulis, quos, ne violentur humoribus, famulo tradiderat, digitis ut metatis abiit*: atque ita digiti metati erant, qui tribus annulis inſigniti; quolibet enim articulo digiti anulum delicati apponebant: ita illud Horat. intelligendum:

Nunc tribus anellis, nunc læva Flavus inani.

Senec. *Natur. Quæſt.*lib.VII. cap.XXXI. *exornamus anulis digitos, & in omni articulo gemma diſponitur*; ita & triplici corona, ut alibi adnotavi, ornabantur; geſtabant ſiquidem ſertum in collo, in fronte, ac in vertice. Clemens Alexand. molle, ac fœmineum imputat ſummo articulo, nempe dicti ſumma parte anulum geſtare. Phæd. lib.III.cap.II. τὸν δακτύλιον ἐκ ἐφ᾽ ἄκρῳ non ἐφ᾽ ἄρθῳ φορητέον τοῖς ἀνδρᾶσι, γυναικεῖον γὰρ τοῦτο: ſummo articulo dixit, extremo articulo Petronius: *extremo vero articulo digiti ſequentis minorem*: neque apud Senec. articulus eſt digitus, nam ibi inquit: *Exornamus anulis digitos, & in omni articulo gemma diſponitur.* Metati igitur anulis digiti ſunt, quibus triplici articulo, tres anuli inſerebantur: ſed ita de articulo teſtimonium exhibet lib. V. *Chronicon* cap.I. Cæl. Aurel. *Demonſtrativum digitum, quem Græci λείχανον, ſive δεικτικὸν dicunt, inferior articulo involutis inurunt cauteriis.* Sed de anulis Deo favente ap. Juvenalem dabimus plena manu.

* *Sortes ducet*) Sortes non modo in Circo, ſed locis publicis fere omnibus, & triviis exponebantur a ſortilegulis. *Theb.* lib.I.eleg.III.

Illa ſacras pueri ſortes tres ſuſtulit, illi
Rettulit a triviis omnia certa puer.

Et pueris exponebantur, quippe innocentioribus. Lampr. in *Alex. Sev. Cum vatem conſuleret de futuris, hos accepiſſe dicitur verſus adhuc parvulus, & primus quidem ſortibus; Te manet imperium cœli, terræque mariſque;* ex libro nempe divino, qui ſtatim, ac aperiretur ſortem vaticinante caſu in primis literis obſerret. *Sortilegi* enim ſunt, inquit Iſidorus, *qui quacumque ſcripturarum inſpectione futura promittunt*: factum in Virg. id ſæpiſſime, idem in eodem. Spart. in *Adriano*: *Cum ſollicitus de imperatoris erga ſe judicio, Virgilianas ſortes conſuleret.* Vide lib. IX. *Miles.* Apulejum: nec aliter illæ etiam Præneſtinæ: in *Alex. Severo* quoque Lampr. *huic ſors in templo Præneſtinæ Veſtæ talis extitit, cum illi Alogabalus inſidiaretur—ſi qua fata aſpera rumpas, Tu Marcellus eris.* Carminibus deſtinatæ ſortes primum Sibyllinis, poſt Poeticis, parum enim a Vate poeta diſtat vel in Ione aſſeverante Platone. Horat. in *Poet.*

—— *ductæ carmine ſortes.*

Plutarch. in *Cic.* ψευδομάντεις καὶ γόητοι ἔπη πεπλασμένα, καὶ χρησμοὺς ᾄδοντες.

53 *Frontemque manumque*) Sub nomine Aſtrologorum hi: nam frontem, ac manum ad ſideralem peritiam referunt: vero jam olim hi Circo. Ennius:

Non vicarios auruſpices, non de Circo Aſtrologos.
Non Iſiacos conjectores, non interpretes ſomnium;
Non enim ſciunt hi, aut arte, aut divina ſcientia:
Sed ſuperſtitioſi vates, impudenteſque arioli.

At in Circo etiam Olympi: ait Lucill. epig.VI. lib. II. *Florileg.*

Ἀς Ῥόδον εἰ πλεύσοι τὶς ὀλυμπικὸν ἦλθεν ἐρωτῶν
Τὸν μάντιν.

In Rhodon iturus ratibus præsagia curat
Ad vatem, atque rogans si quis Olympiacum.

Cum iis Circulatores Circum frequentabant, Præstigiatoresque quos Ariolos impudentes dixit Ennius, Græci ἀγύρτας, ὀχλαγωγὺς, πτωχὺς, μηχανοποιὺς, μάγυς, ψηφοβλαίπτας, ψηφοπαίκτας, ψηφολόγυς, πεgισδεύτα, ψευδοτεχνίτας, θαυματοποιὺς, ἠπεροπεύτας, θυελοβόπυς: horum ars sensus deludere erat, ac inde sibi a circulis pecuniam corradere. Isid. *Præstigium vero prius Mercurius dicitur invenisse; dictum autem præstigium, quod præstringat aciem oculorum*: de quibus Paulus Jurisc. agit & l. ult. *de extraord. Crimin.* Metellus in *lud. Secul.*

Circulatores, pugiles, equestres.

De Præstig. I. *Miles.* Apul. *& tamen Athenis proxime ante Pœcilem porticum isto gemino obtutu Circulatorem inspexi equestrem* (equo insidentem ut nunc) *spatham præacutam mucrone infesto devorasse, & mox eundem incitamento exiguæ stipis venatoriam lanceam, qua parte minatur exitium, in ima viscera condidisse; & ecce pone lanceæ ferrum, qua bacillum inversi teli ad occipitium per inguinem subit, puer in mollitiem decorus insurgit, inque flexibus tortuosis enervam, & exossam saltationem explicat cum omnium, qui aderant admiratione: dicens Dei medici baculo, quem ramulis semiamputatis nodosum gerit, serpentem generosum lubricis amplexibus inhærere.* Paul. Diac. *Hist.* lib. II. *eodem anno* (Justiniani Imperii) *apparuit quidam e regione Italorum per villas discurrens nomine Andreas, habens secum canem rufum, & cæcum, qui jussus ab eo faciebat miracula: cum enim staret ipse in foro, & turba in circuitu adesset, clam eodem cane deferebantur adstantium anuli aurei, argentei, & ferrei* (adhuc Justiniani tempore usus ferreorum anulorum) *& ponebantur in pavimento, quos ille cooperiebat, & præcipiebat Cani, & tollebat, & dabat* (Canis) *unicuique suum. Similiter diversorum Imperantium nomismata mixta porrigebat per nomina: sed & præsto turba adstante virorum scilicet, & mulierum ostendebat in utero habentes, & fornicarios, & adulteros, & magnanimos: & ostendebat omnes cum veritate.* Sen. ep. XLI. *istam vim dicendi rapidam & abundantem aptiorem esse circulanti, quam agenti rem magnam, & seriam.* & ep. LXXXIIX. *Appion, qui tota circulatus est Græcia*: nostri hodie etiam Circulatores, quos *Ceretanos* vocant, manuum agilitate pueris, plebique in admiratione sunt, pilulas, aut talos in vasculis ponunt, mox virgula in aliam jubent stationem transire, ac pyxides: qui acetabularii a vasculis illis olim dicti sunt. Senec ep. XLV. *sic ipsa sine noxa decipiunt, quomodo præstigiatorum acetabula, & calculi, in quibus fallacia ipsa delectat.* Meminit Præstigatoris Varro lib. *ling. Lat.* IV. *similis causa, quæ ab scientia vocantur aliqua, ut præstigiator.* Iidem Pilarii, a pilis quibus ludos faciunt, & Saccularii dicti sunt in Codice, quod videlicet pilas, ova, & similia, e sacculis extraherent, quos ut vacuos antea excusserant. Sex. Empyr. καθάπερ οἱ ψηφοκλαίπται τὰς τῶν θεωμένων ὄψεις δι᾽ ὀξυχειρίαν κλέπτουσι. Artemid. lib. I. ναύταις, ὀρχησαῖς, καὶ θαυματοποιοῖς μὴ ἔχειν τὰς χεῖρας οὐκ ἀγαθὸν ἐπεὶ μὴ ἄνευ τούτων οὐκ οἷοί τε εἰσὶ ἐργάζεσθαι. Marsos, hoc est, *Serpentarios* in Circo quoque fuisse antiquitus idem ostendit Ennius:

Non habeo denique nauci Marsum augurem.

Sed cur augurem, an sortilegum intelligit: quod ex Angitiæ templo peterentur sortes? ita arbitror: fuit Angitiæ saltus sacer, prope Fucinum loco, qui nunc etiam Luci nomen servat. Virgil. lib. *Æneid.* VII.

Te nemus Angitiæ.

Quæ Dea ab elidendis serpentibus sic dicta, angere enim elidere. Idem lib. IIX.

—— *Et angit inhærens.*

& *elisis faucibus hydri*: inter Serpentarios Psyllos memorat Plinius, & Dio in *Aug.* οἱ δὲ δὴ ψύλλοι, οὗτοι ἄνδρες μὲν εἰσὶ (γυνὴ γὰρ οὐ γίνεται ψύλλα) δύνανται δὲ πάντα τε ἰὸν παντὸς ἑρπετοῦ παραχρῆμα πρὶν θνήσκειν τινὰ, ἐκμυζᾶν. *Psylli. hi viri probe omnes sunt, (non enim fœmina inter Psyllos nascitur) possunt vero subito venenum serpentum omnium, priusquam quis intereat, suctu adtrahere.* De Serpentariis Mart. lib. I.

Quod custos, dominusque viperarum.

Lamprid. in *Alogab. serpentes per Marsicæ gentis sacerdotes* (Deæ Anginæ) *collegisse fertur, eosque subito ante lucem, ut solet populus ad ludos celebres convenire, effudisse, multosque afflictos morsu & fuga.* Citatur a Sosip. Gram. lib. I. Ovidii carmen.

Et media Marsis findantur cantibus angues.

non modo enim angues placabant cantu, sed rumpebant, ita ut cruor, & viscera profluerent: quod docet & illud; *Cantando rumpitur anguis*, decantatum, & Lucil. apud Nonium.

Jam disrumpetur, medius jam ut Marsus colubras,
Disrumpit, cantu venas cum extenderit omnes.

De Marsis Avitus lib. II. de *orig. Mundi*:

Hinc est laudato quod possunt carmine Marsi,
Cum tacita sævos producunt arte dracones
Absentes, & sæpe jubent confligere secum,
Tunc ut quisque gravem bello persenserit hydrum
Aspidis aut diræ clausas cognoscerit iras
Concutit, interius secreti carminis arma:
Protinus, & laxis verbo lactante venenis;
Mox impune manu coluber tractatur inermi
Et morsus tantum, non virus in angue timetur.

Quandoque morsu peribant incantatores.

Interdum perit incantans, si callida surdus
Adjuratoris contempsit murmura serpens.

hinc aspides, quoniam præsentaneum gerunt virus, surdi dicti apud quosdam quasi incantamenta negligant. Sed augures nempe Ariolos idem Avitus quoque facit Marsos:

Discedite o miseri, & causas cognoscite rerum,
Quid sumus, aut quidnam victuri gignimur, ordo
Quis datus, aut metæ quam mollis flexus, & unde;
Quid modus argenti, quid fas optare, quid asper
Utile nummus habet.

Circum metas de equorum pernicitate certabatur, sive puris equis, sive bigis aut quadrigis equis decurrerent. Quæ [54] antiquitus ita in Circo compositæ erant, ut post equorum cursum, venationum, vel pugnarum caussa commode tolli, & restitui possent. Tranquillus in *Cæsare* capit. XXXIX. *venationes* (inquit) *in Circo editæ per dies quinque, ac novissime pugna divisa in duas acies, quingenis peditibus, elephantis vicenis, tricenis equitibus, hinc & inde commissis, nam quo latius dimicaretur, sublatæ metæ, inque earum locum bina castra ex adverso constituta sunt*. Metæ quæ antiquitus ligneæ erant a Claudio Imperatore (auctore Tranquillo cap. XXI.) marmoreæ, & auratæ factæ sunt: *Circo* (inquit) *maximo, marmoreis carceribus, auratisque metis (quæ utraque & tophina, ac lignea antea fuerant) exculto, propria Senatoribus constituit loca, promiscue spectare solitis*. Seneca libro V. *de beneficiis*: *Cursor metam prior contigit, velocitate illum non animo antecessit*. Metarum locatione terminum ac mundi finem designari voluere, ab eo quod aliquis emensus finis sit, sive ut similitudinem [55] Orientis Occidentisque Solis repræsentarent. Ita Isidorus libro XVIII. Ova vero super metas locatas in Castoris Pollucisque honorem addita fuere, quod illos Cygni ovo editos ex Jove veteres scripserunt: quibus etiam, ut dixi, primo a Mercurio equos [56] distributos fuisse, docet Stesichorus. De ovis Tertullianus: *Ova* (inquit) *bonori Castoris & Pollucis adscribunt, qui illos ovo editos credendo, de Cygno Jove non erubescunt*. Et Cassiodorus. *Ipsæ vero metæ secundum Zodiacos decanos [57] ternas obtinent summitates, quas ad instar Solis quadrigæ celeres pervagantur*. Idem refert Isidorus lib. XVIII. De ovis M. Varro lib. I. *de re rustica*, & Livius lib. LV. Sex nomismata varia eruditione plena præter metas cum ovis alia multa continentia hac tabella hoc loco adjicere opportunum fuit. Primum est Nervæ metas & Sabinarum raptum Ludis Circensibus peractum continens. Secundum est Hadriani Circum ab eo restitutum insinuans. Tertium est Aureliani sacrificium ad metas factum continens. Quartum Augusti, cum Circi obelisco. Quintum Commodi Cybelem, de qua mox dicam, habens. Sextum Trajani cum metis: in

---

Cum tamen eductas infernis sedibus umbras
Colloquium miscere putant, & nota referre.

ἀσπιδοθόπυς, eos θηριοθόπυς vocat Galenus: & Firmicus. *Oriente autem* (inquit) *Ophiuco nati Marsi erunt, qui scilicet pestiferos angues sopitis, & miticatis aculeis opprimunt*. Sunt qui Marsos a Marasso dictos velint. Marassus enim Vipera apud Galenum: diciturque, ut puto, quod splendeat, a μαράσσω, unde σμάραγδος gemma. Sed corrigendus hoc loco mihi Martianus Capella solertissimus auctor, qui de Dialectica inquit lib. *Nupt*. IV. *Hæc autem ex Lybiæ arenis anhelantis adducitur, quod & capillitium implexum docet, & amicitia venenorum ait fidendam, forma copulam esse Marsicæ nationis; ita namque agnitione viperea, & blanda anguium adulatione diligitur: quidni est? ex illius hami fraude colligitur, quod circulatrix bellacissimæ, & metarum Marsicarum incola comprobat*: constaret tibi sensus lector, nisi duobus locis corruptus esset: primum, *forma copulam* verso in *pharmacopolam*: pharmacopolæ enim vel teste Horatio circularis farinæ personæ: secundo, *metarum Marsicarum*, in metarum *Murcitarum*, ut Circensium metas curriculorum intelligas, penes quas Circulatores Marii, qui pharmacopolæ etiam & medici, si recte Solin. cap. IIX. examinabimus; *C. Cœlius Oetæ tres filias Angitiam, Medæam, ac Circem dicit fuisse. Circem Circejos insedisse montes, Angitiam vicina Fucini occupavisse, ibique salubri scientia adversus morbos resistentem, cum desiisset hominem vivere, Deum habitam*. Neque ideo omnes Marsi contra serpentes innoxii, tantum ejus Deæ sacerdotes puto. Virgil. *Quin & Marrhubia venit de gente sacerdos, &c.* Et Lampridius in *Alogabalo*. *Serpentes per Marsicæ gentis sacerdotes collegisse fertur*.

54 *Antiquitus)* Recte antiquitus, nam post metas lapideas factas a Claudio, cessavit, ut tollerentur.

55 *Orientis, ac Occidentis Solis)* Auson. epist. II.

Sic lux prima abiit, sic ultima meta diei.

56 *Distributos)* Ut scilicet una cum Mercurio præsides essent certaminibus equestribus. Pind. Ode x. *Nem.*

Εὐρυχώρυ ταμίαι Σπάρτας ἀγώνων
Μοῖραν Ἑρμᾷ καὶ σὺν Ἡρακλεῖ διέποντο θαλείαν.
Præsides Spartæ spatiosæ.
Florentem certaminum sortem cum Mercurio, & Hercule obtinent.

Stesichorum vero id cecinisse in Palinœdia putarem, ubi laudes Helenæ, quia oculis captus ob criminosa in eam carmina fuerat, retexuit: de hac re alibi.

57 *Ternas obtinent)* Nec meta Homeri nisi trium summitatum. *Iliad.* γ.

Ἕστηκε ξύλον αὖον ὅσον τ' ὄργυι' ὑπὲρ αἴης,
Ἢ δρυὸς, ἢ πεύκης: τὸ μὲν οὐ καταπύθεται ὄμβρῳ
Λᾶε δὲ τοῦ ἑκάτερωθεν ἐρηρέδαται δύο λευκώ.
Siccum stans lignum terram super eminet ulna,
Seu quercus piceæve, quod imbre putrescere nescit,
Cuique albi gemini lapides tolluntur utrinque.

Vide inferius in Circo Constantinopolitano.





QVINQVE. METARVM ANTIQVI. NVMMI. ET. VNVS. MATRIS. DEVM





EXPRESSI. ONVPHRII. PANVINII. VERONENSIS. OPERA. ET. AENEIS. SIGNEIS.





D

A quo allocutio, sive congiarii promissio notata est. Quæ omnia scitu dignissima sunt.

Currendi ratio.

Porro autem circum metas equi singulares, & desultorii, item omni curruum generi juncti, a Circi carceribus dato signo emissi, & ex uno latere decurrentes, ad ultimam metam in fine spinæ positam, versus eam Circi partem, quæ in semicyclum desinebat cursitabant, ad quem pervenientes circum ipsam flectebantur, reversique ex alia Circi parte versus bissenorum ostiorum situm, revocabantur: sicque in orbem circum easdem metas decurrentes, spina in Circi medio posita, ne ex una in alteram curriculi partem transiliret, prohibebantur. Mos vetustus fuit, agitatores ipsos quattuor factionum curribus insidentes, metas septies circuire.

Curricula septem, sive septies metæ circundabantur.

Auriga vero illius factionis, qui primus curru, vel equo septimam metam confecisset, illius missi victor erat. Septem enim curriculorum cursus ille solemnis, missus dicebatur. Bravium vero sive præmium, non ante decursis septenis spatiis, accipi a victore poterat. Horatius in *arte Poetica*:

Musa dedit fidibus divos, puerosque deorum,
C *Et pugilem victorem, & equum certamine primum.*

Missus.

Singulis missibus quattuor singularum factionum agitatores currebant, quum quattuor fuere, quum vero sex, veluti sub Domitiano, totidem etiam aurigæ cursitabant, nisi missus ex provocatione, & non ordinarius fieret; quo casu tot agitatores aurigabant, quot ad certandum convenissent, duo, vel tres, vel quattuor, ut infra latius dicam. Horatius lib. I. Satyra I.

Ut, quum carceribus missos rapit ungula currus,
Instat equis auriga suos vincentibus, illum
Præteritum temnens extremos inter euntem.

Tranquillus in *Claudio* cap. XXI. *Circenses frequenter etiam in Vaticano commisit, nonnunquam interjecta per quinos missus venatione.* Et Cassiodorus: *Circum metas adinstar Solis quadrigæ celeres pervagantur.* De septem curriculis uno missu contentis M. Varro apud Gellium lib. III. cap. X. *Ludorum* (inquit) *Circensium curricula solennia* [58] *septem sunt.* Propertius lib. II. ad Cinthiam:

Aut prius infecto deposcit præmia cursu,
Septima quam mea triverit arte rotam.

Et Ovidius in *Halienticis*,

B *Seu septem spatiis Circo meminere coronam.*

Seneca lib. IV. Epistolarum IIII. *Agitatorum lætitia, quum septimo spatio palmæ appropinquat.* Arnobius lib. VII. *contra Gentes*: *Juppiter spectatum profectus e cœlo est cantherios de velocitate certantes, replicantes gyros septem, & quos dissimiles ipsi corporum esse in mobilitate voluisse.* Lactantius septimo libro *divinarum Institutionum*: *Quoniam decursus propositi operis septem spaciis, ad metam provecti sumus, &c.* Siquidem ubi septimo curriculo confecto agitatores circum metas decurrissent, tum palma victori dabatur. Sidonius Apollinaris in hendecasyllabo:

Tu conamine duplicatus ipso
Stringis quadrijugos, & arte summa
[59] *In gyrum bene septimum reservas.*

Cassiodorus: *Septem spatiis certamen omne peragitur, in similitudinem hebdomadis reciprocæ.* Dio in *Commodo*; *Circensibus ludis equis septimo loco certare cunctantibus, magna puerorum multitudo in Circum accurrit.* Isidorus *Etymologiarum* lib. XVIII. *Septem spatia quadrigæ currunt, referentes hoc ad cursum septem stellarum planetarum, quibus mundum regi dicunt, sive ad cursum septem ætatum hominis, quibus peractis vitæ termi-*

---

58 *Septem sunt*) Xiph. in *Commodo*, μελλόντων δὲ τὸ ἕβδομον τῶν ἵππων ἀγωνίσασθαι. Sidonius rem totam narrat:

Itur sic semel, itur & secundo,
Et sic tertius, atque quartus orbis.
Quinto circine non vales sequentum
Pondus ferre, prior rotabat axem
Quod velocibus imperans quadrigis
Exhaustos sibi senserat jugales.
Jam sexto reditu per explicato,
Jamque & præmia flagitante vulgo.

Appropinquabat enim gyrus septimus. Sophocles tandem videtur agnoscere in *Electra* — ἐκ δ' ἱπποστροφῆς τελοῦντες ἕκτον ἕβδομόν τ' ἔτι δρόμον. *Ex reversione conficientes sextum & septimum cursum*: tamen apud Pindarum duodecim cursus sunt Græcis, *Olymp.* ode III. γλυκὺς ἵμερος ἔχε δωδεκάγναμπτον περὶ τέρμα δρόμου ἵππων φυτεῦσαι. Ubi Scholiastes Triclinius τὰς νίκας τῶν δύοι καὶ δέκα δρόμον τῶν ἁρμάτων δωδεκάκις γὰρ περιοίχετο τὸν δρόμον τὰ τέλεια ἅρματα. Vide alibi nos & ibi rationem: hinc *Argivi stadia ad longissima Circi*, dixit Auson. Homeri tamen quadrigæ unum tantum curriculum explent, illud vero longissimum, ac maximum posterius.

59 *In gyrum*) In lucta etiam hæc industria. Luc. de Ner. & Antæo lib. IV.

—— nec viribus uti
Aludes voluit primo certamine totis,
Exhaustitque virum, quod creber anhelitus illi
Prodidit, & gelidus fesso de corpore sudor.

Sil. lib. XVI.

At queis interior cura, & prudentia Circi
Altior, effusas primo certamine vires
Damnare, & cassis longe increpitare querelis,
Indispensato laxantem corpora nisu.
Quo nimium, quo Cirne ruis? Nam Cyrnus agebat;
Verbera dimitte, & revoca moderator habenas:

nus consumatur; sive septem dierum hebdomadis imitatione. De metis, & cursu Virgilius lib. v.

Hic viridem Æneas frondenti [60] *ex ilice metam*
Constituit, signum nautis patet, unde reverti
Scirent, & longos ubi circumflectere cursus.

Ubi Poeta egregie metarum usum in cursu explicat. Huc etiam spectare videtur illud *Odarum* Horatii initium,

Sunt quos curriculo [61] *pulverem Olympicum*
Collegisse juvat, [62] *metaque fervidis*
Evitata rotis, palmaque nobilis
Terrarum dominos [63] *evehit ad Deos*,

Et Propertius lib. IIII. Elegia I.

Has meus ad metas sudet oportet equus.

Eandem rem exponunt præter supradictos, Ovidius, Statius, Persius, Juvenalis, Q. Calaber lib. IIII. & ex Græcis aptissime Homerus *Iliadis* lib. XXIII. Et Sophocles in *Electra*.

Aurigarum industria, & furta in cursu.

Ars vero, & summa industria aurigis requirebatur, in equis, & curribus ad metas flectendis. ne posterior dexteritate flectendi quadrigas priorem anteverteret, quod sæpe accidit; quod si nimis currus agitando auriga metis adhæsisset, summum vitæ periculum incurrebat, ne rotis metam offenderet, & illiderentur; confractoque curru auriga concideret; quod multis accidisse constat. Sin vero nimio spatio metam evitavisset, qui tum sequebatur auriga, inter metam & priorem breviori spatio delatus, ex secundo primus efficiebatur, quod *eripere* vocabant. De equorum currendi ratione Arnobius lib. VII. *Sed equos tamen gaudere transire, transiri pronos & cernuos ruere cum curribus resupinos, verti, trahi alios curribus, & claudicare perfractis, & ineptias nugis, & crudelitatibus mixtas summis in voluptatibus habuisse*. Proxime primam metam, auriga victor curru in spinam dissiliens, gradibus aliquot loco præmiis dicato conscenso, [64] bravium accipiebat.

Bravii vel palmæ locus.

Apud Græcos [65] duodecimo curriculo confecto victoriam obtineri, verba Pindari

Curricula XII. Græcorum.

Heu surdas aures: fertur securus equorum,
Nec meminit quantum campi decurrere restat.

Exhausit itaque iste miser equos:

— *decrescit anhelo*
Pectore consumptus Lampron, nec restat hianti
Quem ferat ad metas jam spiritus.

60 *Ex ilice metam*) Rudi modo ut esset meta: sic Nonnus *Dionys.* pag. CLXXXIX.

Στήσας τέρμα δρόμοιο παιδὶ ξύλον ἀντιπάροιθε,
Τῆξε τύπον βαλβῖδος ἐπ' ἠόνα θύρσον ἀρούρας.
Lignum constituens ut terminus esset eundi,
Ad metæ formam thyrsum defixit arenæ.

61 *Pulverem Olymp.*) Pulvere, ut alibi diximus, opplebantur in cursu Aurigæ, quod colligere pulverem dicit Horat. Hom. *Iliad.*

Αἰεὶ δ' ἡνίοχον κονίης ῥαθάμιγγες ἔβαλλον.
Aurigam fusæ turpabat pulvis arenæ.

62 *Metaque fervidis*) Ob impetum cursus calescentibus: vide inferius notam de sparsoribus.

63 *Evehit ad Deos*) Τῶν δὲ καὶ νικήσαντα αὐτὸν ἰσόθεον νομιζόμενον. in *Anachars.* Lucian. idem Horat.

Quos Elæa domum reducit
Palma cœlestes.

Gradibus aliquot præferunt quasdam scalulas Circi aliqui e veteribus numismatibus desumpti Gradusque; ubi agonothetæ erant: in sublimi enim loco fuisse Dio in vita Commodi ostendit, ac βῆμα videtur locum appellare, nempe ascensum, quod inferius adductus Chrysostomi locus declarat.

64 *Bravium*) Βραβεῖον Græci missum hac significatione accepere. Cedrenus, μίσθους ἄθλους. Hesychius βραβεῖον ἐπινίκιον νικητήρων ἔπαθλον. D Paulus, οὐκ οἴδατε, ὅτι οἱ ἐν σταδίῳ τρέχοντες, πάντες μὲν τρέχουσι, εἷς δὲ λαμβάνει τὸ βραβεῖον: a bravio puto dici apud Italos *bravo*, hominem nempe strenuum, ac egregium. D. Chrysost. in Circo ostendit solitos Aurigas ex manibus brabeutarum, & Dominorum præmia accipere ἄρον εἰς ὕψος ὁσίους χεῖρας πρὸς τὸν βασιλέα λαβὼν βραβεῖον τῶν φοινίκων. De præmiis Cassiod. lib. II. ep. XXIIX. *Athletam populis palma designat esse victorem, sudores bellicos civica corona testatur, expectant etiam equos præmia sua*. Bravii meminit Pruden. *in hym. B. Vincentii:*

Tu solus ortus inclyte
Solus bravii duplicis
Palmarum subiisti.

solemnitatem in dispensatione præmiorum sic ponit Sene. ep. LXXIIX. *Nos quoque evincamus omnia, quorum præmium non corona, nec pallium est, nec tubicen prædicationi nominis nostri silentium faciens, sed virtus & firmitas animi*. Præco enim numerabat victorias, puta si quot minora præmia meruisset Auriga anticipando, seu detrudendo socios, mox ipsum præmium majus, & victorem prædicabat. *Olymp.* Ode XIII. Pind. — ἑξηκοντάκι δὴ ἀμφοτέρωθεν γ' ἀδύγλωσσος βοὰ κάρυκος ἐσλοῦ. In *Pyth.* Ode — I. Πυθιάδος δ' ἐν δρόμῳ κάρυξ ἀνέειπέ νιν ἀγγέλλων Ἱέρωνος ὑπὲρ καλλινίκου. Sed idem docent Plutarchus *in Alcibiade*. Laert. *in Diogene Cinico*, Isidor. Pelusiota ep. IV. Scribebantur etiam, ac in marmoribus nomina victorum adnotabantur apud aliquos. Schol. Pind. Ode IIX. *Olymp.* καὶ τὰ Μέγαρα ἔθος ἐστὶ τῶν νικηφόρων τὰ ὀνόματα λίθοις ἐγκολάπτεσθαι.

65 *Duodecimo Curriculo*) Ode etiam II. verba sunt.

— Κοιναὶ χάριτες
Ἄνθεα τεθρίππων

A. ω-

A *Olympiacorum* lib. II. docent. Juxta singulas metas [66] Columellæ aliquot erant trabeculã sustinentes quibus per singulas circuitiones agitatorum, a Circensium ministris quibusdam singula ova, & delphini erigebantur & omnia curricula septem ovis, & totidem delphinis erectis, annotabantur. Cassiodorus: *Nec illud putetur irritum, quod metarum circuitus ovorum erectionibus exprimatur, quoniam actus ipse multis superstitionibus gravis, ovi exemplo geniturum se* [67] *artem* [68] *aliquam profitetur: Et ideo datur intelligi, volitantes atque inconstantissimos inde mores nasci, quos* [69] *avium matribus aptaverunt*. Idem refert B Isidorus. Livius lib. XLI. *M. Æmilio, P. Mucio Consulibus censores Q. Fulvius Flaccus, A. Postumius Albinus, vias sternendas silice in Urbe, glarea extra urbem substruendas, marginandasque primi omnium locaverunt, pontesque multis locis faciendos, & scenas Ædilibus, Prætoribusque præbendas; & carceres in Circo, & ova ad notas* [70] *curriculis numerandas: & ..... dam, & metas trans ... & caveas ferreas pe ... intromitterentur*. Locus quamquam depravatus, ovorum tamen signum exponit. Dio lib. XLIX. scribit, Agrippam, quum videret errare homines in Circo, propter circuituum numerum, delphinos, & ovata opera posuisse, quibus cursuum circuitiones, & conversiones extenderentur. Juvenalis Satyra VI.

Ova & Delphini curriculorum signa.

[71] *Plebejum in Circo positum est, & in aggere fatum,*

Δυωδεκαδρόμων
Αγαγον.

Scholiastes Triclinius ibi δωδεκάκις γὰρ περιήρχετο τὸν δρόμον τὰ τέλεια ἅρματα. Quod intelligendum ex alterius Scholiastis verbis; nempe perfectum currum, hoc est, adultis, & validis equis instructum duodecim vicibus circum currisse, cum vero qui tenellis equis constaret, *poledri* nos dicimus πώλους, octo tantum, ubi τέλειον ἅρμα Pindari, & πωλικὸν interpretor adultorum, & juvenculorum equorum. πῶλοι enim οἱ νέοι ἵπποι. Glossa Græco-barbara. præterea altera glossa videtur imperfectum currum appellare ἁμαξόπουλλον. ἁμαξόπουλλον τὸ μικρὸν ἁμάξιον. πούλλος quapropter *poledro*.

66. *Columellæ*) Ad has illud Severi, & Antonini rescriptum referunt. *Si Columnas Circensibus promisisti &c. l.* 1. *§. denique* D. *De Pollic.*

67. *Artem aliquam*) *Avem aliquam* habet alter Codex. melius paulo infra.

68. *Aliqua profitetur*) Ut sensus sit erigi ova persuasione religiosa, tanquam ex iis; in cursu avis nascatur, velocitatem auspicando.

69. *Avium matribus*) *Avium maribus* vetus exemplar Brossæi habet: prior lectio magis placet. Gallinæ sic enim dictæ Martialis lib. III. ad Faustum.

Et dona matrum vimineo ferunt texto
Grandes proborum Virgines colonorum.
Grandia præterea tortoque calentia fœno
Ova adsunt ipsis cum matribus.

Juven. sat. XI.

Apul. lib. IX. *de Gallina*. Matrisfamilias sane normam videtur hæc avis imitati. Phile. *de animal. propriet.* τῆς τε αὖ τοῦ ματέρος ἰδῆς τε τὸ σφετέρας γονὰς ἀπουδλῶ πέει. Qua ratione videtur mater dicta. sicut Gallus maritus. Juven. — *a quo mordetur Gallina marito*. unde Ceres domestica, & familiaris Dea ovum in Pompa sua primum gestari amabat, sic enim illud Varronis nunc accipio lib. I. *de Re Rust. Sed ne illud quidem ovum vidimus, quod in Cereali pompa solet esse primum.*

70. *Cirriculis numerandas & .....*) Reponerem, quamvis non nisi audacule. *Carceres in Circo, & ova ad notas curriculis numerandas, & spinam lateritiam circumeundam, & metas trans ipsam statuendas, & caveas ferreas, per quas feræ in arena intromitterentur*. Ubi vides ovorum usum vetustiorem esse, quam Dio putet, qui ad Agrippam, ut noster citat, rem refert: ponebantur itaque ante missum septem ova, totidemque Delphines erigebantur, in singulis vero curriculis, qui septem erant, singulum etiam ovorum, & delphinorum deponebant; ut hoc modo aurigæ possent rite peractis vicibus quiescere, scirentque juxta illud Virgil. *Spatia & si plura supersint*. De his ovis primo *de Re Rust.* Varro. *Nam non modo ovum illud sublatum est, quod ludis Circensibus novissimi curriculi finem facit quadrigis, sed ne illud quidem ovum vidimus, quod in Cereali pompa solet esse primum*. Cerealis pompa an cæna, & convivium: ferculum sane utrique rei aptum, & ovum primum in mensa, quæ Cereris sacra, ab ovo enim ad mala vulgatissima est vox Cic. *ego ad ovum integram famem affero.* ac idem Varro, in endimion. *Discumbimus mussati, Dominus maturo ovo cænam committit*. Ova Castorum gratia Circo introducta: nam agonum præsides illi: hinc Dioscuris pro insignibus præbet Lucianus τοῦ ὠοῦ ἡμίτομον *ovi nempe dimidium*, unde oblatæ ipsorum cassides figurantur, quod Lycophron in *Cassandra* etiam notavit, & puerilis lusus apud Romanos; etiam fuit qui ova radice rubra, Rubiam vocant, tingebant ludebantque Liberalibus, teste Plinio l. XIX. c. III. & lib. XXIV. cap. XI. ex ovis nempe nati Castores Jovis pueri. Auson. *Istos tergemino nasci quos cernis ab ovo*. Tres igitur ovo nati etiam Helena. unde Isid. lib. XIIX. *Ova bonori Castoris, & Pollucis adscribunt*. Sed Castor & Helena ex mortali semine, Pollux tantum divino.

71. *Plebejum*) In Circo pauperum, & plebejorum maxima spes rapinarum causa, missilium, mortuarum ferarum quibus vescerentur. Prudent. *in Symm.* lib. II.

Quis venit esuriens magni ad spectacula Circi?
Quæ regio gradibus vacuis jejunia dira
Sustinet?

Ap. l. IV. *Miles. Nam diutina captivitate fatigatæ* (feræ) *simul & æstiva flagrantia maceratæ, pigra etiam sessione languidæ, repentina correptæ pestilentia pœne ad nullum rediere numerum: passim per plateas plurima cerneres jacere semivivorũ corporũ naufragia: Tũ vulgus ignobile, quod inculta pauperies sine delectu ciborũ tenuato vẽtri cogit sordentia supplimẽta, & dapes gratuitas conquirere: pas-*

Quæ nudis longum ostendit cervicibus aurum,
[72] *Consulit* [73] *ante phalas, delphinorumque columnas.*

Curriculorum notas ideo delphini signari voluerunt quod id animal pernicitatis immensæ sit, de quo Plinius lib. IX. cap. VIII. [74] *Velocissimum omnium animalium non solum marinorum est Delphinus, ocyor volucre, ocyor telo, ac nisi multum infra rostrum os illi foret medio pene in ventre, nullius piscium celeritatem ejus evaderet, sed affert moram providentia naturæ, quia nisi resupini atque conversi non corripiunt, quæ causa præcipue velocitatem eorum ostendit. Nam quum fame conciti fugientem in vada ima persecuti piscem diutius spiritum continuere, ut arcu emissi ad respirandum emicant, tantaque vi exi-* A *liunt, ut plerumque vela navium transvolent.* Ovorum, & delphinorum ejusmodi imagines, tabellis æneis typis excusis, ostendi. Quattuor & viginti equorum, sive curruum emissiones, recentioribus temporibus singulo Circensi die *Missus xxiv. quotidiani.* dari consuetum erat, qui [75] *missus* dicebantur. Cassiodorus: *Nec vacat quod viginti quattuor missibus conditio hujus certaminis expeditur, ut diei noctisque horæ tali numero clauderentur.* Antiquitus singulo Circensium die, XXV. missus dari mos erat. Hinc illud Virgilii III. *Ge-* *Missus xxvi antiquitus* B *orgicorum:*

Centum quadrijugos agitabo ad flumina currus.

Id est, unius diei Circenses. Ex his, ut in li-

---

sim ad jacentes epulas adcurrere, (paulo post) *Ursam, quæ cæteras sagina corporis prævalebat. quasi cibo parandam portamus ad nostrum receptaculum.* Potes etiam verba Prudentii ad Tabernas, officinasque panarias, quæ prope Circum essent, convertere; utpote in publico urbis loco. in unaquaque enim regione urbis gradibus quibusdam panis venalis exponebatur ejus Poetæ ævo ut habent C.Theod.tit. de *Anno Civil.* Cassiod.lib.IX.*Variarum* & Prudentius iterum

Omnis qui celsa scandit cœnacula vulgus,
Quique terit silicem variis discursibus atrum,
Et quem panis alit gradibus dispersus ab altis.

Quapropter sparsi ciceres, lupini, & similia ad detinendam plebem sunt, & adductæ aquæ. Horat. lib. II. sat. III,

In cicere, atque faba bona tu, perdasque lupinis.

ubi Acron: *Faba & lupini a Magistratibus ludis Floralibus jactabantur, vel in Circo ædilibus.* Persius sat. V.

—— vigila, & Cicer ingere largum
Rixanti populo, nostra utfloralia possint
Aprici memorare senes.

Item nuces jactæ. lapis sub Ferentino in Hernicis loco; qui dicitur *la fata*, vivæ rupis. *Plebejus sine distinctione libertatis, nucum sparsion. mod.* XXX. De plebeiis municipalibus ludis puto intelligi debere, sed vide Suet. in *Cæsare*. Principes viri nobiliori modo hæc omnia peragebant. Stat. Kal. Jan.

Quicquid nobile Ponticis nucetis,
Fœcundis cadit aut jugis Idumes,
Quod ramis pia germinat Damascus,
Et quod præcoquit Eubusia cannas,
Longis gratuitum cadit rapinis.

Alibi, quam Romæ data etiam hæc munera. *ὕδωρ ἐπήγαγέ τις ἀνὴρ πλούσιος ὀλυμπίᾳ καὶ ἔπαυσε δίψη τοὺς πανηγυριστὰς ἀπολλυμένους, duxit aquam vir quidam opulentus in olympia, ut sitim populo sedaret*, qui in amphitheatro spectabant ex meta sudante, quæ prope erat, aquam ad extinguendam sitim capiebant; qui in Circo ex fistulis intus ex quibus in Euripos unda etiam diffluebat.

72. *Intulit ante phalas)* Ditiores fœminæ eos consulunt vates qui insigniori loco in Circo prope ova, & columnas Delphinorum nebulas vendunt.

73 *ante phalas)* Ante ova Castorum. nam phalæ opificia lignea, & ova machinæ ovatæ. Nonius, *Phalæ turres sunt ligneæ* quales Elephantis impositæ sunt. Juven. *turres* vocat has falas. *Partem aliquam belli, & euntem in prælia turrim.* quod ad ova Castorum turres præpararentur ad pugnam opere subitario. Ennius lib. XV.

Malos diffundunt, fiunt tabulata phalæque.

Ova vocat Dio *δημιουργήματα ᾠοειδῆ*, veluti *opificia ovata*, & tabulata ovorum formam referentia. non igitur phalæ nisi ova. nam veluti phalæ eminentiæ quædam sunt albæ ad dignoscendum, ut clavus lucidus in galea, phalera, petra eminens in mari: ita ova eminentiori loco alba effulgebant manifesta, & conspicua aurigis, *φάλιον λέγεται τὸ λευκὸν, phalium idem est, quod album*, ait Schol. Theocri. *Idyll.* IV. unde Homer. *κύματα* dixerit *φαληριόωντα*. & *Idyll.* IIX. *φαλακρὸς ὁ λευκὸς, τὸ φάλιον καὶ τὸ βάλιον λέγουσιν ἐπὶ τῶν ἐχόντων τὸ λευκὸν ἐν τῷ μετώπῳ.* Vide *φάλα, φάλος, φαλός.* Aut quod caput, quod per *φάλα* est, imitarentur ova, sive quod calvitium, quod ova referunt, est *φαλάκρα*

74. *Velocissimum omnium)* Phile *de animal. propriet.* c. LXIV. Aristoteles *De nat. anim-* *ἁπάντων δοκεῖ εἶναι ζώων τάχιστον, καὶ τῶν ἐνύδρων, καὶ τῶν χερσαίων, καὶ ὑπεράλλονται πλοίων μεγάλων ἱστούς.* idem Pyth. ode II. Pind.

75. *Missus dicebantur)* Ab emittendis equis. Centum missus una die peractos habes ex Suet. in *Domit.* septenis ad quinaria spatia reductis, nec admirabile hoc, si illud Commodi respiciemus, qui triginta missus binis horis explevit. Xiph. in eo *τριάκοντα ἵππων ἁμίλλας ἐν δυσὶν ὥραις ἐποίησαν.* Ut plurimum tota die currebatur, in *Neron.* Suet. *Quare spectaculum multiplicatis missibus in serum protrahebatur, ne dominis quidem jam factionum dignantibus, nisi ad totius diei cursum greges dare.* Suus vero numerus erat XXV. ultimum ærarium fuisse constat appellatum proprio vocabulo eo, quod de collatione populi exhibebatur. lapis Histonii collatam vero pecuniam sæpe invenies in honorem Victorum.

bris *de gente Populi Romani*, M. Varro ſcriptum reliquit, vigeſimusquintus miſſus dicebatur, *ærarius*, eo quod de collatione populi celebraretur, qui deſiit eſſe, poſtquam conferendæ pecuniæ eſt conſuetudo ſublata, unde poſtea permanſit, ut ultimus miſſus appellaretur *ærarius* videlicet vigeſimus quartus. Dio lib. LIX. in *Cajo*: *Cajus* (inquit) *habitu triumphali templum Auguſti dedicavit, nobiliſſimis pueris ætate florentibus, cum virginibus ejuſdem ordinis hymnum canentibus, epulumque Senatoribus, & eorum uxoribus, ac populo datum, variaque ſpectacula edita. Nam & omnis generis muſica introducta, & equi duobus diebus certaverunt, priore vicies, poſteriore natali Caii die pridie Kal. Septembris, vicies quater. Idque poſthac etiam Cajus quoties voluit, fecit, quum antea tantum duodecies certaretur*. Et lib. LX. Sum-

A ptus Ludorum Circenſium immodice excreverant, quia vicies quater certabatur. Aliquando vero plures miſſus uno die dari conſuetum fuiſſe, in vetuſtis auctoribus reperitur. Tranquillus in *Domitiano*, cap. IV. [76] *Ludis* (inquit) *Sæcularibus, Circenſium die, quo facilius centum miſſus peragerentur, ſingulos a ſeptenis ſpatiis ad quina corripuit*. Item in *Claudio* cap. XXI. *Circenſes frequenter in Vaticano commiſit, interjecta per* [77] *quinos miſſus venatione*. *Centum miſſus.*

Supra eam Circi partem, ubi carceres fuerunt, & prope earundem carcerum angu-
B los, tria [78] mœniana erant paulo prominentia, ex quorum uno committendis quadrigis Circenſium ſignum dare ſolebant. Id [79] antiquitus face accenſa fiebat; poſtea vero [80] mappa candida emiſſa ſub Nerone Imperatore, ſignum Circenſibus Ludis, tali *Mœniana.* *Mappa.*

L. VALERIO L. F.
PVDENTI
HIC CUM ESSET ANNORVM
XIII. ROMÆ CERTAMINE
IOVIS CAPITOLINI LVSTRO
SEXTO CLARITATE INGENII
CORONATVS EST INTER POETAS
LATINOS OMNIBVS SENTENTIIS
IVDICVM
HVIC PLEBS VNIVERSA
HISTONIENSIVM STATVAM
ÆRE COLLATO DECREVIT

76. *Ludis Sæcularibus*) Ut videlicet totidem miſſus, Secularibus centum annis reſponderent. Ediderat quidem Claudius ſæculares ludos, non ritu annorum: Domitianus computata ratione temporum ab anno, quo ipſos Auguſtus celebraverat, peregit. extatque nummus de hac re Domitiani. poſt hunc Septimius Severus inſtauravit: cum vero in Conſulatum Conſtantini Chriſtiani Principis tertium, & Licinii obvenirent, non ſunt, teſte Zoſimo, obſervati. de his Feſt. Pompejus lib. VIII. D. Auguſt. lib. III. cap. XIIX. *Civit. Dei*.

77. *Quinos miſſus*) Ita dicebantur, primus, ſecundus, tertius, miſſus. Sabinus Epiſcopus Spoletanus apud Baronium anno Chriſti CCCI. *Cum Maximianus Herculius Romæ eſſet, & XV. Kal. in Circo ſpectaret Circenſes Ludos, ſexto miſſu Veneto vincente, acclamatum eſt in Circo*, Chriſtiani tollantur: *dictum eſt duodecies; iteratumque*, Auguſte, Chriſtiani non ſint. *clamatum decies, atque factum eſt, ut Eugenius Hermogenianus Præfectus Prætorio retulerit in Senatu de perſecutione in Chriſtianos decernenda*.

78. *Moeniana*) Proprie ad ſpectaculum apta podia, ut pulpita. Juven- *prætoris pulpita lauti*. dicta ſunt vero *pulpita*, quod pollent quodammodo eminentia; unde quod in altum erigantur ἄρθας vocant mœniana Græci. de his Honor. & Theod. Impp. *Cod.* lib. IIX. *de ædificiis privatis*. Marcellus vero. *Meniana ab inventore eorum Menio dicta ſunt, unde & Columna Meniana*. Menius cum domum, quam ad forum ſpectantem habuerat, vendidiſſet, excepta una tantum columna, tigna projecit, atque tabulatum ædificavit; unde & ipſe, & poſteri gladiatores ſpectarent. Aſconius Pedianus, Porphirioque teſtes ſunt. De his lib. II. & V. Vitruvius.

79. *Antiquitus face accen.*) An non ad hanc rem reſpexit Solin. ibi cum ſcripſit. *Quidam enim equorum cantibus tibiarum, quidam ſaltationibus, quidam colorum varietate, nonnulli etiam accenſis facibus ad curſum provocantur*. certe idem lib. περὶ ἑρμην. Ariſtoteles probat, nempe ſignum committendi facem quandoque fuiſſe. Pugnæ ſignum eſſe poteſt, aut Tubæ ſonus, aut Facis erectio, ut eſt apud Euripidem: *Emiſſa poſtquam fax commiſſi prælii*.

80. *Mappa candida*) Non tam recentem mappæ uſum facio, ut a Nerone incipiat. Fabius enim Quintilianus mappam uſitatum Circo nomen appellat, quod vetuſtius quid, quam Neronis tempus deſignat. Mappam mitti ſolitam olim etiam puto, ſed particularem quandam eſſe ad dandum ſignum accommodatam, Neronem vero eam abjeciſſe, quam præ manibus haberet, dum diſcumberet, non eo inficias. Projiciebatur a Meniano mappa, ut ex verbis Tertull. liquet: *Dehinc ad ſignum anxii endent: unius dementiæ una vox eſt. Cognoſce dementiam de vanitate; miſit, dicunt, & nunciant invicem, quod ſimul ab omnibus viſum eſt. Teneo teſtimonium cæcitatis, non vident miſſum, quid ſit; mappam putant, ſed eſt Diaboli ab alto præcipitati figura*. A Miniſtro quodam Conſtantinopoli ſumebatur, *Mapparium* Cedrenus appellat, ἔθος ἦν τοῖς ὑπάτοις ἐπὶ τῶν θεάτρων εὐωχεῖσθαι, μετὰ δὲ παύσασθαι τῆς εὐωχίας τὸ ἐν χερσὶν ἐκμαγεῖον, ὅ, τε μάππαν καλοῦσιν ἔρριπτον, ὥσπερ ὑποδεχόμενος ὁ λεγόμενος Μαππάριος τὸν ἀγῶνα παρασκευάσεν: *Mos conſulibus erat convivari in theatris ſublatis vero epulis figuram, quam mappam appellant jaciebant, quam excipiens, qui dicitur Mapparius, certamen emittebat*. ubi vides *figuram* Tert. dici a Cedreno ἐκμαγεῖον. puto igitur in Mappa illa candida fuiſſe præterea aliquid pictum & figuratum, ut ſunt nunc mappæ apud nos bra-

casu cœpta est usurpari. Quum Nero prandium protenderet, & celeritatem (ut assolet) avidus spectandi populus efflagitaret, ille mappam qua tergendis manibus utebatur, jussit abjici per fenestram, ut libertatem daret certaminis postulati. Hinc tractum est, ut ostensa mappa, certa videatur esse promissio Circensium futurorum; ita Cassiodorus. Cæterum mappæ usum Nerone antiquiorem fuisse ex Tranquillo intelligitur: *Mappa emissa aurigæ carceribus egressi, currus agitare incipiebant*. Hinc est illud Quintiliani lib. I. cap. X. *Mappam usitatum Circo nomen Pœni sibi vendicant*. Ubi interpres: *Cur mappam usitatum Circo nomen Fabius dicit, an quod in Ludis Circensibus mappa a Prætore victori aurigæ veteri instituto mitti solebat? Dicunt non, sed propterea quod in Circensibus spectaculis pro signo committendarum quadrigarum mittebatur a magistratu*. Mappam pro Ludis Circensibus usurpat Justinianus in *Authenticis Constitutionibus* t. CV. sive Novella de Consulibus: *Primus Consuli in publicum processus erit Kal. Januariis, qua die Consulatum suscipiet, & hujus* [81] *acquiret codicillos; ab illo secundum producet spectaculum equorum cursu certantium, quod sane mappam appellant; & tertium venationem* ([82] *ut nuncupant*) *ticantricam; non bis, sed semel tantummodo exhibendam*; & paulo infra: *Postea rursus equorum cursu certantium spectaculum, sive (ut appellant) mappam efficiet, sextum hunc conventum publice celebrans*. Vetustis temporibus [83] Consulum munus erat signum quadrigis committendis dare, ut in Annalibus refert Ennius ita:

[84] *At Romulus pulcher in alto* *Qui signum Circensibus dederint.*

viorum, in quibus una cum Principum insignibus equos currentes, & similia pingimus: nam aliter quid sibi vellet Diaboli figura apud Tertullianum, cum mappa pura & candida? quid denique ἐκμαγεῖον apud Cedrenum, nempe figura cum mappa. erant itaque picti in mappa equi, currus, palmæ, & similia. Populus itaque cum Neronis tempore missus intempestivos flagitaret, & Princeps convivium protraheret, non hanc Circensem mappam, sed mensæ illam, nempe χειρόμακτρον projecit, populo satisfactum. Ea mappa postea victori in illo missu donabatur. Nec male vetus Quintiliani Interpres: *Cur mappam usitatum Circo nomen Fabius dicit? an quod in ludis Circensibus mappa a Prætore victori aurigæ veteri instituto mitti solebat?* Victores postea eas mappas in testimonium victoriarum proferebant, & missionem & vacationem a munere quandoque tamquam immeriti obtinebant. Huc refer illud Mart. lib. XII. ep. XXIX. de *Hermogene fure*:

Nuper cum Myrino peteretur missio læso
Subduxit mappas quattuor Hermogenes.

Læso, tracto, debilitato. & quæ mappæ istæ quattuor? certe non nisi una mittebatur in signum a Prætore; non nisi ergo illæ, de quibus nos loquimur, quæ proferrentur postea ad numerandas victorias, unde munerum vacatio traderetur. Alex. Imp. tit. de *Athletis* in C. *si tribu ad minus coronis publice fuerint donati, Civilium munerum vacationem consequi possunt*.

81. *Acquiret Codicillos*) Olim a senatu, mox a Principe. lege formulam Consulatus apud Cassiodorum lib. VI. atque ex ea rem habe.

82. (*Ut nuncupant*) *ticantricam*) Corruptissimus locus. sane Dionysii Gotofredi editio habet. *post illum vero secundum aget spectaculum, certantium equorum, quam mappam vocant, & tertium, qui theatro quinegium dicitur, non bis, sed semel exhibendum*. ex qua licet satis oculate perspicere veram germanamque lectionem esse θεάτρου κυνήγιον, nempe, theatri venationem, quam etiam Julianus Antecessor qui Novellas primo in Latinum vertit, substinet, tu vero ut absolutissime rem corrigas lege, ἀμφιθεάτρου κυνήγιον. Nam in amphitheatro hæ venationes proprie edebantur. alio vocabulo *Pancarpus* dictæ ab omnigenis bestiis quæ in eo spectaculo conficerentur, & in quo homines mercede conducti cum bestiis depugnarent. de hoc Cassian. Collat. V. cap. XIV. *Ut fieri solet ab his, qui coram regibus hujus mundi omnigenis congredi bestiis præmiorum contemplatione consueverunt, quod spectaculi genus vulgo Pancarpum vocant; hi inquam feras quascunque fortiores, vel feritatis rabie conspexerint feriores, adversus eas primæ congressionis certamen arripiunt, quibus extinctis reliquas, quæ minus terribiles minusque vehementes sunt, exitu faciliori prosternunt*. affertque nominis rationem *ex omnigenarum bestiarum conflictu*. D. August. adversus *Secundinum*: *Nomine Pancarpi, quod in ludicris muneribus edi solet propter omnium generum, quæ inerant ferarum*. ex miscellanea igitur ferarum confusione Pancarpus dicta est Venatio Amphitheatralis, ut παγκάρπους στεφάνους vocant Corollas Græci ex vario genere fructuum constructas quæ intercolumniis suspenduntur. Sylva etiam invenitur in muneribus publicis etiam apud vetustiores usitata & in Circo edebatur, eratque ludicrum seu spectaculum in quo omnia, quæ producebantur animalia citra cruorem citraque pugnam diripiebantur. videtur hanc Varro descripsisse de *re rust*. lib. XIII. c. XIV. *Quintus Orphea vocari jussit, qui cum eo venisset cum stola, & cythara, & cantare esset jussus, buccinam inflavit; ubi tanta circumfluxit nos cervorum, aprorum, & coeterarum quadrupedum multitudo, ut non minus formosum mihi visum sit spectaculum, quam in Circo maximo Ædilium sine Africanis bestiis cum fiunt venationes*. Africanas dixit feras, Pardos, Pantheras, & similia animalia: sed suo loco de his fusius.

83. *Consulum manus*) Ad Juven. illum versum Scholiastes.

In tunica Jovis & pictæ Serrana ferentem
Ex humeris aulæa togæ

Mappam mittentem in Circo Consulem Poeta describit: nam tunicam Jovis, togam palmatam dicit Tyria purpura conjectam, hoc est, Serrana.

84. *At Romulus*) Ita versus scribo.

At Romulu pulcher in alto
Quærit Aventino, servat genus altivolantum.
Certabant Urbem Romam, Remamve vocarent:
Omnis cura Viris uter esset Induperator.

Quærit Aventino, ſervat genus altivolantum.
Certabant urbem Romam, Remamne vocarent.
Omnis cura viris, uter eſſet Induperator,
Expectant veluti conſul quum mittere ſignum
Vult, omnes [85] *avidi expectant ad carceris oras,*
Qua mox emittat [86] *pictis ex faucibu' currus,*
Sic exſpectabat populus, atque ore timebat.

Livius lib. LV. ab Urbe condita: *Ad X. Kal. Octobris, Ludorum Romanorum ſecundo die, C. Licinio Cos. ad quadrigas mittendas* [87] *aſcendenti, tabularius qui ſe ex Macedonia veniſſe diceret, laureatas litteras attuliſſe dicitur. Quadrigis miſſis, Conſul currum conſcendit, & quum per Circum veheretur ad foros publicos, laureatas tabellas populo oſtendit.* Quum vero uterque Conſul Urbe abeſſet, ſignum quadrigis committendis dabat Prætor. Quod ſi & is vel caſu abeſſet, vel morbo decumberet, ejus rei cauſſa Dictatorem creatum aliquando fuiſſe, in fine octavi libri docet Livius: *Hoc bellum a Conſulibus bellatum, quidam auctores ſunt, eoſque de Samnitibus triumphaſſe. Fabium etiam in Apuliam proceſſiſſe, atque inde magnas prædas egiſſe; Nec diſcrepant, quin Dictator eo anno A. Cornelius fuerit. Id ambigitur, belline gerendi cauſſa creatus ſit, an ut eſſet, qui Ludis Romanis (quia L. Plautius Prætor gravi morbo forte implicitus erat) ſignum mittendis quadrigis daret. Functuſq; eo haud ſane memorandi Imperii miniſterio, ſe Dictatura abdicaret, nec facile eſt, aut rem rei, aut auctorem auctori præferre.* Et libro XXII. *Exitu anni T. Quinctius, Conſul, dictatore Comitiorum, Ludorumque faciendorum cauſſa creato T. Manlio Torquato, in magiſtratu ex vulnere moritur. Dictator magiſtrum Equitum C. Servilium dixit.* Hinc intelligitur ſignum quadrigis dari, non niſi majorum magiſtratuum munus fuiſſe, ut Dictatoris, Conſulis, & Prætoris. Rep. everſa poſt Auguſti tempora, Prætoris munus id fuit. Martialis lib. XII. *Epigrammaton:*

[88] *Cretatam Prætor quum vellet mittere mappam,*
Prætori mappam ſubripit Hermogenes.

Q. Florens: *Aſpice populum ad Circenſe ſpectaculum jam cum furore venientem, jam tumultuoſum, jam cæcum, jam* [89] *deſponſionibus concitatum. Tardus eſt illi Prætor, ſemper oculi in urna ejus cum ſortibus volutantur. Dehinc ad ſignum anxii pendent, unius dementiæ una vox eſt, cognoſce dementiam de vanitate.* Miſit *dicunt, & nunciant invicem, quod ſimul ab omnibus viſum eſt. Tenet teſtimonium cæcitatis, non vident miſſam, quid ſit, mappam putant, ſed eſt diaboli ab alto præcipitati figura.* Imperatores etiam aliquando ſignum curriculis Circenſibus dabant. Tranquillus in *Auguſto* cap. XLV. *Circenſibus aliquando dies totos aberat petita venia, commendatiſque qui ſua vice præſidendo fungerentur.* Idem in *Cajo* c. XVIII. *Commiſit ſubitos Circenſes, quum elegantiam apparatus Circi proſpicere pauci ex proximis mænianis poſtulaſſent.* Lampridius in *Commodo*: *Dalmaticus in publico proceſſit, atque ita ſignum Circenſibus quadrigis committendis dedit.* Sed & Imperatorum libertos hoc munere functos fuiſſe, refert in *Nerone* Suetonius cap. XXII. *Univerſorum ſe oculis in Circo maximo præbuit, aliquo libertorum mittente mappam, unde magiſtratus ſolent.* Non ab re viſum fuit hoc loco antiquæ tabulæ agitatoris Epitaphium & acta comprehendentis exemplum, & paraphraſticam interpretationem ſubjicere, quo cum ea quæ ſupra dixi, tum alia multa id genus explicantur maxime ſcitu digna.

C. APPVLEIVS. DIOCLES. AGITATOR. ſeu auriga FACTIONIS. RVSSATÆ.

NATIONE. HISPANVS. LVSITANVS. Qui vixit ANNOS. XLII. MENS. VII. DIES. XXIII.

Hic PRIMUM currus AGITAVIT. IN FACTIONE ALBATA Anno Urbis conditæ DCCCLXXV. Chriſti vero CXXIII. M. ACILIO. M.F. AVIOLA. C. CORNELIO. [90] PANSA Conſulibus.

Expectant veluti conſul cum mittere ſignum
Vult, omnes avidi ſpectant ad carceris oras,
Qua mox emittat pictis e faucibus currus.
Sic expectabat populus, atque ora tenebat.

85. *Avidi ſpectant*) Sil. lib. *belli Pun.* XVI.
Fluctuat æquoreo fremitu, rabieque faventum
Carceribus nondum reſeratis mobile vulgus,
Atque fores oculis, & limina ſervat equorum.

86. ***Pictis ex faucibus***) Silium corrigo:
Sic ubi proſiluit piceo de carcere præceps
Ante ſuos, & victor equos.
ubi *picto de carcere* legerem, *Piſæo e carcere*, repoſuerat Marſus. At de Romano Circo credibile eſt potius intellexerit Poeta Latinus.

87. *Aſcendenti*) Ad mænianum, neque ut videtur velle Bulengerus, ad currum, etſi poſt datum ſignum e mæniano currum conſul conſcendit, apud Livium.

88. *Cretatam Prætor*) Creta Veteres mappas, togas, faſcias crurales illuſtrabant, ut nunc amylo, ac glutine lintea, quæ *collaria* vocamus. dirigimus. *Toga candida* (inquit Iſidorus) *eademque cretata, in qua candidati, id eſt, magiſtratum petentes ambibant, addita creta, quo candidior, inſigniorque eſſet.* Sed hæc nobiliſſima, nec eadem cum illa, qua pedes mancipiorum nempe gypſo, aut victimæ cretabantur. Juven. —— *duc in Capitolia magnum, Cretatumque bovem.* Cretarum genera ponit Plinius lib. XXXVI. cap. XVII. faſcias cretatas, caligares ad *Atticum* Cicero lib II. ep. XII. Theophraſtus vero libro περὶ λίθων ſuo etiam tempore creta veſtes lini ſolitas demonſtrat, χρῶνται (inquit) ἣ τῇ Τυμπαϊκῇ πρὸς τὰ ἱμάτια.

89. *Deſponſalibus*) Dictum eſt de his cap. XI.

90. *Panſa Coſſ.*) Tenet ordinem, quem Olympionicarum hiſtorici, & Theon Sophiſta in *Pro-*

PRIMUM. VICIT. IN FACTIONE. EADEM biennio post, M. ACILIO GLABRIONE. C. BELLICIO. TORQVATO Consulibus.

PRIMVM currus AGITAVIT. [91] IN FACTIONE. PRASINA. Anno Urbis DCCCXXC. salutis vero CXXIX. L. Nonio L. F. TORQVATO. ASPRENATE. II. M. ANNIO. M. F. LIBONE Consulibus. PRIMVM VICIT.

In factione RVSSATA triennio post, Ser. Octavio LAENATE. PONTIANO. M. ANTONIO RVFINO Consulibus. Et quum quattuor essent totidem factionum quadrigæ simul concurrentes, quarum quæ gradus & euripum versus agitabatur, imam, quæ vero spinæ & metis propior erat, [92] summam dicebant, SVMMA QVADRIGA AGITAVIT ANNIS XXIIII. Quæ admodum difficilis & incommoda erat propter vicinas metas, in quarum circuitione non parum periculi aurigæ imminebat, ne iis currum suum impactum discinderet, & vitam cum victoria una amitteret. Quum vero quattuor essent carcerum sive equorum emissionum ostia, quod proxime gradus erat, dicebatur quartum, inferius tertium, aliud metas versus, secundum, novissimum [93] a pompa. Igitur Diocles ab omnibus his carcerum ostiis agitando exiit, & quidem MISSVS. [94] OSTIO. IV. CCLVII. vicibus.

A

Tertio C. secundo LXII. A POMPA autem CX. vicibus. Quum duplex agitandi usus esset, aut solennibus festis, quo singuli simul quattuor factionum agitatores currebant, aut aliis diebus non aliquam ob religionem, sed ex provocatione. Quo cursu aliquando tantum duo, aliquando tres simul agitatores aurigabant. Diocles currum unum provocans cursu SINGVLARVM quadrigarum VICIT ∞ LXVIIII. vicibus. Ex quibus vicibus INDE [95] PRAEMIA. MA!ORA. VICIT. XCII. In hac tabula præmium majus esse videtur a XXX. millibus nummum supra, hoc est, aureorum coronatorum nostratium nongentorum. Et ideo notatum est. Ex XCII. præmiis majori-

B

---

gymn. servat, ut certatorem victoriarum, numerum, & tempus signet. Τό τε ἀγώνισμα, ὃ ἠγωνίζετο ἐν Ὀλυμπίᾳ, καὶ ὅσας νίκας ἀνείλετο καὶ τὰς Ὀλυμπιάδας ὀνομάδας ὀνομάζειν, ἐφ' ὧν ἐνίκα. *Certamen, quod babuit in Olympia, victoriarum numerum & tempora Olympiadum, quibus vicit, denotare.*

91. *In factione prasina)* Sed antea in factione albata, paulo post in russata invenitur certasse: hi igitur transfugæ dicebantur. sed in provocatione, non in publicis ludis, puto partes suas deserebant.

92. *Summam dicebant)* Vel sinistriorem ut dicebamus. Carcer ille, ex quo summæ quadrigæ exibant, intimus est apud Nonnium:

Nemini fortuna currum carcere emissum intimo
Labi inoffensum per æquor ad calcem sinit.

93. *A Pompa)* Maxima quidem coactio; non modo ab ultimo ostio, sed a media porta, ex qua pompa exire solebat, & inter duodecim ostia non connumerabatur, exiit. Hæc porta *mortua* apud Græcos dicebatur. sed alibi *Annos* XXIV. viginti quattuor annos ætate agens.

94. *Ostio quarto)* Ita intelligo, e regione spinæ carcer erat, qui a pompa dicebatur, sequebatur Intimus, qui & primus appellabatur, postea secundus, tertius, & quartus, qui & imus. primus vero, non ille qui & a pompa, ex illo enim quadrigæ non ordinarie prodibant, quapropter locus θανάτου dictus est, ut alibi ostendemus. dixi *ordinarie*, scio enim in provocationibus quandoque illo etiam ostio aurigas esse usos.

95. *Præmia majora)* Erant majora præmia, quæ non ex secundis partibus, aut tertiis aut ex occupationibus, aut successionibus acquirebantur, sed ex justa victoria, explicat fere ad Cosentium utrumque Sidonius:

Hic mox præcipit æquus Imperator
Palmis serica, torquibus coronas.
Conjungi, & meritum remunerari,
Victis ire jubens satis pudendis
Villis versicoloribus tapetas.

Rem ita declarat Silius Ital lib. *Bell. Pun.* XVI.

Par donum solido argento cælata bipennis
Omnibus, at vario distantia cætera bonore.
Primus equum volucrem Massyli munera regis
Haud spernenda tulit; tulit huic virtute secundus,
E Tyria, quæ multa jacet, duo pocula præda:
Tertius inde bonor, & postremi munere Atlantis,
Quamvis perfracto senior subsiderat axe,
Attritum donat victor, miseratus & ævum,
Et sortem casus: famulus florente juventa
Huic datur.

Ubi dum primus, secundus, & tertius, inquit, prima, secunda & tertia præmia intelligit, & in cursorum certamine scribit idem:

Hanc primus galeam, bac acies terrebat Iberas
Hasdrubal, hunc ensem, cui proxima gloria cursu,
Accipiet, cæso pater hanc detraxit Hyempsæ.
Tertius extremam Tauro solabere palmam:
Cætera contenti discedent turba duobus,
Quisque ferox jaculis, quæ dat gentile metallum.

bus fuere xxx. XXXII. id est, duo & triginta, quæ essent singula XXX. millium numinum, hoc est, aureorum (ut dixi) nongentorum. EX HIS SEIVGES III. *Sejuge* dicendum opinor, ut infra *septejuge*. Id est horum majorum præmiorum quæ duo & triginta fuere, tres vicit septejuge agitando. XL. XXVII. Inde ex majoribus præmiis alia XXVIII. tulit XL. millium nummum, quæ summa est ∞ CC. coronatorum. Deest in tabula quo cursus genere vicerit duo ex his majoribus præmiis XL. millia nummum, nisi denuo sit ita dicendum. *Ex his sejuges*. II.

L. XXIX. id est, præmia majora L. millia nummum singula XXIX. tulit aureorum scilicet ∞ D. Ex quibus INDE SEPTEIVGE I. vicit. Demum ex supra dictis XCII. majoribus præmiis LX. III. sexaginta millia nummum, id est, aureorum nostratium ∞ DCCC. tria vicit. Quæ majora præmia in unum subducta XCII. sunt, scilicet XXXII. triginta millium. XXVIII. quadraginta millium. XXIX. quinquaginta millium. III. sexaginta millium nummum. Agitando vero & duas quadrigas provocando BINARVM scilicet quadrigarum certamine VICIT CCCLVII. In his binorum curruum certaminibus TRIGAS AD TIs XV. IIII. id est, trigas agitando vicit quater præmium valoris XV. millium nummorum, hoc est, CDL. aureorum. TERNARVM scilicet quadrigarum certamine VICIT LI. Quo cursu quattuor simul quadrigæ agitatæ sunt. Ubi illud annotatione dignum, quod quum dicitur *singulas*, *binas*, *ternas*, & similia, sine aliqua adjunctione, quadrigas intelligendas esse constat, quarum cursus usitatus erat, nam in reliquis currus genus adjungitur, ut bigæ, trigæ, sejugis, & septemjugis. Hactenus auctor tabulæ exposuit certamina, præmia, & quæ Diocles ex provocatione bigis, trigis, quadrigis, sejugibus, & septemjugibus cum singulis, binis, & ternis concurrentibus curribus vicit. Modo eas victorias enumerat, quæ Ludis Circensibus ordinariis, & sacris vicit. Ait igitur AD HONOREM VENIT. ∞ Id est, sine præmio singulos factionum secum currentes agitatores vicit millies.

. . . . . [96] SECVNDAS scilicet partes tulit DCCCLXI. ita ut nisi unum currum qui eam præierit habuerit eadem ratione TERTIAS scilicet partes habuit DLXXVI. Id est, novissimus non fuit. QVARTAS. AD TIs ∞ I. Quartas ego a cæteris notis distinguo: Id est, quartus etiam, quod idem est ac novissimus & ultimus aliquando fuit. Cujus numeri notam non exprimit, quæ sibi honori non esset. Sequitur deinde AD TIs ∞ I. Id est, ad H-S mille millia, vel ut antiqui dicebant *Decies semel* vicit. ea summa XXX. millium aureorum nostratium erat. [97] FRVSTRA EXIT ∞ CCCLI. hoc est, cursus justus non fuit, vel quia equorum emissiones legitimæ non fuere, vel quod aliquod æquum impedimentum in currendo ei accidit. AD VENETVM VICIT X. decies. AD ALBATVM VICIT XCI. INDE AD TIs XXX. II. ex nonaginta una victoria, qua Albatum factionarium vicit, duas habuit, quæ præmium XXX. millium nummum tulere. AD PRASINVM, vicit H-S CCCL. VIII.

Eoque hic primus proxima virtus, tertius primas, secundas, palmas indicant: Qui vicinior metæ primas habebat. Idem.

Interea metis certus jam laudis agebat
Se se Panchates, & præmia prima petebat.

96. *Secundas tulit*) Invenies in Tabula *primas tulit*, *secundas tulit*, *tertias tulit*: de palmarum genere intelligit Bulengerus, atque huc referri illud ait Tranquilli cogitasse Neronem quartas addere. non dissimulavit, inquit, Nero, velle se palmarum numerum ampliare. bene; sed Bulengerum magis explico. ante Neronem in Circensibus quartæ partes non habebantur in honore, nam ultimarum quadrigarum erant. quattuor enim erant quadrigæ; cogitavit itaque Princeps quartas addere, & numerum sic augere palmarum, quod factum invaluisse ex hac tabula liquet, in qua quartarum fit mentio, non tamen ejusdem ponderis erant munera, sed minoris illorum, qui secundi aut tertii quartive erant. In cursu etiam Heroum tempore, ut ex Homero γ. *Iliados*, Verg. lib. *Æn.* v. Statii vi. *Theb.* nec non ex Silii xvi. liquet; quapropter per præconem, qui primus, qui secundus, qui tertius fuisset denunciabatur, Aristides. ὅτι χρὴ καὶ πρώτην, καὶ δευτέρας, καὶ τρίτην αὐτὴν ἐν τοῖς ἄλλοισι κηρύττειν ὥσπερ ἐν ἅρμασι. Isocrates. πρῶτος, καὶ δεύτερος, καὶ τρίτος ἐγένετο ὁ Ἀλκιβιάδης. Nempe ut hic Hierocles primas, secundas, & tertias partes in cursu occupavit. Numerum sic exprimebant præcones apud Græcos. Pind. *Olymp.* ode xiii. ἑξηκοντάκι γὰρ βοᾷ κάρυκος, *sexagies enim vox præconis victorem prædicavit*. est quoque lapis Romæ in Quirinali: inscribitur in eo corona juxta quam adstat vir hastatus. epigramma vero est I. *Annueus Mer. vicit civ. secundas tulit* xxivx. *Tertias tulit* xiix. *Pal. & Cor.* . . . . . *V.* . . *D. Trajani Augusti.* . . . . . . Ubi de coronis & palmis in bello occupatis, quæ secundæ & tertiæ etiam dicerentur, est intelligendum.

97. *Frustra exit*) Ob emissionem illegitimam: hæc enim judicabatur a spectatoribus togæ excussione, Ovid. *amor.* lib. iii. ep. ii.

—— sed eum revocate Quirites;
Et date jactatis undique signa togis.
En revocant; at ne turbet toga mota capillos.

Plutarchus in Sylla. Τὰ πρῶτα τῶν ἁρμάτων ἀργῶς ἐξελαυνόμενα καὶ προσπίπτοντα νωθρῶς ἐκκροώσαντες οἱ Ῥωμαῖοι μετὰ κρότου καὶ γέλωτος ἄλλα ᾔτουν, ὥσπερ εἰώθασιν ἐν ταῖς θεατρικαῖς ἱπποδρομίαις. Ambros. in psal. cxiix. ser. v. *Ante nos est Christus, & ante nos bravium ejus, ad quod pervenit, non qui in incertum cucurrit, nec revocavit cursum suum, sed incitavit*. Arnob. lib. vii. *Qui cantherios frustra, & sine ulla ratione exeuntes spectatum proficiscantur*.

LX. III. CX. X. Ita ego interpretor. Octo prima præmia $\overline{\text{CCCL}}$. millium nummum, id eſt, decem millia quingentorum aureorum; deinde tria præmia ſingula LX. millium nummum, id eſt, ∞ DCCC. aureorum, & decem præmia, CX. millium nummum, id eſt, trium millium trecentorum aureorum vicendo lucratus eſt. PRAETEREA BIGAS M. VICIT. III. AD ALBATVM I. AD PRASINVM. II. Bigis H-S decies, id eſt, XXX. millia aureorum ter vicit agitatori Albato ſemel, Praſino vero bis. Sequitur auctor tabulæ enarrans quot modis vicerit. Primum [98] OCCVPAVIT. ET VICIT DCCCXV. vicibus, id eſt, ubi ex carceribus exivit primus continuo fuit, & vicit SVCCESSIT. ET. VICIT. LXVII. vicibus, hoc eſt, Alius ante eum aliquando fuit quem prævenit & vicit, æquavit & vicit XXXVI. vicibus, id eſt. aliquamdiu ſimul aliquali curſu cucurrit, tamen ſuperavit & vicit, VARIIS GENERIBVS. VICIT. XLII. ERIPVIT ET VICIT. DII. vicibus, id eſt, actu vel induſtria concurrentes prævertit & vicit. Ex tot victoriarum generibus PRASINIS CCXVI. VENETIS CCXI. ALBATIS LXXXI. palmas tulit. EQVOS CENTENARIOS, id eſt, centum palmarum victores FECIT Numero VIIII. DVCENARIVM I. id eſt, CC. præmiorum victorem.

INSIGNA EIVS.

. . . . . parTO SIBI. QVO ANNO PRIMVM QVADRIGIS VICTOR EXTITIT BIS. ERIPVIT. BIS. ACTIS Agitatorum CONTINETVR AVILIVM TERENTINA FACTIONIS SVÆ PRIMVM OMNIVM VICISSE ∞ XI. vicibus. EX QVIBVS VNO ANNO PLVRIMVM VINCENDO. VICIT . . . . . QVO ANNO PRIMVM CENTVM VICTORIAS CONSECVTVS EST. in his VICTOR fuit centum millium coronatorum TER. SINGELARVM Quadrigarum certamine VICIT. LXXX. millia nummum, id eſt, duum millium Quadringentorum aureorum TER. ET ADHVC AVGENS GLORIAM TITVLI SVI PRÆCESSIT THALLVM FACTIONIS SVÆ Agitatorem, QVI PRIMVS IN FACTIONE RVSSATA.

---

98. *Occupavit, & vicit*) Campum videlicet eripuit. Seneca in *Hecuba*.

Sorte occupavi, præmia eripuit mihi.

Caſſiod. *Tranſit Praſinus, pars populi moeret: præcedit Venetus, & totius turba Civitatis affligitur*. Statius rem ita deſcribit.

Jam prior Oelides, & jam non tertius ibat
Admetus laxo cum tandem ex orbe reductus
Aequoreus ſonipes premit, evaditque parumper
Gaviſos, ſubit aſtra fragor, cœlumque tremiſcit.

plauſu ob ereptum campum, &

—— ſed martius ante
Obſtetit Hippodamus, mediaſque immiſit habenas.

atque id vincere erat quodammodo lege Aurigarum. Idem.

—— nunc Euneos ante.
Et nunc ante Thoas, cedunt, vincuntque.

Silius lib. XVI.

—— Cyrnum poſt terga relinquit,
Confremit, & cælum, & percuſſus vocibus altis
Spectantum Circus, fertur ſublime per auras
Altius attollens cervicem victor *ovantem*
Panchates.

Ovatio vere illa, & minor palma, non triumphus, nam paulo poſt ad metam,

—— tum mollia crura ſuperbo
Attollens greſſu, magno clamore triumphat.

Occupare id proprie dicebatur. Plinius, *excuſſo in carceribus auriga Albati equo Corace occupavere*. Ubi nota albatos uſos etiam nigris equis. Tranſire eſt apud Arnob. lib. VII. *Gaudeantque ex his alios tranſire, pronos, & cernuos ruere*. Deſignavit in re navali Virg. lib. *Æneid.* V.

Et nunc Piſtris abit, nunc victam præterit ingens
Centaurus.

Juvencus in Evang. veritate ad hunc ſenſum cecinit.

Primorum meritum poſtremi tranſgredientur,
Ultima præteriti capient vix præmia primi.

Idque *Supplantare* dicebant in iis, qui pedibus currerent. Cyprian. ad *Cornelium*. *Proſilierat adverſarius* (& mox) *ſupplantare ſe iterum poſſe crediderat Dei ſervos, & veluti tyrones, & rudes, quaſi minus parato, & minus cautos*. Caſſianus de *ſpir. Vanæ Gloriæ* cap. VII. *quem non potuit per honorem dejicere, humilitate ſupplantat.* πτέρνισμα Græci rem vocant. fraude occupare Heroum tempore haud licitum; ita ut Homerus lib. *Iliad.* Ψ. Menelaum inducat juramentum ab Antiocho exigentem, quod non dolo malo egiſſet ſecum, dum ipſe non abſque currus utriuſque evidenti periculo in agitatione anguſta via rapitur.

Ἀλλ' οὐ μὰν οὐδ' ὧς ἄτερ ὅρκου οἴσῃ ἄεθλον.
Sed niſi juraris, non præmia denique tolles.

tamen aliter factum apud Statium, & Silium.

99. *Soræ*

. . . . . VICIT DIOCLES OMNIVM AGITATORVM EMINENTISSIMVS QVO ANNO ALIENO PRINCIPIO, id est, quum alteri obtigisset 99 sors principii, id est, facilioris loci CXXX. QVATVOR vicibus. In his SINGVLARVM quadrigarum certamine vicit CXVIII. vicibus. QVO TITVLO PRAECESSIT OMNIVM FACTIONVM AGITATORES QVI VNQVAM . . . . . Ludis CIRCENSIVM INTERFVERVNT. OMNIVM ADMIRATIONE MERITO NOTATVM EST QVOD VNO ANNO ALIENO PRINCIPIO DVOBVS INTROIVGIS equis qui ex quattuor quadrigarum interiores sunt COTYNO ET POMPEIANO (equorum nobilium nomina sunt) ‾XC. millia nummum ∞ ∞ DCC. coronatorum. Novies LX. millia nummum. ∞ DCCC. aureorum semel. ‾L. millia nummum, id est, ∞ D. coronatorum quater ‾XL. millia nummum, id est, ∞ CC. aureorum semel ‾XXX. millia nummum, id est, nongentorum aureorum bis.

. . . . . FACTIONIS PRASINAE VICTOR ∞ XXV. vicibus PRIMVS OMNIVM VRBIS CONDITAE AD T†S ‾L. millia VICIT, id est, mille & quingentos aureos SEPTIES. DIOCLES PRAECEDENS EVM INTROIVGIS TRIBVS equis ABIGEIO LVCIDO PARATO L. millia nummum VICIT. OCTIES . . . . . constat COMMVNEM VENVSTVM. EPAPHRODITVM TRES AGITATORES MILIARIOS, id est, mille palmarum victores FACTIONIS VENETAE AD TI-S L. millia VICISSENT VNDECIES DIOCLES POMPEIANO ET LVCIDO DVOBVS INTROIVGIS equis L. millia nummum VICIT . . . . . puta XII. duodecies .... (deest nomen unius agitatoris) N .... FACTIONIS PRASINAE VICTOR ∞ mille nummum, id est, triginta aureorum, aut centum millium nummum, id est, trium millium coronatorum XXV. vicibus. FLAVIVS SCORPVS victor II. duum millium nummum, id est, sexaginta aureorum, ducentorum millium nummum, id est, sex millium aureorum XLVIII. vicibus. ET POMPEIVS MVSCLOSVS VICTOR ‾III. trium millium nummum, id est, nonaginta aureorum, aut trecentorum millium nummum, id est, novem coronatorum DCXXXII. vicibus millia nummum vicerunt XXVIII. vicibus TRES AGITATORES VICTORES VI. sex millium nummorum, id est, centum octuaginta aureorum, aut sexcentorum millium nummum, id est, decem & octo millium aureorum DCXXXII. vicibus. (Nam XXV. XLVIII. & DLVIIII. eum numerum reddunt). AD H-S L. milliarii.

. . . . . . At Diocles EMINENTISSIMVS VICTOR ∞ CCCCLXII. vicibus idem præmium tulit, ac L. millia nummum VICIT XXVIIII. VICIBVS una victoria tres illos antecedens NOBILISSIMO TITVLO DIOCLES NITET. CVM FORTVNATVS FACTIONIS PRASINAE IN VICTORE TVSCO Equo VICTOR CCCLXXXVI. palmarum esset ex his L. millia nummum VICIT IX. novies DIOCLES. Augens gloriam fuit VICTOR CLII. vicibus. Ex his ‾L. millia nummum VICIT Decies. ‾LX. millia nummum semel 100 NOVIS COACTIONIBVS, id est, novis

99 *Sors principii*) Sortitionis hoc beneficium, ut quæ primo ostio, nempe proximiori a porta pompæ exiret, expeditius ad metæ flexum haberet iter. Callisthenes, M.S. in certamine curuli ab Alexandro Magno exhibito: ἡ κάμπτη ἐκληρώθη. Morem designat quoque Virg. lib. v. *Tunc loca forte legunt* : & Homerus *Iliad.* Ψ.

Ἂν δ' ἔβαν ἐς δίφρους, ἐν δὲ κλήρους ἐβάλοντο.
Πάλλ' Ἀχιλεὺς, ἐκ δὲ κλῆρος θόρε Νεστορίδαο
Ἀντιλόχου, μετὰ τὸν δ' ἔλαχε κρείων Εὔμηλος.
Τῷ δ' ἄρ' ἔπ' Ἀτρείδης δουρικλυτὸς Μενέλαος,
Τῷ δ' ἐπὶ Μηριόνης λάχ' ἐλαυνέμεν ὕστατος αὖτε
Τυδείδης ὄχ' ἄριστος ἐὼν λάχ' ἐλαυνέμεν ἵππους.
Consedere quidem curru, sortesque movere.
Movit eas natus Peleo, prima incidit ipsi
Nestoridæ Antilocho, Eumeli fuit altera Regis.
Post hunc Atrides Menelaus *nobilis hasta,*
Merionesque locum subeunt : movet ultimus ardens
Tydides insignis equos, & frena capessit.

100 *Novis coactionibus*) Videlicet, ut permutaret equos, alienis uteretur, e quarto ostio exiret, sine flagello curreret, non clamaret, neque equos voce cieret. Certe in icone quadam aurigantium, quæ penes Cassianum equitem a Puteo virum celebrem, ac de literis optime meritum, est, quamque hic libuit supponere, Aurigæ cernuntur sine flagellis. Equum Deuxippi adnotavit Suidas in voce ἵππος ita edoctum, ut sine habenis apte curreret, sisteret se, & flecteretur; de mulis Gallicis eodem modo sine habenis parere voci assuetis, est Ausonii epigramma; & de Tingitanis equis virga tantum solitis moderari locus Strab. l. xv. At quoniam hic figuram D. Cassiani a Puteo adduxi, eam explicare, non nisi operæ pretium ducam. Habitus certe aurigarum non iste proprius semper, quem lector hic vides; videtur enim veluti toga, & habenæ panno ipsius attineri tanquam consutæ cernuntur: talique indumento usos aurigas, tunc puto cum *coactionibus novis* (ita dicebant) inter se ad ostenden-

modis illum populo, vel illum inusitatos cursus suscipere cogente ET NVMQVAM ANTE TITVLIS SCRIPTIS DIOCLES EMINET QVOD VNA DIE AD H-S XL millia MISSVS BIS VTRASQVE vincendo VICTOR EMINVIT. AD QVE AMPLIVS ..., D. SVISQVE SEPTEM EQVIS IN SE IVNCTIS NVMQVAM ANTE HOC NVMERO EQVORVM SPECTATO CERTAMINE AD TIS L. millia IN ABIGEIO equo VICTOR EMINVIT ET 101 SINE FLAGELLO, quo equi agitabantur ALIIS CERTAMINIBVS AD TIS XXX milia vicit.

..... CVM PRIMVM VISVS ESSET HIS NOVITATIBVS DVPLICI ORNATVS EST GLORIA. INTER MILIARIOS AGITATORES PRIMVM LOCVM OBTINERE VIDETVR PONTIVS EPAPHRODITVS FACTIONIS VENETÆ

..... Imp. 1 Cæs. ANTONINI AVG. PII SOLVS VICTOR ∞ CCCCLXVII.

---

dam artem certarent; non enim sago, qui vestis accommodissima Aurigæ est, & propria, sed hac veste laciniosa, & lata utuntur, ut aurigandi ingenium in difficiliori modo venditarent. Aurigarum vestis sagus est propria, ex Calliaceno Athenæus ἐπὶ δὲ πάντων τούτων ἀναβλῆκει παιδάρια χιτῶνας ἔχοντα ἡνιοχικὰς, καὶ πετάσους. *Et sagum brevem circa humeros haberent aurigantes pueri & petasos in capite*: nostram hanc vestem ξυστίδα appellat Schol. Theocr. *Idyll.* II. ξυστίδα περιβόλαιον λεπτὸν, ᾧ χρῶνται οἱ ἁρματηλάται; εἴρηται δὲ ἀπὸ τοῦ γῆν ξύεσθαι. Ac de ea facit C. tit. XL. l. IV. *si quis*, & rugosos sinus appellat. Tunicam illam solitam Aurigarum appellavit Plinius lib. IX. ep. VI. *Tanta gratia, tanta auctoritas in una vilissima tunica*. Attineri hanc dixi veluti togæ habenas, cum satis ex hac cæterisque figuris Aurigarum appareat ipsos olim habenis solitos præcingi, ut octo lora facilius possent distinguendo temperare, totiusque vi corporis equos retinere. In *Hippolyto* Euripides.

—— ἥρπασ' ἡνίας χεροῖν.
Ἕλκει δὲ κώπην ὥς τε ναυβάτης ἀνὴρ,
Ἱμᾶσιν εἰς τοὔπισθεν ἀρτήσας δέμας.

Adjuvabat hoc etiam ipsos, ut cum casuri e curru essent, & habenæ per illa tamquam fasciæ involutæ devolverentur procul a curribus, quasi fundis evibrarentur in tutum extra curriculum; quod totum hisce verbis declarat Stat. *Theb.* lib. V.

—— cum flavus Arion
Ut vidit, saliere jubæ, atque erectus in armos
Stat, sociumque jugi, comitesque utrinque laboris
Secum alte suspendit equos: ruit ilicet, exul
Aonius, nexusque diu per membra volutos
Exuit, abripitur longe moderamine liber
Currus,

Sic Ovid. de *Hippol.* lib. *Metam.* XV.

Ni rota, perpetuum quæ circum volvitur axem
Stipitis occursu fracta, & disjecta fuisset:
Excutior curru, lorisque tenentibus artus
Viscera viva trahi.

Lora artus tenentia sunt habenæ per ilia volutæ, quæ non sunt displicitæ tunc Hippolito nescio quo casu. Et *Fast.* quoque l. III. rem quoque aperit, quasi causam loris non defluentibus suæ necis tradat:

Hic latet Hippolitus loris distractus equorum.

sed rem apertissime Euripides in citata Tragœdia.

Αὐτὸς δ' ὁ τλήμων ἡνίαισιν ἐμπλακεὶς,
Δέσμον δυσεξήνυτον ἕλκεται δεθείς.
Ipse vero miser loris implicitus
Trahitur vinctus vinculo inexplicabili.

Et inferius.

—— Χ' ὡ μὲν ἐκ δεσμῶν λυθεὶς
Τμητῶν ἱμάντων, οὐ κάτοιδ' ὅτῳ τρόπῳ
Πίπτει.
Iste vero solutus e vinculis fractorum lororum cadit.

certe ibi Interpres nihil vidit; melius Lutat. Theb. *Se habenarum nexu, quo involutus per terga fuerat, liberavit, ne cum loris implicitus traheretur*. Senec. Trag. qui ab Eurip. accepit, sic etiam.

Præceps in ora gnatus implicuit cadens
Laqueo tenaci corpus, & quanto magis
Pugnat, sequaces hoc magis nodos ligat.

Adnotandum vero præcipue est, quod sine flagellis currunt, ex quo aurigarum solertia, & equorum apparet docilitas; inferius habet nostra tabula, *Victor eminuit & sine flagello*: de hac coactione alibi etiam.

101 *Sine flagello*) De hac re vide Claudiani epigr. totum, ubi non modo sine flagello, sed sine habenis aurigasse certum est; de flagello Schol. Aristoph. in *Acar.* ἱμάντας, λώρους, φραγγέλλια: habenæ quod habiles manui sint dicuntur: ῥυτὰ etiam apud Græcos; ῥυτὰ χαλαίνοντες ait Hesiodus; & Schol. ῥυτὰ τὰ χαλινὰ, ab ἐρύω quod est *traho*, & proprie dicuntur, ait ipse, ῥέτεινα; inde nos Itali *redini*, vocamus *le briglie*, quæ λιβρία dictæ a Græco barb. sunt enim λιβρία ἄμπυκες, & ornamenta capitum equorum. Constantin. Tact. appellata etiam τύφια.

1 *Cæsaris Antonini*) Sub Antonino igitur hæc tabula conflata, & Scorpus, Thallusque quorum fit hic mentio, non iidem sunt, qui Aurigæ eorundem nominum apud Martial. uti noster c. XI. hujus lib. velle videtur. Sed isti ab illis prioribus nomen veluti a conditoribus accepere.

vicibus. In his SINGVLARVM quadrigarum certamine VICIT DCCCCXI. vicibus. AT DIOCLES PRAECEDENS EVM VICTOR ∞ CCCCLXII. vicibus fuit. INTER SINGVLARES quadrigas VICIT ∞ LXIIII. vicibus ISDEM TEMPORIBVS

— . . . ERIPVIT ET VICIT CCCCXLVII. vicibus. DIOCLES ERIPVIT ET VICIT DII. vicibus DIOCLES AGITATOR QVO ANNO VICIT CXXVII. vicibus ABIGEIO LVCIDO POMPEIANO INTROIVGIS TRIBVS VICTOR CIII. vicibus fuit. INTER

— . . . omnes EMINENTES AGITATORES INTROIVGIS AFRIS equis PLVRIMVM VICERVNT PONTIVS EPAPHRODITVS FACTIONIS VENETAE IN BVBALO equo VICIT CXXXIIII. vicibus. POMPEIVS MVSCLOSVS FACTIONIS PRASINAE

— . . . . In his TIs . . . XV. id est, quindecies DIOCLES SVPERATIS EIS IN POMPEIANO equo VICTOR FVIT CLII. vicibus. SINGVLARVM quadrigarum certamine VICIT CXLIIII. vicibus AMPLIATIS TITVLIS SVIS COTYNO GALATA ABIGEIO LVCIDO POMPEIANO INTROIVGIS QVINQVE

— . VICTOR CCCCXLV. vicibus fuit. SINGVLARVM quadrigarum certamine vicit CCCXCVII. vicibus. Hactenus tabula. Nec ulli mirum esse debet aurigarum certantium præmia, & palmas tantæ nummorum summæ fuisse, quum eos ditissimos

A fuisse constet, & Juvenalis Satyra VII. unius Aurigæ patrimonium, centum causidicorum patrimoniis objiciat; quum ait,

Si libet, hinc centum 2 *patrimonia causidicorum,*
Parte alia solum Russati pone lacertæ.

Et Martialis *Epigrammaton* l.x. ad Romam:

Jam parce lasso Roma gratulatori,
Lasso clienti: quamdiu salutator
Anteambulones & togatulos inter
3 *Centum merebor plumbeos die toto,*
Cum Scorpus una quindecim graves hora
Ferventis auri victor auferat saccos.

B Agitatorum & aurigarum mentionem facit Q. Aurelius Symmachus Urbis Præfectus Epistola v. libri primi ad Imperatores Theodosium, & Arcadium Augustos: *Orat* (inquit) *clementiam vestram populus Romanus, ut post illa subsidia quæ victui modo largitas vestra præstabit, etiam curules & Scenicas voluptates Circo & Pompejanæ caveæ suggeratis. His enim gaudet urbana lætitia, cujus desiderium pollicitatione movistis. Expectantur quotidie nuntii, qui appropinquare urbi munera promissa confirment. Aurigarum & equorum fama colligitur, omne vehiculum, omne navigium, scenicos artifices advexisse jactatur. Et tamen amor perennitatis vestræ acuit desideria plebis, non cupiditas ludicrorum. Date igitur interim quæ petuntur, ut sit locus cæteris, quæ sine fine tribuetis.* Et Epistola VIII. ad eosdem: *Ergo cum expectari munera principum soleant, nunc accita venerunt. Prætereo illum diem quo elephantos Regios per conferta agmina equorum nobilium pompa præcessit. Malo fremitum*

Quod non factum ab Aurigis modo, sed etiam est a scenicis mimisque, aut Pantom. ut nempe conditorum descendentes nomen acciperent. Senec. *Nat. quæst.* l.I. *At quanta cura laboratur, ne cujuslibet Pantomimi nomen intercidat. Stat per successores Pyladis, & Batilli domus.*

2 *Patrimonia*) Apte illud confer huc in Aureliano Vopisci. *Vidimus proxime Consulatum Furii Placidi tanto ambitu in Circo editum, ut non præmia dari aurigis, sed patrimonia viderentur.* Ejusdem in Carino. *Et hæc quidem idcirco ego in literas retuli, quo futuros editores pudor tangere, ne patrimonia sua, proscriptis legitimis hæredibus, mimis & ballionibus deputarent.* De hac re Lactan. l.VI. c.XII. *Munerum editores populari levitate ducti opes, vel magnis urbibus suffecturas impendebant, tantoque sumptu, ut multi Consulatum omiserint ob paupertatem.* Dio: ὑπὸ πενίας πολλοὶ τῆς ὑπατείας ἀπολείπουσι διὰ τὰ ἀναλώματα τὰ ἐν ταῖς ἱπποδρομίαις: *ob paupertatem quidam consulatum omisere ob sumptus, qui in ludis Circensibus fierent.* Contracta quidem hæc vis expensarum primum a Nerva. Dio. πολλὰς ἱπποδρομίας, ἄλλας τε τινὰς θέας κατέλυσε, συστέλλων, ὡς οἷόν τε δαπανήματα: *quam plures Circenses ludos, aliaque quædam spectacula substulit, contractis, quantum fas fuit, expensis.* Sed frustra; eas præfinivit postea C. l. I. *de spectaculis.* l.II. C. *de Præt. & Quæst.* item C. Theodos. l.II. *de expens.* & in Novella Justin. CV. sed arduum semper luxuriæ frenum imponere; neque hæ leges obices sat validi ad comprimendas expensarum insanias. Theon sophista fabulam Diomedis interpretatus, equorum alendorum expensis laniatum illum demonstrat: Διομήδης ὁ Θρᾶξ εἰς ἱπποτροφίαν ἐξαναλωθεὶς ἐλέχθη ὑπὸ τῶν ἵππων αὐτοῦ ἀπολωλέναι. Sed ab Hercule interemptum constat; aptius de Glauco auctor hæc protulisset. Sane de Acteone lib. Mythol. III. Fulgentius eandem fabellæ causam adducit, expensarum periculum; idem Plutarchus per Simonidem docuit libello de modo agnoscendi ab amico delatorem: ὥσπερ ὁ Σιμωνίδης τὴν ἱπποτροφίαν φησὶν οὐ ληκύθῳ ὀπαδεῖν, ἀλλ᾽ ἀρούραισι πυροφόροις. *Quemadmodum Simonides equorum curam ait non sequi lecythum, sed integra arva frumentaria.* Lecythus scorteum vas olearium, ut ex eodem Plutarcho probatur; in obsidione enim quadam lecythos etiam comedisse Athenienses in Arce scribit, sed loquitur de expensa in equis quale vasculum lecythus sit, vide ad Idyll. II. Theoc. Schol.

3 *Centum plumbeos*) Misellam sportulæ illam portionem, quæ centum quadrantibus constabat. Juven. sat. prima:

Densissima centum
Quadrantes lectica petit.

Olim vinum, panis, & edulia pro pecunia dabantur, ex quo, quia sporta deferebantur ab addictis, *sportula* illa portio appellata: πρυτανεῖα, inquit Schol. Aristophanis in *Vespis*, τὰ νῦν καλούμενα παρὰ Ῥωμαίοις Σπόρτουλλα. Glossæ Latino-Græcæ, *Concessiones* τὰ σπόρτουλλα. κανίσκια Græci dixere Græca quidem voce, at significatione Romana: unde & apud ipsos κανισκεύειν, est *donare*. Vide de donativis populo factis a Justino Min. Corippum.

Murciæ vallis exponere, atque illam quadrigarum diſtributionem, in qua ſibi quum fortunatior videretur, cui objectionem mox urna tribuebat, par vel potior erat quem ſors feciſſet extremum. Quoties ſequenti primus incidit. Dubia eſt enim optio, quum de ſimilibus judicatur. Nec puteris iſtiuſmodi voluptatem plebi Martiæ parvam videri, cui delinimenta Circenſium finitimorum connubium præſtiterunt. Cui ſummus bonos viſus eſt, ut ovantes equorum dorſa geſtarent, ut triumphantes currus inveherent, &c.

Ut ea quæ tot verbis & numiſmatibus de Circenſium ſpectaculis, & curriculis jam diximus magis confirmentur, & locupletior ſit labor hic meus, duas tabellas adjeci, quarum prior ex lateritio fruſto, quod Fulginei in Prætorio Civitatis extat, delineata eſt, Circum & aurigas, ac multa Circi ornamenta continet: Poſterior vero ex antiquo marmoreo pilo, quod in hortis familiæ Columnenſium Cardinalis Borromei ad SS. Apoſtolos Romæ extat, Polyphemi agitatoris dum aurigaret, curru confidentis, & mortui effigiatum Circenſium aurigarum ſpectaculum habet, quibus agitatores octo nominibus ſuis expreſſi equis ſingularibus aurigarum prænunciis inſidentes, ſpina, Obeliſcus, metæ, cum ternis ſummitatibus, delphini, ova, Victoria, columnæ, ædiculæ, & alia Circi ornamenta accuratiſſime expreſſa, ſunt ſupra a me declarata. Adjeci infra inter duos ſecundæ tabulæ aurigas integrum Circi Maximi typum cum ſuo ornatu ex Caracalli numiſmate, quod apud Cardinalem Ranutium Farneſium extat formatum, quo & Circenſia ſpectacula, & eorundem locus uno ſub aſpectu patent.

CAP. XV.

De variis Circenſium ſpectaculorum miniſtris.

EXTANT paſſim in vetuſtis monumentis varia miniſtrorum Circenſium nomina, qui demandata ſibi munia impigre obibant. Quorum præcipui memorantur hi; 4 QUÆSTORES. Hi pecuniam, quæ univerſo agitatorum gregi, ſive factioni obveniebat, conſervabant, dividebant, & quæ ad factionem pertinebant, procurabant.

5 MEDICI Aurigas morbo confectos, vel caſu luxatos, curabant.

---

4 *Quæſtores*) Aut Quæſtores edebant munera, & Curules ludos ſuo nomine. Victor de *Viris Illuſtribus*: *L. Lucullus nobilis, diſertus, dives, munus Quæſtorum ampliſſimum dedit*, atque ea propria pecunia; Aut Principum, quorum nomine, & pecuniis ſpectacula populo proponebant, & de his auctor intelligit; qui etiam ærarii dicti ſunt. Lampridius in *Severo*: *Ærarios vero inſtituit, qui de ære fiſci ederent munera, eademque parciora.*

5 *Medici*) Intelligo, ut quælibet factio Medicos ſuos haberet, qui aurigas prolapſos, tractos, luxatoſque, aut ægrotos curarent; ad hoc D. Chryſoſt. de *Circo* videtur facere: *μὴ ἀγωνιάσῃς, ἔχεις γὰρ τὸν διατάκτην τὸν Θεὸν, καὶ Ἰατρὸν Χριστόν. Ne deficias in agone, habes enim deſignatorem Deum, Medicum Chriſtum.* Fuere ſic familiis gladiatorum, Athletarum ſui Medici; lapis:

SILVANO SANCO
C. AVSTRVNIVS MEDICVS
LVD. GALL.

Alter Sirmonetæ:

DIIS MANIBVS
M. CALPHVRNIO M. MEN.
VOLSENIO
VIX. ANNOS XXX. M. IIX.
M. CALPHVRNIVS M. FIL. MEN.
HILARVS MEDICVS
LVD. MAT.
FRATRI PIISSIMO FEC.

Alia inſcriptio:

MEDICVS
LVD. MAT.

Galen. *de comp. medic. per gener.* lib. III. ſe Medicum gladiatorum Pergami fuiſſe fatetur; erat enim in eo munere ediſcendi rem medicam commoda occaſio, ut nunc fieri in Xenodochiis ſolet; ſed quid ſi ad *ἱππιάτρης* referas; ſane medicos pecorum *ἱππίατροι* apud Varronem; oportebat etiam omnino, ut Veterinarii Medici, & Mulomedici adeſſent. Ut ad gladiatorios redeamus lib. III. cap. II. *de comp. med. per gener.* eos curaſſe, ut dixi, teſtatur Galen. variaque adhuc medicamenta, quæ ad gladiatores proprie ſpectarent, reperiuntur. De eorum cibo lib. de *alim. facult.* facit idem Auctor lib. I. c. XIX. Ponitur a Scribonio Largo, edendo faventibus muſis ab amiciſſimo mihi, ac doctiſſimo V. Jo. Rhodio. *Comp.* CI. Antidotus hiera Pacchii Antiocheni ad pectoris. & lateris dolores, & contuſiones, quæ frequenter gladiatoribus accidere ſolent, & eorum maxime ſauciatis; & *Comp.* CCXIV. *Emplaſtrum coloris incerti ad omnia mediocria vulnera, quadrupedum morſus, conſciſſa, vel inciſa articulamenta, ut fit, cum ad dentes pervenit pugnus.* Et *Comp.* CCVII. *Emplaſtrum nigrum, ejus barbara dicitur, facit ad omne recens vulnus, & contuſum; hoc plerique in gladiatoribus utuntur.* Et emplaſtrum magnum Thraſeæ *Comp.* CCIIX. Plin. lib. XXXVI. cap. XXVII. *lix cinis eſt foci: unde etiam cinis lixivius potus medetur, ut licet videre gladiatores cum deluſerint, hac curari potione*: puto legendum, *eluſerint*, *eludere* eſt finem ludo imponere. Dion. in *Eunucho Ter.* poſtquam ſcilicet e ludi periculo contuſi exierint. Scrib. Largus *Comp.* XVII. ad morbum Comitialem egregiam animadverſionem ponit. *Ex jocinere*, nempe, *gla-*

Marmoreæ [illegible] Circensium tabulæ quæ [illegible]
imago diligenter [illegible]
A° [illegible] M D LXXX [illegible] XIII [illegible]

I. [illegible] II. [illegible] III. [illegible] IV. [illegible] V. [illegible] VI. [illegible] VII. [illegible]

CONDITORES & SUCCONDITORES { Curatores, & Conservatores gregis, & qui eorum vices gerebant

6 PROCURATORES DROMI, Qui cursuum locum, vel curricula curabant.

7 AURIGATORES, Si ab auriga diversum A'nomen est, is aurigarum socius erat.

8 MARGARITARII, Qui gemmas, & margaritas agnoscebant, quas agitatores ad ornatum sui emere solebant.

MORATORES LUDI, Qui equos ad finem certaminis sistebant.

9 SELLARII, Sellarum confectores.

---

diatoris jugulati particulam aliquam novies datam consumant. Sic Celsus lib. III. cap. XXIII. Quidam jugulati gladiatoris calido sanguine epoto, tali morbo se liberarunt. Plinius quoque de hac re lib. XXIIX. c. I. & c. XIII. Idem Largus ad ἐπιληψίαν pertinere refert occidi hinnulum cultro, quo gladiator jugulatus sit; quod cum rationis vires non assequar inter fabulas adscribo; sicut illud Prisciani Medici de *menstruo muliebri*: *Rutæ succi cyathum unum calefactum jejunia bibat: sanguis si currere cœperit, surculum ipsius rutæ, de cujus foliis succus expressus est in ignem mittatur, & sanguis se stringet*. Ab ariditate ergo illius herbæ, arescit & sanguis; cur? Ita herba illa Titania apud Apollonium, quæ ex sanguine Promethei gigni dicebatur in Colcho, cum incidebatur, aut vellebatur, dolorem Prometheo, qui procul aberat, afferebat; ita videtur explicare ibi Interpres lib. III. ἐπὶ τῆς Τιτάνων ἣν ὁ Προμηθεὺς διὸ τὴν ῥίζαν ἔφη Τιτανίδα: διὰ τὸ ἐκ Προμηθέως βεβλαστηκέναι, ὅς ἐστιν ἐκ τῶν Τιτάνων. διὰ τοῦτο δὲ περιάπτεται τὰ περὶ τὴν τομὴν τῆς ῥίζης, καὶ τὸ συμπάσχειν τὸν Προμηθέα ἐπὶ τῇ ταύτης τομῇ. Sed plurimas similes reperies superstitiones ad vespertini sæculi Medicos. Nonne illud decumanum ejusdem Prisciani. *Ad capitis dolorem, papyrum tene in manibus tuis, & nomina septem viduas, quas nosti, & fac septem nodos in eo, & in fronte ligabis*. Et ad tussim nonne & illud πελώριον? *Equi salivam ex aqua calda bibat per triduum is, qui tussierit, vivet, equus morietur*; e tussi nempe, & fiet vulsus, nos dicimus *bolso*. Veget. l. III. c. XVI. *graviter tussientes, & vulsi*. Et ad strophum. *Dices hæc verba: quid irasceris? quid sicut canis jactas te? quid sicut lepus resilis? quiesce intestinum, & sta Crocodile*. Verum illud Sorani Medici apud Aurelianum exactioris judicii medicum arridet maxime. *Sed Sorani judicio videntur ii mentis vanitate jactari, qui modulis, & cantilena passionis robur excludi posse crediderunt*. De usu vero medendi per verba habes, ex Catone de *re rust*. Q. Seren. de *Hemitritæo depellendo*. Marcellum Medicum. Hom. in *Odyss.* Schol. Pind. ode III. & *Nem.* IIX. sed harum ineptiarum piget, tæderque.

6 *Procuratores dromi*) Qui Euripi aquam moderarentur, aream verri, ac tergi juberent, sterni pulvere, arena, *aut rosa*, ubi Curules ludi appropinquarent, præciperent, ova, Delphinos, in columnis exponi facerent, & similia; hi lineatores, ut ex Paul. Diac. patet in *Hippodromo Constantinop.* vocabantur.

7 *Aurigatores*) Aurigæ ministri, & asseclæ; de his Sidonius ad *Cosent*.

Vestra insignia continent ministri:
Ora, & lora manu, jubasque tortas
Cogunt flexilibus latere nodis.

8 *Margaritarii*) Fuisse Margaritarios, qui gemmas, & margaritas agnoscerent, quibus ornarentur Aurigæ, non satis probabile est; quid, nonne aurigæ, aut Domini poterant illas noscere? putarim potius Margaritarios fuisse in Circo, qui Margaritas venderent sponsoribus, Prætoribus, Quæstoribus, cæterisque, qui ludos ederent, quibus postea ipsi remunerarentur Victores Aurigas; solitas tradi Margaritas pro munere, testis est Martialis de ludis Aruntii Stellæ Patavini.

Omnis habet sua dona dies, nec linea dives
Cessat.

linea margaritarum intellecta; ipsa sic enim accipi solet, ut l. XXVI. D. ad l. *falc.* §. *si linea* D. de *furt.* Ulp. l. XXVII. *si cum maritus* D. ad l. *aquil.* Nos dicimus, *filza di perle*, quasi *Perularum filum*, quod filo contineantur; Perulis *Perle*, quarum meminit Isidorus, sic Tertull. de *Cultu Fœm. uno lino decies sex tertium inseritur*. D. Hierony. in *Vita Pauli Erem. uno filo Villarum insuunt pretia*. Istæ ergo lineæ proponebantur a Margaritariis, atque eas editores Victoribus largiebantur. Scio etiam ditissime accessisse ornatos Aurigas, vel teste Martiali ibi.

Aureus ut Scorpo nasus ubique micet.

& in Quirinalibus Metello.

Carrucas ibi gemmeas
Thraces Regis equis abripiunt feri:
It cœlo populi fremor:
Solem nube tegit pulvis olympicus
Sudant cornipedes citi
Ardent ire rotæ pondere stridulæ.

Et aurata veste indutum aurigam facit Sil. Ital.

—— in se versus ob iram
Auratam nudo discidit pectore vestem.

sed prior mihi opinio magis hæret.

9 *Sellarii*) Fateor me qui sint Sellarii, quæ Sellæ hic, nescire; nam si cogitem Sellas in Mœnianis fuisse tantum senatoribus expositas juxta illud Juven.

—— & duo fortes
De grege Mœsorum qui me cervice locata
Securum jubeant clamoso insistere Circo.

atque ipsarum ministratores fuisse dictos Sellarios; vereor, ne nimis parum rem probem; si de Sellis, quæ in foris Circi esse intelligam, pulvillos ex tomento, quibus sedisse spectatores,

10 TENTORES, Qui vestes certantium aurigarum tenebant.
11 SPARTORES, Qui easdem purgatas spargebant.

A

12 SUTORES & 13 SARCINATORES } Qui vestes aurigarum suebant, & veterascentes sarcinabant.

---

jam dixi, extrudam. fateor, juxta Pollucem est, *μέρη τῦ ἅρματος δίφρος. Sella pars currus;* sed nequaquam in curru Circensi, ubi ut vides insistunt aurigæ, non sedent, neque Sellæ spatium in eo est ullum, fortasse stragularis, Sellarii, Sellæ siquidem stragula. Vide inferius.

10 *Tentores)* Qui vestes certantium aurigarum tenebant. non placet. Omnino eos qui frena, & cingula aptarent equis intelligo, & loro, ac jugo jungerent. Actius a Nonnio adductus, *frena Tensarii equorum accommodant*. Tensarii, qui Tentores, sunt, hoc enim vult *tendere*, ex quo *tensus*, & *tentor* grammatice deducitur. Priscianus ad XII. *versus Æneidos* l. II. *intentique ora tenebant. D. cujus figuræ? M. compositæ, ex duobus integris, & sciendum, quod simplex ejus in usu tam per us quam per sus invenitur, tentus, & tensus*. Luc. in. I.

Et varias ignis tento dedit aere flammas,

& tensus *tamen a* teneor *fit; potest tamen etiam nomen esse* intentus, *unde* intentior, intentissimus. tentorium *quoque hinc dirivatur, &* tentigo, tentor.

11 *Spartores)* Quasi sparsores, ut enim *tenta*, & *tensa*, ita *sparsa*, & *sparta* dicebant veteres, penesque nostros etiam num Tuscos perdurat, ut tam *il crine sparto*, quam *il crine sparso* proferant. Puto vero Spartores eos esse, de quibus Juris Consultus loquitur ex Sabini, & Cassii responsis l. *athletas*. D. de iis, qui not. infam. *Neque agitatores, neque ii qui aquam equis spargunt*, ubi frigide Accursius, *frigidam*, inquit, *ut citius currant; fiebat enim olim Romæ ludus in quo hoc fiebat, & adhuc fit Constantinopoli*. Sed ludum suo tempore durare, non sparsionem fieri intelligo, mirorque hanc sparsionem frigidam placuisse in adagiis Erasmo etiam, ad Alciati mentem, vel merito perstringendo qui *Parergor*. lib. VI. cap. IV. id veterinarios, ac Mulomedicos non probaturos affirmat. Placet alii paulo rectius, qui ludis Circensibus spargi solitos aqua tepida equos post cursum velint, ut e membris sudor ablueretur. Nasiternam certe appellat vas illud, quo aqua in equos spargebatur. Pompejus l. XIII. *Nasiterna genus vasis ansati, & patentis, quale est, quo equi perfundi solent*. a terreo fortasse effundibulo ad nasi formam ut illud Juven. *siccabis calices nasorum quattuor:* meminit ejusdem vasis quoque Fulgentius *De obscuris veterum verborum significat*. & Plautus in *Bacchid.* idem vas significare videtur; quod etiam pictum in iconibus naufragorum in libro videbis, erat etiam & aliud vas, distinguo enim *γναφεῖον* a Galeno ex Arcesilai proverbio appellatum, quod in secundo de Differentiis pulsum recitat *ὐδεὶς πόκον εἰς γναφεῖον φέρει;* ubi *γναφεῖον* vas tinctoris est, in quo colores adservabantur, & *Corsina* a Latinis dicebatur. de eo Plaut. in *Pœn. Itaque replebo atritate, atrior multo ut siet, Quam Ægyptii, aut qui cortinam ludis per Circum ferunt*. ejusdem imaginem cap. LXXVII. de *re rust*. Cato describit. *Cortinam plumbeam in lacum ponito, quo oleum fuat*. ac differt a Nasiterna aqua, in Cortina colores, aqua ad irrigandos abluendosque equos, coloribus ad tingendos currus colore factionis utebantur. Designator hujus rei Statius est.

— at ille
Pisæi juga patris habet, crudelibus ambo
Exuviis, diroque infecti sanguine currus.

Fuisse post cursum ablutos equos ex aqua euripi non negarim, nam hoc in re veterinaria præcipuum. Idem Stat. l. IV. *Theb.*

Et Elæis auriga laboribus actos
Alpheo permulcet equos.

atque idem facit Martial. de *Domit.*

Cornua Sarmatici ter fida contudit Istri
Sudantem Getica ternive lavit equum.

& Gratius.

Penæi qualis perfunditur amne Tessalus.

& lavacrum dicebatur. Apul in *Asino. Clementi denique transmisso clivulo pervenimus ad locum destinatum, ubi rebus totis dissolutis, atque intus conditi, jam pondere liberatus lassitudinem vice lavacri pulveris volutatibus digerebam*. atque id ex præcepto Veterinariorum. Xenoph. de *re Eq.* *ὕδατι δὲ καταπλύνειν τὴν κεφαλὴν χρή*. ubi equo abluendum caput jubet. Strigilis enim, & volutabrum maxime equo conducunt, Idem auctor, *ὅταν ἐπὶ ψῆξιν, ὅταν τε ἐπὶ κυλίστραν ἐξάγῃ*, & Tzetza Chil. l. IX. c. CCCXXII. *ἱππονὲκεῖνον ἀγαγεῖν πρὸς πόσιν, πρὸς ἀρδείαν*, nec equos modo, sed alios greges mersari, ac lavari Varro, Columella, Virgilius, Martialis in tota Partheniana imperant. Sed alibi etiam de hac eadem re, ubi sparsores quoque rotas ferventes refrigerasse teneo.

12 *Sutores)* Vestes sarciebant, suebant, & in repositorio Circi condebant, in eo enim repositorio factionum vestes servabantur a magistris, easque, qui vellent aurigare, induebant, soluta pensione ab editoribus ludorum, aut ab aurigis. Fulgentius quidem De *sermone antiquo* ita ait *aumarium*, ita dicebant, pro armarium, *dicitur locus secretus publicus sicut in theatris*. legerem, *si in theatris, aut Circo*. Et Petronius *in aumarium me met ipsum conjeci*. In Circo sic armarium, & in theatro, nam venire e scena, e theatro actores dicebantur. Q. Terrentio Scauro auctore, cum nondum tectum suum reperiissent, depositis antea tamen vestibus scenicis in repositorio. *sutores* interea ἀπὸ *suere* dicuntur, ac a *seta porcina*, deque iis, qui suunt calceos accepere veteres; ut illud Mart.

Si dare sutori calceus ista potest.

& ex quo *sutorium atramentum* legimus. Hi & ministros includebant, qui habenas, cingula antilenas, cæteraque ad equos spectantia consuebant. Erat Romæ Via Cassio, domi Antonii Britini hic lapis:

A

[14] VIATORES, Qui Agitatores, & [15] Aurigas accibant.

[15] VILLICI, Villarum cujuscumque factionis præfecti.

Alia ejusmodi plura in Circensibus officia fuisse (ut Judices, qui victorum palmas judicabant, controversias ortas dirimebant, ovorum & Delphinorum erectores, qui curricula numerabant, qui Tibicines, quos Dionys. l.VII. pompam Circensem sonando præcedere solitos fuisse tradit) dubium esse non debet, quæ vetustate exoleverunt. Hæc porro ministrorum nomina ex infrascriptis inscriptionibus hausi.

[17] *Romæ*.

DIIS. MANIBVS
M. ANTONIO. M. F. ANIENSI
MATRINIO. EVOK. AVG.
VIX. ANN. XXXIIX. M. VIII.

M. ANTONIVS. M. F. ANIEN.
PRIMIGENIVS
MEDICVS. FACT. RVSSAT
FRATRI. SANCTISS. FEC.

In ædibus Joannis Contii ad forum Trajani.

FAMILIAE. QVADRIGARIAE. T. AT. CAPITONIS PANNI. CHELIDONI. CHRESTO. QVAESTORE OLLAE. DIVISAE. DECVRIONIBVS. HEIS. Q. IF. S. S.

B

M. VIPSANIO	[18] MVGIONI	EROTI	TENTORI
[19] DOCIMO	VILLICO	M. VIPSANIO	FAVSTO
CHRESTO	[20] CONDITORI	HILARO	AVRIG

SECVNDA C. CORNELI
ELENCHI LIBERTA
CONIVX EPIGONIS
AVG. SVTORIS DECESSIT.
VIXIT ANN.
MVNATIO PLANCO



ANTIA SEX L.
ARESCVSA
CÆSARI
ANN. XX.
LX.
C. SILIO COSS.

Ubi ad judicandum sutoris exercitium vides graphice subulam delineatam.

13 *Sarcinatores)* Hi vero non iidem cum sartoribus, ut videri Panvinio apparet, sed diversi. Beda de *Orthogr. Sartrix, vel sertrix; quæ sarcit; sarcinator, qui sarcinas servat.* Probe *sartrix* est Græce ἀκέστρια, nempe ῥάπτρια, ὑφάντρια. sartor ἀκέστριος, ἀκούμενος, unde *acus* apud nos; sicut ἀκέστρα. Lucian. in *Menippo*: ἀκούμενος τὰ σαθρὰ τῶν ὑποδημάτων. Hinc Homer. de *Ulysse*. νῆας ἀκειόμενος. *sarcientem naves*. Plut. in *Paulo Æmilio*. at sarcinator βαστάζων est ut & Pædagogus, Βάϊουλος dicitur *a gestatione*, & nos nutricem *Balia* corrupte appellamus, quod apud Sophoclis interpretem est. Sic sarcinatorum officium erat, si Bedam sequamur, qui sarcinas resque aurigantium pro custodia deportabant. Marcellus tamen ex Lucilli sententia alios docet, *sarcinator sutor. sarcinatorem summum esse censorum optime.*

14 *Viatores)* Domini siquidem factionum equos proponebant, currusque; aurigæ mox evocabantur per viatores, qui illos allicerent, hinc illud Charysii. *ad equas, an ad aquas vocari dici debeat, quæsitum est: qui ad aquas dicunt, enarrant, quod e luco Camænarum aqua religiosa efferri soleat purificandi gratia, sed melius ad equas, quod olim greges equorum in Circum induebantur, ubi per populum in cursu equabantur.* Sensus remanet, sed Tò ultimum *equabantur, equitabatur* lege. Currebant siquidem non modo Dominorum vernæ aurigæ, verum etiam e longinquo evocabantur ad artem, & equestre ingenium ostendendum. ita apud Græcos. ἦν δ᾽ ἄρα ἐκ παλαιοῦ καθεστηκὸν ἀγωνίζεσθαι, καὶ ἀλλοτρίοις ἵπποις.

15 *Aurigas accibant)* Putarim hanc figuram frusto isto delineatam ab artifice antiquo ostentandi artem magis gratia, quam quod re vera tot exirent curruum factiones, nisi credamus aurigasse quandoque intermixtim. Sed non hæc Circi conditio, qui senis ostiis pro parte utraque continens quadrigas eodem actu octo admittere, & eructare non poterat; apud Græcos secus quadraginta currus exisse, & esse confractos, Carrhoti tantum incolumem ad metam pervenisse, ac proinde sacratum Apollini fuisse, Pindarus testis est ode v. *Pyth.* Habes hic mastigophorum Dioni procuratorem cum virga, ovorum dispositorem in spina ministrum qui sortes versabat urnam manu sustinentem ædiculam victoriæ, Deæque quendam sua pro factione precantem, celesas, reliquaque Circi ornamenta. Imaguncula, quæ contra Cybelem est, Atis puer est, manu ac capite cymbalum sustentans: talem quoque enim cymbali imaginem observavit ad *Auson.* Vinetus, erant enim ex ære. Poeta III. Æn. *Corybantiaque æra.* & Ovid. *Metaph.* IV. Cava facit, dimidiatique cæli figura, ut describit Servius: rationem pete a Salustio Philosopho, quem nuper Allatius edidit. Lucr. de *Cybele*. *Cymbala circum Concava. Concavaque æra sonant.* Ovid. de *Orgiis Bacchi*: sic etiam in Atrio Cardinalis Cæsii Cybele turrita sedens Attin puerum piceæ innixum e regione habet, ut hic.

16 *Villici)* Quibus equi adsignarentur alendi. *Armentarios* vocat Apulejus in *Asino* l.VII. *Ego igitur evocato statim armentario equisone, magna cum præfatione deducendus assignor. Perorigæ* dicebantur, qui equos admittebant. Varro *rei rust.* l.XX. c.IIX.

17 *Romæ)* Sarmonetæ.

18 *Mugioni)* Clangenti tuba: ita enim æneatores. sic tuba mugire: hic & Viator. vel mulioni. plebs enim l. in g. deformabat.

19 *Docimo Villico)* Pastori Armentorum.

20 *Conditores)* Puto ego potius conditores esse ἀξόνων ἀλείπτας, *qui axes* videlicet *ungerent* nam glossa, conditores πυκτῶν ἀλείπται, quasi unctores pugilum, sive palæstritarum dicas, *condio* enim est, ungo, madefacio, ἐμβάπτω, unde unguenta *embammata* apud Columellam appel-

EPAPHRO	21 SELLARIO	NICANDRO	AVRIG
MENANDRO	AGITATORI	EPIGONO	AVRIG
APOLLONIO	AGITATORI	ALEXANDRO	AVRIG
CERDONI	AGITATORI	NICEPHORO	SPARTORI
LICCÆO	AGITATORI	ALEXIONI	22 MORATORI
HELLETI	23 SVCCONDITORI.		VIATORI
P. QVINCTIO HYLLO	PRIMO MEDICO		

A ANTEROTI	TENTORI
ANTIOCHO	SVTORI
PARNACI	TENTORI
M. VIPSANIO	24 CALAMO
M. VIPSANIO	DAREO

Hæc est inscriptio factionis Prasinæ. quod ex illo verbo *panni chelidoni* intelligitur. Sic autem index ille legi debet: 25 *Familiæ quadrigariæ*, id est, gregis quadrigas agitantium *T. Attii* 26 *Capitonis* (is Augusti tempore Consul fuit) *panni chelidoni*, id est, viridis, hoc est, factionis Prasinæ, *Chresto Quæstore* 27 *ollæ sepulchrorum divisæ*

lantur juscula ἐμβάμματα. Græcis medii Axes ungebantur, ut facilius traherentur, inde *axungia*, arvina, quæ ad hunc. Glossa Latino-Græca: Axungia λίπος ῷ τὰς ἄξονας χρίουσιν, usum ministrum axungionem intelligit ibi Martialis: *Utilis ungendis axibus esse potes*. Quod Plinius adjuvat l. XXIIX. c. IX. qui quoque l. XV. c. VIII. axes etiam ungi amurca ostendit, nempe: *axesque decocta amurca ungi*. Sed quid si sparsores ministros intelliges, qui aquam in rotas, & axes ejacularentur. ne veloci tractu calefactæ ignescerent, certe hoc Horatius voluit cum fervidas appellavit rotas. *Metaque fervidis evitata rotis*. & Metellus: *Ardent ire rotæ pondere stridulæ*. Possimus etiam Conditores ἵππων ἀλείπτας appellare, oleo siquidem perungebantur equi. Varro de *re rust. ab eo tempore mediocriter exercendus; & cum sudavit* (equus) *perungendus oleo*. ex qua auctoritate dormitare Eustathium ad Homerum puto, qui credit Poetam unguentum intelligere dum oleum dixit. Ὅμηρος γὰρ χρῆσιν μὲν μύρων οἶδεν ἔλαια δὲ αὐτὰ καλεῖ. μύρῳ δὲ φάσιν ὀνόματι πρῶτος Ἀρχίλοχος ἐχρήσατο. animal siquidem equus philolutrum, ut auctor est Aristoteles, balneumque amat, ut Homerus antea probavit, Εἰωθὼς λούεσθαι ἐϋρρεῖος ποταμοῖο. Quod etiam in hymno Apollinis declarat: & Æschilus in *Prometheo ligato*. [illegible] χρω[illegible] κάμνοντα θ' ἵππον θερμαῖς ὕδατος [illegible] προχοαῖς ἀναπαύει.

21 *Sellario*) Stragulario, ut sit *sella* a *sedendo*, & *sessor*, qui equitat, unde stragula sellæ sunt; de iis Martialis l. XIV.

> *Stragula succincti venator sume veredi,*
> *Nam solet a nudo surgere ficus equo.*

Ubi stragulum minus, & cursum intelligit, dum succinctum vocat veredum: præterea ait ficum a nudo equo surgere vafra significatione, caprificus siquidem equos marmoreos Romæ ruperat, in quorum crepidine surrexerat: sane nihil est in Martiale quod sit fatuum, ut hoc de ficu non est.

22 *Moratores*) An qui equos sisterent? non placet, an qui carceribus equos detinerent, motaque clavicula ostia Circi, & cancellos aperirent? rectius puto; id enim proprie *morari*. sic lucifer repagulum solis equis aperit. Martialis de *reditu Domitiani*: *Phosphore redde diem, quid gaudia nostra moraris*? Priori opinioni favit Vitruv. l. IX. *Et stationibus propter eam circinationem morantur in spatiis*.

23 *Subconditores*) Sic conditores oleo ungentes equos intelligere potes, subconditores axium, rota non unctores, nempe axungiones, qui viliores. multa pono, ut quod tibi placet seligas, lector, ex iis quæ conjectura tantum secernuntur.

24 *Calamo*) Fortasse a calamo quasi commentariensis, & notarius in Circo esset. Romæ.

FLAVIÆ ELPIDI
CONIVGI SANCTISSIMÆ
MOSDRVS AVG. L.
A. COMMENTARIIS EQVORVM

Nil clarius: equorum nomina si quidem aut aurigarum scribebat, qui exirent, & currerent, quod in aliis quoque certaminibus factum. Epigr. Lucian. *anthol.* l. II.

Εἰς ὑπογραφέα ὠμίνεος τύχης.

25 *Familiæ societatis*) Sic gladiatoria, sic venatoria familia reperitur in monumentis Veterum: vide J. Gruterum theatri orbis p. CDLXXV. & CCCLXXXIV.

26 *Capitonis*) Tempore Augusti Consul fuit hic, qui de aquæductibus etiam scripsit; ut Frontinus de *Aquæductibus* indicat, aquas etiam curavit, testis Tacitus lib. *Ann.* I.

27 *Ollæ divisæ*) Si quis agrum non haberet, quo sepeliretur, interdum pecunia locum comparabat sibi, suisve. Ulp. l. VIII. De *relig. & sump.* interdum iis, qui non haberent agrum, aliorum liberalitate adsignabatur. Ulp. l. IV. D. *eod.* ita & ollæ etiam assignatæ, ut ex his memoriis cæterisque apparet, ollarum funeralium imaginem habes ex Rader. ad Martialem. cæterisque plurimis: marmor Romæ ad D. Augustini ædem sub Fenestra quadam.

CLAVDIO APHRO
V. A. XXV.
L. ANTONIVS POTHVS
OLLAM CVM TITVLO BENE
MERENTI
VIA HOSTIENSI SEPTIMO A ROMA LAPIDE
T. FLAVIO AVG. LIBERTO
EPAPHRODITO
CYRNEARIO A. VIC. PVB.
FLAVIA AVG. LIBERTA
TYCHE MAR. OLLAM. D.

Ex

Decurionibus iis qui infra ſcripti ſunt, &c. *Chelidonem* Græci hirundinem vocant, quæ quod ineunte Vere, quando omnia virent, apparet, pro viridi chelidonem veteres uſurpavere. Eſt & *chelidon* venti, & herbæ nomen, de quibus Plinius libro II. cap. LIX. & lib. VIII. cap. XXVII. *Favonium* (inquit) *quidam ad* VII. *Kal. Martii Chelidonium vocant, ab hirundinis viſu*. Et infra: [28] *Chelidoniam viſui ſaluberrimam hirundines monſtravere, vexatis pullorum oculis illa medentes*.

In muſeo Carpenſi.

B

M. VIPSANIO. FELICI. AGITATORI
M. VIPSANIO. MAIORI. SVTORI
M. VIPSANIO. SEIVLIENO. SARCIN
M. VIPSANIO. PRIMIGEN. MARGARIT
VIPSANIA.FLORA.OLL.IIII.D.D.

In Muſeo Card. Carpenſis.

C

M. VIPSANIO. FVLLONI. TENTORI
M. VIPSANIO. EROTI. AVRIGATORI
M. VIPSANIO. MVGIONI. VIATORI

A

M. VIPSANIO. QVARTIN. SVCCONDITORI
M. VIPSANIVS. RVFINVS. MEDICVS. FACT. VENETA. OLL. IIII. DD.

Tertio ultra Tibur lapide.

Q. RAPIDIO Q. F. [29] LEM
SEPVLLIO
PROCVRATORI
DROMI. FACTIONIS
VENETAE
Q. RAPIDIVS [30] XENODOCVS
ET. RAPIDIA IVVENTINA
PAR. FECERE

Ibidem.

Q. RAPIDIO. Q. F. LEM
MVLIONI
MORATORI. LVDI. CIRCEN. ET.
AGITATORI. FACTION. VENET.
VIX. ANN. LX
RAPIDIA MARITO. PIISSIMO
B. M. F.

Ex quibus apparet, bene merentibus ollas dari ſolitas, & iis præcipue, qui paupertatis cauſa ab hæredibus ſepulchra jure non impetrabant.

In Domo Cæſia.

DIOMEDES TYRANNI
CÆSARIS SERVI FRATER
OLLA DATA AB
GN. DOMITIO VRBANO
KALENDIS.

ad Honorem interdum majorem publice hæ ollæ dabantur. Romæ in ædibus Delphinorum.

IVLIÆ PLEBEÆ
IN HONOREM
ALEXANDRI, ET DEMETRII
CÆSARIS AVGVSTI L.
EX DECRET. DECVR.
OLLA PVBLICE DATA EST.

28. *Chelidoniam viſui*) Herbæ nomen. Apul. Medic. de *viribus herbarum*. *Aliis hirundinaria Ægyptiis Mopop. Dacis Eurupillne, Græcis Pæonia, Gallis chelidonia ad caliginem oculorum, & qui ulcera in oculis, & ſcabriginem habent, & albuginem oculorum.* de hac Pſeudo Æmilius Macer.

Cæcatis pullis hac lumina mater hirundo,
Plinius ut ſcribit, quamvis ſint eruta reddit.
Hanc naſci dicunt avibus venientibus illis,
Et deſiccari, ſolito dum more recedunt;
Indeque nomen habet chelidonia: namque chelidon
Dicitur hæc volucris Græcorum more vocari.

de hac Piſidas de mundi opificio πόαν περιῤῥίψασα τῇ κόραις μίαν. Theod. Priſcianus lib. IV. de *Phryſica ſcient*. *Et communes Chelidoniæ communibus herbis pullorum ſuorum declarant oculos.*

29. *L. emp.*)

30. *Xenodochus*) Ξενοδοχὸς hoſpes aurigarum. erat hoc munus in Græcia, ac meminit Pauſanias, & Pindarus Ode prima. vide Schol. diverſimode rem enarrantem.

CAP. XVI.

De præmiis victorum Aurigarum, & Circensium sumptibus.

Præmia. 31 AGITATORUM circensium bigarum dexterarum victor Marti ob victoriam aliquando immolabatur. Sext. Pompejus: *October equus appellatur, qui in Campo Martio Mense Octobri immolatur quotannis Marti bigarum victricum dexterior.* Victores vero aurigas varia [32] præmia braviaque, ut aureos, coronas, palmas, & varii generis corollaria habuisse, ex vetustis commentariis intelligitur. Dio lib.

31. *Agitatorum*) Quoniam hic suboritur occasio, ut locum Pompeii explicemus de modo jugandi equos apud veteres, aliqua prius adferamus. In quadriga duo equi erant jugales, funales totidem: jugales dicebantur, qui jugo adligabantur, funales, qui loro; non enim veteres, ut nunc fit, binos equos ligabant, verum quattuor æquata fronte. ut dixit Silius Italicus lib. XVI.

—— pacis de more putare
Æquata fronte, & concordi currere freno.

Jugales Ζυγαῖοι ὑποζύγιοι dicebantur, a ζύγου a jugo, nempe; funales a fune, sive loro ἀορτῆρες nuncupabantur. ἀορτὴρ siquidem lorum est. Et Suidas ita utrosque distinguit ex Aristophanis Scholiaste. Ζύγιοι ὑποβαλλόμενοι τῷ τοῦ ἅρματος ζυγῷ, τοῦτ' ἔστι ὁ μέσος ἀριστερὸς, καὶ μέσος δεξιὸς, καὶ ἁπλῶς ὁ μὴ παράσειρος, οὕτως λέγεται. *Jugales sunt, qui jugo subjiciuntur, id est medius dexterior, & medius sinisterior, & omnino, qui non est funalis, dicitur jugalis.* Jugales itaque in medio cursu currebant extra currum, *dalle bande*, παρήοροι, nempe funales. Hesychius παρήορος (funalis) ἵππος ὁ ἐκτὸς ἅρματος τρέχων. quem ita describit a loro Silius.

quod ferret lora secundus
Panchates.

ex his quattuor quadriga constabat. D. Chrysost. in *Circo*. Ζυγαῖοι μὲν φῶς, καὶ ἀθανασία, ἀκρωτῆρες δικαιοσύνη, καὶ ἀλήθεια. ubi ἀκρωτῆρες, qui in summo latere currus sunt, appellantur, videlicet funales. funales digniores erant, & præsertim sinister, nam cum circa metam eundum esset, interior ad metam erat sinister, atque ille pæne totum cursus ordinem sustinebat, & primus equus dicebatur, ut contra funalis dexter secundus. Silius. *quod ferret lora secundus Panchates.* ille cæteros moderabatur. Statius.

nam flavus Arion
Ut vidit, saliere jubæ, atque erectus in armos
Stat, sociumque jugi, comitisque utrinque laboris
Se·um alte suspendit equos.

ubi locus intelligendus est, siquidem cum jugi socium nominat Poeta non facit jugalem Arionem, sed jugalem proximum Arionis intelligit, sic etiam cum dicit, *dexterque exerrat Arion*: non facit Arionem dextrum funalem, nam dixi in digniori loco ipsum, nempe in sinistriori collocatum, sed cursum ejus in dextram partem, timoris causa, fuisse detortum: tantaque erat illius loci præstantia, ut quadriga a nomine primi equi lorarii sinistri nominaretur, aliorum equorum nominibus pro nihilo habitis; sic currus Arionis pro quadriga Arionis dicebatur, quod ex Statio *Theb.* lib. IV. & Silio lib. XVI. *Bell. Pun.* est videre. hic quadrigam, quam Lampron trahebat, Lampronis tantum nomine insignit.

Evolat ante omnes, rapidusque per aera cursu
Gallaicus Lampron fugit, atque ingentia tranat
Exultans spatia.

cum vero insistendum maxime victoriæ esset, tum quandoque nomina omnia equorum appellabat, ut animum illis inhiberet auriga, ut Phaeton fecit lib. II. *Metamorph.* Ovid.

Insuper jugales equæ, ut indigniores maribus equis interponebantur, atque in medio collocabantur. Hyginus. *Eos per hoc cœlum vertere solet: Æthiops, quasi flammeus est, & coquit fruges. hi funales sunt mares, fœminæ jugariæ Bronte, quam nos tonitrua appellamus, Sterope, quæ fulgetra*: Insigniores igitur equi semper in sinistra funali parte: & hoc modo interpretandus locus ille Ausonii subdifficilis est. laudat equum Bosphorum.

Pegasus hinc dexter currat sibi, lævus Arion
Funis & ad quartum det tibi Castor equus.

ubi equus funis est, equus funalis. si igitur quartus est Castoris equus, huic sinister erit Arion jugalis, sinister quo ad Cyllarum, & propter lævus a poeta dicitur, & sic alter jugalis Pegasus erit, dexter jugalis Phosphoro, atque ita Phosphorus erit lorarius, seu funalis sinister in digniori loco. his certis, sacrificandus Marti erat dexter equus, nempe dexter funalis, ne insignior occideretur, & ne daretur omnino imbecillior victima Deo, *Nomine quemque vocans.* Et Silius lib. XVI.

Nominibusque citat Pholoen, Admetus, & Irim,
Funalemque Thaem.

Et tantummodo tres nominat Heroum veteri usu, qui duobus equis jugalibus, tertium tantum funalem addebant in funestis ludis, unde triga fieret. rationem affert in Iconibus Philostratus, quod scilicet per tres ætates ad mortem homines rapiantur, per infantiam, juventutem, & senectutem: ea si quidem ludicra curulia in funere Heroum fieri solita scimus, & ostendi superius. Insuper jugales equæ, ut indigniores.

32. *Præmia*) Varia fuere præmia victoribus in Curuli certamine distributa, pro ut editori, videlicet, expediebat olim, & Romanorum tempore, si Cæsares ludos exhibuissent, aut voluntarius alter: nam editoribus necessariis certa erant constituta limina expensarum, de quo alibi. Heroum tempore proponebantur equi, muli, mancipia, tripodes, vasa argentea, scuta, cassides, & similia. Hom. *Il.* XXIII.

Ἱππεῦσιν μὲν πρῶτα ποδώκεσιν, ἀγλαὰ ἄεθλα.
Θῆκε γυναῖκα ἄγεσθαι ἀμύμονα, ἔργα εἰδυῖαν,
Καὶ τρίποδ' ὠτώεντα δύω.

XLIII. refert Senatum inter alios honores Cæsari collatos, decrevisse, ut in omnibus equestribus certaminibus præmia victoribus distribueret. Et Tranquillus in *Tiberio* c.XXIV. auctor est, eum Ludorum ac munerum impensas corripuisse. Dio in *Nerone* lib. XI. *Nero* (inquit) *præmia equis proposuit, quibus Ludi Circenses peracti sunt*. Et Lampridius in *Alexandro* ait: *Spectacula frequentavit cum summa donandi parsimonia, dicens scenicos, venatores, & aurigas, sic alendos, quasi servos nostros*. Dio in *Nerva*: *Nerva Imperator multa sacrificia, multosque Ludos Circenses, aliaque nonnulla spectacula sustulit, ut sumptus, quoad ejus posset, minueret*. Lampridius in *Commodo*; *Circenses multos addidit, ex libidine potius quam religione, ut dominos factionum ditaret*. Dio in fine lib. LVI. *In honorem mortui Augusti decretum a Senatu est, ut natalitiis ejus Ludis Consules quemad-*

A *modum in Martis fieri solitum, præmia certaminum proponerent, Augustalia Tribuni plebis tamquam sacra celebrarent. Iique cuncta eo quo consueverunt fieri more peregerunt, veste triumphali Ludis Circensibus usi, currum tamen non conscenderunt*. De variis vero præmiorum generibus, varia apud auctores leguntur. Tranquillus in *Claudio* cap. XXI. *Nec ullo spectaculi genere communior aut remissior erat, adeo ut oblatos victoribus* [33] *aureos prolataque sinistra pariter cum vulgo voce digitisque numeraret, ac sepe hortando, rogandoque homines ad hilaritatem provocaret*. De palmis T. Livius in fine libr. X. *Sp. Carvilio, L. Papirio Consulibus, Coronati primum ob res bello bene gestas Ludos Romanos spectaverunt, palmæque tum primo translato e Græcia more victoribus datæ*. Gellius lib. III. capite VI. ex VII. *Problematum* Aristotelis, & VII. *Symposia-*

Aurei. (B) Palmæ.

Aurigis posuit præsignia munera Achilles.
Inter quæ mulier ducta ob florente juventa,
Atque duo tripodes, auratis auribus ambo.

Silius Ital. lib. XVI.

Hanc primus galeam, hac acies terrebat Iberas
Hasdrubal, hunc ensem cui proxima gloria cursu
Accipiet, cæso Pater hunc detraxit Hyempsæ.
Tertius extremam tauro solabere palmam.

Virgil. lib. V.

Munera principio ante oculos, Circoque locantur
In medio sacri tripodes, viridesque coronæ,
Et palmæ pretium victoribus.

Stat. lib. VI. *Theb.*

Finiti cursus, operumque insignia præsto
Arcas equum, dono clypeum gerit improbus Idas;
Cætera plebs Lyciis gaudet contenta sagittis.

Præmia ἄθλα Græcis sunt ἐκ τοῦ ϑλῶ: τὰ τῷ καρτερῦντι, καὶ νικῶντι διδόμενα. ἄθλον ergo βραβεῖον λῆμμα, δῶρον: unde ἀθλοφόροι ἵπποι, οἱ νικηταὶ, quasi μισθὸν καὶ τιμὴν τοῦ ἀγωνίσματος referentes nostri nunc Itali ἄθλον dicuntur *Pallio*. Areostus, in *Rotlando furente*.

Al palio rosso il villan mezzo ignudo.

Et a παλλίω dicitur πάλλιον siquidem vestis, quod πάλλεται, vibratur; neque ut χιτὼν χεῖται. ita & παλτὸς nubes, quæ fulmen comitatur, quia πάλλεται. Schol. Soph. in *Aia.* hinc nobis *appalto* dicitur illud auctionis genus ab excutiendo. vestes siquidem pro præmiis certatoribus dabantur. Stat. lib. VI.

Victori Tigrin inanem
Ire jubet, fulvo quæ circumfusa nitebat
Margine.

Et indusium ex Tidridis pelle significat, aliaque sunt exempla passim: aut *palio* dicitur, quia Palia certamen est. Favorinus: παλία ἀγὼν, a παλεῖν: παλαίω est enim *luctor*, unde & *Palio* etiam unico l. apud nos exponitur athlum, & pendet oculis publice exhibitum, quando more etiam veteri sive in cursu, sive in lucta, aut cestu decerneretur, præsentia semper, ac in medio erant bravia, ac præmia, alibi clarius adnoto. Vide etiam ubi de mappa facio, & antiquum habebis morem in braviis appingendi figuras aliquas, sive cursorum sive luctatorum, ut nunc per Italos quoque fit, Bononiæ ac Florentiæ præcipue. Præmia primum divisisse Herculem dicunt, nam occiso Elidis tyranno Augea, ejus spolia pro præmio in certaminibus proposuit. Pind. Schol. ode I. *Olymp.* & ibi Triclinius. sane Romæ tanta insania itum est ludis Circensibus, ut victoribus equis alii equi præmio darentur. ita legendus, & interpungendus ibi in *L.Vero* c.VI. Capitol. *In hujus equi gratiam primum cœpere equi, aurei, vel præmia postulari*; aurei sunt numi aurei χρύσεοι. Ad sonum tubæ præmia dividebantur. Senec. Epist. LXXIV. *Nos quoque evincamus omnia, quorum præmium non corona, nec pallium est, nec tubicen prædicationi nominis nostri silentium faciens, sed virtus, & firmitas animi.* facit hic in *Pœnulo* Plautus:

Ad ludorum curatores attinet.
Ne palma detur cuiquam artifici injuria.

Præco vero prope Curatores, & Præfectos ludorum, semper enim asseclæ principis. Apul. *Florid.* lib. II. *Præco cum Proconsule & ipse tribunal ascendit.*

33. *Aurei)* Græcis etiam absolute, χρύσεοι. Apollonidas epig. δωρεῦνται χρυσέοισιν, ἐγὼ δ' ἱλαροῖς ἐλέγοισιν. *Donant aureos divites, ego jucunda carmina.* Aureus vero Romanus XXV. denariis constabat, denarius decem assibus, licet quondam etiam duodecim: huic drachma apud Græcos respondebat, nunc apud Italos Julius, Paulus, octo Cruciferi apud Germanos, libram vix implet Venetam. Denarius stipendium militum fuit ex Tacito. Absolute *aureus* dicebatur. Petron. *illa est tunicula, adhuc, ut apparet, intactis aureis plena.* Idem: *Dispensatorem in precario aureos numerantem.*

corum Plutarchi auctor est, *si supra palmæ arboris lignum magna pondera imponas, ac tam graviter urgeas, oneresque, ut magnitudo oneris sustineri non queat, non deorsum*[34] *palma cedit, nec infra flectitur, sed adversus pondus resurgit, & sursum nititur recurvaturque. propterea* (inquit Plutarchus,) *in certaminibus palmam*[35] *signum esse placuit Victoriæ, quoniam ingenium ejusmodi ligni est, ut urgentibus opprimentibusque non cedat.* Tranquillus in *Nerone* cap. v. *Cn. Domitius L.F. Neronis Imperatoris pater, in Prætura mercede palmarum*

A *aurigarios fraudavit. Notatus ob hæc etiam sororis joco, quærentibus dominis factionum repræsentanda præmia in posterum sanxit.* & cap. XXII. *Neque dissimulabat Nero velle se palmarum numerum ampliare, quare spectaculum multiplicatis missilibus in serum protrahebatur, ne dominis quidem jam factionum dignantibus nisi ad totius diei cursum greges ducere.*[36] Palmarum nomine omnia præmiorum genera intelligi opinor, ut aurum, vestes, equos, agros, mancipia, & similia. [37] De coronis Plinius libro XXI. cap. III. *Crassus dives primus argen-*

---

34. *Palma cedit*) Hinc νίκην παρὰ τὸ μὴ εἴκειν, a non cedendo nuncupant Hellanic. alii, quod palma præter cæteras arbores sit macrobia, hoc est, longæva, sicut nicephororum gloria ei ἀείφυλλον epithetum apponunt, & a vita βαΐων appellant. De ingenio hujus ligni, quod opprimentibus non cedat, auctores sunt Plutarch. *Symp.* IIX. Agellius lib. III. cap. VI. Xiphil. in *Julio*: hanc victores manibus gerebant, & per arenam cum ipsa discurrebant. Callisthenes de *Alexandro Magno.* στεφανοῦται δὲ Ἀλέξανδρος, καὶ διαβαίνει τὸ νικητήριον ἐστεμμένος. Suet. in *Calig. Mirmillonem in ludo rudibus secum batuentem, & sponte constratum confodit ferrea sica, ac more veterum cum palma discurrit.* Morem veterum Alexandro observavimus, & quoniam σύμβολον νίκης est palma, apparet ex versiculo epigr. Græci coronari etiam palma solitos victores, quod etiam alibi observavi. ἀκρὰ φέροντα καρήατι σύμβολα νίκης.

35. *Signum esse placuit victoriæ*) Sic victoria cum palma picta. numus Trajani victoriam habet, ut innumeri alii, in quo sedens Dea spectatur cum lauro, & palmæ ramo II. Cons. illius. hinc palmaris Dea dicta Apulejo lib. II. Victoria pro ipsa victoria palma posita. Q. Curtius lib. IX. *ne infringatis manibus meis palmam, qua Herculem, Liberumque Patrem, si invidia abfuerit, æquabo.* Victoriæ siquidem insigne Tertull. contra *Gnosticos*: *Nam & rursus innumera multitudo albati, & palmis victoriæ insignes revelantur, scilicet de Antichristo triumphales.* Pausanias in *Arcadicis*. Tibul. lib. I. *eleg.* X.

Venerique merenti
Fixa notet casus aurea palma meos.

38. *Palmarum nomine*) Senec. lib. v. de *Benef. non ut in certaminibus ad spectaculum editis meliorem palma declarat.* Et epist. XXX. *cum septimo spatio palma appropinquat.*

37. *De coronis*) Earum etymum habet sic Isidorus lib. XIX. *Nomen coronæ hac ex causa vocatum, quod initio circum aras curreretur, atque ad imaginem circuitus, vel chori est formata, & nominata corona.* De iis vero Clemens Alexandri. ex quo sua Scholiastes Euripidis compilavit. Ἐν δὲ τοῖς ἀγῶσι πρῶτον ἡ τῶν ἀθλητῶν δόσις ἦν, δεύτερον δὲ ὁ ἐπεγερμὸς τρίτον ἡ φυλλοβολία τελευταῖον ὁ στέφανος. Nempe *inter munera primum erat munus, donarium, secundus honos collectio nummulorum, tertius frondium sparsio, quartus & ultimus corona.* Munusculum vero quod colligerent ex spectatoribus, & quod missus etiam dicebatur, Romæ quoque fuit, & nos alibi. certe illius Tzetza, atque ἀγύρτας ideo dictos vocat, quasi ἀτροίζοντας ἐν ἀγύρει. pecuniam φυλλοβολίαν *jacula floris* appellavit Apulejus. Minutius designavit in Octav. *quicquid aliud in floribus blandi coloris, & odoris est: his enim, & sparsis utimur mollibus, & solutis, & sertis colla complectimur.* sertis. serti flores, ut Apul. *Floris serti, & soluti.* Φυλλοβολίαν sic quoque Juven. expressit.

—— laribusque paternis
Thura dabo, atque omnes violæ jactabo colores.

De corona cursoribus tribuenda D. Paulus λοιπὸν ἀπόκειταί μοι ὁ τῆς δικαιοσύνης στέφανος. dixerat enim superius pulchrum certamen certavisse. nam re vera merito tantum vincentibus dabatur; unde interpres Hesiodi in *Theog.* dici στέφος, a στέφω vult, quod est promitto: victoribus siquidem in agone promissa corona, iis tradebatur. Veteres coronam non solum capiti, sed collo imponebant. Min. Felix, *& sertis complectimur.* & libro II. ad *Apollon. Rhod.* docet interpres, collo, capiti, & fronti triplici serto coronas fuisse olim appositas, ut triplicem statum animæ significatione eo honestarent, tres enim illæ animæ potestates simul ad egregium virum & corona dignum concurrunt. & ut poesim, & musicam rem levem esse, & despicabilem significarent, filice coronari Musas sterili herba dicebant, & Sirenas ad *Idyll.* II. Theoc. Schol. Coronarum quidem usus varius fuit; sive enim Deorum honore, & festorum eorundem sumebantur, hilaritatis gratia, sive egregiis hominibus, ac de virtute optime meritis donabantur. prima de causa quilibet coronam sumebat. Virg. lib. II.

—— festa velamus fronde per urbem.

sic Ovidius, & Aristophanes in *Pluto* testes sunt, ac *de corona militis* Tertullianus. Christiani in capite non gestabant, sed manibus, adversus Gentes idem. *Nos coronas naribus novimus: videant, qui per capillos odorantur.* & in *Apolog. Non amo capiti coronam.* unde coronas appellari preces, quas globulis nunc Christi fideles ad numerum decadis concipiunt, æque crediderim, quando veteres Christiani odore coronarum præ manibus cum precum actione etiam recreabantur, & in manibus tantum gestitabant, quando Christus capiti spineam gestavit. Victoribus vero, & egregiis viris non modo in quattuor Græciæ primis certaminibus datæ: sed passim in aliis: Myrtea data in certamine Junonis Argivæ Schol. Pindari *Olymp.* Ode IX. in *Herculis Thebis*. Pind. Schol. in *Isth.* Ode IV. μυρσίνης στεφάνοις ἐν Θήβαις στεφανοῦνται οἱ νικῶντες τὰ ἰολάια: data juvenibus de pulchritudine certantibus apud Elienses. Athenæus lib. XIII. Athenis fœminæ, si filium peperisset oleagina, si fœmellam lanea. Hesych. ubi causam reddit. populea præmium erat apud Rhodios victoriæ. Pindari Schol. *Olymp.* Ode VII. Athletas populea solitos coronari Schol. testis est Theocr.

to auroque folia imitatus Ludis suis coronas dedit. Accesserunt quoque & [38] *lemnisci, quos adjici ipsarum coronarum honos erat propter Hetruscas, quibus jungi nisi aurei non debebant, puri diu fuere ii. Cælare eos primus instituit P. Claudius Pulcher, bracteasque etiam phyliræ dedit, semper tamen auctoritas, vel ludicro quæsitarum fuit. Namque ad certamina in Circum per Ludos & ipsi descendebant, & servos suos quique mittebant. Inde illa* XII. *tabularum lex. Qui coronam parit, ipse pecuniave ejus, virtutis ergo arguitur. Quam servi equive meruissent pecunia, partam lege dici, nemo dubitavit. Quis ergo honos? ut ipsi mortuo, parentibusq; ejus dum intus positus esset, foris veferretur sine fraude esset imposita. Alias in usu promiscuo ne ludicræ quidem erant.* Dio in *Nerone*: [39] *In Olympiis*

A *currus agitavit, quumque ex eo decidisset ita, ut fere eo casu attereretur, corona donatus est, quamobrem dederat Hellanodicis, hi judices erant Olympiorum, H-S decies. Certavit in omnibus Urbibus, in quibus certamina fiebant, ubi quotiescumque præcone opus fuit,* [40] *Cluvio Rufo viro Consulari est usus. Præconium vero victoriæ his verbis enunciabatur: NERO CAESAR, VICTOR HVIVS CERTA-* B *MINIS, CORONAT POPVLVM ROMANVM. ET SVVM* [41] *ORBEM TERRARVM.* Sex. Pompejus: *Donaticæ coronæ dictæ, quod his auctores in Ludis donabantur, quæ postea magnificentiæ caussa institutæ sunt super modum aptarum capitibus, quali amplitudine fiunt cum* [42] *Lores ornantur.* De co-

---

38. *Lemnisci*) Festus: *lemnisci, id est, fasciolæ dependentes ex coronis dictæ ut putant quidam quasi laniscæ, quod antiquarum fuerit genus coronarum lanearum*, de quibus Hesychius in *coronatione januæ puerperæ*: nam si fœmellam mulier genuisset ἔθος ἦν στέφανον τιθέναι πρὸ τῶν θυρῶν ἐξ ἐρίων. at lemnisci re vera nihil, nisi teniolæ, exigua vincula, quibus sive aureis, sive altera nota insignibus, coronarum ramuli colligabantur. Veget. lib. III. cap. XIIX. *rei Veterin. Pedes quos sanos habent, glante ferreo, vel si defuerit sparteo calceabis, cui lemniscos subjicies & addita fasciola diligentissime colligabis. Glantes* ibi vox puto Gothica est, unde nos *guanto* deduximus, id est, chirothecam; sed hac de re alibi. lemniscos videtur appellare μίτρας Schol. *Olymp.* IX. μίτρας ἔνδοθεν τῶν στεφάνων, καὶ ἐνδήματα ποικίλα εἰώθασι συνδεῖν. *solent interius coronis tenias, & variegatas fasciolas vincire*. At non modo coronæ ad majus ornamentum, sed palmæ quoque lemniscis decorabantur, ut Cicero pro *Roscio* habet, & hi non ad ligandum pedem, sed ad ornamentum, fiebant autem ex tenuissimis philyris, nempe tuniculis, quæ inter corticem, & lignum tiliæ reperiuntur. de palma lemniscata quoque facit Ausonius.

Et quæ jam dum tibi palma poetica pollet.
Lemnisco ornata est, quo mea palma caret.

Lego *parva caret*. majores enim palmæ lemniscatæ: Græci quoque λημνίσκυς, & Latini philyras ligacula quædam appellarunt, atque involucra linea, quibus ad vulnera medici fovenda stringendaque utebantur, Celso, Aetio, Pauloque testibus. Isidorus Baccho coronarum inventum asserit. certe in compotationibus solitos veteres caput corona præcingere clarum est, ex Horatii, & Anacreontis carminibus; rationem vero reddit Aristophanis Scholiastes: coronæ quando frigiditate sua cranium capitis vini impetu excalfactum refrigerarent τοῖς γὰρ οἰνωμένοις περιέκειντο οἱ στέφανοι καὶ ψύχοντες τὸ κράνιον ἀπὸ τῆς τοῦ οἴνου θέρμης. Coronabant etiam cyathos ad honorem Bacchi. Schol. Theocr. ad *Idyll.* II. Στεφάνωσον τὴν κελέβην τῷ λεπτοτάτῳ, ἐξαιρέτῳ ἐρίῳ τοῦ προβάτου κελέβη ξύλινον ποτήριον. ubi cyathum coronari lanea corona habes. quamvis coronare vina, quod dixit ex Homero Virgilius, aliter interpretatur Didymus in *Odyssea*. & intelligit, poculum implere ad oras ipsas; oræ etiam caput cyathi.

39. *In Olympiis*) Coronæ ibi dabantur. *Sylv.* lib. IV. Statius

Talis Olympiaca juvenem cum spectat arena
Qui genuit, plus ipse ferit, plus corde sub alto
Cæditur; attendunt cunei, spectatur Acetes;
Ille magis crebro dum lumina pulveris haustu
Obruit, & prensa vovet expirare corona.

sed de hac alibi.

40. *Cluvio Rufo*) Suet. de hac re. Victorem autem se ipse pronunciabat.

41. *Orbem terrarum*) Ut se orbis Dominum ostenderet: dicebantur victores, non modo se ipsos, sed patriam coronare. Simonidis epigr.

Κάλλιστον μὲν ἰδεῖν, ἀθλεῖν δ᾽ οὐ χείρονα μορφῆς
Ὃς πατέρων ἀγαθῶν ἐστεφάνωσε πόλιν.
Insignem specie, sed non virtute minorem
Urbem qui patriam fronde coronat ovans.

Sic ejusdem Floril. lib. VI. epigr. I. ἐστέφισαν πάτραν Sed coronam re ipsa mœniis urbium ante portam suspendebant. sic illud Eutropii intelligo de *Juliano Cæsare*. *Fertur itaque, quod cum in quandam civitatem ingressus corona laurea, quibus solent civitates ornari, inter columnas pendens rupto fune super caput ejus decidit, eumque aptissime coronavit.* Plinius lib. XVI. cap. de coronis. *Novissime, & in sacris certaminibus usurpatæ, in quibus hodie non victori datur, sed patriam ab eo coronari pronunciatur.*

42. *Lares ornantur*) Kalendis, Idibus, & Nonis iis coronæ impositæ. Tib. lib. II. eleg. I.

Rure puer verno primum de flore coronam
Fecit, & antiquis imposuit Laribus.

Plin. lib. XXII. cap. III. Horat. *Carm.* lib. III. ode. XXIII.

Cœlo supinas si tuleris manus
Nascente Luna, rustica Philide,
Si thure placaris, & horna.
Fruge Lares, avidaque porca.

Ipsi in larario, & ædicula apud viros magnates asservabantur ut nunc ædicula circumforanei

rollariis Tranq. in *Augusto* cap. XLV. [43] *Corollaria & præmia alienis quoque muneribus, & Ludis, & crebra, & grandia de suo offerebat. Nullique Græco certamini interfuit, quod non pro merito certantium quemque honoraverit.* Flav. Vopiscus in *Aureliano*, *Vidimus* (inquit) *proxime Consulatum Furii Placidi, tanto ambitu in Circo editum, ut non præmia dari aurigis, sed patrimonia viderentur, quum darentur tunicæ subsericæ, lineæ* [44] *paragaudæ, darentur etiam equi, ingemiscentibus frugi hominibus.*

CAP. XVII.

De reliquis Circi religiosis, sacrisque ornamentis.

MULTA Circi [45] ornamenta fuisse cum antiquis lapidum, nummorum, & gemmarum monumentis, testantur veteres auctores, Tertullianus, Cassiodorus, & Isidorus. Quæ aut Circi ornatui, & necessitati, aut ornamento, & religioni simul apposita erant. Prioris generis supra exposui, modo posterioris aperiam. In Circi enim ornamentis, & Ludis, quos vetustas habuit sacros, *magnarum rerum indicia* (ut Cassiodorus ait) *significationesque claudebantur.* & (ut scribit Isidorus) *veteres Circensia Ludicra ad mundi caussas referentes, ea iis assimilabant, ut hac ratione religionem suam in perpetuum constitutam vulgo exornarent.* Inter sacra porro Circi ornamenta, maximum, & admiratione dignissimum fuit, [46] Obeliscus. Is in medio Circi & spinæ inter utrasque metas locatus erat, longitudine cum basi sua pedum CXXXII. notis hieroglyphicis, sive sacris Ægyptiorum litteris repletus. *Obeliscus Circi major.*

---

sanctorum quoque imagines ligneas ferunt, excitandæ pietatis gratia, atque ita deductos Lares e Troja crediderim ab Ænea de ea ædicula. Petron. *in cujus ædicula erant argentei Lares positi.* nempe conditi. Tib.

—— paupere cultu
Stabat in exigua ligneus æde Deus.

Juven.

Ipsi deinde lares, si quod spectabile signum
Si quis in ædicula Deus unicus.

spectabile, venerabile, sacrum. Apul. in *Apolo*.

43. *Corollaria*) Varro de *ling. Lat. Corollarium si additur præter quam quod debitum, ejus vocabulum fictum a corollis, quod hæ cum placuerant actores in scena dari solitæ.* Plinius. *Corollis inter initia propter gracilitatem nominatis, mox & Corollariis postquam e lamina tenui inaurata, aut inargentata dabantur.* Idem. *Coronarium æs tenuatur in laminas, taurorumque felle tinctum speciem auri in coronis histrionum præbet.* ubi habes æs coronarium Corollaria histrionum exhibuisse & taurino felle inaurari.

44. *Paragaudæ*) Paragaudæ absolute lora sunt aurea, quibus vestes, quæ laborarentur insigni opere etiam hoc nomine appellabantur; de loris intelligit Codex *De Vestib. Oloser.* l. II. *Nemo vir auratas in tunicis, aut in lineis habeat paragaudas.* vestes ita ornatæ e Parthia nomen usumque accepere. Hesych. παραγώδας, χιτὼν παρὰ Πάρθοις. Codex præcitatus. *Auratas, & senias paragaudas auro intextas tam viriles, quam muliebres privatis usibus continere prohibemus.* Fasti Siculi φορέσας στιχάριον ἄσπρον, παραγαῦδιν, καὶ αὐτὸ ἔχον χρυσᾶ πλουμμία.

45. *Ornamenta*) Non ea semper exposita, sed tantum festivis diebus. Facit illud Asconii Verr. III. *Licebat enim mutuo hæc signa deportare Romam ædilibus ad ornatum ludorum, & rursus sociis reportare.* de stato die Ovid. lib. IV. *Fastorum.*

Circus erit pompa celeber, numeroque deorum.

46. *Obeliscus*) Obeliscus proprie acutum telum. βέλος a βάλλω venit, vel βέλλω, cum pleonasmo ο. ὄβελος, diminutive ὀβελίσκος: alii quasi ὀφελίσκος dictum volunt, ὁ εἰς μῆκος ὀφελλόμενος. ὀφέλλειν siquidem est τὸ αὔξειν. quod nempe acuminetur in longum, & uterque Favorinus ait. Etym. Magnum subulas significat τὰς σούβλας, quod Favorinus repetit. Photius Patriarcha nummum vocatum obulum voluit, quod olim Athenis obolus, nempe nummus, signaretur obelisco, atque ex ære constabat. de obolo minuto nummo in *Ranis* agit Aristophanes, duosque obolos pro .... in inferis solvendos significat & obeliscum lanceam esse verutam in *Avibus* quoque insinuat idem Comicus; est præterea veru coquorum instrumentum, unde ἄρτος ὀβελίας appellatus est, panis, qui veru assaretur, ut lib. I. *Odyss.* habet Eustath. quamvis ad N. *Iliados* ita appellatum velit, quod oboli pretio veniret. cum vero obelisci marmorei figuram instrumenti coquinarii haberent, ita dicti sunt. sic Marcellinus describit lib. XVII. *Obeliscus est asperrimus lapis in figuram metæ cujusdam sensim ad proceritatem consurgens excelsam, usque radium imitetur gracilescens paulisper.* Obelisci vero licet conveniunt cum Pyramidibus figura, magnitudine, tamen differebant structura. obeliscus trabs lapideus, ut Plinius vocat, Pyramis acuminata machina, non uno, sed pluribus structa saxis, & vacua. Voto regum factos obeliscos constat, Pyramidas, ut quidam putant, ut stagnante Nilo cadavera interim eminentibus sepulchris servarentur. Sane Strabo fuisse Regum sepulcra Pyramidas, earumque tres eximias inter septem orbis spectacula lib. XVII. recitat. alii vanitati tantum Regum illa opera tribuunt, & ad sustinenda artificum lucra, dicique ἀπὸ τοῦ πυρὸς, cujus flammæ acumen imitarentur. quidam sectati Stefani Zamoiii sententiam, quod & Nazianzenus advertit, horrea fuisse Pyramidas credunt, & appellari a Tritico, quod πυρὸς apud Græcos sit: ut horrea Pharaontis sint istæ moles, qui φιλιτίων Herodoti puto est. sed ut ad Obeliscos revertamur, sicut ab ὀβέλου obeliscum dictum volunt, quod figuram veruti gerat, ita etiam postea eundem *Aguliam* appellavere, sive quod *acus* referat imaginem immutata litera c. in g. Tuscanico usu, vel ὑπὸ τοῦ ἀκοντίου, est siquidem ἀκόντιον telum, veruto simile, & Favorinus in Lexico inquit ἀκόντιον κοντὸς, τὸ μακρὸν δόρυ, & contum nos perticam appellamus, cui obeliscus similis est. dici etiam potuit agulia ab ἀκῆς. est siquidem ἀκὴ teste Schol. Pindari in *Nem.* mucro in veruti speciem, & obeli, qui ligno hastæ imponitur. Soli dedicati erant, ut Solis

Qui Soli dicatus erat, quod per medium orbem terrarum, & cœlum Sol curreret, cujus similitudinem Circus significabat. [47] Medio vero spacio ab utraque meta constitutus Obeliscus fastigium, summitatemque cœli significabat, quum Sol ab utroque spacio medio horarum discrimine transcendat. In Obelisci apice [48] orbis ex Pyropo superimpositus erat ignivomus, quod Sol plurimum ignis, ac caloris haberet. Pyropus autem est mixtura trium partium æris, & quartæ auri, ut lib. XXXIV. cap. IIX. tradit Plinius his verbis: *In Cypro* [49] *æs coronarium, ut regulare est, utrumque ductile. Coronarium tenuatur in laminas, taurorumque felle tinctum, speciem auri in coronis histrionum præbet. Idemque in unciam additis auri scrupulis senis prætenui pyropi* [50] *bractea ignescit.* Et Propertius lib. IV. *Elegia*, quare Juppiter *Feretrius* dictus apertius id tradit, quum ait,

Pyropus.

A

B

Picta nec inducto fulgebat Parma pyropo.

Ex quo metallo orbes illi qui Obeliscis eis imponebantur, facti erant, ut est palla rotunda, quæ super Obeliscum Vaticanum prope Basilicam Sancti Petri hodie visitur. Quam ego aliquando vidi, reverberantibus eam Solis radiis ita accensam, ut clibanum accensum, & inflammatum videretur. Quare mirandum, recentiores gemmam illam notissimam Carbunculum, Pyropi nomine vocasse, quos vocis ignem significantis similitudine deceptos fuisse opinor. Summo Obeliscorum vertice [51] rosas incisas fuisse auctor est Ausonius in *Rosa* sic,

Hæc aperit primi fastigia celsa Obelisci
Mucronem absolvens purpurei capitis.

Non longe vero a Solis Obelisco metas versus, eidem spinæ alter impositus erat minor Obeliscus, pedum XXCIIX. [52] Lunæ

Obeliscus Circi minor.

radios honorarent; illi enim spicula, & tela repræsentare dicuntur. *lucida tela diei*, Solis radios appellavit Lucret. & contorsisse in Agamemnonis castra telum Phœbum canit *Iliad.* primo libro Homerus, ut Solis ardore infectum aerem intelligeret, qua labe exercitus passim, ac bruta accumberent: sub Christianis etsi in Circo erant obelisci, non illi sub tutela tamen Solis, sed ad ornamentum tantummodo erigebantur. Corippus depulsum Solis numen ab illa solemnitate ita describit.

Sed factor Solis postquam sub Sole videri
Se voluit, formamque Deus sub Virgine sumpsit
Humani generis, tunc munere Solis adempto
Principibus delatus honos, munusque Latinis,
Et jucunda novæ Circensia gaudia Romæ.

CXXXII. De Obeliscis Romanis sic Victor. *Obelisci magni sex.* II. *in Circo Maximo: major pedum* CXXXII. *minor pedum* XIIC. *semis.* hic Lunæ erat major Solis. *Unus in Vaticano pedum* LXXII. hic a Sixto V. Pontifice erigitur. Unus in Campo Martio latet, sed in apotheca quadam vinaria pars ejus cernitur. *Duo in Mausolæo Augusti pares, singuli pedum* XLII. *semis. Obelisci parvi quadraginta duo, in plerisque sunt notæ Ægyptiorum.*

47. *Medio vero spatio*) Epigr. Vetus. *Et medius centri summa obeliscus habet*

48. *Orbis ex Pyropo*) De hoc orbe Pyropi Plinius intellexit. *Maximus quidam præfectus Ægypti transtulit in forum reciso cacumine, dum vult fastigium addere auratum, quod postea omisit.* De Pyropi mensura nempe metallo Ovid. *Metam.* lib. II.

Flammasque imitante Pyropo.

Claud. in *Paneg. Hon.* ipsum describit.

Acies stupet igne metalli.

Isid. lib. *Origin.* XVI. cap. XIX. *Pyropum igneus color vocavit; namque in singulas uncias æris additis auri scrupulis senis prætenui bractea ignescit flammasque imitatur, unde & pyropus dicitur* παρὰ πῦρ videlicet & ὦπα, quod aspectum ignis habeat. non fuisse gemmam, sed mixturam inde convincitur, quod clypei ut lucerent eo metallo prædicebantur, de quo splendore in *Milite Glor.* Act. I. Sc. I. habet Plautus, & Propertius ab auctore adductus.

49. *Æs Coronarium*) Ad coronas efficiendas idoneum, colorem enim auri refert & facile assumit: de hoc ære Cyprio mirum narrat περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων Aristoteles, videlicet gigni haud auro absimile, quod veluti in grana abscissum ab agricolis pro semine terræ conditum herbescat, stato tempore maturescat, ut proinde colligatur. de eodem ære sic Isidorus. *Cyprium æs in Cypro Insula primum repertum, unde & vocatum, factum ex lapide eroso, quem cathmiam vocant, & est ductile.* hoc fieri purpureum ad Pyropi formam sequitur Isidorus, *si plumbo misceatur.*

50. *Bractea*) Lamella a βράχειν dicta, quod est ἤχειν crepitare; ut *oro cantarino* dicunt Itali, sive *stridente*; inde *bracteare* pro ornamento operiri. *imbrattare* inde etiam vulgus dicit pro fœdo cooperimento velare.

51. *Rosas incisas*) Quam bene; nam obeliscus in spina Circi, & in obelisco rosa: sed hic artis usus frequens erat. Ut in Pyramidibus lib. IV. cap. VII. Vitruv. & florem vocat. *dimidia altitudo fiat præter florem, flos autem tantam habeat magnitudinem, quantam habuerit in summo columnæ capitolium, præter pyramidem.* Ubi Philander. *fiebat Pyramis, supra Pyramidem flos addebatur, quod quodam tenus imitatus est Bramantes in ædicula periptera in monte Aurelio D. Petro dicata.* sic apud Babylonios scipionum cacumini rosam, aut quid simile imponebant ornamenti gratia Strabo. φοροῦσι δὲ καὶ σφραγῖδα, καὶ σκῆπτρον οὐ λιτὸν, ἀλλ' ἐπίσημον ἔχον ἐπ' ἄκρῳ μῆλον, ἢ ῥόδον, ἢ κρῖνον.

52. *Lunæ dicatus*) Vetus epigr. de obeliscis.

Major erat Phoebi radiis solique sacratus,
Et minor est ipsi lunæ obeliscus honor.
Nam majus mittit sol sacro e corpore telum.
Et radio terram luna minore terit.

dicatus, notis & ipse Hieroglyphicis refertur. De Circi Obeliscis Tertullianus: *Obelisci* (inquit) *enormitas (ut Hermateles affirmat) Soli prostituta, scriptura ejus, unde & census de Ægypto superstitio est*. Et Cassiodorus: *Obeliscorum prolixitas ad Circi altitudinem sublevatur, sed prior Soli, inferior Lunæ dicatus est, ubi sacra priscorum Chaldaicis signis, quasi litteris indicantur.* Dio lib. LXI. *Nero post reditum ex Græcia suum ad urbem, Circenses imperavit, coronas omnes quas curru certando victor obtinuerat, attulit in Circum, & Obelisco Ægyptio imposuit. Hæ erant numero* [53] ∞ DCCVIII. *postea currus agitavit.* Est Obeliscus, Ammiano Marcellino teste, trabes asperrima, sensim a proceritate in excelsum consurgens, paulatimque radiorum ante in metæ figuram gracilescens, specie quadrata, in vertice producta, angusta, [54] e lapide Thebaico Syenite, quem antea Pyropoecilon vocabant (ut scribit Plinius) excisa, & artificis manu postea lævigata. Solis porro numini ab Ægyptiis ideo sacrati erant, quod radorum similitudine fierent. Primus omnium ob ejusmodi caussam (ut Isidorus lib. XVIII. tradit) eos instituit Ægyptiorum [55] Rex Mithres, qui Heliopoli Solis Urbe regnavit. *Quum aliquando Nilus violenta inundatione Ægyptum infestasset, indignatus Mithres, tamquam pœnas a flumine exacturus, sagittam in undas jaculavit. Non multo post gravi valetudine correptus lumina amisit, somnio jussus est Obeliscum vovere Soli, si visum recipere vellet, quo exsoluto, oculos recepit, & illico duos Obeliscos Soli sacravit, & cuncta hæc in iisdem Obeliscis Ægyptiorum sacris notis inscripsit. Postea cæteri post eum Reges complures, & egregios alios erexerunt.* Herodotus libro II. *Obeliscorum inventorem fuisse* refert *Sesostridis filium Pheronem, qui cæcus decennio quum fuisset, oraculo monitus visum recepit: & ea calamitate liberatus, quum alia in aliis templis donaria memoratu digna posuisset tum maxime memorabilia ac spectaculo digna* [56] *in templo Solis gemina saxa, quos* Obelos *vocant a figura, utrumque centenum cubitorum longitudinis, octonum latitudinis.* Plinius libro XXXVI. cap. VIII. *Circa Syenem vero Thebaidis lapis est Syenites, quem ante Pyropoecilon vocabant. Trabes ex eo fecere Reges quodam certamine, Obeliscos vocantes, Solis numini sacratos. Radiorum ejus argumentum in effigie est, & ita significatur* [57] *nomine Ægyptio. Primus omnium id instituit Mithres, qui in Solis Urbe regnabat,* [58] *somnio jussus: & hoc ipsum inscriptum est in eo.*

Obeliscus quid?

Obeliscorum inventor.

---

53. ∞ DCCIIX.) Auget numerum re vera auctor, atque ait καὶ ἦσαν ὀκτὼ, καὶ ὀκτακόσιοι, καὶ χίλιοι, erant mille octingentæ octo.

54. *E lapide Thebaico*) Plinius. Valerianus de eo lib. I. *Rei medicæ* cap. XIIX. *Gallas Alexandrinas novas non perfusas, & cribratas subtilissime* (& post) *mutes in mortarium Thebaicum* (& inferius) *Sepiam tostam diligenter in mortario Thebaico teres.*

55. *Rex Mithres*) *Mescres* in alio eod. *Mestres.*

56. *In templo*) Intus quasi observa illud inferius, *fixusque intra ambitiosi templi delubra*. ambitiosi, lati, maximi ambitus.

57. *Nomine Ægyptio*) Horus subsignificatur. Vide *Satur. lib.* cap. XVII. Macrob. Lilium Giraldum syntag. de *Diis Gen.* ad fin. Alexandrum Neap. *Dierum Geni.* lib. VI. cap. XXI. sane Horum non esse Græcum nomen, sed externum fatetur Pausanias. lege Rhodig. de Horo lib. *antiq. lect.* XII. c. VIII. nec modo solis, sed alias amplectitur significationes Horus. Horus astrologum, ac peritum in re cœlesti quoque significat. Lucianus. ὡς δηλοῦσιν οἱ ἀστρῶν ὧροι. Horæ ex Horo etiam dictæ (ut hanc etymologiam nunc sequamur) a peritis videlicet astrorum, & horographiæ partium anni descriptiones olim in Civitatibus observatæ ex astronomorum industria. nisi ἀπὸ τοῦ οὐρεῖν, nempe a mictu bovis Apidis horas dici affirmes: quapropter apud Ægyptios hoc inventum cum fuerit, in horis dinumerandis, metiendisque excellebant adeo, ut cætera horologia propriorum suorum temperie regularent. fuisse horologium in templo Isidis Ægyptiæ ad campum Martium notat Raderius ex verbis Magii apte adductis, sed hoc ex tintinnabulo. alterum ad ædem Divi Laurentii in Lucina fuisse narrat Plinius, ubi de Obeliscis agit, & Pomponius Lætus. *Ubi est domus nova facta*, inquit, *quæ est cappellanorum cujusdam cappellæ S. Laurentii in lucina, ibi fuit basis Horologii nominatissimi*. aliud quoque horologium ibi effossum cum lineis deauratis idem testatur, quod & Marlianus repetit, atque illud fuisse ipsum, de quo agit Plinius, non dubito: sed post Plinium ab aliquo Principe instauratum; fuit & aliud præterea repertum in campo Martio, cujus pag. CXXX. Gruterus in monumentis orbis meminit, ex quibus colligitur ad honorem Isidis, ac Ægyptiorum Numinum directa in campo Martio fuisse horologia. de horologio ejusdem Isidis Martialem ibi intelligo.

Nuntiat octavam Phariæ sua turba Juvencæ.

ut mos fuerit sacrificulis Isidis ad Magii sensum horas singulas tintinnabulo divisisse. fuisse Sacerdotem Athenis Proserpinæ, qui in æde Deæ tinnulam pulsaret Schol. Theor. *Idyll.* II. nos admonet. Φησὶν Ἀπολλόδωρος Ἀθήνησι τὸν ἱεροφάντην τῆς κόρης ἐπικαλουμένης ἐπικρούειν τὸ καλούμενον ἠχεῖον. insuper apud Lacedæmonas cum Rex moreretur Lebetem pulsari solitum. καὶ παρὰ Λάκωσι βασιλέως ἀποθανόντος εἰώθασι κρούειν λέβητα. ἠχεῖον veterum, & æs tinnulum figura qua sunt campanæ nostræ proculdubio fuere, nam κώδων dicebatur veterum tinnula teste Strabone. κώδων vero diffinitur etiam τὸ πλατὺ τοῦ σάλπιγγος, nempe campana latitudo tubæ. campania non quidem a Campania. (Nuga) sed quod illud æs καμπτόμενον reflectatur, dicitur: erat præterea in medio virgula ex ferro, quæ *ballematia* diceretur, inde nobis corrupte *mazza, & balloncbio della Campana*, quia βάλλεται agitatur, & ob id *ballare*, est χεῖρας βάλλειν *manus jactare*, dixit Propertius. ne quærant igitur viri docti, quid sit *ballematria virga* apud Petronium. ea nempe qua sive cymbala, sive sistra quaterentur. Sed ad Juvenalem de hac re uberius. non dissimile κώθων est poculum rotundum labro interius recurvo, quo Spartani milites utebantur. adi de ipso Plutarchum in *Lycurgo*. Veneti vocant *gotto* ab hac origine.

56. *Somnio jussus*) Dissensio inter auctores de hoc rege. Mithren Isidorus, alii Mescrem, vel Mestrem, Phœronem Herodotus appellat. Plinius qui idem memorat filiumque, non minus ac He-

ro-

etenim ſcalpturæ illæ, effigieſque quas videmus, 59 *Ægyptiæ ſunt litteræ;* 60 *poſtea alii Regum in ſupradicta Urbe.* 61 *Soſtris quattuor numero quadragenum, & octonum cubitorum longitudinis;* 62 *Remeſſes autem (is quo regnante* 63 *Ilium captum eſt) quadraginta cubitorum, idemque digreſſus inde, ubi fuit* 64 *Mnenonis Regia, poſuit alium longitudine undecenis pedibus per latera cubitis quattuor,* De Obeliſcis Thebaico, Alexandrino, Campi Martii pro gnomone horarum, Vaticano, & aliis vide Plin. l. XXXVI. c. IX. X. XI. XII. & infra in hoc lib. De Obeliſco vero Circi Maximi idem Plin. c. IX. ejuſdem libri: 65 *Divus* (inquit) *Auguſtus in Circo Maximo conſtituit Obeliſcum exciſum a Rege Semneſerteo, quo regnante, Pythagoras in Ægypto fuit, centum XXV. pedum, & dodrantis, præter baſim, ejuſdem lapidis. Is vero qui eſt in Campo Martio, novem pedum minor eſt a*

Soſtris alias Sochis. *Remeſſes alias Rameſſes.* *Mnenonis alias Minevidis.* A *Obeliſcus Circi Maximi.*

rodotus, ipſum Seſoſtridis facit, vocat Hunioreum lib. XXXV. cap. XI. iſtum vero morem capiendi per ſomnium in morbis conſulta diſce breviter ex tabella, quæ olim in Æſculapii ſacello in Inſula Tyberina erat, ibique inventa apud Maphæos Romæ habetur; inter cætera Dei miracula hoc legitur. Οὐαλερίῳ Ἄπρῳ στρατιώτῃ τυφλῷ ἐχρημάτισεν ὁ Θεὸς, ἐλθεῖν, καὶ λαβεῖν αἷμα ἐξ ἀλεκτρυόνος λευκοῦ, μετὰ μέλιτος; καὶ κολλύριον συνθεῖναι, καὶ ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας ἐπιχρίσαι ἐπὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς. καὶ ἀνέβλεψεν, καὶ ἐλήλυθεν, καὶ εὐχαρίστησεν δημοσίᾳ τῷ Θεῷ. *Valerio Apro militi cœco oraculum Deus oſtendit, iret, & acciperet ſanguinem Galli albi, & cum melle collyrium faceret, inungeretque oculos per tres dies; qui vidit, acceſſit, & in publico gratias Deo egit.* Eundem uſum apud Suetonium in Alexandria habes in *Veſpaſiano* ex reſponſo Serapidis; ob id Medici Alexandrini celebres. Petron. *Medicinam ſomno petii.* Vide Plaut. in *Curcul.* Philoſt. in *vita Apollonii Thyan.* Artemid. lib. I. Pindarum ode XIII. *Olymp.* Scholiaſtem Triclinium.

59 *Ægyptiæ ſunt literæ)* Hieroglyphicæ, ſacræ ſcalpturæ. Horus Apollo de iis, & Chœremon ſcripſere. Diodor. l. IV. *Bibl.* Apul. l. II. *Aſini* ſic eas deſcribit. *De opertis adyti profert quoſdam libros literis ignorabilibus prænotatos, partim figuris hujuſmodi animalium, concepti ſermonis compendioſa verba ſuggerentes, partim nodoſis, & in modum rotæ tortuoſis, capreolatimque condenſis apicibus a curioſitate prophanorum lectione munita.* Primo ubi notas animalium intelligo, ſecundo literas Chaldæas: non enim figuræ animalium apices condenſi nodoſi, & in modum rotæ capreolatim tortuoſi. Caſſiod. ſic Chaldaicorum ſignorum tamquam literarum meminit. *(Eas Solis ſacerdotibus fas dicere, qui ἱερογραμματεῖς dicebantur;* lego *diſcere)* vulgo altera, & peculiari lingua ſcribebant, notabantque ut Rhodigino lib. lib. XXIX. cap. XXVI. placet: videndus Tacit. XI. *Annal.* Lucanus ex imperitia ſcribendi id factum aſſeverat.

Nondum flumineas Memphis intexere biblos
Noverat; in ſaxis tantum volucreſque feræque,
Sculptaque ſervabant magicas animalia linguas.

Magicas, σοφικάς, ſapientes.

60 *Poſtea alii)* Alter codex. *Et alii.*

61 *Soſtris)* alii *Sochis.*

62 *Remeſſes)* Alii Cod. *Rameſes*, ſive *Rameſtes*: putarim quidem regibus appoſitum nomen, ut Cæſar Imperatoribus, quando inferius in inſcriptione habetur *Apollo Rameſtes.*

63 *Ilium captum eſt)* Hic ergo Protheus eſt Herodoti, & Homeri: iſtius *Odyſſ.* Δ. Homerus meminit.

Ἀθανατὸς Πρωτεὺς Αἰγύπτιος, ὅς τε θαλάσσης
Πάσης βένθεα οἶδε Ποσειδάωνος ὑποδμώς.
Divinus Protheus Ægyptius, iſte profundi
Noſcit cuncta Deus, Neptunique alta miniſtrat.

ἱερογραμματεῖς apud Ægyptios etiam mantes, ac divini ſunt, & divinatio apud eos peculiaris ex aſtrorum curſu, cæteriſque ſcientiis: hunc & Protheum vatem facit Homerus, cæterique, qui ex ejus ore bibunt.

64 *Mnenonis regia)* Alibi *Minevidis*: male utraque Lectio. Strabo l. XVII. Diod. Sicul. lib. II. Memnonis regiæ, ut eſt legendum, meminerunt, quæ in Oſiridis fanum converſa fuit; ſic Solinus. *Hic regio Thebaica Abidos, & ipſa nobilis olim Memnonis Regia; nunc Oſiridis fano exculta.* Neque igitur de Regia Memnonis, ſed de ejus ſtatua poſtea recentiores auctores intellexere, de qua antea Strabo; ad Dionyſium Afrum eam cum hiſtoria Memnonis affatim deſcribit Euſtathius: quin vide l. II. Tac. Spartianus in *Severo* c. XVII. *Nam & menſam, & Memnonem, & Pyramidas, & Labyrinthum diligenter inſpexit.* Menſam vero ſi quid fuerit quæris, ecce tibi Mela de Æthiop. cap. X. *Eſt locus apparatis epulis ſemper refertus, & quia, ut libet, veſci volentibus licet,* ἡλίου τράπεζαν *appellant, & quæ paſſim appoſita ſunt affirmant, innaſci ſubinde divinitus.* Idem Philoſtratus in *vita Apollonii*: ſed revera Terra τράπεζα omnium, cum hominibus ibi a ſole edulia procreentur.

65 *D. inquit, Auguſtus)* Propria Plinii verba ſunt. *Is autem obeliſcus, quem Divus Auguſtus in Circo Magno ſtatuit, exciſus eſt a Rege Sennerteo.* In campo Martio prope S. Laurentium in Lucina jacet: in cella vinaria cujuſdam confractus viſitur, in cujus baſi hujuſmodi inſcriptio legitur.

CÆSAR DIVI IVL. F. AVGVSTVS
PONTIFEX MAXIMVS IMPE.
XII. CONS. XI. TRIB. POT.
XIV. ÆGYPTO IN POTESTATEM
POPVLI ROM. REDACTA
SOLI DONVM DEDIT.

atque ibi poſitus eſt, quia ſublato, ejus loco poſitus ille Conſtantis eſt, quem ex Alexandria advexit, at alibi.

Sesostride [67] *inscriptam ambo rerum interpretationem Ægyptiorum operæ, & Philosophiæ continent*. De eodem etiam, & aliis Obeliscis ita mentionem facit rerum gestarum l. XVII. Ammianus Marcellinus: *Inter hæc recreandarum exordia Galliarum, administrante secundam adhuc Orfito præfecturam, Obeliscus Romæ in Circo erectus est maximo. Super quo nunc, quia tempestivum est, pauca discurram. Urbem priscis seculis conditam ambitiosa mœnium strue, & portarum centum quondam aditibus celebrem* [68] *hecatompylos Thebas institutores ex facto cognominarunt, cujus vocabulo provincia nunc usque Thebais appellatur. Hanc inter exordia pandentis se late Carthaginis, improviso excursu duces oppressere Pœnorum: posteaque reparatam Persarum* [69] *Rex ille Cambyses, quoad vixerat, alieni cupidus, & immanis, Ægypto perrupta, aggressus est, ut opes exinde raperet invidendas, ne Deorum quidem donariis parcens: qui dum inter prædatores turbulentus concursat, laxitate præpeditus indumentorum, concidit pronus, ac suomet pugione, quem aptatum* [70] *femori dextro gerebat, subito vi ruinæ nudato, vulneratus lethaliter interiit. Longe autem postea Cornelius Gallus, Octaviano res tenente Romanas, Ægypti procurator, exhausit civitatem plurimis interceptis; reversusque, cum furtorum arcesseretur, & depopulatæ Provinciæ, metu nobilitatis acriter indignatæ, cui negocium spectandum dederat Imperator, stricto* [71] *incubuit ferro. In hac Urbe* [72] *inter labra ingentia, diversasque moles figmenta Ægyptiorum numinum exprimentes, Obeliscos vidimus plures, aliosque jacentes, & comminutos, quos antiqui Reges bello domitis gentibus, aut prosperitatibus summarum rerum elati, montium venis, vel apud extremos Orbis incolas perscrutatis excisos, erectosque* [73] *Diis*

---

66 *Sesostride*) De hoc Diod. Sicul. lib. II. cap. I. Luc. lib. X.

Venit ad oceanum, mundique extrema Sesostris,
Qui Pharios currus regum cervicibus egit.

Diodorus immanitatem hujus Regis recenset, & ante ipsum Hiiimadii; captivos quando genitalibus mutilabat, inque triumphum agebat; ut fortasse ostenderet victorum delendam esse progeniem: σεσόγχωσις apud Theopompum fuit, inquit Scholiastes Apollonii, eumque equum primum conscendere docuisse refert ex Dicæarcho lib. II. qui de ipso faciat lib. etiam primo de Iside, & Osiride.

67 *Inscriptam*) Lege, Inscripti ambo rerum interpretationem Ægyptiorum, opera & philosophiæ habent.

68 *Hecatompylos*) ἑκατόμπυλαι Thebæ. Juven.

Atque vetus Thebe centum jacet obruta Portis.

sic Euseb. de *Præp. Evang.* lib. II. cap. III. De iis libro IX. *Iliados* Homerus.

—— ὐδ' ὅσα Θήβας
Αἰγυπτίας, ὅθι πλεῖστα δόμοις ἐν κτήματα κεῖται
Αἵθ' ἑκατόμπυλοί εἰσι.
—— *ne quantæ denique Thebæ*
Ægypti, quibus innumeræ stant pondere gazæ,
Divitiæque nitent: centumque patet via portis.

Et sane nostri Cayrum eadem multitudine refertum nunc faciunt, inter quos Areostus in *Rotlando furente*.

69 *Rex ille Cambyses*) Herod. l. III. mortuum facit tabe vulneris: ὡς ἐσφακέλισέ τε τὸ ὀστέον, καὶ ὁ μηρὸς τάχιστα ἐσάπη. Ctesias in *Persicis*: ἀφικόμενος δὲ εἰς Βαβυλῶνα, καὶ ξύνον ξυλάριον μαχαίρᾳ διατριβῆς χάριν παίει τὸν μηρὸν εἰς τὸν μῦν καὶ ἑνδεκαταῖος τελευτᾷ.

70 *Femori dextro*) Nota hic apud Marcellinum gerendi pugionem usum lateri dextro: certe Persarum Parthorumque, & si mavis orientalium omnium hic mos gestandi. Parthis Val. Flaccus Acinacem dextrum tribuit lib. VI.

Insignem manicis, insignis acinace dextro.

Ex lib. *Judicum* cap. III. *Aod fecit sibi gladium ancipitem habentem in medio capulum longitudinis palmæ manus, & accinctus est eo subter sagum in dextro femore*. Sed hic scæva fortasse, ut scripturarum ajunt interpretes, aut gladii illi exigui erant, & dextro latere gestabantur, ut nostri, quos stylos ad imaginem veterum stylorum literariorum factos vocitamus; vide Lipsium ad Tac. lib. *Annal.* primo.

71 *Incubuit ferro*) Rectores Ægypti malo fato occubuisse recenset: sed religio hæc in Romanis observata maxime. Testis Tac. lib. *Ann.* II. Lucanus l. IIX. *Pharf.* de *Gallo* Propertius. — *Tuque animæ prodige Galle tuæ*; hujus amores canit Virg. *Ecloga* X. objectus ab irato Augusto accusatoribus se ipsum occidit. Suet. *sed Gallo quoque & accusatorum denum rationibus, & Senatus Consultis ad necem compulso laudavit quidem pietatem pro se tantopere indignantium*: causa ipsa, quod malignum in se Cæsar expertus fuerat *ob ingratum, & malevolum animum*. Certe ex Ovidii verbis colligitur ablocutum ipsum de Augusto non satis caute. Poeta lib. II. *Tristium* ad Cæsarem.

Non fuit opprobrio celebrasse Lycorida Gallo,
Sed linguam nimio non tenuisse mero

72 *Inter labra ingentia*) Nam maxime labiati Ægyptii sunt: ita in Moreto Virgil. Æthiopem designat: cyllones hi, unde & κύλλος asellus appellatur a Labiorum enormitate — *& cylli de voce auriculas*. Petron. Arb. rationem reddunt Physici, quod cum in Ægyptiis magna caloris vis abundet, humor, quo tota reliqua cutis vacat, decurrit ad extrema ut sunt labra, vel quod adustione hoc fiat, ut cutis convolvatur ex septim. Can. Avicen. ubi fervidæ habitationis locus habitantes crispos alere capillos dicit nimia siccitate, quod & Galen. *Constitut.* II. docet, unde simi, & vari, & blæsi pedibus fiunt.

73 *Diis superis*) Non ergo tantum Soli, & Lunæ dicati obelisci; certe etiam Jovi. Theophrastus de *lapidib.* ἀνακεῖσθαι δὲ ἐν τῷ διὸς ὀβελίσκῳ σμαράγδους τέτταρας, μῆκος μὲν τετταράκοντα πηχῶν, εὖρος δὲ τῇ μὲν τέτταρας τῇ μὲν δύο. Plin. idem recitat Theophrastum citans,

ſuperis in religione dicarunt. Eſt autem Obeliſcus aſperrimus lapis in figuram metæ cujuſdam ſenſim ad proceritatem conſurgens excelſam, utque radium imitetur gracileſcens pauliſper ſpecie quadrata in verticem productus anguſtum, manu levigatum artificis. Formarum autem innumeras notas Hieroglyphicas appellatas, quas ei undique videmus inciſas, initialis ſapientiæ vetus inſignivit auctoritas. Volucrum enim ferarumque etiam [74] *alieni mundi genera multa ſculpentes; ad ævi quoque ſequentis ætates Imperatorum vulgatius proveniente memoria, promiſſa vel ſoluta regum vota monſtrabant. Non enim ut nunc litterarum numerus præſtitutus, & facilis exprimit, quicquid humana mens concipere poteſt. Ita priſci quoque ſcriptitarunt Ægyptii, ſed* [75] *ſingulæ litteræ ſingulis nominibus ſerviebant, & verbis, nonnumquam ſignificabant integros ſenſus: cujus rei ſcientiæ in his interim ſit duobus exemplum.* [76] *Per vulturem naturæ vocabulum pandunt, quia* [77] *mares nullos poſſe inter has alites inveniri rationes memorant phyſicæ, perque ſpeciem apis mella conficientis,* [78] *indicant Regem moderari cum jucunditate, Aculeos quoque innaſci debere his ſignis oſtendentes, & ſimilia plurima. Et quia ſufflantes adulatores ex more Conſtantium id ſine modo ſtrepebant. Quod cum Octavius Auguſtus* [79] *Obeliſcos duos ab* [80] *Heliopolitana Civitate tranſtuliſſet Ægyptia, quorum unus in Circo Maximo, alter in Campo locatus eſt Martio, hunc recens advectum difficultate magnitudinis territus, nec contrectare auſus eſt, nec movere. Diſcant qui ignorant veterem principem tranſlatis aliquibus, hunc intactum ideo prætermiſſe, quod Deo Soli ſpeciali munere dicatus fixuſque intra ambitioſi templi delubra, quæ contingi non poterant, tamquam apex omnium eminebant. Verum Conſtantinus id parvi ducens, avulſam hanc molem ſedibus ſuis, nihilque committere in religionem recte exiſtimans, ſi ablatum uno templo miraculum Romæ ſacraret, id eſt, in templo mundi totius jacere diu perpeſſus eſt, dum transla-*

---

74 *Alieni mundi genera*) Ignota videlicet potius terrarum ſymbola, quam corpora; quoddam ſimile Vitru. lib. VII. cap. V. *Pinguntur tectoriis monſtra potius, quam rebus finitis imagines certæ;* a noſtris hæc figuræ *grotteſche* appellantur, ut videlicet a colore magis, quam a re ſumant vocabulum, ſintque phantaſtica illa potius pictura Horatii, quam in exordio Poetices pingit; hunc ſophiſticum artificum ordinem non modo Vitruvius, at Philander, & Albertus, & Barbarus, cæterique improbant.

75 *Singulæ literæ*) Notæ igitur erant. Alcuinus in Gramm. *Notæ ſunt figuræ quædam vel ad brevianda verba inventæ, vel ſenſus exprimendos, vel ad diverſas cauſas conſtitutæ, ut in ſcriptura ſacra Obelus, & Aſteriſcus.* D. Hieronymus. *Reſtant adhuc notæ, quæ cum ex barbarorum puto ortu natæ ſint, rationem omiſere.* Eas ideo ignorabiles literas, nodos, apices condenſos appellat Apulejus. Nicarchus epigr.

> Οντως μυρμήκων τρυπήμματα λοξὰ, ϗ ὀρθὰ
> Γράμματα τὰ Λυβικῶν Λύδια, ϗ Φρύγια.
> *Et formicarum detorta foramina, rectæ*
> *Scripturæ Lybicum, Lydiæ, & aut Phrygiæ.*

At iſtis in arcanis Deorum maxime utebantur. Arbiter ex Victorino.

> *Memphitides puellæ*
> *Sacris Deum paratæ.*

Apul. *a curioſa prophanorum lectione munitæ.* Hinc notæ poſtea ad Romanos in ſcribendo fluxere, quarum ſpecies ſcribendi noſter uſus nunc eſt. Singulis igitur nominibus eſt ſingulis certis rebus, ut cum volumus Digeſtorum nos volumina indicare, geminum F. ſic FF. ſcribimus, & eſt ratio; cum leges in Faſtis olim recenſerentur, unde tempora digeſta vocat faſtos Ovidius, geminum F. faſtos, nempe Digeſtos libros deſignat. Cheræmonem ſcripſiſſe de *literis Ægyptiis* Chil. V. cap. VI. Tzetzes eſt auctor.

76 *Per vulturem*) Vide de hac re Pierium Bullunenſem lib. XIIX. tit. *de vulturibus*. Horum cap. XI. bonitatem hujus avitii in Judiciis ſomniorum ſuis, Artemidorus exaggerat, quod non ſata, quod non fructus hominum lædat, non pullos, tantum in aves vagas affectet imperium, unde etiam eum necare apud veteres fuerit religioſum.

77 *Mares nullos*) Eſſe omnes fœminas in Exam. Ambroſius adprobat, quod prænotaverat Tertullianus; & ſe id expertum Tzetzes ait Chil. l. XIII. c. DCXXXIX. ac vento concipere; annum ſignificare apud Ægyptios. Idem inquit, in Ægypto etiam eſſe maſculos vultures. Phile vult de *animal. proprietate* c. II. quamvis alibi fœminas tantum admittat. *Genialium Dierum* l. V. c. XXIV. abſque auctore tamen Alexander Neapolit. Ægyptios ait ſolitos olim ad denotandum nobilitatem generis vulturum alas domorum veſtibulis proponere; ſane hic mos Polonorum, Germanorumque uſu elucet, qui hujuſmodi alis gentilitia ſtemmata inter conos galearum obnubunt. Eas adjuvare parturientes ajunt.

78 *Indicant regem*) Apes regem habent, neminem id fugit; hunc Græci appellant ἐσσὴν auctore Callimachi Scholiaſte. Callimachus pro Rege hominum accipit Hymno in Jovem.

79 *Obeliſcos duos*) Unus ex iis putatur ille, qui in area San. Mariæ Majoris Sixti Quinti Pontificis juſſu erectus eſt, inque ipſo collocari juſſiſſe ſuos cineres Auguſtus; quod fabula eſt, ſed etiam claris viris impoſita. Reliquias Auguſti in Mauſolæo relatas ſcribit in *ipſo* cap. penult. Suet. & ſic reliqui etiam auctores probi. At ſi ita tumulandus (ut ajunt) Auguſtus fuiſſet, cum duo in monumento Mauſolæi eſſent obeliſci, dividendi fuiſſent cineres, quod nefas erat apud Romanos.

80 *Heliopolitana Civitate*) De his loquitur Strabo lib. XVII. ex cujus verbis liquet non integros fuiſſe ex Ægypto allatos: ὃς (Cambyſes) τὰ μὲν πυρὶ, τὰ δὲ σιδήρῳ διελωβᾶτο τῶν ἱερῶν, ἀκρωτηριάζων ϗ περικαίων, καθάπερ ϗ τοὺς ὀβελίσκους. ὧν δύο ϗ εἰς Ῥώμην ἐκομίσθησαν, οἱ μὴ κεκακωμένοι τελέως. *Cambyſes cum templa partim igni, partim ferro devaſtabat, combuſſit, abſciditque omnia: quemadmodum & obeliſcos, quorum duo Romam delati, non omnino ſunt abſumpti.*

tioni pararentur utilia. Quo per alveum Nili convecto projectoque, Alexandriæ navis amplitudinis ante hac inusitatæ ædificata est, sub trecentis remigibus agitanda. Quibus ita provisis, digressoque vita Principe memorato, urgens effectus intepuit; tandemque sero impositus navi, per maria, fluentaque Tibridis, velut paventis, ne quod pœne ignotus miserat Nilus, ipse parum sub meatus sui discrimine mœnibus alumnis inferret. Defertur in vicum Alexandri, tertio lapide ab Urbe sejunctum, unde [81] * *carrucis impositus tractusque lenius per Ostiensem Portum,* [82] *piscinamque publicam, Circo illatus est Maximo; sola post hæc restabat erectio, quæ vix, aut ne vix quidem sperabatur posse compleri, erectisque usque ad periculum altis trabibus, ut machinarum cerneres nemus, innectuntur vasti funes, & longi, ad speciem multiplicium liciorum cœlum densitate nimia subtexentes, quibus colligatis, mons ipse effigiatus scriptilibus elementis, paulatimque id per arduum inane protentus, diuque pensilis hominum millibus multis, tanquam molendinarias rotantibus metas, cavea locatur in media, eique sphæra superponitur ahena aureis laminis nitens, qua confestim vi ignis divini contacta, ideoque sublata, facis imitamentum in figura aereum, itidem auro imbracteatum, velut abundanti flamma candens, secutæque ætates alios transtulerunt: quorum unus in Vaticano, alter in Hortis Sallustii, duo in Augusti monumento erecti sunt. Qui autem notarum textus Obelisco incisus est veteri, quem videmus in Circo, Hermapionis librum sequuti interpretatum litteris subjecimus Græcis.*

* Chamulcis.

Principium interpretationis incipit a parte Australi.

Versus Primus.

Hæc sunt quæ Regi Rhamesti dono dedimus. Qui a Sole & Apolline, qui universo Orbi terrarum cum lætitia dominatur, diligitur. Fortis & veritatis amator, [83] *filius Heronis, Deo genitus, conditor universi. A Sole electus, Marte strenuus Rex Rhamestes, cui omnis subjecta est terra cum robore, & audacia. Rex Rhamestes Solis filius sempiternus.*

Versus Secundus.

Apollo fortis veritatis præfectus, Diadematis dominus, qui Ægyptum illustravit & possedit, & Heliopolim pulcherrimam fecit, & reliquum Orbis terrarum fabricavit, & multis honoribus coluit Deos, qui sunt in Heliopoli, quem Sol diligit.

Versus Tertius.

Apollo fortis Solis filius undique splendens, a Sole electus, & [84] *a potenti Marte donis auctus. Cujus bona in omne ævum durant. Quem* [85] *Ammon diligit, quod impleverit templum Palmæ bonis, & Dii ei longam vitam tribuerunt. Apollo fortis Heronis filius Rex orbis Rhamestes, qui custodivit Ægyptum, aliarum gentium victoriis, a Sole dilectus. Cui Dii longum vitæ tempus donaverant. Dominus Orbis terrarum Rhamestes sempiternus.*

Alius versus Secundus.

Magnus Deus Sol cæli Dominus, tibi vitam donavi nullo unquam tempore tædio futuram. Apollo fortis dominus diadematis incomparabilis, & qui effingi non potest, quorum Colossos in hoc Regno dedicavit Dominus Ægypti, & ornavit Heliopolim, & similiter Solem ipsum cœli dominum. Complevit opus bonum Solis filius Rex sempiternus.

Tertius versus.

Sol Deus cæli Dominus donavi Rhamesti Regi Imperium & potentiam super omnes. Qui a temporum veridico Domino Apolline, [86] *& Vulcano Deorum patre electus est Martis studio. Rex totius alacritatis Solis filius, & a Sole dilectus.*

A parte Subsolani versus primus.

Magnus Deus ex Heliopoli cœlestis & fortis Apollo Heronis filius, a Sole educatus, a Diis honoratus, totius terræ dominator, a Sole electus. Fortis Rex, Martis causa ab Ammone

81 *Carrucis)* Chamulcis impositus, alibi melius legitur. Chamulcus instrumentum erat, quo humo pene reptile aliquid trahebatur, χαμαὶ, & ἕλκω, quod est verso, traho per terram.

82 *Piscinamque publicam)* In regione XII. urbis erat, in qua etiam Vicum Piscinæ Publicæ ponit Victor. extendebatur ea regio sub Aventino, Thermasque Antonianas complectebatur, ad viam olim Ardeatinam, nunc S. Balbinæ; vide Victorem in regione XII. nam in Rufo tempore scriptura excidit.

83 *Filius Horonis)* Hori sive Horonis, qui sol; nam solis inferius filius Rhamestes; certe Horus Apollo ἡμίθεος est Eusebio. Sed non ergo Persarum sola hæc jactantia, ut se Solis filios ac Deorum faciant, sed etiam Ægyptiorum, a quibus multi mores in Persiam defluxerant: de Persis Corippus.

Ille etiam, Solis qui se subjactat amicum

Et exprimit nostrum *diligitur*.

Ardua suspiciens minuentis cornua Lunæ,
Noctivagosque colores astrorum consulit ignes;
Urgetur terrore tuo.

De Ægyptiorum Regibus Adulitanum monumentum facit ope Leonis Allatii V. C. erutum. Βασιλεὺς μέγας Πτολεμαῖος υἱὸς Βασιλέως Πτολεμαίου, καὶ βασιλίσσης Ἀρσινόης, θεῶν ἀδελφῶν. τῶν βασιλέων Πτολεμαίων, καὶ βασιλίσσης Βερενίκης θεῶν σωτήρων ἀπόγονος. τὰ μὲν ἀπὸ πατρὸς Ἡρακλέους τοῦ Διός. τὰ δὲ ἀπὸ μητρὸς Διονυσίου τοῦ Διός. Quod ad tempus ultimorum Regum in Ægypto perduravit; filios enim Cleopatra habuit, quorum unum Solem, alterum Lunam appellavit, Dione teste.

84 *A potenti Marte)* Certe in prima dynastia Mars. Euseb. Αἰγυπτίων ἐβασίλευσεν Ἄρης ἡμίθεος.

85 *Ammon)* Euseb. Ἀμμῶν ἡμίθεος.

86 *Et Vulcano)* Hic filius Mercurii: μετὰ δὲ τὸν Ἑρμοῦ τελευτὴν ὁ Ἥφαιστος ἐπὶ τέσσαρα ἥμισυ ἔτη ἐβασίλευσεν ἐν Αἰγύπτῳ: unde liquet hos reges sua nomina propria habuisse, ut in filiis Cleopatræ apparet, sed nomina Deorum ob fastum, & nobilitatem accepisse.

amatus, & ab universi illuminatore Rex sempiternus constitutus.

Cecidit maximus hic Obeliscus, atque in plures partes confractus sub hortis jacet, ubi olim erat Circi Maximi harena, quem annis aliquot ante, cum ibidem effossum esset, mirandæ aspeximus magnitudinis. Crediderim ego a priscis illis Christianis circa belli Gothici tempora dirutum, quibus etiam Circenses in Italia fieri desierunt.

Obeliscorum porro quum duo genera essent, majorum Soli, & minorum Lunæ dedicatorum, hodie Romæ utriusque generis extant: majores sunt Vaticanus pedum LXXII. duo Mausolei Augusti, unus in Circo viæ Appiæ, alter in Circo Salustii, & similes: minores vero, is qui apud ædiculam Sancti Machuti erectus est, & alter jacens in area basilicæ Apostolorum prope Columniensium domos. Visuntur quoque per Urbem frusta aliquot aliorum ejus generis. De Obeliscis satis dictum est, ad reliqua Circi sacra ornamenta eidem spinæ, ut ex supradictis monumentis liquet, imposita transeamus; quæ ad veterem superstitionem pertinentia, magnarum, & arcanarum rerum significationes habebant: de quibus singulis Tertullianus in Libro *de Spectaculis* accurate mentionem facit. Posteaquam de Obeliscis abunde verba feci, labori huic consentaneum esse existimavi, tabellam subjicere quæ quattuor præcipuos complecteretur. Vaticanum scilicet qui in Circo Caii & Neronis Principum adhuc superest, Alexandrinum, Salustii, & Circi viæ Appiæ notis Hieroglyphicis ornati, & diligentissime mea opera expressi.

Ante omnia igitur juxta majorem Obeliscum, Solis delubrum, cum ejusdem effigie super ædiculæ ipsius tympanum locata erant, de quibus Q. Florens: *Solis ædes medio spatio, & effigies de fastigio ædis emicat, quod non putaverunt sub tecto consecrandum,* [87] *quem in aperto habent.* Tacitus lib. XV. *Tum decreta dona, & grates Deis decernuntur, propriuque bonos Soli, cui est vetus ædes apud Circum, qui occulta conjurationis numine retexisset.* *Solis delubrum, & effigies.*

Ab alio Obelisci latere erat Isidis sive Cybeles Deorum matris simulacrum, quæ [88] diademate turrito caput cinctum habens, Leoni insidebat, altera manu [89] sistrum Ægy- *Mater magna.*

---

87 *Quem in aperto habent*] Sed non huic solum hæc religio, Termino quoque similis: Sex. Pomp. *Termino, quo loco colebatur, super eum foramen patebat in tecto, quod nefas esse putarent Terminum intra tectum consistere;* & Jovi Fidio eadem religio etiam: De *ling. Lat.* Varro: *itaque inde ei perforatum tectum, ut videatur dium, hoc est, cœlum; quidam negant sub tecto per hunc dejerare oportere.* Cato apud Nonium: *itaque domi ritu nostro, qui per Dium-fidium jurare vult, exire solet in compluvium.* At quid mirum, si in Pantheo foramen illud tecto emicat, cum ibi etiam inter alios deos Sol, & Terminus colerentur? at dices: in templo Fauni idem superne oculus cur? at Faunum Solis referre apud Sabinos specimen habemus. Hæc vero ædicula solis supra spinam erat, parvæ enim fiebant tunc Romæ. In Octaviæ porticibus fuisse inclusas ædes, testis est Plinius lib. XXXVI. sed sol in aperto erat, quia videt omnia hic Deus, & publicat. πᾶσιν enim ὁμῶς ἀναφαίνει, ait Homerus.

Ἠέλιος δ' ὃς πάντ' ἐφορᾷς, καὶ πάντ' ἐπακούεις.
Omnia qui spectas, intelligis omnia Phœbe.

Virgilius.

Solem quis dicere falsum Audeat.

Ovid. *Artis amandi* lib. II.

Indicio solis, quis solem fallere posset?
Cognita Vulcano conjugis acta suæ.

hinc juramentum soli accensum. Apul. lib. III. *Solis, & justitiæ testatus oculos:* oculum justitiæ testatur quoque Juliani versiculus in Græcis πανίσκοπον ὄμμα δίκης. sic ὄμμα δίκης & Aristænetus habet epist. XX. Ac proinde sol, quoniam cuncta videt, speculas, & altissima montium juga sacra habet hymno εἰς Ἀπολλ. Homerus.

Πᾶσαι δὲ σκοπιαί τε φίλαι καὶ πρώονες ἄκροι
Ὑψηλῶν ὀρέων.

Pind. *Pytb.* od. X.

Κύριον ὃς πάντων τέλος οἶσθα καὶ πάσας κελεύθους.

88 *Diademate turrito*] Rationem cur turrita pingatur Cybele Lucret. affert lib. *Philosophiæ* II.

Muralique caput summum cinxere corona,
Eximiis munita locis, quod continet urbes.

Et sic a Nasone *Turrifera*, *Turrita* a Virgilio dicta est. Turres enim coronæ urbium, urbes Telluris. Hom. de *Thebe.* ἐϋστεφάνῳ ἐνὶ Θήβῃ. ubi Eustathius, ἐϋτειχίστῳ muris bene septæ; particulas illas turrium murulos, corrupte *merli* vocant. πέργαμοι sunt doctis. ἡ πέργαμος, ἤγουν ἡ ἐξοχὴ τοῦ τείχους Hesiodi habet Schol. unde præaltus locus etiam *Pergamo* Italis est, & suggestus præcipue, ex quo sacræ conciones declamantur. Sed observa in Iconibus nostris hic quæso, lector, quod etiam in statuis illius Deæ pœne omnibus observabis, Cybelem leoni æri suspenso insidere, sic numen hoc nunquam in figuris pede terram tangens inveniri, quod scilicet terra in aere sit, ac Cybele terram ipsam repræsentet. Idem Lucretius.

Hanc veteres Graium docti cecinere poetæ,
Sublimem in curru bijugos agitare leones;
Aeris in spatio magnam pendere docentes
Tellurem, neque posse in terra sistere terram.

89 *Sistrum.*] De hoc notissimæ eruditiones. Erat Ægyptium tintinnabulum cancellatis virgis per orbem unicum decurrentibus, quæ anulis ferreis oppletæ, ubi altera virga decuterentur, resonabant: sed te, lector, ad alios remitto. Ejus figuram ediderunt Mercurialis, Pignorius, aliique: eum graphice lib. ult. Apul. describit. Vide ad lib. VIII. Virgilii enarrato-

ptium instrumentum, altera vero mali figura 90 pallam rotundam, sive orbem tenens, per quam rerum naturam designabant, quod in orbe vis illa divina sit, quam naturam dicimus. Ad extremas metas 91 ara Consi, & Murciæ delubrum erant. De ara Consi M. Varro lib. v. *Consualia dicta, a Conso, quod tum feriæ publicæ Circo, & in Circo ad aram ejus ab sacerdotibus fiunt, Ludi illi quibus virgines Sabinæ raptæ.* Et Plutarchus in *Romulo*: *Fama vulgata ab eo primum est, cujusdam Dei aram conditam sub terra invenisse, eique Deo Conso nomen indiderunt, sive a consilio, quod consiliarius foret, sive Neptunus equestris. Nam ara est in Circo Maximo posita, quæ reliquum quidem tempus latet, in equestribus autem certaminibus aperitur. Placet tamen aliis, quoniam consilium arcanum, & minime palam esse oportet, subterraneam haud temere & apertam Dei aram esse.* De utriusque, Murciæ scilicet & Consi aris, Q. Septimius: *Frigebat dæmonum consilium sine sua matre magna, ea itaque illic, præsidet Euripo. Consus (ut diximus) apud metas in terra delitescit. Murcia quoque Idolum facit. Murciam enim Deam amoris volunt, (de qua latius supra dixi) cui in illa parte ædem vovere.*

Ara Consi. Murciæ delubrum.

92 Erant ibidem Delphinorum septem 93 columnis impositorum 94 in honorem Neptuni simulachra, item columnæ 95 setiæ a setia sementum; metiæ, vel messiæ, a Metia, vel Roncina, vel Messia, metendi, aut messium Deabus; atque tutellinæ a Tutellina tutrice, & omnium frugum conservatrice denominatæ, & in earundem Dearum cultum dedicatæ, quarum omnium imagines, ex antiquis monumentis delineatas infra subjiciam. M. Varro apud Nonium Marcellum: *Tuam fidem non Tutellinam quam ego ipse invoco.* Et Plinius lib. XIIX. cap. II. *Numa Fornacalia instituit farris torrendi ferias, & æque religiosas terminis agrorum. Hos enim Deos tunc maxime noverant Seram, quæ a serendo, Segestam a segetibus appellabant, quarum simulachra in Circo videmus. Tertiam ex iis nominare sub tecto religio est.* Quam Macrobius lib. I. *Saturnalium* cap. XVI. *Tutelinam* nominat, ideoque a Romanis cultam ait, ut conditas jam fruges incorruptas tueretur. De iisdem Q. Florens: *Delphinos (inquit) Neptuno vovent, columnas setias, a sementatoribus, messias a messibus, tutelinas a tutelis frugum sustinent. Ante has vero aræ trinis Diis patent, Magnis, Valentibus, & Potentibus; eosdemque, & Samothracas existimant.* 96 Hos ego Deos Lares Urbis Romæ fuisse opinor, quoniam & ipsi *Magni* dicuntur, quorum honori Ludos Circenses factos *Romanos*, & *Magnos* dici, auctor est Pedianus. Erant ibi etiam ova columellis imposita, in Castoris & Pollucis, quos Jovis cygni ovo genitos credebant,

Delphini. C… Setiæ. Messiæ.

Dii Magni, Valentes, Potentes. Ternæ iis aræ.

Ova Castoris.

---

res, & ad Statium *Sylv.* lib. III. de *Hercul. Sorent.* sed ante omnes Plutarchum, qui libello *de Iside, & Osiride* Sistri mysterium physicum explicat.

90 *Pallam rotundam*] Pilam voluit dicere: quamvis etiam palla dici possit, quod πάλλεται, nempe evibratur: non tamen reperies: hac pila orbem significabant, quam non modo Dea, sed Isiaci in sacris lustrationibus, ac pompis manu gestabant digitisque volutabant. Pineæ fortasse nuces illæ pilæ erant, ut mundi imaginem referrent, & Deæ religionem insinuarent; poma enim Cybeles sunt pineæ; fides sit mihi ex Lampridio in *Commodo* pineas gestitasse, *Isiacos vero pineis usque ad perniciem pectus tundere cogebat.*

91 *Ara Consi & Murciæ delubrum*] De his affatim nos alibi.

92 *Erant ibidem Delphinorum*] Hoc etiam usitatum apud alios. Strabo. ἐπὶ στηλιδίων ἀνακεῖσθαι δελφῖνας ἐπιγραφὴν ἔχοντες κυρηναίων θεωρῶν. *super Columellas in Cyrene Delphinas stetisse, subscriptionem habentes, Cyrenensium spectatorum*: atque id propterea, quia velocissima sunt animalia, & cursura cæteros pisces vicentia. Aristoteles. ἁπάντων δοκεῖ εἶναι ζῴων τάχιστον, καὶ τῶν ἐνύδρων, καὶ τῶν χερσαίων, καὶ ὑπεράλλονται πλοίων μεγάλων ἱστούς. hinc lib. XIIX. cap. XV. asserit Firmicus, *sub Delphino vero orti celeripedes nascuntur*; fortasse *ortu*, eandem celeritatem describit Solinus *Polybist.* cap. XVII. Adde, quod eis gaudere Neptunus eques ait Oppianus, & Nonnus in *Dionysiacis*, supra ipsos currere Nereidas inquit.

Ὡς δ' ἐπὶ Νηρείδων τις ὑπερκύψασα θαλάσσας
Ἐζομένη δελφῖνι.
Sic quoque Nereidum cum fluctibus una marinis
Alta secans delphino rotat.

Et Epig. de *Neptuno*. καὶ δεξιὸν δελφῖνα προὔχετο.

93 *Columnis impositorum*] De his Columnis Julius Obsequens intellexit; *signa in Circo maximo cum columnis evertit.*

94 *In honorem Neptuni*] Quia sacer delphin huic Deo. Hyginus, *& hoc amplius, quod Neptuno simulachrum faciunt, delphinum autem in manu, aut sub pedibus ejus constituere; unde Neptuno gratissimum esse arbitrantur.*

95 *Setia a setia*] August. lib. *civit. Dei* IV. *sata frumenta quam diu sub terra essent, præpositam voluerunt habere Deam Sejam*: fortasse Setiam, ut hic: *cum vero jam essent super terram, & segetem facerent, Deam Segetiam: frumentis vero collectis, atque conditis ut tuto servarentur, Deam Tutelinam præposuerunt.* Fuit & Sentia Dea, quam amicam Conso facit August. libro *Civit.* III. *Ipse sit & Deus Consus præbendo consilia, & dea Sentia sententias inspirando*: hæ deæ in spina habentur, quia cum arena Circi terram significet spina viam Solis, Solis esse effectus noscuntur, ex recessu enim accessuque Solis, quem in Zodiaci cingulo variando agit omnia orbi multiplici fætura nascuntur.

96 *Hos ego Deos Lares*] Distinguit tamen Juven.

Juret licet, & Samothracum,
Et nostrorum Aras.

ita ut idem esse non possint ad mentem satyrici.

memorian erecta. 97 Erat Oleæ Surculus, pacem designans, quam quum homines habent, recte vivunt: de quo Tertullianus: *Nam & rivulus tenuis ex suo fonte, & surculus modicus* A *ex sua fronde, qualitatem originis continent.* Sed & 98 Fortunæ, 99 Victoriæque Simulachra eodem in loco visebantur, quarum alteram colebant ut propitia esset; alteram vero, *Simulachra Fortunæ & Victoriæ.*

---

97 *Erat oleæ surculus*] Ex Tertulliani verbis non liquet surculum oleæ in Circo fuisse; dicit hoc ille, ut ostendat ex urbibus corrivare in oppida mores, boni illi, sive mali sint: eandem sententiam paulo diversis verbis expressit Cassiodorus lib. II. Epist. XIV. *Ferarum catuli sequuntur parentes, a cespite suo virgulta non discrepant: propago vitis proprie servit origini.* Prudentius adversus Hebræos.

Jam miserere tui, non se sylvestris olivi
Surculus exultans alieno stipite jactat.

De Evangelica Veritate Juvencus.

Nam neque de tribulis ficus, de sentibus uvas
Provenisse unquam ruris per terga notasti.

Est igitur Christianum axioma quod Matthæus VI. Lucas VII. cap. insinuant, cui respondet illud Euripidis in *Hecuba*.

Ἀνθρώποις ἀεὶ ὁ μὲν πονηρὸς οὐδὲν ἄλλο πλὴν κακός.

sensus Tertulliani est, res Circenses dæmoniacas habere suggestiones, per omnes totius orbis Circos, eo quia Romanus Circus tamquam fons reliquis, & truncus malum rivulum, pessimumque surculum communicet.

—— le ville
Seguon gli essempi de le gran cittadi.

expressit Poeta Italus in *Amynthæ* fabella.

98 *Fortunæ*] Humana pœne omnia regit hæc Dea, quapropter in simulachro hoc mundi sistitur, cum præterea non tantum peritia, verum fortunæ quoque adminiculum ad victoriam requiratur, unde victoriæ fortuna conjungitur. Non enim semper ut Hom. scripsit, μήτιδ' ἡνιοχὸς περιγίνεται ἡνιόχοιο. at illud Pindari maxime invalet *Isth.* od. IV ἔστιν δ' ἀφάνεια τύχας καὶ μαρναμένων. *Est incertitudo fortunæ etiam pugnantium*; hæc veluti Genius Principum Principes comitabatur. Capitol. Antoninus *Pius*, *cum sibi adesse finem vitæ videret, vocatis amicis, & præfecti successorem* (Marcum) *eum imperii omnibus commendavit, atque firmavit, statimque signo Æquanimitatis tribuno dato, fortunam auream, quæ in cubiculo solebat esse ad Marci cubiculum transire jussit.* Fortuna hæc regia, & qua non nisi Cæsares ornarentur, nec sine ipsa, aut discederent aut dormirent. Spart. in *Severo* cap. penult. *Fortunam deinde regiam quæ comitari Principes & in cubiculis poni solebat, geminare statuerat, ut sacratissimum simulachrum utrique relinqueret filiorum. Sed cum videret se perurgeri sub hora mortis, jussisse fertur ut alternis diebus apud filios imperatores in cubiculis fortuna poneretur.* Hæc siquidem Dea, ut Petronius ait, est *Rerum humanarum, Divinarumque potestas*, & ob varietatem, atque instabilitatem maxime Principibus timenda. Menand. ὡς μεταβολαῖς χαίρουσα παντοίαις τύχη. & idem Petronius.

Quæ nova semper amas.

99 *Victoriæ*] Tres victoriolas in podio Circi impositas refert Spartianus, neque credo id certo numero factum, sed quia tres Principes erant Cesar, Bassianus, & Geta, quare unam, vel duas potuisse esse Victorias sub aliis principibus, credere non dubitarim. Podium spina hic est, & Euripi ripa altum siquidem locum significat. Palladius lib. I. titul. XXXVIII. *Podia ternis alta pedibus fabricentur, testaceo, & albario opere levigata, & super hæc podia alvearia collocentur*, & aperte spinam vocat podium Sidonius.

Curæ est in mediis ut ille primus
Pressus dexteriore concitatu
Partem si patefecerit sinistram,
Totas ad podium ferant habenas.

Sed eo tempore Severi jam Euripus in mediam arenam transierat, unde podium ripis Euripi adsurgentes murulos vocat tam Sidonius, quam Spartianus, ut bis alibi explico. Eam Deam, ut tutricem imperii colebant, ac ubi essent Principes, circum ducebant, quamvis sedes illi propria Capitolium, quasi Lar Romanus. In *Probo* Vopiscus indicat. *Juppiter optimus maximus, Juno Regina, & Tu Romana Victoria date huic senatui*: at hæc oratio in Capitolio acta est. Illa tamquam Genius Romæ. Claud.

Afficit ipsa suis talis Victoria pennis
Romanæ tutela togæ.

Et in Palatio culta. Livius lib. XXIV. *In ædem Victoriæ, quæ est in Palatio, pertulere deam pridie idus Aprileis*: suspensa pede pingebatur, aut fingebatur, ut habes ex Icone apud Panvinium. Prudentius *adversus Symmachum*.

Vincendi quæris dominam? sua dextera cuique
Et Deus omnipotens; non pexo crine puella,
Nec nudo suspensa pede, strophioque revincta,
Et tumidas fluitante sinu vestita pupillas.

hanc a Jove immitti putarunt. lib. IV. de *Civit. Dei* August. *An forte divina, quod Deam Victoriam Juppiter mittit.* Varro de *ling. Lat. Victoria ab eo, quod superati vincuntur, utriusque testis poesis, quod Victoria, & Venus dicitur cœligena.* Pindarus. ἐν θεῶ γε μὰν τέλος. Sed ea hic posita, quia certaturos adjuvat; ut in Jovis Olympii olim delubro a certaturis etiam honorabatur. Idem Pindarus *Isth.* od. II. ἀδυπνόῳ τέ νιν ἀσπάζοντο φωνᾷ θρυσέοις. Sed habes etiam hic in nostro Circo supplicantem ædiculæ, ubi Victoriæ est sigillum, Aurigam.

quod omnium gentium victores fuissent. Cujus etiam [1] in Curia signum dedicarunt. De aliquot signis in Circo locatis mentionem facit Livius lib. XL. *procellosum* (inquit) *fuit eo anno, pridie Palilia, medio ferme die atrox cum vento tempestas coorta multis sacris profanisque locis stragem fecit. Signa in Circo Maximo cum columnis quibus superstabant evertit, ob ea prodigia* [2] XX. *hostiis majoribus sacrificatum est, diem unum supplicatio fuit.* Idem lib. XLIX. *Ludis Romanis eo anno, quos P. Cornelius Cethegus, & A. Postumius Albinus faciebant, malus in Circo in* [3] *stabulis, in signum* [4] *Pollentiæ procidit, atque id dejecit. Ea religione moti Patres, & diem unum adjiciendum Ludorum celebritati censuerunt, & signa duo pro uno reponenda, & novum auratum faciendum.* Spartianus in *Severo*: *Die Circensium, quum tres victoriæ more solito essent locatæ gypseæ cum palmis, media, quæ Severi nomine ascripta orbem palmis tenebat, vento icta de Podio stans decidit, & humi constitit: Eaq; quæ Getæ nomine inscripta erat, corruit, & omnis comminuta est. Illa vero quæ Bassiani titulum præferebat, amissa palma,* [5] *venti turbine vix constitit* Livius lib. XXXIII. *L. Stertinius ex ulteriore Hispania reversus de manubiis duos fornices in foro boario ante Fortunæ Ædem, & Matris Matutæ, unum; Alterum in Circo maximo fecit, & bis fornicibus signa aurata imposuit.* Plinius libro XXXIII. cap. III. *Cajus princeps in Circo pegma duxit, in quo fuere argenti pondo* CXXXIIII. Pegma. [6] *Juxta metam supra spinam erat præmiorum locus, ad quem gradibus ascendebatur, & auriga victor e curru desiliens eo conscenso bravium propositum tollebat.* Demum in antiquis lapideis tabulis aliquot alia ornamenta, & signa, aræ, tripodes, & similia, super eandem spinam locata conspiciuntur, quorum certam, & exploratam cognitionem adhuc habere non potui.

Circi Maximi partibus, & cunctis Circensium curriculis expeditis operæ precium visum est in hujus capitis fine antiquam Circi Maximi topographiam ex vetustis nomismatum, tabularum marmorearum, & librorum monumentis, ac iis quæ supersunt ejusdem fragmentis delineatam, ac omnibus numeris absolutam, subjicere. Qua Circi locus, pala-

---

1 *In Curia*) Lampr. in *Severo*. *Pater eadem nocte in somnis vidit alis se Romanæ Victoriæ quæ in senatu, ad cœlum vehi:* hac vult Claud. VI. Honor. Cons.

—— sacris Victoria templis
Romanæ tutela togæ, quæ divite penna
Patricii veneranda fovet sacraria coetus.

divite quia aurea. Prudent.

—— aurea quamvis
Marmoreo in templo rutilas Victoria pennas
Explicet.

pennis auratis fingi solitam habet Schol Demosthenis κατ̀ Τιμοκ.

2 XX. *Hostiis majoribus*) Duplex juxta Macrob. lib. III. cap. XV. Plutarchum, aliosque, genus hostiarum, animatarum, aut inanimatarum inanimatæ, molæ, flores, cæteraque sine anima continent, quæ pro hostibus consecrantur: animatæ oves sunt, sues, arietes, boves, aves. Animatas subinde sacerdotes in majores, & minores dividebant. Hostias majores quadrupedes bene pastos, qui sani essent, nam ex infectis non commode responsa Aruspicum colligebantur, & ubi sacerdotales fiebant deteriores, & hi auratis cornibus producebantur. Virgilius vero, quod pro finito bello Jovi in Capitolio summa hilaritate Taurus mactaretur, *Taurum maximam victimam* dixit. Inaurari vero Victimis cornua tam vetustum fuit, ut ejus artificii *Odyss.* lib. III. meminerit Homerus.

Ὄφρα βοὸς χρυσὸν κέρασιν περιχεύῃ.

Ubi artificem, quasi bractearium dixeris, χρυσοχόον nuncupat; de ea re Martialis lib. IX. epigr. XLIII.

Ducam cornibus aureis juvencum.

Val. Fl. *Argon.* I.

Dabit auratis & cornibus igni
Colla pater.

& lib. III.

Ibat agens lectas aurata fronte bidentes.

Ubi apparet ovibus frontes ipsas, non cornua fuisse inauratas. Tertull. de *Coron. Mil.* ad *Messallam*, Tibul. Plin l. XXXIII. c. III. *ut auratis cornibus hostiæ majores dumtaxat immolarentur*; de majoribus hostiis itidem Liv. lib. XLI. XLVII. XLIX. LII. erant insuper præcidaneæ, & succidaneæ; Præcidaneæ, quæ ante sacrificia solemnia, veluti pridie cæsæ, ut cum Agellio loquar, erant: succidaneæ dicebantur, quæ quasi prioribus jam cæsis luendi piaculi causa subdebantur, & occidebantur. Vide Agellium lib. IV. cap. XVI.


3 *Stabulis*) Stabuli in Circo igitur; sed alibi.

4 *Pollentiæ*) Dicebam quondam (sic Me Deus adjuvet) ut aliqua Dea hæc est, e nido Setiæ, Metiæ, Tutelinæ, quæ a semente, messe, & tutela dictæ sunt, & ipsa fortasse a pollione nomen habet, & Pollinetia appellatur; nam quod vult Dempsterus Polletiæ urbis simulachrum Romam advectum in pompa, factum nego, non enim hic usus, ut imagines urbium pompa transveherentur; aut ergo a polline, hoc est, a farinæ flore, Dea hæc; aut de ipsa aliquid hiscere, οὐδὲν πρὸς ἄλφιτον: nunc resigno; legendum omnino Pelloniæ. erat appellata Dea a pellendis hostibus. Arnobius *contra gentes* lib. IV. *Pellendorum hostium Dea Dea potens, Pellonia est.*

5 *Venti turbine*) Levi metallo igitur, & concava, non illis absimilis, quæ per transennas ad coronandos triumphantes inducebantur; Nonnius Sallustium citans lib. *hist.* II. *Transenna dimissum victoriale simulachrum, cum machinato strepitu coronam capiti imponebat.* Unde illud fortasse de Caligula: ὑπὸ τῆς Νίκης στεφανοῦσθαι: *a Victoria fuisse coronatum.*

6 *Juxta metam*) Diximus, ubi de meta disseruimus.

1 *In*


CIRCI MAXIMI ET PALATII ANTIQVI IMPERATORVM ROMANORVM EX HIS QVAE SVPERSVNT VESTIGIIS RELIQVIIS PARIETINIS VETVSTISQVE LAPIDVM NVMMORVM ET LIBRORVM
Monumentis Certissima delineatio Onuphry Panuiny Veronensis Auctoris
PALATIVM
Theatrum Tauri
Domus Augustana
Templum Matris Deum
Domus Tiberiana
Septizonium
Via Publica
Hermulus
Carceres
Bigae
Ova Castorum
Obeliscus
Delphini
Victoria
Ara Victoriae
Tripus
Vasa Sacra
Genius P.R.
Ara Genii
Ara Murciae
Ara Larium
Neptunus Equestris
Obeliscus Solis
Mater Deum
Ara Deorum Magnorum
Deorum Valentium
Deorum Potentium
Ara Romae
Roma
Col. Solis
Col. Metae
Col. Iudicum
Ara Fortunae
Fortuna
Aedes Solis
Ova Castorum
Meta
Spina
Quadrigae
TABERNAE MERCATORVM
Occidens versus forum Boarium
CIRCVS
Meridies versus Aventinum
MAXIMVS

S · C

II

SEX · CIRCORVM · NOMISMATA · AENEIS · FORMEIS · ACCVRATE

S · P · Q · R · OPTIMO PRINCIPI

S · C ·

III

S · P · Q · R · OPTIMO PRINCIPI

AGONAL

IIII

DELINEATA · ONVPHRII · PANVINII · VERONENSIS · OPERA

HADRIANVS AVGVSTVS COS III PP

S · C ·

V

IMP · C · P · LIC · GALLIENVS P F AVG

COS · P · P ·

S · C

VI

PONT · MAX · TRIB · POT ·

F



CIRCI sive HIPPODROMI CONSTANTINOPOLITANI

Ab Imp: Caesare Flavio Constantino Augusto exaedificati reliquiae: quae centesimo ante anno, quum ea Vrbs a Turcis occupata est, adhuc supererant. 8

tii anteriores ad Circum vergentes partes, mœnianum Imperatorum, e quo Ludos ſpectabant, Circi gradus ſpectantibus completi, porticus, officinæ, euripus, clauſtra, mœniana, ſpina, metæ, Obeliſci, & ſpinæ imponi ornamenta, ædiculæ, aræ, ſimulachra, columnæ, & ſimilia a me ſupra abunde explicata, ita agitantes currus aurigæ exprimerentur.

Alteram poſtea tabellam ſubjicere placuit eundem Circum omnino dirutum, temporum injuria ruderibus hortiſque completum, item vaſtas palatii parietinæ ruinas diſſipatum, omnibus ornamentis ſpoliatum continentem. Ut ex utriuſque tabulæ comparatione imbecillitatis humanæ caſus intelligamus, ſciamuſque nihil eſſe ruinis, & cladibus magis obnoxium; quam eas res quas ut æternas aliquando tantopere [1] mortales mirantur.

Antequam aliorum Urbis Circorum deſcriptionem afferam, conveniens viſum eſt, hanc tabellam adjicere ſex nomiſmata Circum Maximum, vel alios comprehendentia, & elegantiſſime percuſſa. Eorum quattuor priora variata Trajani Imperatoris ſunt, quem Circum Maximum reſtituiſſe Dio auctor eſt. Quintum Hadriani: de quo nihil adhuc memoratu dignum inveni. Sextum novæ ſtructuræ Circum continens Gallieni eſt, quem [2] multa in eo ſpectacula edidiſſe refert Trebellius Pollio.

CAP. XVIII.

De reliquis Urbis Circis, & primum de Flaminio.

PRÆTER Circum Maximum, de quo abunde ſupra dixi, ſeptem (ut P. Victor in lib. *de Regionibus Urbis Romæ*) ſive octo (ut ex ipſorum reliquiis conſtat) in Urbe Circi fuere. [3] Quorum, poſt Maximum, ornatiſſimus, & antiquiſſimus Flaminius fuit, quem Plutarchus in *Problematibus* vocatum fuiſſe ſcribit a quodam Flaminio, qui antiquitus Civitati agros, & hæreditatem amplam ex teſtamento reliquit. Cujus pars major Ludis equeſtribus hoc in Circo edi ſolitis impendebatur, & quum adhuc multa ſupereſſet pecunia, ex ea via munita eſt, quam de ejuſdem nomine *Flaminiam* veteres dixere; quod & Livius libro III. ab Urbe condita innuere videtur, quum ait: *Confeſtim de Conſulibus creandis cum provocatione M. Duilius rogationem pertulit, ea omnia in pratis Flaminiis concilio plebis acta, quem nunc Circum Flaminium appellant.* ubi aperte ſcribit, ea loca, in quibus Circus Flaminius poſtea extructus fuit, *prata Flaminia* tunc appellata fuiſſe; idem ipſe magis confirmare videtur paulo poſt, ubi ait: *Conſules ex compoſito eodem biduo ad Urbem acceſſere, Senatumque in Martium Campum evocavere, ubi quum de rebus ab ſe geſtis agerent, queſti primores Patrum, Senatum inter milites data opera terroris cauſſa haberi. Itaque inde Conſules, ne criminationi locus eſſet, in prata Flaminia, ubi nunc* [4] *ædes Apolli-*

Circus Flaminius a quo vocatus.

1 *Mortales mirantur)* Quanta ſit humana fragilitas hinc patet. quod humanarum manuum opera artificibus ſuis ſunt longæviora. merito ergo exclamavit Poetarum pater.

Οὐδὲν ἀκιδνότερον γαῖα τρέφει ἀνθρώποιο.

neque ille alter immerito.

Et nos querimur humana labare
Membra ævo, ſi regna palam moriuntur & urbes.

Ad hanc rem Carmen meum Italum de Amphitheatro, quod olim pœne puer effudi non pudet adtexere. ſi non quidem elegans eſt, aut boni Apollinis, ſaltem operi varietatem adferet.

Superba mole, al cui Teatro in giro
Seder ſolea la Maeſtà Latina
A la cui nobil opra, e peregrina
La Babilonia ſua ceſſe l' Aſſiro;
Hor che ſparſi i tuoi faſti al ſuol rimiro,
Copre i marmi, e le pompe alta ruina
Tra l' arene del tempo, e tra la ſpina,
L' arena tua, la tua beltà ſoſpiro.
E dico, o noſtra humanità negletta,
Che fan marmi ſuperbi, ond' huom s' affanni,
Se cade alfine ogni ſuperbia eretta:
Ecco ſcorno a ſe ſteſſa entro i ſuoi danni
Per acerba del tempo alta vendetta
La gran mole de' giochi è gioco a gli anni.

2 *Multa in eo ſpectacula)* Inquit Pollio. *Ludos Circenſes, ludoſque ſcenicos, ludos gymnicos, ludicram etiam venationem, & ludos gladiatorios dedit.*

3 *Quorum poſt maximum)* Certe ſecundus in honore Flaminius Circus. Scaurus Gram. *De navi dicimus, cum longa aut oneraria ſit rogamus, de Circo, cum Flaminius, aut Maximus.*

4 *Ædes Apollinis)* De hac ita Aſconius. *Omnia ſunt manifeſta, ſed tamen ne erretis, quod his temporibus ædes Apollinis in Palatio fuit nobiliſſima; admonendi eſtis, non hanc a Cicerone ſignificari, quam poſt mortem Ciceronis multis annis imperator Cæſar, quem nunc Divum Auguſtum dicimus, poſt Actiacam victoriam fecerit; ſed illam demonſtrari, quæ extra portam eſt Carmentalem inter forum Olitorium & Circum Flaminium.* de eadem Vitruv. lib. III. *ab æde Apollinis boves fœminæ albæ porta Carmentali in urbem ductæ.* Vota hæc pro valetudine Pop. Rom. ait Livius lib. XIV. M. Manilio, & Q. Sulpicio Coſſ. dedicata vero juxta eundem T. Sulpitio Potito, & M. Valerio Poplicola iterum. Ædem Apollinis iſtam fuiſſe, ubi nunc eſt S. Mariæ templum ſub Capitolio, putat Marlianus, inter forum Olitorium, & Circum Flaminium, prope portam Carmentalem.

Circus Apollinaris.

nis est, Circum jam tum Apollinarem appellabant, avocavere Senatum. Hoc vero factum fuit anno Urbis CCC. Sed & M. Varro lib. IV. de *Verborum significatione* ad Ciceronem, non alienus ab hac sententia est: *Circus* (inquit) *Flaminius dicitur, qui ædificatus est circum Flaminium campum, & quod ibi quoque Ludis Tauricis equi circum metas currunt.* Quibus sententiis idem Livius lib. XX. repugnare videtur, quum dicit: *C. Flaminius Consul* (is cum P. Furio Philo fuit anno Urbis conditæ DXXXI.) *viam Flaminiam ab Urbe usque Ariminum munivit, &* [1] *Circum Flaminium extruxit.* Item Sext. Pompejus libr. VI. *Flaminius Circus, via Flaminia, a Flaminio consule dicta sunt, qui ab Annibale interfectus est ad lacum Trasimenum.* Has præstantissimorum auctorum contradictiones ita tolli posse opinor, si dixerimus cum Livio, & Plutarcho, prata illa Flaminia ab illo antiquo Flaminio vocata fuisse, in iisque rustice, vel Circum ligneum, vel Circi formam extructa esse, qui & Apollinaris a proxima Apollinis Æde appellatus etiam fuit. Cæterum postea C. Flaminium Circum ipsum tamquam gentis suæ monumentum de hostium manubiis magnificentius latiusque renovasse, vel ruinæ proximum restituisse, a quo postea ex Apollinari Flaminius denominatus fuit. Atque hac ratione omnium inter se diversas sententias conciliabimus.

Ædes Apollinis.

De Æde vero Apollinis illi vicina, a qua aliquando etiam *Apollinaris Circus* nuncupatus est, Pedianus sic in orationem contra C. Antonium, & L. Catilinam mentionem facit: *Ne tamen erretis, quod his temporibus Ædes Apollinis in palatio fuit nobilissima, admonendi estis, non hanc a Cicerone significari, ut puto, quam post mortem etiam Ciceronis multis annis, Imp. Cæsar Augustus post Actiacam victoriam fecerat, sed illam demonstrari, quæ est extra portam Carmentalem inter forum Olitorium, & Circum Flaminium, ea enim sola, tum demum Romæ Apollinis ædes erat.* Sed & P. Victor, & Sex. Rufus hanc Ædem ita profitentur: *Ædes antiqua Apollinis* [2] *cum lavacro, & Colosso.*

Porta Carmentalis.

Porta Carmentalis, secundo murorum Urbis ambitu, quos T. Tatius cum Romulo regnans extruxit, in radicibus Capitolii condita fuit. a qua haud procul Circus Flaminius erat, ad eam partem vergens, ubi nunc est Urbs Roma. Cujus longitudo protendebatur ab area domus Marganiæ, ubi in hemicycli formam desinebat, usque ad novam viam Capitolinam, ubi Carceres & XIII. ostia erant, latitudo vero fuit ab ædibus Ludovici Matthæi usque ad Calcariæ fontem, ubi est officina tinctoris ambiens eo circuitu [3] apothecas obscuras Matthæjorum, & multas diversorum privatas domus. Cujus fundamentis e [4] Tiburtino lapide, quæ Matthæjorum, & vicinis ædibus supposita sunt, ante aliquot annos erutis, marmorea tabula pueros curulia ludicra agitantes incisos continens reperta fuit. Adhuc vero extat antiquus Circi Euripus limpidissimus tinctoris officinam præterfluens, qui fons Calcariæ a vicinis (quæ ibidem coquebantur) calcis fornacibus dicitur.

Circi Flaminii locus & magnitudo.

Ejus Circi arena lateribus minutissimis transverse stratis opus tessellatum suprapositum habebat.

Circi Flaminii harena.

Ludos & pompam in Circo Flaminio fieri solitam, ita lib. I. cap. VII. de *Somniis* narrat Valerius Maximus: *Quum plebeiis Ludis quidam paterfamilias per Circum Flaminium priusquam pompa induceretur, servum suum verberibus multatum sub furca* [5] *ad supplicium egisset.* Et lib. IV. cap. IV. de *Paupertate*: *In Circo Flaminio spectaculi locus, quæ quidem loca ob virtutem publice donabantur, gens Ælia possidebat, eum in Circo Flaminio ad sex millia civium occidisse.* Livius lib. XXXIX. *M. Fulvius Cons. ante triumphum de Ætolis & Cephalenia, eo die priusquam in Urbem inveheretur in Circo Flaminio Tribunos, præfectos, equites, centuriones Romanos sociosque donis militaribus donavit, militibus ex præda vicenos quinos denarios divisit, duplex Centurioni, triplex equiti.* De quo Circo M. Tullius in *Oratione pro Sestio* ita scribens, mentionem facit: *Iidem Consules, si appellandi sunt Consules, quos nemo est qui non modo ex memoria, sed etiam ex Fastis evellendos non putet, pacto jam fœdere provinciarum, producti in Circo Flaminio ad concionem, ab illa Furia, ac peste patriæ, maximo cum gemitu nostro, illa omnia, quæ tum contra me, contraque Rempublicam dixerat, voce, ac sententia sua comprobaverunt.* Et Epist. l. I. ad *Atticum*: *Prima concio Pompeii qualis fuisset, scripsi ad te antea. Tum Pisonis Consulis impulsu, levissimus Tribunus plebis, L. Fusius in concione produxit Pompejum. Res agebatur in Circo Flaminio, & erat eo ipso loco ipso die nundinarum* [6] πανήγυρις: Idem in Orat. post *reditum in Senatu*:

Panegyris.

---

1 *Circum Flaminium extruxit*) Et Florus quoque repugnat. *Exquilinam, Palatinam, Suburranam, Collinam munivit, & Circum Flaminium extruxit.* Ubi ad quem reducatur hæc extructio non liquet, nisi ad M. Claudium Marcellum Cos. jam de Viridomaro Gallorum Duce Victorem.

2 *Cum lavacro, & Colosso*) Colosso Apollinis; sed Martis etiam ibi colossum fuisse adnotavi, nec unde, sat memini.

3 *Apothecas obscuras*) Idem sensit Marlianus *Topogr.* lib. VI. cap. III.

4 *Tiburtino lapide*) *Travertino* nunc vulgo appellant.

5 *Ad supplicium*) Martyres quoque supplicio pro Christo affecti sunt in Circo Flaminio. ibi Papia, & Maurus milites occubuerant. M. liber qui citatur a Baronio, anno Christi CCCIII. *Post dies vero duodecim jussit Papiam, & Maurum milites, qui baptizati sunt a Marcellino Episcopo, sibi præsentari in Circo Flaminio.*

6 Πανήγυρις) Nundinas, & publicum conventum hæc vox apud Græcos significat, a πᾶν & ἀγείρω, quod undique se illic vicinæ gentes congregarenr Tul. mercatum, ita enim hanc vocem interpretatur, transtulit, in Tuscul. *Pythagoram autem respondisse, similem sibi videri vitam hominum, & mercatum.* Nundinæ a novem diebus videntur dictæ Macr. l. I. *Sat. Rutilius*

Quum vero in Circo Flaminio non a Tribuno plebis [1] *Consul in concionem, sed a latrone productus esset, primum processit.* Et pro *Sestio*: *Consules producti in Circo Flaminio, in concionem ab illa Furia, omnia quæ contra me dicta erant comprobaverunt.* Livius libr. XXXVII. ab Urbe condita: [2] *Forte sub idem tempus, & Marcellus ad deprecandam ignominiam, & Q. Fulvius Consul, Comitiorum causa Romam venit. Actum de Imperio Marcelli in Circo Flaminio est ingenti concursu plebis, & omnium ordinum, &c.* Plut. in *Lucullo*: 3 *Lucullus in triumpho suo Circum Flaminium trophæis exornavit.* Dio lib. IV. *Augustus spectacula quum exhibet, aquam in Circum*

A

Flaminium induxit, in qua XXXVI. *crocodili sunt occisi. Drusum mortuum Tiberius frater in foro, Vitricus Augustus in Circo Flaminio laudarunt.* Dio lib. LV. de Circo Flaminio, & aliquot rebus memoratu dignis, quæ ei vicinæ erant, etiam meminit: ut pariter de eodem loquitur libro *Fastorum* VI. Ovidius: XXXVI. Crocodili in Circi Flaminii Euripo occisi.

Prospicit a tergo summum brevis area Circum,
Ast ubi non parvæ parva columna notæ.
Hic solet 4 *hasta manu belli prænuncia mitti*
In Regem, & gentes cum placet arma capi. Columna bellica.
Altera pars Circi 5 *custode sub Hercule tuta est.* Ædes Herculis

B

---

scribit Romanos instituisse nundinas, ut octo quidem diebus in agris rustici opus facerent, nono autem die intermisso rure ad mercatum, legesque accipiendas Romam venirent, ut scita, atque consilia frequentiori populo referrentur, quæ trinundino die præposita a singulis, atque universis facillime noscebantur, sic etiam mos tractus, ut leges trinundino die publicarentur: & re etiam candidatis usus fuit, & Comitium nundinis venire, & in colle consistere, unde coram possent ab universis videri. Hæc Macrobius. Plutarchus in *Quæst. Rom.* XLII. Saturno dicatas nundinas scripsit. Tu vide Rosinum lib. IV. *Antiq. Rom.* cap. XVII. In his nundinis Circi Flaminii merces puto variæ vendebantur. certe de poculis Circi Flaminii Martialis facit. At inferius de his.

1 *Consul in concionem*) Concio fiebat ibi ob frequentiam & concursum, ut ex Macrobio habes supra.

2 *Forte sub idem tempus*) Rem eandem breviter tetigit sic Plutarchus in *Marcello ipso.* ἡμέρας οὖν ὀρθρείσης, καὶ τοῦ δήμου συνελθόντος εἰς τὸν Φλαμίνιον ἱππόδρομον. ὁ μὲν φούλβιος ἀναβὰς κατηγόρησεν, ὁ δὲ Μάρκελλος ἀπολογεῖτο.

3 *Lucullus*) Sensum tantummodo noster retinet, verba circumcidit. τοῖς ὅπλοις τῶν πολεμίων οὖσι παμπόλλοις, καὶ τοῖς βασιλικοῖς μηχανήμασι τὸν Φλαμίνιον ἱππόδρομον διεκόσμησε.

4 *Hasta manu*) Tzetza ex Diodoro *Chil.* V. cap. XV. hasta vero Bellonæ sacrabatur a fanaticis; ita appellati Bellonæ sacerdotes. Juven. *Sat.* IV.

Fanaticus œstro
Divinat Bellona suo.

Lapis extra Romam in Vaticano ultra prata.

Q. Cæcilio Apollinari fanatico de æde Bellonæ hasta in æde Bellonæ in luco dicata est.

at hæc Ædes ob victoriam contra Tuscos obtentam videtur Deæ fuisse decretam. Ovid.

Hac sacrata die Tusco Bellona duello
Dicitur, & Latio prospera semper adest.

In ipsa Senatus exterarum nationum legatis dabatur. Victor. *tertium intra ædem Bellonæ in Circo Flaminio, ubi dabatur senatus Legatis, quos in urbem amittere nolebant*; quod repetit Festus. Videndus est Seneca ubi de Cæsare in hoc templum armatum exercitum ducente facit, sed ante ipsum Sulla. Plutarchus in ipso. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τούτους, καὶ τῶν ἄλλων τοὺς περιγενομένους εἰς ἑξακισχιλίους ἀθροίσας παρὰ τὸν ἱππόδρομον ἐκάλει τὴν σύγκλητον εἰς τὸ τῆς Ἐνυοῦς ἱερόν. Interpres tamen Circum intelligit Maximum, sed male, cum sit intelligendus Flaminius. at illud non tacuerim erravisse Senecam, qui hoc idem fecisse Cæsarem dicit, ipso Cæsare in Commentariis repugnante; conjector ego Cæsarem pro Sulla posuisse. Livius lib. XL. *Legati ex Africa Romani simul Carthaginiensesque cum venissent Romam, Senatus ad ædem est Bellonæ habitus.* & paulo ante. *Q. Fulvius Cillo Legatus Scipionis Carthaginienses Romam adduxit, quibus vetitis ingredi urbem, hospitium in Villa publica, Senatus ad ædem Bellonæ datus est.* Cæterum etiam apud alios hic usus ejaculandi hastam ad denunciandum bellum. Virgil.

Sic ait, & jaculum emittens intorsit in auras,
Initium pugnæ.

Stat. lib. II. *Theb.*

Ite alacres, tantæque precor confidite causæ,
Dixit, & emissa præceps iter incboat hasta.

Diodorus de *Alexandro* lib. VII. *Alexander in Persidem profectus e navi in littus ejaculatus est.* Hastam Cæsar etiam in itinere habuit, cum Romam iter incœptaret.

—— *sed magnam nixus in hastam*
Horrida securis frangebat gressibus arva.

5 *Custode sub Hercule*) Herculis Musagetis sacellum: Eumenius Rhetor de hac re. *Ædem Herculis Musarum in Circo Flaminio Fulvius ille Nobilior ex pecunia censoria fecit: non modo id secutus, quod ipse literis, & summa poetæ Ennii amicitia duceretur, sed quod in Græcia cum esset imperator, acceperat Herculem Musagetem esse, id est, comitem, ducemque musarum: idemque primus signa novem, id est, Camœnarum ab Ambraciensi oppido translata, sub tutela fortissimi numinis consecravit, quia mutuis operibus, ac præmiis juvari, ornarique deberent.* (Cicero pro *Archia*) *Jam Vir ille, qui cum Oetolis Ennio comite bellavit Fulvius, non dubitavit Martis manubias Musis consecrare.* At hoc templum propterea ædes Musarum quoque appella-

Quod Deus Euboico carmine munus habet.

De eadem columna Sex. Pompejus: *Bellona Dea bellorum dicta, ante cujus templum erat columella, quæ bellica vocabatur, supra quam hastam jaciebant cum bellum indicebatur.* Quum Imperator Cæsar Augustus Urbe renovata, & Imperio Populi Romani sibi confirmato Romam in quatuordecim Regiones (ut Tranquillus cap. XXX tradit) distribueret. nam regionem, quæ plana Urbis loca Tiberim versus comprehendebat, & circuitu pedes XXX ∞ DLX. continebat, a Circo Flaminio denominavit, ut scribunt P. Victor, & Sext. Rufus. Ex quibus eidem Circo multas Divorum sacras Ædes vicinas fuisse, etiam observavi, quarum præcipuæ ab iis ita memorantur.

Regio urbis IX., Circus Flaminius.

Ædes Herculis. Ædes Martis.

Ædes Herculis magni custodis Circi Flaminii. Kalendarium vetus.

1 Ædes Martis in Circo Flaminio.

A

Ædes Vulcani. Ædes Bellonæ.

Ædes 2 Vulcani in circo Flaminio. Kalendarium vetus.

Ædes Bellonæ versus Portam Carmentalem in Circo Flaminio, de qua Kalen. vetus, intra quam dabatur Senatus legatis exterarum nationum, quos in Urbem admittere nolebant, ante quam erat columna index belli inferendi, ut etiam ex Ovidio supra vidimus.

Jovis Statoris delubrum.

De Delubro 3 Jovis Statoris in Circo Flaminio M. Varro lib. VIII. *rerum divinarum*, apud Macrobium lib. III. *Saturnalium*: *Delubrum*, ait, *alios æstimare, in quo præter ædem sit area assumpta Deum causa, ut est in Circo Flaminio Jovis Statoris*, &c.

Ædes Pietatis. Ædes Castoris

4 Ædes Pietatis in Circo Flaminio; meminit Julius Obsequens in *prodigiis*.

Ædes Castoris in Circo Flaminio. De qua Vitruvius lib. IV. cap. VII. sic scribit: *Item generibus aliis constituentur ædes ex iisdem symmetriis ordinatæ, & alio genere dispo-*

---

tum. Suet. in *Aug.* a Martio Philippo Vitrico Augusti ædem Musarum constructam facit, at potius puto restauravit. *Multaque a multis instructa sunt, scivit a Martio Philippo ædes Herculis, & Musarum.* Extabat ejusdem Philippi porticus ibi. Martialis lib. V. ep. XLIX.

Vites censeo porticum Philippi,
Si te viderit Hercules, peristi.

Ovid. *Fast.*

—— Clari monumenta Philippi
Aspicis, unde trahit Martia turba genus.

de hac porticu Macrob. lib. I. *Satur.* c. XII. Plutarchus *Probl. Rom.* LIX. Livius lib. XXXVIII. Ponitur a Marliano, ubi nunc Ecclesia D. Luciæ in apothecis obscuris, in aditu Circi. Kalendarium, quod citat Onuphrius, domi Capranicorum visitur. *Herculis magni custodis in Circo Flaminio.* Herculem Veteres custodem, & defensorem habebant. Schol. Euripid. in *Antig.* hinc & illa inscriptio prope Circum maximum in æde S. Priscæ inventa.

HERCULI CONSERVATORI
DOMUS VULPIORUM
SACRUM
M. VULPIUS
VERECUNDUS

In vinea olim Cardinalis Carpensis.

DEO HERCULI COMITI, ET CONSERVATORI
DOMINORUM NOSTRORUM.

1 *Ædes Martis*) Inter nunc S. Angeli templum, olim, ut quidam putant, Junonis, & Citranguli turrim marmoreæ tres miræ magnitudinis, & crassitudinis, extant Columnæ, quas Martis Ædis esse puto, ductus illo Ovidii.

Una nota est Martis nonis sacrata, quod illis
Templa patent lucos Vejovis ante duos.

2 *Vulcani*) Kalendarium citatum. *Vulcano in Circo Flaminio.* De hoc templo Plutarchus. ἄλλοι μὲν εἴκαζον ἐν τῷ ἱερῷ τοῦ Ἡφαίστου τοὺς βουλευτὰς ἐπαναστάντας αὐτῷ. hoc templum extra urbem Romuli fuit ipsius tempore constructum. Testis Victor etiam, & Rufus in topographia. Dionysius asserit Romulum putavisse ædificandum esse Vulcano templum extra urbem, quod incendia extra urbem esse debeant. Plutarch. in *Probl.* Vitruv. lib. I. cap. VII. Sic ut Marti. eodem loco Vitruv. Quæ templa, quoniam in Circo Flaminio, extra urbem Romuli erant, ibi enim prata olim; intra urbem vero clausum est Martis templum, sub nomine Quirini. Livius lib. III. *Mars vero, quia ut Quirinus paci præest, urbe inclusus est.* Servius enarrans locum Virg.

Cana fides, & Vesta Remo cum fratre Quirino
Jura dabunt.

Mars ait cum sævit Gradivus est, tranquillus Quirinus dicitur. alii tamen Quirinum faciunt Romulum.

3 *Jovis Statoris*) Ipsum in IX. regione Circi Flaminii collocat Victor; in capite Viæ Sacræ ponitur a Plutarcho in *vita Cicer.* προελθὼν δὲ Κικέρων ἐκάλει τὴν σύγκλητον εἰς τὸ τοῦ Στησίου Διὸς ἱερὸν, ὃν Στάτορα Ῥωμαῖοι καλοῦσιν, ἱδρυμένον ἐν ἀρχῇ τῆς ἱερᾶς ὁδοῦ. *At progressus Cicero senatum in Stesii Jovis ædem coegit, quem Statorem Romani vocant; ea est in capite Viæ Sacræ.*

4 *Ædes Pietatis*) Obsequens ipse. *Ædes Pietatis in Circo Flaminio clausa, fulmine icta.* hæc fortasse semper operta, ut Pietas esse debet.

tiones habentes, uti est Castoris, in Circo Flaminio, & inter duos Lucos Veii Jovis

Ædes Neptuni. De Æde Neptuni in Circo Flaminio ita meminit vetus hæc inscriptio, quæ in pratis Quinctiis in vinea quadam adhuc Romæ extat.

D. M.

ABASCANTO. AVG. LIB
AEDITVO. AEDIS. NEPTVNI
QVAE.EST.IN.CIRCO.FLAMINIO
FLAVIVS. ABASCANTVS
ET. PALLAS. CAES. N. SER.
ADIVTOR. A. RATIONIB
PATRI. PIISSIMO. FEC

Ara Neptuni. Et Livius lib.xxviii. *Ara Neptuni multo manasse sudore in Circo Flaminio dicebatur.* Idem lib.xl. Ædes Junonis & Dianæ. *Alter ex Censoribus M. Lepidus ædes* [1] *Reginæ Junonis, & Dianæ, quas bello Ligustino voverat, dedicavit in Circo Flaminio, Ludosque scenicos triduum post dedicationem templi Junonis, biduum post Dianæ, & singulos dies fecit in Circo:*

Porticus duplex Cn. Octavii. Plinius lib.xxxiv. cap.iii. *Invenio a Cn. Octavio, qui de Perseo Rege navalem triumphum egit, factam* [2] *porticum duplicem ad Circum Flaminium, quæ Corinthia sit appellata, a* [3] *capitulis æreis columnarum.* Et l.xxxvi. c.v. *In maxima dignatione Cn. Domitii delubro in Circo Flaminio Neptunus ipse, & Thetis, atque Achilles, Nereides supra delphinos, & cete, & Hippocampos sedentes.* Delubrum Cn. Domitii. Et paulo post: *Nunc vero præter supradicta, quæ nescimus, Mars est etiam num sedens Colosseus ejusdem in templo Bruti Callaici apud Circum eundem ad Labicanam portam eunti. Præterea Venus in eodem loco, nuda, Praxitelicam illam Gnidiam antecedens.* Templum Bruti Callaici.

Juxta Circum Flaminium pocula, & [4] vasa ad bibendum fieri solita, Martialis docet hoc carmine lib. xii. ad *Flaccum:*

[5] *Quum tibi Niliacus portet crystalla catastus;*
Accipe de Circo pocula Flaminio.

De Circo Flaminio Seneca lib. v. *de beneficiis: C. Cæsar castra in Circo Flaminio posuit propius quam Porsennæ fuerant.*

Hunc Circum bello Gothico Italico, sub Imp. Justiniano, a Belisario, & Narsete gesto, quo Circenses Ludi fieri desierunt, disjectum fuisse haud levis est conjectura.

---

1 *Reginæ Junonis*) Idem Obsequens. *In Circo Flaminio porticus inter ædem Junonis Reginæ & Fortunæ tacta, & circum ædificia pleraque dissipata.*

2 *Porticum duplicem*) Instauravit Augustus. lapis Ancyranus testis. sed non illa porticus quam Galienus usque ad pontem Milvium paraverat. sane Flaminiam Trebellius Pollio eam vocat in *Gallienis* cap.ult. *Porticum Flaminiam usque ad pontem Milvium & ipse paraverat ducere, ita ut tetrastylice fieret, ut alii dicunt pentastylice.*

3 *Capitulis æreis*) Quoniam vero ibi esse templum nunc sancti Nicolai in Chalcaria, ut dicunt, credit Marlianus, etymum ab eo quod æs est χαλκὸς, *Chalcarie* deducemus quod ibi calx coquatur. nomen assignare, non placet.

4 *Vasa*) Ibique vendi solita etiam puto cum aliis mercibus: & de Circo Flaminio Ovidium ibi intelligo, *De arte amandi* lib.i.

Sive erit ornatus, non ut fuit ante sigillis,
Sed rerum expositas Circus habebit opes.

Quamvis posses etiam Maximum intelligere; ubi appareret ornamenta Circensia auferri solita, & diebus solemnibus reponi in spina, & podio.

5 *Cum tibi Niliacus*) *Catastus*, legunt *cataplus* alii, puto melius, publicam navim intelligendo, quæ Ægyptias merces Romam inveheret, & ἀπὸ τοῦ κατάπλου nos dicimus. *flotta* parum detorto vocabulo appellaretur. ejus Suet. in *Nerone* meminit. At non Romam modo, sed alio appellebat. *Dipn.* lib.ii. Bachillidem citans Athen. πυροφόροι δὲ κατ' αἰγλήεντα νῆες ἀγέσιν ἀπ' Αἰγύπτου πλοῦτον. Afferebant vitrea vasa præcipue, nam ibi terra quædam aptissima ad cyathos; cocta enim vitrum format. Strabo. ἤκουσα δ' ἐν τῇ Ἀλεξανδρείᾳ παρὰ τῶν ὑαλουργῶν, εἶναί τινα κατ' Αἴγυπτον ὑαλῖτιν γῆν ἧς χωρίς, &c. de cataplo ipso idem auctor lib.ult. γνοίη δ' ἄν τις ἔν τε τῇ Ἀλεξανδρείᾳ, καὶ τῇ Δικαιαρχίᾳ, ὁρῶν τὰς ὁλκάδας ἔν τε τῷ κατάπλῳ καὶ ἐν ταῖς ἀναγωγαῖς ὅσον βαρύτεραί τε καὶ κουφότεραι δεῦρο κἀκεῖσε πλέοιεν, Sed vide interim Casaubonum ad Athenæum. Qui catastum legunt, servulum intelligunt, ac vernam, qui pocillator crystalla domino portet. catasta siquidem, unde catasti ejus famulitii greges, pulpitum e lignis & pegma erat, cui venales servi proponebantur expositi. lib. vi. epigr. xxii. Mart.

Non de plebe domus, nec avaræ verna catastæ.

Et Statius.

Non te barbaniæ versabat turba cataste.

Catasti ipsi servuli. Vitruv. lib.iix. cap.iv. *ideoque semper transmarinos, catastos emere formosos.* ἀπὸ καταστάσεως dicta est catasta, quod in ea gypsatis pedibus, cum pictacio, notaque morum & patriæ venalia mancipia sisterentur apud Christianos, ut Prudentius habet, ligneus equuleus, & interdum ardens strues lignorum erat, in qua fidiculis distendebantur Martyres. servorum catastæ domi apud Veteres erant prope ostium in vestibulo; docet Petronii illud. *Cæterum ego dum omnia stupeo, pone resupinatus crura mea fregi; ad sinistram enim intrantibus non longe ab ostiarii cella canis ingens catena vinctus in pariete erat pictus superque quadrata littera erat scriptum, Cave, Cave canem* (quadrata litera ibi, quæ tam longa est quam lata nempe magna) *& collegæ mei riserunt. Ego autem collecto spiritu non destiti totum parietem persequi. Erat autem venalitium titulis pictum.* Venalitium ergastulum est δουλοδοχεῖον δουλοπρατήριον, catasta domestica, supra quam cum exponebantur emptoribus servi, ascendebant. Proper.

At quorum titulus per barbara colla pependit
Cælati medio cum saliere foro;

saliere, ascendere.

CAP. XIX.

De Circo Agonali.

Tertius Circus eſt ille, qui nunc media Urbe exiſtens *Agonalis* dicitur, mercatu nobilis. Is a P. Victore appellatur [1] Alexandri, quod ab eo vel conditus, vel potius renovatus fuerit: nam in ejus fundamentis ab eo latere, ubi Mellinorum ædes ſunt, olim fragmenta quædam lapidea eruta fuere, in quibus Veſpaſiani ædilis nomen, cum notis quibuſdam inciſum erat, quæ ipſum nonnihil in hoc loco reſtituiſſe ſignificare videbantur. Ejus areæ pars occupatur domibus Cardinalis Neapolitani, Turrenſium, Maximorum, Macciatoſtenſium, area & æde Divi Pantaleonis, ubi ejuſdem carceres erant. Porticuum, quibus in gyrum finiebatur, veſtigia ſuperſunt prope viam, qua ex ago-

A

ne iter eſt in aream proximi Fani S. Apollinaris, a quo quidem eum Flaminium, qui & Apollinaris dictus fuit, fuiſſe falſo ſuſpicati ſunt. ſuper cujus gradibus vel gradus ſuſtinentibus porticibus cunctæ domus, quæ ex utroque latere areæ Agonalis exiſtunt, ſunt ædificatæ. In æde [2] D. Agnetis in Agone maximæ ſtructuræ fornices, & porticuum arcus adhuc nonnulli ſuperſunt, quibus ſtructuræ magnificentia facile cognoſci poteſt. Operæ precium eſt quid M. Varro, & Sex. Pompejus ex Verrio Flacco de Agone ſcripſerunt adji-

B

cere. Ille enim lib. v. *de lingua Latina* ſic ſcribit.: *Agonales dies, per quos Rex in regia arietem immolat,*[3] *dicti ab Agone, eo quod interrogetur a Principe Civitatis, & princeps gregis immolatur.* Feſtus vero: *Agonium dies appellabatur, quo Rex hoſtiam immolabat. Hoſtium enim antiqui agoniam ab agendo vocabant. Agonium etiam putabant Deum dici præſidentem*

---

1 *Alexandri)* Marlianus lib.VI. cap.IIX. *quare cum ſolerent Principes, ut ſupra ſtatuit, omnia ſua monumenta uno loco extruere, Neronis ſive Alexandri Circum* (Agrum) *exiſtimaverim.*

2 *D. Agnetis)* Libet apponere hic Prudentii paucula carmina, quæ ad rem maxime faciunt in martirio Divæ Agnetis Hymno XIV.

S.c elocutam pu·licitus jubet
Flexu in plateæ ſiſtere Virginem,

ibi & miraculum Divæ hujus,

Intendit unus forte procaciter
Os in puellam, nec trepidat ſacram
Spectare formam lumine lubrico:
Ac ales ignis fulminis in modum
Vibratur ardens, atque oculos ferit,
Cæcus coruſco lumine corruit,
Atque in plateæ pulvere palpitat.

Ibi lupanaria.

Hanc in lupanar trudere publicum
Certum eſt.

hinc adnoto ad omnes Circos fuiſſe lupanaria, ut alibi dixi.

Exulto talis (Carnifex) *quod potius venit*
Veſanus, atrox, turbidus, armiger,
Quam ſi veniret languidus ac tener,
Molliſque ephœbus tinctus aromate,
Qui me pudoris funere perderet.

Et.

Cui poſſe ſolum cuncta pater dedit,
Caſtum vel ipſum reddere fornicem.

Martyris vero B. Agnetis ſepulchrum indicans Poeta Turrium quarundam meminit, quarum nomen adhuc viget, & *ſanguineas Turres* Romani indigetant, a gladiatorum ſanguine fortaſſe.

Agnes ſepulchrum eſt Romulea in domo
Fortis puellæ, martyris inclytæ:
Conſpectu in ipſo condita Turrium
Servat ſalutem virgo Quiritium.

3 *Dicti ab agone)* Tò *agone*, non eſt ab *agon agonis*; ſed verbum cum interrogativo; *agone?* ut Feſtus inferius declarat, cum dicit; *hoſtiam agoniam ab agendo vocatam*. Sed proclivis hæc via eruditionum antiquorum ad lapſum. *ago ne?* eſt, ferione? ſacrifico ne? facere enim δρᾷν; agere, ſacrificare eſt. Miniſter ſiquidem in agonia hoſtia Regem ſacrificulorum interrogabat, num tempus hoſtium feriendo eſſet, cui cultro immineret, nec niſi accepto ſigno feriebat, & a voce miniſtri, *agone?* male agonis noſtri etymologia deducitur. nec bene omnino de hac re Lutatius l. IV. *Theb. Sacerdotum conſuetudo talis eſt, ut aut ipſi percutiant victimas, & agones appellantur*. Nam non quia agant, hoc eſt, ſacrificent ſimpliciter ita appellantur, ſed a voce *agone?* quam proferebant. Ovid. lib. IV.

Qui calido ſtrictos tincturus ſanguine cultros,
Semper agat ne? rogat, nec niſi juſſus agit.

Quod niſi auſpicate percuſſit, *repete* Rex dicebat. Sic de hoſtia illa Tyrannica Caligulæ Suet. in *eod.* cap. LVIII. recitat. *Alii tradunt alloquenti pueros a tergo Chæream cervicem gladio cæſim graviter percuſſiſſe, præmiſſa voce hac, Age: alii, Sabinum, ſummota per conſcios centuriones turba, ſignum more militiæ petiiſſe, & Cajo Jovem dante Chæream exclamaſſe. Accipe ratum.* ubi *age*, & *accipe ratum*, nomina Regis ſacrificulorum erant, ad miniſtrum tamquam & ad Jovem, quaſi non Caligula, ſed bellua Jovi mactata ſacrificaretur.

rebus agendis. Agonalia ejus festivitatem. Agonium, id est, Ludum, ob hoc dictum, quia locus in quo Ludi initio facti sunt, fuerit [1] *sine angulo. Cujus festa agonalia dicebantur.*

CAP. XX.

De Circo Salustii.

QUartus in Urbe Circus extat, cujus adhuc juxta portam Collinam, alias [2] Salariam intra Urbis mœnia prope hortos Salustianos, immo in hortis ipsis vestigia supersunt, ubi adhuc [3] magnus Obeliscus notis Hieroglyphicis ornatus, & in terra confractus jacet. De quo ita scribit *rerum gestarum* lib.XVII. Ammianus Marcellinus: *Secutæ ætates alios Obeliscos transtulerunt: quorum unus in Vaticano, alter in hortis Salustii, duo in Augusti monumento erecti sunt.* Quem Circum antiquum fuisse, & a Salustio renovatum opinor, de quo loqui Livium l.XXXVI. existimo, quum ait: *Aquarum insolita magnitudo in religionem versa: nam ita inundavit Tiberis, ut Ludi Apollinares Circo inundato, extra portam Collinam,* [4] *ad ædem Veneris Erycinæ portati sint. Cæterum Ludorum ipso die, serenitate subita orta, pompa duci cœpta ad portam Collinam, revocata, deductaque in Circum est, quum decessisse inde aquam nunciatum esset, lætitiamque populo, & Ludis celebritatem addidit, sed suo solenni spectaculo reddita.* Is porro locus, qui a Livio extra portam Collinam tunc fuisse dicitur, murorum Urbis ambitu aucto, nunc intra mœnia receptus est; & profecto harenam aliquam seu publicum aliquod Ludis edendis ædificium ibidem aliquando fuisse intelligitur, etiam ex D. Hieronymi Martyrologio, qui Romæ sub Imp. Claudio passos fuisse CCLXXII. Martyres in amphitheatro extra muros portæ Salariæ, a militibusque [5] contectos scribit.

---

1 *Sine angulo*) Variæ possunt rationes nominis afferri, vel ab ἀγύρω, quod est congrego, ut sit ἄγων, sicut ἀγορα, idem enim est, παρὰ τοῖς Βοιωτῖς, vel διὰ τὸ ἄγειν, vel διὰ τὸ κυκλοτερὴ εἶναι, καὶ μὴ ἔχειν γωνίαν. Agon præterea accipitur pro pugna. apud Rhetores controversiæ, inductiones, solutiones. Tzetza lib.XI. cap.LXXIX. *Juven. in Evang.* pro morientis cum mortis dolore lucta agonem accipit.

2 *Salariam*) Pomponius Lætus *Antiq. Rom. Intrinsecus a porta Salaria, a sinistris est vallis longa, ubi fuerunt horti Sallustiani.* hi horti postea in deliciis Cæsarum, sicut ex Philone Hebræo maxime liquet in legatione sua ad Cajum. Prope portam Salariam cœmeterium Martyrum excitavisse Constantinum probat Baron. anno Christi CCCIX.

3 *Magnus obeliscus*) Tamen ordinis minoris, nam obelisci non nisi sex, quorum duo in Circo Maximo, in Vaticano unus, unus in Campo Martio, in Mausolæo Augusti duo, unus denique in insula Tiberis, ut ait Victor. Sed septem sunt, inquies. vere, at quoniam, qui in Mausolæo erant, pares habebantur, nempe singuli pedum XCII. semis; sex tantum numerat Victor primæ magnitudinis: neque affirmaveris in hortos Sallustianos unum ex iis monumenti Augusti invectum; nam Marcellinus ipsemet duos in Augusti Mausoleo ponit obeliscos.

4 *Ad Ædem Veneris Erycinæ*) Extra portam Collinam, sed quid ait auctor, *prope hortos Sallustianos, immo in ipsis hortis;* horti igitur Sallustiani extra portam Collinam, quod ineptissimum est dicere. Templum Veneris Erycinæ extra urbem erat, teste Livio lib. XXXVI. quod etiam Strabo l. XVI. demonstrat, dum ait, ante portam Collinam exteriori parte Veneri Erycinæ stetisse templum, horti vero Sallustii ab Ecclesia S. Susannæ usque pœne ad Collinam procedebant, intra urbem, atque eos propterea in regione urbis sexta Victor collocat & ipsemet Panvinius alibi. Adde, quod Caligulam, & Aurelianum hortos Sallustianos habitasse quandoque, Philo Hebræus, & Vopiscus testantur, nec Imperatores extra mœnia locum sibi elegisse crediderim; ex quibus colligimus vestigia hujus Circi in Sallustii hortis esse non potuisse, ac proinde aliud quodpiam esse ædificium Sallustii, quando etiam adhuc *Salustricus* vulgo locus dicitur. Muros urbis in ea parte nunquam fuisse motos constat. Sed si ædes Veneris in hortis Sallustianis fortasse decepit Panvinium (nescio tamen an illius cognitionem habuerit) diversa illa est ab æde Veneris Erycinæ. Marmor ibi repertum. M. AVRELIVS PACORVS, ET M. COCCEIVS STRATOCLES ÆDITVI VENERIS HORTORVM SALLVSTIANORVM; & altera inscriptio ejusdem Pacori. M. AVRELIVS PACORVS ÆDITVVS SANCTÆ VENERIS IN SALL. HORTIS SPEI ARAM CVM PAEMENTO SVMPTO SVO D. D. Quæ Venus Erycina esse non potuit, si quis Ovidium IV. *Fastorum* examinat. Præterea obeliscus Panvinium nihil adjuvat, quando ad ornamentum tantummodo in hortis illis poni potuit. Certe obeliscos quadraginta duos Romæ numerat Victor, & tamen non totidem Circi, sed tantum octo. Tandem de æde hac Erycinæ Veneris, quæ Verticordia nominabatur a Romanis, vide Ovid. lib.IV. *Fastorum*, Val. Max. l.IIX. c. ult. Lutatium ad Stat. lib. *Theb.*V. erat extra urbem, ut longe ablegaretur libido, Vitruv. l.I. c.VII. Illic pupæ a Virginibus tamquam spolia pueritiæ Veneri obferebantur. Persius sat.II.

—— *Veneri donatæ a Virgine pupæ.*

neque multum tamen; siquidem Sullam, ait Appianus, extra Urbem ad portam Collinam non longe a Veneris templo posuisse.

5 *Confectos scribit*) Sæpe in ea urbis parte Christiani pro fide enecti in Actis Martyrum, qui a Baronio anno Christi CCXCIV. citantur. *A die, quo Susanna percussa est, Beatus Cajus Papa in domo Susannæ, in loco, ubi percussa est, jugiter obtulit sacrificium pro ejus commemoratione: facta sunt hæc in sexta regione apud vicum Mamuri ante forum Sallustii.* Mamuri Vicum ponit Ambrosius apud Ecclesiam S. Susannæ, & Marlianus *fuit enim haud procul a Sallustii foro, cujus horti ab eadem Ecclesia ad campum sceleratum prope portam Collinam existentem diffundebantur.* sic & Pomponius Lætus. *fuit Mamurus faber tempore Numæ, qui Ancylia fabricavit. Campus sceleratus ideo appellabatur, quod in eo vestales Virgines corruptæ sepelirentur vivæ.*

A Videmus hodie Obelifcum unum prope portam Pincianam, in hortorum Saluftii parte, ubi eft Guidonfi Palleli [1] vinetum.

Alterum in Campo Martio in cella vinaria ex adverfo domus Chriftophori Nardini, quem pro gnomone fuiffe fcribit Plinius lib.xxxvi. cap. x. cum hac infcriptione.

CAESAR. DIVI. IVLI. F. AVGVSTVS
PONTIFEX. MAXIMVS. IMP. XII
COS. XI. TRIBVNIC. POT. XIV
B AEGYPTO. IN. POTESTATEM
POPVLI. ROMANI. REDACTA
SOLI. DONVM. DEDIT

CAP. XXI.

De Circo Florali.

QUinctus Circus erat [2] in Quirinali *Floralis* dictus, cujus adhuc inter vineas Carafiorum, & Bocatianam nonnulla fragmenta vifuntur, in quo Ludi Florales in honorem Deæ Floræ. de quibus infra dicam, edebantur. De eo P. Victor mentionem facit. Extat ejufmodi antiquus argenteus nummus cum Floræ capite ita infcriptus.

C. SERVEIL. C. FLORA PRIMVS.

CAP. XXII.

De Circo Vaticano.

SExtus in Vaticano Circus erat, cujus adhuc integer fuo loco extat Obelifcus a latere Bafilicæ Sancti Petri, vulgo *Gulia* vocatus, cum ejufmodi infcriptione.

DIVO. CAESARI. DIVI. IULI. F.
AUGUSTO
TI. CAESARI. DIVI. AUGUSTI. F.
AUGUSTO
SACRUM.

---

1 *Vinetum*) Cui obelifco infcriptum. *Soli facrum.* meminit etiam cujufdam obelifci ad portam S. Laurentii in Vinetis, fed confracti, Marlianus lib. VII. cap. XVI.

2 *In Quirinali Floralis dictus*) Sic Pomponius Lætus. *Eundo a finiftris eft vallis inclufa parietibus, ubi fiebant Floralia, & mons a finiftris habens domum Cardinalis Neapolitani: & eft pars Quirinalis montis, & vocatur mons Clatræ, & Apollinis: mons a dextris appellatur Capitolium vetus, & eft pars Quirinalis, ubi fuit templum Jovis.* Nec male, nam verba ultima Martialis declarant.

Et Tiburtinæ fum proximus accola portæ,
Qua videt antiquum ruftuca Flora Jovem.

Sed Varro. *Clivus proximus ad Florales verfus Capitolium vetus.* Non longe officinæ erant, ubi colores, minium vendebatur. Vitruv. lib. VII. *eæ officinæ funt inter ædem Floræ & Quirini.* Ibi Circus, ubi ad honorem Floræ ludi inftaurabantur. Ovid. *Faftorum* lib. v.

Mater ades Florum ludis celebranda jocofis.

Et.

Circus in hunc exit, clamataque palma theatris,
Sic quoque cum Circi munere carmem eat.

Venationes ibi delitiofiffimæ edebantur, ut pote meretriculis, & mollibus perfonis. Maffimilianus.

Imbelles lepores floralis præmia campi.

Martialis.

Floralitias laffet arena feras.

quia faciliime fatigantur lepores; datos etiam elephantes, funambulos tamen, habet in *Galba* Suet. de hoc agone, five Circo Juven. fat. VI.

—— ergo omnia Floræ
Et Cereris licet, & Cybeles aulæa requiras.

ibi & Vicus ejufdem Deæ erat una cum templo, tefte Rufo in regione urbis fexta, qua m *altam femitam* vocabant, & Mart. l. v. ep. XXXII. De ludis floralibus Lact. facit l. I. c. XX. Macrob. l. v. c. IV. D. Auguftinus l. IV. *Civ. Dei*, & l. v. c. VII. Varro l. I. *rei ruft.* Plin. l XVIII. c. XXIX. Arnobius l. III. Tertullianus de *fpecta.* Val. Maximus lib. II. c. III. Vopifcus in *Carino.* Suet. in *Galba*, Tacianus adverfos *Gentes*, Minutius in *Octav.* Dio l. LV. Prifcianus de *nu.* l. v. *De dat. & ablat. plur.* l. VII. Donatus de *Genere nominum.* Publ. Confentius. *Floræ Deæ facti: quæ olim Acca Laurentia fcortum famofiffimum Herculi victorii ab æedituo ob mulctam ante victoriæ tefferis fubmiffa nupfit, deinde Taruntio, poftque obitum viri omnium bonorum hæres decedens ipfa Pop. Romanum etiam fibi hæredem allexit; conditione, ut fibi quotannis ludi fierent, quod cum videretur turpe ob meretricium flagitium Senatui Deam ipfam finxere, floribufque præeffe,* quem colorem fequitur etiam Ovidius in *Faftis*: nymphamque nobilem fuiffe, quæ fit Chloris vocata, enarrat. Ei ludi, ut infcriptio Kalendarii veteris habet, *vigefima octava die Aprilis* peragebantur; nudæ in his fæminæ, quæ quæftum corporis faciunt per lafciviam, jocofque, vagabantur, invelatifque pudendis diffluebant; mimorum fungebantur officio, ut ait Lactantius. Ædiles, qui ludos ederent, tunc fabas, cicer, aliaque munufcula plebi effundebant, ut Horatius habet. Interpres vetus ad illud Perfii, *vigil cicer*, Floram terram effe declarat. *Ludis Floralibus omnia femina fpargebantur in populum, ut tellus veluti muneribus fuis placaretur.* De ædile ludos Florales edente lapis Romæ fic habet. T. ANCHARIO. T. FIL. PRISCO ÆD. QUÆST. II. VIR. QUÆST. ALIMO. HUIC PRIMO BIGA POSITA OB EXIMIAS LIBERALITATES ET ABUNDANTISSIMAS SINE EXEMPLO LARGITIONES, ET QUOD EX INDULGENTIA AUGUSTI OCTIES SPECTACULUM ..... GLADIATORUM EDIDERIT AMPLIUS LUDOS FLORALES. Fuit & altera Flora a Pompejo Magno adamata, a qua Campus Floræ nomen habuit, fed jam fatis.

De quo Plinius lib. XXXVI. cap. XI. *Tertius Obeliscus* (inquit) *est in Vaticano, Caii, & Neronis Principum, Circo, ex omnibus unus omnino fractus in molitione ejus, quem fecerat Sesostridis filius Nuncoreus. Ejusdem remanet & alius centum cubitorum, quem post caecitatem visu reddito ex Oraculo Soli sacravit*. Tranquillus in *Claudio* c. XXI. *Circenses etiam frequenter in Vaticano commisit, nonnunquam interjecta per quinos missus venatione*. Lampridius in *Heliogabalo*: *Ipsum elephantorum quattuor quadrigas in Vaticano agitasse scribit dirutis sepulchris* [1] *quae obsistebant*.

Tacitus Historiae Augustae lib. XV. [2] *Hortos suos* (in Vaticano sitos) *ei spectaculo* (Christianis necandis) *Nero obtulerat, & Circense ludicrum edebat; habitu aurigae permixtus plebi, vel* [3] *circulo insistens*. Plin. l. XVI. c. XL. *Abies admirationis praecipuae visa est in navi, quae ex Aegypto Caii principis jussu, Obeliscum in Vaticano Circo statutum, quattuorque truncos lapidis ejusdem ad sustinendum eum adduxit. Qua nave nihil admirabilius visum in mari certum est*: CXX. M. *modia lentis pro saburra ei fuere*.

Hunc Circum Imperator Constantinus demolitus est, quando in eo maximam D. Petri honori Basilicam a fundamentis extruxit.

CAP. XXIII.

De Circo Neronis.

[4] SEPTIMUS Circus etiam trans Tiberim haud longe a Vaticano erat, scilicet extra portam arci S. Angeli proximam, Hadriani moli in hortis Domitiae, Neronis Imperatoris amitae, vicinus. Cujus adhuc multa in vineis Castello proximis & praesertim Vettiorum vestigia, & parietinae visuntur. Hunc Circum a Nerone conditum fuisse, certissimo argumento sunt nuper effossae in ejus Circi carceribus bipedales tegulae figulinae multae, quibus magistrorum figulinarum nomina, & aliquot Consulum collegia inscripta erant, qui Neronis, & Hadriani principatibus fuerunt; qua ratione facile conjicere possumus, cum a Nerone (cujus horti illi erant ex Domitiae amitae hereditate) inchoatum, ab Hadriano vero quum Mausoleum suum vicinum ad Tiberis ripam conderet, aut perfectum, aut restitutum.

CAP. XXIV.

De Circo S. Sebastiani Via Appia.

OCTAVUS Circus is est qui via Appia tertio ab Urbe lapide prope fanum D. Sebastiano dicatum euntibus, parte laeva adhuc paene integer, & omnium a temporum injuria magis praeservatus occurrit, qui [5] vulgo ab Antonino Caracallo extructus existimatur, quod ejus Principis nummo, Circi figura cusa sit: [6] sed falso. Nummi enim illius Circus simillimus est Maximo, qui in Trajani nomismate cernitur. Hujus vero tota lateritia structura admodum similis est aedificiis iis quae circa, vel post Constantini tempora extructa fuisse certo scimus. Hujus carceres Appiam versus, hemicyclum, & finis Latinam vias siti sunt longitudine pedum MMCCXCII. passuum vero CCCCLVIII. latitudine pedum CCCLXX. passuum autem circiter LXXIIII. In eo adhuc supersunt fornices lateritii, qui gradus sustinebant, ostium ad finem hemicycli, moeniana in gradibus ex adverso metarum locata, Spina, binae metae, cum ternis per singulas ovis. Obeliscus Hieroglyphicis literis incisus, in terra confractus, & alia multa visu dignissima. Ostium majus inter duodecim minora, duaeque in angulis turres, & ex minoribus ostiis, quibus carceres includebantur, aliquot intra hoc decennium vi tempestatum ceciderunt. Hujus topographiam cum aedificiis omnibus quanta potui diligentia delineatam subjicere, ne curioso Lectori quid deesset, placuit. Spinae, & metarum dispositio, ex quattuor tres Circi harenae partes occupans, atque inter carcerum ostia, & primam metam relicta vacua magna area proculdubio significant

---

1. *Quae obsistebant*) Vide hic Baronium anno Christi CCXXI. ubi contra eos agit, qui inter haec sepulchra illud D. Petri etiam dirutum tradiderunt, ex quo ejus cineres mox in catacumbas fuerint delati. Vide eum praeterea anno LXIV. nec bene Marlianus, qui lib. V. cap. XXVI. hunc Hippodromum ad prata Quintia transfert: nam non hunc, sed Neronis alterum illum esse, de quo Marlianus loquitur, noster capite sequenti ostendit. rem certam habes lector, atque ex Panvinio, qui sit Caii & Neronis Circus, & qui sit tantum Neronis.

2. *Hortos suos*) Sic Alogabalus quoque in hortis suis aurigabatur. in *ejus vita* Lampr. *Inde itum in hortos, ubi Varius invenitur certamen aurigandi parans*.

3. *Circulo insistens*) *Curriculo* legit Lipsius: placet: hoc modo etiam alii locuti. Plin. lib. IX. ep. *Quo magis miror tot millia virorum tam pueriliter, identidem currentes equos, insistentes curribus homines videre*. insistere etiam dixit Virg.

rapidisque rotis insistere victor.

4. *Septimus Circus*) De hoc ita Marlianus lib. VII. cap. XII. *Theatrum in pratis Vaticanis inter pontem Milvium, & molem Adriani ponit Fulvius auctore Procopio ad ludos gladiatorios aedificatum, a quo autem non meminit. extant* (inquit Fulvius) *vestigia quaedam in vinea Jo. Albertini Patritii Romani. at Circum non theatrum eum fuisse ego crediderim, ut forma adhuc praefefert*. Nisi perperam interpres qui ad manum Fulvii locum verterit. nam in theatris ludi scaenici fiebant: in Circis vero equorum cursus agitabantur.

5. *Vulgo*) Certe fere in ea sententia Blondus, Ferrutius, Fulvius, Marlianus, Laetus, plerique alii.

6. *Sed falso*) Idem repetit libro Urbis Romae. sed fuit etiam Caracallae Circus extra portam Capenam dictus Praetorianus: quod ibi etiam cohortes Praetoriae stationem agerent. Notat Merula *Cosmographiae suae* lib. IV. part. II.

locum illum venationibus, vel pugnis equestribus, & pedestribus fuisse destinatum: nam Circo [1] contigua sunt vivarium bestiarum, amplissimis parietibus clausum; & militare præsidium, sive castrum mediam ædem sacram, & porticus magnus Circum complectens, quæ militum stationem fuisse ostendunt. [2] Quorum usibus, & delectationi proculdubio Circus ille extructus fuit. Hæc ut facilius intelligantur, & morem meum sequar in satisfaciendo avidis antiquitatum studiosis Romanarum rerum, duabus tabellis hujus Circi topographiam, delineationem, & post ruinam quomodo nunc cernitur adjunxi.

CAP. XXV.

De Circo Castrensi inter vias Campanam, & Labicanam.

NONUS Circus eorum, quorum hodie vestigia in Urbe, vel in suburbiis supersunt, fuit extra portas [3] Labicanam, & Prænestinam simul junctas, quæ uno nomine hodie *Major* dicitur, haud longe ab amphitheatro Castrensi, & Templo Sanctæ Crucis in Hierusalem prope formas aquarum Claudiæ & Marciæ: cujus nomen, & auctor in incerto est. Ejus parietinas in vineis proximis vidimus, in his graduum sive subselliorum porticibus sustentatorum ordinum loca, quibus spectatores considebant, in cujus medio in terram disjectus, & concisus jacet Obeliscus notis etiam ipse Ægyptiacis inscriptus. Hunc quidam ab Aureliano conditum autumant, hac ducti conjectura, quod in ejus Principis nummo percussus Circus videatur, quæ tamen [4] levis est. Ego militari usui, quemadmodum & proximum amphitheatrum Castrense excitatum fuisse libenter crediderim.

CAP. XXVI.

De aliis Circis extra Urbem.

[5] MULTI præterea circum Urbem in proximis pagis, & vicinis oppidis erant Circi minores, quorum unius reliquiæ via Gabina supersunt quingentorum pedum longitudine.

Alterius via Prænestina prope templum antiquum circulare; sed & secundo ab Urbe lapide, inter Appiam, & Ardeatinam vias, alterius fragmenta extant. Qui rusticorum usui, aut Ludorum funebrium caussa extructi fuerunt, quum præsertim in his locis magnus sit sepulchrorum numerus.

---

1. *Contigua sunt Vivarium bestiarum, & militare præsidium*) Alibi de his locis dico, ubi de Vivario caput fuit, lib. II. cap. ipso VI.

2. *Quorum usibus*) Videtur designare Castrenses ludos; ita enim appellabantur, qui militibus dabantur. Meminit horum Suetonius in *Vita Tib.* c.LXXII. *At ne quam suspicionem infirmitatis daret, Castrensibus ludis non tantum interfuit, sed etiam immissum in arenam aprum desuper petiit.* De eodem etiam in *Claudio*, ni fallor: *Anniversarium in castris prætorianis sine venatione, apparatuque exhibuit.* anniversarius dies erat, quo electus ad imperium fuerat Claudius, nam militum præcipua ope illi imperium delatum, & propterea anniversarium in castris Prætorianis ab eo habitum.

3. *Labicanam*) Labicana, sive Lavicana, Nævia via etiam appellata. frequenter in ea sepulchra. Ad *Alcimum* Martialis.

Alcime quid raptum Domino crescentibus annis
Labicana levi cespite velat humus.

in ea Didius Julianus sepultus Spartian. hæc via Labicum ducebat: Straboni quod oppidum *λαβικων* est. meminit agri Labicani Plin. Vide Livium & ad eum notam Sigonii, & Virgilium cum Servio lib. *Æneid.* VII.

4. *Levis est*) Ipse tamen in tabulis urbis regione V. Circum Aureliani cum obelisco ponit, atque idem nullo auctore repetit Paulus Merula parte II. l. IV. *Geographiæ*.


5. *Multi*) Livius l. IX. Circi appellati maritimi meminit Anagninorum. *Consilium populorum omnium habentibus Anagninis in Circo, quem maritimum vocant.* Vide inferius notas nostras ad c. XVII. secundi lib. in quo multarum urbium Circos referimus. Sed invenio etiam, ne rem prætereamus, in Capitolio fuisse agitatos Circenses Plinii verbis l. XXVII. c. VII. ubi de absinthio. *De usu ejus convenit dicere herbæ facillimæ, atque inter paucas utilissimæ: præterea sacris pop. Romani celebratis: siquidem Latinarum feriis quadrigæ certant in Capitolio, victorque absinthium* (fortasse absinthitem) *bibit: credo sanitatem præmio dari honorifice arbitratis majoribus.* citat Plinium, atque eadem pæne refert Pseudo-Macer de *Herbis*, ubi de Absinthio.

Plinius attollit magnis hanc laudibus herbam;
Romanosque refert sacris ex more diebus,
Dum quadrigarum cursu certare solebant
Absinthi succum solitos donare bibenti
In Capitolina victori sede locato:
Credentes pretium præ cunctis reddere dignum
Illi, quo firmam possent servare salutem,
Quæ constat mundi pretio pretiosior omni.

Sed revera non hæc ratio, ob vertigines enim, quæ Capitolino agone, quoniam angustus erat, & flexiones ideo intercidebant crebriores, maxime oboriebantur. absinthium vino dilutum aurigis donabatur. de virtute Absinthii cap. VII. Strabo.

Si tibi præterea caput acri forte dolore
Pulsetur subito, vel si vertigo fatiget;
Hujus opem rimare coquens frondentis amaram
Absinthi sylvam.

Pete idem ex Dioscor. lib. III. c. XXVI. qui de vino absinthite. *σκευάζεται δὲ ἐξ αὐτοῦ καὶ οἶνος, ὁ λεγόμενος ἀψινθίτης.*


Sepulcrum Metellae
Sepulcra antiqua
Via Appia
Ova Castorum
Delphini
Victoria
Ara Deor.
Ara Deor. potentium
Ara Deor. Valentium
Aedes Solis
Obeliscus
Spina
Mater Deorum
Col. Senatae
Col. Fortuna
Ova Castorum
Carceres
Venatio
Podium
Meridies
IIUSDEM CIRCI ICHNOGRAPHIA
Oriens
Occidens
Circi longitudo est pedum latitudo vero
Septemtrio
CIRCI CASTRENSIS CARACALLÆ VVLGO APPELLATI AD TERTIVM AB VRBE LAPIDEM
VIA APPIA SITI
Ex his. quæ Supersunt. Vestigys accurata delineatio, Onuprhry Panuiny Veronensis

CIRCVS CASTRENSIS LATERITIVS CARACALLÆ VVLGO APPELLATVS

Tertio ab Urbe lapide, Via Appia Situs

ONVPHRII PANVINII VERONENSIS *cum priv. Ordd. Holl. et West-Fris.*



CAP. XXVII.

De Hippodromo, sive Circo Constantinopolitano.

Constantinopoli [1] nova Roma ab Imp. Constantino Magno condita, veteris Romæ exemplo Circus (quem Græci *Hippodromum* vocant) in eadem extructus est. Cujus vestigia usque ad nostra sæcula perdurarunt. [2] De Circensibus Constantinopoli editis Marcellinus lib. XIIII. *Ingressus* (inquit) *Gallus Constantinopolim, tamquam in rebus prosperis & securis editis equestribus*

---

1. *Nova Roma*) Ita appellata; immo Græci ipsi Orientalis imperii Latini prisco ævo dicti. Corrippus.

Principibus delatus honos, munusque Latinis,
Et jucunda novæ Circensia gaudia Romæ.

2. *De Circensibus*) Locus suus hic est, ut de Constantinopolitano Circo, sive Hippodromum dicemus, loqui. Paulatimque altius auspicati, illud non ignorandum, veteres nempe ludos istos curules, sive in Elide, sive Romæ seu Constantinopoli fierent, eos non fortuito, verum mystice fecisse, ut scilicet in Circo, & agone illo curuli mundi typum, universæque naturæ ordinem figurarent. Signavit id Cassiod. *Var.* l. III. ep. nomine Theodor. Fausto Præp. *Fabricam in valle Murcia tetendit Augustus, ut immensa moles firmiter præcincta montibus contineret, ubi magnarum rerum indicia clauderentur. bissena quippe ostia ad duodecim signa posuerunt.* Nec aliter Græci, ut ex eorum infra sententiis afferemus. etsi, prout Philosophorum Scholæ positionem mundi diversimodam excogitarunt, varium quoque Circi typum collocatum reperies. Non enim una forma apud omnes, immo apud Romanos non eadem semper, ut probabimus. Id quoque Hebræi, sive antiquum apud eorum Rabbinos sit, sive ut exterum ritum imitarentur in Tabernaculo, idem perfecerunt. illo siquidem sacrario mundi universa mysteriis inclusere, sicut Rabbi Abarbenel inter cæteros Hebræos docet fusissime, at ut dixi id factum a veteribus varia forma; Circi enim differenti positione designabantur. Et ut de Eleo illo primum dicamus, qui etiam tempore prior fuit; illius Hippodromi carceres, ut in *Eliacis* accurate narrat Pausanias, non æquo limite directi erant, ut in Circo Romano fuit, aut Constantinopolitano, verum oblique erant dispositi, quia locus, ubi carceres erant, proram navis, ἔμβολον figurabat. Sic Pausanias Latine in *Eliac. Ibi sui sunt equorum carceres: formam illi eandem prope præseferunt, quam navis prora verso in curriculum rostro. in regula summa rostri Delphinus æneus prominet: a rostro hinc a dextra: hinc a læva excurrit pedum quadrigenum spatium: in eo cellulæ. Eas inter se sortiuntur qui vel equos privos vel currus in certamen producunt: intenditur vero in fronte funis pro repagulis. prima omnium ea submittuntur repagula, quæ utrinque juxta Agnampi porticum intenta fuerat, tum qui ea in parte substinebantur equi, se in pedes dant. Ii cum ad alterum equorum ordinem accesserint eodem modo & illis sua remittuntur repagula. idem fit omni ex carcerum parte usque dum ad ipsum proræ rostrum æquata fuerit cursus editio.* Quod factum puto, quia Circus iste Olympicus oram litoralem mediterranei maris referebat, ut Constantinopolitanus etiam Hippodromus, quamvis in multis inter se differrent, & præcipue in carceribus, & quia terra apud quosdam navigii figuram reddere videtur, hinc in Eleo Circo carceres in proræ similitudinem sunt efformati. Pindarus *Olymp.* VII.

Ἀσίας εὐριχώρυ
Τρίπολιν νᾶσον πέλας
Ἐμβόλῳ νέοντας.

Ubi Schol. Embolum Asiæ esse Lyciam interpretatur, quod terra ibi extendatur urbis instar Emboli aut triremis, esse vero Embolum acuminatam anteriorem navis partem, sive proram: eam vero regionem ex latis constitutam saxis in acutam deinde partem desinere. Ἔμβολον δὲ Ἀσίας ἡ Λυκία, διὰ τὸ οὕτω παρατετάσθαι τὴν γῆν ὡσεὶ πόλεως ἔμβολον, ἢ τριήρους. ἔμβολα γὰρ, τὰ τῶν πλοίων ὀξέα. ἃ δὴ καὶ σιμώματα καλοῦσιν: ἐκ γὰρ πολλῶν καὶ πλατέων παρακειμένων πετρῶν εἰς ὀξὺ λήγει μέρος ἡ χώρα. ut itaque Circo habitabilis designaretur, Elienses carceres proræ figura, tamquam a Lycia dimensionem inceptarent, disposuerunt. Non enim tunc satis nota terræ erat positio, etsi de ea multi scripsissent, Suidas in *Callimachi vita* indicat. ex ea collocatione carcerum apparet, non omnes equos uno tempore in cursum exire potuisse; quandoquidem qui in acutiori parte proræ exisset propior metæ intervallum præoccupasset: ostia itaque, quæ in ultima prora erant, prius aperiebantur, ut ex Pausania percipere licet, priusque exibant illorum equi, ut loci diversitas, ac intervallum tempore aperiendi æquaretur. Et de hac re epigr. vetus velle arbitror.

Ast ubi panduntur, funduntque repagula currus,
Unus & ante omnes cogitur ire prior,

cogitur, necessitate loci: & illud Ovidii.

—— *cogit nos linea jungi.*

secus in Romano Circo fiebat, ubi uno tempore quattuor, quæ currebant quadrigæ, una effundebantur, quoniam directa ostia erant. Expressit Ovidius, ut differentiam Elei Hippodromi indicaret, ita *Amorum* eleg. XXIV.

Maxima cum vacuo Prætor spectacula Circo
Quadrijugos æquo carcere misit equos.

De Romano cur dicam hic non est, cum superius id affatim sit peractum. Circus vero, sive Hippodromus Constantinopolitanus figuram quoque mundi repræsentabat. at in ipso non Oceanus, seu mare mediterraneum figurabatur. Euripus siquidem non ut olim in Circo veteri Romano arenam circundabat, sed in medio erat. Euripus mare significabat. Cassiod. *Euripus maris vitrei reddit imaginem.* De illo Hippodromo Lydus. ὅτι Εὔριπος ὠνομάσθη ἡ μέση τοῦ ἱπποδρόμου κρηπὶς ἐκ τοῦ θαλαττίου Εὐρίπου. Mannus Euripus Euboicus. Et in medio Alter. Τὸ δὲ μέσον (Κίρκη) αὐτοῦ ἐποίησε ξυλουργὲς ὀνομάσασα τοῦτο Εὔριπον ἀπὸ τοῦ θαλαττίου

δὐρίπυ. Alibi idem Lydus appellat Euripum illum Fluvium, qui in medio esset. καὶ ποταμός ἐστι ἐν μέσῳ σταδίῳ. Mare itaque mediterraneum intellectum est in Circo Constantinopolitano, quapropter Terræ positio etiam illis accepta juxta oram maritimam cognitione veteri, quæ fundæ comparabatur. Dionys.

—— ἐν γὰρ ἐκείνῳ
Πᾶσα χθὼν, ἅτε νῆσος ἀπείριτος ἐστεφάνωται,
Οὐ μὲν πᾶσα διὰ πρὸ περίδρομος, ἀλλὰ διαμφὶς
Εὐρυτέρη βεβαῦια πρὸς ἠελίοιο κελεύθους,
Σφενδόνη εἰοικυῖα.
—— *in illo* (Oceano)
Tellus tota velut circundatur insula, sed non
Prorsus tota tamen, quoniam defertur utrinque
Latior, ad solis quæ sunt regione meatus
Consimilis fundæ.

Solis meatum, sive viam Occidentem intelligit, ubi enim annulus littoris mediterranei, veluti pala interrumpitur, maris Gaditani angustia: atque ita non est σφενδόνη ibi instrumentum εἰς λίθων βολὰς ἐπιτήδειον, sed τοῦ δακτυλίου περιφέρεια. si enim ora maritima mediterranei maris examinetur, ad columnas usque Atlanticas, columnas ibi assurgere tamquam in annulo palam inveniemus: unde postea apud Græcos recentiores pars occidentalis in Circo Constantinopolitano, & ad Columnas, quæ in eo erant, funda, & σφενδόνη dicta est. Joan. Antiochenus. τὴν δὲ ἐπὶ τὰς θύρας καμπτὸν τὴν ἀνατολὴν καὶ τὴν ἐπὶ τὴν σφενδόνην τὴν δύσιν, ὥς φησι Χάραξ. *Flexus meta, quæ ad carceres Orientem, quæ ad fundam Occidentem reddere, ut Charax inquit.* Cedrenus ad Romanum Circum veterem traxit, male. ὁ Ῥώμυλος τυποῖ τὴν ἐπὶ τὰς θύρας καμπτῆρα τὴν ἀνατολὴν, καὶ τὴν ἐπὶ τὴν σφενδόνην τὴν δύσιν. si ad ultimum Romanum Circum traxisset, melius fecisset, nam ibi angustia, quæ Gaditanum fretum significaret. Sidonius.

Consumpto spatio patentiore
Campus clauserat arctus arte factus,
Per quem longa humilem, duplamque muro
Euripus sibi machinam tetendit.

Et duplex machina est hic spina vetus Romani Circi; nam cum Euripus in medio Circo recentiori Romano deflueret, duplices ripæ duplici muro erant præcingendæ. Muri vero riparum ad occidentalem partem, ad secundam nempe metam, arte erant coarctati, cum muro ipsiusmet Circi, ut metam angustiorem redderent, & imitarentur Herculeum fretum. ex quo licet perspicere, tempore Sidonii immutatum fuisse Circi ordinem Romæ, neque illud non observandum Tertulliani est, ut alibi dixi, de spect. *frigebat Dæmonum concilium sine sua Matre magna; ea itaque illic præsidet Euripo.* quomodo Euripo præsideret, si Euripus arenam circundaret, atque ipsa in spina esset? certe podium nihil aliud, quam murulus in ripis duplex apud Tertul. & Sidonium. At ut ad fundam, locum Hippodromi revertamur, ibi ut columnas Herculis imitarentur, columnæ erectæ erant. Meminit earum Nicetas in *Andron. Comn.* καὶ οὕτως ἀτίμως ἐπὶ τὸ θέατρον ἀπαχθεὶς μετὰ γελοιώδους θριάμβου, καὶ τοῦ οἰκτροῦ ἐκείνου, καὶ παιζομένου ἐπὶ καμήλου ὑφέμενος, ὅπερ ἄνωθεν κατέβη αὐτόχρημα ἐκ ποδῶν ἀναρτᾶται, τίνων αναψάντων ἐκ φελλύρας καλώδιον, καὶ τοὺς περὶ τὰς ἐπικλίνεις τὸν τράχηλον ἐκ χαλκοῦ πεποιημένας λύκαιναν. καὶ ὕαιναν ἀλλήλαις ἀντιβλεπούσας, καὶ πρὸς ὀργὴν ἐμμεμιμημένας ἱσταμένους δύω στηλίσκους, καὶ λίθον ἐπικείμενον ἔχοντας. Ibi ut vides suspensus ille Princeps prope columnulas: nam in Hippodromo rei ad splendorem cruciati, atque enecti. dicit enim idem auctor accensum rogum in Hippodromo fuisse, ac flammam in splendorem fuisse elatam. ad columnas itaque rogus accensus, ad comburendum noxios; & mos postea a Venetis receptus, qui reos etiam ad Columnas morte puniunt, immo easdem ego Constantinopolitani Circi cum illis fori Veneti asseverarem, nam e Constantinopoli advectæ istæ parvulæ Columnæ erant, & metæ imaginem reddebant. magnæ aliæ columnæ prope adstabant quattuor numero, & tres in ditionem Venetorum venere, non longe a secunda meta, inter quas decollabantur Constantinopoli fontes: non igitur tres primæ cum quattuor istis confundendæ sunt. de his ultimis majoribus l. III. Paul. Diac. *Phocas jussit fieri ludum equestre; Demarchi autem utriusque partis apud quattuor Columnas cum imperialibus signis posuerunt. Prisci, ac Demente signa, quibus auditis Imp. iratus est, & mittens adduxit Demarchum, & Pamphylum, & statuens nudos jussit eos decollari.* atque harum tres Venetias allatæ sunt. una tamen cum ante forum in mare excidisset, nunquam inde eripi potuit. At vox στηλίσκους apud Nicetam refragatur. Venetorum enim magnæ atque admirandæ sunt, licet Nicetas alibi κίονας illas vocet, inter quas suspensus est Andronic. ἐκτείνας τὴν χεῖρα Ανδρόνικος δακτύλῳ ἐπέδειξε τῷ ἐξαδέλφῳ, καὶ βασιλεῖ Μανουὴλ τοὺς κίονας, ὧν αὐτὸς μέσῳ ἀνήρτηται. *Extensa manu Andronic. digito ostendit Manueli, patrueli, & imperatori columnas, inter quas ipse postea suspensus est.* Sed hoc modo intellige. columnæ tres quidem erant, quæ metam ultimam componebant. Græci de iis. οἱ τρεῖς ὀβελοὶ τὴν τρίστοιχον φύσιν δηλοῦσι, & propterea cum humanæ naturæ tres partes denotarent, apud ipsas vitæ quoque exitus præparabatur. columnas vero ὀβελοὺς dixere, ut πυραμίδα vocaverant etiam ὀβελίσκον, nulla in hac re lege. Erant etiam sicut in spina Romani Circi multa mysteria, extollebantur, in ripæ Euripi murulis varia quoque ornamenta. Lydus, καὶ ποταμός ἐστι ἐν μέσῳ τοῦ σταδίῳ, ἡ καὶ Πυραμὶς ἡλίου ἐπεὶ ἄσκιος ὁ τοιοῦτος βωμός. Ara nempe Solis in aperto: ut quoque Romæ in circulo *Solis effigies*, ait Tertul. *de fastigio ædis emicat, quod non putaverint sub tecto conservandum, quem in aperto habent.* sic superius obeliscum appellat pyramidem. sequitur καὶ ἄνωθεν μὲν τῆς πυραμίδος βωμοὶ τρεῖς Κρόνου, Διὸς, Ἄρεος: κάτωθεν δὲ Ἀφροδίτης, Ἑρμοῦ, καὶ Σελήνης. *Ad superiorem partem obelisci tres sunt aræ Saturni, Jovis, Martis, ad inferiorem vero Veneris, Mercurii, & Lunæ.* Obeliscus significator centri, & soli dicatus in Euripi medio etiam impositus erat. & Platonicam, aut Hipparchicam referebat opinionem, qui in centro Solem phantastice constituerant. Vetus epigr.

Namque axes gemini ortum, obitumque notant:

Ludis capiti Coracis aurigæ [1] *imposuit coronam ut victoris*. Et l.XXII. *Dein Mamertino Consule, Ludos edente Circenses, manumittendis ex more inductis*, &c. Cæterum quum hanc Hippodromi Constantinopolitani tabellam apposuerim, operæ precium videtur hic subjicere, quæ Petrus Gylius Gallus, vir doctissimus, qui diu Byzantii versatus est, l.II. *de Topographia Constantinopolis*, de ejusdem Hippodromo, Obelisco, columnis, & statuis accuratissime nostro sæculo scripsit. Ait autem [2] Severum reconcilia-

A tum Byzantiis, recentes Historici, ut Zonaras & alii plerique tradunt, Hippodromum ædificasse. [3] Zosimus antiquus Historicus scribit, [4] Constantinum Magnum Hippodromum elaborasse, omnique cultu pulcherrimo adornasse, partemque ejus fecisse templum Castoris & Pollucis, quorum simulachra usque in suam ætatem, hoc est, Theodosii Minoris, [5] in Hippodromi porticibus extantes videre liceret. In medio Circo, quem Græci *Hippodromum* appellant, [6] Obeliscus ex

Atque bis Euripus quasi magnum interjacet æquor,
Et medius centri summa obeliscus obit.

Sed hæc de constitutione generali. at nunc de singulis prosequamur. Duodecim ibi carceres, ut in Romano erant. Anonymus de Hippito agone Constantinopolis. Δώδεκα δὲ ὕσπληγγες κατὰ μίμησιν τῶν δώδεκα ζωδίων: Septies quoque currebant. Jo. Antioch. Τὰ ἑπτὰ σπάτια τοῦ δρόμου ἑπτὰ πλανήτων. Anonymus. ἑπτάκις δὲ ἐκύκλουν τὸν ὄζιπον οἱ ἀγωνιζόμενοι, διὰ τὰ ἑπτὰ στάδια εἶναι τὸ μίλιον, καὶ διὰ τοὺς ἑπτὰ πλανήτας. Milliarium septem stadia recipere ait, & ad septem planetarum ordinem vices currendi septem fuisse ordinatas. Lydus aliam affert rationem, hoc est reciprocationis Euboici Euripi similitudinem, Ἐκ τοῦ θαλαττίου Εὐρίπου, καὶ τῆς ἑπτάκις αὐτοῦ διαυλοδρομίας: οὕτω γὰρ ἐπ' ἐκείνου φασὶ συμβαίνειν. Viginti quattuor vicibus currebant, non ut horarum numerum intelligerent, ex mensuræ ulnarum viginti quattuor in obelisco contentis, si Lydo credendum est. Τέτταρσι, καὶ εἴκοσι βραβείοις τὸν ἅπαντα συντέλουν ἀγῶνα, διὰ τὸν ἐν πυραμίδι λόγον. δυοκαίδεκα γὰρ γωνίας ἡ πύραμις ἐπιδέχεται, τουτέστι στερεὰς τέτταρας, ὧν ἑκάστη ἐκ τριῶν. διὰ δὲ τὸν δώδεκα ἀριθμὸν εἰς δύο τέμνοντες τὸν τῆς ἡμέρας καιρόν ἐστι καὶ νῦν τελοῦσι. At quoniam Anonymus milium septem occupare stadia dixit, millium explicemus proprie Hippodromum esse, qui mille passus milliares contineret, unde μιλιοδρομεῖν Chrys. καὶ ἵππους αὐτοῦ οὐκ ἀπὸ λευκῆς ἐπὶ σφενδόνῃ μιλιοδρομῶν. Metap. in *Vita B. Theclæ*. ὄρος τοῦτο χρηματίζει καλάμων ἐν μιλίῳ ἀπὸ τῆς πόλεως. Suid. μίλιον μέτρον γῆς. Glossæ Græco-Latinæ μιλιάριον. Milliarium. nihil enim hic milliaria columna, quæ Romæ fuit, valet, ut altera etiam Constantinopoli esset.

1. *Imposuit coronam*) Græcos Imperatores in Hippodromo solemnitates suas maxime peregisse reperies. ibi conciones habere, triumphare, initia imperii assumere. Paulus Diac. l.II. *exuviisque ostensis* (Bellissarius) *& bello mancipiis, & in media urbe pompis: sic veteri quidem modo, sed pedestri incedens in domum suam usque ad hippodromum*. Ibi captivos calcabant. Idem. *Cum Gelimer in Hippodromum pervenisset, & tam Imperatorem supra tribunal sedentem, quam ex utraque parte vulgus adstans vidisset, non quiescebat clamare. Vanitas vanitatum, & omnia vanitas: pervenientem autem eum juxta Imperatoris tribunal, purpura ejus ablata, pronum cadere, & adorare imperatorem coegerunt*. Atque hinc fortasse suum illud credidit Cassiod. *Spina infelicium captivorum sortem designat; ubi Duces Romanorum super dorsa hostium ambulantes laborum suorum gaudia perceperunt*. Auspicia regni ibi sumpta. Idem. *Hic Augustalem coronam cum accepturus esset, eumque juxta conventionem ad spectaculum Circi populus expectaret*. Confusus vero hic ut Romæ sedendi ordo. Idem. *Hac igitur die tumultuantur partes invicem propter stationem locorum*. Factæ venationes, aut ostensiones bestiarum. Ipsemet. Diac. *Anno imperii Justiniani vigesimo tertio legatus Indorum venit Constantinopolim Elephantem ducens, & ingressus est Hippodromum*; Erant ibi & factiones, sed duas tantummodo invenio, Prasinorum, & Venetorum. Idem. *Anno vigesimo nono imperii Justiniani seditiones concitavere Judæi, & Samaritæ Palæstinæ, & facti quasi in ordine Prasini, & Veneti in Christianos irruerunt*. Et l.III. *Secundo vero ludum celebravit equestrem incommoda infelicitatis occultans; vulgus autem Prasinorum clamabat, Constantinus* (inquiens) *& Commentiolus, Romanorum ter Auguste, plebi suæ molestias ingerunt: Veneti autem dixerunt, Deus qui scit te imperare, subdat tibi omnem, qui regnum tuum oppugnat*. Romæ qui factiones Domini dicebantur erant Constant. Demarchi. Idem l.eod. *Germanus autem mittit ad Sergium demarchum Prasinæ, partis, ut auxiliaretur sibi gratia imperandi, repromittens se partem Prasini remuneraturum*. Et paul.inf. *Alexand. vero in Cosman Venetorum demarchum manus immittens perpulit eum, & contumeliis laceravit: porro Veneti indignati. Vade disce ordinem: Mauritius non est mortuus*. Licentia vulgi non minor hic, quam in Romano Circo. Idem. *Phocas fecit Circenses ludos, & Prasini conviciis eum lacessere*. Et paulo post. *Porro Prasini coacervati miserunt ignem in Prætorio, & incenderunt curiam & scrinia, & carceres*. Sic l.IV. ubi de Justiniano Constantini Pogonati filio vim harum factionum in turbelis describit.

2. *Severum*) Iratus olim illis, quod Nigro favissent. Spart. in *Ipso*.

3. *Zosimus*) Cum ipso etiam Cedrenus est.

4. *Constantinum magnum*) In *Panegyr.* ad *eum* Eumenius de hoc Circo novæ Romæ, *Video Circum Maximum, æmulum credo Romano*. Ubi etiam maximus iste Constantinopolitanus dicitur, ut apud Nazarium quoque.

5. *In Hippodromi porticibus*) Hos instauravit Justinianus. Marcelli. Comes in Chron. indict. VI. *Justiniani Cos. anno regiæ urbis* CLXXXXIIX. *regium vestibulum, priscumque in eo solium ad inspicienda, probandaque in Circo spectacula structum, victor Justinianus Princeps eminentius, clariusquequam fuerat & utrinque ex mare spectantem porticum solita magnanimitate redintegravit*. De his Nazarius Pan. ad *Constant. Circo ipsi maximo sublimes porticus, & rutilantes columnæ tantum inusitati ornatus dederunt, ut illuc non minus cupide conveniatur loci gratia, quam spectandi voluptate*.

6. *Obeliscus*) Anceps de hac Obelisco historia est. Quidam Constantinum ajunt magnum ex Ægypto Obeliscum Constantinopolim deferre cogitavisse, inventaque insigni illius nominis mole Alexandriam usque perduxisse, at interim Principis, ut Marcellinus exequitur,

Thebaico lapide factus extat, cujus cum non meminerit antiqua regionum descriptio, & meminerit Obelisci Thebaici quadrati, quem ponit in quinta regione, arbitrarer hunc terræ motu eversum, translatum fuisse in Hippodromum a Theodosio post editam descriptionem regionum: nisi hæc Theodosiacorum multorum meminisset operum, nisi præteriret non nulla in commemoratione regionum, quorum postea meminit in generali descriptione Urbis. Habere igitur plures Obeliscos Constantinopolis potuit, ex quibus non superest ille Thebaicus, quem in V. regione ponit antiqua regionum descriptio, duos adhuc extantes vidi cum primum venissem Byzantium, unum [1] in Circo Maximo, alterum intra Claustrum Regium, in latere primi collis vergente ad Septemtriones, quadratum [2] ex lapide Thebaico factum, erectum juxta domum victuariarum officinarum Regiarum, sed paulo post eversum. Et extra Claustrum, elatum vidi jacentem longum triginta quinque pedes, cujus singula latera, si bene memini, senos pedes lata, perimetrum illius efficiebant viginti quattuor pedum. Hunc Antonius Priolus nobilis Venetus emit, Venetias exportaturus, & in foro Divi Stephani locaturus. Alter vero in medio Hippodromo pro meta in hunc diem extat supra quattuor tesseras æneas latas quoquoversus sesquipedem, altas tantundem, sustentatas basi & stylobate. A solo duos gradus habet stylobates, quorum inferior a terra altus est pedem unum, cujus latitudo pedalis superior gradus altus duos pedes, projectus extra stylobatem quattuor pedes, totidem digitos, gradus subjecti non sunt [3] stylobatæ, sed adjecti, & astructi velut suggestus, ut apparet ex commissura, supra quos latus quoquoversus duodecim pedes stylobates eminet in altitudinem quattuor pedum, & octo digitorum, & extra basim projicitur sesquipedem, Præter hos quattuor pedes & sex digitos stylobates pedalem altitudinem excedit, non extra basim eminentem, nam ex summo stylobate eminet striatura alta pedem, & tredecim digitos, quadrilatera, nempe ex perpetuo uno eodemque lapide constans, quo stylobates. Nam stylobates emittit suam supremam partem, non solum sesquipede strictiorem, quam infimam, sed etiam angulis mutilatam, locoque quattuor angulorum diminutorum existunt quattuor lapides quadrati marmoris [4] Thebaici rubentis, singuli alti ses-

---

oborta, postquam Obeliscus usque ad XXII. Constantii filii annum Alexandriæ permansisset, ab eo Principe Romam exportatum, atque Augusti illo veteri (ut puto) ablato, quoniam hic major erat, Circo maximo impositum, cum interim ne Circus Constantinopolitanus sine suo esset obelisco, hic, de quo Gilius loquitur, in aliqua Ægypti urbe repertus magnitudine ut colligunt par obelisco qui in hortis Sallustianis erat, Constantinopolim defertur, ac de eo Petrus Bellonius, ac Michael Mercatus libro suo de Obeliscis scripsere. Verum epistola Juliani Cæsaris, desertoris fidei, quæ nuper emersit, ad Alexandrinos scripta adhuc suo tempore Obeliscum Alexandriæ permansisse exponit, eumque petere ab Alexandrinis videtur ad ornandam Constantinopolim. ὀβελὸν εἶναι παρ' ὑμῖν ἀκούω λίθινον εἰς ὕψος ἱκανὸν ἠρμένον ἐπὶ τῆς ἠϊόνος, ὥσπερ ἄλλό τι τῶν ἀτιμοτάτων ἐρριμμένον. ἐπὶ τούτῳ ἐναυπήγησε σκάφος ὁ μακαρίτης Κωνστάντιος, [2] videtur hic legendum ad historiam Κωνσταντῖνος nisi dicemus Constantium etiam cogitavisse tantum de ducendo obelisco, a morte præventum re infecta; quod non recipio ὡς μέγας ὢν αὐτὸν εἰς τὴν ἐμὴν πατρίδα Κωνσταντίνου πόλιν. Ἐπεὶ δὲ ἐκείνῳ συνέβη θεῶν ἐθελόντων, ἐνθένδε ἐκεῖσε πορευθῆναι τὴν εἱμαρμένην πορείαν, ἡ πόλις ἀπαιτεῖ παρ' ἐμοῦ τὸ ἀνάθημα, πατρὶς οὖσα μου, καὶ προσήκουσα πλέον ἤπερ ἐκείνῳ. Ubi quid dicam in præsentiarum nihil habeo: investigemus.

1. *In Circo Maximo)* Multa siquidem non modo ornamenta, sed nomina magnorum operum veteris Romæ Constantinus Bizantium detulit. Sed in hoc Circo curiam pæne, & aulam exercebant orientalis imperii domini. IX. *hist.* Diac. *Exeunte Imperatore una cum Patriarcha in Hyppodromum delato altario omni populo circumstante Patriarcha fecit orationem, & coronavit Imperator filium suum.* Immo ibi publicabatur Princeps lib. X. idem, *Michael Curopalates mitissimus appellatus est Imperator Romanorum in Hippodromo a toto senatu, atque ordinibus.* Vide Corrippum in electione Justini Minoris. videtur tamen vox hippii non idem, quod hippodromum velle. Hippodromus pro toto Circo accipi reperies, hippium pro parte Hippodromi quæ equorum cursu teritur. Idem auct. l. IIX. *Cumque Hippodromum celebraret, introduxit Artabastum una cum filiis ejus, & amicis ligatum circum per hippium.* inde deferebantur, qui pompabantur. Idem. *Quos omnes per hippium pompavit: ut sit hippium locus proximior spinæ Cassiodori.*

2. *Ex lapide Thebaico)* Sæpe apud Medicos. *In mortario lapidis Thebaici, Marmoris Thebaici.* Adnotavi alibi. Plinius hinc optimum eum lapidem ad terenda collyria esse ait.

3. *Stylobatæ)* Parietes sunt, quibus supponuntur columnæ. Phil. ad. III. lib. Vitruv. c. II. & III. *Hi parietes modo stercobatæ, modo stylobatæ vocantur, vulgus pedestala dicit, supra quas bases columnarum collocantur.* earum duo genera perpetuum & expeditum, idem Plil. lib. V. ad Vitr. erant ex genere columnarum Corinthiæ, Jonicæ, Tuscanicæ, Doricæ. Vitruv. ibidem,

4. *Thebaici rubentis)* Bene rubentis nam erant, qui marmor Thebaicum pro Pyrrhophœcilo absolute capiunt, ac ad rubrum varium vergens *marmo granito in rosso* Itali appellant, & de quo Plin. lib. XXXVI. Isidor. *Etym.* lib. XVI. c. V. nam marmor Thebaicum etiam nigrum, & subfuscum. Spartian. in *Pescen. Nigro* cap XII. *Domus ejus hodie Romæ visitur in campo Jovis, quæ appellatur Pescenniana, in qua simulacbrum ejus in tricboro constituit statim post annum, ex Thebaico marmore, quod ille ad similitudinem sui factum a Rege Thebæorum acceperat. Extat etiam epigramma Græcum, quod Latine hanc habet sententiam.*

Terror Ægyptiaci Niger adstat militis ingens,
Thebaidos socius, aurea secla volens:
Hunc reges, hunc gentes amant, hunc aurea Roma:
Hinc Antoninis carus: & imperio.

quipedem, nempe [1] quantum ſtriatura ſtylobate, his quattuor angularibus lapidibus interclusa, qui cum intermedia parte ſuprema ſtylobate ſuſtinent baſim altam pedes ſeptem, & tredecim digitos, projectam extra imum ſcapum Obeliſci, ſeſquipedem quoquoverſus patentem, novem pedes, totidemque digitos, quæ tota inſculpta eſt ut ſtylobates, qui ſtatuis eminentibus omnia latera inciſa habet, ex Septemtrionali quidem latere expreſſæ ſunt ſtatuæ, duobus ordinibus ſcalptæ, quorum inferior continet duodeviginti ſtatuas, & duas [2] ergatas, earum ſingulas quaterni homines verſant vectibus, quibus funes ductarii circum ergatas volvuntur, Obeliſcum jacentem trahentes. Tum in eodem ordine ſcalptum eſt Obeliſcus rectus ut nunc eſt, tum ſtatuæ tres, quarum Conſtantinopolitani prædicant unam eſſe magiſtri, alteram diſcipuli, quem magiſter, niſi interpoſita tertia perſona retentus fuiſſet, caſtigare conatur, quod ſe abſente Obeliſcum erexiſſet. In ſuperiori ordine binæ ergatæ connituntur cum ergatis inferioribus Obeliſcum jacentem trahere, verſatæ ſingulæ a quaternis hominibus circum volventibus validos funes bene eminentibus toris expreſſos. Quod ſi ſtylobatæ amplitudo capere rationem potuiſſet qua erectus eſt, non dubito, quin talem ſculpſiſſet, qualem deſcribit Marcellinus. *Sola*, inquit, *reſtabat Obeliſci erectio, quæ vix, aut ne vix quidem ſperabatur poſſe compleri, erectiſque uſque periculum altis trabibus, ut machinarum cerneres nemus, innectuntur caſti funes, & longi ad ſpeciem multiplicium liciorum cœlum denſitate nimia ſubtegentes, quibus colligatus Obeliſcus paulatimque per arduum inane protentus, diuque penſilis millibus multis tamquam [3] molendinarias metas rotantibus cavea locatus [4] in media*. Hunc Obeliſcum poſſe etiam Byzantios machinatores in alium locum transferre incolumem, adverti ex columna ſita in dorſo quinti collis Conſtantinopolitani, quæ parum cedebat Obeliſco. Hanc a ſuis ſedibus dejici in terram vidi, in hunc fere modum; circum columnam aliquo tamen interpoſito ſpatio, trabes ingentes crebras in quadrum diſpoſitas in ſolo defixas columna ipſa excelſiores erexerunt, paribus intervallis inter ſe diſtantes, ſupra trabes impoſuerunt tranſverſa tigna, omnia inter ſe firmiſſime revincta, ex quibus Trochleas creberrimas appenderunt, per quas trajecerunt validos funes ab imo columnæ ſcapo ad ſummum ſurgentes, ad columnam ſtrictiſſime alligatos denſis funibus, ut ſe contingerent, & tranſverſis rectos velut tramis ſtamina ſecantibus, formam textilis operis repræſentantibus, extra quadraturam trabium ſimilitudinem turris quadratæ gerentium. Ergatæ utrinque multæ in terram defixæ erant, verſatæ a multitudine robuſtiſſimorum, juvenum funes illos validos quibus columna cingebatur; trahentes tamdiu, quoad columnam a ſedibus ſubtraxerunt, deinde ſenſim detrahentes in terram dejecerunt, & curribus impoſitam firmiſſimis, quos rotæ craſſiſſimis ferris cinctæ ſuſtinebant, traduxerunt incolumem in collem tertium ad Soleimani Regis ædem ornandam.

Jam vero in latere ſtylobatæ Occidentali Obeliſci, inciſum eſt hoc Epigramma.

[6] Κίονα τετράπλευρον ἀεὶ χθονὶ κείμενον ἄχθος
Μοῦνος ἀναςήσας Θεοδόσιος βασιλεὺς
Τολμήσας προκλος ἐπεκέκλετο, καὶ τόσος ἔςη
Κίων ἠλίοις ἐν τριάκοντα δύο,

In latere Orientali inſcriptum hoc eſt Epigramma inciſione literarum Latinarum, ſed paululum exeſa, ſed ut legere potui, ſic habet.

Nigrum nomen habet, nigrum formavimus ipſi,
Ut conſentiret forma, metalle, tibi.

vocat marmor metallum: nam quod fodiendo expetitur μέταλλον, dicitur a μῶ, quod eſt Ζητῶ, Ζητεῖν, μεταλλᾶν ἔλεγον. Lex. magni Auctor.

1. *Quantum ſtriatura*) Strix, & ſtria apud Vitruv. extuberans pars illa eſt, quæ ex cavo, & canaliculis columnarum eminet. Is auctor lib. III. cap. ult. *Uti norma in cavo ſtricis cum fuerit*. Nos *una ſtricca* hinc dicimus Italice, ſicut ab una regula, *una riga*. Striatam frontem Apul. pro rugoſa ſic poſuit.

2. *Ergatas*) Ergata machina tractoria, a ſucula quomodo differat habes ex Vitruv. l. I. cap. III. ubi Philander.

3. *Molendinarias metas*) Legerem ad molendinarias metas. meta enim hic lignum, circa quod petra molaris volvitur: equi enim ſenis, & fuſtuarii non alia meta, quam mola. Proverbium. Ἵππῳ γεράσκοντι τὰ μείονα κύκλ' ἐπίβαλλε. *Exiguo Circo* (molæ) *vetulum committe caballum*. In trapeto tale inſtrumentum columellam ferream vocat *De re ruſt.* cap. XXIII. Cato.

4. *In medias*) In platea Principis Apoſtolorum Sixti V. juſſu Obeliſcum erexit Dominicus Fontana M.DLXXXVII. iiſdem pæne machinis, ita ut modus a Marcellini verbis mutuatus videretur.

6. *Κίονα*) Sic lege,

Κίονα τετράπλευρον ἀεὶ χθονὶ κείμενον ἄχθος,
Μοῦνος ἀναςήσας Θεοδόσιος βασιλεὺς
Τολμήσας πρόκλος ἐπεκέκλετο, καὶ τόσος ἔςη
Κίων ἠελίοις ἐν τριάκοντα δύο.

Proclus hic fortaſſe Pauli filius, de quo epigr. lib. Anth. Εἰς ςήλην Θεοδοσίου βασιλέως. vide epigr. Anth. lib. δ'.

DIFFICILIS. QVONDAM. DOMINIS. PARERE. SERENIS
IVSSVS. ET. EXTINCTIS. PALMAM. PORTARE. TYRANNIS.
OMNIA. THEODOSIO. CEDVNT. SVBOLIQVE. PERENNI
[1] TERDENIS. SIC. VICTVS. DVOBVSQVE. DIEBVS
SVB IVDICE. PROCLO. SVBLIMES. ELATVS. AD. AVRAS.

In Meridiano latere duplex ordo statuarum exprimitur, inferior quattuor currus partim bijuges, partim quadrijuges habet, quorum unumquemque unus regit auriga. Superior ordo continet duos equites, tres pedites, togatos tres, Obeliscos duos, quattuor columnas in quadrum dispositas [2] epistylia sustinentes. Jam vero ex Boreali basis latere scalpti sunt quattuor ordines, continentes trigintaquinque statuas togatas. Ex latere Occidentali eminent duo ordines, quorum inferior habet novem statuas supplices offerentes munera Regi, qui stat in superiori ordine cum statuis decem & sex. Latus meridianum duobus ordinibus distinguitur, inferiore decem statuas togatas exprimente, superiore viginti togatas omnes, exceptis quattuor clypeatis. Latus Orientale habet in parte inferiori tres ordines, infimus continet decem & sex personas, alias viriles, alias muliebres saltantes, alias organa pulsantes, supra quas eminent duo ordines capite tenus, puto spectatores. Superior ordo reddit viginti statuas, harum sex ab aliis distinguuntur columnis, media coronam tenet manu: supra basim extant quattuor [3] tesseræ æneæ, quibus in quadrum dispositis, totus Obeliscus sustinetur, cujus quidem quadrati singula latera ima lata sunt circiter sex pedes ab imo ad summum scalpta notis Ægyptiacis.

In medio Hippodromo etiamnum extat structilis Colossus ex lapidibus quadratis factus, olim ut quidam imperitus in lucem prodidit, marmoreis crustis, ut vero Epigramma in ejus basim incisum testatur, æreis tabulis vestitus ferro colligatis, ut apparet ex foraminibus non modo in scapo, sed etiam in basi remanentibus, in quæ quidem foramina regulæ ferreæ insitæ erant plumbo confirmatæ, nunc spoliatis restat structuram interiorem lapideam prodens barbarorum avaritiam expertus, qualem prius periclitatus est [4] Rhodius, quem regnante Constante nepote Heraclii Agareni distraxerunt post mille & trecentos annos ex eo tempore, quo ejectus fuerat: Quem Judæus quidam Emesenus emit, & ejus æs distractum nongentis camelis exportavit, in illius Constantinopolitani basi incisi sunt versus subsequentes.

Τετράπλευρον θαυμάτων μετάρσιον
Χρόνῳ φθαρὲν, νῦν Κωνσταντῖνος
Δεσπότης ὁ Ῥωμαιὸς παῖς, δόξα τῆς σκηπτουχίας
Κρεῖττον νεουργεῖ τῆς πάλαι θεωρίας
Ὁ γὰρ κόλοσσος θάμβος ἦν ἐν τῇ
Ῥόδῳ, καὶ χαλκὸς ἔστος
Θάμβος ἐστὶν ἐνθάδε.

Tres gradus imæ hujus basi adjuncti sunt, primus a terra altus est duos pedes, secundus pedem & duos digitos, tertius tantundem. Basis est marmor quadratum altum septem pedes & tres digitos, cujus latera singula lata decem pedes & dodrantem. Hic Colossus excelsior est Obelisco, in cujus cacumen festo quodam die, qui celebrabatur ob circuncisionem Principis Boldaniæ, ascendere vidi circulatorem quendam bene peritum, & descendere incolumem, quem subsecutus alter imperitior ascendit quidem similiter in cacumen, sed excelsitas ita præstrinxit ejus oculos, ut desperans descensum, se quantum contendere potuit, longe a colosso projecerit, ne decideret in colossi crepidines, itaque rectus cadens pedibus alte defixis in terram statim mortuus spectatus est.

In Ordine Obeliscorum directo in mediam longitudinem Hippodromi septem columnæ extant, quarum una ex marmore Arabico facta, perimetrum habet decem & septem pedum & octo digitorum, in qua Abramus Bassa Herculem ex ære factum de Ungaricis Manubiis statuerat. sed illo extincto, Hercules qui non modo vivus in domandis monstris orbem peragraverat, sed etiam mortuus huc illuc gestatus fuerat, tot clades evaserat, tandem eversus, & distractus est a Turcis acerrimis hostibus statuarum, & totius artis Vitruvianæ Hercule præstantioribus, qui tertio decimo proposito certamine Herculem vicerunt fortius quam qui primi vicerunt longis ante temporibus ex eo, quod Herculem ligneum summa arte factum combussissent: ut [5] Diagoras impius in publicum diversorium profectus cum lignis egeret ad lentem

1. *Terdenis)* Legerem.
Terdenis sic victus enim, duobusque diebus
Judice sub Proclo sublimes latus in auras.

2. *Epistilia)* Ab ἐπὶ, καὶ στήλη dicta, quod super Columnas imponantur. ad lib. III. Vitruv. & ibi Philander.

3. *Tesseræ)* Cubi formam lib. v. describit Vitruv.

4. *Rhodius)* Muhavias Rex Agarenorum hujus facinoris artifex. Paul. Diac. lib. IV. *Anno duodecimo imperii Constantii Muhavias Rhodum rediens detraxit Colossum ejus, post mille trecentos sexaginta stabilitatis ipsius annos, quem cum Judæus quidam Emesenus negotiator emisset noncentos Camelos ex ejus ære oneravit.* Ante Strabonem conciderat. ille lib. XIV. Ἄριστα δὲ ὁ τοῦ ἡλίου Κόλοσσος. Et mox, κεῖται δὲ νῦν πρὸ σεισμοῦ πεσὼν περικλασθεὶς ἀπὸ τῶν γονάτων. Inter primum & secundum bellum Punicum, M. Torquato, & Ful. Flacco Coss. ut hist. lib. III. colligit Eutrop. corruisse.

5. *Diagoras impius)* Narrat hanc historiam Tzetza, & iisdem pœne verbis, unde videri rem sublatam possit: ad Diogenem alii referunt factum. Iste ἄθεος dictus. Vide Lucian. ejus impietatem damnat Cassiod. De vera fide Christi ad Epiphanium.

1. *Ce-*

coquendam, inveniſſetque Herculem ligneum pulcherrime, & ſumma arte laboratum eum in fruſta diſſectum in ignem conjecit, addens hæc verba. *O Hercules, qui duodecim certamina ſubiiſti, age, & tertium decimum certamen ſubeas, & lentem nunc coquas*. Extat etiam in eodem ordine altera columna ænea, ſtriata non quidem canaliculis, rugas matronalium ſtolarum referentibus, ſed ſpiris trium ſerpentum in ter ſe circumplicatarum non ſurſum verſus directis, ſed tortis in modum tororum. Quos valde eminentes exprimunt magni funes, & deſinentibus in caput triceps trium ſerpentum, quarum capita in triquetram formam diſpoſita longe eminent ſupra columnæ toroſum ſcapum. Quam ob rem fuerit hæc columna poſita, Conſtantinopolitani multa fingunt, ſed nugatoria omnia, ignorantes majorum ſuorum hiſtorias. Inter quos Zoſimus ſcribit Conſtantinum magnum in Hippodromo ſtatuiſſe Apollinis ſtatuam. Sozomenus Salaminus adjungit, Conſtantinum non modo tripodes Delphicos in Hippodromo poſuiſſe, ſed etiam [1] celebratiſſimum tripodem, quem Pauſanias Lacedæmonius, atque Urbes Græcæ poſt bellum Medicum Apollini Delphico conſecrarunt. Euſebius Clarius tradit Conſtantinum in quadam Conſtantinopolis parte Sminthium Apollinem ſtatuiſſe, in Hippodromo autem conſtituiſſe Pythium tripodem, [2] circa quem ſerpens in ſpiras volveretur; ex quibus veriſimile videtur, tripodem illum ſtatutum fuiſſe ſupra hanc columnam æream tricipitem, ut erat apud Delphos ex [3] Herodoto, qui tradit ex decimis Manubiarum Perſicarum tripodem aureum factum in Delphis collocatum fuiſſe ſupra ſerpentem tricipitem æreum, atque idem affert Perſis ad Plateas victis, tripodem aureum ibi repertum, redditum fuiſſe Deo Delphico, inſiſtentem ſupra triplicem ex ære colubrum proxime aram. Similiter errant qui putant hanc columnam nunc æream olim inauratam ſpoliatam auro fuiſſe a Turcis, cum multis ſæculis ante Turcas aurum detractum fuerit, ut liquet ex Pauſania. *Commune*, inquit, *fuit Græcorum de Platæenſi prælio donum aureus tripos ſuſtentatus æneo dracone*. æſque Pauſaniæ ætate manſit ex eo donario integrum, auri quod fuit, duces Phocenſium amoverunt; deinceps quinque columnæ inſequuntur tenentes eundem ordinem quem tenent Obeliſcus, Coloſſus, & ænea columna procedentem recta via per mediam Hippodromi longitudinem. In fronte Hippodromi ſpectante ad Propontidem, decem & ſeptem columnæ marmoris albi, etiam tum extabant, cum veni Byzantium, cum ſpiris, & capitulis, & epiſtyliis digeſtæ in ordinem ambientem Hippodromi partem ſitam inter Meridiem & Occaſum, quarum ſtylobatæ alti duos pedes, & decem digitos ſuſtentati ſubſtructionibus fornicatis, æquatiſque ex interiori plus minus altis quinquaginta pedes poſiti ſinguli ſunt ſupra murulum projicientem duos gradus, [4] vel plinthos quadratos, inferiorem quidem non ex uno lapide factum altum pedem & digitum, ſuperiorem vero altum pedem & digitos ſex, projectum extra ſtylobatem octo digitos, quorum ſingula latera lata pedes octo, & dodrantem, ſtylobatæ lati quinque pedes & ſeptem digitos quoquo verſus, eorum eminentiæ imæ poſitæ pro toris reliquiſque modulis ſunt alti ſex digitos & ſemidigitum: ſuperiores eminentiæ poſitæ pro [5] coronidibus tantundem ſpiræ: plinthus craſſus undecim digitos, torus inferior ſeptem digitos & dimidium digitum, ſcotia quattuor digitos, torus ſuperior ſex digitos. calcaneum ſcapi altum quinque digitos, diameter ſcaporum eſt trium pedum, & quinque digitorum, eorum altitudo viginti octo pedum: nunc ſcapi proſtrati jacent cum capitulis, & baſibus nuper everſi ad ædificandum Xenodochium Regis Soleimani. Dolui eorum caſum, non tam ex eo, quod projecti humi jacerent, quam quod eorum nonnulli ſecarentur in tabulas ſolum conſtraturas balneorum, quodque capitula ex antiqua artis ratione commutarentur in barbaricos modulos, aut in pilas excavarentur piſtrinarias, epiſtyliaque & ſpiræ exſcinderentur in murorum ædificationem, intercolumnia inter ſcapos lata erant undecim pedes diaſtyli compoſitione lubrica: ex qua adverti propter intervallum magnum epiſtylia fracta eſſe, capitula omneis modulos habebant, operis Corinthii, & trabeatio egregie expreſſa præter echinos, qui ſcalpti non erant, annuli ferrei, & epiſtyliis pendebant, unde vela ſuſpendebantur. Supra harum ordinem columnarum extabat alter ordo columnarum etiam aliquanto poſt, quam Othomanni ceperunt Urbem, antequam Galli, & Veneti cepiſſent Conſtantinopolim, extabant in Hippodromo cum alii permulti [6] equi lapidei, & ærei, tum quattuor inaurati mira ar-

---

1 *Celebratiſſimum tripodem*) Euripus in Chriſtiano. Zoſimus vero ait lib. II. poſuiſſe in Hippodromo καὶ τὸν τρίποδα τὸν ἐκ Δέλφοις, Απόλλωνος ἄγαλμα. De tripode vetuſtiſſimo in Monte Sicco Conſtantinopoleos ſic Priſcianus lib. I *Egomet legi in tripode vetuſtiſſimo Apollinis, qui ſtat in Xerolopho Byzantii ſic ſcripta* δημοφάγων, &c.ſcilicet per digamma.

2 *Circa quem ſerpens*) An ille Dracunculus, qui a Corunno Bulgarorum Duce, cum aliis ornamentis Hippodromi exportatus e Conſtantinopoli eſt? Paul. Diac. lib. ult. De eodem Imerius meminit, ubi quoque Hyænæ ſimulachrum nominat, illud nempe, quod in Andronico Comneno deſcribit Nicetas.

3 *Herodoto*) Locus eſt ejus in *Calliope*. nec minus Pauſanias in *Phoc*. ejus rei auctor eſt; ut noſter habet.

4 *Plinthos*) Sunt plinthi partes columnarum ultimæ; ita ut baſis plinthus ſit, ſequatur altera baſis, quæ inferior nuncupabatur, mox trochilus, torus deinde ſuperius, ſuper quem columna imponitur. Adi Phil. ad Vitruv. lib. III.

5 *Choronidibus*) Choronicibus; coronix quid ſit habet eodem loco idem Phil.

6 *Equi . . inaurati*) Eos pœne depinxit nobis Nicetas. Ανωθέν τε ἵπποι χαλκήλατοι τετρή-

te elaborati, [1] quales hodie extant supra vestibulum ædis Marcianæ Veneticæ, quos deportatos ajunt ex Constantinopoli. Prætereo non modo permultorum Regum, Principum statuas in Circo statutas: inter quas 2 Justiniani Regis statua celebratur pervulgatis versibus, sed etiam Eunuchorum maxime valere solitorum apud Imperatores Constantinopolitanos. Inter quos fuit statua Platonis Eunuchi Cubicularii Regii, qui imperante Basilisco exustus est. In cujus quidem statuæ pectore etsi inscriptum Suidas testatur fuisse, qui hanc statuam in alium locum transtulerit, laqueo suffocetur, tamen ex templo Procopii, in quo prius erat, cum id reficeretur, traducta est in Hippodromum. Jam vero quid commemorem infinitas statuas pugilum, luctatorum, aurigarum, in Hippodromo sitas, quæ etsi dudum perierunt, tamen recens eorum memoria non perit, retenta plusquam trecentis versibus etiamnum extantibus, quibus nonnulli aurigæ decantantur, sed permultorum memoria extincta est, ut Thomæ aurigæ præstantissimi, quæ ne funditus pereat, me admonet lapidis fragmentum, quod vidi Byzantii cum hac inscriptione θωμᾶ ἡνιόχου, qui fortasse ille est, de quo ad Faustum Romæ præpositum Theodoricus Rex scribit: *Dudum Thomati aurigæ ex Orientis partibus advenienti annonas rationabiles consideratio nostra largita est, donec ejus artem probaremus, & animum. Sed quoniam in hoc agone primatum dicitur obtinere, ejusque voluntas, patria derelicta, nostri sedes fovere delegit Imperii, menstrua eum duximus largitate solidandum, ne adhuc ambiguum redderemus, quem Italiæ dominatum elegisse cognovimus. Is enim frequenter victor per diversorum ora volitavit, plus vectus fa-*

A *vore, quam curribus. Suscepit partem populi protinus inclinatam, & quos ipse fecerat tristes, laboravit iterum reddere lætiores, modo agitatores arte superans, modo equorum velocitatem transcendens. Frequentia palmarum eum dici faciebat maleficum, inter quos magnum præconium videtur esse ad talia crimina pervenire. Necesse est enim ad perversitatem magicam referri, quando victoria equorum meritis non potest applicari. Spectaculum expellens gravissimos mores, invitans levissimas contentiones,* B *evacuator honestatis, fons irriguus jurgiorum, quod vetustas habuit sacrum, sed contentiosa posteritas fecit esse lubricum.* Ex quibus Theodorici verbis assequi possumus, hunc Thomatem, qui forte Byzantium reliquerat ob factiones partium, periclitatum fuisse Romæ ob partes diversis coloribus in diversa studia distractas, quæ non modo Romam, sed etiam Constantinopolim gravissime afflixerunt, quibus non modo cives, sed etiam Imperatores magni in gravissi- C mum discrimen Imperii inciderunt. Nunc vero Circus Constantinopolitanus friget omnibus ornamentis spoliatus, nuperque exædificari cœptus est, quod me spectantem dolore affecit, quem augebat Belisarii primum de Rege Vandalorum in Hippodromo triumphantis, deinde ob virtutem summam maxime periclitantis recordatio, quam mihi dabat numisma, quod tum forte habebam in manibus, in cujus uno latere sculptus erat Justinianus, Belisarium excipiens D triumphantem, in altero Belisarii imago cum hoc elogio. GLORIA ROMANORUM BELISARIUS. Procopius scribit in Hippodromo fuisse portam appellatam *Cochliam* ob descensum in orbem procedentem. Itemque 3 aditum fuisse quendam, qui appellaretur mortuus, idem etiam dicit in

---

γασι χρυσῷ ἠλιλιμμένη τὰς αὐχένας ὑπογυροι, ἀντιβλέποντες ἀλλήλοις, καὶ δρόμον καμπῆρος πνέοντες. *Super vero quattuor equi aurati stant collis incurvis obversi sibi invicem, & flexum metæ meditantes.* Vocat Imerius, τέσσαρα ἱππάρια χρυσόβαφα.

1 *Quales*) Immo, metipsi; nam cum in ditionem Venetorum Constantinopolis venisset, Venetias hi sunt exportati, ante ipsos olim ludi quidam editi in foro B. Marci. De iis equis Petrarcha lib. *Sen.* IV. epist. 11. *Cum immenso Procerum comitatu frontem Templi supra vestibulum occuparet* (Dux) *unde marmoreo e suggestu essent cuncta sub pedibus: locus est, ubi quattuor illi ænei, & aurati equi stant, antiqui operis, & præclari, quis quis ille fuit artifex, ex alto pœne vivi adhinnientes, ac pedibus obrepentes.*

2 *Justiniani Regis*) De eadem statua Imerius. ἡ στήλη ἐν τῷ Ζευξίππῳ Ἰουστινιανοῦ ἐστιν, ἡ καθίδρυται κρατοῦντος τοῦ πρασίνου μέρους Ἰουστινιανὸς, καὶ Κωνσταντῖνος νέοι ἀπόστολοι. in columna fere statua apud Græcos, ut dicari columnam, pro statua diceretur. Sed Imperatorum simulachra ex lapide usus fuit exigendi in Hippodromo. Sozomen. lib. IIX. Ἀνδριάντος ἀργυροῦ τῆς τοῦ βασιλέως γαμετῆς ἐπὶ πορφύρου κίονος ἀνατεθέντος, ὃς καὶ νῦν ἐστι πρὸς μεσημβρίαν. Κρότοι τε καὶ δημώδεις θέαι ὀρχηστῶν τε, καὶ μίμων ἐνθάδε ἐπετελεῖτο, ὡς ἔθος ἦν τότε ἐπὶ τῇ ἀνακλήσει τῶν βασιλικῶν εἰκόνων. Sed aurigarum quoque imagines ibi haberi consuetæ sunt, ut in *Anthol.* sæpissime invenies.

3 *Aditus, qui diceretur mortuus*) Porta mortua, porta θανάτου, quæ videlicet primæ metæ e conspectu erat, e qua non exibant equi, & tertiadecima ista, major scilicet, unde pompa ferebatur, ac deferebatur supra illud ostium apud Romanos, locus Principis erat, & quoniam in ejus porticu pompa præparabatur, ac supra Principes spectabant, pulvinar locus dicebatur a Deorum simulachris. Apud Græcos nec minus supra hoc ostium Imperatorum suggestus: Græci. μαππάριος δὲ καλεῖται, ὁ ἐν τῷ μέσῳ ἱστάμενος, καὶ τοῦ δρόμου ἔχον τὸ σύνθημα. Glossa Basilic. vero. εἰώθησαν ἐν τῷ θεάτρῳ οἱ ὕπατοι διαχεῖσθαι πρότερον, καὶ μετὰ τὸ διωθεῖν ῥίπτειν τὰ τῶν χειρῶν ἐκμαγεῖα, ἅπερ τῇ Ῥωμαϊκῇ φωνῇ Μάππαι λέγεται, καὶ ταῦτα ἀναλαμβανόμενος, ὁ ἐπὶ τοῦτο τεταγμένος, ὡς σύνθημα διαθέσεως τὸν ἀγῶνα ἐπετέμεσε. καὶ διὰ τοῦτο ἐλέγετο ὁ τοιοῦτος Μαππάριος. In medio itaque Mapparius consistebat, atque inde delapsam mappam e manu Principis, aut editoris, quod signum emittendi quadrigas erat, recipiebat; in medio ergo Principes etiam tractus illius, qui dicebatur oppidum apud Romanos, sedem suam in spectaculis habebant. Recepisse labentem mappam e manu Præfecti certaminis mapparium etiam Cedrenus testatur. ὅπερ ὑποδεχόμενος, ὁ μαππάριος καλεῖται. Florentiæ ubi vestigia veterum ludorum magis quam alibi Serenissimorum Mediceorum Principum auspiciis conservantur,

Hippodromo fuiſſe porticum appellatam *Venetiam* a Veneta parte ibi ſedere ſolita, ex qua colligere licet, fuiſſe etiam porticum praſinam, aliaſque porticus aliorum colorum, parteſque non promiſcue ſed porticibus diſtinctas ſpectaviſſe.

Ejus Circi deſcriptionem, ex antiqua Conſtantinopolis topographia, quæ paulo antequam Urbs in Turcarum poteſtatem veniſſet facta fuit, excerptam ſic adjeci, parum his quæ a Petro Gylio dicuntur quadrantem. Fieri enim poteſt ut centum annorum intervallo, Circi ſive Hippodromi Conſtantinopolitani aſpectus mutatus ſit, Turcis eum in dies demolientibus, & vaſtantibus, ac ad ſuos uſus præclariſſima marmora, & columnas vertentibus.

Caſſiodorus libro III. *Variarum.*
Fauſto Præpoſito Theodoricus Rex.

QUantum Hiſtrionibus rara conſtantia, honeſtumque votum; tanto pretioſior eſt, cum in eis probabilis monſtratur affectus. Carum eſt enim homini reperiſſe, ubi aliquid ſe laudabile non putaverat invenire. Dudum ſiquidem Thomati aurigæ, [1] *ex orientis partibus advenienti annonas rationabiles conſideratio noſtra largita eſt, donec ejus artem probaremus & animum. Sed quoniam in hoc agone primatum noſcitur obtinere, ejuſque voluntas, patria derelicta, noſtri ſedes fovere delegit Imperii, menſtrua eum duximus largitate ſolidandum. Ne adhuc ambiguum redderemus, quem Italiæ dominatum elegiſſe cognovimus. Is enim frequenter victor per diverſorum ora volitavit,* [2] *plus vectus favore quam curribus. Suſcepit partem populi protinus inclinatam, & quos ipſe fecerat triſtes, laboravit iterum reddere lætiores, modo agitatores arte ſuperans, modo equorum velocitate tranſcendens, frequentia palmarum eum dici* [3] *faciebat maleficum, inter quos magnum præconium videtur eſſe ad talia crimina pervenire. Neceſſe eſt enim ad perverſitatem magicam referri, quando victoria equorum meritis non poteſt applicari. Spectaculum expellens graviſſimos mores, invitans leviſſimas contentiones, evacuator bo-*

Magnus quoque Dux, ubi emitti e linea volunt equi, oſtenſione orarii lintei miſſum publicat, ſtatimque poſt ſe equi in pedes dant. Ex eodem loco Hippodromi Monetæ ſpargebantur, & ſparſiones fiebant, & involucra quædam erant, quibus pecunia adligata immittebatur in populum. ῥιπτοῦντο οἱ σινηθεῖς ἀπόδεσμοι. Habet Pachymer. l. IX. *hiſt.* Quod & Codinus confimat. Nodi igitur ex ſegmentatis linteolis Italice *groppi con denari*. Folles, ſive pholes velis, dicti a Græcis quoque Latina puto ab origine, quod ex corio tumerent crumenulæ parvæ in vulgus jactæ; certe φόλα, ſive φόλλα obulus in Gloſſa. Hermanopulus in *Eleg.* παρεχέτω ὑπὲρ αὐτοῦ ἡμερέσιον κεράτιον ἕν. ἤγουν φόλας δώδεκα. Cedr. Κέρατα δὲ αἱ δώδεκα φόλλεις ὠνομάσθησαν, Duodecim Pholæ ergo ceratium unum implebant; noſtri *folla* vocant tumultum, nam cum ſparſio fit a Principibus, tumultuari populus, arctarique cernitur.

1 *Ex orientis partibus*) eo gratior futurus ob novitatem hominis, nam e longinquo petebantur aurigæ. Sym. lib. VI. ep. XLII.

2 *Plus vectus favore*) non abſimile Silianum illud.

Impellit currum clamor, voceſque faventum.

nam re vera *in ſacris taciturnitas, in ludis neceſſarius eſt favor.* Lucan. de equo.

—— quantum clamore juvatur
Elæus ſonipes.

D. Hieronym. *equorum curſus favore pernicior fit.* hinc ab aura *Auriga* quidam ajunt: ut alibi fuſius. Non enim Dominis tantum, ſed equis encomia ſua tribuerunt. Pind. ode I. *Olymp.*

—— εἴ τι τοι Πίσας τε
Καὶ Φερενίκου χάρις
Νόον ὑπὸ γλυκυτά-
ταις ἔθηκε φροντίσιν.

3 *Faciebat maleficum*) faſcinantur magicis, & acuuntur equi. D. Hieronymus in vita Pauli Eremitæ; & oſtendit Lucilii Poetæ Græci epigr.

Θέσσαλον ἵππον ἔχεις Ἐρασίστρατε, ἀλλὰ σαλεῦσαι
Οὐ δύνατ' αὐτὸν ὅλης φάρμακα Θεσσαλίης.
Theſſalus eſt tibi equus, tardum quem non agitare
Totius poſſent pharmaca Theſſaliæ.

hinc ſæpe in Hom. immiſſum robur equis a Diis leges. Solin. quidem cap. x. *Accipimus Demetrium Abderitem oſtentationi ſcrupuli hujus*: lege *ſcapuli*: loquitur ſiquidem de Catochete lapide, & dixerat antea eſſe non tam gemmam, quam cotem *frequenter uſum ad probandam occultam naturæ potentiam in certaminibus, quæ contra magos habuit.* huc traho rem. De irritandis vero equis ad curſum magicis, videndus D. Baſilius ad Pſ. XLIIX. Pierius Valerianus de Pelope. Martinus Cromerus de reb. Polon. Arnobius etiam; *qui enim hos neſciat familiarium diſrumpere charitates, aut ſine clavibus reſerare, quæ clauſa ſunt, aut ora ſilentio vincire, aut in curriculis equos debilitare, incitare, tardare?* Lib. III. cap. LXXIV. Veg. *rei veter.* Ad faſcinum equi: *bituminis igitur, & ſulphuris parum cum granis lauri ex aqua defundes per nares: præterea coriandrum, vel ſemen ipſius cum ſulphure, & tæda carbonibus circum feres, ex aqua ferventi animal conſperges, ſuffumigabis.* In pugillatu etiam hac arte magica fuere uſi. Tzetza Chil. IIX. cap. CCXXXVII. ſed equi etiam Solis, aut Lunæ non ne magis exhauſti, detentique? Petr.

—— lunæ deſcendit imago
Carminibus detenta meis, trepiduſque furentes
Flectere Phœbus equos revoluto cogitur orbe.
Tantum dicta valent.

Curſum detinere, aut augere proprium maleficarum. Flacc. lib. I. *Argon.*

—— Idæo frutices in gurgite ſiſtam,
Et rurſus Fluvios in ſummo vertice ponam,

nestatis, [1] fons irriguus jurgiorum, quod vetustas quidem habuit sacrum, sed contentiosa posteritas fecit [2] esse lubricum. Primus enim hoc apud Elidem Arcadiæ civitatem Oenomaus fertur edidisse, quod postea Romulus in raptu Sabinarum, necdum fundatis ædificiis ruraliter ostentavit Italiæ. Sed mundi Dominus ad potentiam suam opus extollens, mirandam etiam Romanis fabricam in vallem Murciam tetendit Augustus, ut immensa moles firmiter præcincta montibus contineret, ubi magnarum rerum indicia clauderentur. [3] Bissena quippe ostia ad duodecim signa posuerunt. Hæc ab [4] hermulis funibus demissis subita æqualitate panduntur docentes totum illic, ut putabatur consilio geri, ubi imago capitis cognoscitur operari. Colores autem invicem temporum quadrifaria divisione funduntur, Prasinus virenti Verno, Venetus nubilæ Hyemi, Roseus Æstati flammeæ, Albus pruinoso Autumno dicatus est. Ut quasi per duodecim signa digrediens annus integer signaretur; sic factum, ut naturæ ministeria spectaculorum composita imaginatione luderentur. Biga quasi Lunæ, Quadriga solis imitatione reperta est. Equi desultorii, per quos Circensium ministri missus denunciant exituros, Luciferi præcursoris velocitates imitantur; sic accidit, ut dum se colere astra putarent, religionem suam ludicra similitudine profanarent. Alba linea non longe ab ostiis in utrumque podium quasi regula directa producitur, ut quadrigis progredientibus, inde certamen oriretur, nedum semper præpropere conantur elidere, spectandi voluptatem viderentur populis abrogare; [5] Septem metis certamen omne peragitur in similitudinem hebdomadis reciprocæ. Ipsæ vero metæ secundum Zodiacos decanos ternas obtinent summitates, quas adinstar solis quadrigæ celeres pervagantur; [6] Rotæ Orientis, & Occidentis terminos designant. Euripus maris vitrei reddit imaginem, unde illuc delphini equorei aquas interfluunt. Obeliscorum quoque prolixitates ad cœli altitudinem sublevantur, sed potior Soli, inferior Lunæ dicatus est. Ubi sacra Priscorum Chaldaicis signis quasi litteris indicantur. Spina infelicium captivorum sortem designat, ubi duces Romanorum supra dorsa hostium ambulantes, laborum suorum gaudia perceperunt. Mappa vero, quæ signum dare videtur Circensibus, tali casu fluxit in morem; Cum Nero prandium protenderet, & celeritatem, ut assolet, avidus spectandi populus flagitaret, ille Mappam, qua tergendis manibus utebatur, jussit abjici per fenestram, ut libertatem daret certaminis postulati. Hinc tractum est, ut ostensa Mappa certa videatur esse promissio Circensium futurorum. Circus, a circuitu dicitur. Circenses, quasi Circienses, propterea quod apud antiquitatem rudem, quæ necdum spectacula in ornatum deduxerat, fabricarum inter enses & flumina locis virentibus agerentur. Nec vacat, quod viginti quattuor missibus conditio hujus certaminis expeditur, profecto, ut diei noctisque horæ tali numero clauderentur. Nec illud putetur irritum, quod metarum circuitus ovorum erectionibus exprimatur, quando actus ipse multis superstitionibus gravibus [7] ovi exemplo geniturum se avem ali-

Alia forte erat f[illegible] Ti- de Po[illegible] lib. III.

Nemesian.

Cantant quod luna timet, quo rumpitur anguis,
Quo currunt scopuli.

Petron. ibidem.

—— & jussi stare dracones.

1 *Fons irriguus jurgiorum*) Fulg. lib. II. mytholog. *Denique cum Ericthonius adolesceret, quid invenisse dicitur, nisi currum, ubi invidiæ certamen.*

2 *Esse lubricum*) Ludibrium; nam a prudentioribus castigata hæc certamina, ut impia, & stolida; præcipue a Patribus sacris.

3 *Bissena*) Ad duodecim signa; huc refert illud Ovid. lib. *Metam.* II.

Signaque sex foribus dextris, totidemque sinistris.

Vetus epigramma.

Circus imago poli, formam cui docta vetustas
Condidit ad numeros liminis ætherei:
Nam duo per denos ostendunt ostia menses,
Quæque meat currens aureus astra jubar.

4 *Hermulis*) Miscet stadium cum hippodromo, & Græcum, cum Latino Circo; nos alibi fusius. Hermulam sive Hermam Juven. describit sat. IIX. *truncoque simillimus Hermæ*, & nos superius.

5 *Septem metis*) Metas pro recursu & flexione accipit, ut videtur scripsisse etiam Callisthenes in Alexandri magni ludis. *πρῶτον καμπτῆρα δεύτερον, καὶ τρίτον καὶ τέταρτον περιέκαμπτον*, sic excusa Cassiodorum.

6 *Rotæ orientis*, &c.) Corrippus ad hunc sensum advertit lib. I.

Amplectens geminas equo discrimine metas.

Rabbanus Abbas (de die) *ergo quia de uno spatio naturalis diei satis mihi fecisti, de altero quoque spatio ejus, quod est nox, ut edisseras flagito.*

7 *Ovi exemplo*) Avem dixit pro pullo; pulli & *πῶλοι* equuli. in Cod. Athenæi vulgari *ἵππος* pro pullo gallinaceo legitur. *καὶ γὰρ ὀρνίθων πλῆθος τὸ ἀεί, ἔτι δὲ τῶν νεοσσῶν ὀρνίθων, οὓς ἵππους τινὲς καλοῦσιν.* sic & apud Hesychium *ἵππος, κόττος*. avis igitur hic, pullus equinus, quia avem velocitate, ex ovo tamquam illo natus referret. Sed re vera ac serio ad ostendendum naturæ typum ovum proponebatur in spina, ubi Solis obeliscus; spina Zodiacum reddebat, & ex ea vis in humanis defluit animalis caloris, & fœtifici, ut significaretur fœturas omnes, atque etiam avium e solari tempore ova ad generationem maturari; sufficere siquidem ad generandas aves, sive Ignis, sive Solis calorem clarum est; ex Aristotele refert Antigonus *περὶ ἱστοριῶν παραδόξων* c. CIV. *καὶ ἐν Αἰγύπτῳ κατορύττοντας εἰς κόπρον νεοττοὺς ποιεῖν*, in Ægypto *defodientes in fimum* (ovo) *pullos producere*; testudinem narium afflatu ova fovere Petronius in epigr. testis est.

Sic Phœbea chelys vinculo resoluta parentis
Lucinæ tepidis naribus ova fovet.

A *quam profitetur; & ideo datur intelligi, volitantes atque inconstantissimos inde mores nasci, quos* [1] *avium matribus aptaverunt. Cætera Circi Romani longum est sermone decurrere, dum omnia videantur* [2] *ad causas singulas pertinere. Hoc tantum dicimus, omnimodis stupendum, quod illic, supra cætera spectacula fervor animorum inconsulta gravitate rapiatur. Transit Prasinus, pars populi mæret, præcedit Venetus, & totius turba Civitatis affligitur, nihil proficientes, ferventer insultant, nihil patientes graviter vulnerantur, & ad inanes contentiones sic disceditur tamquam de statu periclitantis patriæ laboretur. Quod merito creditur dicatum numerosæ superstitioni, ubi ab honestis moribus sic constat excidi. Hæc nos foveamus necessitate populorum imminentium, quibus* [3] *votum est ad talia convenire, dum cogitationes ferasdelectantur abjicere. Paucos enim ratio capit, & raros probabilis oblectat intentio, & ad illud potius turba ducitur, quod ad curarum remissionem constat inventum. Nam quicquid æstimat voluptuosum, hoc & ad beatitudinem temporum judicat applicandum. Quapropter largiamur expensas, non semper ex judicio demus. Expedit interdum* [4] *desipere, ut populi possimus desiderata gaudia continere.*

Ex C. Soli Sidonii Apollinaris Galli Arvernorum Episcopi Panegyrico de laudibus Civitatis Narbonæ, & ejus civium, *ad Consentium Civem Narbonensem.*

Nam Circensibus ipse quanta Ludis
Victor gesseris intonante Roma
Lætam par fuit exarare Musam.
B *Janus forte suas* [6] *bifrons Calendas*
Anni tempora [7] *circinante Phœbo*
Sumendas referebat ad curules.
Mos est Cæsaris, ut die bis uno
Privatos vocitent parare Ludos,
Tunc cætus juvenum, sed [8] *aulicorum*
Elaei simulachra torva campi.
Exercent spaciantibus quadrigis,
Et jam te [9] *urna petit, ciet quæ raucæ,*

---

1 *Avium matribus*) Gallinis: sic Martialis; alibi superius; avis pro gallina. Plinius Valerianus. *In ollam novam mittitur avis, aut quodlibet aliud animal.* Gallinam intelligit. Vere matres. Nam *in nutriendo eas occupatas* dicit *de re rust.* Varro.

2 *Ad causas sing. p.*) Adi Rhod. lib. IIX. cap. VII. de hac item re Corrippum lib. II. sed alibi nos fusius.

3 *Votum est*) Juvenalis sat. X.

—— nam qui dabat olim
Imperium, fasces, legiones, omnia, nunc se
Continet, atque duas tantum res anxius optat,
Panem, & Circenses.

ille etiam apud Symm. *orat clementiam vestram, ut etiam curules, & scenicas voluptates suggeratis.* Non igitur vis in populo si coerceatur.

4 *Desipere*) ex illo Horatii ad Virgilium. *Dulce est desipere in loco.* Tib. lib. II.

Una diem celebrent: non festa luce madere
Est rubor, errantes & male ferre pedes.

5 *Janus*) Apud Græcos etiam Principes hic usus, ut ineunte anno ludos Curules darent, apud veteres Latinos haud reperies tale institutum, ut alibi diximus. Corrippus lib. II.

Dona Kalendarum properant vicina mearum:
Vos vestris adstate locis, properate, parate;
Promissaque die nostros spectate curules.

& vers. XL. dona, & congiarium, quod dabant Principes, describit.

Dona Kalendarum, quorum est ea cura, parabant:
Convectant rutilum, cistisque capacibus aurum,
Accumbunt, onerantque locos, quibus altior ipsa
Sella triumphali forma statione locata
Jam fuerat,

Quod & ex Cassiod. habes ex for. VII. lib. VI. ubi de *Comitiva sacrarum Largit.* agit.

6 *Bifrons*) illud Rabbani Abbatis nunquam alibi observavi. *Bifrons autem simulacbrum erat Jani, quod ex una parte viri, ex altera fœminæ adorabant.*

7 *Circinante*) veluti Circum cæli peragrante.

8 *Aulicorum*) Palatini hi ludi Curules, qui & etiam scenici, ut Dio habet lib. LI. Suet. in *Calig.* Tac. lib. I.

9 *Urna petit*) Ad sortitionem exeundi refer, & ordinem cursorum. Usum sic habe. *Æneid.* V. Virgil. *Tum loca sorte legunt;* de nautis in mari, veluti in Circo currentibus loquens, & de cursoribus peditibus idem.

Hæc ubi dicta: locum capiunt signoque repente
Corripiunt spatia audito, limenque relinquunt.

Apoll. lib. II. de excid. Hierosol.

Ordineque emissos jussit decurrere Prætor.

Tempore Homeri idem ordo, *Iliad.* lib. XXIII.

Ἂν δ' ἔβαν ἐς δίφρους, ἐν δὲ κλήρους ἐβάλοντο,
Πάλλ' Ἀχιλεύς, ἐκ δὲ κλῆρος θόρε Νεστορίδαο
Ἀντιλόχου, μετὰ τὸν δ' ἔλαχε κρείων Εὔμηλος,
Conscendere rotas, jecerunt casside sortes,
Movitque Aeacides, subito certamine nomen
Nestoridis lectum, Eumeli denique regis.

Callisthenes in certamine curuli Alexandri Magni. *εἰσῆλθον ἁρματηλάται ἐτέθησαν τὰ τοῦ ἀγῶνος πάντα, καὶ ἡ κάμπη ἐκληρώθη.* Stat. idem facit.

Et jam sortitus Protheus versarat ahena

Acclamatio ſibilans coronæ.
Tum qua eſt Janua Conſulumque ſedes
Ambit quam paries utrumque ſenis
Cryptis carceribuſque fornicatus
Uno e quattuor axe forte lecto
Curvas ingrederis frequens habenas.
Id collega tuus, ſimulque vobis
Pars adverſa facit, micant colores
Albus vel venetus, virens rubenſque
Veſtra inſignia continent 1 *miniſtri*
Ora & lora manus jubaſque tortas.
Cogunt flexilibus latere nodis,

A
Hortanturque obiter juvantque blandis
2 *Ultro plauſibus, & voluptuoſum*
Dictant quadrupedantibus furorem,
Illi ad clauſtra fremunt repaguliſque
Incumbunt ſimul ac per obſeratas
Transfumant tabulas, & ante curſum
3 *Campus flatibus occupatur abſens.*
Impellunt, trepidant trahunt, repugnant,
Ardeſcunt, ſaliunt, timent, timentur,
Nec greſſum cohibent, ſed inquieto,
4 *Duratum pede ſtipitem flagellant,*
5 *Tandem murmure buccinæ ſtrepentis*

Caſſide, jamque locus cuique eſt, & liminis ordo.

Erant Præfecti ſortitionibus præſentes, ut habet Sophocles in *Electra* de ludis Delphicis. Sed alibi etiam de hac re.

1 *Miniſtri*) in *Vitell.* Suet.cap.XVII. *aurigante Cajo miniſtratorem exhiberet.* Latere nodis Stat. lib. VI. *Theb.*

Circumſtant fidi, nexuſque & torta jubarum
Expediunt, firmantque animos, & plurima monſtrant.

Sic in Hippol. illi apud Euripidem. Inquit Servus, ὀπαδός. Ψήκτραισιν ἵππων ἐκτενίζομεν τρίχας. Veg. lib.I. re. veter. *multi enim curulibus, & ſellariis jumentis preſſius colla radunt quæ res licet præſtare creditur, tamen ſub honeſto ſeſſore aeformis eſt.* Stat.

Et caſtigata jubaris
Libertas.

eodem colore quo domini induti. Praſinis favebat Nero, & ſervus oſt iarius ejus praſinatus: ideo apud Petronium. Nero apud illum auctorem ſub ſchemate Trimalcionis: *in aditu ipſo ſtabat oſtiarius praſinatus.*

2 *Ultro plauſibus*) Ovidius *de Arte am.* lib. primo.

Quadrupedes inter rapidi certamina curſus,
Depexæque jubæ, plauſaque colla juvant.

Virg. *Georg.* lib.III.

Cædibus, & plauſæ ſonitum cervicis.

& de poppyſmate, clogmo Apollinaris intellexit, vocibus, & plauſibus, quibus equos mulcemus, aut irritamus. Xenophon *de re equ.* ὅτι δίδαγμά ἐστι τῷ ποππυσμῷ πραΰνεσθαι, κλωγμῷ δὲ ἐγείρεσθαι. *Præceptum ſiquidem eſt, ut equi poppyſmo mitigentur, clogmo irritentur*: clogmum eſſe vocem gallinaceam putat Rhodig. lib.XIII. cap. XI. legitque *cloſmum*; ſane gallinæ matres hoc ſonitu obſtrepunt, unde & fortaſſe a voce *chiocche*, quaſi *glocche* a noſtris nuncupantur; poppyſmus ſonus etiam humanæ vocis videtur ex illiſione labrorum, qua allicimus; ſerpentes poppyſmate vocatos a Plutone facit Ariſtophanes; ne ibi ſimplicem ſibilum accipias; εἶθ' ὁ θεὸς ἐποππυσεν ἐξηπάτο ὢν δύο δράκοντ' ἐκ τῶ νεῶ. ita ἀστραπαῖς ποππύζειν. interpretatur potius tonitrui, & fulgetræ in modum applaudere: quam ſibilare: fulgetrarum, & nubium crepitus quomodo fierent in nubibus idem oſtendit: ſcilicet ſonum non ad ſibili modum, ſed ad vocem quandam, quam nunc aurigæ adhuc retinent, in excitandis equis *pha pha*. Idem in *Veſpis.* καὶ αὖ ἀναστράψω. ποππύσωσι φᾶ, φᾶ. *pha, pha*, De poppyſmo præterea in Clypeo Herculis apud Heſiodum facit Scholiaſtes.

3 *Campus flatibus*) Stat. lib.VI. *Theb.*

—— *pereunt veſtigia mille*
Ante fugam abſentemque ferit gravis ungula campum.

4 *Duratum*) Ovid lib.V. *Triſt.*

Utque fores nondum reſerati carceris acer
Nunc pede nunc ipſa fronte laceſſit equus.

ſic Stat. lib. VI. *Theb.* σανίδας, ſcilicet cancellorum repagula. Silius Ital. lib.XVI.

Jamque ubi prolato patuere repagula ſigno.

ex robore fiebant repagula (nam) inquit Veget. lib.I. c.LVI. rei veter.I. *hoc genus ligni equorum ungulas ſaxorum inſtar obdurat.*

5 *Tandem murmure*) Stat. ex quo pœne omnia mutuatur Sidonius.

Intonuit contra Tyrrhenum murmur.

Ovid. *Metamorph.* lib.II.

Signa tubæ dederant, cum carcere pronus uterque
Emicat.

Plinius l.II. *qui nunquam caſtra viderunt, nunquam tubarum ſonum, niſi in ſpectaculis audierunt.* Sil. Ital. l.XVI. Philoſt. in Polœmone. ὥσπερ ὀλυμπικὴ σάλπιγξ. tamen Statius peccare videtur, nam tuba tempore belli Thebani nondum erat, ſed ſigna in bellis face oſtendebantur, Scholiaſte Euripidis teſte; & ille Sophoclis in *Ajace Maſtigophoro* Arichondam primum in Græciam tubam intuliſſe, aut πρῶτος δὲ Αριχώνδας συμμαχῶν τοῖς ἡρακλείδαις ἤγαγεν εἰς Ἕλληνας τὴν πυρσηνικὴν σάλπιγγα. Sed neque hoc obſervavit Seneca in *Thyeſte.*

Jam ſilet murmur grave claſſicorum,
Jam tacet ſtridor litui ſtrepentis.

Cæterum tubæ ſignum recognoſcit in *Electra* Sophocles de ludis Delphicis χαλκῆς ὑπὸ σάλπιγγος ἦρξαν. Scholiaſtes autem Nicandri non facula antequam tuba reperiretur, ſed conchiliorum comploſu veteres uſos facit pro Tuba. in *Alexiph.*

Suspensas tubicen vocans quadrigas,
Effundit celeres in arva currus,
1 *Non sic fulminis impetus trisulci,*
Non pulsa Scythico [2] *sagitta nervo,*
Non [3] *sulcus rapidæ cadentis astri,*
Non fundis [4] *balearibus rotata*
Umquam sic liquidos poli meatus
Rumpit [5] *plumbea glandium procella.*
Cedit terra rotis, & orbitarum
Moto pulvere sordidatur aer
Instant verberibus simul regentes
Jamque & pectora [6] *prona de juvenco,*
Extensi rapiuntur, & jugales
Trans armos feriunt vacante tergo
Nec cernas cito cernuos magistros
7 *Temones mage sufferant an axes.*
Jamque hos ex oculis velut volantes
Consumpto spacio patentiore

A *Campus clauserat artus arte factus,*
Per quem longa humilem [8] *duplamque muro*
Euripus sibi machinam tetendit.
Ut meta ulterior remisit omnes,
Fit collega tuus prior duobus
Qui te transierant ita ipse quartus
Giri conditione tum fuisti.
Curæ est id mediis, ut ille primus
Pressus dexteriore concitatu
Partem si patefecerit sinistram
Totas ad podium ferent habenas
Curru prætereatur intus acto.
Tu conamine duplicatus ipso
Stringis quadrijugos, & arte summa
6 *In girum bene septimum reservas.*
Instabant alii manu atque voce
Passim & deciduis in arva guttis
Rectorum alipedumque sudor ibat,

---

1 *Non sic ful. imp.*) Statius omnia collegerat.
Quæ bello sic tela volant? quæ nubila cœlo?
Tardius astra cadunt, glomerantur tardius imbres,
Tardius e summo decurrunt flumina monte.

2 *Sagitta nervo*) Sil. Ital. lib. XVI.
—— *exiluere per auras*
Ocyus effusis nervo exturbante sagittis.

de Cursoribus loquitur.

3 *Sulcus*) Cum stellæ decidere videntur nono quoque anno ab Ephoris observabantur, atque supra Reges judicabant apud Spartanos. *δι' ἐτῶν ἐννέα λαβόντες οἱ ἔφοροι νύκτα καθαρὰν, καὶ ἀσέληνον, σκοπῇ καθέζονται πρὸς τὸν οὐρανὸν ἀποβλέποντες, ἐὰν οὖν ἐκ μέρους τινος εἰς ἕτερον μέρος ἀστὴρ διάζῃ, κρίνουσι τοὺς βασιλεῖς, ὡς περὶ τὸ θεῖον ἐξαμαρτανόντας, καὶ καταπαύουσι τῆς ἀρχῆς.*

4 *Balearibus*) a *βάλλειν*, hoc est, *emittere*, & *jacere*.

5 *Plumbea*) Ovid. *Metam.* IV.
—— *quantum balearica torto*
Funda potest plumbo medii transmittere cœli.

& lib. XIV. ad fin. Lucr. lib. VI.
Non alia longe ratione, ac plumbea sæpe
Fervida fit glans in cursu, cum multa rigoris
Corpora admittens ignem concepit in auris.

6 *Prona*) Stat. lib. VI. *Theb.*
Nunc avidi prono juga pectore tangunt.

Manil. lib. III.
Exagitare fers; pronumque anteire volantes,
Vixque rotis levibus summum contingere campum.

Virgil.
Pronique in verbere pendent.

Silv. Ital. lib. XVI.
Pronique & similes certantibus ore sequuntur,
Qui dominis idem ardor equis.

7 *Temones*) Ἀστράβη lignum, cui incumbunt aurigæ, etsi sella apud quosdam est. Tzetza Chil. IX. cap. CCLXXXX. de mira agilitate Britannorum in essedis Cæsar. *ac tantum usu quotidiano, ac exercitatione efficiunt, ut declivi, ac præcipiti loco incitatos equos sistere, & brevi moderari, & flectere, & per temonem percurrere, & in jugo insistere, & inde se in currus recipere citissime possint.*

De Covino alibi diximus; hoc adde: esse currum qui non amplius quam duos aurigam & dominum, aut ad summum tres capiat. Græcis *δίφρος παρὰ τὸ δύο φέρειν τὸν μαχόμενον, καὶ τὸν ἡνίοχον.* Etym. Magnum.

8 *Duplamque*) Intelligit molem turris, quæ supra Euripum versus inferiorem metam decurrens arte locum arctabat, ut per angustiam apparerent magis aurigantium industriæ.

9 *In gyrum bene sept.*) Ausonius idem expressit de equo admirabili.
Improperanter agens primos a carcere cursus
Fortis prægressis ut potireris equis.

Stat. ad hanc industriam advertit lib. VI.
Doctior hic differt animum, metuensque futuri
Cunctatus vires dispensat.

sic Val. Flac. lib. IV. sic Lucian. de Antæo & Herculo. Sed hi de lucta. Sophocles in *Electra* ad rem nostram. *ἤλαυνε δ' ἔσχατος μὲν ὑστέρας δ' ἔχων πώλους Ὀρέστης τῷ τέλει πίστιν ἔχων.* Lucill. *sustineat cursus, ut boni sæpe agitatores.* Symm. lib. X. cap. XX. *quadrigarum distributionem, in qua sibi tam fortunatus videretur; cui electionem mox urna tribuerat; par vel potior erat, quem sors fecisset extremum*, & lib. *Academ.* IV. Cic. *ego enim ut agitator callidus, prius quam ad finem veniam, equos sustinebo; eoque magis si locus ad quem feruntur equi preceps erit*; sic *ad Atticum* lib. XIII.

Raucus corda ferit favor faventum,
Atque ipsis pariter viris equisque;
1 *Fit cursu calor, & timore frigus*
Itur sic semel, itur & secundo,
Est sic tertius atque quartus orbis
Quinto circi te nou valens sequentum
Pondus ferre prior rotabat axem,
Quod velocibus imperans quadrigis
Exhaustos sibi senserat jugales.
Jam sexto reditu perexplicato,
Jamque & præmia 2 flagitante vulgo,
Pars contraria nil timens tuam vim
Securas prior orbitas terebat,
Tensis cum subito simul lupatis,
Tensis pectoribus 3 pede ante fixo
Quantum auriga suos solebat ille
Raptans Oenomaum tremente Pisa,
Tantum tu rapidos teris jugales
Hic compendia flexuosa metæ
Unus dum premit incitatus a te
Elatas semel impetu quadrigas,
Junctum non valuit plicare giro,
Quem tu quod sine lege præteriret
Transisti remanens ab arte restans
A *Alter dum popularitate gaudet*
Dexter sub cuneis nimis cucurrit.
Hunc, dum obliquat iter diuque lentus
Sero cornipedes citat flagello,
Tortum tramite transis ipse recto.
Hic te incautius assecutus hostis
Sperans anticipasse jam priorem:
Transversum venit impudens in axem.
Incurvantur equi, proterva crurum
Intrat turba rotas, 4 quaterque terni,
Artantur radii, repleta donec
Intervalla crepent, volubilisque
5 *Frangat margo pedes, ibi ipse quintus*
B *Curru præcipitatus obruente*
Montem multiplici 6 facit ruina,
Turpans prociduam cruore frontem.
Miscet cuncta fragor resuscitatus,
Quantum non cyparissifer Lyceus,
Quantum non numerosa tollit Ossa,
Crebras inquietata per procellas,
Quantum nec reboant voluta ab Austro
Dori Trinacris, aut voraginoso
Quæ vallat sale Bosphorum Propontis.
Hic mox præcipit 7 æquus Imperator

---

1 *Fit cursu*) Statius ante ipsum.
Concurrit summos animosum frigus in artus
Qui dominis idem ardor equis,

2 *Flagitante vulgo*) Juven.
Accipe victori populus quod postulat aurum.

libertatem petendi Populi in Citco permagnam Josephus *Antiq. Jud.* lib. XIX. cap. I. narrat. quam & apud vetustiores reperio, ut insultandi verbis, & tardum, vecordem appellandi aurigam Plato. ἐν ὀλυμπίᾳ θεόντων ὥς ἵππων, ἢ δολιχοδρόμων ἀνδρῶν διανοούμεθα, καὶ προσαγορεύομεν, τὸν μὲν τάχιστον, ὡς βραδύτατον, τὸν δὲ βραδύτατον, ὡς τάχιστον, ἐγκώμια ποιοῦντες. quapropter clamosus ille locus Juven.
Clamoso insistere Circo:

Et
—— *rauco victoria Circo.*

Corrippus lib. II.
—— *Clamosi tacuere sedilia Circi.*

3 *Pede ante fixo*) In anteriore covini parte: actus est retinendi equos. Stat.
Nunc pugnante genu pressis duplicantur habenis.

4 *Quaterque terni*) Duodecim; quadriga solem, ut diximus, significabat: tot soli radii, quot men ses, sic rotarum radii duodecim. Virg. *Æneid.* XII.
—— *cui tempora circum*
Aurati bis sex radii fulgentia cingunt,
Solis avi specimen.

totidem radios ipsius Solis coronæ assignat etiam Martianus Capella de Sole. *Erat illi in circulum fulgens corona, quæ duodecim flammis ignitorum lapidum fulgurabat*; sic lib. primo Nupt. at secundo.
—— *radiisque sacratum*
Bisseni perhibent caput aurea lumina ferre:
Quod totidem menses, totidem quod conficis horas.

5 *Frangat margo pedes*) Veget. lib. *rei veterin.* II. cap. XLVII. *impulsu axium in Circo, vel in aliis locis varietate casuum animalibus crura franguntur, aut coxæ, vel articuli.*

6 *Facit ruina*) Naufragium Circi designat, de quo alibi: in Apol. David. Ambrosius. *Plerique equorum cum audierint, se jactare consueverunt, & quos casus non læserat, jactando se debilitant, & frangunt: alii qualis Curulium equorum fertur natura, cum in certamine curuli elisi fuerint, vel fortuito ceciderint, nequaquam movere se consueverunt, & quandam tenent quietis & patientiæ disciplinam.* Hom. *Iliad.* Ψ. quam sic verto.
Huic Dea sæva jugum manibus confregit equorum:
Ibant quadrijuges, terræque est temo solutus
Ipse cruentatum terram delabitur axe
Illisus cubitum, & fœdo cum naribus ore.


Silius lib XIV.
Dumque ea proclamat, perfracto volvitur axe
Cernuus, & pariter fusi (mirabile) campo
Discordes sternuntur equi.

Nosce Polyphemi aurigæ naufragium, quod tabella pagina XII. sculptum exhibetur, puerorumque aurigantium ruina, quæ & ipsa folio decimo octavo occurrit.

7 *Æquus Imper.*) Donabant Cæsares. Lamprid. *spectaculum* (Alex. Sev.) *frequentavit cum summa dandi parsimonia.* Cæsari ait Dio lib. XLIII. concessum a Senatu fuisse, ut equestribus certaminibus præmia destribueret. Suet. in *Aug.*

1 *Satis*


ATHLETAE
SIVE
PVGILES.
I.
DECVRSIO
LVDVS TROIAE
II
SEX·LVDICRORVM·CIRCENSIVM·ET NAVMACHIAE·ANTIQVI·NVMMI
VENATIO
L·REGVLVS
III·
IMP·CAES·M·AVRELIVS·SEVERVS·ALEXANDER·AVGVSTVS
ARMATA SALTATIO
IIII.
ONVPHRII·PANVINII·VERONENSIS·FORMEIS·DILIGENTER·EXCVSI
V.
NAVMACHIAE
VI.


CIRCI ET QVINOVE LVDICRORVM CIRCENSIVM, EX PRISCIS MONVMENTIS GRAPHICA DEFORMATIO ONVPHRII PANVINII
Veronensis inuentoris impensa et formeis. Venetijs anno salutis MDLXXX. Gre. XIII. Pont. Max.
Pyro pus
Obeliscus Solis
Marnian: um
Pugna equestris
Ova Castorum
Obeliscus Lunæ
Ova
Fortunae
Surculus
Col. Tutelina
Col. Messiae
Columnae Sei
Aedes Solis
Cybele Mater Deum
Ara Larum
Euripus
Deorum magnor
Deor. Validum
Deor. Potentium
Ara Murciae
Victoria
Delphini
Ova Castoris
Podium
Athletica
Ludus Troiae
Venatio
Pugna pedestris
Podium
Maenianum
CIRCVS

[1] Palmis ferica torquibus coronas
Conjungi, & meritum remunerari,
A
Victis ire jubens [2] fatis pudendis
Vilis verficoloribus tapetas, &c.

---

1 *Satis pudendis)* Hom. de ludis in fun. Patrocli.

Αἰκ᾽ ἀποκηδήσωντε φερώμεθα χεῖρον ἄεθλον,
Αὐτίκα δ᾽ ὔμμε κατακτενεῖ ὀξεῖ χαλκῷ.
Si modicum cauti referemus inutile donum,
Vos fubito ipfe duos rigido mucrone necabit.

Ultimi fiquidem defpectui habebantur: hinc plebem extremo currentes Stat. nuncupat l.v.

Cætera plebs lyciis gaudet contenta pharetris.

2 *Palmis ferica)* Præmium quidem eximium: illis enim temporibus eximii pretii veftes fericæ. Vopif. in *Aurel.* c. XLV. *Abfit ut auro fila penfentur*; libra enim auri libra ferici fuit; nec Medica, & ex arborum lanificio, fed blacteæ vermiculorumque folliculis. At ii vermes non noftri, quos *Cavalieri* vocamus: ii enim non ante Italiam allati, quam fub Juftiniano Augufto, fi Procopio credimus, qui vero notas ad hiftoriam Procopii arcanam noftras blattas, nempe Juftinianeas, cum veteribus illis, de quibus loquentem Plinium adducam, confundit male: nam varia ferica. Primum ex arbore colligebatur, & nos *Cottone* dicimus bombace. Virgil. lib. II. *Georg.*

Velleraque aut foliis depectant tenuia Seres.

de quo Solin. cap. LIII. toto: fecundum genus pretiofiffimum erat, de quo hic Poeta intelligit, & ab animalculis quibufdam colligebatur perexiguis magnitudine dupla majoribus quam eft cantharus maximus, & ab eo ferica volunt appellata, non a populis: σῆρα fiquidem animal apud Græcos eft: hac ἐκ τῆ ἀλύμε pafcebatur, nempe panico ad annum etiam quintum vivens: de hoc Tertull. de *Pallio*. *Bombycem vermiculi genus eft, quæ per aerem aliquando arneaxuum more*, &c. ex eo tenuiffimæ veftes. Juven.

—— *quos & bombycinus urit.*

Ejus vermiculi etiam eo tempore maxima raritas, unde tam acri in pretio fuit: lex Rhodia. ὁλοσηρικὰ ὅμοια τῷ χρυσίῳ, ut cum fententia Vopifci conveniat: illius animalculi, quod pretiofiffimum fericum elaborabat, non amplius apud nos ufus aut memoria. Vermiculi blattei noftri tefte Procopio novi funt, ut dixi.

ONUPHRII PANVINII
VERONENSIS
DE
LUDIS CIRCENSIBUS
LIBER SECUNDUS.

CAP. I.

De fecundo Circenfium Ludicro, fcilicet Certamine Gymnico, five Athletico.

uplex udorum irce.fium do. O- gmis, & mporis.

LUdorum Circenfium fingulas partes exponere ingredienti, duplex mihi ordo in iis tractandis occurrit, originis, & temporis quo edebantur. Nam quantum ad originem fpectat (cujus ordinem fequi magis placet) primum curfus, deinde gymnica, tertio pompa, quarto venationes, five contra beftias certamina, quinto Trojæ lufus, fexto pugnæ, feptimo naumachia tranfigenda funt. Quod fi temporis editionem fequi magis vellemus,
B
primo pompam, mox facrificia, deinde certamen curule, & equeftre, poftea lufum Trojæ, quinto venationes, fexto certamen gymnicum, feptimo pugnas, & naumachiam perfequi oporteret: ita enim plerumque in Circo exhiberi folebant, ut expofui. Quorum omnium Ludicrorum ex antiquis nomifmatibus fimulacra hic adjeci una tabella expreffa, quorum nomifmatum primo pugiles, fecundo Ludus Trojæ, tertio venatio, quarto pugnæ equeftres, & pedeftres, quinto & fexto naumachiæ delineatæ funt.

Varia porro fuiffe Circi fpectacula præter ea quæ dicam breviffime l. II. contra *gentes* oftendit Arnob. quum ait: *Quid curfores, pugiles, quadrigarios, defultores, [1] grallatores*

---

1 *Grallatores)* Quoniam res fæpiffime hinc inde a Panvinio referuntur, decrevi eas etiam ipfe variis locis digerere, pro ut tempus aptius requirere videtur: ne quis me præterire aliqua, dum quædam hic filentio tranfeo, imputet. Grallatores nunc *Trampularios* appellant, qui olim in ludorum mifcellaneis in Circo exhibebantur: aptatis hi ad pedes perticis, ita ambulabant, ut longiffimos extenderent greffus, quod idem nunc fit. Nonnius. *Grallatores funt colobatbarii. Grallæ enim funt fuftes, queis innituntur. Varro mutuum muli fcabunt, Græci περὶ ἀγορασμῦ. Grallatores, qui gradiuntur grallis, quæ funt per-*

1 *funambulos, bigarios, præstigiatores?* &c. Cæterum originis rationem sequi malens, cursus certamine expedito gymnicam, sive A athleticam ingrediamus, quam cursui addidit L. 2 Tarquinius Priscus. Quarum vocum eandem rem exprimentium prior

---

ticæ ligneæ ab homine, &c. Sex. Pomp. *Grallatores appellantur Pantomimi, qui ut in saltatione imitarentur Ægypanas adjunctis perticis furculas habentibus; atque in his superstantes ad similitudinem crurium ejus generis gradiebantur, utique propter difficultatem consistendi.* Plaut. *vinceretis cursu cervas, & grallatorem gradu.* Et in *Amphitr.* Plautus — *sive grallatarius, sive testudinarius fuerit.* Pollux οἱ δὲ γύπωνες ξυλίνων κάλων ἐπιβαίοντες ὠρχοῦντο διαφανεῖ ταραντινίδι ἀμπεχόμενοι. ubi nota Tarantinam vestem: adhuc *Taranta* aliquibus Italiæ partibus dicitur, sed vilis pretii pannus, cum hic pro molli & delicata ponatur, ut tralucerent καλοβάτων crura, quod exprimitur nunc apud puellas Turcas, quæ καλαῦς, *caloccie* vocant Itali, præaltis impositæ, tenuique veste, & pellucida domi feruntur. Tales Orestææ figuræ erant in scena, nempe Heroicæ, cothurnatæ, ut Iberras repræsentarent inventione Sophoclis, teste Justino Martyre Apologia pro Christianis, ad Antoninum, & de quibus idem epist. ad Zenam facit: certe apud comicos veteres quid simile erat, unde strepitus excitaretur in *Iliad.* Hom. lib. M. Eustath. κολοσυρτὸς δὲ κυρίως οὐ καὶ παρὰ τῷ κωμικῷ χρῆσις, κτύπος ὁ ἀπὸ κάλων ἤγουν ξύλων συρομένων ἐν ὄρει. quem strepitum scabellorum in *Caligula* vocat Suet. calceis si quidem ligneis saltabant, & concinnum strepitum referebant. Lutat. lib. III. *Achil.* Statii. *Busca, tibia vel scabellum, quod in sacris tibicines pede sonare consueverunt.* κάλα enim sunt ξύλα ligna, unde καλία, galera nos corrupte; navis est, quæ domum magnitudine repræsentat; καλία siquidem est, ξύλων κατασκευασμένη οἰκεία, & pro domo accipitur, quod olim domus ligneæ essent. καλοβάται igitur grallatores, ut etiam καλόπους ὁ ξύλινος πούς dici potest ipsamet gralla, aut ὑπόδημα ξύλινον; quo Monachi quidam utuntur: de Calobatis ita Lutat. *Achill.* III. *Calobatæ calos dicebant majores nostri fustes, quos portabant servi sequentes Dominos ad prælium, unde etiam calones dicebantur: nam consuetudo erat militis Romani, ut ipse sibi arma portaret, ipse vallum: vallum autem dicebant calam; sicut Lucilius. Scinde calam, ut caleas: id est, puer frange fustes, & fac focum: inde etiam classem dictam dicunt, quod fiat de fustibus.*

1 *Funambulos*) Reipublicæ tempore hoc ludicrum jam visum. Ter. in *Hecyra Prol.* Manilius describit funambulum.

Aut tenues ausus sine limite figere gressus
Certa per extensos ponit vestigia funes,
Et calo meditatus iter vestigia perdit.
Et pene, ut pendens populum suspendit ab ipso.

Funerepus dicitur funambulus ab Apul. IV. *Floridorum. Funambulos* vero primo dixit Messalla Corvinus teste Acrone *in Hor. sat.* x. lib. I. isti (puto) exhibiti inter ludos miscellos: admissi enim sunt dum cætera spectacula ederentur; ad præcit. locum Hecyr. Donat. *Hæc (Hecyra) data est sine prologo ludis Megalensibus, quos Sex. Julius, & Cornelius Dolabella ediderunt, sed occupato populo studio funambuli displicuit: postea data est ludis funeralibus*, &c. De funambulo Prudentius

Inde per aereum pendens audacia funem
Ardua securis scandit proscænia plantis.

De iis Firmicus lib. IIX. cap. XV. Chrysostomus Orat. *de jure jurando*. Nazianzen. in *Apolog.* Cyprian. *de jejun. Christi.* Lucian. in *Dea Syria*, Nicephorus Gregoras lib. IIX. Arrianus lib. III. cap. XII. *Epict.* Symphosius in *Ænigmatis*.

Inter Luciferum cœlum terrasque jacentes
Aera per medium docta meat arte viator
Semita; sed brevis est pedibus, nec sufficit ipsis.

e Græco tamen epigrammate versum est. Vetustum apud me epigramma quoque est de funambulo ad ænigmatis Symphosii, & Græci mentem, quod sani & antiqui coloris judico.

Errat Dædaleæ renovatur inambulo famæ
Et facilis dubium pes moderatur iter.
Pendet ab aereo vitalis linea lino,
Non ipse, at populo mens, oculusque cadit.
Quam mirum: tenui figit vestigia calle
Atque minor plantis est via funivii.

Ubi nota *funivium* appellare funambulum σχοινοβάτην, λεπτοβάτην.

2 *Tarquinius Priscus*) Gymnicam in Hetruria viguisse, unde sit Romam exportata. Sic Prudentius *in Symm.*

Tunc mastigophoris, oleoque, & gymnadis arte
Unctis pugilibus miles pugnabat Hetruscus:
Nec petaso insignis poterat Lacedæmone capta
Mercurius servare suas de clade palæstras.

Eam vero antea Græci exercuere, sive ut valetudini obtemperarent, sive quod vires corporis egregium bonum credebant. Plutarchus in Homeri rebus. ὅπως δὲ γυμνασίοις χρῆσθαι παραγγέλλει φανερὸν ἐκ πολλῶν, ἀεὶ γὰρ πονοῦντας ποιεῖ. Solon apud Lucian. hoc ita probat Anacharsidi. ὅπερ οἱ δὴ γὰρ λικμῶντες τὸν πύρον, τοῦτο ἡμῖν καὶ τὰ γυμνάσια ἐργάζεται ἐν τοῖς σώμασι τὴν μὲν ἄχνην, καὶ τὰς ἀθέρας ἀποφυσῶντα. Hom. *Odyss.* θ.

Οὐ μὲν γὰρ μεῖζον κλέος ἀνέρος ὄφρα κεν ᾖσιν
Ἢ ὅτι ποσσίν τε ῥέξει, καὶ χερσὶν ἑῇσιν.
Non etenim major, dum vivit, gloria cuiquam
Quam manibus quod agit propriis, pedibusque operatur.

A

ab exercendo, posterior a certando dictæ sunt. Dionysius Romanarum antiquitatum accuratissimus scriptor in lib. VII. fine, ubi Circensium pompæ ordinem describit: *Finitis* (inquit) *cursibus equestribus, hi qui corporibus suis certant, subintrant, Cursores, Pugiles, & Luctatores; tria enim hæc athletica certamina apud veteres Græcos erant, ut in Patrocli funere exponit Homerus.*

Gymnicum certamen quid? *Gymnicum vero certamen est* (ut l. XVIII. c. XVII. *Etymologiarum* tradit Isidorus) *velocitatis ac virium gloria*. Quod a Lycaone Arcadiæ Rege in Græcia, Plin. lib. VII. c. LVI. auctore, primum inventum a Græcis ad Tuscos, ab iis ad Romanos manavit, & a gymnasiis, in quibus apud Græcos fiebant, nomen obtinuit. Gymnasium porro locus est, in quo fit aliquid exercitii, ἀπὸ τοῦ γυμνάζειν, hoc est, [1] *ab exercendo* dictum. Quare amplissima loca illa, quibus Cursores, Luctatores, Pugiles, & cæteri id genus athletæ exercebantur, peculiari nomine a veteribus Græcis *Gymnasia*, & *palæstræ* vocatæ sunt, a Romanis vero Græco etiam vocabulo *Thermæ*; Ludi vero ipsi *Gymnici*. *Gymnasium quid?* *Therma.* Cæterum postea *gymnasium* pro omni loco, in quo aliquod exercitationis genus fieret, sumptum est, ut pro Ludo litterario, & scholis, sive diatribis philosophorum. Cicero *de Oratore*: *Clamabant credo omnia gymnasia, atque omnes philosophorum scholæ, sua hæc esse omnia propria*: & Plinius junior in Epistolis: *Gymnasiis indulgent Græculi*. A Gymnasio autem duplex vox diversa significans fit *gymnastica*, & *gymnica*. [2] Gymnastica est ars qua homines exercentur ad sanitatem tuendam, & corporis robur sustinendum. *Gymnastica quid?* Quare Aristoteles l. VIII. *Politicorum* præcipit, Adolescentes gymnasticæ, & pædotribæ esse tradendos, ita ut fiant exercitatiores, firmioresque. Plato autem lib. VII. *de legibus*, gymnasticæ nomine exercitationes omnes bellicas contineri docet. hæc a gymnica manavit. Gymnica vero est ars, & doctrina, qua homines cum disciplina exercentur, non sanitatis tantum & pugnæ, sed [3] victoriarum gratia; immo ipsa pugna, & decertatio. *Gymnica quid?* Ars porro Gymnica, a publica concertantium æmulatione, præmiorumque, quæ victoribus dabantur, spe, originem habuit. Postea ad Deorum cultum, hominumque delectationem transiit. Hinc Cicero *pro Muræna*, *Ludis oblectamur & ducimur*, scripsit. Demum ad exercitium corporis, & sanitatem tuendam, corporisque vires exercendas frequentata est. Gymnica porro ars etiam *Athletica* ab athleta vocabatur. [4] *Athleta* porro *Athletica quid? Athleta quid?*

B

C

Et Pindarus. εὐδαίμων δὲ καὶ ὑμνητὸς οὗτος ἀνὴρ γίνεται σοφοῖς, ὃς ἂν χερσὶν ἢ ποδῶν ἀρετᾷ κρατήσας τὰ μέγιστα ἀέθλων ἕλῃ τόλμᾳ τε, καὶ σθένει.

1 *Ab exercendo dictum*) Patet ex l. ἐὰν δύο §. ὁμοίως δὲ. D. *De excusationibus*: ubi spatia gymnasium sunt, in quo Græci corporis exercitationibus detinebantur: inde γυμνασιαρχία in d. lege ὁμοίως Præfectura Gymnasii est: γυμνασιάρχης Hesychio teste, ἄρχων τοῦ ξυστοῦ dicitur: γυμνασίαρχον intellexit sane Cicero Gymnasii Præfectum Ulpiano tamen interpreti Demosthenis γυμνασίαρχός ἐστι ὁ παρέχων ἔλαιον τοῖς γυμναζόμενοις. Gymnasiii Præfectum habet Plautus in *Bacchid.*

2 *Gymnastica est ars*) Ita definit Gal. ἡ τέχνη γυμναστικὴ ἐστιν ἐπιστήμη τῆς ἐν πᾶσι γυμνασίοις δυνάμεως. *Gymnastica est ars, quæ potentiam omnium exercitationum examinat*. Vide Veget. lib. I. *de re milit.* cap. XIII. Plutarchum in *Homero*.

3 *Victoriarum gratia*) Magistri artis erant, & pueros erudibant, additis etiam ob inscitiam verberibus. Martialis lib VII.

Et putri lutulenta de palæstra
Uncti verbere vapulat magistri.

& Plautus in *Bacchidibus* Act. III. Sc. III.

Eadem ne erat hæc disciplina tibi, cum tu adolescens eras?
Nego tibi hoc annis viginti fuisse primis copiæ,
Digitum longe a pædagogo pedem ut efferres ædibus:
Ante solem exorientem, nisi in palæstram veneras,
Gymnasii præfecto haud mediocris pœnas penderes.
Id quoi obtigerat hoc etiam ad malum accensebatur malum,
Et discipulus, & magister perbibebantur improbi:
Ibi cursu, luctando, hasta, disco, pugillatu, pila,
Saliendo se se exercebant magis, quam scorto, aut suaviis:
Ibi suam ætatem extendebant, non in latebrosis locis.
Inde de hippodromo, & palæstra, ubi revenisses domum,
Cincticulo præcinctus in sella apud magistrum assideres,
Cum librum legeres, si unam peccavisses syllabam,
Fieret corium tam maculosum, quam est nutricis pallium.

At de institutione puerorum præter Quintil. lib. I. vide Oribasium *Synops.* lib. V. cap. XIV.

4 *Athleta porro*) Galenus vero dictum ἀπὸ τοῦ ἀθλίου, vel ἀπὸ τῆς ἀθλιότητος a miseria scilicet & infelicitate. Eustathius enim ἄθλιος ὁ δυστυχὴς, καὶ δυσδαίμων καὶ παρὰ τὸν ἄθλον ὃ δηλοῖ τὴν κακοπάθειαν: certator cujuslibet certaminis athleta est, ἄθλος enim proprie ὁ ἀγών: dividuntur vero a Galeno in graves, & leves athletæ lib I. cap. II. *de alim. facult.* Graves appellat palæstritas, pugiles, pancratiastas, discobolos, cestuludentes, leves cursores, saltatores, & similes: & quoniam athletæ sub gymnastica reprehenduntur, eam partem gymnasticæ, quæ athleticam, nempe luctatoriam, exercet, damnat, ut habet ad Trasyb. c. XXXIII. ac rursus c. XXXXIIX. atque ex omni bona constituta Rep. eam arcendam judicat, utpote quæ hominum vires versus prosternat, & minime in bonam partem valetudinis corpora traducat: admittit vero, quæ tantum exercitationem adhibet. Pædotriba enim quatenus se exercet, exercitatorie quatenus luctatur, alterius cujusdam professionis minister

ab ἄθλος, hoc eſt, *a certamine*, vel ἄθλον, quod certaminis præmium ſignificat, dictus eſt. Quo nomine apud Græcos Gladiatores, Curſores, Pugiles, Palæſtritæ, qui idem, & Luctatores erant, & reliqui omnes, qui corporibus ſuis quavis ratione decertabant, A comprehendebantur. Hi in gymnaſiis inter ſe pugnantes exercebantur. Cicero ſecundo *Tuſculanarum*: *Faciunt* (inquit) *idem quum exercentur athletæ*. Plin. lib. XI. cap. LIII. *ideo athletas malunt cibos* [1] *ambulatione perficere*. Hinc metaphorice *athletica vita*, pro

---

eſt; atque ut ſub uno capite, ne divagemur, cuncta complectamur, quoniam de cibo athletarum inferius facit Noſter, & ficus ſiccas conducere athletis e Plinio affert, rem hic tractemus, quamvis Plinius non eo loco, quod adducit auctor, illud afferat: ſed l. XXIII. cap. VII. quod tranſtulit Plinius etiam ille, cui Valeriani nomen e conjectura lapidis ceſſit l. IV. c. XXVII. *athletæ antea ficis alebantur, prius quam eos Pythagoras excitatos ad carnis eſum, qui fortior cibus eſt, tranſtuliſſet*; carnivori ſi quidem athletæ; duas enim ei minas carnis parum eſſe Galen. *de dign. pub.* tit. II. c. II. aſſeverat, & minas Romanas intelligit, quarum una uncias viginti capiebat: atque ita duæ unciæ cum ſemiſſe noſtrates: ſed cum dicat parum eſſe tres libras, vocaviſſe noſtri ponderis colligimus: accedebant puls cocta, panis, aliaque edulia, quæ concoquere, niſi athleta, alter nequiviſſet. Gal. *de alim. facult. Quæ cum vulgus ignoret, athletas ob corporis robur beatos prædicat, cum ea vorare, & concoquere videat, quæ nemo noſtrum neque edere, nec concoquere valeat*. Panis eorum colliphium appellabatur, quod κωλᾶ ἴφια membra nempe robuſta faceret; de eo Juvenalis ſat. II.

Luctantur paucæ, comedunt colliphia paucæ.

ac de ipſo Ariſt. lib. II. *ad Nicom.* cap. VI. Polyb. lib. I. Martial. lib. VII. epig. LXVII.

Ad quod fas ſibi tunc putat reverti
Cum colliphia ſexdecim comedit.

erat vero panis ſine fermento, ac pœne crudus, *de alim. facult.* idem auctor Gal. *itaque panum quoque iis athletis eſt accommodus, qui neque admodum aſſatus, neque multum habet fermenti*; & l. V. *de ſanit. tuen.* accuratius colliphium deſcribit. *Panis quoque bis exhibendus, qui nec ſalem, nec fermentum, nec ſubactionem, nec juſtam coctionem habeat*. Hinc ait Celſus l. I. c. I. *Cibi athletici ſanis ſupervacui*. *Aptus ſi quidem athletis*, teſte eodem l. II. c. XIIX. *valentiſſimus cibus, in quo plurimum alimenti ſit:* ut ſuilla, qua utebantur affatim auctore Gal. Comm. I. *ad Hippocr.* & quoniam anethum nutriendi vim habere ajunt, nullus fere athletarum cibus ſine eo, Plin. Valer. l. IV. c. XXVII. unde cum quid neceſſarium ob inſanitatem expoſcitur, proverbium *anethum requiri* dicimus. Maxima ſane athletis fuit in procuranda valetudine induſtria. Venere ob id abſtinebant. Clem. Alex. *Strom.* l. III. c. V. Plato *de Leg.* lib. IIX. Erat etiam, ut rem abſolvam, & Gladiatoribus ſuus cibus; eos quippe pulte & ptiſana nutriri optime *de aliment. facult.* teſtis eſt Gal. lib. I. cap. XIX. certe ipſe auctor gloriatur ſe Medicum gladiatorum fuiſſe, cum vigeſimum annum attigiſſet; refert lib. III. cap. II. *De comp. Medic. per gen.* noſtri vero nunc Medici gladiatoriam in mortalium jugulum exercent, eoſdem annos nati vix inſpecto Galeno, ac Hippocrate; & quia athletarum, ut id addam, habitus corporis, & naturæ ab illo cæterorum diverſus, altero etiam curandi ſe ordine utebantur. Teſte enim eodem *de San. tuen.* athletæ ſoli poſt exercitationem ferventi balneo utebantur. Legem cibi & pulveris ipſorum vitæ inſtitutum nuncupavit Terentianus.

Dum victor cluet omnium
Maturaſſe reſolvere
Legem pulveris, & cibi.

At de athletis verſiculos, quos ego Latinos e Græcis feci, quique apud Galenum contra Athleticam leguntur, libet, Lector, adnectere; elegiaco carmine tranſtuli, quia commodius id fuit.

Si foret una hominum vitæ ratio, atque ferarum,
Et natura feras nos ageretque ſimul;
Ut tubicen ſonitu cum clangit Olympicus, idem
Brutum animal ludo includeret, atque hominem;
Nullus opinor homo ferret cum laude coronam,
Namque ea certi illi præriperetur equis:
In ſtadio lepus ire prior, palmamque tenere
Vellet, & Elæa cingere fronde comas:
Caprea laureolam menſo feret ipſa diaulo:
Ornaretque hominum gloria nulla pedes.
At vos Athletæ validi neſcitis, ab ipſo
Hercule nullum hominum monſtra necaſſe manu:
Luditis cæſtu, ſuperabunt cornua tauri:
Vos pugiles Aſinus calcibus excutiet:
Et caput emeritum foliis ita cinget Aſellus;
Quapropter veſtris, heu pudor, hiſtoriis
Pancratio vicit, ſcribetur, aſellus, in ipſa
Prima, & bis decima victor Olympiade.

1 *Ambulatione perficere*) Nam ambulatio exercitationum pars. Seneca ep. LXXIX. Celſus lib. III. *de re Med.* cæterum quia voraciſſimi erant; nam vires in cibis cum digeruntur, maxime conſiſtunt; de voracitate Athletarum Plutarchus in *Arato*. ἐπιφαίνεται καὶ ταῖς εἰκόσιν αὐτοῦ ἀθλητική τις ἰδέα, καὶ τὸ συνετὸν τοῦ προσώπου, καὶ βασιλικὸν οὐ παντάπασιν ἀρνεῖται τὴν ἀδηφαγίαν. Hanc & diſtichon declarat Timocreontis Rhodii.

Πολλὰ πιὼν, καὶ πολλὰ φαγὼν, καὶ πολλὰ κάκ' εἰπὼν

firmissima usurpatur, & *athletica* absolute ponitur pro arte certandi. Plaut. in *Epid.* *Quid berilis noster filius valet?* Respondet: *Pugilice atque* [1] *athletice valet*. Et in *Bacchidibus*. *Bene ne usque valuit?* Respondet: *Pancratice, atque athletice*. Et quanquam athletarum nomine omnes qui corporibus suis quavis ratione decertarent, apud Græcos dicerentur, tamen apud Romanos *athletæ* proprie vocabantur tantum Pugiles, & Luctatores: cætera enim athletarum sive gymnicorum genera propria nomina habebant, ut Cursores, Saltatores, Gladiatores, & alii ejusmodi. De athletis Tranquillus in *Cæsare* c. XXXIX. *Athletæ stadio ad tempus extructo in regione Martii campi* (nam Circus aliis Ludicris occupatus erat) *certaverunt per triduum*. Athletas enim antiquitus in Circo decertasse præter Dionysium lib. VII. ex lib. XXXIX. *Historiarum* Livii intelligitur. *Apparatos* (inquit) *Ludos M. Fulvius, quos voverat Ætolico bello, fecit. Multi artifices ex Græcia venerunt honoris ejus causa. Athletarum quoque* (Græcorum intellige) *certamen tum primo Romanis spectaculo fuit, & venatio data Leonum, & Pantherarum.* Quum vero Ludorum vis crevisset, e Circo athletarum certamen sublatum fuit, & ad stadium, & gymnasia primum pro his constituta, deinde ad amphitheatra translatum.

De athle- is multa.

Valerius l. II. cap. I. de *institutis antiquis*: *Athletarum* (inquit) *certamen a M. Scauri tractum est munificentia*. Quos in theatrum ab eo primum inductos intelligere Valerium opinor. Tranquillus in *Augusto* cap. XLIII. *Athletas, extructis in Campo Martio sedibus ligneis, edidit*. & cap. XLV. *Nulli Græco certamini interfuit, quo non pro merito certantium quemque honoraverit. Spectavit & studiosissime Pugiles, & maxime Latinos: non legitimos atque ordinarios modo, quos etiam committere cum Græcis solebat, sed & catervarios oppidanos, inter angustias vicorum pugnantes temere ac sine arte. Universum denique genus operas aliquas publico spectaculo præbentium, etiam cura sua dignatus est. Athletis & conservavit privilegia, & ampliavit*; idem in *Nerone* cap. XL. *Statimque in Gymnasium progressus certantes athletas effusissimo studio spectavit*. Et in *Augusto* c. XLIV. *Athletarum spectaculo muliebrem sexum omnem adeo submovit, ut pontificalibus Ludis pugilum par postulatum distulerit in sequentis diei matutinum tempus, edixeritque mulieres ante horam quintam venirent in theatrum* [2] *non placere*. Nero tamen obscænus Imperator, ad eorumdem spectacula virgines etiam Vestales invitavit. Suet. c. XII. *Ad athletarum spectaculum invitavit virgines Vestales, quia olympiis quoque* [3] *Cereris Sacerdotibus spectare conceditur*. Et paulo ante; *Gymnico certamini quod in* [4] *septis edebat inter* [5] *Buthysiæ apparatum,* [6] *barbam primam posuit, conditam in auream pyxidem*. Idem c. LIII. *Exiit opinio post scenicas coronas proximo ludo descensurum eum ad Olympia inter athletas, nam luctabatur assi-*

Ἄνθρωπος κεῖμαι Τιμοκρέων ῥόδιος.
Multa bibens, & multa vorans, mala multa loquutus
Athleta hic jaceo Timocreon Rhodius.

De voracitate athletica est præterea Tzetza Chil. lib. II. toto c. XL. Victum athleticum damnat Plato lib. *de rep.* III. de Gener. Animal. nos supra.

1 *Athletice*) Aristoteles ἕξιν ἀτλητικὴν, habitudinem athleticam, veluti firmam vocat; facit de hac re Hippocrates in Aphorismo, ubi Galenum vide; quin Plutarchum in Fabio maximo, in Philopœmene.

2 *Non placere*) Formula Augusti; ea, si observes, sæpissima in edictis, quæ ipsius reperiuntur. Suet. in *Claudio* ex epistola Augusti ad Liviam. *Spectare Claudium Circenses e pulvinari, non placet nobis*.

3 *Cereris Sacerdotibus*) Non enim fœminæ spectabant. Tzetzes Chil. prima c. XXIII. ὡς δέ τις νόμος ἔκειτο κωλύων τὰς γυναῖκας θέαθαι τὰ ὀλύμπια. Stat. lib. primo *Theb.*

Exclusæque expectant præmia matres.

ubi Lutatius: *sacrorum lege probibitum est Olympicum certamen spectare mulieres*, quod & Val. Max. habet l. IIX. c. XVI. tantum lectissimis fœminis id concessum, ut Berenici, sive Pherenici, quod ex olympico patre orta esset, fratribus eundem honorem assecutis: hanc Callipateram vocat Pausanias lib. V. & Tzetza adductus. Aristopatoram Pindari appellat interpres; si aliqua contra legem spectavisset, saxo e monte Typhæo præcipitabatur, ut in *Eliacis* habet Pausanias. Romæ quoniam sacerdotibus Cereris dabatur spectare olympiaca, concessum est, ut spectarent Vestales Virgines; etiam Suet. in *Nerone*.

4 *Septis*) Caligulam in septis certamina etiam edidisse, testis est Suet. in *ipso*.

5 *Buthysiæ*) Bovis sacrificii solemnis. Athenæus quid sit declarat l. IV. ὅταν δὲ τοῖς Ἥρωσι θύωσι, βουθυσία μεγάλη γίνεται, καὶ ἑστιῶνται πάντες μετὰ τῶν δούλων. *Quando sacrificant Heroibus, fit magna buthysia, omnesque cum servis comedunt*. De ea apud Athenienses vide Ælianum *Var. lect.* lib. IIX. cap. III. & ait Διιπόλια ea sacra etiam fuisse appellata; Pausaniam in *Atticis*. Porphyrium περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων lib. II. Hesych. in voce βουφόνια, & Suidam, quin Aristophanis Scholiastem in *Nubibus*.

6 *Barbam primam posuit*) Vigesimo primo anno, citius interdum, interdum quoque tardius barbam deponebant. Macrobius in *somnio Scipion.* siquidem ter septenarium numerum requiri ad radendam barbam assignat, de hac pixide vide Arbitrum, ejusque Scholiastas. Juvenes itaque barbati olim, rasi viri: hinc illud Juvenalis.

—— Cujus barbam tua janua vidit.

idque voluit Cic. *ad Atticum* lib. I. *Commessatores conjurationis, barbatuli Juvenes*; & *pro M. Cœlio*: *non hac barba, qua ista declaratur*. Eum diem, quo barbam deponebant, festum habebant, dona barbam deponentes ab amicis, & servis accipiebant. Martial. l. III. epigr. VI.

Libat florentes hæc tibi prima genas.
Magna licet dederit jucundæ munera vitæ,
Plus nunquam patri præstitit illa dies.

due: nec aliter certamina Gymnica Græcia tota ſpectaverat, quam[1] *brabeutarum more in ſtadio humi aſſidens: ac ſi quæ paria longius receſſiſſent, in medium manibus ſuis protrahens.*

A Dio in *Heliogabalo: Spectaculis Sardanapali adfuit Aurelius Ælix nobilis Athleta, qui Olympiis lucta, & pancratio certavit, & utriuſque certaminis victor in*[2] *Capitolino agone*

---

1 *Brabeutarum more humi aſſidens*) Qui mos etiam apud noſtros brabeutas in luctis feſtivis, ut videlicet hoc modo nexus illegitimos, apprehenſioneſque non juſtas dijudicent, utuntur nunc baculo, nec aliter veteres. Sidon. lib. II. epiſt. ad Domitium. *Abſunt turbidi, tortuoſique pugillatus, & nexibus palæſtritæ quorum etiam juvenum luctas, ſi involvantur obſcœnius, caſta confeſtim gymnaſiarcharum virga diſſolvit.*

Brabeutarum, βραβευταὶ deſignatores, præfecti ludorum ſunt, & gymnaſiorum, qui & ἀγωνοθέται ἀθλοθέται ἀγώνων, διαθέται, ἄθλων ἐπιμεληταὶ, ἄθλων ἔφοροι, ἐπίσκοποι, προστάται, ἐπόπται a Polluce appellantur; res ipſa ἀγωνοθεσία. ἀγώνων διάθεσις, ἄθλων ἐπιμέλεια. Agonothetæ vero officium deſignat. Plut. in *Flam.* ἀγωνοθέτης δὲ Νεμείων ἀποδειχθεὶς ἐν Ἄργει τήν τε πανήγυριν ἄριστα διέθηκεν. *Argis creatus agonothetes Nemeorum, rem illorum ludorum optime gubernavit*: facit idem de agonotheta etiam in *Catone*. Purpura agonothetæ dum præſiderent veſtiebant, ut habet Lucianus in *Anacharſide*. De iis ita facit l. *Athletas*. D. *de iis, qui not. infam. quos Græci* βραβευτὰς *appellant artem ludicram non facere, Celſus probat*. Immo ſummo honore videbantur prædìti, ipſorum enim arbitrio victoribus præmia dividebantur, atque in gymnaſiis, & ludis non admittebantur certatores, niſi ab iſtis approbarentur. Jo. Caſſianus Eremita de ſpiritu Gaſtromargia ita id exponit. *In his ſi quidem Juniores, qui has diſciplinas cupiunt profiteri, utrum mereantur, vel debeant ad eas admitti, tam ejus, qui iſtis certaminibus præſidet, quam totius populi judicio comprobatur. cumque diligenter examinatus quis repertus fuerit nulla vitæ reſperſus infamia, deinde non ſenectutis jugo ignobilis, & ob hoc indignus diſciplina hac, vel congreſſu eorum, qui hanc profitentur, fuerit judicatus; tertio ſi artis, ſi fortitudinis digna præferat documenta, & junioribus, coævisque decertans peritiam pariter, & virtutem demonſtraverit juventutis, ac proficiens de ephœborum luctamine perfectis jam viris, & experientia longa probatis congredi permiſſus fuerit, Præſidentis examine, ſeque non ſolum parem virtutis eorum aſſidua colluctatione probaverit, verum etiam frequenter inter hos quoque victoriæ palmam fuerit conſecutus; Tum demum ad agonis præclara certamina merebitur pervenire, in quibus non niſi victoribus tantum, & his qui multarum coronarum ſtipendiis coronati ſunt facultas conceditur decertandi*. Hæc ille: quod vero dicit: *nulla vitæ reſperſus infamia*, non admiſſos infames ad Græciæ nobiliſſimos ludos intellige, ut apud Plutarchum in *Themiſtocle* eſt, qui docet nothos cum legitimis non coiiſſe ad gymnaſium; ignobiles alibi exercebantur: διὸ δὲ τῶν νόθων εἰς Κυνοσάργες συντελούντων ἔπεισέ τινας ὁ Θεμιστοκλῆς τῶν εὖ γεγονότων νεανίσκων καταβαίνοντας εἰς Κυνοσάργες ἀλείφεσθαι μετ' αὐτοῦ, καὶ τούτου γενομένου δοκεῖ πανούργως τὸν τῶν νόθων, καὶ γνησίων διορισμὸν ἀνελεῖν. *Cum nothi in Cynoſarges convenirent; duxit quidem Themiſtocles nobiles juvenes, qui cum ipſo ungerentur; quo facto videtur callide differentiam nothorum, & legitimorum ſubſtuliſſe: poſtquam de vita, moribuſque eſſent examinati*; hoc modo loquebantur intraturis ad ſocietatem Gymnaſii agonothetæ: (formula ſiquidem apud Philoſtratum l. v. eſt) *labore veſtro merito conſecuti eſtis, ut in olympiam intretis, & nihil deſidioſum, aut improbum admiſiſtis; ite igitur alacres*: hic mos poſtea auctorandi certatores ad ſcholaſticos eſt translatus, non niſi Herculis imitatione conditionis: quam rem, ne longior ſim, pete ex fragmento Olympiodori apud Photium. Sed ad agonothetas revertamus, qui & ἐπόπται, ut dixi, nuncupabantur, quaſi inſpectores: quod officium vetus eſt, ut ex Homero liquet in Patrocli certamine.

> *At procul in campo ſpeculari juſſit acute*
> *Divum Phœnicem aſſectatoremque parentis*
> *Qui exploraret equos, & curſus cuncta referret.*

Iphitus primo ſolus Hellenodica fuit, poſt hunc ex Elæis propoſiti duo in Olympia extitere hellanodicarum: hos ſequutus eſt trium curatus, quibus adjuncti totidem in Pentatlis; atque ita ſex erant: adjuncti deinde quattuor, ut decem fierent, poſtmodum duodecim extitere, quod totidem Elæorum eſſent tribus: ſed amiſſa parte agri Arcadici, tribuumque imminuto numero ad octo reciderunt, & rurſus novenarium, poſtea ad denarium numerum aucti perdurarunt. Pauſanias in *Eliacis* lib. I. duos fuiſſe in Olympia agonothetas, & ad multos annos duraſſe tradit, & quarta olympiade ſeptem fuiſſe additos illis alios judices: atque ex iis tres de curſu equorum, totidem de Pentatlo, reliquos de certaminibus cœteris cognoviſſe: horum arbitrio ut prænotavi dabantur palmæ, & coronæ. Nazian. ad Frater. in ſannab. παραληφθῆναι παρὰ τοῦ Ἀγωνοθέτου, ὡς ἀπολαβεῖν τὸ δικαιοσύνης στέφανον. Clemen. Alexan. Ἀγωνοθέτων ὁ Θεὸς, βραβευτὴς ὁ υἱὸς Θεοῦ, θεαταὶ δὲ οἱ ἄγγελοι. *Agonotheta Deus, brabeuta deſignator Dei filius, ſpectatores angeli*. βραβεὺς vero, ut βραβευταὶ a βραβεύω. βραβεύω eſt διανέμω *divido*: inde βραβεῖον, bravium, quod qui adipiſcitur *bravo* dicitur apud Italos, apud quos etiam inde venit *bravare*, nempe διανέμειν, quod diſtribuere eſt, ac cum imperio præſidere. βραβευταὶ enim ſunt, tamquam ῥαβδευταὶ, quod virgam haberent in manibus, quam *magiſtralem* appellat Sidonius, pro ſceptro, videlicet quo regno ſuo, hoc eſt, in agone imperarent; & ſupra cæteros eſſent.

2 *Capitolino agone*) Ibi etiam certamen exhibitum a Domitiano. Suet. cap. IV. *inſtituit & quinquennale certamen Capitolino Jovi triplex, muſicum, equeſtre, gymnicum, & aliquanto plurium, quam nunc eſt, coronarum*: apparet tempore Suetonii perduraſſe hoc certamen. Non igitur ſublatum per ſenatum, qui omnia illius Principis acta reſcinderat: ſed intervallum temporis, quo recurrebat, a morte Principis, egregium inſtitutum confirmavit. Inde initium anni accipi juſſerat idem Cæſar more Græcorum, qui ab Olympio agone illos ſuos numerabant, ut dixi ſuperius. Sed annus naturalis ille Græcus: Romanus luſtralis. Cen-

fuit, quod ante eum Romæ nemo fecerat. Memorantur Athletæ illuſtres multi, inter hos Milo Crotoniata, de quo Gellius l. xv. c. xvi. [1] *Milo* (inquit) *Crotonienſis athleta illuſtris, quem in Chronicis ſcriptum eſt Olympiade prima coronatum eſſe, exitum habuit vitæ miſerandum, & mirandum. Cum jam natus grandis artem athleticam feciſſet, iterque faceret forte ſolus in locis Italiæ ſilveſtribus, quercum vidit proxime viam patulis in parte media ramis hiantem. Tum experiri credo etiam volens, an ullæ reliquæ ſibi vires adeſſent, immiſſis in cavernas arboris digitis, deducere & reſcindere quercum conatus eſt, ac mediam quidem partem diſcidit divſitque: Quercus cum in duas deducta partes, quum illo quaſi perfecto, quod erat connixus manus laxaſſet, ceſſante vi rediit in naturam, manibuſque ejus retentis incluſiſque ſtricta denuo, & cohæſa dilacerandum hominem feris præbuit.* Fuit etiam athleta [2] Euripides Poeta Tragicus, ut Theopompus auctor eſt. Solinus c. iii. *Polyhiſtoris*, de eodem Milone tradit, quod ictu nudæ manus taurum fecit victimam, eumque ſolidum qua mactaverat die aſſumpſit ſolus non gravatus. Victor omnium certaminum quæ obivit. Idem Solinus alios nobiles athletas commemorat. [3] Lygdamum Syracuſanum, qui xxxiii. Olympiade primus in Olympico certamine Pancratii coronam reA portavit, ejuſque oſſa deprenſa ſunt medullas non habere. Item Byzantium pugilem c. iv. & c. v. Polymneſtorem Mileſium victorem in ſtadio Olympiade xlvi. curſu. De hoc eodem Milone Crotoniata Cicero *de Senectute: Quæ vox poteſt eſſe contemptior quam Milonis Crotoniatæ, qui cum jam ſenex eſſet, athletaſque ſe exercentes in curriculo videret, aſpexiſſe lacertos ſuos dicitur, illacbrimanſque dixiſſe: At hi quidem mortui jam ſunt.* Et paulo infra. *Per ſtadium ingreſſus eſſe Milo dicitur, quum humeris ſuis bovem ſuſtineret vivum.* Gellius l. v. c. ix. *Ægeles Samius athleta, cum antea non loquens fuiſſet, ob hanc* B *cauſam eloqui cœpiſſe dicitur. Quum in ſacro certamine ſortitio inter ipſum, & adverſarios non bona fide fieret, & ſortem nominis falſam ſubjici animadvertiſſet, repente in eum qui id faciebat ſeſe videre quid faceret, magnum inclamavit, atque is oris vinculo ſolutus per omne vitæ tempus locutus eſt.* Alexander Imp. in titulo Codicis de Athletis: *Si tribus* (inquit) *ad minus coronis publice fuerint donati, civilium munerum vocationem conſequi poſſunt.* Apud Ulpianum Jureconſultum in l. *Athletas*, ff. *de his qui notantur infamia*, dicuntur etiam *athletæ* qui non lucri, ſed virtutis gratia ſe exercent publice, & non magis coacte quam ſua ſponte, ut ſunt qui hodie [4] ſcrimia exercent. Plinius l. xxiii. c. vii. Fi-

---

ſorinus *de die natal.* cap. v. *quare agon, & in Elide Jovis Olympii, & Romæ Capitolini quinto anno redeunte celebratur*: & inferius: *rurſus tamen annus, id eſt, magnus*, ſic luſtrum vocat: *per Capitolinos agones cœptus eſt diligentius ſervari: quorum agonum* primus a Domitiano inſtitutus fuit die duodecimo ejus & Serg. Cornelio Dolabella Coſſ. In iis certaminibus poetæ, oratores, atque omne genus artificum coronis contendebant: ad imitationem ſiquidem Olympiacorum a Domitiano ſunt inſtituta. Vetus inſcriptio. L. VALERIO PVDEN. T. HIC CVM ESSET ANNORVM XIII. ROMÆ CERTAMINE IOVIS CAPITOLINI LVSTRO SEXTO CLARITATE INGENII CORONATVS EST INTER POETAS LATINOS OMNIBVS SENTENTIIS IVDICVM. De his certaminibus Tac. *Annal.* xvi.

1 *Milo Crotonienſis*) De hoc Pauſanias *Eliacorum* lib. ii. Ovid. *in Ibin.* Strabo l. vi. Val. Max. lib. ix. Tzetza Chil. lib. ii. cap. xl. & cum ipſo pro athletis ſtrenuis Egonem quendam Damaxenum, Idam Lynceum prædicat. Theocriti Scholiaſtes Idyllio iii. Galenus *orat. ſuaſor.* cap. vi.

2 *Euripides*) Habes in ejus Vita apud auctores omnia: at de athletarum natura certe non bene diſſeruit: referuntur a Galeno duo Euripidis hi verſiculi.

Κακῶν γὰρ ὄντων μυρίων κατ' Ἑλλάδα,
Οὐδὲν κάκιον ἐστὶν ἀθλητῶν γένους.
Cum multa mala ſane ſunt in Græcia,
Nullam athletarum genere eſt deterius.

ſunt qui & Platonem fuiſſe athletam aſſerant, inter quos Servius *Æneid.* lib. vii. & Laertius in ejus vita: ſic & Solonem fuiſſe credo, ut ex *Anacharſide* Luciani videri poteſt; fuit & Theon Alexandrinus Athleta, ſic & Apulejus, ut in *Floridis* ſuis indicat.

3 *Lygdamum*) Græcæ memoriæ. Λύγδαμος Συρακούσιος πρῶτος παγκράτιον ἐνίκησε κατά τινας, ὃς στάδιον ἐξεμέτρησε τοῖς αὐτοῦ ποσί. *Lygdamus Syacuſius, qui pancratium vicit primus juxta aliquos, & ſtadio ſuis pedibus menſuram tribuit.* Quod falſum: nam ſtadii Homerus meminit in *Iliade*, dum funus Patrocli Hippoamillia proſequitur. Fortaſſe menſuram particularem novam invenit, ac diſpoſuit, quod placet: vide de Stadio ſuo capite. Eum quidem πηχέων τριακοσίων διάστημα faciunt, ſpatium ſcilicet trecentorum cubitorum, Schol. Pind. ode *Olymp.* x. Triclinius xvi. vide interpretem Ariſtophanis in *Avibus*; cur ita dicatur, lege in verbo στάδιον Etym. Magnum.

Scrimia) Corrupte proculdubio a ſciamachia, quæ umbratilis pugna eſt. σκριμιδόρος eſt *gladiator* Græco-barbaris. Corona pretioſa. σκριμιδόρος, ὁπλόμαχος: *gladiator*; ad ſciamachiam pertinere tantum pugillatum, & palæſtram dicit Favorinus in σκιαμαχεῖν. Cœl. Aurel. lib. v. cap. ult. *Tum ὁπλομαχία, hoc eſt, armorum ficta conflictio*; & de exercitio, non de vera pugna loquitur; ut erant batuitio, quæ rudiculis, virgiſque fiebat: *batuere* enim tundere. Don. in *Eun.* Teren. *tuditur hoc eſt, batuitur faba*: ex hac originatione *batterſi, battaglia* veniunt apud Italos. βακλίζειν Græco-barbaris, quod tamen a βάκλου venit, a *baculo*, rectum eſt βακτηρία, quæ virga βάζειν dicitur, quod ſcipione ad incedendum utamur. Oed. Col. Interp. βεργὸς eſt Schol. Theocr. Idyll. i. unde στάλικες, τὰ πολυβέργια. Schol. Oppian. *Halieut.* iv. hinc *rude donari* eſt, e ludo gladiatorio eos ſecludere apud Romanos veteres, qui eſſent emeriti.

cus ſiccas corpus, & vires adjuvare ſcribit. Ob id ante [1] athletas hoc cibo paſci. Athletarum judices erant *Athletæ*, & *agonothetæ* vocati. Item curatores horum certaminum, qui præmia certantibus proponebant. [2] Maſtigophori vero erant, qui athletas in certaminibus comitabantur, & cum flagellis præibant ſpectatores, & turbam importunam ſubmoventes, ne ſpectaculis impedimento eſſet. Spartianus in *Hadriano*: *Athenis pro* [3] *agonotheta reſedit*. Erant & gymnaſii præfecti *gymnaſiarchæ* vocati, de quibus Sidonius l. II. Epiſt. *ad Domitium*, qui athletarum, & certaminum gymnicorum curam habebant: de quorum uno mentio eſt in antiqua hac, & eleganti inſcriptione, quam in portu Anconitano repertam ex muſeo Fulvii Urſini deſcripſi.

ΕΔΟΞΕ ΤΟΙΣ ΑΛΕΙΦΟΜΕΝΟΙΣ ΕΠΕΙΔΗ.

Plutarchus in *Problematibus* auctor eſt, Romanos niſi prius [4] laviſſent, non ungi conſueviſſe, nec aliud Græcis ſervitutem ac mollitiem attuliſſe Romanos putaſſe, quam gymnaſia & palæſtram, quibus langueſcunt adoleſcentium animi, & penitus effæminantur, immo puerorum amores gigni, hinc ſomno & deambulationibus juvenum corpora corrumpi, hinc ſaltationibus & motu compoſito, & certo ac delicato cibi genere debilitari; quibus de cauſis ab armis ſe delapſos eſſe non intellexerunt, contentique pro ſtrenuis ac fortibus militibus, ſe bonos palæſtritas, & athletas dici & haberi, & ad ſummam inertiam mollitiemque deflexerunt. Loca igitur athletarum certamini deſtinata, præter Circum, & Theatrum, de quo infra dicam, ſtadium, ſepta, in Campo Martio, Palæſtræ, & Gymnaſia ſive Thermæ etiam fuere. De quibus ſingulis brevi dicam. [5] Stadium autem, quod Latine *Curriculum* dicitur, locus erat, in *Stadium quid?*

---

1 *Athletas hoc cibo paſci*) Non omni cibo athletæ utebantur. Caſſiodorus *de ſpiritu fornic.* c. VII. *Audi quid dicat Apoſtolus: omnis, qui in agone contendit, ab omnibus ſe abſtinet: a quibus omnibus dixerit, inquiramus: illi, qui in hoc agone viſibili ſtudent legitime decertare, utendi omnibus eſcis, quas deſiderii libido ſuggerit, non habent facultatem; ſed illis tantum, quas eorundem certaminum ſtatuit diſciplina: & non ſolum interdictis eſcis, & ebrietate, omnique crapula eos neceſſe eſt abſtinere; verum etiam cuncta inertia, & otio, atque deſidia, ut quotidianis exercitiis, jugique meditatione virium eorum poſſit accreſci; affectu etiam, & opere conjugali fiunt alieni, ut præter exercitium diſciplinæ nihil aliud noverint.* Paulo poſt; *atque in tantum ſe mundos a coitus pollutione cuſtodiunt, ut cum ſe præparant ad agonum certamina, ne qua forſitan per ſomnium nocturna deluſit fallacia vires minuant, multo tempore conquiſitis laminis plumbeis renum contegunt loca, quo ſcilicet metalli rigore genitalibus membris applicito obſcænos humores valeant inhibere.* Hæc ipſe. Nec illud de lamina plumbea, quam pectori applicuiſſe Neronem fatetur Tranquillus, alio traho; voci enim coitus obſtrepit vel Martiale teſte: de plumbea lamella adhuc uſum etiam Galenus admonet: *renum loca* dixit, & poſtea *genitalibus membris*, ut ſciamus, in re Latina loca obſcæna dici abſolute genitalia. Martial.

Dum timet alterius vulnus inepta loci.

Epigr. quod apud me vetus eſt obſcænum, ſed Latini commatis. *Nec locus eſt tibi, nec puer, & non ſuppetit uxor.*

2 *Maſtigophori*) Ita Scholiaſtes docet. Arcadius Juriſconſultus lib. XIIX. *Maſtigophori quoque, qui agonothetas in certaminibus comitantur, & ſcribæ magiſtratus perſonali munere ſerviunt.* Non honeſtum itaque eorum miniſterium. De iis Xyphil. in Commodo. & facit lex ult. *De Mun. & honor.* Vide Briſſonium lib. IV. *Select. Antiq.* Pollux l. III. c. XXX. ὁ μαςιγονόμος ὁ ῥαβδȣ̃χος, ϰ̀ ὁ ῥάβδῳ ϰοσμῶν, ut Plato dixit: ut Xenophon μαςιγοφόρος.

3 *Agonotheta reſedit*) Caſſianus *de ſp. for.* c. IX. *Dominus arbiter, & agonotheta pugnam curſus, & certaminis noſtri expectat.* Idem *de Circo* D. Chryſoſtomus & Clem. Alex.

4 *Laviſſent, non ungi*) Id Græcis obſervatiſſimum: ſemper Homerus ſuos lotos antea, poſtea unctos facit *Odyſſ.* Γ.

Αὐτὰρ ἐπεὶ λȣ̃σεν τε, ϰ̀ ἔχρισεν λίπ' ἐλαίῳ.

Et *Odyſſ.* Δ.

Τȣ̀ς δ' ἐπεὶ ȣ̃ν δμωαὶ λȣ̃σαν, ϰ̀ χρῖσαν ἐλαίῳ.

Sic apud Ennium, ſic apud Virgilium l. VI. *Æneid.* habemus. Petron. *Intravimus balneum, & ſudore calefacti momento temporis ad frigidam eximus: jam Trimalcio unguento perfuſus tergebatur.* Unguento hic non oleo perfuſus, quia dives: ſed quandoque etiam uncti non loti. Celſus lib. I. cap. II. *Exercitationem recte ſequitur modo unctio, modo balneum.* An quandoque uncti, ſtatim poſtea lavabantur. Plaut. *Pœn.* *Quid multa verba faciam, ubi tu laveris, ibi ut balneator faciat unguentariam*: minime, ſed de delicatulo loquitur, cujus cutis aquam odore veteris unguenti inficeret.

5 *Stadium autem*) Stadium poſt xyſtum collocat Vitruv. l. V. c. XI. nempe ſub dio: *poſt xyſtum* (inquit) *autem ſtadium ita figuratum eſt, ut poſſint hominum copiæ cum laxamento athletas certantes ſpectare.* Primum Romæ puto a Domitiano conſtitutus, non enim fuiſſe Italicæ conſuetudinis uſque ad ſua tempora, ad ætatem nempe Auguſti palæſtrarum ædificationem, idem fatetur Vitruv. neque ab aliis Principibus uſque ad Domitianum ædificium tale erectum reperio, fiebat vero tantæ capacitatis, ut ex una periſtyliorum parte curſum, ex altera recurſum admitteret: quod vocaverunt διάυλον Græci; ibant enim, & redibant Curſores in diaulo: unde de ipſo ſic Pindarus *Iſth.* ode I. γναμπτῶν δρόμων. ἐν γναμπτοῖς δρόμοις: quamvis & unius etiam curſus tantum capax fieret; ut & illud ejuſdem Poetæ. ςάδιον μὲν ἀρίςευσεν ἀϑύτονον. δίαυλον quidem intelligit Ariſtophani interpres pro ambitu inter periſtylia, in quo duo ſtadia ſint, menſuramque habeat paſſuum ducentorum; centum enim paſſus ſtadium unum conficiunt, ut propterea ſpatium unum in periſtylio centum habeat columnas, unde Hecatoſtylon ſpatium vocat in Euſebio Hierony. atque hinc porticus centum columnarum, ut eſſent magnificæ, conſtituebantur, ut ſtadium implerent: ſic Martialis.

Proxima centenis oſtenditur urſa columnis.

ad

quo homines & equi cursitabant, & athletæ A certabant, ἀπὸ τῆς στάσεως, hoc est, *a statione*, quod Hercules eo spatio [1] uno spiritu confecto constitisset. Cicero II. *Tusculanarum: Ut in Stadio Cursores exclamant quam maxime possunt*. Martialis lib. III. ad *matronas*:

Gymnasium, Thermæ, Stadium est hac parte, recede.
Exuimur, nudos parce videre viros.

Catullus de *Berecynthia*, & *Aty*.

Abero Foro, & Palæstra, & Stadio, & Gymnasiis.

Lampridius in *Heliogabalo*, *Omnes* (inquit) *de Circo, de Theatro, de Stadio, & omnibus locis, & balneis meretrices collegit in ædes publicas, & apud eas concionem habuit*. Ammianus libr. XVI. cap. X. *Vidit* [2] *forum Pacis, Pompeii Theatrum*, [3] *Odeum, & Stadium, aliaque decora Urbis æternæ*. Clarissimum fuit curriculum Stadii Olympici, quod Hercules suis pedibus metatus fertur, continebatque octavam mille passuum, vel milliarii partem, quod CXXV. (ut Plinius lib. II. cap. XXIII. scribit) nostros efficit passus, hoc est, pedes DCXXV. passus enim quinque pedibus constat, quæ mensura octies multiplicata mille passus, & milliare efficit.

Hinc Circus Maximus Romæ apud Latinos aliquando ob rei similitudinem *Stadium* dictus est, quod tamen nomen Græcorum potius fuit; nam quod Latini *Circum*, ipsi *stadium*, vel *Agon* vocavere. Tranquillus in *Domitiano* cap. V. refert ipsum Romæ exædificasse inter cætera Flaviæ gentis Templum, [4] Metodium, Stadium, & Naumachiam. Idem (ut dixi) cum Stadio Agon

---

ad constituendum vero diaulon centum alteræ ex altera parte erant. In ipso coronabantur quoque victores, ut ex Pindaro liquet, & Arateor. Poeta.

Virtuti est damnosa quies, nullumque coronat
In stadiis securus honos; sua gloria forti
Causa laboris erit.

de stadio vide ad Vitruv. lib. V. cap. II. Philandrum. Plin. lib. II. c. XXIII. Pausaniam lib. II. Pollucem lib. III. περὶ δρόμου γυμνικοῦ Themisthium paraphrasi ad IV. Physicorum, Herodotum lib. I. At quia trecentos cubitos implere stadium, ut alibi adnotavi, dicunt, atque hi centum passus reddunt, quo constare idem fatentur stadium; necesse est credere, passum intelligi experti cursoris διζώνου, non qualem ordinarium nos extendimus; hinc Lygdamum passu suo mensuram determinasse stadio memoria Græca superius allata recitat.

1. *Uno spiritu*) Ex Agellio lib. primo cap. primo; sed vide quæ de Lygdamo diximus supra; & Cæl. Aurel. lib. V. cap. ult.

2. *Forum pacis*) Romanum videlicet; in *Vesp.* Suet. *fecit nova opera, templum Pacis foro proximum*. Et quotiescumque forum absolute ponitur, hoc intelligitur; de quo Plinius lib. I. cap. V. lib. XII. cap. XIV. lib. XIX. cap. I. Propert.

Romanum satis est posse videre forum.

Pacis vocavit, quod ei proximum a Vespasiano sit templum ædificatum, & manubiis Judæorum refertum. Hieronymus, & Josephus testes; arsit hoc tempore Commodi gravi incendio, ut testatur Herodianus lib. I. πᾶν τὸ τῆς Εἰρήνης τέμενος κατεφλέχθη, μέγιστον, καὶ κάλλιστον γενόμενον τῶν ἐν τῇ πόλει ἔργων. Meminit etiam Galenus in vita propria hujus incendii, sibique arsisse libros, quos de re medica scriptos ibi reliquerat, ex quo colligo, illius bibliothecam fuisse, ut ab aliis traditur; instauratum postea a Severo hoc templum, ni me fallunt Spartiani verba in eod. cap. XXIII. *Romæ omnes ædes publicas, quæ vitio temporis labebantur, instauravit; nusquam prope suo nomine scripto, servatis tamen ubique titulis conditorum.*

3. *Odeum*) Vitruvius inter membra scenæ Odeum numerat, dum inquit lib. V. cap. IX. *Et exeuntibus a theatro sinistra parte odeum, quod Athenis Pericles columnis lapideis disposuit, naviumque malis, & antemnis, spoliis Persicis pertexit*. Locus hic canentium, ut apparet, voce est appellatum ἀπὸ τῆς ᾠδῆς, Suidæ placet, ejusque Ammianus meminit lib. XVI. & suggestum videtur fuisse, suffultum gradibus, & veluti θεατρίδιον, in quo Musicæ spectarentur concertationes. Certamina inter Choristas, cytharistas, psallocytharistas, ex Tranquillo habemus, ob quæ excitatum hoc Odeum inquit ipse in *Nerone* cap. XII. *Instituit & quinquennale certamen primus Romæ more Græco triplex, musicum, gymnicum, equestre*. Odeum vere nominat in *Domitiano* cap. V. *Item Flaviæ gentis templum, stadium, & odeum, & naumachiam*. Plutarchus in *Vita Periclis* retulisse Regii tabernaculi formam Odeum scribit; aitque Suidas in eo δικαστήριον τοῦ ἄρχοντος fuisse. Excitati Odei a Domitiano meminit etiam Eutropius lib. IX. Hujus concertationis ritum e Græcia prodiisse viderur indicare in *Cim.* Plutarchus. Sane in Chytris Bacchi, quorum meminit Athenæus lib. IV. & Alciphron in Epist. Menandri ad Glyceram, Poetæ quattuor inter se dramatibus decertabant. Laert. in *Platone*. τέτρασι δράμασιν ἠγωνίζοντο Διονυσίοις, Ληναίοις, Παναθηναίοις, καὶ Χύτροις; de qua re in *Licurgi vita* idem Plutarchus; sed aperte de certamine musico apud Græcos Aristides in *Panathenaica*, σύνισμεν δὲ δήπου καὶ τὸν ἀγῶνα τὸν γυμνικόν, καὶ ἔτι μᾶλλον τὸν τῆς μουσικῆς, οὐκ εἰσάπαξ ὁριζόμενον, ἀλλ᾽ ἐφ᾽ ἑκάστῃ τελευτῶντα ὡς εἰπεῖν τῇ ἡμέρᾳ. καὶ μικρ. Scholiast. Demosthenis, & Pollux lib. IIX. cap. IX Opus vero Odeum Periclis fuit, ut Vitruvius supra affirmavit, & habet in *ejus vita* Plutarchus; & eum describit, de ipso & Pausanias in *Atticis*. Strab. lib. IX. Appian. *de bello Mitrid.* Ubi exustum ab Aristone ipsum facit. Sed rursus rex Ariobarzanes restituit. Vitruv. lib. V. cap. IX. Ante quam theatrum fieret, in eo cytharœdi, & rapsodi concertabant. Hesych. in ᾠδεῖον, si tamen verum est. Aristophanis Scholiastes in *Vespis* melius narrat, Odeum locum in theatri forma fuisse, in quo soliti cantores fuerint experiri poemata, ante quam in theatro recitarentur.

4. *Metodium*] Odeum est in Suet. ex lectione Torrentii, ac aliorum; sunt tamen *mitodium* qui legant, ac sustineant: tamen injuria: ita appellatum *metodium* volunt, quod tribus pateret locis Eusebio teste in *Chronicis*. Nervæ forum appellat eum Tranquillus, quod a Nerva

erat, in Agone enim quum aliis ludicris, tum cursu præcipue certabatur, quemadmodum in Stadio, & Circo. Censorinus libro *de die Natali*, cap. XII. tria Stadiorum genera facit, Olympicum passuum DC. Pythicum passuum ∞ Italicum passuum CXXV. De stadio Olympico ab Hercule condito multa Gellius lib. I. cap. I. [1] Septa loca erant in Campo Martio tabulatis inclusa, in quibus populus Romanus suffragia tributis, & centuriatis Comitiis ferre consueverat, ita ad similitudinem ovilium dicta, de quibus Martialis lib. IX. epigr. LIX. *in Mamurram*,

In septis Mamurra diu multumque vagatus,
Hic ubi Roma suas aurea [2] vexat opes.

In quorum medio recessus quidam erat ovile dictum, de quo Lucanus lib. II.

Concidit & miseræ maculavit ovilia Romæ.

Et Juvenalis Satyra VI.

A Meroe portabit aquas, [3] ut spargat in æde
Isidis, antiquo quæ proxima surgit ovili.

Et Ausonius in Panegyri ad Gratianum Imperatorem: *Romanus populus, Martius Campus, Equester ordo, Rostra, Ovilia, Senatus, Curia, unus mihi omnia Gratianus.* Livius septa, & ovile commemorat, quæ ex ligneis M. Agrippa sub Augusto lateritia, & marmorea fecit, picturisque exornavit. Dio lib. LIII. *Augusto* VIII. *& Tauro Cons. Agrippa septa aedicavit. Septa locus est in Campo Martio, quem ad Comitia tributa habenda Lepidus undequaque porticibus circumductis ædificaverat, & tabulis lapideis, ac picturis exornatum Agrippa septa Julia ab Augusto cognominavit.* Plinius lib. XVI. cap. XL. *Fuit memoria nostra in porticibus septorum a M. Agrippa relicta æque miraculi causa quæ diribitorio superfuerat trabs* C. *pedum sesquipedali crassitudine.* Palæstra ædificii genus apud Græcos erat, cujus exædificationem, & porticuum rationem docet Vitruvius lib. V. cap. XI. in qua varia ad exercitium idonea loca disposita erant. In his harenis stratis cuncti præter cursores, athletæ, se exercebant, ut pugiles, & luctatores, qui etiam palæstritæ dicti sunt, & ars ipsa palæstra vel palæstrica. *Palæstra* proprie dicitur *Luctatio* a πάλιν iterum, & παίω *ferio* vel *percutio*, aut ἀπὸ τῆς πάλης, id est, *a luctatione*, vel ἀπὸ τοῦ πάλλειν; id est, [4] a motu ur-

---

incœptum saltem fuerit. De hac in *Alex. Sev.* Lampridius c. XXVIII. *statuas jocosas, vel pedestres nudas, vel equestres Divis Impp. in foro Nervæ; quod nunc transitorium dicitur locabat*; modo arcam Noe vitiato vocabulo vulgo appellant. Vide Marlianum lib. *Topogr.* III. cap. XIII. In hoc forum Numæ simulachrum translatum Servius lib. VII. *Æn.* narrat. idem Lampridius in *Severo* cap. XXXVI. *In foro transitorio ad stipitem illum ligari præcepit, & fumo apposito, quem ex stipulis, atque hujusmodi lignis fieri jusserat, necavit, præcone dicente: Fumo punitur, qui fumum vendidit*: fumum vendere est fucum alicui facere, desumpta a simula atriensibus similitudine, quæ infumatæ augent dignitatem, sive quod fumus res inanis sit. *Odeum* etiam apud Dionem puto in Hadriano legendum, ubi Georgius Merula etiam *metodium* reddidit. non enim metodium nisi a Nerva factum: nisi perfectum ab altero, incœptum a Nerva dicamus; cujus rei neque vestigium in litteris, quod sciam.

1. *Septa loca*) δημοσίαν ἐπαυλὴν vocat Septa lib. V. Strabo. quod ibi Pop. Rom. conveniret ad suffragia; quapropter Ovid. lib. I. *Fast.*

Est quoque quo populum jus est includere septis.

sed lege lib VI. c. XIII. Marlianum. Tiraq. lib. II. c. XIIX. ad Alexandrum Neapol. ne videar acta agere; in his fieri solita certamina Suet. in *Claudio* monstrat c. XXI. *Gladiatorum paria, munera plurifariam, ac multiplicia exhibuit, anniversarium in castris Prætorianis, sine venatione apparatuque; justum, atque legitimum in Septis.* Et in *Aug.* c. XLIII. *Fecitque non nunquam vicatim, & pluribus scenis per omnium linguarum histriones, non in foro modo, non in Amphitheatro, sed in Circo, & in Septis.* Torrentius vult hic intelligendum, in septis nihil unquam præter venationem edidisse: mihi placet ut etiam res scenicas, histriones ediderit, & similia. Cæterum septa Adrianus restituit teste in *eo* Spartiano; fuisse duo septa certum est; nam antiqui Ovilis meminit in Bello Punico secundo Livius lib. XXXVI. cum adhuc Lepidus, & Agrippa non esset, quorum opus Septa, & prope vetus novum Ovile erexerunt. Ovilia appellabantur. Lucan.

— *Miseræ maculavit ovilia Romæ.*

2. *Vexat opes*) *opes vexare*, cum eas dilapidamus, cum dispendia agimus, dicimus, sic *Flagellare opes*, quoque cum patrimoniorum gravissimæ fiunt expensæ; contra *strangulare*, avare ac maligne divitiis indulgere. Stat. *Sylv.* in Sorent. Pollii.

Non sibi sepositas infelix strangulat arca
Divitias.

Sorentum. lege Sorentinum, non Surrentum, nec Surrentinum: locus siquidem est in Campania, ubi quoniam facta via ab Hercule est inter aggeres, ita appellabatur, σορὸς est agger. aut si vis cum pleonasmo σ. lege *Sorrentum*, *Sorrentinum*.

3. *Ut spargat in æde*) hæc erat religionis institutio, & si aqua illa haberi non poterat, fingebatur eam esse. Virg. *Æneid.* IV.

— *Latices simulatos fontis Averni.*

seu potius puta, aquam illam susceptam e fonte Isidis in Ægypto fuisse; atque ea Romæ ejusdem Deæ ædem sparsam: ejus fontis ita meminit Antigonus, κατὰ δὲ τὴν Ἀραβίαν ἐν πόλει Λευκοθέᾳ Ἀμώμητόν φησι γράφειν, τὴν πραγματευθέντα τὴν ἐκ Μέμφεως ἀνάπλουν εἰς τὴν καλουμένην Ἴσιδος κρήνην, ἂν τις οἶνον ἐπιχέῃ, legerem, περιχέῃ κοτύλην, διότι γίγνεται τὸ ποτὸν ἄκρατον. *Nempe si quis in eo fonte cotylam aqua circumfundat exteriori parte, vinum quod merum fuerat, temperari illico, aqua & si non intret*; ob frigiditatem aquæ vinum (puto) obstupefiebat.

4. *A motu urnæ*) De eo motu Homerus *Odyss.* K.

Κλήρους δ' ἐν κυνέῃ χαλκήρει πάλλομεν ὦκα,
Ἐκ δ' ἔθορε κλῆρος μεγαλήτορος Εὐρυλόχοιο.
Quassat aquæ cava salierunt casside sortes,
Eurilochusque foras fatalis tessera clamat.

næ; nam antiqui ducta sorte luctabantur. A
Martialis lib. IV. de Rusticatione.

Hinc oleo corpus frico, mollique palæstra
¹Stringo libens, animo gaudens ac fœnore liber.

Et lib. VII. *in Philenin.*

Et putri lutulenta de palæstra.
Uncti verbere vapulat magistri.

Et de Menophilo libro eodem.

Dum ludit media populo spectante palæstra.

Lucanus libro VIII.

. . . . ² Graiis delecta juventus
Gymnasiis aderit, studioque ignava palæstræ.

Virgilius *Æn.* libro VI.

Pars in gramineis exercent membra palæstris

Terentius *in Eunucho.*

Fac periculum in litteris, fac in palæstra, in Musicis.

Palæstra deinde quemadmodum ³*Gymnasium* per translationem accipitur pro quavis re aut loco, in quo quis se exercet, aut quodvis exercitii genus agit. Martialis libro IV. *ad Euphemum* ep. VIII.

Sufficit in nonam nitidis octava palæstris.

Et libro X. *in Merullam.*

Idem post opus & suas palæstras.

Terentius in *Phormione.*

Ecce e sua palæstra exit foras.

Hoc est e domo lenonis, quæ est veluti exercitium ipsius amatoris.

Elegans Epigramma de quodam palæstrita extat in ædibus Cæsiariis dignum, quod ubique legatur.

⁴ *Qui colitis Cybelem, & qui Phryga plangitis Attin,*

Stat. lib. IV. *Theb.*

Et jam sortitos Protheus versarat ahena
Casside.

Virg. lib. V. idem Homerus *Iliad.* Ψ. Noster quoque Tassus ita vertit.

1. *Stringo) Distinguo* etiam in *Hadriano* Spart. *cum se marmoribus distringendum daret.* Hinc strigilis instrumentum ad distringendum.

2. *Graiis Gymnasiis)* Horatius *Epist.* lib. II. ep. I.

— & Achivis luctamur fortius unctis.

Virg. lib. V. *Æneid.* Claud.

— Et Elæo pulvis laudata tonanti.

3. *Gymnasium)* Tria gymnasia Athenis fuisse, Lyceum, Cinosarges & Academiam: quorum primum Apollini, secundum Herculi, tertium Academo Heroi fuerit sacrum, testis est κατὰ Τιμοκ. Schol Demosthenis.

4. *Qui colitis Cybelem)* Pulchertimum sane Epigramma, ad Isiacos directum. *Plangitis.* plangere est religiose lamentari. *Plangere docta bovem* Tib. *Attin.* non ergo Atys, quod advertit Ciofanus Sulmonensis in Ovid. *Metamorph.* lib. X. docetque me ortographiam hanc Plut. qui in *Numa* οἱ Φρύγες τε περὶ Αττεω; & Schol. Nicandri in *Alex. e. Dum vac. & t. D. n. s.* puto ad nyctileia pertinere; illæ enim semivirorum turpitudines non nisi nocturnæ frequentiæ. Servius *ad id Virgil. Æneid.* IV.

— Nocturnusque vocat clamore Cytheron.

nocte, ait, *celebratus, unde ipsa sacra nyctileia dicebantur, quæ Pop. Romanus exclusit causa turpitudinis*, sic nyctileus pater Bacchus. Ovid. *Artis* suæ lib. primo:

Nyctileumque patrem, nocturnaque sacra precare.

Et lib. *Metam.* IV. sic Plutar. de Baccho Delphico, Pausanias lib. primo. Nyctileia tam ergo Cybeli, quam Baccho. Cybele ὀρεία est appellata, ait in *Philoct.* Sophoclis Schol. ὅτι ῥέας ἐν τοῖς ὄρεσι τὰ μυστήρια ἐπετελεῖτο. De Dionysiacis nyctileis in *Antigone* idem; ἐν νυκτὶ γὰρ διονύσια καὶ χαρεῖαι γίγνονται, ὅθεν ὁ νυκτέλιος; quod & Eurip. exemplo probat. *Dindyma.* a monte, prope quem Dindymum templum Deæ matri ab Argonautis ædificatum facit Strabo lib. XII. qui mons cur ita sit dictus docet Apoll. Scholiast. ex Stephano. δίνδυμος δ᾽ ὄρος Κυζίκου ἱερὸν τῆς ῥέας διὰ τὸ διδύμους μαστοὺς ἐν αὐτῷ ἀνήκειν. Sic Stat. *Thebaid.* VII.

Nocte velut Phrygia cum lamentata resultant
Dindyma.

nam ut *De Deo Socratis* dixit Apulejus. *Et si non nulli sunt ex hoc Divorum numero, qui nocturnis, vel diurnis, promptis, vel occultis, lætioribus, vel tristioribus hostiis vel cæremoniis, vel ritibus gaudent, ut Ægyptia numina ferme plangoribus, Græca plerumque choreis, barbara autem strepitu cymbalistarum, & tympanistarum, & choraulistarum.* Per ejus montis sylvas strepitus Chorybantium frequentes, immo etiam per alias exaudiri solitos credidit gentilitas. Alcman apud Athen. lib. IX. Πολλάκι δ᾽ ἐν κορυφαῖς ὀρέων ὅκα θεοῖς ἅδῃ πολύφωνος ἑορτά; & Horat. *Carm.* lib. II. od. XIX.

Bacchum in remotis carmina rupibus
Vidi docentem.

Theocr. Idyll. primo de Pane. D. Hier. exaudiri solitas dæmonum voces ad Olympum montem, ac tamquam collucentium ignium imagines, rumoremque veluti tripudiantium scribit historice; ni credamus sibilum a vento motarum arborum, quæ ordine ad flatum moventur, reddidisse imaginem flautorum, tibiarum. Mela de antro idem Corycio in Cilicia recenset: *Ubi ad ima perventum est, rursus specus alter reperitur ob alia dicendum: terret ingredientes sonitu cymbalorum divinitus, & magno fragore crepitantium*; ignes sane in Bacchi festis erecti; idem Schol. ibidem. πυρ τὸ ὑπὸ τῶν βακχῶν αἰρόμενον ἐν τῆ Διονυσιακαῖς δᾳδουχίαις. *Flete m. c.* transcriptio Ciofani habet *cineres*; puto rectius. *Non e. a. ab illis*; nam ipse Phryx; ut Hector addit *hoc tumulo Mygdonis umbra tegor.* Mygdonia in Asia minori, & proprie in Lycia, sed ait Strabo. Ποιηταὶ καὶ μάλιστα οἱ τραγικοὶ συγχέοντες τὰ ἔθνη καθάπερ τοὺς τρῶας, καὶ τοὺς μύσους καὶ τοὺς λύδους Φρύγας προσαγορεύουσιν. *Poetas, Phrygas populus totius minoris Asiæ appellare solitos, maxime tragicos*; atque ideo non alienus, non alienigena; aut si legas *casus*, intelliges hunc lapsum quadriga, eaque tractum instar Hectoris, & mortuum. *Hector.* nam ipsi etiam lamentationes a Tragicis continuo exhibebantur. Seneca in *Troad.* Chorus.

Dum vacat, & tacita Dindyma nocte silent,
Flete meos casus, non est alienus in illis
Hector, & hoc tumulo Mygdonis umbra tegor.
Ille ego qui magni parvus cognominis heres,
Corpore in exiguo res numerosa fui.
Flectere doctus equos, nitida certare palæstra,
Ferre jocos actu, fallere nosse fidem.
At tibi dent superi quantum Domitilla mereris,
Quæ facis exigua ne jaceamus humo.

Xystus. Palæstra igitur (ut dixi) etiam ædificii sive harenæ aliud genus fuit in quo athletæ se exercebant, xystus etiam, & gymnasium vocatum de quo infra dicam. Hæc porro loca ut xysti, palæstræ, stadia, & similia, in quibus athletæ exercebantur, duplici ratione a Veteribus extructa fuisse observavi; etenim omnia, aut uno parietum ambitu claudebantur (is locus tum *gymnasium* vocabatur) [1] Cujus yxstus, palestra, Stadium, & similia [2] partes erant: aut seorsum diversis locis condebantur, ut Stadium Olympicum in Græcia, aliud Romæ in Campo Martio a Domitiano extructum, & alia alibi, quæ pro cursoribus præcipue facta erant diversis a palæstræ & xysti locis.

De Gymnasiis & ipsorum partibus scribit lib. VI. Vitruvius, a quorum descriptione haud multum differunt ingentes illæ fabricarum moles Romæ a diversis Imperatoribus [3] Thermarum vocabulo exædificatæ, quarum amplissimæ & visu dignæ parietinæ adhuc supersunt, ut Agrippæ, Neronis, & Alexandri, in Campo Martio, Caracallæ in piscina publica, Diocletiani in Viminali, Constantini in Quirinali, [4] & aliorum; in quibus quemadmodum in Græco- Gymnasium.

— Audiat omnis
Pontus, & æther: sævite manus,
Pulsu vasto tundite pectus.
Non sum solito contenta sono.
Hectora flemus.

Vide Dioscoridis epig. in Anthol.lib.v.ep. LVI. *Ille ego*. Libertus hic certe. *Corpore i. e. r. n. f.* Hippias novus, de quo Apul.*Florid.* lib.II. *Quis tum non laudavit hominem tam numerosa arte multiscium? Flectere d.e.n-c.p.* Aurigam fuisse palæstritam, & scænicum duobus id versiculis indicat; cæterum secundum versiculum male scripserunt; legendum.

Ferre jocos, astu fallere nosse fidem.

quæ solertia in servis nisi in dominos recidat, egregia; tales optabat servulos Augustus. Suet. in *ipso* cap. LXXXIII. *Modo talis, aut ocellatis, nucibusque ludebat cum pueris minutis, quos facie, & garrulitate amabiles undique conquirebat.* Lego *ocellatim*: *ocellatim ludere* passim apud nos Italos, cum pueros imitamur, cum ipsis, qui se modo abscondunt, modo proferunt, oculosque digito obvelant, tamquam non videantur, deinde sono edito prorumpunt: quod fecisse Socratem legimus, nam cum quis ab eo peteret, quid hæc vita foret, abscondit se post parietem, ac continuo ostendit, ut ludum esse puerilem, ac momentaneum vitam nostram, declararet: ejus ludi meminit ibi Horatius *Carm.* lib. I. od. IX.

Gratus puellæ risus ab angulo.

Et Virgilius Eclog. III.

Et fugit ad salices, & se cupit ante videri.

sed jam satis. *At tibi*, ita Martialis lib. X.

Dii tibi dent quicquid Princeps Trajane mereris.

Quæ f. ex. n. j. h. in liberali tumulo; sic illud de altero servulo.

Hunc Domina τύμβῳ θῆκεν ἐλευθερίῳ.

1. *Cujus Xystus*) Hoc etiam modo Isidorus *de ædif. publ.* lib.XV. *Gymnasium generalis exercitationum locus: sed & balnea, & loca cursorum, & athletarum gymnasia sunt.*

2. *Partes erant*) Xystus etiam totus Gymnasii ambitus dicebatur; auctor enim Pausanias est in *Eliacis* lib.I. Gymnasii ambitum totum dici Xystum; quod videlicet Hercules Amphitruonis filius quot quot ibi succrescerent, spinas evellebat, singulis diebus, quod Græci ἀναξύειν dicunt, nempe *evellere*. Suidas. Ξυστὸς, δορύλλιον, καὶ τόπος ἔνθα οἱ ἀθληταὶ γυμνάζονται. *Xystus, lanceola, & locus, ubi athletæ exercentur.* Pollux convenit. Alii a ξύω appellatum volunt, quod ibi raderent se, ac vellerent, qui ad balnea proficiscebantur; unde etiam balnea continere ex his liquet. Adde quod ἄρχων τοῦ ξυστοῦ idem est in Glossariis, quod ἄρχων τοῦ γυμνασίου. de Xysticis, & Timelicis facit l. *athletas* D. *De iis qui not.inf.* Erat ξυστὶς (*divager.*) etiam vestis genus, eamque esse purpuratam vestem, qua uterentur athletæ in pompa, Aristophanis vult Scholiastes, quasi κροκωτὸν ἱμάτιον in *Nebulis* ad versiculum, ὥσπερ μεγακλέης ξυστὶ ὁ ἔχων. Pro veste tragula Suidas accipit: pro muliebri indumento in *Pharmaceutria* Theocritus, ubi Schol. ξυστὶς γυναικεῖόν τι ἔνδυμα πεποικιλμένον; nos superius aurigæ esse etiam indumentum adnotavimus.

3. *Thermarum vocabulo*) Alexandrum potius Neronianas instaurasse, ac suo nomine nuncupasse, velle videtur Eutropius lib. IIX. *ædificavit Romæ* (Alexander Cæsar) *thermas: quæ antea Neronianæ dictæ, nunc Alexandrinæ appellantur.* Sed puto, credendum Lampridio potius, qui distinguit, & duas facit in *Alex. Severo* cap.XXV. *In his thermas nominis sui juxta eas, quæ Neronianæ fuerunt, aqua inducta, quæ Alexandrina nuncuparetur*; adverto etiam Neronianas dictas Alexandrinas, quamvis non propriæ Alexandrinæ; hoc enim velle videtur Lamp. *quæ Neronianæ fuerunt*, & interpretandus sit ita Eutropius: ædificasse thermas Alexandrum, quæ procul dubio appellarentur Alexandrinæ, & Neronianas etiam illas non minus fuisse Alexandrinas appellatas.

4. *Et aliorum*) Gymnasium fabricasse Romæ Cleandrum, Herodianus meminit lib. I. atque illud de quo in *Comm.* Lampr. cap. XVII. *opera ejus præter lavacrum, quod Cleander nomine ipsius fecerat, nulla extant.*

rum Gymnaſiis ſingula loca erant, in quibus homines [1] hyeme & æſtate, lavari, quieſcere, deambulare, & animi gratia commorari, diſputare, & colloqui poterant, Gymnaſticam quoque ſanitatis tuendæ, & gymnicam ludicri gratia exercere; quorum locorum præcipua nomina ex Vitruvio, & aliis antiquis ſcriptoribus adferebam, poſtea quam de Gymnaſii aliquid dixero.

Dio in *Trajano*: *Eo divitiarum & potentiæ proceſſit, ut Gymnaſium populo Romano ſine impenſis ſubſtruxerit*. In Gymnaſio autem Athletas certare ſolitos intelligitur ex Tranquillo in *Nerone* cap.XL. ubi ait: *In Gymnaſium progreſſus certantes athletas effuſiſſimo ſtudio ſpectavit*. Gymnaſia igitur (ut dixi) ædificia ingentia erant in quibus athletæ exercebantur, quæ apud Græcos duplicia fuere: erant enim Gymnaſium æſtivum, & Gymnaſium hybernum, quod xyſtus etiam dicebatur. Xyſtus autem qui ὑπαίθρον a Græcis nominatur, ambulatorium ſeu porticus latitudine ampla erat, exercitationi accommodata, in qua, ut Vitruvius libro VI. ſcribit, athletæ hyberno tempore tamquam [2] tectis ſtadiis exercebantur. Hinc athletæ aliquando etiam xyſtici nominati ſunt, quod in xyſtis pugnantes ſe per hyemem ſub tecto exercerent. Tranquillus in *Auguſto* cap.XLV. *Nec tamen eo minus aut xyſticorum certationes, aut gladiatorum pugnas ſeveriſſime ſemper exegit*. Et in *Galba* cap. XV. *Liberalitates Neronis revocandas curavit, ut et ſi quid ſcenici vel xyſtici donatum olim vendidiſſent, auferretur emptoribus, quando illi abſumpto pretio perſolvere nequirent*. Extat vetus hoc Epigramma.

Xyſtus.

L. THENODORVS
XYSTICVS
PARIDI THIMELICO
BENE MERENTI
FECIT

Interdum xyſtus accipitur pro porticu quæ eſt ante veſtibulum, vel paulo intra

A domum. Cicero in Bruto: *Quum [3] inambularem in xyſto, & eſſem otioſus domi*.

Interdum pro ambulatione, in qua arbuſcula, ſunt in plurimas ſpecies effigiata. Plinius Junior lib. II. Epiſt. XVII. *ad Gallum* qua villam ſuam Laurentianam deſcribit. *Ante Cryptoporticum xyſtus eſt violis odoratis*. Et infra: *In capite xyſti deinceps Cryptoporticus horti dicata eſt*. Et libro V. Epiſtola VI. *ad Apollinarem*, ubi villam Tifernatem deſcribit: *Ante porticum xyſtus conciſus in plurimas ſpecies, diſtinctuſque buxo*. Et libr. IX. B Epiſtola *ad Romanum* VII. *Hic geſtatio longo ordine ſuper littus extenditur, hic ſpatioſiſſimo xyſto leviter inflectitur*: & libro IX. *ad Fuſcum* Epiſtola XXXVI. *Ut dies ſuaſit in xyſtum me vel cryptoporticum confero*. Tranquillus in *Auguſto* cap. LXXII. *Sua prætoria quamvis modica, non tam ſtatuarum tabularumque pictarum ornatu, quam xyſtis & nemoribus excoluit*, &c. *Faciundi autem xyſti ſic videntbur: ut ſint inter duas porticus ſilvæ aut platanones, & in his perficiantur inter arbores ambulationes, ibique ex opere ſignino ſtationes. Proxime autem xyſtum, & duplices porticus* C *deſignentur, in quas per hyemem ex myſto ſereno cælo athletæ prodeuntes exercentur*; ita Vitruvius libro V. De altero Gymnaſii genere æſtivo ſcilicet, quod *xyſtum* neutro genere, vel harena dicebatur, Vitruvius libro V. *Hypætræ ambulationes* (inquit) *quas Græci* [4] *περιδρομίδας, noſtri xyſta appellarunt*. [5] xyſtus enim & xyſtum apud Latinos ſignificatione nonnihil differunt, quamvis Græce idem ſint. Nam quæ ſub dio ſunt ambulationes, ſive athletharum harenæ, ubi ſudo cælo ſuas exercitationes palæſtricas, quas *peridromidas* vocant, xyſta, quæ ſub tecto ubi athle- D tæ hyeme exercebantur, xyſtos appellavere Latini. Qui xyſtis præerat [6] *xyſtarchus* dicebatur, qua voce utitur Tertullianus in libro *ad Martyres*, & in antiqua baſi Græca ſuppoſita olim ſtatuæ, quam Hermodorus Hierapolitanus patri Demetrio erexerat, ita.

Xyſtum, vel Arena quid?

1. *Hyeme*) Hypæthras intelligit lib. V. cap. II. Vitruv. *Proxime autem Xyſtum, & duplicem porticum deſignentur hypæthræ ambulationes, in quas per hyemem ex Xyſto ſereno cœlo, athletæ prodeuntes exercentur*. Definit hypæthras Schol. Apoll. lib. II. τὰ ὑπὸ ἀνέμυ καμνόμενα.

2. *Tectis ſtadiis*) Epulæ apud Laertium in *Platone* ἐν δ᾽ σκίοις δρόμοισι Ἀκαδήμυ θεῦ exhibebantur, *tectis ſtadiis*, de his verſiculus in Ariſteæ Orphæo:

Ωμοι καὶ πάλαιςρα, καὶ δρόμος ξυςός πέλας.

3 *Inambularem in xyſto.*) Εἰ ἐν τῷ Ξύςω περιπατοῖεν, *ſi in Xyſto ambularent*. Xenophon in *Oecon.* hi frequentes in Villis, hortis. Suet. in *Aug.* c. LXXVII. *ſua vero, quamvis modica, non tam ſtatuarum, tabularumque pictarum ornatu, quam Xyſtis, & nemoribus excoluit*. Pluribus epiſtolis oſtendit Plinius. Seneca *de ira* lib. III. cap. XVIII. *Deinde adeo impatiens fuit differendæ voluptatis, quam ingens crudelitas ſine occaſione ponebat, ut in Xyſto maternorum hortorum, qui porticum a ripa ſeparat*: hæc loca ſtatuis, picturis ornabantur. Cicero ad Fabium Gallum epiſt. XXIII. lib. VII. *Ea enim ſigna ego emere ſoleo, quæ ad ſimilitudinem gymnaſiorum exornent mihi in palæſtra locum*. Et *Ep. ad Atticum*: *ſi qua ornamenta gymnaſio reperire poteris*.

4. Περιδρομίδας) Sunt περιδρομίδες ambulationes apud Vitruvium, quæ & hypæthræ eidem nuncupantur: ex porticu ſi quidem tecta per hyemem athletæ prodeuntes cœlo ſereno juſſu Xyſtarchæ, in iis exercebantur: nec παραδρομίδες, ſed περιδρομίδες dicendæ ſunt: apud Herodianum ſi quidem leguntur περίδρομοι.

5. *Xyſtus, & Xyſtum enim,*) Xyſta ſubdiales ambulationes eſſe videntur, Xyſti porticus tectæ: ubi athletæ hyeme exercebantur.

6. *Xyſtarchus*) Præfectum totius Gymnaſii ſignificat, qui ab Hippocrate παλαιςροφύλαξ appellatur VI. *Epidem.* ſec. IIX. & a Galeno ἐπιςάτης καλαίσματος. Inſcriptio. TOTIVS XYSTI PERPETVVM XYSTARCHAM. ſic Agoniſtarcha. alia inſcriptio. APOLLINI INVICTO SACRVM M. AVRELIVS M. AVGVSTI APOLLONIVS AGONISTARCHA.

In foro Trajani in basi statuæ inscriptio.

᾽ΔΗΜΗΤΡΙΟΣ[1]
ΑΡΧΙΕΡΕΥΣ

A dextro latere.

ΔΗΜΗΤΡΙΟΝ. ΕΡΜΟΠΟΛΕΙΤΗΝ
ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΑ ΠΑΝΚΡΑΤΙΑΣΤΗΝ. ΠΕΡΙΟΔΟΝΕΙΚΗΝ
ΠΑΛΑΙΣΤΗΝ. ΠΑΡΑΔΟΞΟΝ. ΑΛΕΙΠΤΟΝ
ΤΟΝ. ΑΡΧΙΕΡΕΑ. ΤΟΥ. ΣΥΜΠΑΝΤΟΣ. ΞΥΣΤΟΥ
ΔΙΑ. ΒΙΟΥ. ΞΥΣΤΑΡΧΗΝ. ΚΑΙ. ΕΠΙ. ΒΑΛΑΝΙ
ΩΝ. ΣΕΒ ΤΟΝ ΠΑΤΕΡΑ
Μ. ΑΥΡ. ΑΣΚΛΗΠΙΑΔΗΣ. Ο. ΚΑΙ. ΕΡΜΟΔΩΡΟΣ
ΝΕΩΚΟΡΟΣ. ΤΟΥ. ΜΕΓΑΛΟΥ. ΣΑΡΑΠΙΔΟΣ
ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΥΣ. ΕΡΜΟΠΟΛΕΙΤΗΣ. ΠΑΝΚΡΑ
ΤΙΑΣΤΗΣ. ΠΕΡΙΟΔΟΝΕΙΚΗΣ. ΑΛΕΙΠΤΟΣ
ΑΣΥΝΕΞΩΣΤΟΣ. ΑΝΕΚΛΗΤΟΣ. ΞΥΣΤΑΡ
ΧΗΣ ΔΙΑ. ΒΙΟΥ. ΟΥΙΟΣ
Ο. ΑΡΧΙΕΡΕΥΣ ΣΥΜΠΑΝΤΟΣ. ΞΥΣΤΟΥ. ΔΙΑ. ΒΙΟΥ
ΞΥΣΤΑΡΧΗΣ. ΚΑΙ. ΕΠΙ. ΒΑΛΑΝΙΩΝ. ΤΟΥ. ΣΕΒΑΣΤΟΥ

In qua verba [2] *Pancratiastes* & *Periodonices* notata sunt. Quorum ille dicitur *Pancratiastes*, qui quinque certaminum generibus vicit; *Periodonices* vero, qui quattuor Græciæ ludicris victor extitit Olympiis, Nemæis, Isthmiis, & Pythiis. Xystum porro *harena* etiam vocatur, a tenuissimo illo aridoque fluminum pulvere, in quo sub dio æstate athletæ exercebantur; nam in ejusmodi æstivis Gymnasiis [3] harenam spargebant, quo commodius & minore in casu [4] periculo athletæ decertarent. In gymnico instrumento pulveris sportulam enumerat Pollux. Athletæ enim ante certamen in conisterio pulvere post unctionem aspersi erant, ut [5] prensiones essent firmiores & non lubricæ. Nam pulverem luctatoribus ex Ægypto deferri solitum auctor est Tranquillus in *Nerone* cap. XLV. *Nam & forte accidit, ut in publica fame* [6] *Alexandrina navis nunciaretur pulverem luctatoribus aulicis advexisse*. Plin. lib. XXXV. c. XIII. *Non multum a pulvere* [7] *Puteolano distat e Nilo harena tenuissima sui parte, non ad sustinenda maria, fluctusque frangendos, sed ad debellanda corpora palæstræ studiis. Inde certe Patrobio Neronis principis liberto advehebatur. Quin & Leonato, ac Cratero, & Meleagro Alexandri Magni ducibus sabulum hoc portari cum reliquis militaribus com-*

---

1. *Δημήτριος*) De eodem Demetrio in Palatio Cardinalis Farnesii marmor effossum, quod à Lipsio exscriptum est iisdem pœne verbis, sed copiosius, quem vide apud Gruterum in Inscript. tot. urbis pag. CCCXIV. num. I.

2. *Pancratiastes*) De his alibi.

3. *Arenam spargebant*) Fere apud omnes id factum, ut agon arena substerneretur, nam tenuissima, ac mollissima; eam præaltam quoque in palæstris substernebant exercitationis causa, ipsam versando atque evolvendo, quod ex Luciano in *Anachars.* est cognoscere. & Festus. *Rutrum tenentis juvenis est effigies in Capitolio ephœbi, more Græcorum arenas ruentis, exercitationis gratia.* rutrum surculus est, sed non dentatus, at mocellus, ac continua pala recurvus. τζάππιον Schol. Theocr. ut nos *zappa* dicimus, & ille Hesiodi. Marcellus, *rutrum dictum est a radendo, Pomp. Pannuc. Sarculum hinc illo profectus, illum reddidit rutrum.* At ego puto potius a ruendo *rutrum* dictum, *ruere* proprie est, vi deducere, & semovere; supra Festus, *arenas ruentis*. Virg. —— *spuma salis ære ruebant*. De copia quam diximus arenæ, facit illud Luciani in *Gymnas.* ἐν τῷ ὀρύγματι παράττουσι τε ἀλλήλους. ita ut quandoque etiam athletæ sint suffocati arena in oppressionibus.

4. *Periculo*) Lucianus in *Gymn.* ἐπὶ τὸ μαλακὸν ἀσφαλῶς πίπτειν.

5. *Prehensiones*) Lucian. in *Gymnas.* ὡς ἀφυκτότεροι εἶεν ἐν ταῖς συμπλοκαῖς οἶμαι, τὴν ψάμμον τὸ ὀλισθηρὸν ἀφαιρούσης καὶ βεβαιοτέραν ἐν ξηρῷ παρεχούσης τὴν ἀντίληψιν. Ovid. *Metamorph.* B. Ephraem *de Benedict. Liban.* ἀποδύσωνται, καὶ κονίσωνται. Sed ubi de Conisterio fusius.

6. *Alexandrina navis*) Quæ frumentum ferret; unde Martialis.

Daque tuas messes, accipe Nile rosas.

Tacitus lib. IV. de navibus ex Ægypto solventibus. *Tum celerrimas navium frumento onustas sævo adhuc mari committit.* Stat.

—— *modo nam trans æquora terris*
Prima Dicharchæis Pharium gravis attulit annum.

Annum Pharium, illo anno collectum frumentum appellat; nempe annonam; sic Petronius Epigram.

Grandine qui segetes, & totum perdidit annum.

atque illic.

Ante oculos stabat quicquid promiserat annus.

ita pro anno annonam significant Græci, ἄφενος illis est dives, quasi cui sit quantum toto anno sufficiat Schol. Pind. τὸν πλοῦτον ἄφενον καλοῦσι, τὸν ἀπὸ τῶν ἔργων τῶν ἐνιαυσιαίων ἀθροιζόμενον, ἔνος γὰρ καλεῖται ἐνιαυτός. Sed re vera τρία ἔτη faciunt τὸν ἐνιαυτόν. Sicut ex Herodoto docet Interpres Sophoclis in *Thrachiniis* ἀφνεὸν ἑστίαν Ἱέρωνος. *divitem domum Hieronis* appellavit Pindarus ode I. *Olymp.* at ut ad orbitam revertamur; Erat etiam navis præcipua Alexandrina, quæ *cataplus* dicebatur, & varias merces afferret. puta chartas, stupas, linum, & similia. in *Aurel.* Vopiscus cap. XLV. *Vectigal ex Ægypto Urbi Romæ Aurelianus vini, chartæ, lini, stupæ, atque Anabolicas species externas constituit.* Strabo de hac ipsa navi lib. ult. γνοίη δ᾽ ἄν τις ἐν δὲ τῇ Ἀλεξανδρείᾳ, καὶ τῇ Δικαιαρχίᾳ ὁρῶν τὰς ὁλκάδας ἔν τε τῷ κατάπλῳ καὶ ταῖς ἀναγωγαῖς ὅσον βαρύτεραί τε, καὶ κουφότεραι δεῦρο κἀκεῖσε πλέοιεν.

7. *Puteolano*) Arena apud quosdam nunc Puteolanæ illi consimilis *Puteolana* dicitur. Apollinaris de hac.

merciis reperio. Harena hic accipiebatur pro A Stadio vel curriculo, sive agone, in quo cursores currerent; Item pro palæstra, in qua reliqua athletarum genera decertabant. Plinius lib. VIII. *Cæsar harenæ Circi*, (id est, Stadio sive curriculo) *& areæ Circensi Euripum addidit*. Et Suetonius in *Augusto* cap. XLIII. *Quosdam muneris die Parthorum obsides tunc primum missos per harenam* (palæstræ scilicet vel certaminum locum) *mediam ad spectaculum introduxit*. Virgilius *Æneid*. lib. v.

Ille autem spissa jacuit revolutus arena.

Et paulo infra eodem libro.
B
Perculit & fulva moribundum extendit harena

Et infra.

Exuit atque ingens media consistit arena.

Hinc & amphitheatrorum areæ, imo amphitheatra ipsa harena aliquando vocantur.

In Gymnasiis autem sive palæstris (ut supra dixi) varia ad exercitium loca disposita erant, quorum præcipua ex antiquis monumentis hæc fuisse annotavi.

Porticus duplices, singulares, & stadiatæ, deambulandi gratia. Exedræ spatiosæ cum hærentibus sediliis, in quibus Philosophi, Rhetores, & alii, qui studiis delectabantur sedentes disputabant, haud absimiles locis illis, in monachorum claustris sitis, [1] quæ *Capitula* vocant, [2] *Ephebeum*, ubi puberes. *Coriceum*, ubi puellæ exercebantur. Aut *Couryceum*, id est, tonstrina, aut *Coryceum*, id est, locus ubi pila seu folle exercerentur. [3] *Conisterium*, ubi luctaturi post lotionem pulvere aspergebantur, ut prensiones essent firmiores, & non lubricæ, ut supra dixi. [4] *Eleotbesium* sive unctua- Gymnasiorum partes.

Namque Dicharcheæ translatus pulvis arenæ.

Eodem loco Plinius hunc pulverem aqua aspersum durescere in lapidem scribit; quod & Senec. lib. III. *natural. Quæst.* notat. Vitruv. lib. II. cap. VI. *Est etiam genus pulveris, quod efficit naturaliter res admirandas: nascitur in regionibus Bajanis, & in agris municipiorum, quæ sunt circa Vesuvium montem, & quod commixtum cum calce, & cæmento, non modo cæteris ædificiis præstat firmitatem, sed etiam moles, quæ construuntur mari, solidescunt.* Commodus itaque ad moles fuit, quas ibi in mari construxit Caligula. Suet. in *ipso*. de Puteolano pulvere præterea habes Strabonem lib. v.

1. *Capitula vocant*) Annotavit in *Pandectis* ante omnes Budæus, ex illo puto August. *Civit. Dei* lib. XXII. *Quod cum ex Dominico Paschæ die tertio fieret in gradibus exhedra, in qua de superiori loquebar loco, feci stare ambos fratres cum eorum legeretur libellus.* Vitruv. lib. v. cap. IX. *Constituuntur autem in tribus porticibus exhedræ*; ubi Philander: *exhedra a sedium frequentia dicta est, cujus figuram referunt, quæ in cœnobiis vocantur capitula.* Romanis etiam fuisse in usu notat Cicero *De Divin.* & alibi. Meminit hujus Ulpian. ad edictum l. f. *vero plures §. interdum D. de iis; quæ deic. & effund.* Vide ibi Budæum, & Pollucem lib. I. cap. IV.

2. *Ephebeum*) Vitruv. de ipso, ac Coricæos *Architec.* lib. v. ubi de Palæstrarum ædificatione agitur. *In duplici autem porticu collocentur hæc membra: Ephebeum in medio*, hoc est, in exhedra amplissima cum sedibus, quæ tertia parte longior sit, quam lata; *sub dextro Coricæum; deinde proximum Conisterium; a conisterio in versura porticus, frigida lavatio.* Ibi Philander. *Ephebeum ita appellatur locus, ubi puberes exercitabantur*; quos Censorinus lib. *de Die natali* vult esse decimo sexto ætatis anno. Coricæum vero locus est, ubi puellæ etiam ipsæ exercebantur ἀπὸ τῆς κόρης, *a puella*. Erat & κουρεῖον, nempe tonstrina etiam in Gymnasiis, quam etsi non ponit Vitruvius inter membra ejus ædificii, eam tamen adnotavit Lucian. καὶ τοὶ κατ' ἀρχὰς εὐθὺς ἀποδυσάμενοι ἑώρων γὰρ λίπαπ ηλείψατο, καὶ κατέψησε μάλα εἰρωνικῶς ἕτερος τὸν ἕτερον ἐν τῷ μέρει. *initio statim, ac essent exuti, erat enim præsens, alter alterum vicissim rasit, & unxit unguento.* Et hæ diversæ tonstrinæ a publicis, ubi cantilenæ, & totius urbis fabulæ; unde *notum tonsoribus* in proverbio *ac lippis*. De quibus Aristophanes in *Pluto*. ἐπὶ τοῖσι κουρείοισι τῶν καθημένων. *Sedentium quibusdam in tonstrinis*, &c. Etymum declarat Ovid. *Metam.* IIX.

Pluma fuit, plumis in avem mutata vocatur
Ciris, & a tonso est hoc nomen adepta capillo.

Curetas etiam hinc dictos volunt Græci, & κουρῆτας εἶναι κουρίμου χάριν τελχός quamvis ἀπὸ τῶν κουρῶν *a pupulis* videlicet oculorum, quibus essent gratissimi, deducunt. Priorem sententiam tuetur Athenæus lib. XII. cap. II. Strabo lib. X. Eustath. lib. XXIII. *Iliad.* secundam refert Rhod. lib. XVII.

3. *Conisterium*) Κονίστρα Polluci; ἀπὸ τῆς κόνης *a Pulvere*. *Pulverarium* Latinis, & Vitruvio; ibi pulvere post unctionem luctaturi perfundebantur, ut stabiliores essent ad prehensiones. Ovid. usum ponit *Metam.* lib. v.

Ille cavis haustu sparsit me pulvere palmis,
Inque vicem fulvæ jactu fulvescit arenæ.

Ubi adnota athletas invicem se pulvere sparsisse, hodieque unus alterum luctatorum quoque arena siccat, prout sibi commoda videtur prehensio. De spargendi usu pulverem Plutarch. *in vit. Pomp.* ὡς ἕτερος πρὸς τὸν ἕτερον ὑπαλείφεται τὼ χεῖρέ τε ὑποκονίεται. *Ut alter ungit scilicet se in alterum, Palmasque rigat pulvere.* At erat volutatio quædam etiam pulverea, qua utebantur athletæ, & meminit *de Pallio* Tertull. Differt tamen Conisterium ab Arena ipsa: pulvis enim conisterii, quo ceroma athleticum hoc parabatur, ex Ægypto petitus semper, non arena semper. κόνις vero λεπτοτάτη γῆ minutula terra, ἄμμος, & pro cinere accipitur quasi κίνις dicitur ἀπὸ τῆς κινήσεως. quod facile perturbetur, & commoveatur, unde etiam *cinis* apud nos venit; accipitur pro ipsa pugna, & lucta, quia substernebatur in certaminibus. Glossa. κόνις, ἄμμος, μάχη. &, κόνιν τὴν μάχην ἔλεγον οἱ παλαιοί. Accipitur etiam pro albedine, qua muri perfunduntur, & κονιάται Operarii sunt, qui fidelia linunt parietes.

4. *Eleotbesium*) Olei reconditorium, primum Gymnasii membrum: in hoc nudabantur, & reponebantur prope vestes, ni fallit conjectura; olearius enim est minister in balneo a servandis vestibus; sicut Epiph. *Hær.* XXX. declarat in miraculo S. Joannis, & Ebionis: videtur

rium, ubi ceromate, id est, cerato oleo perfundebantur athletæ. Cui oleo subacta cera terræ quoddam genus admisceri solitum testis est Plinius libro XXXV. cap. XIII. *Frigidarium*, lavatio frigida. [1] *Hipocaustum*, sive vaporarium.

[2] *Propigneum*, id est, suffocatorium, ubi per furnum aut cellam vaporariam ignis præclusus æstuabat. Concamerata sudatio. [3] Laconicum, id est, sudatorium. Lavatio calida, sive calidarium, Tepidarium.

[4] Porticus subdiales, & stadiatæ, in quibus seu tectis stadiis per hyemem cœlo non sereno athletæ exercebantur, aut spectante hominum multitudine certarent.

Item xysti & xysta. Et stadium, ut possent homines cum laxamento athletas certantes spectare. Item vestibula, theatridia, sphæristeria, pinacothecæ, cavedia, atria, atriola. [5] Apodyteria, id est, ve-

---

vero eleothesium fuisse ante balnea ipsa ad sinistram ephebei. Membra sic disponit auctor Vitruv. lib. v. *ut videlicet sit in medio ephebeum, quod habeat in dextra tonstrinam, inferius pulverarium: a sinistra lavatio frigida inferius, superius unctuarium*; atque ex his apparet, nobiliora gymnasii membra tonstrinam fuisse; & unctuarium ignobiliora, & lotionem. Unctores ibi Martial. *Atque olei stillam donaret Opelius unctor.* ubi ex M. S. Gruterus. — *daret Enterocelius unctor*. Nec displicet, ut putes, & herniosos, quibus intestina inferius deciderant, separatim ab aliis lavari, atque ungi esse solitos; ridendum hinc Alogabali factum. *Quanti herniosi esse possent in urbe Roma, jussit omnes notari, eosque ad balneas suas adbibere*. Erat præterea Eleothesium in balneis publicis: munificentia Cæsarum, aut aliorum exhibito oleo. Tac. lib. XIV. *Gymnasium eo anno dedicatum a Nerone præbitumque oleum Equiti, ac Senatui, Græca facilitate*. Nam Athenis proponebatur gratuito oleum in Panathenaicis. Schol. Pind. in *Nemeis* ode XI. Vide lib. XIV. Strabonem, ubi de Athenodoro Poeta scribit, qui oleum gymnasio defraudaverat, ab Antonio Triumviro delargitum; sic in *Sev.* Spartianum. Vasculum olei lecythus. Lege Notas ad Petronium Arbitrum: illud vero scorteum, & ex pelle; ut ex Plutarcho liquet, qui in *Sulla* usos Athenienses in obsidione pro cibo calceamentis, & lecythis meminit. ὑποδήματα, καὶ ληκύθους ἐφθὰς ἐσιόντων. De ipso & Schol. Theoc. Idyll. II. τὴν λήκυθον τὴν ἔχουσαν τὸ ἔλαιον ἐν τῇ παλαίστραις: & ἡ δερματικὴ λήκυθος. meminerunt & ejus vasis Plin. Cæcil. & Cicero *ad Atticum*. Philander tamen ἐλαιοδόσιον legendum putat apud Vitruvium a δίδω, quod est *fundo*. ego priorem lectionem magis probo.

1. *Hypocaustum*) Ita a succensione dictum. Cic. *vaporarium* vocat ep. *ad Q. fr.* Hypocausti meminit Ulpian. in *Pandec.* lib. XVII. & Vitruv. ita ipsum lib. v. cap. x. describit. *sic enim efficientur, ut in vasaria ex hypocausto communis sit usus eorum utrisque: abena super hypocausta tria sunt componenda; unum caldarium, alterum tepidarium, tertium frigidarium: & ita collocanda, ut ex tepidario in caldarium quantum aquæ calidæ exierit, influat. De frigidario in tepidarium ad eundem modum: testudinesque alveorum in communi hypocausi calefacientur*. Testudines sunt pavimenta, sub quibus fornax ardet; accipitur etiam generaliter pro diæta, aut cœnatione, sub quibus ignis accenderetur. l. LV. §. *lignis* D. *de leg. diæta sunt hypocausta*, & Sidon. *ex triclinio in diætam, sive cœnatiunculam fit transitus*; accensus sub his focus cœnationi hypocausti nomen tradit. Statius:

—— Ubi languidus ignis inerrat
Ædibus, & tenuem volvunt hypocausta vaporem.

2. *Propigneum*) Erat veluti præfurnium, suffocatorium; ut cum vellent minuere ignem, ad propigneum prunas deferrent. De ipso Vitruv. *Suspensuræ caldanorum ita sunt faciendæ, ut primum sexquipedalibus singulis solum sternatur inclinatum ad hypocaustum; uti pila cum immittatur, non possit intus resistere, sed rursus redeat ad præfurnium.* Pilam hanc glomum piceum intellige, qui a balneario in hypocaustum jactus ignem suscitabat. Papin. in Balneo Hetrus.

Quid nunc strata solo referam tabulata crepantes
Auditura pilas? ubi languidus ignis inerrat
Ædibus, & tenuem volvunt hypocausta vaporem.

ubi τὸ *ignis inerrat ædibus*, stubas apertissime declarat, a tubis ita appellatas; per quos vapor domum & ædes inerrabat, & cœnationes, & diætas calfaciebat hyeme, in quibus triclinia præparabant. Ministrum illic fornacatorem vocat Ulpian. *Pand.* lib. XVII. & lib. XXXIII. *de fund. inst.* Papin. Senecæ pilicrepus aliud est; scilicet ille, qui pilas ludentibus numerat apud Petron. Scholiastas.

3. *Laconicum*) cella erat, ubi absque aqua, sed tantum vapore præfervidus aer sudare intrantes cogebat: inde *sudatio calida* appellatum Laconicum, item, *assa sudatio*; de ea Columella lib. *Rei Rust.* procem. *deinde ut apti veniamus ad ganeas, quotidianam cruditatem Laconicis excoquimus; & exusti sudore sitim quærimus.* non *exucto*. Martialis.

Ritus si placeat tibi Laconum
Contentus potes arido vapore
Cruda Virgine, Martiaque mergi.

Laconica (puto) hæc sudatio appellata, quod non delitias balnearum imitarentur, sed severo Laconum usu corporis valetudinem procuraret: talis apud Bajas locus erat, Celso teste, in quo inter myrteta eructans calidus vapor sudorem excitabat de qua re lib. *Epist.* I. ep. XV. Horatius:

—— sane myrteta relinquam,
Dictaque cessantes nervis eludere morbos
Sulphura.

4. *Porticus*) Mera verba hæc sunt Philandri ad expositionem illius Vitruv. lib. v. *Extra autem disponantur porticus tres: una ex peristylio exeuntibus, duæ extra, atque sinistra stadiatæ.*

5. *Apodyteria*) Cic. *ad Q. fratrem* meminit hujus vocis. Plat. in *Euth.* καθήμενος ἐνταῦθα ὑπέρ σου με εἶδες ἐν τῷ ἀποδυτηρίῳ. Depositorium vestium erat, vel locus contra fures balnearios de quibus lex. Vide adnotantes ad Petronium. Juxta balneas apodyterium. Plin. *Epist.* lib. v. ep. VI.

Inde

ſtiaria. Dietæ ſive cœnationes. De quibus magis opportunus alius erit dicendi locus. Erant gymnicorum ſervi, qui ſtramenta gymnaſiorum colligebant, de quibus Valerius lib. IX. cap. XV. de ſimilitudine formæ.

Hic antiquarum Diocletiani Thermarum deſcriptionem adjiciam, ex quibus ea quæ dixi confirmantur.

[Gym]nici certa[minis] quo[tup]lex?

Gymnicum autem certamen duplex (ut Plato ſenſit) vel triplex (ut Dionyſius lib. VII. & Julius Pollux lib. V. ſcripſerunt) fuit. Plato lib. VII. *de Legibus*, gymnicum certamen dividit in Saltationem & Luctationem. Dionyſius vero, & Pollux cum Cicerone Curſum, Pugillatum, & Luctam, ſive Palæſtram diſtinxere. Quæ tria athletica certamina apud Romanos præcipue in uſu erant. M. Tullius lib. II. *de Leg bus: Sunt corporum certationes Curſu, & Pugillatione, & Luctatione Curriculiſque equorum*. Dionyſius libro VII. *Hi qui corporibus ſuis certant, Curſores, Pugiles, & Luctatores tria athletica certamina apud Græcos veteres erant, ut in Patrocli funere auctor eſt Homerus*. Idem lib. V. Julius Pollux refert. Alii gymnicam quinque certandi generibus conſtituunt, ſcilicet Curſu, Pugillatu, Lucta, Saltu, & Diſco; quod certamen Græci *Pentathlum*, ſive [1] *Pancratium*, Latini, ut Græci a quinque partibus *Quinquertium* appellarunt. Iſque Athleta qui omnibus his quinque certandi generibus congreditur, *Pentathlus* ſive *Pancratiaſtes* dicitur. Quæ certandi genera apud Græcos potiſſimum in uſu fuere, neque enim facile apud Romanos Pancratiaſtem, ſive Diſci, aut Saltus certamen ordinarium inveniri poſſe opinor: ſua enim Ludicra Curſu, Pugillatu, & Lucta conficiebant. Quæ antiquitus in Circo edebantur, qui ob eam cauſam aliquando etiam Stadii, & Palæſtræ nomen obtinuit. Quum de gymnico certamine in genere verba fecerim, nunc ſingulas partes expediam, a Curſu initium faciens.

Pancratiaſtes quid?

Curſus itaque certamen Romæ in Circo eadem ratione inſtitutum erat, qua equorum, & curruum. nam ex quattuor Curſoribus unus ex ſingula factione ſumebatur, qui circum Metas Circi currerent, & ille qui primus omnium certa curricula confeciſſet, palmam obtinebat, ut is qui apud Græcos primus Stadii metam attigiſſet, curſus victor erat, præmiaque victoribus dari ſolita accipiebat. Stadium autem apud Græcos ad curſus certamen potiſſimum referebatur.

Curſus, Curſorum myſteria.

[2] *Curſores porro pedibus certatim currentes* [3] *mortis ſimilitudinem repræſentabant, ad*[4]

& Curſores.

Inde apodyterium balnearium, & hilare excepit cella frigidaria. Cicero *ad Qu. fratr.* libr. III. ep. I. *In balneariis hypocauſta, & in alterum apodyterii angulum promovi*. Dicitur apodyterium ἀποδυτήριον ab ἀποδύομαι, quod eſt *denudor*: quia eo loco intraturi in balneum denudarentur, ac ſe exuerent.

1 *Pancratium*) Pancratium, modo pro certamine toto, modo pro genere certaminis ponitur; pro genere certaminis eo dicitur, quod convocatis omnibus corporis viribus, omnique numerorum contentione tranſigebatur. Calcibus enim, cubitis nitebantur, omnique impetendi, apprehendendique, quæ obviam eſſent, licet violentiſſima facultate, hypotheſis Pancratii ex Cicer. libro *Off.* II. ex Pancratio eſt apud Agellium lib. XIII. De ipſa intellexit Propertius:

Et patitur duro vulnera Pancratio.

Anthol. lib. IV. ep. græ.

Καὶ γοργῷ μάρνατο παγκρατίῳ,

Lucian. in *Gymnaſ.* Αὐτοὶ παίουσιν ἀλλήλους προσπεσόντες, καὶ λακτίζουσιν. Solin. cap. XXVII. *ubi Antæi Regia, qui in plicandis, explicandiſque nexibus humi melius ſciens, veluti genitus matre terra ibidem ab Hercule vinctus, & extinctus eſt.* hoc genere certaminis Theſeum cum Minotauro certaſſe, ac viciſſe Scholiaſtes in *Nem.* Pind. ode VI. recitat. aitque Ariſtotelem ſcribere Leucanum quendam Acarnanenſem primo Pancratium artificioſum reddidiſſe; Oribaſius de ipſo lib. VI. ait palæſtram, quæ non erecta, ſed ſuper pavimento fit, lumbos, genua, præcordia, inteſtina vitiata adjuvare, ſed caput lædere.

2 *Curſores*) Proper. *ad Mecæn.* lib. III.

Eſt quibus Eleæ concurrit palma quadrigæ,
Eſt quibus in celeres gloria nata pedes.

In *Alex. Sev.* Lamp. *Curſorem nunquam, niſi ſervum ſuum, dedit, dicens, ingenuum currere, niſi in ſacro certamine, non debere*. Plin. lib. VII. cap. XX. *Nunc quidem in Circo quoſdam curſores centum ſexaginta millia paſſuum tolerare, non ignoramus*. Suet. in *Aug.* cap. XLIII. *In Circo, aurigas, curſoreſque, & confectores ferarum*. Sen. ep. LXXXIII. *Quomodo tamen hodiernum certamen ceſſerit; quod raro curſoribus evenit, hieran fecimus*. Hieran faciunt Curſores, cum eodem temporis articulo lineam tegunt plures, & perſiſtunt donec judices victorem pronuncient.

3 *Mortis ſimilitudinem*) Pind. *Iſth.* ode IV. Θανάτου δ' ἔρχονται τὸ βίου τέλος ἄλλοτε δ' ἀλλοῖος οὖρος πάντας ἀνθρώπους ἐπαΐσσων ἐλαύνει. Et Ovid. ad hanc flatus ſententiam lib. *Metamorph.* I. in curſu Apollinis alludit.

—— tergoque fugacis
Imminet, & crinem ſparſum cervicibus afflat.

Lucr. lib. II.

Augeſcunt aliæ gentes, aliæ minuuntur:
Inque brevi ſpatio mutantur ſæcla animantum,
Et quaſi curſores vitai lampada tradunt.

De imagine Conſtantini cum curru in numiſmate adi Baronium.

4 *Myſteria*) Velabant Veteres myſteriorum ornamento ludorum Circenſium vanitatem. Joannes Antiochenſis: Ῥώμολος πρῶτος ἐν Ῥώμῃ ἔκτισεν ἱππικὸν, καὶ διεῖλε τὸν δῆμον εἰς μέρη τέταρτα εἰς τιμὴν τῶν τεσσάρων τῶν στοιχείων, καὶ τὰ δώδεκα θύρας κατὰ τύπον τοῦ ζωδιακοῦ κύκλου ἱστόρησεν. Longobardus liber. *Talibus auctoribus quadrigæ productæ, merito & aurigas coloribus, id eſt, idololatriam veſtiunt; namque ab initio duo ſoli fuerunt, albus, & ruſſeus.* Confirmat hanc lectionem Iſidorus..... *autem duobus coloribus ſunt, quibus ſpeci[...]n idololatriæ veſtiunt.*

quam celeri gradu 1 *omnes currimus, quare a superiori parte ad inferiorem cursitabant, id est, ab Oriente ad Occidens, quum omnia orta occidere sit necesse.* 2 *Nudi currebant, quia in hoc sæculo post nostrum obitum nulli nostræ alias naturæ reliquiæ supersunt. Recto spatio currebant quod* 3 *inter vitam & mortem parum vel nihil sit discriminis. Cursus a velocitate curruum vocatus. Est enim cursus celeritas pedum.* Ita Isidorus *Etym.* lib. XVIII. cap. XX. A cursu Cursores dicti. Quorum duo genera erant. eorum qui *Parabatæ*, hoc est, Certatores vocabantur.

A Hi primum super currus ab aurigis agitatos in Circo vehebantur, mox equestribus certaminibus finitis, e curribus descendentes, pedibus certatim currebant, de quibus Dionysius lib. VII. *Antiquum* (inquit) *institutum* 4 *apud Græcos fuit, a Romanis etiam observatum, de vectorum in curribus cursu. Finito enim equorum certamine, Cursores in pedes e curribus desilientes, quibus una cum aurigis prius vecti fuerant (quos poetæ Parabatas, Athenienses Apobatas vocant)* 5 *cursu stadii inter se ipsi certant.*

---

1 *Omnes currimus*) D. Hieronymus. *stadium est hæc vita mortalibus: hic contendimus, ut alibi coronemur.* hinc a limine vitæ dicimus cursum ordiri, ut exinde in illud revertamur. Lucretius lib. II.

— Læti cum limine ab ipso
Ad vitam possent collecta mente reverti.

sic Seneca ep. XLIX.

2 *Nudi currebant*) Et Palladæ versiculus, γῆς ἐπέβλω γυμνὸς, γυμνὸς θ᾽ ὑπὸ γαῖαν ἄπειμι. juxta illud Job, quod usurpavit Tzetza lib. X. Chil. CCCXIII. γυμνὸς ἐξῆλθον ἀπὸ μητρὸς κοιλίας, &c.

3 *Inter vitam, & mortem*) Extat Ode, *Sonetto* vocant Itali, Joannis Baptistæ Marini, poetæ celeberrimi, *de brevitate vitæ*, quam ita Latinis versibus exhibeo;

Nascitur infelix infans, nascentia discunt
Lumina, quam Solem cernere, flere prius:
Fert captivus onus, dum fascia comprimit artus,
Et stringunt teneros vincla molesta pedes.
Jam puer irati regnum furiale magistri
Expavet, & tetricæ sceptra verenda manus:
Post juvenis calet igne, dolens sub amore vicissim,
Dum spe sæpe oritur, sæpe timore perit.
Inde forum, litesque sonant, ipsa ultima donec
Excipiat tremulum curva senecta virum:
Tam cito, tam propere: suspirans, ut quoque clamem
Cuna brevi passu dissidet a tumulo.

Vide Stobæum *de Brevit. vitæ, & comparatione vitæ, & mortis*. Tzetza lib. I. Chil. II. καὶ μετ᾽ οὐδὲν, μετὰ μικρὸν κόνις, σκιὰ, καὶ τέφρα. Vita apud Athenæ. Alcæus δάκτυλος ἁμέρα. hinc interrogatus Pythag. quantus esset vitæ terminus, δεικνὺς βραχὺ κρύνεον σμικρὸν φανεὶς ἐκρύβη.

4 *Apud Græcos*) Pausanias in *Eliacis*.

5 *Cursu stadii i. s. i. c.*) Quoniam hic de cursu agi potest, non absurdum de meta, sive calce pedestrium cursorum ponere. In albo quodam rerum Hippodromi Gramm. cujusdam, quodque alibi attulimus λευκῆς fit mentio, cretaque est intelligenda, atque nota, unde cursum auspicabantur Cursores, in eandem mox redituri: ac in qua sistebant post cursum, ideo calx, quasi terminus. τέρμα locus, item *albus* ille dictus, quod liniretur creta: & τὸ τέρμα λευκὸν ἢ λελευκωμένον. videtur ex Plinii verbis fuisse cretam lineam albam ante carceres stadii directam; inquit ipse ad *victoriæ notam circum cretam produci.* τὸ *produci* lineam designat. Veg. lib. I. *rei Veter.* cap. LVI. id insinuat. *in sicco itaque æqualique solo quinquaginta passus in longum, & quinque in latum plenis cophinis digeritur per ordinem creta, ad similitudinem stadii.* Inter cætera cretarum genera hanc vilissimam facit Plinius; quippe qua etiam in dealbandis mancipiorum venalium pedibus utebantur. ait, *hoc est insigne venalitiis gregibus opprobrium insolentis fortunæ, quos adeo potiri rerum vidimus, ut prætoria quoque ornamenta decerni a senatu jubente Agrippina Claudii Cæsaris viderimus libertis, tantum cum laureatis fascibus remitti illo, unde cretatis pedibus advenissent.* ad Pallantem advertit Juven.

Nuper in hanc urbem pedibus qui venerat albis.

hanc cretam non admodum a gypso diversam facio, vel sane gypso ipsa quoque usi sunt antiqui. Ovid.

Ne tu, si quis erit capitis mercede redemptus,
Despice gypsati nomen inane pedis.

Hæc itaque linea alba, de qua Lucr.

— Præscripta ad candida calcis.

eamque Seneca intelligit epist. CVIII. *quod ait Cicero, Quoniam sumus ab ipsa calce ejus interpellatione revocati.* Prop.

Hæc spatiis ultima creta meis:

hunc locum Solin. *locum palmæ vocat.* Cursores vero cum currerent, & ad spatium venerint, ad lineam hanc, seu cretam pergebant. quapropter eum legis a creta discessisse, & in cretam esse reversos intellige a primo spatio ad ultimum. De hoc Chrysost. *De Circo.* οὐκ ἀπὸ λευκῆς ἐπὶ σφενδόνην μιλιοδρομῶν, *non ab alba linea in fundam mille passus decurrens.* de creta Isidorus. *Creta, h. e. judicium.* & ἀλληγορίζει ab eo, quod judex κριτής. quod quamvis ficte, non tamen displicet. cum ad judicem respiciat, qui necesse est, ut fuerit eo loco, Creta (puto) mollis ponebatur ibi, ut tactus appareret pedis, ut esset linimentum similitudine illius Palladii *de re rust.* lib. I. cap. XXXV. *si foris veniunt, spatium cinere, ut cretæ candore signemus;* & in Febru. *lineam servatis spatiis, quæ placuerit custodire, candi-*

A Alterum vero Curſorum genus erat, de quibus idem Dionyſius ſcribit ſubjiciens, *Finitis curſibus equeſtribus, hi qui corporibus ſuis certant, tunc intrant Curſores, Pugiles, & Luctatores, tria athletica certamina.* De Circenſium Curſoribus Tranquillus in *Auguſto* cap. XLIII. *In Circo* (inquit) *aurigas, curſores, confectoreſque ferarum nonnunquam ex nobiliſſima juventute produxit.* Spartianus in *L. Ælio Cæſare* cap. V. *Jam illa leviora, quod Curſoribus ſuis exemplo* [1] *Cupidinum alas frequenter appoſuit, eoſque Ventorum nominibus ſæpe vocitavit, Boream alium, alium Notum, & item Aquilonem, aut Circium, cæteriſque nominibus appellans, & indefeſſe, atque inhumaniter faciens curſitare.* His alludit forte ejuſmodi vetus inſcriptio.

In ædibus Marii Delphini.

AQVILON K AQVI
LONIS. VICIT CXXX
SECVNDAS TVLIT
LXXXVIII
TER. TVL. XXXVII
HIRPINVS N. AQVI
LONIS. VICIT CXIIII
SECVNDAS TVLIT.
LVI. TERT. TVL. XXXVI.

Seneca *controverſiarum* lib. V. *Curſores quod intra exiguum ſpatium de velocitate eorum judicetur, id ſæpe in exercitatione decurrunt quod ſemel decurſuri erant in certamine. Multiplicatur ex induſtria labor, quo condiſcimus ut levetur.* Dio in *Domitiano*: *Edidit ſpectaculum, quo* [2] *virgines curſu certaverunt.* B Lampridius in *Alexandro* c. XLII. *Curſorem nunquam, niſi ſervum ſuum dedit, dicens ingenuum currere, niſi in ſacro certamine, non debere.* M. Tullius II. *Tuſculanarum*: *In Stadio Curſores exclamant quam maxime poſſunt.* Plaut. *Merc. Genua hunc Curſorem deſerunt.* Suidas meminit cujuſdam generis curſus quod [3] *Diaulon*, hoc eſt, per duo ſtadia

---

dis ſignis, vel quibuſcumque notabimus: hæc linea igitur meta curſorum: unde in *Cat. min.* apud Cic. *a calce ad carceres* nihil aliud eſt, quam a carcere ad finem curſus; vertit Gaza ἐκ τοῦ τέρματος ἐπὶ τὴν βαλβῖδα, aliter ἀπὸ τῆς ἀφετηρίας μέχρι τοῦ καμπτῆρος. ubi καμπτὴρ ſecunda, βαλβὶς prima in quadrigis meta eſt, βαλβὶς ἐστὶν ἣ ἐπιβάλλουσιν οἱ δρομεῖς γραμμή: inquit Schol. l. III. Apollonii: νύσσα ſecunda meta eſt. τοσοῦτον δὲ τῆς πόλεως ἀφέστηκεν, ὅσον ἡ νύσσα ἀπὸ τῆς βαλβῖδος, ἤτοι τῆς ἀφετηρίας. dicitur vero βαλβὶς Ariſtophanis Scholiaſte auctore in *Equitibus*, ſive a βαίνω, ſive ἀπὸ τοῦ ἅλλωμαι, quaſi ἀλμὶς, vel ab εἰσβάλλεσθαι, ubi fuiſſe βαλβῖδα repagulum ligneum inquit: *ſtipitem* vocat Sidonius, qui κιγκλὶς etiam appellabatur, quamvis proprie cancellum denotet: idem Schol. in *Avib.* κιγκλὶς γὰρ ἡ θύρα τοῦ δικαστηρίου, ἣν καὶ καγκελωτὴν καλοῦσι: ibid. δρύφακτοι ξύλινοι θώρακες, διαφράγματα καὶ τειχίσματα τὰ νῦν καλούμενα παυλωτά: nempe tabulata; ſic Sidonius.

—— *& obſeratas*
Transfumat tabulas.

quære ex eodem Scholiaſte in *Veſpis* καμπτὴρ meta, qua voce Latine uſus eſt in *Tantalo* Pacuvius *extremum ultra campterem*: & ſecundam intelligit metam, ſicut ὕσπληγξ etiam utramque poteſt metam ſignificare, ut ex Euſtathio patet *ad Dionyſ. Afrum*; quod in metis maxime percutiantur equi a πλήττω. ſicut καμπτὴρ a καμπτεῖν quod eſt *flectere*. Pollux lib. III. c. XXX. καμπτὴρ, περὶ ὃ κάμπτουσι, νύσσα, καὶ καμπτήρ. & Scholiaſtes pulchre in *Medea Euripidis*. τοῦ γὰρ σώματος τὸ τέλος τὰ ὀστᾶ εἰσὶν, ὡς τοῦ δρόμου ὁ καμπτήρ. *Corporis finis ſunt oſſa; ut meta curſus.* ita καμποὶ, *prata*, quod ibi exercitus circumflectatur & campus exercitus, ut ex Corippo liquet, & D. Cypr. & κάνθος, quaſi καμπτὸς *curvatura rotæ* apud Ovid. *Cambio* apud nos eſt *verſura* pecuniæ. X. item lib. Priſcian. *Cambio*, ἀμείβομαι, *ponit Chariſius, & ejus præteritum campſi, quod ἀπὸ τοῦ κάμπτω, ἔκαμψα Græco eſſe videtur, unde & campio, campſas ſolebant vetuſtiſſimi dicere, Ennius in decimo.*

Leucatem campſam.

nos Itali dicimus *cambiare, cangiare*, & *ſcampare*: quaſi καμπτεῖν *ſe volvere ad ſecuritatem.* Sed videtur profectionem iſtam, & reverſionem equorum de carcere ad metam adumbrare ibi Petrus Diac. de notis. *Chriſtus dicens ego ſum a. & ω. concurrentibus enim in ſe invicem a. ad ω. uſque devolvitur, & rurſus ω. ad a. replicatur, ut oſtendatur intra ſe Dominus initii decurſus ad finem, & finis recurſus ad initium.* J. Ephraem de Benedic. *Dum mecum perpendo (chariſſimi) in lachrymas prorumpo; quippe qui poſt curſum incœptum mox deficiam, & in medio, quod ajunt, ſtadio in curſu deſiſtam*: ubi medium ſtadium eſt ad ſecundam metam.

1 *Cupidinum alas*) De Amorum hoc ſchemate alibi ſuperius.

2 *Virgines*) more priſco Græcorum. Vide Pind. ode IX. *Pyth.* & Propertius ait lib. III. eleg. VII.

Pulverulentaque ad extremas ſtat fœmina metas.

Danaum filias currere juſſiſſe cum procis, ut de Athalanta dicitur, teſtis eſt ode *Pyth.* IIX. Pindarus, & XIIX. Vide Scholiaſt. Ita de Atalanta habes præter Ovid. *Metam.* Theocr. Idyll. III.

3 *Diaulon*) Pind. *Olymp.* ode XIII. Πυθοῖ τ' ἔχει σταδίου τιμὰν διαύλου. *in Pythiis habet ſtadii honorem diauli.* Mere eſt, quam depravatus detortuſque hic codex eſt imperitia typographi. Idem quoque Pindarus ode X. Pollux διαυλοδρόμον eum facit, qui a meta currens ad metam rurſus revertitur, id eſt, juxta ipſum qui duplex ſtadium currit: idem. δίαυλος, ὃς τοῦ διαύλου ἀγωνιστὴς καὶ ἀγωνιζόμενος τὸ διπλοῦν στάδιον. videtur ergo appellare diaulum ſtadium de meta ad metam duplicatum. σταδιοδρόμος, qui ſtadium tantum decurrit: apud ipſum eſt ὁπλιτοδρόμος, qui armatus curſuram in diaulo exercet; currebant enim armati. Æthiop. hiſtoriæ auctor. δρόμου προτιθέασιν ἀγῶνα ἀνδράσιν ὡπλισμένοις. ὁπλίτην δρόμον vocat in *Phocicis* Pauſan. Pind. *Pyth.* IX. ode. Ariſtoteles de curſu diauli graphice. ὥσπερ τῆς φύσεως διαυλοδρομούσης, καὶ ἀνελιττομένης ἐπὶ τὴν ἀρχήν. facit etiam Tzetza Chil V. c. LXXIII. πρὶν στάδιον ὠνόμαζον τὸν δρόμον τὸν ὁπλίτην, &c. Epigram. inſuper Anthol. lib. I. in diaulo duplicem

voçat, & apud Imperatorem Justinianum *δρόμος δίαυλος* extat. Plinius lib. VII. cap. XX. ex Solini Polyhistore cap. V. *cucurrisse* ∞CCXL. *Stadia ab Athenis Lacedæmonem, biduo* [1] *Philippidem, magnum erat, donec Anistius Lacon Cursor Lacedæmonius, &* [2] *Philonides Alexandri magni, a Sycione Elim, uno die* ∞CC. *Stadia cucurrerunt*. Addit Solinus cap. V. [3] *Polymnestor Milesius puer, cum a matre locatus esset ad caprarios pastus, ludicro leporem consecutus est, & ob id statim productus a gregis domino Olympiade* XLVI. *ut Boetius est auctor, victor in Stadio meruit coronam. In Italia octo annos puer natus* XLV. *millia passuum a meridie transivit ad vesperum. Nunc quidem in Circo quosdam* CLX. *millia passuum tolerare non ignoramus*.

Pugiles secundum Athleticorum certaminum genus erant athletæ cæstibus inter se pugnantes, a pugna, vel pugno nominati, quod pugnare cæstibus, & pugnis consuevissent. Isidorus lib. XVIII. cap. XXII. *Pugilatus* (inquit) *est virium immensitas in labore, & pondere corporis, a quo Pugiles dicti, cæstibus pugnantes*. Pugiles.

[4] Cæstus vero erat genus Clavæ pilas Cæstus.

---

cursum, nam revertebantur, in dolicho septies currebant, ter nempe revertendo ad metam; sic in præcitato loco Tzetza: vide Plut. in *Phocione*: & Suidam in voce *δίαυλος*: *δίαυλος κυμάτων*, *fluxum*, & *reciprocationem aquarum* appellavit in *Hecuba* Eurip. quia currunt, & redeunt aquæ: sed rem cape totam ex Schol. Aristoph. in *Avibus*: *οἱ διαυλοδρομοῦντες μεθ' ὅπλων τρέχουσιν ἔχοντες λόφους ἐπὶ τῆς κεφαλῆς. ἄλλως. δίαυλος ὁ διττὸν ἔχων τὸν δρόμον ἐν τῇ πορείᾳ τὸ πληρῶσαι τὸ στάδιον, καὶ ὑποστρέψαι. δολιχόδρομοι δὲ οἱ ἑπτὰ τρέχοντες διὸ καὶ δολιχόδρομοι. οἱ γὰρ σταδιοδρόμοι διπλοῦν ποιοῦνται τὸν δρόμον. ἄλλως. ὁπλίτην δρόμον, μετὰ ὅπλων γὰρ ἠγωνίζοντο. ἄλλως. δίαυλος ὁ διστάδιος, τόπος, ἢ μέτρον πήχεων σ. δίαυλος καὶ ἡ μακρὰ περίοδος.* & postea octo esse concertationes dicit, *στάδιον, δίαυλον, δόλιχον, ὁπλίτην, πυγμήν, παγκράτιον, πάλην, καὶ ἅλμα.*

1 *Philippidem*) Suidas in verbo *Φιλιππίδης*.

2 *Philonides*) Vide Alexandrum Neap. lib. II. cap. XX. ibique Tiraquellum.

3 *Polymnestor*) De ipso acta athletarum: *καὶ Πολυμνήστωρ Μιλήσιος παίδων στάδιον, ὃς αἰπωλὸν λαγῶν κατέλαβε.* Polydamantem quendam narrat Tzetza Chil. lib. II. cap. XXXIIX. pedibus currus vicisse: celebrat ibi etiam Iphiclum Patrem Protesilai, & Euphemum Neptuni filium.

4 *Cestus vero*) *Κεύθω*, hoc est, *tego* dicitur, neque Servii etymologia certa est. Instrumentum præterea, quod hic describitur a Panvinio, erat plumbata, non cestus: siquidem cestus non appensas, sed fixas pilas, nempe nodos habebat: is certe nihil nisi fascia ex loro: ut ex Veneris Cæsto ex Homero patet, & Theocr.

Οἱ δ' ἐπεὶ οὖν σπείραισιν ἐκαρτύναντο βοείαις
Χεῖρας, καὶ περὶ γυῖα μακροὺς εἵλιξαν ἱμάντας.
— spiris postquam vinxere bovillis
Rite manus, circum cæperunt lora lacertos.

Certamen hoc modo fiebat. Afferebantur Cæstus in medio. Apoll. lib. II. *Argonauticῶn*.

Τοῖσι δὲ μεσσηγὺς θεράπων Ἀμύκοιο Λυκωρεὺς
Θῆκε πάροιθε ποδῶν δοιοὺς ἑκάτερθεν ἱμάντας
Ὠμοὺς, ἀζαλέους.
In medio his Amyci famulus duo lora Licoreus
Attulit ante pedes amborum cruda, vetusta.

& Virgilius *Æneid.* V.

In medium geminos immani pondere cæstus
Projecit.

his allatis sortiebantur de cæstuum electione: idem Apoll.

Τῶν δ' ἐπεὶ ὃν κ' ἐθέλῃσθα πάλου ἄτερ ἐγγυαλίξω
Αὐτὸς ἑκὼν, ἵνα μή μοι ἀτέμβηαι μετόπισθεν.
Horum quemque voles, cedo, sine sorte capesse,
Ut cupis; accuses ne hoc propter denique Tu me.

Renuit Pollux, non elegit, sed cæstum, qui ad manus erat, accepit: *τοὺς ἕλεν ἀπροφάτως*. *Hos sine sorte legit*. Statim tum accurrebant amici, & cæstus ligabant.

— Τοῦ δ' ἀντίος ἤλυθε Κάστωρ,
Ἠδὲ Βιαντιάδης Ταλαὸς μέγας, ὦκα δ' ἱμάντας
Ἀμφέδεον.
—— Castor venit obvius illi,
Atque Biantiades Talius bonus, ocyter illis
Innectunt cæstus.

sic armati in captando loco, umbraque laborabant.

Ἔνθα πολὺς σφισι μόχθος ἐπειγομένοισιν ἐτύχθη
Ὁππότερος κατὰ νῶτα λάβῃ φάος ἠελίοιο.
Magnus ibi labor est, ipsis pugnantibus umbram
Suscipiant, radios solis post terga relinquant.

Stat. lib. VI. *Theb.*

Ut se se permensi oculis, ut uterque priorem
Speravere locum.

Pugnabant ergo donec quandoque utrique defatigati desiderent. Theocritus:

Στάντε δὲ βαιὸν ἄπωθεν ἀπεμόρξαντο μετώπῳ
Ἱδρῶ.
Paulatim stiterunt, absterseruntque fluentem
Sudorem e vultu.

plumbeas [1] loris bubulis appensas habens, qua [2] Daretem, & Entellum apud Virgilium libro v. pugnasse legimus, a cædendo dictum. Unde Servius super eo loco; *Erat durum certamen cæstuum, raroque* [3] *sine cæde committebatur: nam* [4] *ex ferro erant, & ut habilius, faciliusque manibus gererentur, pendebant ab illis lora, quibus non solum manus, sed brachia, humerique alligabantur, ut etiam remissis digitis palmæ tamen hærerent*. Virgilius lib. v.

Seu crudo fidit pugnam committere cæstu.

Sext. Pompejus: *Cæstus vocantur ii, quibus pugiles dimicant*. Erat & aliud genus Cæstus, quo athletæ uno aut utrisque tantum brachiis armati, vel laminis ferreis, vel subtilium annulorum nexibus decertabant. Arnobius lib. VII. [5] crudos Cæstus vocat sic: *Jam vero si viderint amicitiarum fide salva contendere se, alios & crudis mutilare se Cæstibus, exclamant:* quorum imagines infra adferam. Virgilius vero ludum Cæstuum, quemadmodum & Trojæ accurate his versibus describit lib. v. *Æneid.*

A *Talis prima Dares caput altum in prælia tollit,*
Ostenditque humeros latos, alternaque jactat
Brachia protendens, & verberat ictibus auras;
Quæritur huic alius: nec quisquam ex agmine tanto
Audet adire virum, manibusque inducere cæstus.
Ergo alacris, cunctosque putans excedere pugna,
Æneæ stetit ante pedes: nec plura moratus
[6] *Tum læva taurum cornu tenet, atque ita fatur.*
B *Nate Dea, si nemo audet se credere pugnæ,*
Quæ finis standi? quo me decet usque teneri?
Ducere dona jube; cuncti simul ore fremebant
Dardanidæ, reddique viro promissa jubebant.
Hic gravis Entellum dictis castigat Acestes,
Proximus ut viridante toro consederat herbæ:
Entelle heroum quondam fortissime frustra,
Tantane tam patiens nullo certamine tolli
Dona sines? ubi nunc nobis deus ille, magister
Nequicquam memoratus Eryx, ubi fama per omnem

Val. lib. *Argon.* IV.

—— Respirant ambo, paulumque reponunt
Brachia.

Cætera quære inferius: illud adverte, pugilatum quandoque Gymnasticum, quandoque hostilem fuisse: hostilem, cum cæstus crudo corio constabant, duroque, nodis ferreis, plumbeisve munitis. Virgil. *Georg.* lib. III.

Cursibus, & crudo decernit Græcia cæstu.

Gymnasticum, cum folles, mollesque cæstus induebantur, atque ita se exercebant umbratili pugillatu. Pausan. *Eliacor.* ἐ συμβάλλουσιν αὐτόθι τοὺς ἀθλητὰς, οὐ παλαίσοντας ἔτι ἐπὶ δὲ ἱμάντων τῶν μαλακοτέρων.

1 *Loris bubulis appensas*) Hæ pilæ plumbatarum erant, quarum in actis Martyrii D. Mostiolæ fit mentio; & in passione S. Abbonis, & Sennes. *tunc jussit Valerianus sub voce præconia ut cum plumbatis cæderentur, dicens: Deos blasphemare nolite. Et jussit eos induci in Amphitheatrum, ut ferarum morsibus consumerentur*. πλουμβάτον. Græco-barb. *plumbata* est: & Suid. πλουμβάτοις μολίβδοις. Glossa Vet. *Plumbatæ*, μολιβδωταί: hinc πλουμβατίζειν: *plumbatis cædere*. Basilic. Eclog. VII. Plumbatis nobiles olim plectebantur, ignobiles equuleo: vide ex Prudent. in Romano; erant etiam plumbea pondera *plumbatæ* dicta, quæ pedibus alligarentur. Gallus in l. *nemo* C. *de exact. Trib.*

2 *Daretam, & Entellum*) Sunt Græca epigrammata de Darete, & Entello, quæ lege in Anthologia.

3 *Sine cæde*) Hinc Stat.

—— & ferro proxima virtus.

de cæstu: nam pugiles Græcorum erant Romanis gladiatores.

4 *Ex ferro erant*) Clavi ferrei erant insuti, qui manus cum corio asperabant, unde illos nodos verruculas manus eleganter Græci vocarunt: μύρμηκας ἐμαίνετο χερσὶν ἑλίσσων. Videntur enim verruculæ formicas repræsentare. Schol. Apoll. lib. II. ἱμάντας τοὺς καλουμένους μύρμηκας.

5 *Crudos cæstus*) Virgilius ubi sup.

—— Crudo decernit Græcia cæstu.

crudo corio agebant, ut ictus, & percussiones graviores infligerentur. Græci siquidem sanguinolenta Spectacula pugilibus edebant; ut Romani gladiatoribus. Ut ad gladios apud nostros, apud Græcos εἰς τὸ πυγμῇ μονομαχεῖν rei damnabantur: quod ex historia Ecclesiastica licet quandoque cognoscere. Ex cruditate igitur corii asperitas ictus oriebatur: at ne manus sibi offenderent, intus chirothecas laneas gestabant: ad illud Statii lib. VI. *Theb.*

—— Summo maculas in vellere vidit.

Lutat. *Quia laneos pentodactylos habent sub cæstibus, qui eminent supra brachia*. Pentodactyli sunt glantes (*guanti*) In *re Veter.* lib. III. cap. XIIX. *Pedes, quos sanos habent glante ferreo, seu sparteo calcabis:* verbum puto Goticum esse, ut *ponga* pro crumena: *ponga* adhuc in Dacia crumena est, ut apud Italos.

6 *Tum læva t. c. t.*) Sic Epeus tangit mulam, quæ præmium erat apud Homerum *Iliad.* Ψ.

Ἅψατο δ' ἡμιόνου ταλαεργοῦ.
Sic tetigit mulam bene cultam.

præmia nam in arena semper patebant, quæ victoribus traderentur. κατὰ Φίλιππον Schol. Demosth. ἐκ μεταφορᾶς τῶν κειμένων τοῖς παλαίουσιν ἄθλων ἐν μέσῳ; & idem Virgilius *Æneid.* v.

Munera principio ante oculos, Circoque locantur
In medio, sacri tripodes, viridesque coronæ,
Et palmæ, pretium victoribus.

Trinacriam, & spolia illa tuis pendentia tectis?
Ille sub hæc: Non laudis amor, nec gloria cessit
Pulsa metu: sed enim gelidus tardante senecta
Sanguis hebet, frigentque effœtæ in corpore vires.
[1] *Si mihi, quæ quondam fuerat, quaque improbus iste*
Exultat fidens, si nunc foret illa juventa,
Haud equidem pretio inductus pulchroque juvenco
Venissem: nec dona moror. Sic deinde locutus
In medium geminos immani pondere cæstus
Projecit, quibus acer Eryx in prælia suetus
Ferre manum, duroque intendere brachia tergo.
Obstupuere animi: tantorum ingentia septem
[2] *Terga boum plumbo insuto, ferroque rigebant.*
Ante omnes stupet ipse Dares, longeque recusat:
Magnanimusque Anchisiades, & pondus, & ipsa
Huc illuc vinclorum [3] *immensa volumina versat.*
Tum senior tales referebat pectore voces.
Quid? si quis cæstus ipsius, & [4] *Herculis arma*
Vidisset, tristemque hoc ipso in littore pugnam.
Hæc [5] *germanus Eryx quondam tuus arma gerebat,*
Sanguine cernis adhuc sparsoq; infecta cerebro

A *His magnum Alciden contra stetit: his ego suetus,*
Dum melior vires sanguis dabat, æmula necdum
Temporibus geminis canebat sparsa senectus.
Sed si nostra Dares hæc Troius arma recusat,
Idque pio sedet Æneæ, probat auctor Acestes,
Æquemus pugnas: Erycis tibi terga remitto,
Solve metus, & Tu Trojanos exue cæstus.
Hæc fatus, duplicem ex humeris rejecit amictum,
Et magnos membrorum artus, magna ossa, lacertosque
Exuit, atque ingens media consistit arena.
B *Tum satus Anchisa cæstus pater extulit æquos,*
Et paribus palmas amborum innexuit armis.
[6] *Constitit in digitos exemplo arrectus uterque,*
Brachiaque ad superas interritus extulit auras,
[7] *Abduxere retro longe capita ardua ab ictu,*
Immiscentque manus manibus, pugnamque lacessunt.
Ille pedum melior motu, fretusque juventa
Hic membris, & mole valens, sed tarda trementi
Genua labant, vastos quatit æger anhelitus artus.
Multa viri nequicquam inter se vulnera jactant,
[8] *Multa cavo lateri ingeminant, & pectore vastos*

---

1 *Si mihi, quæ q.*) Nestoris cum hac precatio eadem. *Iliad. η.*

Αἲ γὰρ Ζεῦ τε πάτερ, καὶ Ἀθηναίη, καὶ Ἄπολλον,
Ἠβῷμ' ὡς ὅτ'. &c.
Juppiter o utinam, Phœbe, intemerata Minerva,
Sic juvenis fierem, veluti cum, &c.

Et inf.

Εἴθ' ὡς ἡβώοιμε, βίη δέ μοι ἔμπεδος εἴη
Si fierem juvenis, prisca & vis firma rediret.

2 *Terga boum*) Stat. lib. v. *Theb.*

—— *& dum nigrantia plumbo*
Tergora cruda boum.

3 *Immensa volumina*) Tamquam enim sphæræ volumina illa. Unde & σφαιρομαχεῖν dicebantur pugiles. Eæ vero sphæræ non semper ex corio, & loro, sed quandoque ex ferro.

4 *Herculis arma*) Occisum enim ab Hercule faciunt Erycem, cum quo congredi non timuerat. Tzetza Chil. lib. 11. de Lab. Her.

Ὁ δ' Ἡρακλῆς περαιωθεὶς, καὶ τρὶς καταπαλαίσας
Τὸν Ἔρυκα μὲν ἔκτεινε.
Huc veniens Alcides cæstus in prælia tollens
Ter Erycem occidit.

5 *Germanus*) Ἀδελφός. Servius hic. *Germanus secundum Varronem de eadem genitrice manans, non natum ut multi dicunt de eodem germine, quos ille tantum fratres dicit.* Genitus Æneas, ut Eryx ex Venere, sed diversis Patribus, tamen ἀδελφοὺς ἐκ πατέρων reperio etiam dici.

6 *Constitit in d.*) Val. Flacc. iv. *Argon.*

Semper & in digitis, & summi pulvere campi.

Statius:

Fulmineas alte suspensi corpora plantis,
Erexere manus.

Et alibi:

Constitit immanis cerni, immanisque moveri
Argolicus Capaneus.

sic, non *videri*, lego.

7 *Abduxere retro*) Val. Flacc.

—— *Pollux sic providus ictus*
Servat, & œbalia dubium caput eripit arte.

Et:

Semper cervice reducta.

Stat. lib. vi. *Theb.*

—— *vultuque recedit.*

8 *Multa c. l. in.*) Stat. lib. *Theb.* i.

Jam crebros citus ora, & cava tempora circum
Obnixi ingeminant telorum, aut grandinis instar
Riphææ, flexoque genu vacua ilia tundunt.

A *Dant sonitus,* [2] *erratque aures, & tempora circum*
Crebra manus; duro crepitant sub vulnere malæ.
Stat gravis Entellus, nisuque immotus eodem,
Corpore tela modo, atque [3] *oculis vigilantibus* [4] *exit.*
Ille, velut celsam oppugnat qui molibus Urbem
Aut [5] *montana sedet circum castella sub armis,*
Nunc hos, nunc illos aditus, omnemque pererrat
Arte locum, & variis assultibus irritus urget.
Ostendit dextram insurgens Entellus, & alte
B *Extulit: ille ictum venientem a vertice velox*
Prævidit, celerique elapsus corpore cessit.
Entellus vires [6] *in ventum effudit, & ultro*
Ipse gravis, graviterque ad terram pondere vasto
Concidit, ut quondam cava concidit, aut Erymantho
Aut Ida in magna radicibus eruta pinus.
Consurgunt studiis Teucri, & Trinacria pubes,
It clamor cœlo, primusque accurrit Acestes,
Æquævumque ab humo miserans attollit amicum.
At non tardatus casu, neque territus heros,
Acrior ad pugnam redit, & vim suscitat ira.
Tum pudor incendit vires, & conscia virtus
[7] *Præcipitemque Darem ardens agit æquore toto.*
Nunc dextra ingeminans ictus, nunc ille sinistra,
Nec mora, nec requies, quam multa grandine nimbi
Culminibus crepitant, sic densis ictibus heros
Creber utraque manu pulsat, versatque Dareta.
Tum pater Æneas [8] *procedere longius iras*
Et sævire animis Entellum haud passus acerbis:

---

1 *Dant sonitus)* Val Flacc.

—— Inflictaque late
Terga sonant.

Hom.

Δεινὸς τε χρόμαδος γενύων γένετο:

Erratque aures) In pugillatu sæpe aures amittebant, interdum nasum, oculos certatores, de hac re Martialem interpretantur quidam lib. VII. ep. XXXII.

—— fracta colit aure magister.

In erudiendis si quidem pueris, quamvis follibus mollibus magistri in ludo uterentur, aures tamen negligentibus tundebant. Sed de grammatico ibi facit poeta, qui pueris aures vellit; de amissis ex pugillatu auribus plura sunt in Antholog. epigr. Lucian. præcipuum.

Οὗτος ὁ ἦν βέλτιςος ὀλυμπικὸς, εἶχε τὸ πρόσθεν
Ρίνα, γένειον, ὀφρὺν, ὠτάρια, βλέφαρα,
Εἶτ' ἀπογγραψάμενος πύκτης ἀπολώλεκε πάντα.
Hic in olympiaca quondam generosus arena
Mentum habuit, aures, ora, supercilium;
Sed pugil adscriptus mox perdidit omnia.

Suetonius *de Clar. Orat.* Tertull. *de Spect.* cap. X. *Tales enim cicatrices cæstuum, & aurium fungos a Deo cum suo plasmate accepit:* aurium fungi contusionum tumores sunt in auribus, ἥλους Græci vocant, quod clavorum capita imitentur: gestabant quasdam galeas gladiatores, atque eisdem pugiles fuisse usos crediderim, ad tuendum præcipue aures, & nasum: ponitque eas Galenus ubi de ligaminibus facit: ἀμφωτίδας, de quibus etiam Plato sequitur περὶ ἀκόειν, vocabant.

3 *Oculis vigil.)* Miram illam, ac accuratam positionem notat, qua se turbantur palæstritæ, & pugiles; eamque ita Quintilianus lib. II. cap. XI. describit: *Nec illos quidem reprehendendos putem, qui paulum etiam palæstricis vacaverint, non de his loquor, quibus pars vitæ in oleo, pars in vino consumitur, qui corporis cura mentem obruunt: hos enim abesse ab eo, quem instituimus, quam longissime velim: sed nomen est idem iis, a quibus gestus, motusque formantur; ut recta sint brachia, ne indoctæ, rusticæque manus; ne status indecorus, ne qua in proferendis pedibus inscitia, ne caput, oculique ab alia corporis inclinatione dissideant.*

4 *Exit)* Val. Flacc.

Ille cito motu rapidos eludere cæstus;
Nunc exire levis missos.

5 *Montana sedet)* Silius Ital.

—— ut qui castella per altos
Oppugnat munita locos, atque obsidet arces.

6 *In ventum effudit)* Verberare auras, vocabulum palæstritis castrense. D. Paulus *ad Corinth.* ep. I. c. IX. οὕτω πυκτεύω, ὡς οὐκ ἀέρα δέρων, *sic pugno quasi non aerem verberans.* Jo. Eremita de spir. Gulæ; *Sic pugnat jejuniis scilicet, & afflictione carnali, non quasi aerem verberans, id est, vanos ictus continentiæ porrigens.* Val. Flacc. lib. *Argon.* IV.

Ecce iterum vacuas agit inconsulta per auras
Brachia.

describit Stat. lib. VI. *Theb.*

———— Ruit omnis, & ambas
Consumit sine lege manus.

7 *Præcipitem)* Stat. ibidem:

—— agit toto cedentem fervidus arvo,
Præcipitatque retro juvenem.

8 *Procedere l. i.)* sic idem Stat.

Ite oro socii, furit iste, opponite dextras;
Festinate, furit, palmamque & præmia ferte,
Ne prius effracto commisceat ossa cerebro.

Sed finem imposuit pugnæ, fessumque Dareta
[1] *Eripuit, mulcens dictis: ac talia fatur:*
Infelix! quæ tanta animum dementia cepit.
Non vires alias, conversaque numina sentis?
[2] *Cede deo, dixitque, & prælia voce diremit.*
[3] *Ast illum fidi æquales, genua ægra trahentem,*
Jactantemque utroque caput, crassumque cruorem
Ore rejectantem, mixtosque in sanguine dentes,
Ducunt ad naveis: galeamque ensemq; vocati
Accipiunt, palmam Entello taurumque relinquunt.
Hic victor superans animis, tauroque superbus:
Nate dea, vosque hæc, inquit, cognoscite Teucri,
Et mihi quæ fuerint juvenili in corpore vires,
Et qua servetis revocatum a morte Dareta.
Dixit, & [4] *adversi contra stetit ora juvenci,*
Qui domum astabat pugnæ, durosque reducta
Libravit dextra, media inter cornua cæstus,
Arduus, effractoque illisit in ossa cerebro.
Sternitur, exanimisque tremens [5] *procumbit humi bos.*
Ille super taleis effudit pectore voces.
Hanc tibi Eryx [6] *meliorem animam pro morte Daretis*
Persolvo, hic victor cæstus artemque repono.

Memoratur [7] Pollux Argonauta egregius pugil victor, & superator Bebrycis Amyci Neptuno geniti. Cujus hujusmodi ab Apollonio Rhodio refertur historia *Argonauticon* lib. II. Bebryx Amycus Bithyniæ rex pugil corporis firmitudine excellens cum hospitibus advenientibus pugillatu decertare consueverat. Casu accidit ut annavigantibus illuc Argonautis in littus excurrisset, classemque Mymarum conspicatus, illos inhospitaliter, & inhonorifice ad certamen provocavit. Quam regis ferocientis impotentiam non bono stomacho concoquens Pollux ad certamen pugillatorium congressus, eum interfecit. De eo Sidonius in Panegyri ad Majorianum.

Unius mortem libeat decernere cæstu.
Cessit Eryx Siculus simili nec floruit arte
Sparta [8] *Therapnea* [9] *pugilem, cui gymnade pinguem*
Stratum Bebryciis Amycum suspexit arenis.

Et infra,

Tres Animas vitam tum si tibi fata dedissent
Majoriane ferox, vetuisses Castora frænos.
Pollucem cæstus, [10] *Adonem spicula nosse.*

Et infra in carmine ad Felicem.

Non dicam Lacedæmonis juventam
Unctas Tyndaridis dicasse luctas,
Doctos quos patriis palam Therapnis
Gymnas Bebrycii tremit theatri.

Pollucis, & Amyci certamen eleganti-

---

1 *Eripuit*) Stat.

Nec mora, prorumpit Tideus, nec jussa recusat
Hippomedon, tunc vix ambo conatibus ambos
Restringunt, cohibentque manus.

sic Hom. *Iliad.* v.

2 *Cede Deo*) Ex Hom. *Iliad.* ε. Τυδείδη ϰ̓ χάζεο, μηδὲ θεοῖσιν ἶσ᾽ ἔθελε φρονέειν. Deus hic Fortuna, ut Græci, qui τὸ θεὸν dicunt. Aristænetus ὁ θεῦ τὸ πᾶν διεπούσης. Virgil. sic *Æneid.* I.

—— ponuntque ferocia Pœni
Corda volente Deo.

sæpissime Deus pro fortuna, aut etiam θεοὶ: nam ex Dæmonum concursu τύχη, nempe fortuna fiebat, ex Platonicorum sententia: hinc illud Ovidianum. *Vota suos habuere Deos.* fortunatum nempe eventum: cum itaque ait Lucanus. *Dii me fecere nocentem.* aut —— *si diis tam cura placeret. Quam vindicta placet*, & Tacitus: *non esse Diis curæ securitatem nostram, esse vindictam*: non βλασφημίᾳ peccant. Sed fortunæ naturam incusant, & Nemesim præcipue illam punitionis, & vindictæ Deam: eleganter locum Virgilii imitatus in sententia est Tassus noster.

Cedimi huom forte, e riconoscer voglia
Me per tuo vincitore, o la fortuna.

Sic Nemesim Deum vocavisse Veteres certum est. Senec. Trag.

Sequitur superbos ultor a tergo Deus.

3 *Ast illum fidi æquales*) Hom. *Iliad.* Ψ.

4 *Adversi c. s.*) Nam præmia in arena constituebantur ante victores, & certantes: liquet ex Hom. *Iliad.* Ψ. Boethius *Philosoph.* lib. IV. *Currunt in stadio, propter quam curritur, jacet præmium, corona*: idem ex Scholiaste Demosthenis supra attuli.

5 *Procumbit h. b.*) Puer adhuc cum Virgilium Italicis versibus redderem hoc verti:

E tremante il giovenco inchina il piè.

6 *Meliorem animam*) Indignatio: viliorem bove facit Dareta: ita Martialis detractorem lib. VI. epigr. XLV. sed cum non litasse credebant Veteres, meliorem suggerebant victimam. Ovidius *Fast.* V.

Cor pro corde precor, pro fibris sumite fibras;
Hanc animam vobis pro meliore damus.

7 *Pollux Argonauta*) Antiquissimi ludi pugillares sunt. Plutarchus in *Theseo*.

8 *Therapnea*) In Laconide meminit hujus loci Strabo l. IX. Isocrates in *laud. Helen.* adhuc aras ibi suo tempore permansisse ait, in quibus Castori, & Polluci sacra non uti Heroibus, sed uti Diis fierent: ὐκ ὡς ἥρωσιν, ἀλλὰ ὡς θεοῖς. De Therapne lib. II. cap. III. Mela. Ibi manere Dioscuros cum in cœlo non sunt in *Nem.* ode X. Schol. Pind. testatur.

9 *Pugilem, cui g.*) Cum gymnade de pugile. Donat. *in Hecyr. Ter. Pugil a pugna, & pugna a pugno: Veteres namque ante usum ferri, & armorum, pugnis, & calcibus, & morsibus, corporumque luctatione certabant.* Idem etiam ex Lucret. habes.

10 *Adonem*) Et Adonim.

1 *Cæ-*

ſime Valerius Flaccus *Argonauticon* libro IV. A deſcribit Virgilii imitatione. Cujus carmina ad rei argumentum intelligendum ſubjicere non gravabor.

Principio fluvios gentemque & littora ductor
Explorare nitet: paulumque egreſſus Ebion
Invenit obſcura gemitus in valle trabentem
Clam juvenem,& [1] *cæci mærentem nomen Amyci.*

Et infra.

Salve vera Jovis, vera o Jovis undique proles,
Ingeminant, o magna nimis memoranda palæſtris.
Taygeta & primi felix labor ille magiſtri.

Et infra.

Carmine victori geminans cratera parenti.

Cæſtibus pugiles pugnabant. Cicero II. *Tuſculanarum*: *Pugiles Cæſtibus contuſi ne ingemiſcunt quidem.* Pugnabant & pugnis, ut idem de claris oratoribus docet: *Pugiles* (inquit) *inexercitati, etiamſi pugnos, & plagas Olympiorum cupide ferre poſſunt, ſolem tamen ſæpe ferre non poſſunt.* Horatius II. l. Epiſt. I. *ad Auguſtum.* C

Si diſcordet eques, media inter carmina poſcunt
Aut urſum, aut pugiles; bis nam plebecula gaudet.

Livius libro primo eorum in Urbe originem ſcribens: *Ludicrum* (inquit) *Circenſium fuit, equi pugileſque ex Hetruria maxime acciti.* Dionyſius lib. VII. *Finitis equeſtribus certaminibus, hi qui corporibus ſuis certant tunc intrant curſores, pugiles, & luctatores.* Tranquillus in *Auguſto* cap. XLIV. *Athletarum ſpectaculis muliebrem ſexum omnem adeo ſubmovit, ut pontificalibus ludis pugilum par poſtulatum diſtulerit in ſequentis diei* [2] *matutinum tempus, edixeritque mulieres ante horam quintam venire in theatrum non placere.* Idem cap. XLV. *Spectavit ſtudioſiſſime pugiles, & maxime Latinos, non legitimos, atque ordinarios modo, quos etiam committere cum Græcis ſolebat, ſed & catervarios: oppidanos inter anguſtias vicorum pugnantes temere ac ſine arte.* Plin. libr. VIII. c. XXII. *Copas, qui Olympionica ſcripſit, narrat* [3] *Demarchum Parrbaſium athleticæ reſtitiſſe in pugilatu, victoremque victoria Olympia reverſum.* B Duorum pugilum imagines ex antiquis marmoreis tabulis, quæ Romæ in regione Montium in privatorum ædibus extant, ſubjicere placet: *Luctatio* autem, ſive Palæſtrica *a laterum complexu* (ut Iſidorus lib. *Etymologiarum* XVIII. cap. XXIII. ſcribit) *vocata, quibus cominus certantes innitent.* Tertium gymnicum certamen erat, Circenſibus cum duobus ſuperioribus a L. [4] Tarquinio Priſco Rege additum, unde *Athletæ, Luctatores* & *Palæſtritæ*, etiam dicti ſunt; quod [5] nudi, & uncti decertarent. Lucta autem conflictus erat athletarum, quo alius alium proſternere in terram nitebatur, quæ & [6] *Palæſtra* dicta eſt. Palæſtra etiam erat (ut ſupra dixi) locus in quo Luctatores ſe exercebant, dicta a πάλιν, *iterum*, & παίω *ferio* vel *percutio*, ſive a Luctatione, vel a motu urnæ: nam Veteres educta ſorte luctabantur. Hinc *Palæſtritæ*, qui & Luctatores. Hi nudi luctabantur & oleo ungebantur, quo [7] mollior eſſet nexuum comprehenſio.

Luctatio ſive Palæſtrica.

---

1 *Cœci*) *Cæſi mærentem nomen amici*, non *amyci*.

2 *Matutinum tempus*) Ante horam quintam; poſt quam non amplius matutini ludi.

3 *Demarchum Parrbaſium*) Hunc olympionicam in lupum fuiſſe converſum, ac decimo poſt anno reſtitutum in hominem ſcribunt. Pauſanias in Olympia hoc epigram. poſuiſſe ait.

Υἱὸς Δινύττυ Δήμαρχος τ᾽ δ᾽ ἀνέθηκε
Εἰκὼν ἀπ᾽ Ἀρκαδίης παῤῥασίας γενεάν.

4 *Tarquinio Priſco*) Verum luctatorum certamen nunquam Romæ magna copia, niſi tempore Sullæ, qui gymnadas Græcas pene nudavit; Romamque athletas advexit. Appianus *Bell. Civil.* lib. I. & cauſa ἵνα ἀναπνεύσαι καὶ ψυχαγωγῆσαι τὸ πλῆθος ἐκ καμάτων.

5 *Nudi*) In quolibet pene certamine apud Græcos nudi; in ſagittarum ludo. Homer.

Ὄφρα νέοι θάλποντες ἐπιχρίοντες ἀλοιφῇ
Τόξυ πειρώμεθα.
Ut calidi juvenes ſimul, & pinguedine inuncti
Arcum intendamus.

Virgil. lib. II. *Georg.*

Corporaque agreſti nudant prædura palæſtra.

Sic & Hom. *Iliad.* Ψ.

6 *Palæſtra*) Schol. Theoc. Id. II. παλαίστρα ὁ τόπος, ἔνθα παλαίυσι, καὶ αὐτὴ ἡ πάλη. Ea quidem varia: diverſus ſiquidem luctandi modus; de lucta, quæ ἀνακυινομένη dicebatur, habes ab enarratoribus Martialis; erat & quæ κελαδεινὴ diceretur παρὰ τὸ κέλαδος a tumultu; ut enim ſe in turba luctantes ad manus inveniebant, luctabantur; & proſtrato uno pergebant ad alterum confuſim, & tumultuarie. Ejus Cœl. Aurel. meminit l. V. cap. ult. *Tum volutatio varia, quam κελαδεινὴν, καὶ χοειρομαχίαν vocaverunt, quæ ſunt ſpecialiter ab ipſius artis præceptoribus imperanda.* Sed hæc gymnaſtica magis, quam certatoria.

7 *Mollior eſſet*) Superius adnotavimus. Stat. lib. *Theb.* III.

—— *Ægroque effectus hiatu*
Eruit ingeſtas fluvio ſudoris arenas,
Et furtim rapta ſuſtentat pectora terra.

Et ibid. ſic de diſco.

—— *at primum terra diſcumque, manumque*
Aſperat.

inde nitida palæſtra a Latinis, λιπαρὰ apud Græcos. Vide Schol. Theocr. Idyll. II.

Luctandi artem [1] ursorum contentione primo monstratam fuisse refert Isidorus libr. XVIII. cap. XXIV. *Namque inter cæteras feras eos solos erigi, & congressos subsidere celeriter, ac reverti, & modo manibus tentare invicem, modo complexu abigere sese more luctantium dicunt*. Virgilius lib. VI. *Æneid.*

Pars in gramineis exercent membra palæstris,
Contendunt ludo, & fulva luctantur arena.

Plautus in *Rudente*: *ex urbe ad mare huc prodimus pabulatum pro exercitio Gymnastico, & Palæstrico*. Cic. *in Verrem: De Heraclii hæreditate, quam Palæstritis concessisset, multo maximam partem ipsum abstulisse*. Persius Satyra quarta.

Quinque [2] *Palæstritæ licet hæc plantaria vellant.*

Plinius libr. VII. cap. LVI. *Ludos Gymnicos invenit in Arcadia Lycaon, funebres Acastus in Iolco. Post eum* [3] *Theseus in Isthmo. Hercules Olympiæ athleticam*. Sidonius lib. II. ep. ad Domitium. *Absunt lubrici tortuosique pugillatu, & nexibus Palæstritæ. Quorum etiam juvenum luctas, si involvantur* [4] *obscœnius, casta confestim gymnasiarcharum virga dissolvit*. In lucta porro, & pugillatu is victor censebatur, qui stabat vel pugnis prævalebat, victus is, qui in terram ceciderat, vel succubuerat. De his Dionysius libro VII. loco supra sæpe citato. Nudi Athletæ ideo decertabant, quum ante mos fuisset, ut vestibus induti, & ne nudarentur, cincti pugnarent, quod in

A stadio relaxato cingulo repente prostratus, & exanimatus fuerit quidam cursor. Quare ex concilii decreto tunc Ludi princeps [5] Hypomenes decrevit, ut deinceps nudi athletæ, & uncti, solis verendis tectis se in Gymnasiis exercerent. Dionysius lib. VII. *Athletæ graviorum leviorumque certaminum nudi cætera, pudenda tantum tecti subligaribus campestribus decertabant. Qui mos Romæ manet nostro quoque tempore, sicut olim fuit in Græcia, in qua nunc antiquatus est, orto a Lacedæmoniis initio. Primus autem nudavit totum corpus in Olympiaco sta-*
B *dio decurrens Acanthus Lacedæmonius, Olympiade XV. Antea vero turpe habebatur apud Græcos omnes toto corpore nudo certare, ut ex Homero testium omnium gravissimo & antiquissimo colligere licet, qui succinctos induit Heroas; certe Ajacis, & Ulyssis luctam Ludis in Patrocli honorem funebribus describens sic ait:*

Tum sese in medium cætum duo magna dedere
Corpora heroum [6] *succincta.*

Atque etiam manifestius idem liquet ex *Odyssea*, ubi Irum, & Ulyssem facit pugiles his versibus.

—— Divus Ulysses
Prosilit in medium fervens, partique pudendæ
Subligar injecit.

Mendicum porro metu tergiversantem fingens ita canit:

[7] *Ast Iro frigidus tetigit præcordia sanguis.*
Illi cunctanti licet invito, [8] *atque trementi.*

---

1 *Ursorum*) Stat. *Theb.* lib. VI.

—— sic hispida turpes
Prælia villosi ineunt complexibus ursi.

2 *Palæstritæ*) Exercitationem intelligit, qua Palæstritæ se in vellendis fruticibus exercebant, Herculem imitati in stadio Olympico. Ad eam advertit ibi Persius.

Quinque Palæstritæ licet hæc plantaria vellant.

3 *Theseus in Isthmo*) In ejus *Vita* Plut. καὶ τὸν ἀγῶνα πρῶτος ἔθηκε κατὰ ζῆλον ἡρακλέους, ὡς δι᾽ ἐκεῖνον ὀλύμπια τῷ Διὶ, καὶ δι᾽ αὐτὸν ἴσθμια τῷ ποσειδῶνι.

4 *Obscœnius*) Ad hoc adlusit Tibull. lib. primo eleg. IV.

Sæpe dabis nudum jungat ut ille latus.

ἀλύται, Præfecti huic magisterio, & cui propric hæc verecundia incumbit ἀλυτάρχης, nempe ὁ τῆς εὐκοσμίας ἄρχων. Post luctationem membra in Euripo abluebant, qui lusissent in Circo Romæ. Ovid. III. Eleg. XII.

Nunc ubi perfusa est oleo labente juventus,
Defessos artus Virgine tingit aqua.

Euripus enim constabat ex aqua Virgine, ut, ubi agimus de Euripo, dicimus.

5 *Hypomenes*) Ait Pausanias in *Messeniac.* Olympiadis decimæ quartæ annum primum, fuisse quartum magistratus decennalis Hypomenis.

6 *Succincta*) Corpora succincta Heroum. versus Hom. *Iliad.* Ψ.

Ζωσαμένω, ἄρα τώ γε βάτην ἐς μέσσον ἀγῶνα.

paulo superius.

Ζῶμα δὲ οἱ πρῶτον παρακάββαλεν:
Huic zonam primus circumdedit.

quamvis inter subligar, & cingulum latere differentiam putem, ut videlicet Zona sit cingulum, quod ad prehensiones ponitur, subligar ad velanda turpia. Martialis.

Tecta tamen non hac, qua debes, parte lavaris:
Si pudor est, transfer subligar in faciem.

Isidorus de cingulis lib. XX. cap. XXXII. subligaculum Ciceroni est, *De Off.* lib. primo. Nonius; *subligaculum est, quo pudendæ partes corporis teguntur, dictum, quod subtus cingatur*. Sed sine Zona aliquando, & vere nudi. Schol. Thucyd. de Osippo Megarensi. Πρῶτος θ᾽ Ἑλλήνων ἐν ὀλυμπίᾳ ἐστεφανώθη Γυμνός. ζωννυμένων τῶν πρὶν ἐπὶ σταδίῳ. Lege ibi interpretem. Galenus etiam ait, solitos athletas veteres, qui carni, & robori studerent, vestitos decertare, quod dictum fuit a facili apprehensione Προσάπτεσθαι, & σωματοχεῖν.

7 *Ast Iro frigidus*) Gelidus.

8 *Atque trementi*) Videtur aliquid deesse; puta *Imponunt zonam* Hom. δρηστῆς ἄγον Ζώσαντες ἀνάγκῃ. δειδιότα. cingulo hoc attinebant se ad prehensionem; neque ad subligar se adtinere

Seneca *de Benef.* l.v. *Luctator ter abjectus, perdidit palmam, non tradidit; cum invictos eſſe Lacedæmonii cives ſuos magno æſtimarent, ab his certaminibus removerunt, in quibus victorem facit non judex, non per ſe ipſe exitus, ſed vox cedentis & tradere jubentis.* Prudentius lib. *contra Symmachum* poſteriore de palæſtritis, quos etiam pugiles vocat, ſic.

Tum maſtigophoris oleoque & gymnadis arte
Victis pugilibus mites pugnabat Hetruſcus.
Nec [1] petaſo inſignis poterat Lacedæmone capta
Mercurius ſervare ſuas de clade Palæſtras.

B De luctatoribus Tranquillus in *Nerone* cap. XLV. *Forte accidit, ut in publica fame Alexandrina navis nunciaretur pulverem luctatoribus aulicis advexiſſe.* Julius Capitolinus in *Marco Anton.* c. IV. *Amavit* (inquit) *pugillantium luctamina & curſum.* Capitolinus in *Maximo Seniore* c. XI. *Natali Getæ filii minoris Severus militares dedit ludos, propoſitis præmiis argenteis, id eſt, armillis, torquibus, & baltheolis..... Tunc Maximinus* XVI. *lixas fortiſſimos [2] uno ſudore devicit,* XVI. *acceptis præmiis minuſculis, non militaribus.* Plinius l. VII. c. XX. C *Crotoniatem Milonem Athletam cum conſtitiſſet, nemo veſtigio educebat: malum tenenti nemo [3] digitum corrigebat. Cucurriſſe ∞ CXL. ſtadia ab Athenis Lacedæmonem, biduo Philippidem, magnum erat;* &c. Notum Palæſtritam commemorat Martialis l. VI. in Cinnam; ipſa eſt imago panici + palæſtritæ.

Victores athletæ, & coronis ornabantur, & palmis donabantur. Caſſiodorus lib. VI. epiſt. XXVIII. *ad Stephanum* virum ſublimem.

A *Athletam populis palma deſignat eſſe victorem.*

De hoc triplici athletarum genere Auſonius epigr. XCV.

[5] Doctus Hylas cæſtu, Phegeus [6] catus arte palæſtræ,
Clarus Olympiacis & Lycus in ſtadiis.
An poſſent omnes venturo vincere agone,
[7] Hammonem Lybiæ conſuluere Deum.
Sed Deus ut ſapiens, dabitur victoria nobis
Indubitata quidem ſi caveatis, ait.
Ne quis Hylam cæſtu, ne quis certamine luctæ
Phegea, ne curſu, te Lyce prætereat.

B Hæc vero tria tantum Ludorum Circenſium certamina gymnica fuiſſe refert Dionyſius l. VII. quod innuit lib. II. *de Legib.* M. Tullius, cum ait: *Jam ludi publici quum ſint cavea Circoque diviſi ſunt corporum certationes curru, & pugillatione, & luctatione.* Nam ſaltus, & diſci certationes potius Græcorum fuere, quam Latinorum, etſi a Romanis aliquando uſurpatæ ſunt, id extra Circum fuit quas, quod cognitu dignæ ſint, & inter gymnicas artes relatæ fuerint, paucis & ipſas expediam.

C Saltus certamen gymnicum etiam fuit dictum [8] quaſi exiliens in altum. eſt enim *ſaltus* altius exilire, vel longius, ut Iſidorus libro XVIII. cap. XIX. tradit, quum Athletæ in harena, ſeu ſtadio, vel palæſtra ad invicem ſaltando decertabant, ita ut is victor eſſet, [9] qui longius ſpatium pedibus ſaltando confeciſſet, de quo certamine Pauſanias in rerum Heliacarum libris ſcribit.

---

poterant lege palæſtræ; hanc intellexit Trebellius Pollio in *Claudio ſuo* cap. XIII. *iratus ei, qui non baltheum, ſed genitalia ſibi contorſerat, omnes dentes uno pugno excuſſit;* baltheus, Zona cingulum eſt: genitale hic ſubligar, ſubligaculum.

1 *Petaſo inſignis*) Petaſus ἀρκαδιὸν πῖλον habet Græcum ep. quod Arcadico Deo convenit. Fulgent. de Mercur. *Etymolog.* lib. I. *Galero enim cooperto capite pingitur, quod omne negotium ſit ſemper abſconditum.* Nuncius enim hic Deus; ſic etiam Caſtori, & Polluci obbatæ caſſides ſunt traditæ; quia Pilea Laconica videntur repræſentare. Feſtus lib. XIV. *Pilea Caſtoris & Polluci dederunt antiqui, quod Lacones fuerunt, quibus pileatis pugnare mox eſt.* De pileo Laconico Strabo lib. VI. & πῖλον λακωνικὸν vocat.

2 *Uno ſudore*) Uno certamine; ſic inferius, *tunc ille more ſolito ſeptem fortiſſimos uno ſudore vicit.*

3 *Digitum corrigebat*) rigidum reddebat, rigidum *dritto* dicunt ad hanc ſignificationem Itali; rigidum hominem, pro erecto ad cælum Lact. poſuit; eadem pene vis in malo fuit Tiberii. *Malum digito terebraret.* Suet. atque idem apud Iſidorum. *Cum gladius curvatus fuiſſet ex acie recta, procurrit unus ad eum corrigendum.*

4 *Palæſtritæ*) Nicoſtratum ſui temporis recenſet lib. II. cap. IIX. Quintil. qui luctando, & pugnando iiſdem diebus coronabatur.

5 *Doctus Hylas* (Ex Græco Lucillii lib. II. ep. VI. Anthol.

6 *Catus*) Vafer. Horatius *Carm.* lib. I. ode X.

Qui feros cultus hominum recentum
Voce formaſti catus

nempe ingenioſus, Valer. Inde domeſticum animal noſtrum, ita dicitur a ſagacitate Catus αἴλουρος. Callimachi Schol. αἴλουρον τὸ ἰδιωτικῶς καλούμενον κάττον.

7 *Hammonem*) Lucillius habet, iviſſe hunc ad vatem Olympium, Hammonem nutu, & motione capitis reſpondiſſe; habes ex Euſtathio *ad Dionyſ. Afrum*, & ibi a Juven.

—— a fonte relatum
Hammonis.

non *fronte*.

8 *Quaſi exiliens*) Hinc Salii. Sex. Pomp. *Salios a ſaliendo, & ſaltando dictos eſſe, quamvis dubitari non debeat, tamen Polæmon ait, Arcada fuiſſe nomine Salium, quem Æneas a Mantinea Italiam deduxerit, qui juvenes Italicos ἐνόπλιον Saltationem docuerit.* Certe Cureticam ſaltationem repræſentabant, nam ea uſi ſunt Ludii Curetica ſaltatione, & Nonius ait. *Ludios in numerum ſaltaſſe ut Salii.* Sed de Saliis alibi.

9 *Qui longius*) De Phayllo Tzetza Chil. XII. ἐξ ἐπὶ πεντήκοντα πόδας πήδας Φάϋλλος; qui verſiculus etiam ab Euſtathio ponitur in *Odyſſ.* in ludo diſci.

Discus. Disci Ludicrum e quinque gymnicis certaminibus novissimum fuit. Erat autem 1 Discus Ludi genus, hoc est, rotunda moles saxea, plumbea, sive ferrea, cujus jactu athletæ inter se decertabant, isque victor erat, qui aut altius in sublime, aut longius in tra- A ctu, vel propius destinatam metam projecisset. Martialis l.XIV. ep.CXLII.

Splendida quum volitent Spartani pondera disci,
Este procul pueri.

Ubi alludit ad mortem Hyacinthi pueri,

---

1 *Discus*) Disci certamen apud Veteres nobile erat,& Etym. Magnum certamen inde Heroicum disci nuncupat; erat e genere levium Athletarum unum. Gal. enim libro 1. cap.11.*de alim. facul.*nomine Athlæti lusores omnes & certatores accipit, & aut graves esse ait, aut leves: intelligit leves, qui cursu, saltu, disco luderent; graves, qui Pancratio, Lucta, cæstu, dimicarent. Ludebatur disco, qui ita appellatus est a *δίκω*, quod est *ῥίπτω jacio*, cum pleonasmo σ. ut sit *δίκος ὁ ῥιπτόμενος*. Erat vero discus duplicis formæ. Primus discus rotundus erat lapis, quem evibrabant. Stat.*seu nubila disco findere*, cujus forma *δίσκοι ἀργύρεοι* a similitudine lances dicebantur, ut habet etiam Pollux. *δίσκους καλοῦσιν κύκλους ἀργυροῦς, ἢ χεύματα, ἢ πίνακας*: & recte *πίνακας*, nam ita habet Phlegon. Trall.*Olymp. δίσκος ἐγράφη τοῖς Ἑλλανοδίκαις*, ad cujus formam Medicis discus dicitur orbiculus plumbeus qualis cauterio imponitur, auctore Ægineta. Alter discus *σόλος* dicebatur: eorum differentiam ponit in *Iliad.* Ψ Eustath. nam vult discum esse latum & concavum, Solum vero rotundum & sphæræ persimilem. *Διαφέρει δὲ σόλος, καὶ δίσκος, ὅτι μὲν δίσκος πλατύς ἐστι, καὶ κοιλότερος, ὁ δὲ σόλος στρόγγυλος καὶ σφαιροειδής*. Discus præterea ex lapide proprie. Hom. *βόμβησε δὲ λίθος*. ubi Schol *δίσκος, λίθος*. Solus ex plumbo, aut ferro Eustath. *σόλος δὲ χαλκοῦς. χαλκοῦν* dicit *σιδηροῦν* more Homer. confundit id tamen Nicander in *Theriac.*& appellat *Solum lapideum ἐπὶ σόλος ἔμπεσε κόρσην Πέτρου ἀφαλλόμενος*. Disco vero hoc modo ludebant: autrin longum discum jaciebant, sed ad demonstrandas magis vires,quam artem; non enim hic veous ludus; de hac re Stat. l.VI. *Theb.*

——— patriæ non tantum ubi laudis biret
Sacra.

nempe justo ludo certaret.

Sed alterutris Alphæum utrinque solebat
Metiri ripis, & qua latissima distant,
Nonunquam meisso transmittere flumina disco:

Aut in altum: sed ut in circulum descendendo decideret discus. Circulus erat orbita, intus quam ille erat, qui discum evibrabat in altum, si extra orbem recidisset discus, jactus improsperus habebatur, felix si intra, & discus, qui propius ejaculantem recidisset victor, nam signabantur jactus, prædicabatur; de circulo illo, sive orbita Stat.

Illa manu magna & multum felicior exit,
Nec partem exiguam Circi transvecta quievit.

partem exiguam circi circulum vocat; cum intus relabebatur discus, signabatur jactus.

Nec partem exiguam Circi transvecta quievit
Fit sonus, & fixa signatur terra sagittæ

ita signatum fuisse apud Hom. ipse testatur & Eustath. *σημεῖα ἔνθα τὸ πρῶτον καθήλθεν ὁ δίσκος. σημεῖα* vocat etiam *τέρματα* Hom. Eustath. *τέρματα δὲ λέγει οἷς ἐσημεῖωτο ποῦ ὁ δίσκος ἐν πρώτῃ καταφορᾷ ἔπεσε*; si extra circulum decidisset discus, non signabatur, nam ille a spe victoriæ recesserat. Statius.

——— cœlum dextra metitur, humique
Pressus utroque genu collecto sanguine discum
Ipse super sese rotat, atque in nubila condit:
Ille citus sublime petit similisque cadenti
Crevit in adversum, tamquam ..... ab alto
Tardior in terram redit,& immergitur arvis.

neque circuli spatio, quia creverat in adversum, & a recta linea deflexerat: hinc prioris fortunam, hujus casum tristem nuncupat.

Et casus Plegiæ movet, & fortuna Menesthei.

Tertius Hippomedon ejaculato disco interius cadentem ipsum habuit: nam dicit non transiliisse discum victum Menesthea meta dubia, junctaque, hoc est signo proximo, ac dubio, si non transabiit, vicinior certanti fuit, unde victoria. Idem auctor:

—— Fugit horrendo per inania saltu,
Jamque procul meminit dextræ servatque tenorem.
Discus, nec dubia junctaque Menesthea victum
Transabiit meta.

nec, pertinet ad *transabiit*.

—— Longe super æmula signa
Consedit.

Versus centrum circuli intellige; tremefecit vero humeros virides theatri, & culmina; ne reliqua verba te decipiant. Is itaque victor declaratur postea.

Tum genitus Talao victori

(Hippomedonti)

——— trigrin inane
Ire jubet.

& inferius.

Neque jam Hippomedon inviderit.

Quia supremus Victor. Hæc de Disco.

qui jactu disci ab Apolline est interfectus, & in florem sui nominis mutatus; de quo vide Ovidium x. libro *Metamorphoseos*. Discus autem figura erat plana, & rotunda, quemadmodum ex antiqua statua videtur, sicut nobis solis caput apparet. Hinc Græci solis corpus *Discum* vocant. Ejusmodi athletas Plinius lib. XXXIV. cap. VIII. *Discobolos* appellat, id est, Disci jactatores. Hujusmodi disco videntur nunc uti nostri temporis Ludiones, qui quæstus gratia plebem recreantes, orbem rotundum æreum minutissimo foramine in sublime jaculatum virga eodem immissa excipiunt. Sed antiquorum ludicro simillimum esse existimo eum ludum, qui Romæ, & in Italia passim usurpatus vulgo *Piastrella* dicitur.

Jactus. Disci loco Isidorus libro XVIII. cap. XXI. jactum ponit: *Jactus* (inquit) *a jaciendo dictus*; certamen gymnicum *unde & piscatorum rete jaculum dicitur*. Huic arti usus est arreptos lapides procul ferire, cistas pondere librato jacere, [1] sagittas arcu emittere. Cæterum hæc potius agonum genera esse crediderim, quam ex quinque Ludis aliquem, quos Græci frequentantes *Pancratium* sive *pentathlum*, Latini *Quinquertium*, (*Quinquertium pentathlum.*) quod quinque certandi generibus constaret, vocavere, utrorumque verborum Sext. Pompejus meminit ita. *Quinquertium vocabant antiqui quem Græci Pentathlum. ut indicat versus hic.*

Omneis æqualeis vincebat Quinquertio.

Quo die quinque genera artium ludo exercebantur. Livius quoque ipsos athletas sic nominat: *Quinquertiones præco in medium vocat*, Pentathlum antiqui *Quinquertium* dixerunt. Id autem genus exercitationis ex his quinque artibus constabat, jactu Disci, Cursu, Saltu, Pugillatu, Luctatione. Inde Athletæ, qui his certaminibus congrediebantur *Pancratiastæ*, *Pentathli*, & *Quinquertiones* vocabantur. (*Pancratiastæ.*) Hermolaus Barbarus in annotationibus in cap VIII. lib. XXXIV. Plinii Pentathlos a Pancratiastis, & hos rursus ab his, quos periodo victores vocabant, differre scribit, ita ut Pancratiastem esse potius sit, quam Pentathlum, & rursus Periodo victorem plus quam Pancratiastem. (*Pentathlus. Pancratiastes. Periodo victor.*) [2] Pentathlum enim esse existimat, qui his quinque certandi generibus congreditur, hoc est, qui Cursu, Pugillatu, Lucta, Saltu, Discoque certat, etiamsi in omnibus hisce, aut quibusdam

---

1 *Sagittas arcu emittere*) ad scopum, Jo. Cassianus Eremita *de spir. gastrom.* cap. XV. *Veluti si quis immania virtutum præmia in sublimi quibusdam parvis indiciis designata, perspicacissimis oculorum obtutibus teli directione tendentibus, ferire festinet sciens immensam gloriæ palmam, & remunerationis præmia in eorum confixione manere, oculorum aciem ab omni intuitu avertens, illuc dirigat necesse est, ubi summam remunerationis, & præmii perspicit collocatam*; vide Virgil. v. *Æneid.* Hom. *Iliad.* Ψ. in *Heraclisco* Theocr. Tertull. *de spectaculis*, Isidorum. Cæterum Laertius in *Vita Diogenis Cynici* fundibulariam Græcis exercitiis etiam admissam narrat; ἱππεύειν, καὶ τοξεύειν, σφενδονᾶν, ἀκοντίζειν; atque omnia genera jaculorum collegit Virg. *Georg.* lib. II.

—— Pecorisque magister
Velocis jaculi certamina ponit in ulmo.

Actum sagittandi sic expressit Homerus.

Αὐτὰρ ὁ γυμνώθη ῥακέων πολυμήτις Ὀδυσσεὺς,
Ἆλτο δ' ἐπὶ μέγαν οὐδὸν ἔχων βιὸν, ἠδὲ φαρέτρην.
Tegmine sed sapiens exuto vestis Ulysses,
Insilit ante lares magnos arcum atque pharetram
Arripiens manibus.

In Circensi ludicro jaculandi peritiam adnumerat Sil. Italicus lib. *Bell. Pun.* XVI.

Tum jaculo posuere decus spectacula Circi
Postrema.

2 *Pentathlum*) Simonidis lib. I. epigr. quid pentathlum sit sic declarat.

Ισθμια, Πυθοῖ Διοφῶν ὁ Φίλωνος ἔνεικα
Ἅλμα, ποδοκείην, δίσκον, ἄκοντα, πάλην.

& Hom. Θ. *Odyss.* quem sic retuli.

Currere doctus erat Clitoneus, & optimus horum
Amphialus saltu cunctis excelsior ibat,
Et disco nec erat præstantior alter Elatreo:
Laodamas pugnis melior, &c.

Et Tzetza ita Pentathlum describens quinque ludos ponit πάλην, καὶ πυγμὴν, δίσκον, καὶ δρόμον, ἅλμα. & ille proprie, qui hæc omnia vicerat *Pancratiastes* dicebatur. *Rethor.* lib. I. testis est Aristoteles; loquor de Pancratio in genere, non in specie, ut habetur ex verbis J.C. ad l. Aquil. *si quis in colluctatione, vel in pancratio, vel pugillatu, dum inter se exercentur, alius alium occiderit*; vide ibi *ad l. Aquil.* III. Ulpianum de Pancratiaste, & Gellium lib. XII. ex Panætii verbis. Ad veram horum differentiam illud Nicephori ad Synesium facit in Notis. Ὀλυμπιακοὺς ἀγῶνας πέντε φασί. πυγμὴν, πάλην, δρόμον, ἄκοντον, καὶ δίσκον. τὸ μὲν τοι παγκράτιον ἕτερόν τι ἦν σύνθετον ἐκ πυγμῆς, καὶ πάλης ὄν; ubi etiam de Pancratio in specie facit, quod *ex pugillatione, & lucta* constaret, & pancratium *volutatorium* dicebatur, de quo supra. De Pentathlo in *Electra* Schol. Sophoclis; Eustathius *Iliad.* Ψ. sic certamina explicat.

Ἅλμα ποδῶν, δίσκου τε βολὴ, καὶ ἄκοντος ἐρωμὴ,
Καὶ δρόμος, ἠδὲ πάλη.

Peleum Æginæ dominum reperisse Pentathlum, una cum Æacide, ode VII. *Nem.* testis est Pind. interpres facit idem ode XIII. *Olymp.* Tempore Acrisii, & Persei non fuisse pentathlum habet l. IV: Apoll. Schol. Disco tamen Acrisium in pede læsum a Perseo occubuisse. De Pentathlo Vell. Pater. intellexit. cum dixit. *Omni genere certaminum victor extitit.*

succumbat. *Pancratiastem* aurem dici putat, qui quinque his certandi generibus congressus omnibus vicit; [1] Periodo vero victor is dicitur, auctore Sex. Pompejo, qui quattuor sacra illa Græciæ certamina obivit, Pythia, Isthmia, Nemea, & Olympia, & his omnibus vicit, ab eorum spectaculorum circuitu & victoria. *Pancratium* itaque, & *Pancratiastes* ex Hermolai sententia dicuntur ἀπὸ τȣ͂ πάντα κρατεῖν, a *vincendo omnia*; ut Pancratium sit certamen, de quo quis quinque jam dictis certandi generibus congressus omnibus, vicit. Pancratiastes vero, qui ex quinque hisce certandi generibus evasit victor. Phavorinus videtur Pancratii, & Pancratiastæ vocabula [2] derivare ἀπὸ τȣ͂ πάντων κρατεῖν hoc est, ab omnibus viribus, & omni resistendi genere, quod in hisce certaminibus athletæ effundebant, & manibus, pedibusque pugnantem interpretatur. [3] Budæus prioribus Pandectarum annotationibus, putat Pancratium fuisse certaminis genus, quod advocatis omnibus corporis viribus, omniumque nervorum contentione transigebatur: nam & calcibus, & cubitis, non modo pugnis Pancratiastas usos fuisse opinatur Quinctilianus II. *Institutionum oratoriarum* libro: *Sicut ille* (inquit) *exercendi corpora peritus, non si docendum Pancratiastem susceperit, pugno ferire, vel calce tantum, aut nexus modo certos aliquos docebit, sed omnia quæ sunt ejus certaminis*. Plin. lib. XXXIV. cap. IIX. *Myro fecit satyrum admirantem tibias, & Minervam Delphicos pentathlos, pancratiastas*. Et infra. *Vicit eum Pythagoras Rheginus ex Italia pancratiaste Delphis posito*; & lib. XXXV. c. XI. *Alcimachus Dexippum depinxit, qui Olympiæ pancratio* [4] *circa pulveris tractum, quod vocant ἀκονιτὶ vicit*. Propertius l. III. Eleg. XIII.

Pulverulentaque ad extremas stat fœmina metas,
Et patitur duro vulnera Pancratio.

Seneca lib. V. *de Benefic.* c. III. *Lacedæmonii* (inquit) *vetant suos pancratio, aut cæstu decernere*. & l. V. *declamationum*: *Duos filios quidam pancratiastas instituit, & ad Olympiam duxit. Quum compositi essent, ut simul pugnarent, accessit ad pugnantes pater, & ait abdicaturum se, si quis perdiderit; tum mortui juvenes, & decreti sunt his* [5] *honores divini*. Gellius l. III. c. XV. [6] *Diagoras Rhodius tres filios adulescentes habuit, unum Pugilem, alterum Pancratiastem, tertium Luctatorem, eosque omnes vidit vincere & coronari eodem Olympiæ die. Et quum ibi eum tres adulescentes amplexi coronis suis in caput patris positis suaviarentur, quumque populus*

---

1 *Periodo*) qui quattuor certamina illa sacra vicisset, & Peridionices appellabatur; quattuor illi agones: notissimus est versiculus; τέσσαρες εἰσιν ἀγῶνες ἐν ἑλλάδα, τέσσαρες ἱεροί. &c. De his Schol. Sophoclis in *Electra*. Festus ad hoc; *in gymnicis certaminibus periodum vicisse dicitur, qui Pythia, Isthmia, Nemea, Olympia vicerit*; nec tamen hæc victoria alios ludos, nisi hos quattuor complectebatur. Plutarchus de Theogene: ȣ̓ μόνον τὴν περίοδον, ἀλλὰ καὶ πολλȣ̀ς ἀγῶνας νενικηκώς; *victor non solum Periodi, sed aliorum certaminum*.

2 *Derivare*) Πάντων κρατεῖν. Sed de hoc alibi.

3 *Budæus*) Ex *Anacharside* Lucian. lumen habuit.

4 *Citra pul. tract.*) Magna hæc luctantium gloria. Anthol. epigr. lib. III. cap. II. ep. II.

Ἑπτάκι νικήσας, ἐς γόνατ' ȣ̓κ ἔπεσεν.
—— *palma*
Septena nunquam concidit in genua.

& XXX. ψάμμος πέσοντος νῶτον ȣ̓κ ἐσφράγισεν, *arena cadentis dorsum non signavit*. Alcei epigr. lib. IV. Anthol. τὸ τρίτον ȣ̓κ ἐκόνισεν ἐπωμίδας. Contra de tactu pulveris in lucta Ovid. in *Metamorph.*

—— *tum denique tellus*
Pressa genu nostro est, & arenas ore momordi.

Statius lib. VI. *Theb.*

Sternitur & longo mæstus post tempore surgit,
Turpia signata linquens vestigia terra.

5 *Honores divini*)

—— *Palmaque nobilis*
Terrarum dominos evebit ad Deos.

Horatius; & *Carm.* lib. IV. od. II.

—— *Quos Elea domum reducit*
Palma cœlestes.

habet Plinius, Victoribus Aurigis in Olimpia eum honorem habitum esse, ut coronati, disjecta muri parte in suas urbes redirent; qui ter vicisset iconicam ei imaginem ex membrorum ejus similitudine exprimi solitam. Vitruv. Præfat. lib. VI. *Victoribus e republica perpetua vita constitutis vectigalibus* fuisse provisum quoque asserit. Iselastici agones dicti cum hieronicæ parte murorum dejecta in suas urbes intrarent. Plut. *Sympos.* lib. II. Quæst. II. τὸ τοῖς νικηφόροις ἐλαύνȣσι τῶν τειχῶν ἐφίεσθαι μέρος διελεῖν καὶ καταβαλλεῖν; curru revehebantur. Vitruv. lib. IX. *Olympionicæ cum revertuntur in suas civitates quadrigis in mœnia invehuntur*. Plinius lib. X. epist. CXXII. & CXXIII. *Iselasticum tunc mihi primum videtur incipere deberi, cum ingressus quis in suam civitatem est, atque etiam Athletæ, Domine, ea, quæ pro Iselasticis certaminibus constituisti, deberi sibi putant statim ex eo die, quo sunt coronati*.

6 *Diagoras Rhodius*) Memoria olympiacorum Agonum. Ὀλ. π. ζ. Δωριεὺς Διαγόρȣ Ῥόδιος παγκράτιον; hujus forte Diagoræ filius Doricus. Agellius lib. III. cap. XV. de hoc & Cicer. *Quæst. Tusculan.* lib. I. Aristides κατὰ τῶν ὀρχȣμεν. οἷον τὸν Διαγορέα τὸν Ῥόδιον, καὶ Γλαῦκον τὸν Καρύστιον, καὶ Μίλωνα δὴ, καὶ Πολυδάμαντα, καὶ πάντας ὧν εἰκόνες χαλκαί. Hunc ode VII. *Olymp.* laudavit Pindarus, eamque odem literis aureis fuisse exaratam, atque in Minervæ Selinææ templo positam Gorgon auctor fuit, ut Schol. ibi recitat. Vide ibi totam odem, & Schol. ad ipsum.

grabulabundus flores in eum undique jaceret, ibi A *in stadio populo inspectante animam efflavit.* A pancratio est adverbium, *pancratice*, hoc est, robuste. Unde *pancratice valere* est robustum esse, & firma corporis valetudine, ut ii qui pancratio exercentur.

Plautus in *Bacchide*, *Bene ne usque valuit?* Respondit; *Pancratice, atque athletice*. Plinius lib. XV. cap. IIII. *Athenæ victores olea coronant*, 1 *Græci oleastro Olympiæ*. Idem l. XVI. c. XLIV. *Conspicitur Olympiæ oleaster, ex quo primus Hercules coronatus est, & nunc custoditur religiose; Athenis quoque olea durare traditur in certamine edito a Minerva*

Corona ...tan... ...um.

Fœminas pugiles instituisse Domitianum refert Tranquillus c. IV. *Nam venationes gladiatoresque & noctibus ad lychnuchos, nec virorum modo pugnas, sed & fœminarum dedit.* Quibus pugilibus fœminis alludit Statius primo *Sylvarum* de Kal. Decemb.

Fœminæ pugiles.

Stat sexus rudis, insciusque ferri,
Et pugnas capit 2 *improbus viriles,*
Credas ad Tanaim ferumque Phasin
Thermodoonticas calere turmas.

Et Martialis *de Spectaculis* epigr. VII.

3 *Belliger invictusque tibi Mars sævit in armis,*
Non satis est Cæsar; sævit & ipsa Venus.

Et epigr. VIII.

Prostratum Nemees, & vasta in valle leonem,
Nobile & Herculeum fama canebat opus.
Prisca fides taceat: nam post tua munera, Cæsar,
Hæc jam fœminea vidimus acta manu.

Et Juvenalis Satyra prima.

Mævia 4 *Tuscum*
Figat aprum, & 5 *nuda teneat venabula mamma.*

B Item Tranquillus in *Domitiano* cap. supra citato: *In stadio cursu etiam virginis certamini præsedit crepidatus, purpureaque amictus toga Germanica capite gestans coronam auream cum effigie Jovis, Junonis Minervæque assidentibus Diali Sacerdote, & collegio Flavialium pari habitu, nisi quod illorum coronis inerat, & ipsius imago*, &c. Victi pugiles herbam victoribus dare solebant. Sext. Pompejus: 6 *Herbam do, quum ait Plautus, significat victum me fateor, quod est antiquæ & pastoralis vitæ indicium, nam qui in prato cursu aut viribus contendebant, quum superati erant, ex eo solo in quo certamen erat decerptam herbam ad*

---

1 *Græci oleastro*) In Pindari vita Auctor coronas Græcorum certaminum ita distinguit. ἐστὶ δὲ τὰ Ὀλυμπια ἀγὼν εἰς τὸν Δία. τὰ Πύθια ἀγὼν εἰς τὸν Ἀπόλλωνα: τὰ Νέμεα ἀγὼν καὶ αὐτὸν εἰς τὸν Δία. τὰ Ἴσθμια ἀγὼν εἰς τὸν Ποσειδῶνα. τὰ δὲ ἔπαθλα τούτων ἐλαία, δάφνη σέλινον ξυρόντε, καὶ χλωρόν. *Sunt autem Olympia in honorem Jovis, Pythia in Apollinis, Nemea & ipsum in honorem Jovis, Isthmia Neptuni, quorum præmia sunt olea, laurus, apium siccum, & viride.* De Apio Pseudomacer.

Est apium dictum, quod apex hanc ferre solebat
Victoris, veterum fieret dum more triumphus:
Ipse sibi talem primum imposuisse coronam
Dicitur Alcides; morem tenuere sequentes.
Ast alii dictum credunt, quod apes vehementer
Illius soleant avide decerpere flores:
Hanc herbam σέλινον *solet Attica dicere lingua.*

De oleastro Schol. Theocriti Idyll. III. ἔλαιον τὸ ἀγριέλαιον ὅ ἐστιν κότινον, ᾧ οἱ νικήσαντες στεφανοῦνται. Originem rei, quod jacerentur frondes in victorem honoris causa, & quod illi quasi fesso cubile folii insternerentur, habet Etymol. magnum, & κότινος σημαίνει (inquit) ἀγριέλαιαν. Vide Pindari Scholiastem Ode IIX. *Olymp.* Pennis præterea coronatos Pisis in Græcia inde colligo ex Pind. ode ultima. ἐστεφάνωσε κυδίμων ἀέθλων πτεροῖσιν χαίταν ad velocitatem (puto) ostendendam; nisi de filice intelligit: quapropter & tabellarii, nunciique πτεροφόροι; sunt appellati. Plut. in *Othone*. Juvenal.

Anxia præcipiti venisset epistola penna.

Et Fortunatus de Gelesuntæ morte.

Mærorisque gravis tam cito penna venit

Vide Scholiastem ibi Juv. qui antiquum quid de pennata, & laureata tabella dicit; non absimile illud Ovid. *Amor.* eleg. II.

Tu penna pulchros gemina variante capillos
Ibis in auratis aureus ipse rotis.

2 *Improbus*) Audax, impavidus; sic *labor omnia vincit Improbus*. Virgilio.

3 *Belliger*)

Belliger invictus quod Mars tibi sævit in armis.

4 *Tuscum*) Thusci apri in fama. Martialis.

Thuscæ glandis aper.

5 *Nuda mamma*) Quia Amazonem repræsentabat, ut ex Statio supra apparuit; quapropter armata. Juvenalis:

Et ride, Scaphium positis cum sumitur armis.

6 *Herbam do*) Plin. l. XX. c. IV. *nam summum apud antiquos signum victoriæ erat herbam porrigere.* Vide in VI. *Æneid.* Servium Erasmum in *Adagiis*; sic *dare manus*, cum de lucta intelligimus, aut de alio certamine, cujus sit vis in manibus. Virgil. l. XII.

—— *vicisti, & victum tendere palmas*
Ausonii videre.

Amycus vero Polluci apud Theoc. ni Diosc.

—— ἀνέχεσε νεῖκος ἀπαυδῶν
Ἀμφοτέρας ἅμα χεῖρας.
—— *Cedens porrexit utramque*
Rite manum.

versario tradebant. Fœminam pugilem ſcite deſcribit Propertius lib. III. Eleg. XIII. ad Sparten de Ludis Laconicis.

A

Multa tuæ Sparte miramur jura palæſtræ,
Sed mage virginei tot bona gymnaſii.
Quod non[1] *infames exercet corpore ludos*
[2] *Inter luctantes nulla puella viros,*
[3] *Cum pila veloces fallit per brachia jactus*
Increpat & verſi[4] *clavis adunca trochi,*
Pulverulentaque ad extremas ſtat fœmina metas,
Et patitur duro vulnera pancratio:

Fallas Lucta. *Pancratium.*

---

2 *Infames ludos*) (Meretricum) niſi ſit illud Plut. in *Lycur.* ἡ ᾗ γύμνωσις τῶ παρθένων ἐδὲν αἰσχρὸν εἶχεν.

2 *Inter luctantes*) Plutarch. juſſit (inquit) Lycurgus τῶ κορῶν τὰς κόρας γυμνὰς ἐ πολιτεύειν. & idem in *Apophth.* recitat. Xenoph. in *rep. Lacedæ.* Ovid. ep. *ad Hel.*

More tuæ gentis nitidæ dum nuda palæſtræ
Ludis, & es nudis fœmina mixta viris.

Plat. lib. III. *de Rep.* VI. *de leg.* Reducere hunc morem velle videbatur Julia Auguſti.

3 *Cum pila*) Varius uſus pila ludendi apud Veteres, quod vel ex pœnu antiquitatis Homero licet colligere. aliter enim fœminæ apud ipſum, aliter Heroes ludunt; fœminæ, quod dicunt Latini, *datatim*. *Di rimando* Itali nunc, facili luſu, ludebant. Nauſiche apud ipſum.

Σφαῖραν ἔπειτ᾽ ἔῤῥιψε μετ᾽ ἀμφίπολον βασίλεια,
Ἀμφιπόλȣ μὲν ἄμαρτε.
Ad famulum regina pilam perrexit, ab illa
Sed pila aberravit.

Nonius hujus ludendi modi meminit; in quo luſu tandiu viciſſim pilam percutiebat, donec ſemel decideret: ubi puer per quem factum eſſet, ut decideret pila, ab altero in ſura vapulabat. Plutarch. in *Cicer.* παρέχοντε τὴν κνήμην, ὥσπερ παίειν εἰώθεισαν οἱ παῖδες ὅταν ἐν τῷ σφαιρίζειν ἁμάρτωσιν. Ludum pilæ inter homines aliter idem Poeta deſcribit.

Accepere pilam manibus certamine poſtquam
Purpuream Polybus quam fecerat ipſe, rotabat
Unus ad excelſas vibrans cum robore nubes
Crine ſupinato, donec ſuſceperat alter
Sedulus, ante ſolum quam tangeret illa cadendo.

Cæterum protritæ ſunt de pila eruditiones; quattuor ejus erant genera: trigonalis ex trigoni figura loci, ubi ludebatur, quique ludus noſtro, quem appellamus *la racheta*, ſatis reſpondet: nam angulorum plena ſtatio eſt hæc plerumque, per quos evibrata pila artem requirit, & dexteritatem, mireque hominem exercet, crebramque verſionem deſiderat: unde Martialis;

Imputet acceptas & tibi ſæpe Pilas.

Erat & paganica a pagis dicta, ubi in uſu, cujus magnitudo inter Follem, & pilam trigonalem erat media. Martialis.

Hæc quæ difficilis, turget paganica pluma;
Folle minus laxa eſt, & minus arcta pila.

Hæc vero pluma non pilo plena ſicut pila, unde appellata; tertium pilæ genus Follis a flatu dicta, vel quod Veteres pellem, *Follem* dicerent, nos *pallone* a πάλλειν appellamus, quod *vibrare* eſt, unde a πάλλιον quoque dicitur ex ſententia Scholiaſtis Heſiodi; evibratur enim, ſicut χιτὼν χεῖται, & diffunditur tunica ad talos. Ejus diminutivum *Folliculus*. Suet. in *Aug.* hunc pugillatu impellebant pugno, ob id loris armato, ut nos nunc ligneo repagulo ipſum percutimus, quod *brachiale* vocamus. Quartum genus harpaſtum eſt pilaque iſta paganica ut quæ non repecutitur, robuſtior eſt, Folle minor, aut panno conſtans, aut tomento; atque hujus ludus illi reſpondebat, quem Hetruſci nunc *del Calcio* vocant; πεννίδα vocant Græci; ſed rationem vocabuli quærit Pollux πεννίδα ἀπὸ πεννίδȣ τȣ̃ δ᾽ρόντος; ἢ ἀπὸ τȣ̃ φενακίζεσθαι, &c. Suidas, πεννὶς παιδία. Gloſſa. πεννίς ἐστι, καὶ πεννίδα ἀπὸ τȣ̃ πεναχίδα κατὰ συγκοπήν. dicitur quaſi quod decipiat per ſyncopen. erat Coryci luſus, ſi tamen in pilæ ludos eſt referendus, corium videlicet arena, ſimilique farcimine grave: hoc fune ſuſpenſum ductabant, ut ejus poſtea aſſequerentur motum, qui ſe exercebant, ut Antyllus apud Oribaſium habet lib. VI.

Clavis adunca trochi) Græcanicus videtur luſus, ex ipſa voce trochi, quæ rotam indicat, nec turbinem puerilem eſſe certum eſt. *Erat trochus*, inquit Turnebus, *rota anſam habens, ut facilius mitteretur, axiculis compacta tranſverſis jaciebatur: quarum claviculæ, & commiſſuræ ad hunce, dum verſabatur miſta rota tinniebant, & ſtrepitabant, ut hic Prop.*

Increpat, & verſi clavis adunca trochi.

Ammianus videtur trochum deſcribere l.XXI. cum apud Pariſios adhuc Cæſar Julianus quatiens ſcutum variis motibus exerceretur in campo axiculis, queis orbis erat compaginatus in vanum excuſſis; anſa remanſerat ſola, quam retinens valida manu ſtringebat. Cæterum Mercurialis Pictus trochus quomodo verti poſſet, non video, cum mihi potius ſiſtri præſeferat imaginem ad tinniendum; ac Juliani apud Turnebum exercitationem ad ventilationem potius parmæ quam ex Martiali habemus, & de qua alibi loquor, non ad trochum refero. difficile ſane hæc minuta, & latebris antiquitatis condita eruere; tinniebat quidem trochus:

Garrulus in laxo cur annulus orbe vagatur,
Cedat ut argutis garrula turba trochis.

Et

Iſte trochus pueris, & mihi cantus erit.

Putarim ego igitur circulum quendam habuiſſe trochum, ut poeta deſignat, retuliſſeque illam quam ſiſtri ponit Merc. imaginem tranſverſis in quo annulis poſitis, dum circum volveretur, crepitaret: rotabant hunc pueri rotæ modo, & ut ſolent nunc Romæ *il ruzzolo*, in longum habena

1 *Nunc ligat ad cæstum gaudentia brachia loris,*
Missile nunc disci pondus in orbe rotat,
2 *Gyrum pulsat equis, niveum latus ense revincit,*
3 *Virgineumque cavo protegit ære caput.*

CAP. II

De pompa, tertia ludorum Circensium parte.

ANNO Urbis conditæ CCLVII. A. Postumio Albo Regillense T. Virginio Tricosto Rutilo Consulibus, quum Latini bellum pro reducendis Tarquiniis Regibus regno exactis, atque Urbe pulsis, contra S. P. Q. R. suscepissent, adversus eorum impetum Dictator ex S. C. creatus est Consulum alter A. Postumius, qui T. Æbucium Helvam Magistrum Equitum dixit. Hi magnis peditum, & equitum copiis instructi, Urbe profecti ad lacum Regillum (qui nunc S. Praxedis dicitur) in agro Tusculano agmini hostium occurrerunt, ubi conflictu acri inito, quum vehementer pugnantibus Latinorum, & exulum Romanorum copiis, in ancipiti res Romana adducta esset, A. Postumius Dictator Diis magnis Jovi, Junoni, & Minervæ, cæterisque Divis hos Ludos, & sacrificia vovit ex S. C. se facturum, si prospere contra Latinos rem gessisset. Hoc facto, illico Latinorum acies impulsa inclinari cœpit, eisque in fugam versis, maxima victoria Romani potiti sunt, qua Octavius Manulius Tusculanus hostium Dux, & duo Tarquinii Superbi filii Titus & Sextus ceciderunt, fuitque ea clades Latinis ingens. Ferunt, voto in pugna a Dictatore facto, statim in acie Romana duos apparuisse equites adulescentes habitu militari humana forma augustiores, qui equitatus Romani ductores facti, obvium quemque ex hostibus hastis perimebant, Romanos ad victoriam adhortantes; eos quoque eo die inclinante ad vesperum devictis, & captis Latinorum castris, visos fuisse eodem habitu in foro Romano, Latinos a Quiritibus victos esse nunciantes; discedentes deinde ex foro a nemine amplius visos, multa de iis inquisitione facta. Postera autem die quum a Dictatore Senatui epistolæ redditæ essent, quibus & victoriam, & duorum juvenum in castris apparitionem monuit, creditum vulgo est numina eos fuisse, Castorem scilicet, & Pollucem, cujus victoriæ ergo templum his in foro ex S. C. conditum fuit, sacraque solennia Idibus Quinctilibus, quo die prospere a Dictatore bellatum fuerat, instituta. Ludos vero, & sacra a Dictatore vota, Senatui fieri placuit, & in posterum solennia esse, decretumque, ut singulis annis in horum Ludorum, sacrificiorumque impensis quingentæ argenti Minæ publico sumptu penderentur, quod usque ad Punicum bellum observatum fuisse tradit lib. VII. Dionysius. De 4 Pompa

---

bena devoluta immittebant; gaudebat puerilis ætas tam eo sonitu, quam admonitio erat strepitus, ut alii pueri a trocho currenti secederent, neque impedirent, unde,

Cedat ut argutis garrula turba trochis.

turba garrula, pueri. ille sane ludus a rota bellica desumptus, quæ ita etiam streperet, bellicumque sonum pueri imitabantur. Hom. sane inquit *κεῖν' ὄχεα κροτάλιζον*. Unde & Euripides in *Medea*, *ἐκ τροχῶν* dixit pro *βαρυτόνως*. Aristophanes. *βαδίζει μοι τὸ μειράκιον ἐξ ἀπὸ τρόχων, ὡς ἀπὸ γυμνασίας ἐλθόντας τοὺς παῖδας;* vertebatur trochus habena, ut nunc *il Ruzzolo*. Schol. Apoll. *ῥόμβος, τροχίσκος, ὃν στρέφουσι ἱμᾶσι τύπτοντες, καὶ οὕτως κτύπον ἀποτελοῦσι*; sic Scholiastes Theocriti, & ad verbum pene vertit Interpres Horatii ibi, *Seu Græco jubeas trocho.*

Pulverulentaque) Ex Lycurgi strenua illa eruditione Plut. *τὰ μὲν τοι σώματα τῶν παρθένων δρόμοις καὶ πάλαις, καὶ βολαῖς δίσκων, καὶ ἀκοντίων διεπόνησεν.*

1 *Nunc ligat*) Quod si leges:

Hunc ligat ad cæstus audentia brachia loris.

ita quodam C. observavi.

2 *Gyrum*) Flexum arenæ circum.

3 *Virgineumque c.*) Natalem Palladis dum celebrant, quæ prope Tritoniam paludem erant Virgines, ludicris armatis inter se decertantium similitudine colludebant, Mela teste cap. VII. & propterea Domitianus (puto) qui Palladi addictus fœminas postea pugnaces in arena exposuit; libuit hic apponere, & si locus erat superius. Sed Nero prius in arenam fœminas descendere coegerat; in *eo* Dio: quem usum idem Dio admonet nos usque ad Severum perseverasse, a quo mox lege sit vetitum.

4 *Pompa*) *πομπή*; varie hoc nomen. Principalis pompa. Herodianus, *εἵπετο δ' αὐτῷ πᾶσα ἡ βασιλικὴ πομπὴ τῶν στρατιωτῶν*. Triumphalis. Syn. epigr. XL. *ἐπὶ τῷ λιβυκῷ τροπαίῳ πομπὴ ἐπινίκιος*. Feralis Mortuaria. Prop.

—— feralis pompa Libelli
Quos ego Persephonæ maxima dona feram.

De pompa, quæ in Ludis fieret Thucyd. lib. II. *ὅσα ἱερὰ σκεδὴν περί τε τὰς πομπὰς, καὶ τοὺς ἀγῶνας*; de hac nostra Sen. Præf. Contr. *non ignoras quam sit otiosa Circensibus pompa non opiosa.* sic Plaut. in *Mil.*

Quæ me observarunt, ut si hodie quasi pompam ducerem.

Ovid. lib. IV. *Fast.*

Circus erit pompa celebris, numeroque deorum.

De sacra pompa Roman. Herodianus, & de pompatione equorum in diebus festis Xerophon de *re Equ.* Isidorus etymologiam ita pompæ ponit. *Pompa dicta est Græca significatione a πομπεύειν; hoc est, publice ostentare*; & non nisi transactio. Lustratio siquidem quædam erat. Hom. lib. V. *Odyss.*

Κήρυκες δ' ἀνὰ ἄστυ θεῶν ἱερὴν ἑκατόμβην
Ἦγον,

Circensi Livius lib. XXX. *Ita abundavit Tiberis, ut Ludi Apollinares Circo Veneris Erycinæ parati sint. Cæterum Ludorum ipso die serenitate subita orta pompa jam cœpta ad portam Collinam revocata deductaque in Circo est, quum decessisse inde aquam nunciatum esset.*

Pompa ritus. Hæc porro sacra primum quidem simplicia fuere, Jovi, Junoni, & Minervæ tantum celebrata, deinde quemadmodum in reliquis factum est multis additis solennibus Ludicris, amplissima facta sunt, atque ad omnium Deorum cultum extensa. *Pompa dies.* Horum Ludorum dies Mense Septembri erant, quando etiam Ludi Magni, sive Romani a Prisco Tarquinio Rege instituti, edebantur. His porro Ludorum diebus multa Romæ more Græco circa mercatus, & nundinas, hospitum qui visendi studio ad Urbem frequentes conveniebant exceptiones, communesque inducias fiebant, solennisque pompa, & sacra ita exhibebantur, ut ex Dionysii lib. VII. describam, quibus & *Pompa ordo, & via.* reliqua æstimare possumus. Die Ludis destinato ante solennia ludicra pompam Diis ordinabant, ducebantque ii magistratus, qui in Urbem tunc maximam haberent potestatem, ut Dictator, vel Consules, *I Magistratus summus pompa ductor.* Decemviri legibus scribendis deputati, aut Tribuni militum Consulari potestate, vel his absentibus Prætores. Pompæ initium erat a templo Jovis Capitolini, ea per forum Romanum 1 circumducta Velabro ad Circum Maximum ferebatur, ubi metis circumdatis (quemadmodum tradit Varro) sacrificioque solenni perfecto, bigarum, quadrigarum, gymnica, & cætera Circensia spectacula committebantur, quæ tunc in Urbe frequentia erant, & sic pompæ finis. Procedendi vero ordinem ejusmodi fuisse tradit Dionysius: Præcedebant omnes nobiles juvenes Romani pubertati *II. Juvenes Romani.* proximi, qui pompæ ducendæ jam per ætatem interesse possent, hi quidem equis vehebantur, quorum patres Equites Romani essent, & Equestrem censum H-S. CD. millitum haberent. Cæteri inferioris census pedites militiæ pedestris forma, per alas, centurias, classiumque & manipulorum ordines distincti subsequebantur, perinde, ac si 2 Ludum litterarium peterent, aut ad bellum irent, ut hospitibus spectantibus Romanorum juventutis robur, quod ad Urbis tutelam, & Populi Romani Imperium propagandum parabatur, eorum simul, & multitudo & forma egregia conspicua esset. Tacitus lib. XII. *Ludicro Circensium quod acquirendis vulgi studiis edebatur, Britannicus in prætexta, Nero triumphali veste transvecti sunt. Spectaret populus hunc decore Imperatorio, illum puerili habitu, ac perinde fortunam utriusque præsumeret.* Hos tertio loco sequebantur quadrigæ, & bigæ, equi singulares, & desultorii, cum suis aurigis, sive agitatoribus. *III. Currus & equi.*

Post eos veniebant graviorum, leviorumque certaminum trium generum Athletæ, *IV Athletæ.* Cursores, Pugiles, & Luctatores nudato corpore pudendis tantum subligaribus campestribus tectis, qui mos in Græcia antiquitus diu Romæ mansit.

Quintum locum obtinebant saltantium *V Saltatores armati.* tres chori virorum, 3 imberbium, & pue-

---

mox ad destinatum quendam locum sistebantur.

—— Τοὶ δ' ἀγέροντο καρηκομόωντες ἀχαιοὶ
Ἄλσος ὑπὸ σκιερὸν ἑκατηβόλου Ἀπόλλωνος.

fuere multæ sacræ apud Græcos: ut in festo Adonidis Adoniæ. Theoc. in Ἀδωνιαζούσαις. Veneris apud Cyprios. Strabo lib. XIV. in Bendidia, nempe Dianæ. Plato lib. I. *de Rep.* in Dædalis Dædaleæ. Pausan. in *Bœot.* in Heleniis Heleniæ. Hesych. in Heleutheriis, Heleutheria, Plut. in *Aristid.* in Hellotiis Hellotia. Athenæ. lib. XV. in Eumenidum festo Eumenidiæ. Philo lib. ubi omnem probum liberum esse asserit: in Junonis Argivæ Æreæ Palæphatus: in Thargeliis Thargeliæ. Porph. *de abstinentia ab anim.* & Schol. Aristoph. in Laphriis Laphriæ. Pauf. in *Achaicis*, in Plynteriis Plynteriæ, in verbo ἡγητορία. Etym. auctor: in Scerophoriis Scerophoriæ, Suidas.

1 *Circumducta Velabro*) Ovid. *Fast.* lib. VI.

Qua Velabra solent in Circum ducere pompas
Nil præter salices, crassaque canna fuit.

Usus proprius vehendi pompas in gyrum erat. Theocr. συνεπόμπευε περισταδὸν, ubi Schol. κατ κυκλικὴν στάσιν, κύκλοθεν. Sophocles in *Antig.* περιπολοῖς, Schol. ταῖς ἱερείαις; idem probabis ex Demosthene.

2 *Ludum litterarium pet.*) Ordine, qui ex illis ad Mecæn. Horatii apparet sat. VI. lib. I.

Noluit in Flavi ludum me mittere: magni
Quo pueri magnis e centurionibus orti
Lævo suspensi loculos, tabulamque lacerto,
Ibant octonis referentes Idibus æra.

loculos vocat sacculum, qui *bulga* dicebatur. Nonius. *bulga est folliculus omnis, quem & crumenam veteres appellabant, & est sacculus ad brachium pendens*, nos Itali *bolgia* appellamus. Vocem Gallicam esse ait Pompejus lib. V. *Bulgas Galli sacculos scorteos appellant*; utitur etiam lib. primo ep. prima eodem genere dicendi Horat. ducti itaque ad scholam pueri a pædagogis incessu, ac ordine discipulari. Tib. lib. primo eleg. IV.

Tempus erit cum me Veneris præcepta ferentem
Deducat juvenum sedula turba senem.

& intelligit comitatum, quod doctis viris quandoque discipuli exhibent, unde dicti ipsi *Antecessores*; quasi præambulones, anteambulones, ut nunc fieri in Academiis publicis videmus.

3 *Imberbium, & puerorum*) Non nisi hic de schola lanistarum. Juven. sat. III.

Huic plaudit nitidi prætoris filius inter
Pinnirapi cultos juvenes, juvenesque lanistæ.

rorum, quorum apparatus, & habitus, ejusmodi fuisse refert Dionysius. Puniceas induebant tunicas, balteis æreis, gladiis, & parazoniis dependentibus astricti: lanceas deinde mediocribus etiam breviores manibus tenebant. Cæterum, virorum chorus præterea, galeas æreas cristis insignibus, pennisque ornatas ferebat, præcedebant autem singulos choros singuli viri, primique subsequentibus saltandi rationem tradebant, A qui 1 bellicos, motusque vehementes in saltando agitabant. Unus vero ex singulo cœtu militares, ac concitatos modulos præcinebat rythmis plerumque proceleumaticis, 2 hoc est, versibus, quorum primus pes ex quattuor syllabis brevibus constabat, immixtos. *Proceleumaticus* autem est dictus, quasi *primitus jussus*, eo quod in sacris Minervæ prius ejus pedis versus pronunciari videbatur. Alii eum 3 a cohortatio- Versus proceleumaticus.

---

hinc sunt istæ galeæ æreæ cristis & pennis ornatæ; vetus Scholiastes hic. *Pinnis pavonum ornari solent gladiatores, si quando ad pompam descendunt: pinnirapos autem dicit lanistas ex babitu gladiatorum, quia post mortem retiarii pinnam, boc est, manicam rapit, ut ostendat populo se vicisse, aut ideo pinnirapi, quia pinnas in galeis babebant, ut Lucillius lib.* III

Cum septem incolumis pinnis redit, & recipit se,

aut quemadmodum apud Don. legitur in Phormione.

—— ille alter abundans
Cum septem incolumis pinnis redit, & recipit se.

1 *Bellicos motus*) Claud. de his in VI. *Cons. Honorii* lib. III. sub fin.

Mutatos edunt pariter cum pectore motus,
In latus illisis clypeis, aut rursus in altum
Vibratis, grave parma sonat mucronis acutum
Murmur, & umbonum pulsu modulante resultat:
Ferreus alterno concentus clauditur ense.

qui Claudiani versus proceleusmaticum rythmum in batuatione illa edi solitum significant; illiditur clypeus clypeo, & præludium, scilicet anacrusis redditur: in altum vibratus remugit, & ampiram, id est, primum certandi periculum signat: mucro acutum reddens, certamen ipsum, & cataceleusmum denotat. Umbonum conflictus jambum, & Pæana, nempe jam terminatam victoriam: ensium complosio syringas referunt, ipsius Pythonis morientis jam ultimum sibilum; est proceleusmus apud Strabonem concitatus, & in medio soni rythmo plenus concentus ex Pythico ritu, cujus πέντε μέρη ἐστιν (inquit) ἀνάκρουσις, ἄμπειρα, κατακελευσμὸς, ἴαμβοι, καὶ δάκτυλοι, σύριγγες. & sic in hymno Apollinis videtur dici cataceleusmus, ex Timosthenis opinione, pars illa, quæ conflictum Apollinis cum Pythone repræsentat: ἀνάκρουσιν videlicet esse ajunt præludium, ἄμπειραν, primam certandi experientiam κατακελευσμὸν δὲ τὸν ἀγῶνα ἴαμβον, καὶ δάκτυλον cantum Pæanem. Syringas deficientis belluæ murmur, quod Encolpus in sentina imitari carmina murmurans apud Petronium videbatur. & ipsum in fine fuisse ibi, carminis tunc narratur.

2 *Hoc est, versibus*) De horum genere carminum Diomed. lib. III. *Proceleusmaticum est quale fecit Serenus.*

Animula miserula properiter obiit.

Pes vero ex quattuor etiam brevibus constat, sicut ait Donat. ut *avicula*, qui dispondeo apponitur, auctore Victorino de carmine Heroico, & Terentianus.

Προκελευσματικὸς primus erit, breves babebit
Hic quattuor, omnes duo quia sunt jambi
Hunc efficiet MINUTIUS *ut quis vocitetur.*
Pro exemplo Attilius Fortunatianus bos præponit.
Sede tibi Broncio de voto pede mulier,
Pecora rapida caper agitat,
Humi caput inanime tepet, avida neque manu.

& Platius de proceleusmatico tetrametro catalectico.

Memor eris Asine, moreris Asine, vapulans.

3 *A cohortatione*) Celeusma intelligit, nauticum clamorem, quo se ipsi invicem cohortantur ordinato murmure, & pene musicali. Martialis.

Tardos vertitis ad celeusma remos.

ἀπὸ τοῦ κελεύω, quod Græce est *jubeo*. Virg. est

Nauticus clamor.

& lib. v. *Æneid.* (*Hortaturque viros*) quod ibi Servius pro celeusmate interpretatur; & κελευστὴς hortator remigum est Nonio. Plaut. *Mercat. solet bortator remiges bortarier*; de hoc Hom.

——— Τοὶ δ' ἀλλήλοισι κέλευον
Ἅπτεσθαι νηῶν, ἠδ' ἑλκέμεν εἰς ἅλα δῖαν.

Claud.

Lignaque remigibus spumant inversa canoris.

hoc celeusmate inter se administratores nautæ intelligebantur, ut cum *obe* inclamarent, solvendum esse, aut jam sufficere onus præciperent. Martial. lib. IV. epigr. ult.

Jam lector queriturque, deficitque,
Jam librarius boc & ipse dicit,
Obe jam satis est, obe, libelle.

sic plenum, & saturum facit Horatium Juven.

——— satur est, cum dicit Horatius obe.

cum imponerent cymbæ numerum ultra præscriptum viatores, convicantes nautis facit pueros ipse Horatius hac voce lib. I. Sat. v.

ne in jussu nautico dictum putant, cui ob celeritatem est aptissimus. Antiquissimum porro fuit, & celebre apud Græcos ejusmodi saltandi institutum, atque ab iis ad Romanos manavit Oenoplia, id est, armata saltatio (armati enim saltabant) sive Pyrrhica nominatum. Cujus institutionis origo varie proditur: quidam enim eam a Pallade ortum habuisse ferunt, quæ ob victoriam de Titanis adeptam, præ gaudio choros agere armatos saltando psallere, & choreas ducere prima instituit; alii a [1] Curetibus, sive Corybantibus Creticis sacerdotibus hunc saltandi morem derivasse scribunt, quum

Origo saltationis Pyrrhicæ, & lusus armata.

A

Jovem lactantem vellent strepitu armorum, concinnisque gesticulationibus rythmo, id est, versibus, cantando demulcere: sive, ne Saturno patri, qui ipsum comedere destinaverat, vagitu manifestaretur, eumque hac ratione liberavere. Plinius lib. VII. c. LVII. Hanc [2] saltationem Pyrrhicam in Creta Pyrrhum primum instituisse scribit, a quo etiam *Pyrrhica* appellata est. Strabo lib. X. *Geographiæ* docet Pyrrhicam repertam fuisse a Pyrrhico pro adulescentibus ad disciplinam militarem exercendis. Quam antiquissimam artem apud Græcos fuisse ex Homero intelligitur, qui eam quum alias sæpe,

---

Tunc pueri nautis, pueris convicia nautæ
Ingerere, huc appelle, trecentos inseris, obe
Jam satis est.

Sidon. lib. II. epist. X. vocat celeusma monachorum cantionem sacram, qua se ad aliquid invitarent, ut nunc etiam audimus.

Concinentibus alleluia ripis
Ad Christum levat celeusma.

Herichus Monachus in *Vita S. Germani* lib. III.

—— pactæ præsul non immemor horæ
Exigit ingentem pleno de pectore vocem
Alleluia pium ternis concentibus urgens,

ἀλληλιάριον nempe triodium est.

1 *Curetibus*) Strabo in hac est sententia lib. X. & Martialis lib. IX. ep. XXI.

Curetes texere Jovem crepitantibus armis,
Semiviri poterant qualia ferre Phryges,

& in *Fastis* idem quoque probat Ovidius, aliique. Quidam Corybantas in Phrygia, Curetas in Creta saltationibus ajunt fuisse usos, inter quos auctores Lucianus est περὶ ὀρχήσεως; quoniam nulla olim sacra res absque saltatione peragebatur. Delo siquidem pueri choro ad tibiam, & cytharam saltabant; inde præscripta ὑπορχήματα, leges nempe, & moduli, quibus circa aram moverentur: triplici scilicet motu strophe, antistrophe, & epodo; ut strophe motionem primi mobilis ex oriente in occidentem, antistrophe planetarum cursum ex occidente in orientem, epodo terræ immobilem denotarent naturam, ut Scholiastes Pindari in operis limine habet: & intellexit Petronius:

———— & ter ovantem
Circa delubrum gressum feret ebria pubes.

vide rationem hujus tumultus inferius, ne videlicet verba non bona exaudita rem sacram temerarent.

2 *Saltationem Pyrrhicam*) In *Ajace* saltationes varias Schol. Soph. describit; τῆς ὀρχήσεως αἱ μὲν εἰσι Διονυσιακαὶ, αἱ δὲ κορυβαντιαι, καὶ ἐνόπλιοι. Νύσιαι μὲν αἱ Διονυσιακαὶ, παρὰ τὴν νῦσ[?]ν· κνωσιαι δὲ αἱ κορυβαντιαι, καὶ κνώσσος γὰρ πόλις κρήτης· ἐν τῇ κρήτῃ δὲ ὑπὸ τῶν κορυβάντων ἐτράφη ὁ Ζεύς. τῆς δὲ ὀρχήσεως ἡ μὲν βερεκυνθιακὴ λέγεται, ἡ δὲ κρητικὴ, ἡ καὶ πυῤῥικη· νυσιαι μὲν αἱ βερεκυνθιακαὶ; τῆς γὰρ νυσίας ἡ βερέκυνθος, κνώσσια δὲ κρητικὴ; de Pyrrhica vero ipsa, quam βήταρμον appellatam esse ait Schol. ita Apoll. lib. I. βήταρμον δὲ τὴν ὄρχησιν παρὰ τὴν ἁρμόδιον βάσιν αὐτῆς. λέγει δὲ νῦν τὴν πυῤῥικὴν ὄρχησιν τὸ δ᾽ ἑξῆς ὠρχοῦντο τοῖς ξίφεσι τὰς ἀσπίδας κόμπτοντες διὰ τὸ κύζικον θρηνεῖσθαι ὑπὸ τῶν δολιόνων. ἵνα μὴ τῆς θυσίας οὔσης, δύσφημος φωνὴ ἀναφέρηται. ὅθεν καὶ Φρύγες κυμααλοις, καὶ τυμπάνοις τὴν Ῥέαν ἱλάσκονται. ubi apparet a Dolionibus repertam Pyrrhicam in sacris; ne voces, si quæ fierent improsperæ, & mala verba, audirentur, & sacrificia turbarent; & in *Olynth* Scholiast. Demosth. τῆς γὰρ ὀρχήσεως ἡ μὲν ἐστὶ πολεμικὴ, ὡς καὶ ἡ πυῤῥικὴ, ἡ δὲ γελαστικὴ, ᾗ χρῶνται ἐν θεάτροις, καὶ τόποις. Apulejus l. X. & XI. *Asini* refert pueros, puellasque Græcanicam saltasse Pyrrhicam, cum nunc in orbem rotatum flexuosi, nunc in quadratum cuneati discursus reciprocos explicarent: ex quibus apparet Græcanicam hanc saltationem nomen suum, ut etiam usum quendam proprium, quo aliquantulum a reliquis variaret, habuisse. Repertam a Pyrrho, a quo nomen acceperit, vult Solinus loco, quem noster citat; quod etiam Strabo l. X. confirmat. Epicharmus Minervam docuisse Castorem, & Pollucem Pyrrhicam Pindari habet Scholiastes, unde ad Lacones pervenerit: & Athenæus *Dipnos.* l. XIV. ab Aristoxene Lacone quodam appellationem sumpsisse refert; fuisque etiam temporibus *Pyrricham* haberi nomen Laconicum. Quintil. l. I. c. XIX. *Lacedæmonios etiam saltationem quandam, tamquam ad bella quoque utilem, habuisse inter exercitationes, accepimus*; de Pyrrhica etiam Eustathius *Iliad.* Π. Spartianus in *Adriano*, Diodorus Siculus l. V. c. XV. Pyrricham tamen ab armata saltatione, quam ἐνόπλιον ὄρχησιν vocant, differre faciunt Strabo l. eodem, Plinius VII. Diomedes V. saltationem siquidem armatam Curetas, Pyrrhicam Pyrrhum ajunt invenisse, quæ motu, ardoreque bellico, non armis constaret. Halicarnassæus vero lib. VII. non distinguit, vocat enim Pyrrhicam saltationem armatam; nec Schol. Aristoph. in *Avib.* Servius vero *Æneid.* lib. V. Trojæ ludum vocat Pyrrhicam, ex auctoritate Suet. Tranquilli, qui originem vocabuli a πυρσὶ deducit, ab igne: quasi Pyrrhica ab ardore ludentium dicatur, & propterea ludus omnis violentus Pyrrhica, & ἔνκυρος fit. Festus Pomp. de Pyrrh. sive ἐνοπλίας. *Bellicrepam saltationem dicebant, quando cum armis saltabant, quod a Romulo institutum est, ne simile pateretur, quod fecerat ipse, cum in ludis Sabinorum Virgines rapuit.* Nostri

A tum in cælatura clypei Achilli a Vulcano donati commemorat. Fingens enim in eo duas civitates, alteram pace florentem, bello divexatam alteram, feliciorem illam describit, festos dies agentem, vacantemque nuptiis, ut fieri solet, atque conviviis. Carmen sic habet.

. . . . arcta canoros
Tibia dat sonitus, salit omnis ad incita pubes
Carmina, & audaces cœtu fervente choreas
Deducunt, juvat e patulis spectare fenestris
Vestibulis domuum pulchras astare puellas.

B Rursusque aliam choream Creticam constantem ex innuptis puellis, & juventute, ubi ita canit.

. . . . spectandum denique multa
Ante chorum, & vario destinxerat ordine, qualem
Constituxisse ferunt Creteis Dædalon oris
Formosæ auxilium Minoidos ignibus olim
Illic, & nitidi juvenes pulchræque puellæ
Stabant, alternata manu c u vincla tenentes.

Deinde habitum eorum describens, ut mares in armis gesticulatos intelligamus, hæc subjicit.

C *. . . . pulchras hæ ferre coronas,*
Hi [1] gladios auro nitidos.

Præsultatores quoque aliorum ita describit,

Plurima circumstans delectabatur amicum
Turba chorum spectans, medio [2] gemini pueri arte
Præibant magna Thiasis, saltuque rotabant
Corpora.

Sex. Pompejus: *Bellicrepam saltationem dicebant, quando cum armis saltabant. Quod a Romulo institutum est, ne simile pateretur quod fecerat ipse, cum in Ludis Sabinorum virgines rapuit.* D Saltationem Apulejus l.x. *de Asino aureo* ita affabre his verbis explicat. *Nam puelli, puellæque florenti virentes ætatula, forma conspicui, veste nitidi, incestu gestuosi, Græcanicam saltantes Pyrrhicam dispositis ordinationibus, decoros ambitus inerrabant, nunc in orbe rotarum flexuosi, nunc in obliquam seriem connexi, & in quadratum palorem cuneati, & in catervæ dissidium separati.*

Et Livius lib. XXII. *A porta Carmenta e Jugario vico in forum venere, in foro pompa constitit, per manus reste data, virgines sonum vocis pulsu pedum modulantes incesserunt.*

Dio l. LX. *Pueri, quos ad Pyrrhicam saltationem ex Asia Cajus evocaverat, semel duntaxat ea saltata, Civitate donati dimissi sunt.*

Plato l. VII. *de Legibus*: *Pyrrhica est* (inquit) *quæ motiones corporis imitatur, ictus, jactusque declinantis, & vitabundi, omnifariamque cedentis, in altum etiam subsilientis, & sese subcliduo poplite demittentis, rursus contrarios his motus Pyrrhica imitatur, eos scilicet qui in habitus corporis actuosos feruntur, quales ejus sunt qui sagittarum, missiliumque jaculationes effingere motu corporis, plagarumque, & petitionum multiplicium imitamenta assequi implereque contendit, quibus tela, plagæque vitantur.* Tranquillus in *Cæsare* c. XXXIX. *Pyrrhicam saltaverunt Asiæ, Bithyniæque Principum liberi.* Et in *Neronis* c. XII. *Exhibuit Pyrrhicas quasdam ex numero Ephebarum, quibus post editam operam diplomata civitatis Romanæ singulis obtulit. Inter Pyrrhicarum argumenta Taurus Pasiphaen ligneo juvencæ simulacbro abditam iniit, ut multi spectantium crediderunt. Icarus primo statim conatu juxta cubiculum ejus decidit, ipsumque cruore respersit.* Spartianus in *Hadriano* c. XIX. *Militares Pyrrhicas populo frequenter exhibuit.*

Pyrrhica saltatio quid?

Et Ammianus Marcellinus lib. XVI. *Quum exercere præludia disciplinæ Castrensis philosophus cogeretur, ut princeps, pariterque modulatius incedendi per Pyrrhicam continentibus disceret fistulis.* Et Solinus cap XVI. *Pyrrho repertore equestres turmas Creta primum docuit, & lascivas vertigines implicare, ex qua disciplina bellicæ rei ratio, & usus est datus.* Pyrrhicam saltationem, & de qua mox dicam Satyricam commemorat Julius Pollux l. IIII. qui Pyrrhicam a saltationis judice dictam autumat; extant ejusmodi armatæ in Circensibus saltationis imagines.

---

nunc *Mattaccini* vocant, tamquam furore agitentur, & insania ματάζων, ματαιοφρόνων, μάταιος, vanus est, desipiens: nos *matto*.

1 *Gladios auro nit.*) Non in manibus: sed pendentes ἐξ ἀργυρέων τελαμώνων, ut sic,

Ast has temporibus cingebant serta: sed istis
Pendens vagina argenti mucro aureus ibat.

2 *Gemini pueri*) Qui præsultores essent, & ὑπορχήματα præscriberent aliis, & tamquam duces chori; hi proprie chorodidascali dicti, quia chorum docebant, & regebant; & διδασκάλους τοῦ χόρου vocat in *Midia* Demosthenes: interpres vero κορυφαίους, καὶ ἡγεμόνας τῶν χορευτῶν exponit. Ac quoniam cantum etiam, non modo saltationem, moderabantur, *Præcentores* Latinis vocabantur, ut Horat. præcentor erat in carminibus, quæ a pueris puellisque sæculari sacro canebantur. lib. IV. *Carm.* ode VI. ipse Poeta:

Virginum primæ, puerique claris
Patribus orti,
Lesbium servate pedem, meique
Pollicis ictum.

Et,

Nupta jam dices: ego Dis amicum,
Sæculo festas referente luces
Reddidi carmen docilis modorum
Vatis Horati.

in choreis, & canticis sacris sæpe pueri, immo ut plurimum admissi: pura siquidem, & diis accepta ea ætas; sic ad aram Delii Apollinis pueri saltabant, Schol. Apol. lib. I.

—— & ter ovantem
Circa delubrum plausum feret ebria pubes.

ubi apparet dici apud Latinos *delubrum*, quasi *Delii templum*, Carmina sunt Petr. Arbitri.

Hos sexto loco sequebantur Satyricorum chori, hoc est, eorum, qui satyrorum more saltabant [1] Sicinnem referentes Grecam. Aliquorum habitus [2] Silenos repræsentantium erant hirsutæ, & villosæ tunicæ, quas quidam *scorteas* vocant, amiculaque conferta ex omni florum genere. Aliorum satyrorum quidam hircinis pellibus amicti erant setasque hærentes in capite habebant, atque his similia. Hi serias illas saltationes ridicule imitabantur, depravantes per ludibrium eas. Quibus lusibus satyricis salibusque, [3] & scommatibus jam inde a priscis sæculis delectatos fuisse Romanos ex triumphis apparet. [4] Permittebatur enim victores deducentibus jambos & dicteria jacere in Imperatores clarissimos: quemadmodum Athenis solebant pompam in plaustris ducentes sannis, & scommatibus obvios impetere, postea extemporalibus versiculis utebantur: quin & in illustrium virorum funebribus Pompis inter alia feretrum præcedebant saltatores satyrici maxime autem divitum, quorum inventio ad Græcos autores a Dionysio refertur. Erant inter hos quidam [5] *Manduci* vocati, de quibus Sex.

---

1 *Sicinnim*) Satyrica saltatio, unde & Satyri *Sicinnistæ*, auctore Athenæo, a Sicinnio quodam barbaro, qui eam excogitarit, licet eum Cretensem alii faciant. usum hujus saltationis ponit Dionys. εἶδόν τε ἐν ἀνδρῶν ἐπισήμων ταφαῖς ἅμα ταῖς ἄλλαις πομπαῖς προηγουμένους τῆς κλίνης σατυριστὰς χοροὺς κινουμένους τὴν ὄρχησιν σίκιννιν, μάλιστα δ᾽ ἐν τοῖς τῶν εὐδαιμόνων κήδεσι. Scommata hi jactabant, hinc & illud dicterium, de quo in *Tib.* Suetonius cap LVII. Cum ex istorum unus *elato mortuo mandarat, ut nunciaret Augusto, nondum reddi legata, quæ plebi reliquisset.* rem ipsam σικιννίζειν dicunt. Pollux. εἴδη τε ὀρχημάτων. ἐμμέλεια, τραγική, κόρδακες, κωμικοί, σικιννὶς, σατυρική. atque a σείεσθαι, nempe a concussione, putant ita dictam. ex Polluce sua decerpsit Etymologicum.

2 *Silenos*) In pompa personas Deorum referebant. Apulejus l.XI. *Nec mora cum Dei dignati pedibus humanis incedere prodeunt. hic horrendum attollens canis cervicem arduam; ille superum commeator,& inferum nunc atra,nunc aurea facie sublimis, læva caduceum gerens,dextra palmam virentem quatiens, hujus vestigium continuo sequebatur bos in erectum levata statum; erat & hos omniparentis Deæ simulacbrum, quod residens humeris suis præferebat unus e ministerio beatus gressu gestuoso.* Tertull. *Apolog. Vidimus aliquando castratum Attin. illum Deum ex Pessinunte, & qui vivus ardebat, Herculem induerat, visimus & inter ludicras meridianorum crudelitates Mercurium mortuos cauterio examinantem; vidimus, & Jovis fratrem gladiatorum cadavera malleo deducentem.* Ubi habes castratum Attin repræsentatum in Cybeles fabula, sic Mercurium, cujus est mortuos ad inferna deducere, ac proinde examinantem cauterio mortuos, an vivi essent, nempe ignito ferro, quod actitasse Nicocratem Cyrenensium Tyrannum testis est in *Moralibus* Plutarchus, videlicet mortuos, dum efferrentur per ministros cauteriis examinasse, ne vivi elaberentur. reliqua Tertull. verba, sic legerem, *Vidimus & ad Jovis fratrem,* nempe ipsum Plutonem deducere ad inferos. *Malleo*; malleolo vitis, pro virga; & repræsentabant veteres fabulas hoc modo; ut de Phaetonte idem ibidem. *Leget Sol filium suum.* Usum mutuandi vestem,ac sexum mentiendi ad Medeam inventionem referunt, ipsa enim vestem muliebrem in virilem mutavit, dum Jasonem quæreret, unde ἀνδρεῖα dicta est. Schol. ad *Aram Theocr.* In καλλημέραις usitatum maxime,unde *le mascbere Carnevalescbe* apud nos teste Herodiano in *Comm.* Quære δίκηλον quod sit apud Schol. Apollonii lib. primo.

3 *Et scommatibus*) Περὶ στεφάνου ad Demosthenem Scholiastes. ἐν τῇ πομπῇ προσωπεῖά τινες φέροντες ἀπέσκοπτον τοὺς ἄλλους, ὡς ἐν ἑορτῇ παίζοντες ἐπὶ ἁμαξῶν φερόμενοι, ὅθεν ἡ παροιμία: ἐξ ἁμάξης ὑβρίζειν. *e curru sum jurgio impetitus*, quod injuriam non adferebat, ita personatorum scommata apud nos infamiam non invehunt.

4 *Permittebatur enim victores*) In *Cæsare* id etiam ostendit Suet. Plutarchus in *Camillo*. Livius prima Decade lib.IV. & V. quin etiam dec. V. Appianus in Triumpho Lybico, Pollio in *Zenobia*, Ovid.

Consuevere jocos nostris quoque ferre triumphi,
Materiam dictis non pudet esse Ducem.

Cæterum eos, quos nos ex garrulitate, & dicteriis notissimos *zanni* vocamus, a sannis, quasi sanniones Comici,videntur appellari,sicut *Pantaloni* pantaleontes mimi fuerunt,de quibus Eust. *ad Homerum.* De sannis,& sannionibus Phornutus, sive Pseudo-Phornutus *ad Persium* sat. I. *Tria genera sannarum: aut manu significari ciconiam, aut apposito temporibus pollice auriculas asininas, aut linguam sitientis canis. Sanna autem dicitur os distortum cum vultu, quod facimus, cum alios deridemus: inde sanniones dicti,qui non rectum vultum habeant.* Nonius. *Sanniones dicuntur a sannis,qui sunt in dictis fatui, & in motibus obscœni,quos μωροὺς vocant.* Juvenalis de sanna Sat.VI.

—— qua mordeat aera sanna.

Et *Gelasiani* dicti ab affectu. Sidonius Apoll. Car.XXIII.

Quid dicam cytaristrias, choraulas,
Mimos, schœnobatas, Gelasianos.

Apollonius Collatius *excidii Hierosol.* l.I.

Larvatosque inter gestus contendere mimos.

Joan. Saresberiensis lib. primo *Polycr.* cap.IIX. inter scurras, & mimos recenset *gignadios*, quod legisse non memini, nisi quod ex iis profluxisse nostræ derisionis nomen videtur; nempe apud Italos *ghignare*.

5 *Manduci*) A mandendo: unde & *manducare*, quod incessanter comedere est. Apulejus: *De isto asino semper pigro quidem, sed manducone summo.* Varro *de Ling. Lat. quamvis ad obsonium vocant manducum.* Pallentes erant hæ personæ, ut puta, famelicæ, & quæ viderentur cibum exposcere. Juvenalis Sat.III.

—— Tandemque venit ad pulpita notum

A Pompejus. *Manducus effigies in pompa antiquorum inter cæteras ridiculas formidolosasque ire solebat, magnis malis ac late dehiscens, & ingentem dentibus sonitum faciens*. De qua Plautus ait in *Rudente*: *Quid si aliquo ad Ludos me pro manduco locem? quapropter? clare crepito dentibus*.

Post satyricos vero choros VII. Pompam ducebant tibicines inflantes antiqui moris breves tibicinulas, quarum diu usus apud Romanos fuit, quum in Græcia exolevissent, citharœdique lyras septicordes eburneas, quæ etiam *barbita* dicuntur, plectentes. Hi in omnibus fere sacrificiis, & præsertim antiquis præsto erant. De tibicinibus Romanis mentio est in antiqua hac inscriptione sic.

In vinea Carpensi.

IMP. CAES. IMP. CAES.
L. SEPTIMI. SEVERI
PII, PERTINACIS
AVG. ARAB. ADIABEN
PARTHICI. MAXIMI
FORTISSIMI. FELICISSIM.
P. P. FILIO
M. AVRELIO ANTONINO
PIO. FELICI. AVG.
TRIB. POTEST. III.
PROCOS.
TIBICINES. ROMANI
QVI. SACRIS
PVBLIC. PRAEST. SVNT.

In dextro latere.

DEDIC. PRID. NON. APRIL.
B TI. CLAVDIO. SEVERO. C. AVFIDIO. VICTORINO. COS
Q. Q. C. PRECILIO. SERENO II. TI. CLAVDIO TITIANO

Post tibicines, & citharistas octavo loco præcedebant sacerdotum ministri thuribula, acerras, & alias arculas aureas, & argenteas, sacras & publicas, in quibus aromata, & thus per viam ad suffitum faciendum adolebant, ferentes. His nono loco succedebant reliqui sacrorum sanctiores ministri, ut 1 *VIII. Ministri sacrorum minores.* *IX. Alii ministri sacrorum majores*

Exodium, cum personæ pallentis hiatum
In gremio matris fastidit rusticus infans.

apud Plautum manducus est *μορμολυκεῖον*, quod in ludis ferebatur *προσωπεῖον ἐπίφοβον*. Recte pueros formidare manducum ait Juvenalis, dentibus enim magnis, lato gutture, maxillisque crepitantibus terriculamenti effigie componebatur, quæ Lamia dicebatur, quamvis divisæ essent species. *Gorgonius* præcipue dicebatur, quod *γόργονες* magnis dentibus cingerentur. Lucil. l. XXX.

Illo quid fiat Lamia, & Pytho oxiodontes.
Quo veneunt illo gumiæ, vetulæ, improbæ ineptæ.

Nonius, *Gumiæ, gulosi*; sic & Pythones, harum larvarum usus etiam apud Comicos Latinos, licet non tanta enormitate malarum; nam quid aliud *γνάθωνες* in Comœdiis, & in Atellanis sæpissime? ibi enim turpissimæ personæ. Festus: *Per Atellanos, qui proprie vocantur personati, quod ejus est iis non cogi in scena ponere personam, quod cæteris histrionibus pati necesse est*. Personæ itaque eorum monstruosæ, distortis oribus, ut habet Varro *de Ling. Lat.* l. VI. *miracula a miris hoc est, a monstris, a quo Actius ait*;

Personas distortas oribus deformes miriones.

hæc etiam *oscilla* dicebantur, quæ, quia turpia erant, contra fascinum valere putabant. Scribit enim Plinius, Hortos, & fores adversus invidentium effascinationes dicari, & in remedio esse satyrica signa: sic Priapi larva contra nocturnos lemures posita in horto, teste Horatio. Cranium Asini suspendi in hortis præcipiunt Boccatius *Milesiarum suarum*, Palladius: at Columella lib. X. inquit;

Hinc caput Arcadici nudum cute fertur Aselli
Tyrrhenus fixisse sages in limine ruris:
Utque Jovis magni prohiberet fulmina Tarchon
Sæpe suas artes prætexit vitibus albis.

Erat & Citeria, ut ait Cato in *M. Cæcil.* effigies ridicula, quæ in pompa gestabatur: *quem credo*, inquit, *vectitatum iri ludis pro Citeria*; de ea Festus Pomp. *Effigies arguta, & ridiculi gratia in prospectum fertur, quæ Citeria dicitur*: erant & Maniæ, de quibus vetus Scholiastes *ad Persium* Sat. VI. *Manius*: *Manium dicit deformem, & ignotum hominem, eo quod Maniæ dicuntur indecori vultus personæ, quibus pueri terrentur*. Germanæ non minus personæ ridiculæ, cum enim contra Germanos pugnarent Romani, illique essent corpore, & vultu prodigioso, pro ridiculo advocabantur. Martialis l. XIV. epigr. CLXXVI. cui appositum, *Persona Germanica*:

Sum figuli ludus rufi persona Batavi.
Quæ tu derides, hæc timet ora puer.

de Citeria etiam Martialis, ex quo apparet ex luto Citeræ fuisse personam, quam postea aliquis subiret, & argutaretur.

Ebrius hec fecit terris puto monstra Prometheus.
Saturnalitio lusit & ille luto.

1 *Camilli, & Cam.*) Varro de *Ling. Lat. In medo Ennius*; *cælitum Camilla expectata advenis salve hospita*: unde glossematium comprobatur eorum, qui Camillum ministrum interpretantur & is, qui in nuptiis Commerum fert, in quo quod sit in ministerio, Camillus appellabatur, inter ministros quoque deorum magnorum apud Samothracas Mercurii minister *κάσμιλος* appellatur, ait Scholiastes Apollonii Rhodii, & unus Cabirorum erat Mnasea auctore. *Casmilli* antea mox elisa litera *Camilli* sunt appellati, ut de viragine Virgiliana poeta narrat *Æneid.* XI.

Camilli,& Camillæ, 1 Flaminii & Flaminiæ, 2 Æditimi, alias Æditui: 3 Scribæ publici Pontificum. A commentariis xv. sacris faciundis, adjutores haruspicum; Kalatores sacerdotiorum, 4 Pullarii, 5 Popæ, 6 victimarii, 7 lictores Flaminum, 8 præficæ;

—— matrisque vocavit
Nomine Casmillæ mutata parte Camillam.

Mercurii igitur administer Camillus: ipse Mercurius etiam Camillus, quia Deorum nuncius, & minister, sicut ex Pacuvio recitat Macrobius. Cabiros vero esse Deos Scholiastes Apollonii Rhodii probat: eosque quattuor: τέσσαρες δ' εἰσί, & τὰ ὀνόματα, Ἀξίερος, Ἀξιόκερσα, Ἀξιόκερσος. Ἀξίερος μὲν οὖν ἐστιν ἡ Δημήτηρ· Ἀξιόκερσα δὲ ἡ Περσεφόνη· Ἀξιόκερσος δὲ ὁ ᾅδης. ὁ δὲ προστιθέμενος Κάσμιλος Ἑρμῆς ἐστιν, ὡς ἱστορεῖ Διονυσιόδωρος. *Quattuor sunt hi, & horum nomina, Axierus, Axiocersa, Axiocersus. Axierus est Ceres, Axiocersa Proserpina: Axiocersus Pluto: tertius, qui restat Casmillus Mercurius est, uti Dionysiodorus narrat.* de Cabiris habes Scholiastem prædictum *Argon.* l. I. Strabo l. XII. Plutarchus in *M. Marcello*, & *Osiride*: Lactan. *de fal. relig* Inscriptio Venetiis, in Æ de Episc. Torcellani.

ΓΑΙΟΣ. ΓΑΙΟΥ
ΑΧΑΡΝΕΥΣ. ΙΕ
ΡΕΥΣ. ΓΕΝΟΜΕ
ΝΟΣ. ΘΕΩΝ. ΜΕ
ΓΑΛΩΝ. ΔΙΟΣ
ΚΟΡΩΝ. ΚΑΒΕΙΡΩΝ

ubi Cabiros Castorem, & Pollucem esse significatur.

1 *Flaminii)* Flaminum & Flaminearum ministri, ministræque, ii, hæque patrimi, ac matrimi erant, hoc est, patrem, & matrem vivos habebant. Fest. l. VII. ministrabant Flamini Diali, & lictor, qui Flamini Diali sacrificiorum causa præsto esset, *Flaminius lictor* dicebatur. Idem Festus.

2 *Æditimi)* Sex. Pomp. lib. I. *Æditimus sacræ ædis tutor æditimus, ædis intimus.* Æditui etiam æditúantes; Lucr. lib. ult.

—— oneratáque passim
Cuncta cadaveribus cœlestum turba manebat
Hospitibus loca, quæ complerant æditúantes.

sed Veteres meliori elegantia æditumum dicebant. Var. lib. I. *De Re Rust.* & lib. VI. de *Ling. Lat.* Agel. lib. X. Ζάκοροι dicti isti Græcis, inde Veneti *Zaghi* vocant. vide in *Alexiph.* Schol. Nicandri, & Etym. magnum.

3 *Scribæ pub.)* Hi fuerunt a Commentariis quindecim virorum sacris faciendis, adjutores Aruspicum, & Kalatores; quorum mentio in vetustis inscriptionibus est. Vide Agellium & Livium de C. Flavio scriba, l. X. deque eodem Val. Max. ac præsertim Panvinium ipsum *de Republica Romana*, ubi affatim provinciam istam omnium ministeriorum horum exequitur.

4 *Pullarii)* Cic. *de Divin. Attulit in cavea pullos, qui ex eo nominatur pullarius.*

5 *Popæ)* Ministri sacrorum βότυποι apud Apoll. *Argon.* dicuntur a feriendis bobus in mactatione. Propertius.

Succinctique calent ad nova sacra popæ.

Suet. in *Calig.* cap. XXXII. *Admota altari victima succinctus poparum habitu, elato alte malleo, cultrarium mactavit.* Cultrarius idem, quod popa. Spart. in *vita Getæ* cap. III. *Percussit hostiam popa nomine Antoninus.*

6 *Victimarii)* Victimas ducebant, ligabant, sistebant, aquam, ignem, molamque expediebant; Val. l. I. c. I. Liv. l. XL.

7 *Lictores)* Supra.

8 *Præficæ)* Varro *de Ling. Lat. Præfica, ut Aurelius scribit, mulier in luctu, quæ conduceretur, quæque ante domum mortui laudes ejus caneret.* De hac re Aristoteles libro inscripto νόμιμμα βαρβαρικά. Phryges enim, quibus hic mos præcipuus fuit, proprie barbari dicti, sicut ex *Oreste* Euripidis sæpe liquet. Æschylus in *Persis*, καὶ στέρν' ἄρασσε κἀπιβόα τὸ Μύσιον, ubi Scholiastes οἱ γὰρ Μύσιοι, καὶ οἱ Φρύγες μάλιστα εἰσὶ θρηνικοί. Præficam Glossa definit. ἡ ὑπὸ τὴν κλίνην ἐν τῇ ἐκφορᾷ κοπτομένη. θρηνῳδὸς ἐπ' ἐκφορᾷ; hæ numis conductæ, ut ex Apologo de iis Æsopi constat. Papin. in Epin. Patris.

Mygdoniúsque colunt, & non sua funera plorant.

Horatius in *Poet.*

—— saliet, tundet pede terram,
Ut qui conducti plorant in funere.

ex quo apparet tempore Horatii in funere virorum viros, non mulieres, fuisse conductos. Plautus in *frivolaria* de Præficis facit: deridet hunc morem Chrysost. homil. III. *in ep. Pauli*, καταγέλαστον τῶν θρηνῳδῶν γυναικῶν ἐσμόν. Flebant illæ, ac lachrimas vasculis quibusdam petra oblonga excavatis excipiebant, vidi eam ego Bononiæ in bibliotheca Magistratus urbis; at lixum facere in ea re dicebatur: opplere siquidem cinere crines & vultum, quod in dolore scimus fieri solitum apud antiquos, erat longo ejulatu, ut alibi dixi, flere. Juvenalis sat. VI.

—— Miserabile, longum
Attendit Thymele.

quod nempe lamentabiles voces producantur, Plautus in *Trin.*

Saltus

[1] præclamitatores, lictores, virginum Vestalium præficæ, [2] designatores, & alii similes, [3] tauros, vaccas, arietes, & alias hostias vittatas, & infulatas ad immolandum ducentes, pompas, & res templorum sacras, argenteas, aureasque mire elaboratas, ut vasa, pateras, candelabra, lituos, apices, tripodas, gladios, secures ad cædendas victimas, simpulla, aspersoria, exuvias, & alias ejus generis portantes.

Simu-...chra, & then... Deo...um cum ...ptorum ...nsigni-...us.

Decimo ferebantur omnium Deorum simulachra, effigies, habitum, insignia, & munera habentium, quales apud Græcos finguntur, partim curribus vecta, partim humeris hominum lata, singulisque Diis suos apparatus, notas, & dona, quorum unusquisque eorum olim inventor fuerat, hominesque docuerat. Jovi enim fulmen, & Aquila, Palladi oliva & oleum, Neptuno equi, Mercurio caduceus, & litteræ, Cereri triticum, Triptolemo aratrum, & similia adscribebantur.

Dii majores.

Primum omnium ferebantur eorum Deorum imagines, quos Græci duodecim majores Deos vocabant, Latini vero *consentes* quasi *consentientes* in eo quod est gerendum, his enim utitur [4] velut consiliariis Juppiter in maximis rebus agendis. Hi

---

Stultus es
Qui facta infecta facere verbis postules:
Thetis etiam lamentando lixum fecit.

Agellium huc traho lib. XIIX. cap. VII. *Vos philosophi mera estis, ut Cato ait, mortuaria glossaria: namque colligitis lixa, resque tetras, inanes, & frivolas*, tamquam mulierum voces præficarum. cum vero ita flendum erat appositiias sibi comas imponebant, ut eas lacerare, ac divellere ad doloris signum possent, quod etiam viri faciebant. noto ex Statio.

—— Sedet ipse exutus honore
Vittarum nexu genitor.

Et ad Glauciam.

Et nunc heu vittis, & frontis honore solutus.

idem etiam *Theb.* lib. XI. ostendit.

1. *Proclamatores*) Preciæ dicti, & denunciabant operariis jussu Flaminum, ut abstinerent a labore festis diebus, ne, si videret sacerdos operantem, pollueretur sacrum. illorum veluti denunciatione protulit Tib.

Luce nova requiescat humus, requiescat arator,
Et grave suspenso vomere cesset opus.
Omnia sint operata Deo, non audeat ulla
Lanificam pensis imposuisse manum;
Vos quoque abesse procul jubeo, discedite ab aris.
Queis tulit externa gaudia nocte Venus.

Apul. lib. ult. *Et Preciæ qui facilem sacris viam dari prædicarent.*

2. *Designatores*) Ordinandæ funebri pompæ præerant; locum, ordinemque incedendi præscribentes. ita Sex. Pom. Sen. lib. v. *de Benef.* cap. XXXVIII. *non putes eadem habere, quæ designatores, & libitinarios, vota?* Horatius *Epist.* lib. I. ep. VII.

—— dum ficus prima, calorque
Designatorem decorat lictoribus atris.

Ipsi lictores (puto) in pompa etiam, Vespillonesque, qui a vespertino tempore, quo inopes tumulabant, *Vespæ* etiam dicti sunt auctore Pomp.

3. *Tauros, vaccas*) Ovid. *Am.* lib. III. eleg. XII.

Ducuntur niveæ populo plaudente juvencæ,
Quas aluit campis herba Falisca suis,
Et vituli nondum metuenda fronte minaces,
Et minor ex humili victima porcus hara.

isti jugati ducebantur ad devotionem ostendendam, majores boves jugati in pompa qui sint vide apud nostrum in triumpho. Deorum simulachra πομπαῖοι θεοὶ isti Hesychio. Ovid.

Circus erit pompa celeber, numeroque deorum.

eadem aurea. in *Amor.*

Sed jam pompa venit, linguis animisque favete.
Tempus adest plausus, aurea pompa venit.

Sed de simulachris optime idem lib. III. *Amorum.*

Prima loco venit sparsis Victoria pennis:
Huc ades, atque meus fac Dea vincat amor;
Plaudite Neptuno, nimium qui creditis undis:
Nil mihi cum pelago, me mea terra tenet.
Plaude tuo Marti miles, nos odimus arma:
Pax juvat, & media pace repertus amor.
Auguribus Phœbus, Phœbus venantibus adsit:
Artifices in te verte Minerva manus:
Agricolæ Cereri, teneroque assurgite Baccho;
Pollucem pugiles, Castora placet equus:
Nos tibi, blanda Venus, puerique potentibus armis
Plaudimus, inceptis annue Diva meis,

Et,

Et comes in pompa Corniger Apis eat.

4. *Velut consiliariis*) Mart. Capella. *Tunc etiam ut inter alios ipsius collegæ Jovis, qui bisseni*

porro totidem anni mensibus præerant, ut Juppiter Julio, Juno Januario, Neptunus Februario, Apollo Majo, Mercurius Junio, Mars Octobri, Vulcanus Septembri, Vesta Decembri, Minerva Martio, Diana Novembri, Venus Aprili, & Ceres Augusto, ex quibus sex mares sunt, & totidem fœminæ, quorum imagines auratæ stabant apud forum, ut refert Varro lib. I. *De re rustica*, quos Ennius disticho est complexus.

Juno, Vesta, Minerva, Ceres, Diana, Venus. Mars,
Neptunus, Jovis, Mercurius, Volcanus, Apollo.

Alii XX. inter quos est Varro, Deos majores faciunt, quos *selectos* vocant, XII. mares, octo fœminas; videlicet, Janus, Juppiter, Saturnus, Genius, Mercurius, Apollos, Mars, Volcanus, Neptunus, Sol, Orcus, Liber pater, Tellus, Ceres, Juno, Luna, Diana, Minerva, Venus, Vesta, ideo

A *selecti* dicti, propter majores in mundo administrationes, vel quod populis magis interveniant, majorque est eis cultus exhibitus. Ita D. Augustinus lib. VII. cap. I. *de Civitate Dei*. Hi [1] sacris vehiculis portabantur. Post eorum Deorum signa lata, qui priores genuissent, quos duodecim etiam fuisse Græci fabulantur, & Saturni, Opis, Latonæ, alias Lucinæ, Majæ, Themidis, Cœli, Deæ Syriæ, [2] Isidis, [3] Orci, Proserpinæ, & [4] Noctis. Tertio loco eorum Deorum figuræ vehebantur, quos fuisse Græci finxerunt, postquam Juppiter Imperium suscepit, ut

B [5] Parcarum, scilicet Cloto, Lachesis, Atropos; Mnemosynes, id est, Memoriæ, & filiarum ejus Musarum novem, Calliopes, Clio, Erato, Thaliæ, Melpomenes, Therpsicorhes Euterpes, Polymniæ, & Uraniæ; Item [6] trium Gratiarum, Aglaiæ, Thaliæ, Euphrosines, Horarum XXIV. [7] Nympharum, Orcadum, Dryadum, Hamadryadum, & aliorum denique Deorum, quorum delubra, aut templa apud Græcos

Deorum majorum parentes. *Parcæ.* *Musæ.* *Gratiæ.* *Horæ.* *Nymphæ.* *Heroes.*

---

cum eodem Tonante numerantur, quosque distichum complectitur Ennianum.

Juno, Vesta, Minerva, Ceres, Diana, Venus. Mars,
Mercurius, Jupiter, Neptunus, Vulcanus, Apollo.

Sed legendum *Jovis*: August. lib. IV. *de Civitate Dei*: *Cum his consultabat Juppiter, si tonare vellet aliquando & tunc consiliaria* fulmina dicebantur, auctore Seneca *Natural. quæst.* lib. II. Sequitur mox: *quam ergo fulmen quod solus Juppiter mittit placabile est, perniciosum id, de quo deliberavit, quod aliis quoque diis auctoribus misit?* Sed ab Ægyptiis petita videtur theologia. ait siquidem Schol. ad Apollonium lib. IV. τὰ μὲν δώδεκα ζώδια θεὺς βυλαίυς προσηγόρευσαν, τὺς δὲ πλανήτας ῥαβδοφόρυς. Ægyptii videlicet duodecim signa Zodiaci deos consiliarios, Planetas lictores vocabant,

1. *Sacris vehic.*) Horatius *Sat.* lib. I. Sat. III.

—— persæpe velut qui
Junonis sacra ferret.

Apulejus lib. ult. *Asell. Quod retinens humeris suis proferebat unus e ministerio beato, gressu gestuoso.*

2. *Isidis*) Et cum ea Apis. Ovid.

Et sacer in pompa corniger Apis eat.

ex nigello lapide hujus deæ simulachrum, ut habet *contra Symmachum* Prudentius. essedo nempe mannis vehebatur. ego cum Venetiis ædibus Viri incomparabilis doctrinæ elegantia, & genio litterarum conspicui Francisci Mauroceni D. Marci Procuratoris hospes essem, simulachrum Isidis inspexi, quod ipse inter statuas, quas varias habebat, erexerat, novi ego statim Deæ effigiem ex tuberosis siquidem labiis, nigelloque lapide, ut eam Prudentius describit Ægyptiam, unaque simul ex arca, quam præ manibus gemebunda sustinet, occisi Osiridis, ipsam esse recognovi. Cæteri quidem reliquas statuas, ego illam tantum fixis oculis admirabar, admirantibus interim ipsis, qui impolitum opus, atque incognitum nihili existimabant. Nunc mortuo absque suis hæredibus literarum illo insigni patrono, (puto) Isis, altera Io, æstrum passa alio ad ignotas manus commigravit.

3. *Orci*) Huic Deo ædes Romæ quam Alogabalus in templum sui nominis vertit. Lampr. Veteres Orcam dicebant urnam. urna sepulchrum est, quod & Orcus, nempe mors. Lucr. *magnis accibant vocibus Orcum.* mortem scilicet.

4. *Noctu*) Habitu, qui ex scholiis Apollonii colligitur. Bacchillidis carmen. Ἑκάτα δᾳδοφόρε νυκτὸς μεγαλοκόλπυ θύγατερ.

5. *Parcarum*) Sic Ovid. *in Ibin.*

Noxque tenebrarum specie reverenda tuarum,
Quæque ratum triplici pollice netis opus.

6. *Trium Grat.*) Cur Gratiæ & Horæ proxime, an quia consorores. Sen. lib. I. *de Benef.* cap. III. *Tres Chrysippus Gratias ait Jovis & Eurynomes filias esse, ætate autem minores, quam Horas; sed meliuscula facie, & ideo Veneri datas comites.* Sed horæ istæ non horæ diurnæ: sed anni quattuor stationes. Gratiæ uno nexu erant junctæ. Sidon. *hic triplex uno comitatur gratia nexu.* apud Græcos χαρίσια in honorem Gratiarum peragebantur, atque illi, qui in pervigilio earum pervigilasset, placenta donabatur. Eustathius *ad Odyss.* VI. de Gratiis facit Schol. Hesiodi in *Theogonia*. Etheoclem primum Cephesi filium Gratiis sacrificasse Theocr. Schol. Idyll. XVI. testatur.

7. *Nympharum*) Pruden. *in Symmachum*:

—— Hominumque vocabula mutis
Scripserunt statuis, vel Neptunum vocitantes
Oceanum, vel Cyraneas, cava flumina, nymphas,
Vel sylvas Dryadas, vel devia rura Napæas.

fuere. Quarto loco Heroum, & Semideorum statuæ visebantur, quorum animæ post præclarissimas quasque res gestas, mortalia corpora relinquentes, in cœlum ascendisse dicuntur, honores Diis similes sortiti, ut Liberi patris, id est Bacchi, Herculis, Æsculapii, Castoris, Pollucis, Helenæ, Triptolemi, Panos, Carmentæ, Evandri, Æneæ, Romuli, & aliorum plurimorum. Quibus postea [1] addita sunt Cæsarum, & Augustarum, inter Divos relatorum simulachra, ut Julii Cæsaris, [2] Augusti, [3] Liviæ, Juliæ, Augustæ, Drusillæ, Claudii, Claudiæ, Poppææ, Vespasiani, [4] Titi, Domitillæ, Juliæ, Domitiani Cæsaris, Nervæ, Marcianæ, Trajani, Plotinæ, [5] Antinoi, Sabinæ, Hadriani, Faustinæ, Pii, L. Veri, Faustinæ filiæ, Marci, Commodi, Pertinacis, Severi, Getæ, Antonini, Juliæ, Mesæ Alexandri, Mammeæ, Paullinæ, trium Gordianorum, duorum Philipporum, Decii, & duorum Valerianorum, Marinianæ, Claudii, Aureliani, Cari, Numeriani, Nigriniani, Constantii, Maximiani, Romuli, Galerii, & omnium novissimi Diocletiani. De quibus singulis, ut occasio erit, differam.

Imperatores.

Eorum porro XII. Deorum, quos præcipuos fuisse dixi, & post Cæsaris tempora Divorum Principum Romanorum simulachra in Circensi pompa super thensas, id est, sacra vehicula ferebantur. Hæc a diversis animalium generibus vehebantur, quæ a pueris patrimis, & matrimis augustiori veste indutis, recta ducebantur. Macrobius *Saturn.* libro I. *Vehitur simulachrum Dei Heliopolitani ferculo, veluti vehuntur in pompa Ludorum Circensium Deorum simulachra.* Erant vero [6] Thensæ sacri currus, super quos Deorum statuæ collocatæ erant, quæ linteis circum circa ad cubiculi, sive delubri speciem tensis cooperiebantur, a quibus etiam *Thensas* dictas fuisse opinor. Sex. Pompejus ex Verrio Flacco, *Then-*

Pueri patrimi matrimique.

Thensæ.

---

1. *Addita)* Lactan. *de fal. Rel.* lib. primo: *Hac scilicet ratione Romani Cæsares suos consecraverunt, & Mauri Reges suos.*

2. *Augusti)* Prudentius *in Symmachum:*

—— mense atque adytis, & Flamine, & aris
Augustum coluit.

3. *Liviæ)* Prudentius ibid.

Adjecere sacrum fieret quo Livia Juno.

4. *Titi)* Prudentius ibid.

Ergo his auspiciis, Trajanus, Nerva, Severus,
Et Titus, & fortes gesserunt bella Nerones, &c.

5. *Antinoi)* Prudentius ibid.

Quid loquar Antinoum cœlesti sede locatum,
Illum delicias tunc divi principis, illum
Purpureo in gremio spoliatum sorte virili,
Adrianique Dei Ganimedem.

Spart. in *Adriano* cap. XIV. *Antinoum suum, dum per Nilum navigavit, perdidit, quem muliebriter flevit: de quo varia fama est: aliis eum devotum pro Adriano afferentibus..... Græci quidem volente Adriano eum consacraverunt: oracula per eum dari asserentes, quæ Adrianus ipse composuisse jactatur.* De hoc Lactan. Dion. etiam refert, jactatum eo tempore fuisse ab Adriano magico ritu occisione devotum, fictumque in stellam abiisse. de hoc ita Pausanias in *Arcadicis.* ὁ βασιλεὺς (Ἀδριανὸς) κατεστήσατο αὐτῷ (Ἀντινόῳ) καὶ ἐν Μαντινείᾳ τιμὰς, καὶ τελετὴ τε κατ' ἔτος ἕκαστον, καὶ ἀγὼν ἐστιν αὐτῷ διὰ ἔτους πέμπτου. *Imperator* (Adrianus) *instituit ipsi* (Antinoo) *& honores, & festum annuum, & certamen ipsi quinquennale exhibetur.*

6. *Thensæ)* Non apud ludos tantum in curribus, sed etiam domi thensæ, erantque explicita parva vela tribunali, qualibus nunc etiam Romæ Cardinales utuntur, sub quibus sella Principum ponitur, tracta a veteri usu, & origine. Suetonius in *Jul. Cæs.* c. LXXVI. *Sed ampliora etiam humano fastigio decerni sibi passus est: sedem auream in Curia, & pro tribunali, thensam, & ferculum in Circensi pompa.* Sed hoc Persarum more, Plutarcho in *Themistocle* teste. at Tzetza. χρυσοῦν δίφρον θέμενος ὑπὸ σκιάδι χρυσῇ, *in sede aurea sub aurea umbella.* σκηνὴν χρυσῆν *tabernaculum aureum* vocat Herod. lib. VII. Corippus videtur thensam lib. III. describere.

Nobilitat medios sedes augusta penates,
Quattuor eximiis circum vallata columnis:
Quas super ex liquido præfulgens circulus auro
Immodicus, simulans convexi climata cœli,
Immortale caput solumque sedentis obumbrat.

οὐρανίσκον vocant ideo Græci. Ab officio ministri sacri *Thensarii* dicti sunt. lapis, SOLI INVICTO SACRVM (TI. POMPONIVS REPENTINVS) NOMENCLATOR TENSAR. &c. Sed de thensis currulibus Gratius.

—— cyrrhe
Phœbe decus nostras trahere sacraria thensas.

Quoniam in sacris currus cum thensis inducebatur, currus ipse pro thensa acceptus. ibi Servius.

Hic illius arma, hic currus steterant.

ubi etiam thensam a θύειν dici vult a sacrificando videlicet, quod in sacris uterentur. sic etiam ὀχὸς thensa, quandoque a Græcis. Dio lib. XLIX. ὁ τῆς ἀθηνᾶς ὀχὸς πρὸς τὸ Καπιτώλιον ἐξ ἱπποδρομίας τινος ἐπινικίων συνετρίβη, & lib. L. ὅτε ὀχὸς τοῦ διὸς ἐν τῇ τῶν Ρωμαίων ἱπποδρομίᾳ συνετρίβη, & Athenæus in pompa Philadelphi. καὶ ἐν ταῖς ἱπποδρομίαις ὀχὸν εἰσάγεσθαι ubi ὀχὸς semper pro thensa. Usu Latino Livius lib. IX. vero loquitur. *Tantum magnificentiæ visum est in iis, ut aurata scuta Dominis argentariorum ad forum ornandum deducerentur; inde natum initium dicitur*

sam ait vocari Sinnius Capito, vehiculum quo exuviæ Deorum Ludicris Circensibus in Circum ad pulvinare vehuntur. Fuit & ex ebore, ut apud Titinium in barbato, & ex argento. Asconius Pedianus in orationem III. *in C. Verrem*, super ea verba Ciceronis, *Quam tu viam Thensarum, & pompæ ejusmodi exegisti: Thensæ* (inquit) *sunt sacra vehicula pompæ ordinum, & Hostiarum; Thensas alii a divinitate dici putant; alii quod ante ipsas lora tenduntur, quæ gaudent [1] manu tenere & tangere, qui eas deducunt.* Hi veste sumptuosissima amicti erant. Livius lib. v. *Romæ interim satis jam omnibus, ut in tali re ad tuendam arcem compositis, turba seniorum domos regressi adventum hostium obstinato ad mortem animo expectabant, qui eorum Curules gesserant Magistratus, ut in fortunæ pristinæ honorumque aut virtutis insignibus morerentur, quæ augustissima vestis est Thensas ducentibus, triumphantibusve & vestiti mediis ædibus eburneis sellis sedere.*

Plutarchus in *Coriolano*: *Romanis Sacrificia, Ludos, & spectacula levi quaque de causa instaurare mos est. Nam olim thensam ducentibus equis, quum unus eorum attonitus resiliisset, auriga habenas manu sinistra corripuit, quo circa eam denuo pompam instaurari decretum.* Tullius Oratione VII. *in Verrem*: *Omnes Dii qui vehiculis Tensarum solennes cœtus Ludorum initis, vos precor.* Ducebant vero pompam pueri (ut dixi) patrimi matrimique. Cicero in Oratione *de Haruspicum responsis*: *An si ludius* (inquit) *constitit, aut tibicen repente conticuit, aut puer ille patrimus, & matrimus, si terram non tenuit, aut tensam, aut torum amisit, aut si Ædilis verbo, aut si nutu aberravit, Ludi non sunt rite facti.* Item, *Te appello Lentule, tui sacerdotii sunt tensæ, curricula, [2] præcentio, Ludi, libationes, epulæque Ludorum publicorum.* Imperatores tensas aliquando duxisse, Tranquillus in *Augusto* cap. LXIII. scribit sic; *Accidit votivis Circensibus, ut correptus valetudine Lectica cubans [3] tensas deduceret.* Cicero *in Verrem* Oratione III. *Quam in viam tensarum, & pompe ejuscemodi exegisti.* Idem Oratione v. *Qui ex tensarum orbitis prædare sit ausus.* Oratione VII. *Omnes Dii, qui vehiculis tensarum solennes cœtus Ludorum initis.* De tensa Jovis Tranquillus in *Vespasiano* cap. v. *Nunciabantur ex Urbe præsagia, Neronem diebus ultimis monitum per quietem, ut thensam Jovis Optimi Maximi, e sacrario in [4] domum Vespasiani, & in Circum deduceret.* Dio lib. I. *Prodigii loco habitum quod tensa Jovis Equestribus Ludis Romanis est fracta.* Et in *Caracallo*: *Romæ Ludis Circensibus simulachrum Martis, quod erat habitu triumphali, decidit.* Idem lib. XLVII. *Currus Minervæ ad Capitolium ex equestri quodam certamine revectus confractus est.* De Neptuni simulachro Circensi Tranquillus in *Augusto* cap. XVI. *Alii dictum, factumve ejus criminantur, quasi classibus tempestate perditis exclamaverit, etiam invito Neptuno victoriam se adepturum, ac die Circensium proximo solenni pompa simulachrum [5] Dei detraxerit.* Dio lib. XLVIII. *Populus Romanus ad spectaculum congregatus, Triumviros ad pacem cum Pompejo componendam hortatus est, multo eam rem clamore agens, quum nihil proficeret, animo ab ipsis abalienato ad Pompeii studium inclinabat, quum aliis factis, tum Ludis Equestribus illatum Neptuni simulacrum multo plausu honorantes, eoque magnopere delectatus est. Quumque id per aliquot dies non inferretur lapidatione in magistratus facta eum foro ejecerunt. Cæsarisque & Antonii statuas disjecerunt.* Livius lib. XXXIIX. *P. Africanus prohibuit, ne decerneretur, ut imago sua triumphali ornatu e templo Jovis Optimi Maximi exiret.*

Primus omnium Romanorum tensam Circensi pompa cum reliquis Deorum imaginibus, Cæsar Dictator obtinuit. Tranquillus in *ejus vita* cap. LXXVI. *Non enim honores modo nimio Cæsar recepit, ut continuum Consulatum, perpetuam Dictaturam, Præfecturam morum, prænomen Imperatoris, cognomen patris patriæ, Statuam inter Reges, suggestum in orchestra, sed & ampliora etiam humano fastigio decerni sibi passus est, sedem auream in Curia, & pro tribunali, Tensam, & Ferculum Circensi pompa, Templa, Aras, simulachra juxta Deos, Pulvinar, Flaminem, Lupercos, & appellationem Mensis e suo nomine.*

Tensa Jovis. T. Martis. T. Minervæ. T. Neptuni. Tensa Cæsaris.

---

fori ornandi, ab ædilibus cum thensæ ducerentur. Hæ thensæ prope altaria in *Trachiniis* Schol. Soph. βωμὸς ἐν ᾧ ἅρμα πα ἐτίθεντο ὡς παρ' Ὁμήρῳ, ἅρματα δ' ἐν ἐμβωμοῖσι τίθει. sic Virgilius currum, hoc est, thensam in templo Junonis fuisse apud Carthaginenses videtur denotare

1. *Manu tangere*) Virg. lib. II. *Æneid.*

> —— *pueri, innuptæque puellæ*
> *Sacra canunt, funemque manu contingere gaudent.*

Tacitus *Annal.* l. XV. Vittas, quibus ligatus lapis innexique funes erant, contigit. Juvenalis sat. VI.

> —— *Cereris vittas contingere dignæ.*

Virgilius lib. itidem secundo. A tactu impii arcebantur. Ovidius epist. VII. *Didon.*

> *Pone Deos, & quæ tangendo sacra profanas,*
> *Non bene cœlestes impia dextra colit.*

2. *Præcentio*) Prodroma vox cantoris, præludium. Agell. *ea ibi præcentione tranquilla.* Apol. de Mundo. *Postremo, quod est in triremis gubernator, in curru rector, præcentor in choris.* sic σήματα συνθήματα, κελεύσματα, Schol. Pind.

3. *Thensas deduceret*) Tertull. *de Coron. mil. quas ad deducendas thensas cum palmatis togis sumunt.*

4. *Domum Vespas.*) Quæ ad septizonium vetus, ubi natus Titus. in *ipso* Suet. cap. II. *Natus est tertio Kal. Junii, insigni anno Cajana nece, prope septizonium sordidis ædibus.* non ergo longe a Circo septizonium vetus X. reg. Circus XI.

5. *Dei detraxerit*) Quia favore Sex. Pompejo est creditus, inde ille *Neptunius* appellatus ab Horatio, cum blandiretur Augusto *Epod.* od. IX.

> *Ut nuper actus cum freto Neptunius*
> *Dux fugit ustis navibus.*

Vide Dionem de Sex. Pomp.

Ferculum. [1] Ferculum porro erat gestamen, quo pompa deferri solebat, ut idem Tranquillus in *Cæsare* cap. XXXVII. tradit: *Pontico triumpho inter pompæ* [2] *fercula trium verborum prætulit titulum. VENI. VIDI. VICI.* hoc est, inter pompæ triumphalis gestamina: quo nomine continentur [3] simulachra Oppidorum, Spolia hostium, Coronæ, Trophæa, Exuviæ, Machinæ, & alia id genus, quæ in triumphali pompa ferri solebant. Ita etiam farcula Ludorum, quæ in Ludis, & sacrorum quæ in sacris ferebantur dicta. Acron refert fercula esse pulpita, super quæ Deorum imagines reponebantur in pompa Circensi. Cicero lib. primo *Offic. Cavendum est* (inquit) *ne tarditatibus utamur in ingressu mollioribus, ac similes pomparum ferculis esse videamur.*

Dio lib. XLIII. *Statuam quoque tunc eburneam Cæsaris, ac post tensam in Circensibus pompis cum Deorum simulacbris* [4] *vehi jusserunt, aliamque imaginem cum inscriptione Dei invicti in Fano Quirini posuerunt.*

Idem lib. XLVII. III. *viri R. p c.* [5] *Cæsaris statuam in Equestribus certaminibus cum Veneris simulachro junxerunt.* Et lib. LIII. *Augustus jussit, ut Ludis Romanis, effigies Marcelli mortui aurea, aureaque corona, &* [6] *sella curulis in theatrum inferrentur, mediaque inter præfectos iis Ludis magistratus collocaretur.* De Augusti, Liviæ, & Antoniæ Claudii Imperatoris matris Circensis pompæ curribus, Tranquilius in *Claudii vita*, c. XI. *Aviæ Liviæ divinos honores, & Circensi pompa currum Elephantorum Augustano similem decernendum curavit, parentibus inferias publicas, & hoc amplius patri Druso Circenses annuos natali die, matri* [7] *carpentum, quod per Circum duceretur, & co-*

Simulachrum Marcelli. Effigies Circenses Augusti, Liviæ, & Antoniæ.

1. *Ferculum*) Capit pro pheretro Statius lib. VI.

Portant inferias, arsuraque fercula primi
Grajorum.

2. *Fercula*) A ferendo appellata pulpita erant, quibus festis solemnibus varia imponebantur: puta interdum pueri, qui schema alicujus Dei exiberent. docet me Obsequens. *Pater in pompa Victoriæ cultu, cum ferretur ferculo, decidit.* captivi quandoque. in *Hercule Oetæo* Seneca:

Nec captiva dabit brachia vinculis,
Nec pompæ veniet nobile ferculum.

usus primo (puto) Romulus occiso Acrone, ut in ferculo arma occisi ostenderet. unde τρόπαιον dictum; quia trophæi instar pulpitum illud: trophæum enim lapis, sive murus pictus, sculptusve est ad victoriæ memoriam, & ostensionem. Aristoph. Schol. in *Pluto.* ἔστι δὲ τρόπαιον ὃ ἐν τῇ νίκαις οἱ παλαιοὶ ἐποίουν τοῖχον, ἢ λίθον μέγαν ἱστάντες, καὶ γράφοντες ἐν τούτῳ ἃ κατὰ τῶν ἀντιπάλων ἔργα δεδράκασιν. Huic pegmati erant mensulæ, quibus cibi imponebantur mensæ majori. primæ quidem variis concinnatæ artificiis: ut in cœna Trimalcionis videre est, de mensula promulsidari, & gustatoria. *In promulsidari Asellus erat Corinthius cum bisacio positus,* &c. qua mensula remota altera affertur. *Repositorium rotundum duodecim habebat signa in orbem disposita, super quæ proprium convenientemque materiæ structor imposuerat cibum,* &c. atque ita trinis ferculis justa cœna minori, aut majori numero ferculorum conviva bantur. Habet Suet. in *Augusto* cap. LXXIV. *Cœnam trinis ferculis, aut, cum abundantissime, senis præbebat, ut non nimio sumpta, ita summa comitate.* Mensula illa, repositorium ἐγγυοθήκη, ἐγγυθήκη Græcis est, & Athenæo lib. v. & proprie machina lignea, quæ amphoras, & pocula sustinet: *engytheca* Glossa habet Latina. ita appellatur, quod magis ad manus sit; quam condita arca, aut cella. de engytheca lib. XIIX. c. ult. Plinius. *Nec non & in conviviis, mensisque nostris, vasa, quibus esculentum additur, sudorem repositoriis liquentia, diras tempestates prænunciant.*

3. *Simulachra opp.*) Strabo lib. III. πύργους πόλεις ὥσπερ ἐν ταῖς θριαμβικαῖς πομπαῖς. Quintil. de risu. Propert. *Eleg.* lib. III.

Inque sinu caræ nixus spectare puellæ
Incipiam, & titulis oppida capta legam.

De Arte am. lib. primo Ovid. *de Dono* lib. II. II. Eleg. I. & IV. Claudianus lib. II. *Stilicon.*

Scuta, sed & galeæ gemmis radientur, & auro,
Stentque super victos trunca trophæa viros:
Oppida turritis cingantur eburnea muris.

De Scipione Asiatico Livius lib. XXXIX. *Tulit in triumpho signa militaria* CCXXXIV. *& oppidorum simulachra* CXXXIX. neque tantum hæc, sed tela, arma, signa ærea, hostium divitias, & similia in triumpho ducebant. Stat. lib. XII. *Theb.* Appianus in triumpho Pompeii. Livius lib. XXXIV. de Flaminio. inque *ipso* Plutarch. idem auctor in *Marcello*. Plinius lib. XXXIV. cap. IIX. Lamprid. in *Alexandro*.

4. *Vebi jusserunt*) Cic. *ad Atticum* lib. XIII. ep. XLIII.

5. *Cæsaris statuam*) Tanta Veterum erat adulatio. in *Anton. Philos.* cap. XVIII. Capitolinus: *In multis domibus M. Antoni statuæ consistunt inter Deos Penates.* Hoc voluit lib. *Metam.* XV. Ovidius. ad rem hanc meus Obsequens *de Prod. cap. M. Ant. & Dol. Coss.*

6. *Sella Curulis*) Mortuis quoque Principibus Sellæ in theatro appositæ in historiis, ut hic patet, tanquam vivis. Tac. inferius. in numismatis sellæ illæ, quibus coronæ impositæ, cernuntur. Coronæ vero oblongæ esse, ut plurimum, apparent, de quibus in leg. XII. tab legitur. *uti ne sumptuosa respersio fieret, neve murrbata potio mortuo inderetur, neve longæ coronæ adbiberentur.* Nunc etiam coronæ longe spectabiliores in Principum stemmatibus.

7. *Carpentum*) Erat vehiculum, quo matronæ Rom. ad ædes deorum ferebantur, ut canathris Spartanorum Virgines; plebejæ arceris, & capsis: a similitudine Palladius plaustrum stercorarium dixit *carpentum*. septem uni jugeri afferit Columella XXIV. stercoris *carpenta* sufficere. vehiculum, quo purgamenta hortorum accipiuntur Tacito est *Ann.* lib. X. Tib. eleg. X.

Germanici.

gnomen Augustæ ab avia recusatum. De Germanici Circensi pompæ statua, Tacitus *historiarum* lib. II. *Honores, ut quis amore in Germanicum aut ingenio validus, reperti, decretique, ut nomen ejus Saliari carmine caneretur, sedes curules, sacerdotum Augustalium locus, superque eas, querceæ coronæ statuerentur, Ludos Circenses eburnea effigies præiret, neve quis Flamen aut Augur in locum Germanici nisi gentis Juliæ crearetur.* De Agrippinæ Circensis pompæ carpento Tranquillus in *Caligula* cap. XV.

Agrippinæ.

Inferias matri, & patribus annua religione publice instituit, & eo amplius matri Circenses Carpentumque, quo in pompa traduceretur. De Britannici Circensis statua idem in *Tito* cap. II.

Britannici

Titus Britannici memor, statuam ei auream in palatio posuit, & alteram ex ebore equestrem, quæ Circensi pompa hodie quoque præfertur, dedicavit, prosequutusque est. Julius Capitolinus in *Antonino Pio*: *Tertio anno imperii sui,*

Faustinæ.

Faustinam uxorem perdidit, quæ a Senatu consecrata est delatis Circensibus atque templo, & Flaminicis, atque statuis aureis, atque argenteis, quum etiam ipsi hoc concesserit, ut imago ejus cunctis Circensibus poneretur.

Veri.

Idem in *M. Antonino*: *Jussit ut statuæ tantummodo filio mortuo decernerentur, & imago aurea Circensibus per pompam ferenda, & ut Saliari carmine nomen ejus inferretur.* De hac pompæ Circensis parte Arnobius lib. IIII. *adversus gentes*: *Si per imprudentiæ lapsum aut in verbo quispiam aut sympinio deerrarit, aut si rursus in solennibus Ludis curriculisque divinis commissum quid esset, statim religionem sacram inclamabant: Si ludius constitit, aut tibicen repente conticuit, aut si patrimus ille puer amiserit per ignorantiam locum, aut terram tenere non potuit, audetis abnuere in delictis tam gravibus violari semper a vobis Deos.* Quanta maxima potui diligentia ex antiquis nomismatibus tensas omnes & Circensis pompæ sacros currus Deorum, Cæsarum, & Augustarum, ut ex ipsorum indicibus liquebit, collegi, ac tribus his tabulis hoc loco ad libri ornatum adjeci.

XI. Armamaxi.

Post tensas, & simulachra Deorum, hominumque, undecimi procedebant [1] Armamaxi. hi erant curruum Scythicorum genera, ex duobus veluti curribus compositi, & diversis rebus exornati, ut coronis aureis, thoracibus, clypeis, exuviis, & similibus. *Arma* enim currus, & *maxus*, plaustrum significant. Demum ferebantur Imperatorum Divinorum memoriæ dicatæ sedes aureæ, coronæ, & exuviæ.

XII Sacerdotes.

Duodecimo pompæ loco ibant omnium sacerdotum Collegia, ut Pontifex Maximus, & Pontifices majores VIII. & [2] minores VII. Flamines XV. tres majores, Dialis, [3] Martialis, Quirinalis, & XII. minores, Volcanalis, Carmentalis, Floralis, Palatialis, Falacer, Furinalis, Volternalis, Virbialis, Laurentialis, Lavinalis, Ligularis, alias Lucullaris, & Pomonalis cum suis totidem Flaminicis virgas oleaginas manibus tenentes, capita apicibus redimita habentes ita.

Flamines.

Sacerdotum nomina.

[4] Rex sacrorum, alias sacrificulus cum Regina.

[5] Augurum XV. Collegium.

[6] XV. Viri sacri sacris faciundis cum Magistro.

Rusticus clectoque vehit male sobrius ipse
Uxorem plaustro, progeniemque domum.

Val. Max. lib. x. Rheda est Juvenali. sed ad illustre vehiculum revertamur. extant numismata crebro in literatorum manus incidentia cum Agrippinæ carpento cum hoc titulo: a dex. AGRIPPINA M S. GERMAN. CÆSARIS. a sinist. S.P.Q.R. MEMORIÆ AGRIPPINÆ. ejus formam ex ipsis numis collige: eam vero sic litteris explicat Apul. l. x. *Spretis luculentis illis suis cubiculis, & præter habitis decoris præclarorum carpentis, quæ partim contecta partim revelata frustra novissimis trahebantur consequiis.* At Isidorus lib. xx. cap. XII. *Carpentum pompaticum vehiculi genus est, quasi currum pompaticum.* Ovid. I. *Fast.*

Nam prius Ausonias matres carpenta vehebant:
Hæc quoque ab Euandri dicta parente reor.

Et sic *Carpenta* quasi *Carmenta*.

1. *Armamaxi*) Armamaxi currus igitur, qui plaustri forma participarent. ἅρμα siquidem currus, ἅμαξα plaustrum. Hom.

Ἄρκτον θ' ἣν ϰαὶ ἅμαξαν ἐπίϰλησιν ϰαλέουσιν.
Amaxas manibus attraheret, rhedam onustam solus moveret.

Capitol. in *Maximino patre*. inde *hamaxare*. Plaut. in *Trucul. ut ego me ruri hamaxari mavelim.* ibidem *bonorum hamaxagogæ*. χειρομάξιον apud Petronium est, sella curulis, quæ protrahatur manibus. *Hamaxobii* barbari qui plaustris habitant, ut Scythæ apud Curtium Plin. lib. IV. Sarmatæ Græcis Sauromatæ eorum Hamaxobii. Horatius descripsit *Carm.* lib. III. od. XXIV.

Quorum plaustra vagas rite trahunt domos.

Virg. III. *Georg.* Sil. lib. III.

Nulla domus, plaustris habitant.

Proverbium Tertull. hinc est. *Hamaxobio instabilior.* ex fortasse Herodoto. ἐϰ τοῦ ἅρματος εἰς ὁρμάμαξαν. hi Hamaxobitæ Melæ lib. I. cap. I.

2. *Minores*) In *Macrino* Capitolinus cap. VII. *Eundem, cum scriba Pontificum esset (quos hodie Pontifices minores vocant) Pontificem Max. appellavit.*

3. *Martialis*) Qui & Martulus. Velius Longus. *Martulus est sacerdos, a Marte, non Marculus.*

4. *Rex sacr.*) Inscriptio Veronæ in templo D. Andreæ ad ripam Athesis. CAVRA VAL. CACCIAN. FIL. ET SIBI IVN. TVN. REG. SAC. P. VITELLIVS PHILOGOGUS VI. VIR. AVG.

5. *Augurum*) Sulla Augurum, Pontificumque collegium ampliavit, ut essent quindecim augures, totidemque pontifices. Flor. lib. XXXIX. *Epit.* Sed qui inter eos major erat, & ætate reliquos anteibat, eisque præerat, *Magister Collegii* dicebatur, quem in pompa fuisse haud dubito. hoc Collegium usque ad seniorem Theodosium fuisse constat; sicut & quindecim Virorum sacris faciundis.

6. XV. *sac. fac.*) Horum munus, ut ex verbis Dionysii colligitur, erat Sibyllinos libros in-





OCTO . POMPAE . CIRCENSIS . ANTEIQVI . NVMMI





ONVPHRII . PANVINII . VERONENSIS . OPERA





ET . TYPEIS . ACCVRATE . DELINEATI





[1] VII. Viri epulonum.

[2] Virgines Vestales sex cum virgine Vestali maxima.

[3] XXX. Curiones cum Curione Maximo.

[4] Salii XII. cum Magistro. Hi erant sacerdotes Martis qui saltantes incedebant.

[5] Virgines Saliares.

A

[6] Salii Agonenses, alias Collini.

[7] XX. Fecialium Collegium cum patre patrato.

[8] Fratres Arvales.

[9] Sodales Titii, alias Titienses.

[10] LX. Sacerdotes publici bini ex singulis Curiis.

---

suscipere, & quæ ibi aut commoda, aut infausta legerant, referre; ludos sæculares ordinare, instruere. Horatius in *Car. sæcul.*

Quindecim Diana preces Virorum.

Numi Aug. IMP. CÆS. AVG. LVD. SOEC. XV. S. F. Patavii in S. Justinæ Cœnobio. L. PAPINIO. Q. F. MENIO TRIB. MIL. Æ. LEG. TI. CÆS. AVG. TRIB. PLEB. PR. LEG. II. CÆS. AVG. PROPR. COS. XV. S. FAC. DD.

1. *Septem viri epul.)* Lucanus:

Septemque Viri, (epulones) *Titiique Sodales.*

hi tres primo creati. Livius lib XXXV. Cic.lib.III.*de Orat.*post septem. Agellius lib.I.cap.XII. a quo tamen aucti sunt, litigiosa res, obscuraque putat, a Sulla noster Onuphrius, quia Augures etiam,& Pontifices auxit: decem deinde facti, tres enim adjecti a Cæsare, ut Dio refert lib. XLIII. His in instruendis sacris conviviis munus erat: referebant ad Pontifices, si quid prætermissum in sacris, errorisve actum esset, ut expiaretur, quæ Cic. in Orat. *de arusp.* narrat.

2. *Virgines)* Non nisi quattuor antea, ut ex Dionysio liquet, post auctum sacrificium, etiam auctæ. Vide Rosinum qui hæc uberrime.

3. XXX. *Curiones)* Quot etiam Curiæ. in tot enim curias, & tribus populum divisit Romulus. Quilibet Curio cuilibet Curiæ propositus sacra Curiæ ministrabat; ut parœchi nostri quoque nunc faciunt. Confirmavit hanc distributionem Numa. Dionys. lib. II.

4. *Salii)* Aut *a Saone*, vel a *saliendo* dicti, vel a *Salio* Arcade, ut Polæmon ait. Numa eos constituit, Plutarcho, Livio, ac Dionysio testibus, ut sacra in Palatio celebrarent, unde & *palatini* appellantur. Dionys. lib.II. ubi de ipsorum Festo. Magistrum, ac moderatorem habebant, qui & *Præsul* dicebatur: Lucillius:

Præsul ut amptruat inde, & vulgu redamptruat olli.

Capitol. Marco. *In eodem sacerdotio Præsul, & vates, & magister.* Præsul, *præsaltor*, Orat. veteres Gloss. *Præsaltor.* ὁ ἐν τοῖς ἱεροῖς προορχούμενος. Vates ὑμνῳδὸς, qui nempe carmen saliare caneret; magister ἔξαρχος dicebatur.

5. *Virgines Sal.)* De Virginibus saliaribus Fest. *Saliares Virgines, Cincius ait, esse conductitias, quæ ad Salios adhibeantur, cum apicibus paludatæ, quas stilo scripsit sacrificium facere in regia cum Pontifice paludatas, in modum Saliorum.*

6. *Salii agonenses)* Hos alios esse a Saliis Numæ, ac a Rege Hostilio institutos Varroni lib. V. *de Ling. Lat.* videtur. Dicti *agonenses*, & *Collini* a loco, ubi sacrarium habebant: aliter tamen Servius. *Duo* (inquit) *sunt genera saliorum, ut in Saliaribus carminibus invenitur, Collini, & Quirinales a Numa instituti, ab Hostilio vero pavorii, & pallorii.* Sed hi Quirinales iidem, qui Agonales. Quirinalis siquidem mons appellatus etiam Agonalis. vide Plutarch. in *Numa.* Min. Fel. in *Octavio*.

7. XV. *Fecial.)* Dicti feciales, quod fidei pub. inter populos præerant. per hos enim fiebat, ut justum conciperetur bellum, & ut fœdere fides constitueretur. ex his mittebant antequam bellum conciperetur, qui res repeterent, *& per hos etiam nunc fit fœdus*, ait Varro. vide Dionys. lib. II. Plutarch. in *Numa.* Dicti vero a Græcis εἰρηνοδίκαι, εἰρηνοφύλακες, φητιαλεῖς etiam vocat semi-Græce Plutarch. Dionys. φηταλεῖς. φιδιάλιοι perperam leguntur in *Problematis* ejusdem Plutarch. Sed quia a fide videntur dicti Var. teste, videntur etiam scribendi *feciales*. Lege Agellium lib. XVI. cap. IV. Horum magister, & caput *Pater patratus* erat, nempe cui pater, & filii essent.

8. *Fratres Arvales)* Cujac. lib. XVI. *Obser.* cap. V. in veteribus Glossis suis scriptum reperiri asserit *Arvales sodales.* οἱ περὶ ὅρον διαγινώσκοντες δικασταί. quapropter eos de motione limitum, de rebus agrorum jus dixisse.

Improbus aut campum mihi si vicinus ademit.
Aut sacrum effodit medio de limite saxum.

Turnebus tamen aliter sentit lib. *Advers.* II. non sacerdotes illos Arvales judicasse de arvis, sed judices, qui de fratrum Arvalium vocabulo *sodales arvales* dicti sunt. Fratres Arvales, ut inquit Varro lib. de *Ling. Lat.* IV. *sacra publica faciunt propterea, ut fruges ferant arva, a ferendo, & arveis fratres Arvales dicti.* Vide Agell. lib. VI. Min. Fel. in *Octav.* Fulg. Planciadem. *Acca Laurentia Romuli nutrix consueverat pro agris semel in anno sacrificare, duodecim filiis suis sacrificium præcedentibus, unde cum ex iis unus esset mortuus propter nutricis gratiam Romulus in vicem defuncti se succedere pollicetur, unde & ritus processit, cum duodecim jam deinceps sacrificare, eosque Arvales dici fratres, sicut Rutil. Gemin. in lib. Pontificalium memorat.*

9. *Sodales Titii) Tatii* legendum; quiusdam nam a nomine *Tatii* sunt dicti: demum neque hoc tutum; Varro enim a Titiis avibus, quibus in auguriis utebantur, ait appellatos: pugnat etiam secum Tacitus cum lib. *Ann.* I. dictos putat, quod *T. Tatius retinendis Sabinorum sacris* hos instituit, libro mox *Hist.* secund. Sodales vult Titios, non *retinendis sacris* institutos, sed *memoriæ Tatii sacrandæ.* his mox deinde omnibus Imperatoribus, qui facti Divi, Flavii, Adrianales, Æliani, Antonini Sodales.

10. LX. *sacerdotes)* Var. in antiq. *Nam præter gentilia sacrificia, qui publice pro civitate sacra tributim, & curiatim facerent, sexaginta illo regnante designati sunt.* Romulo videlicet, adstipulante Dionys. lib. *rer. Rom.* II.

Sodales Auguſtales, & aliorum poſtea Imperatorum, qui inter Divos relati ſunt.

[1] Luperci panos Lycæi, alias Inui ſacerdotes.

[2] Cereris Græca ſacerdos.

[3] Galli ſacerdotes Deæ Cybeles cum Archigallo.

Sacerdotes Deorum ſingulorum.

Antiſtites templorum.

Haruſpices.

[4] Sacerdotes Bonæ Deæ.

XIII Noviſſimum locum tenebant præter eos magiſtratus qui pompæ ductores erant, Dictator cum magiſtro Equitum Reip. tempore, vel Imperator cum filiis Cæſaribus, A Conſules duo, vel alii magiſtratus Conſulari poteſtate; ut [5] X. viri legum ſcribendarum; Tribuni militum, III. viri Reip. conſtituendæ: Cenſores duo, & interrex, ſi tunc creati erant, Prætores aliquando XII. aliquando XV. Urbanus, Peregrinus, de majeſtate, de vi, de repetundis, vel de peculatu, de crimine inter ſicarios, de ambitu, de veneficio, de falſo, Cerealis, & Tutelaris præfectus Urqi, Ædiles VI. Curules, Plebis, & Cerealis, Tribuni plebis X. [6] Quæſtores Urbani, alias Ærarii duo, Tribuum curatores XXXV.

III. Viri capitales, III. Viri nocturni, [7] III. Viri monetales, IIII. [8] viri

---

1. *Luperci*) Vetuſtiſſimi hi, & ante Urbem ab Euandro conditam, ab Arcade Arcadum Rege ſolemni exordio translati, in monte Palatino inſtituti: certe Panis feſtum erat in Arcadia, in qua cæpis pueri ejus Dei ſtatuam flagellabant. Idyll. VI. Theocr. Schol. *ἑορτή φασιν ἐπετελεῖτο ἐν τῇ Ἀρκαδίᾳ, ἐν ᾗ οἱ παῖδες τὸν Πᾶνα σκίλλαις ἔτυπτον.* Virgil. lib. IIX. feſtum Lupercorum menſe Februario agi ſolitum libro I. Dionyſ. teſtatur. Prohibuit Auguſt. in Lupercalibus, ne imberbes nudarentur. Suet. in *Ipſo*. Pellibus pecudum amicti, atque ita ſeminudi, diſcurrebant purgationem illo tranſcurſu ſe facere urbis credentes. De his Liv. lib. I. Juſt. lib. XLIV. Var. lib. *de Ling. Lat.* IV. Sex. Pomp. Val. Max. lib. VII. cap. I. Plut. in *Quæſt. Rom.* Dio lib. XLIV. Cic. in *Philipp.* Min. Fel. in *Oct. nudi cruda hyeme diſcurrunt.* Aug. *de Civ. Dei* lib. XIIX. cap. XV. Libellus Gelaſii apud Baronium anno Chriſti CCCCXLVI. In *Hymno beati Romani* Prudentius:

Nudus plateas ſi per omnes curſitans
Pulſet puellas verbere actor lubrico.

iis verberibus fœcunditatem donare dicebant. Ovid. *Faſt.* lib. I.

Accipe fœcundæ patienter verbera dextræ.

3. *Cereris Græca ſac.*) Hujus fit in Livio mentio ſæpiſſime, nec quæ ſit explicat, quod facit Dionyſ. lib. I. Ait enim, ſacrificulam fuiſſe Cereris, cujus templum eſſet ab Arcadibus factum in Palatio, quæ abſtemia ſacrificia more Græcorum faceret; in Teſmoſphoriis enim, quæ feſtivitates ob acceptas leges fiebant, jejunia maxime in honorem Cereris exercebantur. Plutarch. *de Iſide & Oſiride.* *καὶ γὰρ Ἀθήνησι νηστεύουσιν αἱ γυναῖκες ἐν Θεσμοφορίοις χαμαὶ καθήμεναι.* Athenæ. lib. VII. & idem Plut. in *vita Demoſthenis*.

3. *Galli ſacerdotes*) Hi Deæ Cybeles comites erant. Feſto auctore, a Gallo Fluvio, qui in Phrygia; aut a Gallo quodam ejus Deæ ſacerdote. Extant de Archigallo Gallorum Antiſtite veterum aliquot marmorum Inſcriptiones, quales a Lilio Gyraldo ſyntagmate *hiſtoriæ Deorum Gentilium*, & a noſtro Panvinio recitantur. Prudent. de his in *Hymno B. Romani:*

Cultrum in lacertos exerit fanaticus.
Sectiſque matrem brachiis placat Deam;
Furere, & rotari putatur myſterium.

hi ſtatuam Cybeles gerebant, quæ ex vite elaborata. Schol. Apoll. ex Euphrione. *τὸ ξόανον τῆς μητρὸς τῶν θεῶν ἀμπέλινον εἶναι, διὰ τὸ τὴν ἄμπελον ἴσως ἱερὰν εἶναι τῆς Ῥέας.* Cur iſti ſint ſacri Deum matri, ita habet Lucretius lib. II.

Gallos attribuunt, quia Numen qui violarint
Matris, & ingrati genitoribus inventi ſint;
Significare volunt, indignos eſſe putandos,
Vivam progeniem qui in oras luminis edant.

de iis Marcel. lib. XXVI. Aug. lib. XVI.

4. *Sacerdotes Bonæ Deæ*) Sacerdotes Demiatrici. Demiatricum ſacrificium, quod nullo ſpectante mare præbeatur e populo, atque ita *ἀντιφραστικῶς*. de hoc ſat. VI. Juven.

— *ſed omnes*
Noverunt Mauri, atque Indi, quæ pſaltria penem
Majorem, quam ſint duo Cæſaris Anticatones,
Illuc, teſticuli ſibi conſcius unde fugit mus,
Intulerit, ubi velari pictura jubetur,
Quæcumque alterius ſexus imitata figuram eſt.

5. X. *Viri leg. ſcrib.*) Suet. in *Tib.* cap. II. *Contra Cl. Appius Regillianus decemvir legibus ſcribendis.* Agell. lib. XIV. cap. VII. eos jus habuiſſe convocandi ſenatum recitat. Sed Apoll. lib. I. ep. *ad Vincent.* Cic lib. VI. *in Verr.* Liv. lib. XXXV.

6. *Quæſtores Urbani*) Et tres Viri capitales. Inſcriptio prope Budam Vaciæ Ungariæ. L. ANNIO FABIANO III. CAPITAL. TRIB. LEG. II. AVG. QVÆSTORI VRBANO TRIB. PLEB. Alias ab ærario: Q. LVCRETIO Q. L. GEMELLO VIATORI QVÆST. AB ERARIO Q. LVCRET. Q. L. CRESTVS MAIOR QVÆSTOR AB ÆRARIO PATRONO FECIT.

7. III. *viri monet.*) Qui & *menſarii* dicti. Livius. *Trium viri menſarii creati.* Cic. lib. VII. *ep. fam.* lib. X. *ad Atticum.* horum literæ in rhapſodia numiſmatum, ac monumentorum erant. A. A. A. F. F. AVRO. ARGENTO. AERE. FLANDO. FERIENDO.

8. *Viri viarum*) Tiburi lapis: C. RVSTIVS C. FAMOSI TER. L. OCTAVIVS (L. F. VITVLVS IIII. VIR. VIAM) INTEGENDAM CVRAVI.

1. X. *viri*



Popae hostiarum viscera auferentes
Sacerdotes qui populum lustrant.
Suovetaurilia
IOVI VLTORI SACRVM
Tubicines
Victima percussa
Ministri cum canistris carne immolanda plenis
Hostia exenterata
Flamines
Augures
Pontifices
Citharoedi
Princeps Sacrificans
Tubicines
Tibicines
Popae
Haruspices
Camillus puer
Camillus
Haruspices
Anclabris
Ministri sacrorum
Popae victimarij
ANTIQVORVM SACRIFICANDI RITVS,
Vetustis monumentis accurate expressus Onuphrii Panuinii veronensis Inventoris Opera et aeneis formis Venetijs A° Salutis
MD.LXXX G.mo XIII. Papa

viarum curandarum, [1] X. viri limitibus judicandis, [2] præfecti ærarii, [3] curatores operum publicarum, [4] curatores alvei Tiberis, & cloacarum Urbis, Præfectus prætorio, Præfectus vigilum, Curatores, & denunciatores regionum XIII. Magistri vicorum Urbis, advocatus fisci, [5] III. viri legendi Senatus, III. viri recognoscendi turmas equitum Romanorum, & eorum ministri, & apparitores, [6] scribæ, [7] accensi, præcones, lictores, [8] viatores, & alii.

De hac pompa Tertullianus in libro *de spectaculis*: *Sed Circensium paulo pompostior suggestus, quibus proprie hoc nomen pompa præcedit, quorum sit in semet ipsa probans de simulachrorum serie, de imaginum agmine, de curribus, de tensis, de armamaxis, de sedibus, de coronis, de exuviis, qualia præterea sacra, quanta sacrificia præcedant, intercedant, succedant, quot collegia, quot Sacerdotia, quot officia moveantur sciunt homines illius Urbis, in qua dæmoniorum conventus consedit.*

Pompæ Præfecti. Huic pompæ quattuor sacerdotum genera præerant, Pontifices, Augures, XV. viri sacris faciundis, & VII. viri epulonum, mox iis additi sunt post Augusti mortem sodales Augustales. De quibus Tacitus *historiarum* libro III. *Sed tum supplicationes Diis, Ludique Magni ab Senatu decernuntur, quos Pontifices, & Augures, XV. viri, cum VII. viris simul, & sodalibus Augustalibus ederent. Censuerat L. Apronius, ut feriales quoque his Ludis præsiderent, contra dixit Cæsar distincto sacerdotiorum jure, & repetitis exemplis; neque enim unquam ferialibus hoc majestatis fuisse, ideo Augustales adjunctos, quia proprium ejus domus sacerdotium esset, pro qua vota solverentur.*

Cicero in oratione *de Haruspicum responsis*, *Te appello* (inquit) *Lentule* (is Pontifex erat) *cujus sacerdotii sunt tensæ, curricula, præcentio Ludi, libationes.*

Pompa postquam metas circumierat peracta, confestim Consules, sive Dictator, aut Imperator, is scilicet qui maximam tunc habebat potestatem medio in circo super aras in Spina locatas, immolationem & sacrificium edicebat eorum Deorum Sacerdotibus, quibus id sacrum paratum erat, & Haruspicibus adstantibus. Hi omnes [9] lotis manibus victimas aqua pura lustrabant, [10] motaque earum capita infulis redimita conspergebant, precibus vero emissis, votisque nuncupatis, astantes ministros, [11] Popas, & Victimarios eos immolare jubebant. Quorum quidam stantes hostias tenebant, & ab uno Popa per os tentas, securi in tempora feriebant; alii illico iisdem in terram cadentibus, cultros sacros [12] guttu-

---

1 *x. viri lim.*) Spartianus in *Adriano* cap. II. *nec multo post* x. *vir limitibus judicandis datus.*

2 *Præfecti ærarii*) Pedianus *Verr.* III. Pompejus lib. II. *§. deinde cum ærarium.* D. *de orig. juris.*

3 *Curat. oper. publ.*) L. III. l. ultima ff. *De oper. publ.* Sueton. in *Aug.* cap. XXXVII. Plinius lib. XXXV. cap. XV. L. *si in aliud.* D. *de off. Procon.* ὅπως μηδὲ ἐλαττοῖντο οἱ τῶν ὑδάτων ὁλκοὶ, μηδὲ αἱ τῶν γεφυρῶν πάροδοι, μηδὲ αἱ τῶν τειχῶν ἀσφάλεια μηδὲ τῶν ὁδῶν ἐπιμέλεια, cautio horum erat.

4 *Cur. alvei Tib.*) Mediolani de Plinio Juniore: C. PLINIVS L. F. C. V. F. CÆCILIVS AVGVR LEG. PROC. PRO PROVINCIÆ PON. CONSVLARI POTESTATE IN EAM PROVINCIAM ET IMP. CÆS. NERVA TRAIANO AVG. GERM. CVRATOR ALVEI TIBERIS, ET RIPARVM, ET PRAEF. ÆRARII MILITVM, &c

5 III. *Viri leg. Sen.*) Suet. in *Aug.* cap. XXXVII. *Triumviratum legendi senatum, & alterum recognoscendi turmas equitum, quotiescumque opus esset, post Censores creari desitos, longo intervallo creavit.*

6 *Scribæ*) Inscriptio: SVLPICIANO SCRIBAE QVESTORIO CAPIONI SCRIBAE AEDILICIO.

7 *Acensi*) Auximi: LIB. ACCENSVS PATRONI.

8 *Viatores*) Romæ ædes Prosperi S. Crucis: T. CLAVDIO OXESIMO VIATORI COLLEGII magni.

9 *Lotis manibus*) Hom. V. *Odyss.* & *Iliad.* I. sed hic mos in sacris semper observatus, ita in Eleusiniis sacris Lisias orat. *in Andocidem.* εἰσῆλθον εἰς τὸ Ἐλευσίνιον ἐχερνίψατο ἐκ τῆς ἱερᾶς χέρνιβος. Vide Schol. Apollonii lib. I. ἀνίπτοις χερσὶν, pro *impiaculo*, apud Diogenianum est Cent. proverb. primo.

10 *Motaque capita*) Devotionis signum. Liv. de Decio lib. XIIX. *Pontifex eum togam prætextam sumere jussit, & velato capite manu super tergum ad mentum exerta, super telum subjectum sub pedibus stantem sic dicere.*

11 *Popas*) De his in *Hymno B. Romani* Prudentius.

Sed quid macellum pingue pulmentarium,
Quid maximorum lancinatores gregum,
Eviscerata carne crudos criminor?

12 *Gutturi infigebant*) Proprium illud Virgil. l. VI. *Æneid.*

Supponunt alii cultros, tepidumque cruorem
Excipiunt pateris.

Cultris etiam farra imponebant rite. Juvenalis sat. XII.

—— & farra imponite cultris.

A ri insigebant easdem victimas contrucidantes, ac mox [1] corio eis detracto [2] membratim concidebant, delibatisque ex singulis frustis, extis, aliisque membris primitias eas farina [3] farris obvolutas in canistris offerebant sacrificantibus, quarum reliquias aris impositas igne supposito succendebant, larga manu pateris [4] vinum desuper & thus, & alia odoramenta infundentes, quæ ex arcula puer nobilis sacrificanti subserviens Flamini Diali depromebat. [5] Quæ singula in sacrificiis Græcorum factitari solita refert Homerus. Qui manus lavantes Heroas inducit, molisque utentes, ubi sic canit:

Dant famuli manibus lymphas, queis salsaque farra
Contractent.

Pilos quoque de capite victimæ desectos in ignem jecisse, sic ait:

Ardentesque focos, raptis de vertice villis
Spargit.

Securibus etiam ferientes in frontem, & collapsas mactantes, sicut in Eumæi sacrificio.

Icta gravi truncocadit hostia, moxque cadentem
Excipiunt cultro.

B Primitias item extorum desumentes, aliorumque membrorum, easque farre prius imbutas, super altaribus consecrantes, in eodem sacrificio fingit:

Polline conspersos adipes per singula carpens
Injicit in flammas [6] Ithacensis.

Lutat. *ad Stat.* l.IV. *Sacerdotum consuetudo est talis, ut aut ipsi percutiant victimas, & agones appellantur, aut sic tenentes cultrum alter impingat, ideo dicitur a Statio,*

In vulnus cecidere greges.

Immotum itaque tenebant ipsi cultrum, & alter movebat caput victimarum, ut guttur in cultrum caderet.

1 *Corio eis detracto*) Melius quam Alex. de Alex. qui *alii decorticabant* dixit lib.IV. *Genial. Dierum* c.XVII. Hom. *Odyss* K. facit Circem præcipientem Ulyssi occisas oves δείραντας κατακῆαι Cæterum multa hic ex VI. *Æneid.* accepta.

2 *Membratim concidebant*) Hom. sæpe μίστυλλον τ' ἄρα τ' ἄλλα. *Pars in frusta secant*, vertit Virg. lib.I. *Æneid.* ad quæ allusit Martialis l.I. epigr.LI.

Dum tibi Mistyllus coquus, Æmiliane, vocetur.
Dicetur quare non Taratalla mihi?

3 *Farris obvol. in can.*) Tib. lib.I. eleg. ultima,

Hostiaque a plena mystica porcus hara,
Hunc pura cum veste sequar, myrthoque canistra
Vincta geram, myrtho vinctus & ipse caput.

4 *Vinum desuper*) Vinum adhibitum in sacrificiis Arnobio teste, & Virgilio. Statius:

Spumantesque mero pateræ verguntur, & atri
Sanguinis, & rapti gratissima cymbia lactis

Lutat. *& atri sanguinis: duas res mittit; unam quæ nutrit animam, id est, Lac. alteram, qua constat, id est sanguis: nec mirandum quia sanguinem ad placandos inferos intulerit: nam sanguis proprie videtur esse animæ possessio, unde* exangues *mortuos dicimus*, hac de causa credebant Veteres ad sanguinem in necyomanthia advolare animas, ut ex Homero & Horatio notum est, animæ siquidem apud Veteres corporeæ ex levi nebula, quam ἴδωλον τῆς ψυχῆς vocabant, atque crescere cum corpore una asserebant, teste Didymo *ad Odyss.* qui Galenum auctorem citat, illud idolum sauciari post exitum a cadavere posse, ac lædi asserebant, & ob id apud Virgilium Æneæ ensem umbræ in VI. *Æneid.* expavent. Corporeas esse animas quadam corporis crassitie veluti adfricatas, & tinctas, tenuere etiam ex veteris Ecclesiæ cœtu Patres quidam, ut in II. Nicæno Concil. videre est, Platonicam in hac re secuti opinionem: deinde intellecta veritate melius consultum Romana Ecclesia, a qua pendet veritas, sine corpore omnino animam judicante. Animæ itaque corporeæ qualitatis apud antiquos participes impetu ad sanguinem, ex quo ali animam dicit Lutatius, naturali deferebantur.

5 *Quæ singula*) Sed Homerus de thure agere non poterat proculdubio; non enim suo tempore. Arnobius *contra Gentes* l.VII. *Et primum illud a vobis quærimus, percunctamurque de thure, unde, & quo tempore nosse illud, & scire potestis, ut merito existimetis, aut esse Diis dandum, aut eorum acceptissimum voluntati: novella enim propemodum res est.* Utebantur pro thure tunc supplicantes roremarino Apul. medicus *de Viribus herbarum* cap.LXXXI. de Roremarino. *Nascitur in locis marinis, & hortis antequam thus sciretur, hac herba homines Deos placabant.* Certe Horat. lib. *Carm.* III. ode XXIII.

Parvos coronantem marino
Rore Deos, facilique myrtho.

Ratio quia & herba λιβανωτὶς dicta est, Cœl. Aurel. l.III. c.LIII. & Dioscor. ὄζει λιβανῳ *odorem* inquit, *habet thuris*. Alii thymo fuisse usos pro thure Veteres, volunt. Scholiastes Sophoclis in *Oedip.Col.* ubi Philo chori affert opinionem in focis sacrificiorum thymum primo fuisse incensum. Citatur a Lutatio l.IV. *Theb.* liber, qui Thyresias dicebatur, *De thuris signis in sacrificio*, quem utinam haberemus, *Thymum* vero a θύω videtur dictum, quod est *sacrifico*. Certe poetæ Latini non observarunt, ac tempore Heroum thus nominant. Statius:

—— Cumulo cum thuris eoi
Læta calet.

6 *Ithacensis*) Locus est in *Odyss.* ξ. verum subulcus est. Verba Homeri hæc.

Finis pompæ.

A Sacrificiis porro rite peractis, Sacerdotibus, Magistratibus & Ludionibus quibusque Sessum profectis, illico reliquis Ludis Circensibus opera dabatur, quorum primum erat certamen curule, id est, bigarum, trigarum, & quadrigarum, mox Equestre, scilicet singularum, & desultariorum equorum cursus, Olympico more certamine curuli, & equestri finito, tum Gymnicum sive Athleticum inchoabatur, eorum qui corporibus suis certabant; hi erant Cursores, Pugiles, B & Luctatores, quo expleto, pompæ simul, & Ludorum finis erat. De hac Circensi pompa Verrius apud Macrobium libro I. *Saturnalium* ita scribit: *Quum populus Romanus pestilentia laboraret, essetque responsum, id accidisse, quod Dii despicerentur, anxiam Urbem fuisse, quia non intelligerentur oracula, evenisseque, ut Circensium die puer de cœnaculo pompam superne despiceret, & patri referret, quo ordine secreta sacrorum in arca pilenti composita vidisset, qui cum rem gestam Senatui nunciasset, placuisse* 1 *velari loca ea, qua pompa veheretur, atque ita peste sedata, puerum qui* C *antiquitatem sortis absolverat, togæ prætextæ usum munus impetravisse.*

Arnobius lib. VII. *adversus Gentes* de hac pompa loquens ait: *Ludorum deinde restauratione decreta, & spectaculis adhibitam gravem curam, & priorem populo redditam sanitatem.* Et infra: *Quis existimat eam sortem generis fuisse divini, quæ quoniam Ludis actus per Circi est spatium, meritorum pœnas, & supplicia redditurus, ita exacerbatus ardesceret?*

Lactantius totam rem brevissime lib. II. de origine erroris, explicat sic: 2 *Tib. Attinio homini plebejo per quietem obversatus esse Juppiter dicitur, & præcepisse, ut Consulibus, & Senatui nunciaret, Ludis Circensibus proximis præsultorem sibi displicuisse, quod Antronius Maximus quidam, diverberatum servum sub* 3 *furca medio Circo ad supplicium duxerat, ideoque Ludos instaurari oportere; quod quum ille neglexisset, eodem die filium perdidisse, ipsum autem gravi morbo esse correptum; & cum rursus eandem imaginem cerneret quærentem satisne pœnarum pro neglecto imperio pendidisset, lectica delatus ad Consules, & omni re in Senatu exposita, recepisse corporis firmitatem, suisque pedibus domum rediisse.* Idem refert D. Augustinus libro IV. cap. XXVI. *de Civitate Dei*, ex Ciceronis libro primo *de Divinatione*, qui ita scribit: *Quum bello Latino Ludi votivi Maximi primum fierent, Civitas ad arma repente est excitata. Itaque Ludis intermissis instaurativi constituti sunt, qui antequam fierent, quumque jam populus consedisset, servus per Circum cum virgis cæderetur furcam ferens ductus est. Exin* 4 *cuidam rustico Romano dormienti visus est venire qui diceret,* 5 *præsultorem sibi non placuisse Ludis, idque ab eodem jussum esse eum Senatui nunciare, illum non esse ausum.*

—— Οδ' ὠμοθετεῖτο συβώτης,
Πάντοθεν ἀρχόμενος μελέων ἐς πίονα δημόν.
Καὶ τὰ μὲν ἐν πυρὶ βάλλε, παλύνας ἀλφίτε ἀκτῇ.
—— *Posuit tum cruda subulcus,*
Incipiens cunctis prima a pinguedine membris
In sanctos pars jacta focos, cum polline mixta
Fannæ.

1 *Velari loca*) De pompa Junonis in Phaliscis Ovid.
Hic ubi personuit solemni tibia cantu,
It per velatas annua pompa vias.

2 *T. Atinio*) Min. Fel. *Testis ludorum offenso Jove de somnio plebeii hominis iteratio.* Et post: *de ipsis etiam illa, quæ paulo ante sibi dicta sunt, ut Juppiter ludos repeteret ex somnio.*

3 *Furca*) Lignum plaustri est, quo substentatur temo; hoc cervici imposito traductus est per viciniam servus. Plut. in *Coriola.* ἦν δὲ μεγάλη κόλασις οἰκέτε πλημμελήσαντος εἰ ξύλον ἁμάξης, ᾧ τὸν ῥυμὸν ὑπερείδουσιν ἀράμενος, διεξέλθοι παρὰ τὴν γειτνίασιν, ὁ γὰρ τοῦτο παθὼν. καὶ ὀφθεὶς παρὰ τῶν συνοίκων, καὶ γειτόνων οὐκέτι πίστιν εἶχεν; ἐκαλεῖτο δὲ φουρκίφερ, ὃ γὰρ οἱ Ἕλληνες ὑποστάτην καὶ στήριγμα, τοῦτο Ῥωμαῖοι φοῦρκαν ὀνομάζουσιν. *Erat vero in servum, qui crimen admiserat magna pœna, si lignum ille plaustri, quo adhæret temo, gestans, per viciniam transcurreret: qui vero hoc patiebatur in publico, non amplius apud homines; & vicinos fidem reperiebat, vocabaturque furcifer: quod lignum enim Græci* ὑποστάτην *&* στήριγμα, *Romani appellant furcam.* Frequens apud Auctores hæc historia. Livius l. II. Macrobius, Agellius, August. *Civit. Dei* cap. XIII. l. IIX.

4 *Cuidam rustico*) T. Larinus hic. vel T. Latinus, T. Atinius Lactantio, & quibusdam ejusdem Codd. Tib. Atinius rectius Val. Max. Latino homini, ut *sic cuidam rustico Romano* cum Augustino, ita Plutarch. habet in *Coriol.* λατῖνος.

5 *Præsultorem*) Dionys. lib. VII. hanc rem ita: ὁ τῆς πομπῆς ὀρχηστῆς προηγούμενος οὐ καλὸς αὐτῷ ἐφάνη. Etiam Val. Max. ita, *Ut Coss. diceret, sibi præsultorem ludis Circensibus proximis non placuisse.* Qui præcentor in cantu præsultor in chorea, qui nempe saltantem ducit primum saltare incipiens, & ita dictus a Jove, quod servus ante quam ludi incœptarentur, sub furca ductus est. Videtur vero obumbrare gressus damnati apud veteres ad furcam; nam cum virgis cædebantur, badizabant, & veluti saltabant furcæ pondere una oppressi, ac stimulati ictibus verberum. Catullus de Thallo furcifero.
Ne laneum latusculum, natesque mollicellas
Incussa turpiter tibi flagella conscribillent,
Et insolenter æstues, velut minuta magno
Deprensa navis in mari cum saniente vento.
hinc illud *gestiunt scapulæ* sæpe apud Plaut. Furcam vero, & cur infligeretur reis ita Donatus habet in *Andria* Ter. *Furciferi dicebantur, qui ob leve delictum cogebantur a Dominis ignominiæ magis, quam supplicii causa circa vicos furcam in collo ferre, subligatis ad eam manibus, & prædicare*

Iterum ad se jussum & monitum, ne vim experiri vellet, ne tum quidem esse ausum. Exin filium ejus esse mortuum. Tandem in somniis, admonitionem fuisse tertiam; tum etiam illum debilem factum, rem ad amicos detulisse, quorum de sententia lectulo in Curiam esse delatum, quumque Senatui somnium narravisset pedibus suis salvum revertisse. Itaque somnio comprobato a Senatu, Ludos illos iterum instauratos memoriæ proditum est.

Hanc pompam Circensem innuere videtur Cicero oratione VI. *in Verrem*, quum ait: *Ludis Circensibus mane apud L. Sisennam virum primarium cum essent triclinia strata, argentumque expositum in ædibus, pro dignitate L. Sisennæ domus esset plena hominum honestorum, accessit ad argentum, contemplari unumquodque otiose & considerate cœpit.*

CAP. III.

De Venatione, Quarto Circensium Ludicro.

Venationum, quæ Ludis Circensibus exhibebantur, quibusque a bestiariis infinitæ feræ occidebantur, omnes fere veteres historici meminerunt: quorum præcipuis locis citatis quintum Circense Ludicrum expediam. Quum Circensium, & aliorum spectaculorum superstitio, affluentibus ob crebras victorias, & eximiam potentiam Populi Romani opibus, & divitiis, in voluptatem & lasciviam passim sese converteret, veriti prisci illi Quirites, ne Ludicrorum multitudo, & diversitas populum ferocem, & bellicosum corrumperet, & a virtutibus ad vitia præcipiti cursu traduceret, ne id eveniret, multis modis præcavere curarunt. Quare inter reliquas Reip. salutares leges pro moribus Civitatis conservandis latas, vetus etiam [1] Senatus consultum fuit (ut *historiæ naturalis* lib. VIII. cap. XVII. tradit Plinius) ne liceret Africanas bestias in [2] Italiam advehere. Videbant enim ejusmodi spectaculis populum ocio, & ignavia lascivientem emarcescere, & omnes curas suas ab externarum gentium victoriis ad privatas [3] voluptates convertere. Contra hoc Decretum Senatus ad populum tulit Cn. Aufidius Tribunus plebis, permisitque Circensium genera importare. [4] Primam venationem in Circo datam fuisse Verrius tradit L. Cæcilio C. F. Metello Pontifice Maximo, & C. Furio C. F. Pacilo Conss. Anno Urbis conditæ DII. In qua

---

peccatum suum, simulque admonere cæteros, ne quid simile admitterent. Quam rem φυρκίζειν dixere recentiores Græci: Mos vero per theatra, per scenas, per viam deducendi reos cum jugis passim legitur. Plut. in *Timoleon.* in *Valentinian.* Suidas. Zonaras tom. III. p. CCXXXIIX. Suet. in *Aug.* cap. XLV. *Per trina theatra virgis cæsum*, quod θεατρίζειν Græci dicunt. Apud Lucian. malus Citharœdus ὑπὸ τῶν μαστιγοφόρων σύρεται διὰ μέσης τῆς σκηνῆς. Philo Hebræus, παράγειν, καὶ εἰσάγειν, εἰς θεάτρον, rem vocat, θριαμβεύεσθαι etiam dicunt Nazianz. epist. ad Celeusium διὰ τοὺς ἀγῶνας θριαμβεύεται, sic de Andronico Comneno etiam Nicetas. *Pompare*, & *pompari* inferioris sæculi scriptores. Paul. Diac. in Leone Constantini filio. *Tunc denudans occultam malitiam suam Leo persequens filios, & hos immisericorditer cæsos, & tonsos, & per medium urbis vinctos pompari fecit, & includi in Prætorio mandavit.* Et de impio parente ipsius Constantino. *Similiter & octavo Idus septem ducti sunt ad ludos Circenses insignes Principes decem, & novem, & pompati sunt.* Vide superius de Artabando, & filiis ejus. Sed fere eadem formula Græci. Plut. in *Marcello*: ἐπόμπευσε διὰ τῆς πόλεως. Cæterum ex præsultoris nomine videtur in pompa fuisse principem quendam, qui per reliquos saltaret. Anteludia vocat Apul. *Asini* lib. ult. *Ecce pompæ magnæ paulatim procedunt, anteludia.* Meminit prolusionis Symm. l. II. *De Canibus, quos prolusionis die ita Roma mirata est, ut ferreis caveis putaret advectos.* Dies Prolusionis erat, quo veluti ostentabatur quod diebus Circensibus, & festis fieri magno apparatu debebat. De pompa etiam videndi sunt Diod. Siculus de pompa Philippi, Athenæ. Philadelphi. Apul. l. ult. Agell. c. VI. l. VI. Demost. *de fal. legat.* Plut. in *Dione.* Aristides in *exorcum.* Dio Chrysost. in *Tarsico.* Clem. Alex. libro *Strom.* II.

1 *Sen. Consultum fuit*) Aug. lib. I. *Civit. Dei* cap. XXXI. XXXIII. & lib. II. cap. V. Liv. l. XLIIX. Val. Max. de *Instit. Antiq.*

2 *Italiam advehere*) Merito; nam inquit Cic. ad M. Marium: *Quæ potest esse homini politico delectatio, cum aut homo imbecillis a valentissima bestia laniatur, aut præclara bestia venabulo transverberatur?* sed ante bellum Punicum secundum hæc cautio. Liv. lib. XL. Val. Max. lib. II. c. XI. Flor. epit. l. LI. *Contra hoc decreto Cn. Aufidius trib. pl. permisit advehere Circensium causa* Liv. l. XLIV.

3 *Volupt. convertere*) Capitol. in *M. Ant. Philos.* *Absens Pop. Rom. voluptates curari vehementer.* Symm. l. II. l. X. ep. XIX. *Curules, & scenicas voluptates Circo & Pompejanæ causæ suggeratis.* Et re vera non nisi populi deliramenta illæ venationes, & quæ a prisca illa severitate, unde Romanum robur eluxit, corda diverteret: hoc voluit Petronius.

Ecce aliæ clades, & læsæ vulnera pacis.
Quæritur in sylvis mauris fera, & ultimus Ammon
Afrorum excutitur, ne desit bellua dente
Ad mortes pretiosa suas: premit advena classes
Tigris, & aurata gradiens vectatur in aula,
Ut bibat humanum, populo plaudente, cruorem.

Salvian. in ipsum fere sensum lib. VI. *Adeuntur loca abdita, lustrantur invii saltus, peragrantur sylvæ inexplicabiles, & ut devorari possint homines, non licet Naturam rerum habere aliquid secretum,* at Auctor dialogi *de oratore: jam vero propria, & peculiaris hujus urbis vitia pene in ipso utero matris concipi videntur; histrionalis favor, & gladiatorum, equorumque studia, quibus occupatus animus, quantulum loci bonis artibus relinquit?*

4 *Primam venationem*) Græcorum exemplo. Eam copiosissimam quoque edidit Alexander magnus, in *ipso* Plutarch. πλείστους γε τοῖς θεοῖς ἀγῶνας οὐ μόνων τραγῳδῶν, καὶ αὐλητῶν, καὶ κιθαρῳδῶν. ἀλλὰ καὶ ῥαψῳδῶν, θήρας, τε παντοδαπῆς, καὶ ῥαβδομαχίας.

Elephanti CXLII. pugnaverunt elephanti CXLII. qui victoria L. Metelli Consulis in Sicilia de Pœnis capti ratibus transvecti fuerant, quas dolio rum consertis ordinibus imposuerant. Eos Verrius Flaccus jaculis interfectos tradidit penuria consilii, quoniam neque ali placuisset; neque donari Regibus. L. Piso inductos duntaxat in Circum, atque ut contemptus eorum incresceret, ab operariis hastas præpilatas habentibus per Circum totum actos: nec quid deinde iis factum sit, auctores explicant, qui non putant interfectos, qua ratione eos in Circo (ut tradit Verrius) pugnasse crediderim, ibique spiculis necatos.

Elephantos vero (ut Plinius libro VIII. cap. VI. ex Solini Polyhistoris cap. XXVII. refert) Italia primum vidit Pyrrhi Regis bello, & *boves Lucas* appellavit, in Lucania primum visos anno Urbis conditæ CDLXXIV. P. Valerio Levino, & Ti. Coruncanio Ti. F. Consulibus. Roma autem in triumphis M. Curii Dentati III. Consulis, & L. Cornelii Lentuli, quos de Pyrrho Rege, Samnitibus, & Lucanis egerunt, quinque annis ad superiorem numerum additis. Fenestella vero eos primum Romæ in Circo pugnasse tradit C. Claudii Ap. F. Pulchri ædilitate curuli, M. Antonio M. F. A. Posthumio A. F. Albino Conss. anno Urbis DCLV. Pedianus autem in orationem *in L. Pisonem* scribit Ludis Cn. [1] Pompeii Magni, quos secundo Consulatu suo in dedicatione theatri a se fabricati dedit, ipsum elephantorum pugnam primum omnium in Circo dedisse; quod mihi verosimile non est: nam ex probatissimis Verrii, Pisonisque Annalibus, ante Pompejum Magnum eos in Circo exhibitos fuisse ad pugnam constat.

Quando primum Elephanti in Italia?

Quando Elephantorum in Circo pugna?

Venatio M. Nobilioris. Livius *Historiarum* libr. XXXIX. *Sp. Posthumio L. F. Albino Q. Marcio L. F. Philippo, Anno Urbis* DLXIIX. *Ludis, quos M. Fulvius M. F. Nobilior bello Ætolico voverat, in Circo venationem Leonum, & Pantherarum prope posterioris sæculi copia, & varietate datam fuisse scribit*. Et lib. XLIIII. *Q. Marcio Philippo* II. *Q. Servilio Cæpione Coss. Magnificentia crescente, notatum est Ludis Circensibus P. Cornelii Scipionis Nasicæ, & P. Lentuli Ædilium Curulium* LXIII. *Africanas, &* XL. *Ursos, & Elephantos lusisse*. Plinius vero lib. VIII. cap. XVI. Leonum simul plurium pugnam primum Romæ in Circo dedisse Q. Mucium P. F. Scævolam, qui postea Pontifex Maximus fuit, in Curuli Ædilitate C. Mario C F. IIII. & Q. Lutatio Q. F. Catulo Conss. Anno Urbis DCLII. Solinus cap. XXIX. *Spectaculum ex Leonibus Romæ primus edidit Q. Scævola P. F. in Curuli Ædilitate. Centum vero Leonum jubatorum pugnam princeps L. Cornelius P. F. Sulla Felix qui postea Dictator fuit, in Prætura exhibuit Anno Urbis* DCLX. *C. Cœlio Caldo, L. Domitio Cn. F. Ahenobarbo Conss.* Seneca libro *de Brevitate vitæ: L. Sulla primus in Circo Leones solutos dedit, quum alioquin* [2] *alligati tunc darentur ad conficiendos eos missis a Rege Boco jaculatoribus*.

Cæterum quintodecimo anno post P. Servilio C. F. Vatia Isaurico, Ap. Claudio C. F. Pulchro Conss. L. & M. Liciniorum, Lucullorum Ædilitate curuli multorum elephantorum adversus tauros pugna in Circo data fuit. Plinius lib. VIII. c. VII. *Cæsar, qui postea Dictator fuit, Ædilis factus, L. Aurelio, M. F. Cotta, L. Manlio, L. F. Torquato Conss. anno Urbis* DCXXCIX. *præter comitium ac forum, basilicasque, etiam Capitolium ornavit porticibus ad tempus extructis, in quibus abundante rerum copia pars apparatus exponeretur: Venationes autem, Ludosque, & cum Collega, & separatim edidit; quo factum est, ut communium quoque impensarum solus gratiam caperet*. Tranquillus in *Cæsare* c. X. Et cap. LXXV. *Afranius, & Faustus bestias quoque munus populi a Cæsare comparatas trucidaverunt*. Plin. lib. XXXIII. cap. III. *Cæsar, qui postea Dictator fuit, primus in Ædilitate munere patris funebri omni apparatu argenteo usus est, ferasque argenteis vasis tum primum visum*. M. Pupio M. F. Pisone Cæsonino, M. Valerio M. F. Messalla Conss. Anno Urbis DCXCIII. XIIII. Kalend. Octobris, L. Domitius Cn. F. Ahenobarbus, Ædilis Curulis, [3] Ursos Numidicos centum & to-

---

1 *Pompeii Magni*) Senec. *de Brevit. Vitæ* cap. III. Plin. lib. VIII. cap. VII. non ante omnes ipse elephantos edidit, sed in majori copia; fuerunt enim decem & octo. Dio: ἐλέφαντες ὀκτωκαίδεκα πρὸς ὁπλίτας ἐμαχέσαντο. De hac re Cicer. *Epist.* lib. VII. ep. prima. *Elephantorum extremus, dices, fuit, in quo admiratio magna vulgi, atque turbæ: delectatio nulla extitit, quin etiam misericordia quædam secuta est, atque opinio ejusmodi, esse quondam illi belluæ cum genere humano societatem*. Plin. viginti Elephantos exposuisse Pompejum tunc dicit.

2 *Alligati tunc darentur*) Nectebantur uno laqueo inter se; ut omnino necessitate confligerent; ita enim intelligo illud Senec. lib. *de ira*. *Tauri & Ursi pugnam inter se colligatorum*. Probat postea *de Brev. Vitæ. Primus Sulla Leones in Circo solutos dedit*; ex quo liquet antea ligatos fuisse datos, & si singuli essent, ob minus spectantium periculum, sed non modo feræ, homines ipsi ligati. Lampr. in *Commodo*: *Quosdam, quod cunctarentur, adversarios interficere, una cum eis ligari, atque ita simul omnes pugnare jussit*. Hoc idem Xiph. sed non hujus Tyranni jam inventio; antiquius hoc scelus. Lucianus ætate Solonis ita datos bestiarios Athenis scribit, καὶ καθίσαντες ἑωρῶμεν τὸ μὲν πρῶτον θηρία καὶ κοντιζόμενα, ὑπὸ κυνῶν διωκόμενα καὶ ἐπ' ἀνθρώπους δεδεμένους, ἀφιέμενα κακούργους τινὰς ὡς εἰκάζομεν. *Sedentes vidimus primum feras confodi aliquas, quas prosequebantur Canes; quasdam in homines ligatos immissas: noxios illos quidem, sicut putabamus*: quamvis hic non de alligatis una cum feris, sed ad palum, vel rete implicitos, aut alio modo intelligat, sed hoc abunde alii exceperunt, nil est cur addam amplius.

3 *Ursos Numidicos*) Quidam ursos Numidas leones ipsos esse sustinent, eo quod Ursi in Africa non sint teste Plinio, adjectione quoque versiculi Vergiliani *Æneid.* v. in quo Leonem interpretantur, *& pelle Libystidis ursæ*, sed sylvestris aliquo loco est Numidia, Solino teste, unde & Ursos nutrire potuit; certe ipse Solinus c. XXIX. *Numidici* (inquit) *Ursi forma cæ-*

C venatores.

totidem [1] venatores Æthiopes in Circo dedit, quod Spectaculum inter memorabiles titulos annotatur, ut Annalibus Romanis, & Solini Polyhistoris cap. XXVIII. proditum esse scribit Plinius lib. VIII. cap. XXXVI. ubi animadversione dignum, num sit legendum, *Leones Numidicos* ex antiquo ejus argenteo nummo, in quo Leonum venatio percussa est. Quare etiam Plinius miratur adjectum *Numidicos* fuisse, quum in Africa Leones, Ursos non gigni constet. Memorabili autem M. Aurelii M. F. Scauri Ædilitate L. Calpurnio, L. F. Pisone, A. Gabinio, A. F. Consulibus Anno DCXCVI. venationes multæ in Circo datæ, & feræ insolitæ Romæ visæ sunt. Nam præter Leonum, Elephantorum, Ursorum, Pardorum, & aliarum ferarum, quas exhibuit pugnas, Pantheras quoque omnium primus CL. in Circo misit. Plin. lib. VIII. cap. XVII. [2] *Crocodilos simul quinque, & Hippopotamum animalia Ægyptia temporario Euripo Populo Romano in Circo Ædilitatis suæ Ludis exhibuit M Scaurus.* Plinius lib. VIII. c. XXVI. ex Solino cap. XXXIV. qui cap. XXXVI. auctor est M. Scaurum in Ædilitate ossa ejus monstri marini, cui [3] Andromeda in Syria exposita fuit, inter alia miracula Romæ publicasse. Cujus costæ excesserunt singulæ pedes quadraginta. Excelsitas eminentior Elephantis Indicis. Cn. Pompejus F. Magno II. M. Lininio P. F. Crasso II. Conss. Anno Urbis DCXCIX. Idem Pompejus princeps omnium Romanorum theatri [4] permansuram sedem (quod ante id tempus temporaneum extruebatur) titulo templi, & graduum Veneris genitricis ædificavit, ut Pedianus *in Orationem in L. Pisonem* tradit, in cujus dedicatione Ludos apparatissimos fecit, de quibus Cicero *in L. Pisonem*: *Instant* (inquit) *post hominum memoriam apparatissimi, magnificentissimique Ludi, quales non modo nunquam fuerunt; sed nec quo modo fides fieri posthac possit, non possum ullo modo suspicari.* Subjicit Pedianus, *Cn. Pompeii Ludos significat, quibus theatrum ab se factum dedicavit, quibus Ludis Elephantorum pugnas primus omnium dedit in Circo.* ita ille. *His Ludis variarum ferarum, quæ antea in urbe raro visæ fuerunt, maximæ venationes datæ, de quibus quid apud veteres auctores invenerim, adjiciam. Dedicatione* (*inquit* l. VIII. cap. VII. *Plinius*) *templi Veneris victricis, Cn. Pompejo* II. *& Crasso* II. *pugnavere in Circo* XVII. *aut* (*ut quidam tradunt*) XX. *Elephanti, vel* (*ut Dio l.* XXXIX. *tradit*) XIIX. *Gætulis ex adverso jaculantibus mirabili unius dimicatione, qui pedibus confossis, repsit genibus in catervas; arrepta scuta jaciens in sublime, quæ decidentia*

M. Scauri ædilis venatio. — *Leones, Elephanti, Ursi, Pardi.* — *Crocodili, & Hippopotamus.* — *Cn. Pompeii Cos. II. venatio, & Ludi. Theatrum primum. Templum Veneris genitricis Ludi magnificentissimi.* — *Cum XX. Elephantis pugna.*

---

teris præstant, rabie dumtaxat, & villis profundioribus: unde in cubando ejus pelles aptissimæ. Virgil. lib. IIX. *Æneid.*

Suffultum spoliis, & pelle Libystidis ursæ.

apparet præterea, ibi non intelligere de Leonibus Solinum, sed de Ursis Numidicis. De iis Juvenal. sat. IV.

—— *cominus Ursos*
Figebat Numidas.

& Martialis lib. primo ep. CV.

Quod fræno Libyci domantur Ursi.

& paulo post de Leonibus. Sym. etiam distinguit Leones ab Ursis Numidis l. II. ep. LXXV. *De Leonibus fama conticuit, quorum adventus posset efficere, ut Ursorum defectum congressio Libyca repræsentaret.* Libyca congressio, & leones, & ursos igitur admittebat indigenas. Ursorum vero venationem Liv. l. XLIV. Xiphil. ἄρκτας πεντακοσίας, καὶ τῇ μετὰ ταύτην θέᾳ ἴσα λιβυκὰ θηρία διέφθειρεν.

1 *Venatores Æthiopes*) Egregii quidem in sagittando Mauri, Æthiopes. Herodianus lib. primo cap. XLVII. συνῆσαν δὲ παιδεύοντες αὐτὸν Παρθυαίων οἱ τοξικὴν ἀκριβοῦντες, καὶ Μαυρουσίων οἱ ἀκοντίζειν ἄριστοι. Versabantur siquidem inter leones, quos continuo impetebant, unde peritiores in ejaculando fiebant.

2 *Crocodilos*) Lege Cedrenum in *Mauricio*, qui eos describit. Plin. lib. IX. cap. V. Sym. l. VI. *Crocodili Romam deducti non comederunt, in theatrum tamen inducti confecti sunt*, Non nisi in Nilo nascuntur. Antigonus in *hist. Mirab.* quodam fonte prope Carthaginem Crocodilos ait reperiri Ægyptiis similes. Vide eum cap. CLXII.

3 *Andromeda*) August. *Civ. Dei* lib. IIX. cap. XIII. de hac Higynus, qui eam resupinato capite cœlo apparere ideo dicit, quo se Nereidas superare forma jactasset, viginti stellis insignitam; de hac Orosius, Xenophon, Cicero, Ovidius, D. Hierony. de hoc verum etiam, quod Solinus, Mela disseruit lib. primo. In Joppe ossa Balænæ suo tempore ostendi solita, cui objecta Andromeda fuisset: quam male ergo Hieronymus a Laurentio Valla reprehenditur, quod Joppen in Syria posuerit, vides.

4 *Permansuram sedem*) Nam antea extemporanea theatra erant. Tac. lib. *Ann.* XIV. Tertull. *de Spect.* sed non absolutum fortasse a Pompejo; nam in *Calig.* Suet. cap. XXI. *Theatrumque Pompeii absolvit*: permansuram sedem, intellexit lapideam. Ausonius de veteri.

Ædilis olim scenam tabulatam dabat,
Subito excitatam, nulla mole saxea.

De hoc Vitruv. *Quemadmodum est fortunæ equestris ad theatrum lapideum*, ædificatum nomine Patroni a liberto Demetrio vult Dio, homine doctissimo, a quo factos etiam hortos, qui ab ipso sint dicti *Demetriani*, asserit Plutar. in *Catone*: ejusdemque servi meminit Plin. l. XXXV. ubi vero theatrum hoc in urbe situm fuerit, variant Auctores. Porph. Ode X. Horat. l. I. non longe fuisse a monte Vaticano scribit; inter Marcelli theatrum, & molem Adrianam ponit Marlianus, scribitque, *Ejusque vestigia in Campo Floræ in stabulo Ursinorum ajunt videri*: quod & fatetur *ad Vitruv.* Philander. l. III. Theodoricus Ostrogotorum Rex ad hoc opus instaurandum manus, teste Cassiodoro, admovit. Veneris victricis ædem habuit, Plut. in *vita Pomp.* & Porphyrione teste. Loca LXXX. millia capiebant ex Rufi nota. Diffamarunt hanc molem

Mira de Elephantis. *voluptati spectantibus erant in orbem circumactæ* 1 *velut arte, non furore belluæ jacerentur. Magnum & in altero miraculum fuit, uno ictu occiso pilum sub oculo adactum in vitalia capitis venerat. Universi eruptionem tentavere, non sine vexatione populi circundati clathris ferreis. Qua de caussa Cæsar Dictator postea simile spectaculum editurus, Euripis harenam circumdedit, quos Nero princeps sustulit, Equiti loca addens. Sed Pompejani amissa fugæ spe, misericordiam vulgi inenarrabili habitu, quærentes, supplicavere quadam sese lamentatione cumplorantes, tanto populi dolore, ut oblitus Imperatoris, ac munificentiæ honori suo exquisitæ, flens universus consurgeret, dirasque Pompejo, quas ille mox luit,* 2 *pœnas imprecaretur.* Hos Pedianus primos fuisse scribit, qui in Circo pugnaverint. Seneca l. *de brevitate vitæ*: *Num & Pompejum primum in Circo Elephantorum duodeviginti pugnam edidisse commissis more prælii noxiis hominibus ad ullam rem bonam pertinet?* Idem Pompejus primus omnium in

A Circo DC. Leones exhibuit, ac in his jubatos CCCXV. (quos Dio lib. XXXIX. D. fuisse scribit,) quinque dierum spatio confectos. Plinius lib. VIII. cap. XVI. Idem CDX. 3 Pantheras ad pugnam dedit. Plinius libro VIII. cap. XVII. Iisdem Ludis, Chaus, quem Galli *Rhaphium* vocabant, effigie Lupi pardorum maculis aspersum Romæ primum in Circo visus est. Quibus etiam Roma 4 Cepos primum, & novissime vidit. Hoc animal ex Æthiopia adductum fuit, cujus pedes posteriores pedibus humanis, & cruribus prioribus manibus fuere similes. *Hoc animal* B (scribit lib. VIII. cap. XIX. Plinius) *postea Roma non vidit*. Solinus cap. XXXII. *Iisdem temporibus Romæ exhibita monstra sunt. Cepos appellant, quorum posteriores pedes cruri, & vestigio humanos artus mentiuntur, priores perinde hominum manus referunt, quæ tamen a nostris non amplius* 5 *quam semel visa sunt.* Iisdem Ludis Rhinoceros 6 unius in nare cornu primum visus fuit. Quem deinceps sæ- DC. Leones. CDX. Pantheræ. Chaus, alias Raphius. Cepos.

scriptores ob delicias inde populo corrivatas. Plutarchus, Tacitus, Tertullianus, aliique.

1 *Velut arte*) Quandoque artem intelligebant hæ belluæ. Plin. lib. IIX. cap. II. *Germanici Cæsaris munere gladiatorio quosdam inconditos motus dedere, saltantium modo.* Vulgare erat arma jacere, ac evibrare per auras, summaque agilitate recipere, quod *ventilationem* appellabant: nosque id fieri a circulatoribus nostris, observavimus. Totum est epigramma de hac re apud Martialem *ad Agathinum* lib. IX. epigr. XXXIX.

Summa, licet, velox, Agathine, pericula ludas,
Non tamen efficies, ut tibi parma cadat:
Nolentem sequitur, tenuesque reversa per auras,
Vel pede, vel tergo, crine, vel ungue sedet:
Lubrica Corycio quamvis sint pulpita nimbo,
Et rapiant celeres vela negata Noti:
Severos pueri neglecta perambulat artus,
Et nocet artifici ventus, & aura nihil:
Ut peccare velis, cum feceris omnia, falli
Non potes, arte opus est, ut tibi parma cadat.

Ventilatorem γόην Græci dicunt. Quintil. l. X. c. VII. *Quo constant miracula illa in scænis pilariorum, ac ventilatorum, ut ea, quæ miserint, ultra venire in manu credas, & qua jubent decurrere.* Ventilator veluti præstigiator γόης a Græcis dictus. Plutarch. *de defectu Orac.* γοητεύειν τὴν σελήνην *Lunam devorare*, ac veluti in *manu versare*, ut Ventilatores faciunt scuta, hastasque. De hasta Apul. *Asini* lib. I. *Et ecce pone Lanceæ ferrum, quam bacillum immersi tehi ad occipitium per inguen talit, cum omnium, qui aderamus, admiratione: dixeris Dei medici baculo, quod ramulis semiamputatis nodosum gerit, serpentem generosum lubricis amplexibus inhærere.* Clypeorum ventilationem ex arte militari profectam, patet ex Ammiano, ubi de Juliano agit clypeum rotante, & erudito Homeri testimonio, qui λαισήϊά τε πτερόεντα *parmas volatiles*, nuncupat: atque illi clypei vibrator σακέσπαλος est, facitque peritum Hectorem secutum utraque manu vibrandi,

Οἶδ' ἐπὶ δεξιὰ, οἶδ' ἐπ' ἀριστερὰ νωμῆσαι βῶν
Αζαλέην.
Nam dextra lævaque manu versare bovinum
Edidici clypeum.

Erat vero parma, quod & pelta, breve ac post tergum gestandi habile scutum equitibus accommodum. Horatius *Carm.* lib. II. od. VII.

Tecum Philippos, & celerem fugam
Sensi, relicta non bene parmula.

2 *Pœnas imprecaretur*) Non immerita pietas; nullum enim animal hominis ingenio proximius, ait Plinius; *regem adorant, genua submittunt, coronas porrigunt*: dicitur vero ἐλέφας quasi ἐλέβας, παρὰ τὸ ἐν ἕλει ἐπιβαίνειν τῇ θηλείᾳ quod fœminam ineat in paludibus. Vide lexicum Magnum in ἐλέφας; Ebur dentis hujus belluæ os est. Theodorus Priscianus medicus lib. IV. dicit ex Thesei medici auctoritate, semen elephantis durescere etiam, ac electri similem capere substantiam. *Theseum vero medicum, quod elephantorum semen ita post egestionem solidari dixerit, ut electri similem substantiam sumat.*

3 *Pantheras*) Cœlii ad Ciceronem Epistolam, ac Ciceronis ad ipsum, vide. Eædem cum Pardalis. Plutarch. in *Cicer.* Καικιλίε, lege Κοιλίε, τῦ ῥήτορος δεομένε παρδάλεις αὐτῷ πρός τινα θέαν εἰς Ῥώμην ἐκ Κιλικίας ἀποστεῖλαι, καλλωπιζόμενος ἐπὶ τοῖς πεπραγμένοις γράφει πρὸς αὐτὸν ὐκ εἶναι παρδάλεις ἐν Κιλικίᾳ, πεφευγέναι γὰρ εἰς Καρίαν ἀγανακτέσας, ὅτι μόναι πολεμῶνται, πάντων εἰρήνην ἐχόντων. legit Epistolas Ciceronis Plutarch.

4 *Cepos*) Delineamenta hujus appingit Strabo lib. VI. κῆποι λέοντος μὲν πρόσωπον ἔχοντες τὸ δὲ λοιπὸν σῶμα πανθήρος, μέγεθος δὲ δορκάδος.

5 *Quam semel*) Ex Plin. ipso, *hoc animal postea Roma non vidit.*

Unius in nare cornu) Pausan. l. IX. σφίσιν ἐπ' ἄκρα ῥῖνα ἐν ἑκάστῳ κέρας, καὶ ἄλλο ὑπὲρ αὐτῷ ἐ

pe populus Romanus aspexit. Hostis maximus elephanto genitus cornu a saxo limato præparat se pugnæ, in dimicatione alvum maxime petens, quem scit [1] esse molliorem. Longitudo ei par, crura multo breviora, color buxeus. De cujus fortitudine extant Martialis lepida Epigrammata lib. I. epigr. IX.

Præstitit exhibitus tota tibi Cæsar arena
Quæ non promisit prælia Rhinoceros.
O quam terribiles exarsit pronus in iras,
Quantus erat cornu cui pila taurus erat!

Item aliud eodem libro epigr. XXII.

Sollicitant pavidi dum Rhinocerota magistri,
Seque diu magnæ [2] colligit ira feræ.
Desperabantur promissi prælia Martis.
Sed tamen iis [3] rediit cognitus ante furor.
Namque [4] gravem gemino cornu sic extulit ursum,
Jactat ut impositas [5] taurus in astra pilas.

Et lib. XIV. *Apophoretorum* epigr. LIII.

Nuper in Ausonia Domini spectatus arena,
Hic erit ille tibi, cui pila taurus erat.

Solinus cap. XXXII. *Ante Ludos Cn. Pompeii Rhinocerota Romana spectacula nesciebant. Cui bestiæ color buxeus, in naribus cornu unicum, & repandum, quod subinde attritum cautibus in mucronem excitat, eoque adversus Elephantos præliatur, par ipsis prope longitudine, brevior cruribus, naturali telo alvum petens, quam solam intelligit ictibus suis perviam.* In eadem Pompeii magni harena Lupus Cervarius e Gallia adductus primum in Urbe visus. Plin. lib. VIII. & XXII. Plutarchus in *Pompejo*: *Pompejus constructo Theatro in ejus consecratione musicum agona exhibuit, venationes præterea, quibus quingenti Leones cæsi, & Elephantes, horrendo & diro spectaculo.* De Pompeii Ludis est accurata Epistola M. Ciceronis in *Familiaribus ad M. Marium*, cujus partem ad præsens argumentum opportunam adjiciam. Ait autem. *Si te dolor aliquis corporis aut infirmitas valetudinis tuæ tenuit, quo minus ad Ludos venires, fortunæ magis tribuo quam sapientiæ tuæ.*

Venationes & Lud. Cæsari, Dictatoris

Magnificentissimi & admodum memoratu digni fuere hi Ludi quos C. Cæsar Dictator, confectis bellis civilibus, se III. & M. Æmilio M. F. Lepido anno Urbis DCCVIII. populo exhibuit. De quibus Tranquillus in *ejus vita*, cap. XXXIX. *Edidit* (inquit) *spectacula varii generis, Munus gladiatorium, Ludos etiam regionatim Urbe tota, & quidem per omnium linguarum histriones, item Circenses, Athletas, & Naumachiam. Circensibus spacio Circi ab utraque parte producto, & in gyrum Euripo addito, quadrigas, bigasque, & equos desultorios agitaverunt nobilissimi juvenes. Trojam lusit turma duplex, majorum, minorum-*

μέγα. Distat ab Unicornu, de quo Ælianus, & Tzetza Chil. v. cap. VII. Habet Gregorius in *Moralibus*, hunc maxime ad virgines accedere, ita ut in sinu eorum fera obdormiscat. Nasum Rhinocerotis, in quo sit cornu superius, Dio describit: *κέρας δὲ κατ' αὐτὴν τὴν ῥῖνα προέχει*: & Pausanias cum duo cornua eum habere faciat, non male Martialis.

——— *gemino cornu sic extulit ursum.*

Unicornem tamen Strabo eum, Plinius, Solinus, Appianus, & Tertullianus faciunt.

1 *Esse molliorem*) Delphines idem observant in pugna, quam cum Crocodilis exercent ad Nilum. Sen. *Nat. Quæst.*

2 *Colligit ira*) Lucanus lib. primo.

——— *viso Leo cominus hoste*
Subsedit dubius, tantum dum colligit iram,
Mox ubi se sævæ stimulavit verbere caudæ.

cauda inde Leonis a robore *ἀλκαία* dicta est Schol. Theocr. Ait ille Sophoclis in *Ajace*, pellem Leonis fatalem esse contra ictus, ita ut invulnerabiles ii sint, qui pellem Leonis vestiunt.

3 *Rediit*) Martialis lib. secundo Epig. *de Leone* ep. LXXV.

Dedidicit pacem subito feritate reversa.

Idem de Urso lib. VI. epigr. LXIV.

——— *rabido nec perditus ore*
Fumantem nasum vivi tentaveris ursi:
Sit placidus licet, & lambat, digitosque, pedesque;
Si dolor, & bilis, si justa coegerit ira,
Ursus erit.

Boethius *de Consol.* metro secund. lib. III.

Quamvis Pœni pulchra leones
Vincula gestent, manibusque datas
Captent escas, metuantque trucem
Soliti verbera ferre magistri;
Si cruor horrida tinxerit ora,
Resides olim redeunt animi,
Fremituque gravi meminere sui,
Primusque lacer dente cruento
Domitor rabidas imbuit iras.

4 *Gravem g. c.*) Pier. Valer. *Nuper allatus est ex India inferiori ad Lusitaniæ regem, cujus imaginem ad Leonem X. P. M. transmissam vidimus: unum quidem cornu in nare habet, alterum superne prorumpit.*

5 *Taurus ad astra*) *Vis in naso Rhinocerotis maxima.* Martialis lib. I. ep. IV.

Et pueri nasum Rhinocerotis habent.

cum libro loquitur; veluti si dicat cum alio suo versiculo, ibid.

Ibis ab excusso missus in astra sago.

& pila fies Rhinocerotis.

1 Per-

ve puerorum. Venationes editæ [1] *per dies quinque: ac novissime pugna divisa in duas acies, quingenis peditibus, Elephantis vicenis, tricenis equitibus, hinc & inde commissis. Nam quo laxius dimicaretur, sublatæ metæ, inque earum locum bina castra ex adverso constituta erant.* Plin. l. VIII. cap. VII. *Pugnaverunt* [2] *Cæsare Dictatore tertio Consulatu ejus, viginti Elephanti contra pedites quingentos. Iterum totidem turriti cum sexagenis propugnatoribus, eodem quo priores numero peditum, & pari equitum ex adverso dimicante: postea singuli, Principibus Claudio, & Nerone, in consummatione gladiatorum.* Idem cap. XVI. l. VIII. *Cæsar Dictator* III. *suo Consulatu Circensibus* CCCC. *Leones exhibuit.* & cap. XVIII. ex Solini Polyhistoris cap. XXXII. *Camelorum aliqua similitudo in duo transfertur animalia, Nabin Æthiopes vocant, collo similem equo, pedibus & cruribus bovi, camelo capite, albis maculis rutilum colorem distinguentibus, unde appellata* [3] *Camelopardalis. Dictatoris Cæsaris Circensibus Ludis primum visa Romæ. Ex eo subinde cernitur, aspectu magis, quam feritate conspicua: quare etiam ovis feræ nomen invenit.* Eandem rem ita tradit Dio lib. XLIII. *Cæsar Camelopardalim primus Romæ exhibuit. Id animal Camelo simile, nisi quod membrorum non eandem ubique proportionem servat, partes ejus posteriores humiliores sunt, a clunibus paulatim erigitur, viderurque quasi ascendere, quumque diu jam altius subinde factum est, reliquam corporis partem prioribus pedibus elevat, collo vero sua peculiaris altitudo adest, colore ut pardalis variegato, unde nomen illi est ex Camelo, & Pardali inditum.* M. Varro lib. VIII. *Camelus suo nomine Syriaco in Latium venit, ut Alexandria Camelopardalis nuper adducta, quod erat figura ut Camelus, maculis, ut Panthera.* Plin. lib.

Pugna hominum D. & Elephantorum XX. XX. Turriti Elephanti cum D. peditibus. Leones CCCC.

Camelopardalis, alias Nabis.

Tauri.

VIII. cap. XLV. *Tauris in aspectu generositas, torva fronte, auribus setosis, cornibus in procinctu dimicationem poscentibus: sed tota comminatio prioribus in pedibus stat, ira gliscente alternos replicans,* [4] *spargensque in altum barenam, & solus animalium eo stimulo ardescens. Vidimus* [5] *de imperio dimicantes, & ideo demonstratos rotari, cornibus cadentes excipi, iterumque resurgere, modo jacentes ex humo tolli, bigarumque etiam cursu citato velut aurigas insistere. Thessalorum gentis inventum est, equo juxta quadrupedante cornu intorta, cervice tauros necare. Primus id spectaculum dedit Romæ Cæsar dictator.* De his Ludis M. Cicero Cornificio scribens: *Equidem,* inquit, *sic jam obdurui, ut Ludis Cæsaris nostri æquissimo animo viderem T. Plancum, audirem Laberii, & Publii poemata.* Plutarchus in *Bruto*: *Occiso Cæsare Brutus Romam redire non ausus, statuit, ut eo absente Ludi fierent magnifici & sumptuosi. Quum enim plures Elephantos emisset, eos jussit exponi & parce nihil exhiberi, sed profuse.*

De Divi Augusti venationibus Tranquillus cap. XLIII. *Aliquando nihil præter venationem edidit.* Et infra; *In Circo* (inquit) *Aurigas, Cursores, confectoresque ferarum, & nonnunquam ex nobilissima juventute produxit.* Et paulo post: *Solebat etiam citra* [6] *spectaculorum dies, si quando quid inusitatum, dignumque cognitu advectum esset, id extra ordinem quolibet loco publicare, ut Rhinocerotem apud Septa, Tigrim in Scena,* [7] *Anguem quinquaginta cubitorum pro Comitio.* De ea Tigri Plinius l. VIII. cap XVII. *D. Augustus Q. Ælio Tuberone, Fabio Maximo Cons.* IIII. *Nonas Majas, Theatri Marcelli dedicatione, Tigrin primus omnium Romæ ostendit in cavea mansuefactum.* Tigrin Hyrcani, & Indi ferunt animal velocitatis tremendæ, & maxime cognitæ dum capitur.

Augusti Cæsaris venationes.

Anguis L. cubitorum. Tigris mansuefactus.

---

1 *Per dies quinque*) Plurimi dies dispensi in his ludis: usque ad triginta dies in dedicatione Amphitheatri venationes Titus protraxit, unde totus liber, qui *de Spectaculis* inscribitur apud Martialem, fere pendet. Lucr. lib. IV.

Et quicumque dies multos ex ordine ludis
Assiduas dedere operas.

2 *Cæsare Dictatore*) Ita in eo Dio.

3 *Camelopardalis*) Hanc nostri *Giraffa* vocant; ablego Te ad Politianum in *Miscellaneis*. Ovis fera appellata, ut hic habes; sed hæc Solin. a Plinio accepit lib. IIX. cap. XIIX.

4 *Spargensque*) Virgil. lib. III. *Georg.*

—— Ventosque lacessit
Ictibus, & sparsa ad pugnam præludit arena.

& lib. XII. *Æneid.*

Mugitus veluti cum prima in prælia taurus
Horrificos ciet, atque irasci in cornua tentat:
Arboris obnixus trunco, ventosque lacessit
Ictibus, & sparsa ad pugnam proludit arena.

Sil. lib. V.

Et jam signa moventem,
Et sparsa pugnas meditantem spectat arena.

5 *De imperio*) Ælianus lib. XV. Virgil. lib. XII. *Æneid.*

Quis pecori imperitet, quem tota armenta sequantur.

6 *Spectaculorum dies*) Nunciare siquidem certum diem ludorum solebant. Cicer. lib. XV. *ad Atticum. Venationem, quæ postridie ludos Apollinares futura erat.* Senec. *de Brev. Vitæ*, Edictum diem muneris. Epist CXVII. *nemo, qui parturienti filiæ obstetricem accersit, edictum, & ludorum ordinem perlegit*; in Ancyrano lapide se maxime ludis delectatum ipsemet fatetur Augustus, de quo noster. Ait lapis. *Tempus defunctarum Africanarum meo nomine aut filiorum meorum, & nepotum in Circo ....*

7 *Anguem quinquaginta*) Strabo l. XVI. δρακόντων δὲ εἴρηκε μεγέθη τετάκοντα πηχῶν ὁ Ἀρτεμίδωρος. Ostensiones istæ dicebantur. Suet. in *Aug.* c. XLIII. *Postea nihil sane, præter quam adolescentulum Lucium honeste natum, exbibuit, quod erat bipedalis, minor librarum septemdecim, ac vocis immensæ.* Vopiscus in *Probo* c. XVII. *Blemyas etiam subegit, quorum captivos Romam misit, qui mirabilem sui visum stupente populo tribuerunt.* Imponebant publice epigrapham, puta, *Rhinocero-*

Rhinoceros, Hippopotamus.

Dio lib. LI. *Ludis Augusti multæ feræ, ac animalia, & inter hæc Rhinoceros, &* [1] *Hippopotamus tunc primum visi Romæ, & occisi sunt. Rhinoceros est animal Elephanto simile, cornu extra nasum prominens habens, a quo suum nomen invenit*. Et lib. LIII. *Augusti tempore innotuit P. Servilius, qui Ludis quibusdam Ursos* CCC. *& totidem alias Africanas belluas interfecit*. Idem lib. LV. *Germanicus Ludis Martialibus in Circo* CC. *Leones occidit*. Idem Augustus Circensibus Ludis CDXX. Pantheras exhibuit, ut Plinius lib. VIII. cap. XVII. tradit. Tranquillus in *Nerone* cap. IV. *L. Domitius Cn. F. Neronis Imp. avus Præturæ Consulatusque honore, venationes & in Circo, & in omnibus Urbis Regionibus dedit*. De suorum temporum venationibus Livius lib XLIV. *Mos erat tum Circensi Ludicro nondum hac effusione inducta bestiis omnium gentium Circum complendi,* [2] *spectaculorum varia conquirere genera.*

CCC. ursi & CCC. Africanæ Ludi Germanici. CC. Leones. CDXX. Pantheræ. Ludi L. Domitii.

Caii venationes

De Caii Cæsaris Caligulæ venationibus Tranquillus in *Cajo* cap. XVIII. *Edidit & Circenses plurimos a mane usque ad vesperam, interjecta modo Africanarum venatione; modo Trojæ decursione.*

CCCC. Ursæ. CCCC. Feræ Africanæ.

Dio in *Cajo* lib. LIX. *Cajus natali suo die venationem dedit, Ursæ quadringentæ, ac totidem aliæ* [3] *feræ Africanæ sunt interfectæ. Patricii pueri Trojam luserunt*. Et alibi: *Cajus natali die Drusillæ, biduo populo spectacula præbuit equestria, & venationes, primo die* CCCC. *Ursas occidit, postridie totidem Africanas feras.*

De Claudii venationibus.

De Claudii venationibus Tranquillus in *Claudio* cap. XXI. *Circenses frequenter etiam in Vaticano commisit, nonnunquam* [4] *interjecta per quinos missus venatione, ac super quadrigarum certamina Trojæ Lusum exhibuit, & Africanas conficiente turma equitum Prætorianorum, ducibus Tribunis, ipsoque præfecto. Præterea,*

---

tem ad septa, tigrim in scena, anguem quinquaginta cubitorum pro Comitio. Suet. in *Aug.* Ut nunc Comicorum familiæ scheda publica populo argumentum fabulæ, titulumque prænunciant.

1 *Hippopotamus*) Hippopotamus, qui & Hippocampus. Vide in *Theriac*. Schol. Nicandri; Poeta ibi testiculum hujus animalis facit medicinale. Plin. lib. XXXVI. cap. V. Hi equi Neptuni. Stat. in *Theb.*

Illic Ægæo Neptunus gurgite fessos
In portum deducit equos, prior haurit habenas
Ungula, postremi solvuntur in æquora pisces.

Et *Achill.* lib. I.

Et triplici telo jubet ire jugales
Illi spumiferos glomerant a pectore fluctus;
Pone natant, delentque pedum vestigia cauda.

dicti, quod καμπὰς equos marinos vocitarent, teste Festo. vel potius, quod cetacea omnia ita dicantur, unde καμπίκητος Epicharmus finxit. Nonius. *Hippocampi equi marini a flexu caudarum, quæ piscosæ sunt, & est Græcum; Menander, vehutos hippocampos in æternæ usus: scire nocetur delphino cunctis vehiculis, hippocampisque asperis*; quæ ut corrupta emendat Scaliger ex Nævio. —— *Sirenes citis Delphinis junctis vehiculis, hippocampis asperis*; sed prævia verba non tamen clara sunt, *velucto hippocampos in æthre usos*, suspicor τὸ *veluctos* ex Menandri versu irrepsisse. οὐχ οὗτος ἱππόκαμπος ἐν αἰθέρι. Hippocampi enim, & Centauri, ut est in *Nebulis* Aristophanis, cælo apparent nubium ad illa simulachra adludente concursu; & lib. IV. Lucret.

Ut nubes facile interdum concrescere in altum
Cernimus, & mundi speciem violare serenam
Aëra mulcentes motu; nam sæpe gigantum
Ora volare vides ——
Inde alios trahere, atque inducere bellua nimbos.

bellua, magna bestia.

Qualis in Oceano bellica mole natat.

Proper. & Petron. in versificante Eumolpo. ἱππόκαμπος tamen Dioscoridis, ac Galeni animalculum est, & pisciculus; sed nec de isto intellige hic; apud Ælianum Hippopotamus ἵππος ποτάμιος, qui in Nilo frequentissimus. Nonnus Dionys. lib. XXVI.

Κεῖθι μελαμψήφιδι διαξύων ῥόον ὁπλῇ
Νήχεται ὑδατόεις, ποταμήιος ἵππος ἀλήτης,
Οἷος ἐμῷ Νείλοιο θεροιγενὲς οἶδμα χαράσσων.
Est illic fluvialis equus, fusca ungula pontum
Illius per falsa natat, velut ille calentes,
Qui prope Niliacas Memphim transcurrit arenas.

Apollonius lib. IV. *Argon.*

Ἐξ ἁλὸς ἤπειρόνδε πελώριος ἔνθορεν ἵππος
Ἀμφιλαφὴς χρυσέῃσι μετήορος αὐχένα χαίταις.
Ex more perlictus piscis decurrit equinus
Attollens utrinque jubas cuique aurea cervix.

non sine imitatione Homeric. *Iliad.* XIII. ubi Eustathius Eriolen, Glaucum, Enceladum, & Sthenarum equos esse Neptuni scribit.

2 *Spectaculorum varia*) Miscellaneos ludos. Juven. —— *sic veniunt ad miscellanea ludi*. Suet. in *Calig.* cap. XX. *edidit & peregre spectacula: in Sicilia Syracusis hasticos ludos, & in Gallia Lugduni miscellos*; fere semper post magnos ludos in fine edebantur miscelli.

3 *Feræ Africanæ*) Videtur Africanas feras a Pantheris dividere; eas tamen unum genus ferarum facit Plin. sic Varro *de Ling. Lat.* lib. V.

4 *Interjecta*) Ne populus fatigaretur. Horat. ad hoc advertit lib. II. epist. I.

Si discordet eques, media inter carmina poscunt,

[1] *Thessalos Equites, qui feros tauros per spacia Circi agunt, insiliuntque defessos, & ad terram cornibus detrahunt*. Elephantos pugnasse Ludis Circensibus Claudii in consumatione gladiatorum refert Plinius lib. VIII. cap. VII. qui libro eodem cap. XVII. tradit Claudium Imperatorem primum omnium quattuor simul Tigres mansuefactas ostendisse. Dio lib. LX. in *Claudio*: *In Circo semel* [2] *Cameli, & XII. equi certarunt. Ursæ* CCCC. *Totidemque Africæ feræ trucidatæ sunt*. Plin. lib. VIII. c. XIV. *Faciunt his fidem in Italia serpentes appellati Boæ, in tantam magnitudinem exeuntes, ut D. Claudio Principe occisæ in Vaticano solidus in ventre spectatus sit infans.*

Quattuor Tigres mansuefacta. Equi cum Camelis cccc. ursa. cccc. Africanæ Boæ serpentes. Neronis venationes.

De Neronis venationibus Tranquillus in *Nerone* cap. IV. refert Neronis Imperatoris avum L. Domitium Ahenobarbum, qui sub Augusto omnibus magistratibus functus est, Præturæ, Consulatusque honore, Equites Romanos, matronasque ad agendum mimum in scenam produxisse, venationesque, & in Circo, & in omnibus Urbis regionibus dedisse; & cap. VII. *Nero edidit pro Claudii salute Circenses & venationem*. Plinius lib. VIII. cap. VII. auctor est, singulos Elephantos Ludis Neronis Circensibus in consumatione gladiatorum pugnasse. De quibus Tranquillus cap. XII. *Exhibuit ad ferrum etiam quadringentos Senatores, sexcentosque Equites Romanos, & quosdam fortunæ, atque existimationis integræ ex iisdem ordinibus, confectoresque ferarum, & varia harenæ ministeria*. Dio lib. LX. in *Nerone*: *spectaculum Nero edidit, in quo homines equis insidentes magno cursu, atque impetu in tauros facto, eos occiderunt. Tum ab equitibus stipatoribus corporis Neronis* CCCC. *Ursi, &* CCC. *Leones hastis transfixi sunt, virique equestris ordinis* XXX. *munus gladiatorium obierunt*. Et infra: *Elephanti qui currum Augusti egerant in Circum ingressi, cum eo usque ubi Senatores sedebant, venissent, non ultra progressi, constiterunt.*

Homines cum Tauris. cccc. Ursi. ccc Leones.

De Titi venationibus Tranquillus in *Tito* cap. VII. *Dedit & navale prælium in veteri Naumachia, ibidem & gladiatores, atque uno die* [3] *quinque millia omne genus ferarum.*

Titi venationes. v. millia Feræ occisa.

Et in *Domitiano* cap. IIII. venationes,

Domitiani venationes.

Aut ursum, aut pugiles.

Claud. *Paneg.*

Nec solis hic cursus equis assueta quadrigis
Cingunt (pingunt) *arva tigres, subitæque adspectus arenæ*
Diffudit Libycos aliena valle colores.

non *cruores*; nam Tigris discolor. Stat. lib. secundo:

—— quem discolor ambit
Tigris.

1 *Thessalos*) Thessali hi ὀνοκένταυροι, βουκένταυροι, ἱπποκένταυροι, apud veteres Scholiastas. de his Plinius. *Thessalorum gentis inventum est equo juxta quadrupedante cornu intorta cervice Tauros necare.* Tzetza Chil. I. VII. c. IC. ταύρων δ' ἀγρίων θετταλῶν τῆς χώρας σινομένων νέοι τινες τῶν σθεναρῶν κέλησιν ἐπιβάντες τοὺς ταύρους κατηκόντιζον, οὕς περ τινες ἰδόντες ὡς ταύρους ἀκοντίζοντας ὠνόμασαν κενταύρους; & post: χρὴ κεντοταύρους τὸ λοιπὸν μηδὲ κενταύρους λέγειν. Ut *centotauri*, non *centauri* sit dicendum; sed aliter observatur; de hac re consule Ælianum. Erant & Taurici ludi apud Ægyptios, ut libro ult. scribit Strabo. lusus perinde Tauricus erat, in cicuribus bobus, ac mansuefactis, ut pueri in eorum dorso luderent, & ventilarent arma inoffensi. Martialis describit lib. v. ep. XXXI.

Aspice quam placidis insultet turba juvencis,
Et sua quam facilis pondera Taurus amet:
Cornibus hic pendet summis: vagus ille per armos
Currit, & in toto ventilat arma bove.

2 *Cameli*) Plutar. in *Lucull.* ubi tempus, quo primum Cameli inducti a Romanis, & Sallustium reprehendit, qui tunc primum eis usos Romanos dixerit. Σαλλουστίου δὲ θαυμάζω τότε πρῶτον ὦφθαι Ῥωμαίοις καμήλους.

3 *Quinque millia*) Idem Dio in *Ipso*. πεντακίσχίλια μὲν ἐγκατασφάξας τῷ τόπῳ θηρία ἀνὰ πᾶσαν ἡμέραν: νύκτα δὲ ἑκάστην πάννυχος λύχνος παρακαίεται. Apud Hebræos non arca, neque hypogæi olim: sed in alto loco, puta, in rupium, & montium, crepidine specu duplici cadavera condebantur, ex sepulchro Jacob liquet in sacris Literis; de illo Christi sic deliberat Baronius: *Ex his igitur omnibus hæc brevi quidem summa perstringemus, nimirum fuisse in parte occidentali Calvariæ montis speluncam in petra excisam, eamque peramplam, quæ alterum intus contineret specum, rursusque intra eum excisum fuisse sepulchrum Domini*; in prima itaque speluncæ majori cella flentes amici, consanguinei perstitebant; in interiori, veluti in arca apud Græcos, defuncti cadaver continebatur; hujuscemodi sepulchri usum describit in *fragmentis* Petronius.

—— exciso defossa marmore Petra
Quinque pedum fabricata domus, qua nobile corpus
Exigua requievit humo.

Lucernæ itaque repertæ in hypogæis Græcorum ardebant, quamdiu non deerat oleum; quod erat renovandum. Sulmone ex eruto conditorio, lucerna reperta, pauci anni sunt, fuit cum vasculo, cui superimposita erat, utrumque figlinum, ut mirum sit infractum perdurasse. Hæsi jam diu, quid vasculum vellet: tandem ad Scholiastem Nicandri accedo, qui ait in *Alexiph.* κέρνους τοὺς μυστικοὺς κρατῆρας, ἐφ' ὧν λύχνους τιθέασι. *Cernos, nempe mysticos esse crateras, supra quibus lychni ponantur*; neque miremur opera, & elegantiam lychnorum in sepulchris repertorum, nam fere ita in usu etiam domestico. Plinius Valerian. lib. I. cap. XXXII. *lucernas Sabinenses tres implebis sale, quarum foramina claudas de compasso ordeaceo, & mittes sub carbones in aula, ita ut triduo jugiter carbonibus sint copertæ.* Sed in fornicibus, hoc est, subterraneis locis, ut in lupanaribus ubi exiguum lumen, passim Lychni accensi: Tertull. *cur die læti non laureis postes adumbramus, nec lucernis diem infringimus: honesta res est solemnitate publica exigente indicere domui tuæ habitum alicujus novi lupanaris.* λύχνος enim,

gladiatoresque noctibus [1] *ad lychnuchos dedit, nec virorum modo pugnas, sed & fœminarum.*

De cujus venationibus, & feris exhibitis extant aliquot Martialis Epigram. lib. I.

De Urso.

Præceps sanguinea dum se rotat Ursus harena,
Implicitam [2] *visco perdidit ille fugam.*
Splendida jam [3] *tecto cessent venabula ferro,*
Nec volet excussa lancea torta manu.
Deprendat vacuo venator in aere prædam
Si captare feras aucupis arte placet.

A

---

sive λύχνον eadem proprie significat, ex ea enim λύχει πίσσαν, vel quod λύει τὸ σκότος. accendebatur si quidem ex piceis, aut pice cæteris lignis illitis, ut arderet. λυχνοφόροι itaque κῦροι in ædibus Alcinoi apud Hom. *Odyss.* η. sunt αἰθομένας δαΐδας ἔχοντες. hinc λυχνοῦχος ἀντὶ φανοῦ sive φανοῦ accipitur. Phanos siquidem est φανάριον: *fanale* dicunt Veneti, apud quos Græcorum vicina natio plures injecit voces: illud vero non ex candela tantum, aut oleo ignito, sed ex contuso fuste, piceque illito manipulove cannarum, aridæve alterius materiæ præparabatur. Eustathius. Ἀθηναίων δὲ κατὰ τὸν γλωσσογράφον Σιλλυὸν, φανοὺς ὀνομαζόντων τὰς λαμπάδας, ἔστι συναγαγεῖν ταυτά τινα πολυωνυμίας λόγῳ εἶναι δᾶδας, φανοὺς, καὶ λαμπάδας. ἔστι δὲ φανὸς ἡ ἐκ ξυλῶν τετμημένων δέσμη. Phanus quapropter lychnuchus est, ut etiam Scholiastes Aristophanis docet in *Achar.* λυχνοῦχον, ὃν λέγομεν φανόν. Non itaque ex oleo lychnus accensus semper, cum tædam significare possit. Vide ibi Eustathium: neque certe credibile est elephantas lychnos ex oleo gestavisse noctu in pompa Cæsaris; animalia enim illa in luce ignium maxime formidant: tædas vero facile admittes, & funalia; illud vero puto etiam intrusum quibusdam, ut de perpetui luminis nebula lucernas mortuarias inextinguibiles sint somniati, in sepulchretis, si quæ inveniuntur lucernæ in hypogæis defunctorum memoria accendebantur, dirutisque, aut obsoletis monumentis sepultæ eæ etiam nunc scrutantium manibus reviviscunt: nam si sane hypogæorum usus in Oriente erat, iisque Regum, & Tetrarcharum cadavera condebantur, sitque de funerum eorum expensis hinc inde apud auctores mentio, cur de lucernis ipsis taceant, quarum flamma pene Vestalis æterna esse debebat, haud scio: si flammulæ circa lychnos, dum sectantur sepulchreta recentiores, apparent; aeris ventilatio hujus rei causa est; aperto siquidem conditorio Bonifacii Octavi nuper Romæ fax statim enituit, nulla suspicione interim perpetuæ istius lucernæ. Quod si aliqua reperitur, ex illis erat, quæ in conditoriis, ut dixi, accendebantur, & in cellula, ad ostium hypogæi reponebantur. In hypogæo enim cellula οἴκημα, in quam per ostiolum aditus patebat, & in ipsa area erat, ubi mortui cadaver condebatur. Petronius: *Hæc cum virum extulisset, non contenta vulgari more funus passis prosequi crinibus, aut nudatum pectus in conspectu frequentiæ plangere, in conditorium,* (cellulam hypogæi) *etiam prosecuta est defunctum, positumque in Hypogæo Græco more corpus custodire, ac flere totis noctibus, diebusque cœpit.* Descendebatur in conditorium per scalulas. Idem: *descendit* (miles) *igitur in conditorium.* de Hostiolo, *præclusis videlicet conditorii foribus*; ibi arca, *jubet corpus mortui sic tolli ex arca*; arcæ κάμψαι, σοροὶ erant ad continendos cineres funeratorum. Fron. *de limit. agr.* lib. I. *in campis statuunt terminos quadratos, & interjectis locis arcas, & monumenta*; circum arcas in conditoriis accensæ suspendebantur lucernæ. Petron. ibidem: *Positum in monumentum lumen renovabat.* Modestius: *servi mei sint liberi, si in monumento meo solemnia manere faciant.* Vet. Interpres: *servus meus, & Irene, & Euthychia, ancillæ meæ, omnes sub hac conditione liberæ sunto, ut monumento meo alternis mensibus lucernas accendant, & quæ fieri consueverunt, peragant.* Dio in Domitiano lucernarum hypogæorum meminit: καὶ πρῶτον μὲν στήλην ταφοειδῆ ἑκάστῳ σφῶν παρέστηκε, τότε ὄνομα αὐτοῦ ἔχουσαν καὶ λυχνοῦχον μικρὸν, οἷον ἐν τοῖς μνημείοις κρεμάννυται; qui mos ex Ægyptiis manavit. Herod. lib. secundo: Θυμιάματα δὲ παρὰ αὐτῇ παντοῖα καταγίζουσι.

1 *Ad lychnos*) Statius hanc rem in *Sylvis* expressit:

Vix dum cærula nox subitat orbem;
Descendit media nitens arena
Densas flammeus orbis inter umbras,
Vincens Gnossiacæ facem coronæ:
Collucet polus ignibus, nihilque
Obscuræ patitur licere nocti.

Ubi admonendus mihi est Lector, Lychnum non semper vasculum oleo ardens, quod lucernam vulgo appellamus, significare; apud bonos si quidem Græcos auctores.

2 *Visco*) Retis genus. Viscum Marcellus; *viscum positum aliquando pro rete reperitur, a tenacitate*; quod & Varro testatur, quo veluti pro auctoritate ipse utitur & Virg. *Georg.* I.

Et laqueo captare feras, & fallere visco.

ubi proculdubio de rete intelligit; sequitur enim Poeta,

—— *& magnos canibus circumdare saltus.*

hæc pene ex Perotto; at mihi proculdubio in sententia est, visco hic captum ursum intelligi, & glutine illo, quo venatores utuntur, nam apertissime dicit Martialis *de Spect.* epigr. XI.

Deprendat vacuo venator in aere prædam,
Si captare feras aucupis arte placet.

certe rete feras venari, non novum esset, neque unde argutaretur Poeta, haberet argumentum. Claudianus:

Retibus, & claustris delata morte tenendæ,
Ducendæque feræ.

Et Ovid. lib. v. *Fast.*

Cur tibi, prob, Libyci clauduntur rete leones.

Retia fateor quoque etiam ad aucupium idonea. Oppian. lib. I. *Ven.*

De Tauro.

4 *Raptus abit media quod ad æthera taurus harena,*
Non fuit hoc artis, sed pietatis opus.
Vexerat Europen fraterna per æquora taurus:
At nunc Alcidem taurus 5 in astra tulit.
Cæsaris, atque Jovis confer nunc stemma juventus,
Par onus, ut tulerint, altius iste tulit.

A

De Tigride, & Leone.

6 *Lambere securi dextram consueta magistri*
Tigris ab Hyrcano gloria rara jugo,
Sæva ferum rabido laceravit dente Leonem.
Res nova, non ullis cognita temporibus.
Ausa est tale nihil, silvis dum vixit in altis:
Postquam inter nos est, plus feritatis habet.

Ωκὺς ἐπὶ δρυμὰ συνέμπορος ἕσπετο κίρκος,
Καὶ δολιχαὶ θόμιγγες.

At visco capi feras rarum, unde sensus acutus in Epigr.

4 *Tecto)* Ne terreantur feræ. Solin. cap. XXX. de leon. *septi a venatoribus obtutu terram contuentur, quo minus conspectis venabulis terreantur.*

4 *Raptus)* Artificiosæ quædam machinæ in Veterum ludis e ligno erant, quæ stupenda, mirabilique arte in sublime crescebant, subsidebantque, & interdum inopinata versione chasmate, aut subita ruina occludebantur: quod vero ex confixionibus, & tabulatis constarent, ita appellabantur; erigebantur quandoque, & tamquam ferculum pomparum aliquid supra habebant, cujus inspectu oblectaretur, & admiraretur populus, ut Taurus hic evibrato pegmate subtollitur. Putarim artificio aliquo e superiore parte theatri aliquando pegma fuisse attractum, ita ut exurgeret: istud enim videntur insinuare Juven. & Phædri verba. Juvenalis ait Sat. IV.

—— *pueri ad velaria rapti.*

Phædrus.

Dum pegma rapitur, concidit casu gravi.

Ad diversos usus pegmata hæc inducebantur, quandoque, ut ex præsenti epigrammate patet, ostentandi gratia præclarum aliquid, tamquam in pompali ferculo; sæpe etiam ut gladiatores pegmatarios ederent, vel pegmare, ut Suet. inquit, qui si e pegmate excidissent, in hiatum, caveamque ferarum præcipites machina dehiscente devolvebantur; de Seleuco latrone Strabo rem totam ponit: ἐπὶ πήγματος γάρ τινος ὑψηλοῦ τεθεὶς, ὡς ἂν ἐπὶ τῆς Αἴτνης διαλυθέντος αἰφνιδίως, καὶ συμπεσόντος κατηνέχθη. καὶ αὐτὸς εἰς γαλεάγρας θυρίων εὐδιαλύτους ἐπίτηδες παρεσκευασμένας ὑπὸ τῷ πήγματι. Si vero confracta machina præter spem, ordinemque fuisset, ac rei præcipitati incolumes evasissent, suffragio populi dimittebantur. Petronius. *Gladiator obscœne, quem de ruina arena dimisit*; ubi non gladiatoris meritum, sed fortunam in evadenda morte significat; inde apud Italos, confracta furca, quandoque rei absolvuntur ritu veteri. De ætnæ illo pegmate etiam Vopiscus in *Carino* cap. XIX. *pegma cujus flammis scena conflagravit.* Nec minus Claud.

Inque chori speciem spargentes ardua Flammas
Scena rotet, varios effingat Mulciber orbes.

ex arena dehiscente apparebant hæ machinæ, & attollebantur non sine horrore, ac stupore. Calphurnius.

Ah miseri, quoties nos discedentis arenæ
Vidimus in partes, ruptaque voragine terræ
Emersisse feras, & eisdem sæpe latebris
Aurea cum croceo creverunt arbuta libro.

5 *In astra)* Ad velaria, quæ tunc etiam fortasse, ut Neronis tempore, stellis picta: non enim oscitanter id positum. Xiphil. τά γε μὴν παραπετάσματα τὰ διὰ τοῦ ἀέρος διατεθέντα ὅπως τὸν ἥλιον ἀπερύκει ἁλουργὰ ἦν, καὶ ἐν μέσῳ αὐτῶν ἅρμα ἐλαύνων ὁ Νέρων ἐνέστικτο, ἀστέρες δὲ χρυσοῖ περιεπέλαμπον. Sublata imagine Neronis stellæ ad ornamentum tempore quoque aliorum principum, fortasse remanserant, ut cœlum representarent.

6 *Lambere)* Stat. de leon. mans.

Insertasque manus laxo demittere morsu.

Sen. ep. LXXXV. *Leonibus magister manum insertat, osculatur Tigrim suam custos. Elephantem minus Æthiops jubet subsidere in genua.* Martialis lib. II. epigr. LXXV.

Verbera securi solitus leo ferre magistri,
Insertamque pati blandus in ore manum.

De iis, qui leonem, aut scorpium nacti sint ascendentem, Manilius lib. V.

Ille manu vastos posset frænare leones,
Et palpare lupos, pantheris ludere captis,
Nec fugiet validas cognati sideris ursas.

sic Firmicus lib. IIX. *Qui ursos, tauros, leones ferocitate deposita humanis conversationibus sociarit. Qui sub sagittario, aut scorpio valent*, inquit idem lib. IV.

Exorare tigres, rabiemque auferre leoni,
Cumque elephante loqui.

de mansuefaciendis feris Sen. lib. II. *de ira*, & III. Ambros. de Cain, & Abel. cap. primo lib. secundo: *Cæditur canis, ut pavescat Leo, & qui sua injuria exasperatur, coercetur aliena, alteriusque exemplo frangitur*; quod Piiidas retulit. φοβεῖ δὲ τὸν λέοντα τυπτηθεὶς κύων. *Terret leonem verberatus & canis.* De Alogab. Lampr. *Habuit leones, & leopardos exarmatos in deliciis, quos edoctos per mansuetarios subito ad secundam, vel tertiam mensam jubebat accumbere, ignorantibus cunctis, quod exarmati essent, ad pavorem, & ridiculum excitandum.* Par illi, quod de Circe Homerus: sic reddo *Odyss.* K.

A

De Elephante, & Tauro.

Qui modo per totam [1] *flammis ſtimulatus ba renam*
Suſtulerat raptas taurus in aſtra [2] *pilas,*
Occubuit tandem cornuto ardore [3] *petitus,*
Dum facilem tolli ſic Elephanta putat.

De Leone a fœmina occiſo.

Belliger invictis quod Mars tibi ſævit in armis;
Non ſatis eſt Cæſar, ſævit & ipſa Venus.
Proſtratum Nemees, & vaſta in valle Leonem
Nobile & Herculeum fama canebat opus.
Priſca fides taceat, nam poſt tua munera, Cæſar,
Hæc jam [4] *fœminea vidimus acta manu.*

De Carpophoro Urſum occidente.

Summa tuæ, Meleagre, fuit quæ gloria famæ,
Quantula Carpophori portio fuſus aper.
Ille, & præcipiti venabula condidit Urſo,
Primus in Arctoi qui fuit [5] *arce Poli:*
Stravit & ignota ſpectandum mole Leonem,
Herculeas potuit qui decuiſſe manus,
Et volucrem longo porrexit vulnere Pardum.
Præmia cum laudis ferret, adhuc poterat.

De Carpophoro Tauros duos occidente.

Dorica quam certo venabula dirigit ictu
Fortis adhuc teneri dextera Carpophori,
Ille tulit geminos facili cervice juvencos,

Hanc ibant circumque lupi, blandique leones,
Quos dea cantatu miteſcere juſſerat herbis;
Ut læti ad cœnam greſſum comitantur herilem,
Adſultantque canes.

Solin. de eleph. cap. XXIIX. *cum captivitate venerint in manus Dominum, manſueſcunt hauſto ordei ſucco:* de iis manſuefaciendis Strabo lib. XV. de feris Philostr. lib. VII. Narrat Ælian. *Hiſt.* lib. V. habuiſſe leonem Hannonem, qui vaſa portaret; Berenicem leonem cicurem, nihil ab ancillis ornatricibus diſtantem; lingua faciem dominæ perpolibat, rugas lævigabat, & conviva erat comedens lente, ac modeſte. Idem lib. XVII Hi *manſuetarii* a Latinis dicti; θηρογωνοὶ, θηγων διδάσκαλοι Græcis. χορτοφόροι Straboni ſunt lib. XV. ἀκτοτρόπο Nicetæ Coniatæ.

1 *Flammis ſtimulatur*) Igne inter cornua injecto ad ſtimulandam feram, de aſtu illo Punico accendendi ignem cornibus bovum, ad turbandum exercitum Fab. Maximi Sil. lib. VII.

Cornibus arentes edicam innectere ramos,
Sarmentique leves fronti religare maniplos.
Admiſſus cum fervorem diſperſerit ignis,
Ut paſſim exultent ſtimulante dolore juvenci;
Et vaga per colles cervice incendia jactent.

de qua re & Liv. lib. XXXIX. Cæterum ſolitos igne efferari boves in Circo, docet *hiſt. Eccleſiaſt.* l. IIX. Euſeb. θηρία ἀγρία ἐν ἀμφιθεάτρῳ πυρὶ, καὶ σιδήρῳ κεκαυτηριασμένα. Apul. quid ſimile *de Aſino* lib. VII. *ſpinas acerrimas, & punctu venenato vitioſas tortili nodo in faſcem conſtrictas caudæ meæ penſilem deligavit, cruciatum, ut inceſſu meo commotæ, incitatæque funeſtis aculeis infeſte me convulnerarent;* ſed jam de hoc affatim viri docti.

2 *Pilas*) Hos globos πυξιαρίους, ταυροκαθάπτας vocant Gloſſæ. *Figuraſque hominum reddebant fœno rudi,* inquit Pedianus, *& ſtramine tuberantes;* ſubdit, *luxus in tantum auctus eſt, ut veſtes etiam purpureæ objicerentur;* ita oſcilla, quæ de ponte mittebantur in humanam effigiem, efformata ex ſcirpis erant. Ovid. in *Faſt.* ſic quoque ſtramineas equis in mortuorum ſimilitudinem Perſæ immittebant, ut calcare extinctos non terrerentur in bello. Ælianus de Perſæ equis, εἴδωλά τε νεκρῶν δὴ σεσαγμένα ἀχύροις ὑποβάλλουσιν αὐτοῖς: ἵνα προσεθισθῶσι νεκροὺς ἐν τῷ πολέμῳ πατεῖν. Laceram veſtem pilæ tauricæ comparavit Martialis ipſe *in Laurum* lib. X. epigr. LXXXVI.

Sed qui primus erat luſor, dum floruit ætas;
Nunc poſtquam deſit ludere, prima pila eſt.

Pila ſcilicet laceratior, & quæ primo impetu Tauris obvenerit rapidis, neque dum feſſis.

3 *Petitus*] Stimulatus. *Jurgiis me oppido impetens.* Apul.

4 *Fœminea*) Legimus in arenam exhibitas fœminas Domitiani tempore. Vide in *ipſo* Tranq. cap. IV. Tac. *Annal.* XV. Dionem in *ipſo*. Stat. *Syl.* lib. I. De Kal. Decem. Juven. ſat. VI.

—— *niſi ſi quid in illo*
Pectore plus agitat, veræque parantur arenæ.

Et ſat. II.

Luctantur paucæ, comedunt colliphia paucæ.

Sed ante etiam tempore Neronis hæc turpitudo inducta. Xiphil. ἄνδρες, καὶ γυναῖκες οὐκ ὅπως ἱππικοῦ ἀλλὰ καὶ τοῦ βουλευτικοῦ ἀξιώματος εἰς τὴν ὀρχήστραν, καὶ εἰς τὸν ἱππόδρομον, τό τε θέατρον κυνηγετικὸν εἰσῆλθον. Et demum optimi Principis Severi tempore cautum, ne pugnarent, quæ a ſexu fugiunt ſuo.

5 *Arce poli*) Arctos dicta quaſi ἄκρα ἄκραι, τοῦ κόσμου κεφαλαὶ ſunt Poli. hinc Virgilio *Vertex* lib. I. *Georg.*

Hic vertex nobis ſemper ſublimis.

Et dicitur axis vertex, quia, ut inquit Proclus, ἐστὶν ἡ διάμετρος περὶ ἣν ὁ κόσμος στρέφεται pars illa; ſic dicti πόλοι a πολέω, quod eſt *volveo*. Vitr. lib. IX. cap. IV. Proclus *ad Heſiodum*: at loca illa frigida vaſta mole feras producunt, urſos præcipue. Claud.

Conveniant urſi, magna quos mole ruentes
Torva Lycaoniis Helice miratur ab aſtris.

Urſi, quod ſi urgeantur, effereſcunt, dicti ſunt. Martialis lib. VI. ep. LXIV.]

—— *rabido nec perditus ore*
Fumantem naſum vivi tentaveris urſi.

Illi cessit atrox [1] *bubalus, atque* [2] *bison.*
Hunc Leo cum fugeret, præceps in tela cucurrit.
I nunc, & lentas corripe [3] *turba moras.*
Item.
Quicquid in Orpheo Rhodope spectasse [4] *Theatro*
Dicitur, exhibuit Cesar harena tibi.

A *Repserunt scopuli, mirandaque* [5] *silva cucurrit,*
Quale fuisse nemus creditur Hesperidum.
Adfuit immixtum pecudum genus omne ferarum,
Et supra vatem multa pependit avis.
6 *Ipse sed ingrato tacuit laceratus ab Urso.*
Hæc tamen ut res est facta, ita facta alia est.

---

1 *Bubalus*) Sæpius pro homine stupido. Bubulum Tzetzes in Chil. accipit, Glossa βέβαλος *Urus.* bos sylvester (& alibi) *Urus.* βοῦς γορμανός.

2 *Bison*) Solinus ipsum animal describit. *In septentrionali plaga Bisontes frequentissimi, qui bobus feris similes, setosi, colla jubis horridi, ultra tauros pernicitate vigentes, capti assuescere manu nequeunt.* De eo Cæsar lib. VI. cap. IIX. Pausanias *Bisontes* appellat lib. X. βίσωνας Oppian. lib. II. βίςωνας Dion in *Sever.* βίσωνας, & ait esse εἶδος βόων βαρβαρικῶν. a Bistonide Thraciæ regione dicuntur, si Oppiano credimus.

3 *Turba moras*) Ad hanc moram Seneca respexit lib. *de ira: ut injuriam putet populus, quod non libenter pereunt,* &c. Tacit. de Marico lib. *Hist.* II. Hieron. de Polycarpo in Catal. *Cum feræ parcerent Polycarpo, universo populo adversus eum personante, igni est traditus*; ad hanc moram quoque Tertull. lib. *de Resurr. Popularium cœtu clamante; Christiani ad leonem.*

4 *Theatro*) Lib. XI. *Metam.* Ovid.

Et coeunt acies, si quando luce vagantem
Noctis avem cernunt, structoque utrinque theatro.

De Orpheo loquitur, & paulo post:

Mœnades Orphei titulum rapuere theatri.

5 *Sylva cucurrit*) Machinis tracta. Subitaria sylva ludis illis munificentissimis arboribus virentibus una cum feris sæpe olim exposita. Calphurnius,

Ah miseri quoties nos discedentis arenæ
Vidimus in partes, ruptaque voragine terræ,
Emersisse feras, & eisdem sæpe latebris
Aurea cum croceo creverunt arbuta libro.

nec minus Apulejus lib. X. Sylvæ arenariæ meminit: *Erat mons ligneus ad instar inclyti montis illius, quem vates Homerus Idæum cecinit, sublimi instructus fabrica, consitus viretis, & vivis arboribus a summo cacumine, de manibus fabri fonte manante fluviales aquas eliquans.* Sed ante Romanas hasce machinas Sylvæ fictitiæ istæ apud Græcos olim. Vide Athenæum lib. v. de Pompa Antiochi, hæ puto machinæ e cellis, quæ in ultima parte Circi, aut theatri erant, artificio provehebantur; eæque cellæ automatia indigitabantur. Petronius in *Frag. in automatium me conjeci*; quod in iis automata fierent: automata siquidem proprie machinæ, quæ evibrantur, & moventur, latente interim motore, & artifice, quod in theatris, & in scenis adhuc cernimus; at quia sua sponte, hoc est, αὐτοβέλως, αὐτοπροθύμως ludere videntur, ita appellantur; automata sunt, quæ terra sine cultore generat. Philo *Icon.* lib. II. οὔτε ἐφύτευσαν, ἀλλὰ αὐτόματα ἡ γῆ σφίσιν ἀναπέμπει ταῦτα. ita machinæ istæ ex se surgentes. αὐτόματοι μηχαναὶ dicuntur, teste Eustathio, tamquam αἱ καθ' ἑαυτὰς ἐνεργοῦσαι. Portæ cœli quoniam sua sponte, ac secreta potestate aperiebantur; ut apud Virgil. *Æneid.* VI.

——*sponte sua patuere fores.*

dicuntur αὐτόματοι Homero,

Αὐτόματοι δὲ πύλαι μύκον οὐρανοῦ.

6 *Ipse sed ingrato*) Reddita Orphei fabella in amphitheatro, ubi machinæ incitatæ Sylvæ currere, & ad cantum videbantur accedere, ferarum undique omni genere, aviumque adstante: sed mox confracto pegmate decidit fictus Orpheus inter feras, atque ab urso est discerptus, feræque inde in venationem bestiariorum datæ; de Sylvis in arenam inductis Apul. lib. X. *Aselli: erat mons ligneus ad instar inclyti montis illius, quem vates Homerus Idæum cecinit*: & Calph.

Ah miseri, quoties jam discedentis arenæ
Vidimus in partes, ruptaque voragine terræ
Emersisse feras, & eisdem sæpe latebris
Aurea cum croceo creverunt arbuta libro.

Hæc arbuta, nemus stupendum sunt Martiali, ut intelligas cortice bracteato aureis foliis fuisse plantas. Variis istis pegmatum artificiis varias exhibebant populo oblectationes, atque apparentias ludicras, ut nunc fit apud nos in plateis, ubi in pegmate imagunculas argutas manu versant agyrtæ, quæ vivere, & inter se agere videntur. Metellus Poeta in *Quirinalibus* ita scribit:

Multa ludorum novitas stuporem
Mentibus affert:
Hic luto fictos homines recludit,
Hic aquis sub Deucalione mersis,
Saxeos hic arvicolas reformat,
Auspice Pyrrha.
Fabulæ vivunt, & agunt, loquuntur,
Quicquid unquam vixit ibi resurgit.
Insuper quæ nulla fuere lustra
Vivere cogunt.
Actibus justis agitata ludunt:
Bruta sentiscunt, & habent loquelas,
Actus humanus facie ferina
Degenerat se:

Trajani venationes. Dio refert, Trajanum bello Dacico confecto, & Decebalo Dacorum Rege occiso, spectacula magnifica per centum & viginti tres dies Romæ edidisse. In quibus cæsæ sunt feræ mansuetæve bestiæ mille, interdum & decem millia, quæ partim feræ, partim mansuetæ erant, & innumerabiles gladiatores decertasse. *X. millia bestiarum cæsa.*

Hadriani venationes. Ælius Spartianus in *Hadriano*: *Gladiatorum* (inquit) *munus per sex dies continuos exhibuit, & mille feras natali suo edidit. Athenis quoque mille ferarum venationem in Stadio exhibuit, ab Urbe numquam ullum venatorem scenicum avocavit. In Circo multas feras, & sæpe centum Leones interfecit. Militares Pyrrhichas populo frequenter exhibuit.* *∞ Feræ.* *C Leones.*

Dio. *Trajanus Hadrianus spectacula suo natali die populo gratis dedit, ubi ita magnus bestiarum numerus cæsus est, ut simul Leones centum, ac totidem Leænæ confectæ fuerint.* *C Leones.* *C Leænæ.*

Julius Capitolinus in Pii vita. *Edita munera, in quibus Elephantos, [1] Crocutas, Tigrides, Rhinocerotas, Crocodilos etiam, atque Hippopotamos, & omnia ex toto Orbe terrarum cum Tigridibus exhibuit, centum etiam Leones una missione edidit.* *Pii venationes.* *C Leones.*

Eutropius lib. VIII. in *Marco Imperatore*: *In datione munerum post victoriam adeo magnificus fuit, ut centum simul Leones exhibuisse tradatur.* *Marci venationes.* *C Leones.*

Commodi venationes. Lampridius in *Commodo*: *Ferarum autem diversarum manu sua occidit multa millia, ita ut & Elephantos occideret, & hæc sæpe spectante Populo Romano fecit. Fuit autem validus ad hæc, [2] alias debilis, & infirmus. Virium autem ad conficiendas feras tantarum fuit, ut Elephantos centum transfigeret, & orygis cornu hasta transmiserit, & singulis ictibus multa millia ferarum ingentium conficeret.* Herodianus lib. I. *Commodus aurigando, bestiisque conficiendis supra modum exercebatur, ob quæ studia adulatores eum fortitudinis gloria celebrabant.*

Et de [3] Severi Imperatoris Ludis, & Venationibus idem Herodianus lib. III. *Severus Imperator popularis esse in primis volebat edendis omnifariam magnificentissimis spectaculis, centenis etiam sæpenumero occisis belluis, quas omnibus regionibus conquirebat, sed & Congiaria dedit uberrima, & certamen proposuit undique accitis Ludionibus, atque athletis.* *Severi venationes.*

Julius Capitolinus in vita Gordiani senioris: *Quæsturam magnificentissime gessit, Ædilitatis suæ tempore XII. Populi Romani munera, id est, per singulos menses singula de suo exhibuit, ita, ut gladiatorum nonnumquam quingenta paria exhiberet, nunquam minus centenis quinquagenis. Feras Libycas una die centum exhibuit, Ursos una die mille. [4] Extat silva ejus memorabilis, quæ picta est in domo rostrata Cn. Pompeii, quæ ipsius, patrui ejus, & proavi fuit, quam Philippi temporibus Fiscus invasit: in qua pictura etiam nunc continentur [5] Cervi palmati ducenti mixtis Britannis, equi feri XXX. oves feræ centum, Alces X. Tauri Cybiratici, alias Cypriaci C.* *Gordiani senioris venationes.* *D Gladiatorum paria.* *Feræ Libycæ C.* *Ursi ∞.* *Amplissima venatione.*

Instruit scenas imitando gestus,
Horrido persona tremenda vultu,
Acta verbis, verbaque discit actis
Consimilare.

Di. Aug. ad hæc etiam videtur pertinere *Civ. Dei* l. XXIV. c. XXIV. *Ad quam stupenda opera industria humana pervenit, quæ in theatris mirabilia spectantibus, audientibus incredibilia facienda, & exhibenda molita est*; audientibus dixit incredibilia, ut si ad quædam ludicra referas, quæ in imitandis animalium vocibus agitantur. Auson. epig. CL.

Latratus catulorum, hinnitus fingis equorum,
Caprigenumque pecus, lanigerosque greges
Balatu assimilas: asinos quoque rudere dicas,
Quamvis Arcadicum fingere turpe pecus.
Gallorum cantus, & ovantes gutture corvos,
Et quicquid vocum bellua talis habet.

Oscilla, quæ dixi circumforaneos nostros argutula dicacitate movere, habent cum illo Apuleii *de mundo* quid simile: *At non hujusmodi compendio machinatores fabricarum astutia unius conversionis multa, & varia pariter administrant; etiam illi, qui in ligneis hominum figuris gestus movent, quando filum, membrum, quo agitari solent, traxerint, torquebitur cervix, rotabit caput, oculi vibrabunt, manus ad ministerium præsto erunt, nec invenuste totus videbitur vivere.*

1 *Crocutas*) Errat Dio in *Severo*, qui Crocutas eo tempore primum visas ait; τότε πρῶτον εἰς τὴν Ῥώμην εἰσήχθη; habet hæc fera cum leæna, & tigride commixtum colorem: specie vero illius Canis, & Vulpeculæ: idem Dio ibidem. nascitur ex leone & hyæna, si credimus Solino cap. XXX. ex lupo, & cane, si Ctesiæ libro *de reb. Persicis*, unde & ipsam κυνόλυκον appellat, cum quo Strabo est lib. XVI. κροκότας δ' ἐστὶ μίγμα λύκου, καὶ κυνός.

2 *Alias debilis*) Ut ille alter Juven.

Solaque libidine fortis.

3 *Severi*) Pulchros sane ludos hic Princeps instauravit: imo sunt qui sub istius Principis imperio occasionem Tertullianum, dum omnia ludicris insanirent, accepisse Libellum *de Spectaculis* conscribendi ajunt; in *ipso* vide Xiphil. sequitur Caracallæ imperium, quo mortuo conflagravit theatrum, unde frequentiores in Circo venationes, & ludicra eodem teste Dione.

4 *Extat sylva*) Vop. in *Probo* cap. XIX. *Venationem in Circo amplissimam dedit, ita ut populus cuncta diriperet; genus autem spectaculi fuit tale: arbores validæ per milites radicibus vulsæ connexis late longeque trabibus affixæ sunt: terra deinde superjecta, totusque Circus ad sylvæ consitus speciem, gratiam novi viroris obtulit.*

5 *Cervi palmati*) Quorum cornua palmam humanam redderent Cæs. lib. VI. cap. IIX. *Est bisons cervi figura, cujus e media fronte inter aures unum cornu existit excelsum, cujus e summo ramo tamquam palmi* (lego *palmæ*) & palmas, manus intelligo. ἐλαφοὶ κεράσται Schol. Apoll. lib. IV. sunt; palma manus vero appellata a ramis palmarum, quibus est similis. Moschopulus, Proclus, & Tzetza ad Hesiod. non dissimile adnotant.

1 *Struthiones Mauri miniati* CCC. *Onagri* XXX. *Apri* CL. *Ibices* CC. *Damæ* CC. *Hæc autem omnia populo rapienda concessit die muneris, quod sextum edebat.*

Gordiani Junioris venationes. Apparatus Gordiani junioris.

Julius Capitolinus in vita Gordiani junioris. *Fuerunt* (inquit) *sub Gordiano Romæ Elephanti* XXXII. *quorum Gordianus* XXII. *miserat, Alexander* X. *Alces* X. *Tigres* X. *Leones mansueti* LX. *Leopardi mansueti* XXX. *Belbi, id est,* 2 *Hyænæ* X. *alias* L. *gladiatorum fiscalium paria mille, Hippopotamus, & Rhinocerounus, Archoleontes* X. *Camelopardali* X. 3 *Onagri* XX. *equi feri* XL. *& cætera ejusmodi animalia innumera, & diversa, quæ omnia* 4 *Philippus Ludis sæcularibus, vel dedit, vel occidit.*

Aur. Philippi venationes Ludis sæcularibus.

Has autem omnes feras mansuetas, & præterea efferas parabat ad triumphum Persicum, sed votum publicum nihil valuit: nam omnia hæc Philippus exhibuit sæcularibus Ludis, & muneribus atque Circensibus, cum millesimum ab Urbe condita annum in consulatu suo, & filii sui celebravit.

Gallieni venationes.

Trebellius Pollio in *Gallieno*: *Interfectis sane militibus apud Byzantium, Gallienus quasi magnum aliquid gessisset, Romam cursu rapido convolavit, convocatisque Patribus, Decennalia celebravit novo genere Ludorum, nova specie pomparum, exquisito genere voluptatum.* Et paulo post: *Quum taurum ingentem in harenam misisset exissetque ad eum feriendum venator, neque productum decies potuisset occidere, coronam venatori Gallienus misit, mussitantibusque cunctis, quid rei esset, quod homo ineptissimus coronaretur, ille per Curionem dici jussit. Taurum toties non ferire difficile est.*

Fl. Vopiscus in *Aureliano*: *Princeps igitur totius orbis Aurelianus pacatis per Occidentem Gallis, atque undique circumactis terris Romam iter flexit, ut de Zenobia, & Tetrico, hoc est, de Oriente, & Occidente triumphum Romanis oculis exhiberet. Non abre est cognoscere, qui fuerit Aureliani Triumphus, fuit enim speciosissimus. Currus Regii tres fuerunt, in his unus Odenati, argento, auro & gemmis operosus, atque distinctus. Alter, quem Rex Persarum Aureliano dono dedit, ipse quoque pari opere fabricatus. Tertius, quem sibi Zenobia composuerat, sperans se Urbem Romam cum eo visuram, quod illam non fefellit, nam cum eo Urbem ingressa est victa, & triumphata. Fuit alius currus quatuor cervis ductus, qui fuisse dicitur Regis Gotthorum, quo ut multi memoriæ tradiderunt; Aurelianus Capitolium invectus est, ut illic cæderet cervos, quos cum eodem curru captos vovisse Jovi Opt. Max. ferebatur. Præcesserunt Eleph.* XX. *mansuetæ feræ Libycæ, Palæstinæ diversæ* CC. *quas statim Aurelianus privatis donavit, ne fiscum annonis gravaret, Tigrides* IV. *Camelopardali, Alces, cætera talia per ordinem ducta, gladiatorum paria octingenta, præter captivos gentium Barbararum.*

Feræ Aureliani Imp.

Sequentibus diebus datæ sunt populo voluptates Ludorum Scenicorum, Ludorum Circensium, Venationum, Gladiatorum, Naumachiæ.

Probi venatio magna.

Idem in vita Probi Imp. *Venationem in Circo amplissimam dedit, ita ut populus cuncta diriperet. Genus spectaculi fuit tale. Arbores validæ per milites radicitus vulsæ connexis late longeque trabibus affixæ sunt, terra deinde superjecta, totusque Circus ad silvæ consitus speciem, gratiam novi viroris obtulit. Immissi deinde per omnes aditus struthiones mille, mille Cervi, mille Apri, mille Damæ, mille Ibices, oves feræ, & cætera herbatica animalia, quanta vel ali potuerunt, vel inveniri. Immissi deinde populares* 5 *rapuit unusquisque quod voluit. Addidit alia die in Amphitheatro una missione centum jubatos Leones, qui rugitibus suis tonitrua excitabant, qui omnes contificiis interempti sunt, non magnum præbentes spectaculum cum occi-*

Animalia venatione edita.

Alia venatio Probi in Amphitheatro.

1 *Struthiones Mauri miniati*) In *vita Gordianorum* Capitol. *Struthiocameli, mauri miniati, exhibiti munere circensi.* Ad pompas feras ornabant veteres. Tauri cretabantur.

—— duc in Capitolia magnum,
Cretatumque bovem.

Juven. sat. x. Inaurabantur cornua eorum: *ad Messal.* Tib. Colorabantur minio aves ad spectaculum: Varro *de re rust.* l. III. *Sed Africanæ* (Gallinæ) *aspectu, ac facie in conto miniatæ in ornatibus publicis solent poni cum psittacis, & merulis, item aliis id genus rebus inusitatis.* Fortasse hoc factum in Struthionibus etiam; nisi colorem nativum minii hisce avibus appinxeris: Tu selige.

2 *Hyænæ*) Hyænam describit Solin. cap. XXX. *hyænam quoque mittit Africa, cui non spina riget collum, continua unitate flecti nequit, nisi toto corpore circumacto.* De hac Herodotus, Ælianus, Phile cap. XLIII. Plin.

3 *Onagri*) Sylvestres Aselli. Solin. cap. XXX. Niceph. Call. lib. IX. Appian. lib. III. Phile cap. XXXV. *Rei rust.* Varro lib. II cap. VI. *ad seminationem magis idoneus, quod e fero fit mansuetus facile, & e mansueto ferus nunquam.*

4 *Philippus*) De hoc Cassiodorus in *Chronico*: *Æmiliano, & Aquilino Coss. millesimus annus Romæ expletus est, ob quam solemnitatem innumerabiles Philippus cum filio suo bestias in Circo magno interfecit;* in die Natalis Romæ ludi sæculares facti, quos ode II. *Quirinal.* scribit Metellus; & in Natalis Imperii Spart. in *Adrian. Natalem imperii statuit celebrandum.* Capitol. in *Pertin. Circenses, & imperii Natales additi.* Sed a Severo sublatus mos est.

5 *Rapuit unusquisque*) Non tessera, sed ad libitum unuscujusque: nam etiam ad tesseram dividebantur feræ, & donabantur ab editoribus Principibus. Martialis l. IIX. epigr. LXXVIII.

Nunc veniunt subitis lasciva numismata nimbis,
Nunc dat spectatas tessera larga feras.

erant vero tesseræ symbola, in quibus adnotatum aliquid erat concedendum ei, qui tesseram acquisivisset; hæ, vel quadratæ, vel oblongæ, vel sphæricæ olim ut in theatris rotundæ; globulus quippe ligneus erat pertusus, in cujus foramine notula erat rei, quæ tribueretur, tesseram arripienti: dejiciebantur siquidem ab alto; de Tito Dio; σφαιρία γὰρ ξύλινα μικρὰ ἄνωθεν ἐς τὸ θέατρον ἐρρίπτει σύμβολον ἔχοντα. habebant vero notulas cibi alicujus, vestis, vasis argentei, aut quid similis; τὸ μὲν ἐδωδίμου τινος, τὸ δ' ἐσθῆτος, τὸ δ' ἀργυροῦ σκεύους, &c. sic etiam sphærulis istis multa spectatoribus obtulit Domitianus; τοῖς θεωμένοις συχνὰ διὰ τῶν σφαιρίων ἐδίδου. sic etiam Adrianus, sic quoque antea Nero fecit. At hic de rapinis, & venatione ferarum ludicra loquitur Vopiscus, quæ fiebat, cum im-

debantur. Neque enim erat bestiarum impetus ille, qui esse e caveis egredientibus solet. Occisi sunt praeterea multi, qui diripere volebant, sagittis: sed ibidem immissi centum Leopardi Libyci, centum deinde Siriaci, centum Leaenae, & Ursi simul trecenti, quarum omnium Numerus ferarum.

A *ferarum magnum magis constat spectaculum fuisse quam gratum. Edita praeterea gladiatorum paria* CCC. *Blemys, plerisque pugnantibus, qui per triumphum erant ducti, plerisque Germanis, & Sarmatis, nonnullis etiam latronibus Isauris.*

---

missis in sylva arenaria feris, occupantibus tradebantur, nullo venatorum periculo. Varro *Rei rust.* lib. III. cap. XIII. *Quintus Orphea vocari jussit, qui cum eo venisset cum stola, & cythara, & cantare esset jussus, buccinam inflavit, ubi tanta circumflexit nos cervorum, aprorum, & caeterorum quadrupedum multitudo, ut non minus formosum mihi visum sit spectaculum, quam in Circo maximo Aedilium, sine Africanis bestiis cum fiunt venationes.* Haec species venationis πάγκαρπος dicebatur Graecis, ut superius nobis probatum est. Describit D. August. *adversus Secundinum*; venationum siquidem duo genera: noxiarum ferarum cum gladiatoribus, sive bestiariis in amphitheatro; hoc rapinarum innoxiarum in Circo primum genus Saturno sacrum facit. Lact. lib. VI. cap. XX. quamvis, quoniam sanguine decernebatur, Martem coli in arenis dixerit Salvian. lib. VI. Saturno vero dicabantur venationes sanguinariae, quod ille Deus Romanis antiquissimus est habitus. Tertull. *Apol.* cap. XI. Prudent. *adversus Symm.* quamquis hic ibidem sibi constare non videatur, nam Diti sacram hanc facit venationem:

Despice terrifici scelerata sacraria Ditis,
Cui cadit infausta fusus gladiator arena.

sed Ditem, & Saturnum, quoniam mortibus gaudent, non distinguit; sed certe Diti erat sacrum Amphitheatrum, Marti vero, Dianae, & Saturno, ob artes, dicebatur dicatum. Velle hoc videtur *de Spect.* Tertull. *Pluribus, & asperioribus numinibus amphitheatrum consecratur; ac ut de artibus concludam, Martem, & Dianam utriusque Ludi praesides novimus.* At nostrum est hic de rapinis dicere, quae in Circo fierent; exhibebant, ut ostendi, animalia cicuris naturae, & domesticae. Domitianus nam ibi mansuetariorum maxime apparebat ingenium, lepores dabat inter canes, qui a canibus sollicitati in ore leonis se munibant, atque recondebant. Martialis lib. I. epigr. XLIX.

Tutior in tanta non est, cum currit, arena:
Nec caveae tanta clauditur ille fide.
Si vitare canum morsus, lepus improbe, quaeris;
Ad quae confugias, ora leonis habes.

Et de leone mansueto Statius:

Suetus & a capta jam sponte recedere praeda,
Insertasque manus laxo dimittere morsu.

Et Martialis item lib. I. epigr. LXI.

Inter ampla licet torvi lepus ora leonis,
Esse tamen vacuo se leo dente putat.

Et epigr. CV. ejusdem lib.

Haec transit tamen, ut minora, quisque
Venatus humiles videt Leonum,
Quos velox leporum timor fatigat:
Dimittunt, repetunt, amantque captos.
Et securior est in ope praeda,
Laxos cui dare, perviosque rictus
Gaudent, & timidos tenere dentes,
Mollem frangere dum pudet rapinam:
Stratis cum modo venerit juvencis.
Haec clementia non paratur arte:
Sed norunt cui serviant leones.

Ita & Canes docebantur feras persequi, tenere, non laedere. Idem poeta lib. IV. epigr. LXXIII.

Aspicis imbelles tentent quam fortia damae
Praelia, tam timidis quanta sit ira feris;
In mortem parvis concurrere frontibus audent:
Vis, Caesar, damis parcere? mitte canes.

Leones mansuefaciebant, asperabant damas. Mart. lib. eod. ep. XXXIV.

Frontibus adversis molles concurrere damas
Vidimus.

De leone bracteato, torquibus, monilibusque jubam consperso, Senec. facit epist. XLI. De spectaculo ferarum mansuetarum Martialis est epigr. CV. lib. I.

Picto, quod juga delicata collo
Pardus sustinet, improbaeque Tigres
Indulgent patientiam flagello:
Mardent aurea quod lupata cervi,
Quod fraenis Libyci domantur Ursi;
Et quantum Calydon tulisse fertur,
Paret purpureis aper capistris;
Turpes esseda quod trahunt bisontes;
Et molles dare jussa quod choreas
Nigro bellua nil negat ministro.
Quis spectacula non putet Deorum?

Carini venatio. Ludi Romani magnificentissimi.

Idem Fl. Vopiscus in *vita Carini Imp.* c. XIX. & XX. *Memorabile maxime, & Carini, & Numeriani hoc habuit Imperium, quod Ludos Romanos* [1] *novis ornatos spectaculis dederunt, quos in palatio circa porticum stabuli* [2] *pictos vidimus; nam &* [3] *Neurobatem, qui velut* A *ventis cothurnatus ferretur exhibuit &* [4] *Tichobatem, qui per parietem urso cluso cucurrit, &* [5] *ursos in Circum agentes, & item centum* [6] *Salpistas uno strepitu concinentes, & centum* [7] *Camptaulas,* [8] *Choraulas centum, etiam* [9] *Pithaulas* C. *Pantomimos & Gymnicos mille.*

---

1 *Novis ornatos*) Hæ laudes edentium, ut nova ederent. Symm. lib. IX. *Ut novo cultu Romana splendescat editio*. Plin lib. IX. ep. VI. *Circenses erant, quo genere spectaculi nec levissime quidem teneor, nihil novi varium.*

2 *Pictos vidimus*) Pingebant ita, quæ egregia putabant. De Maximino Patre Herodianus lib. VII. & in *eodem* Capitol. *Jussit præterea tabulas pingi, ita ut erat bellum ipsum gestum*; sed antiquissimus hic mos; prætereo bellum Trojanum pictum a Virgilio designari apud Didonem; in *Pelopida* testis est Plutarchus. Ἀνδροκύδης ὁ Κυζικηνὸς ἐκλαβὼν παρὰ τ̃ πόλεος πίνακα γράψαι μάχης. de equestri certamine loquitur. Imo etiam ipsi ludi: idem in *Themist.* ἐνίκησε δὲ καὶ χορηγῶν τραγῳδοὺς μεγάλην ἤδη τότε σπουδὴν. καὶ φιλοτιμίαν τοῦ ἀγῶνος ἔχοντος, καὶ πίνακα τ̃ νίκης ἀνέθηκε. Plinius quoque lib. XXXV. cap. VII. ad rem ipsam nostram; *pingi autem gladiatoria, atque in publico exponi cœpta a Q. Terentio Lucano; is avo suo, a quo adoptatus fuerat, triginta paria in foro per triduum dedit, tabulamque pictam in Nemore Dianæ p suit.* Davus Horatii sat. VII. lib. II.

—— contento poplite miror
Prælia rubrica picta, aut carbone, velut si
Re vera pugnent, feriant, vitentque moventes
Arma viri.

sed pugnæ, ut hic maxime gladiatoriæ pingebantur. Plinius iterum cit. lib. *cum daturus esset Statii munus gladiatorium, publicas porticus investivit pictura, ut constat gladiatorum, membrorumque omnium veris imagunculis redditis* Chil. etiam lib. primo Tzerzes ait, Xerxem in bello illo, quod circa Salamina habuit, habuisse secum præalto loco, unde naumachiam spectabant, pictores, qui illam delinearent.

3 *Neurobatem*) Qui fidicula, nervia laberetur, non pedibus fidiculæ innixis, sed ipsa inter crura ita posita, ut impetu in præceps ex alto volaret; nam aliter quomodo ferri ventis cothurnatus posset? νευροβάται ii sunt, qui non ut schœnobatæ fune, sed nervia, & fidicula utuntur, & volabant; *ventis ferri, est volare.*

4 *Tichobatem*) Qui per murorum crepidines, & fornices ambularet; & per fornices theatri ambulavisse elephantem testis est Suetonius, neque aliter fuit appellandus, quam *tichobates*; Dio de eadem re lib. XLVIII. καὶ ἐλέφας ἀνηνέχθη ἐς τὴν ἀνωτάτην τοῦ θεάτρου ἀψῖδα. *Elephas in theatri crepedinem evasit.*

5 *Ursos in Circum agentes*) Togatos nempe. *Agere* est causas dicere, *Actor*, causidicus. Martialis.

Causas agis Attale belle.

vestitos ursos Romano habitu, id sæpe in deliciis; sic & simias vestiunt nunc, ut quoque olim. *in Eutropium* Claud.

Humani qualis simulator simius oris.
Quem puer arridens pretioso stamine serum
Velavit, nudasque nates, & terga reliquit,
Ludibrium mensis erecto pectore dives
Ambulat, & claro se se deformat amictu.

De Urso pila ludente ex quodam lapide ita habetur.

Ursus togatus vitrea qui primus pila
Lusi decenter cum meis lusoribus
Laudante populo maximis clamoribus
Thermis Trajani, thermis Agrippæ, & Titi.

ubi pila vitrea est crocei coloris: ὑαλινὸς enim *giallo* Italis, vitreus, & croceus color. Res pene similis apud Apul. *Asini* lib. XII. *Vidi ursam mansuem, quæ cultu matronali sella vehebatur.* Locum fuisse Romæ ad Ursum pileatum, testis est Rufus in urbis regione v. Pompon. Lætus *Rom. Antiq. Juxta portam S. Laurentii ad dextram exeuntibus templum est sex millium martyrum, qui locus vocabatur antiquitus ad Ursum Pileatum.*

6 *Salpistas*) σαλπιγκτὴς *tibicen*, σάλπιγξ *tuba*; unde bene junguntur tibiæ directæ, & flexæ: nempe, quæ cornua a figura dicerentur. Ovid. de utrisque;

Non tuba directi, non æris cornua flexi.

inferius *centum camptaulas.*

7 *Camptaulas*) καμπταύλην inflexam tibiam, a κάμπτειν, quod *flectere* est Hesychio. Virgilius *Æneid.* XI.

Aut ubi curva choros induxit tibia Bacchi.

Ubi Servius. *Cornua tibiæ symphoniacorum Bacchi, ideo quia apud Veteres ludi theatrales non erant, nisi in honorem Liberi Patris.*

8 *Choraulas*) Qui ad chorum tibiis canunt: ita dicti omnes, qui igitur saltantibus pantomimis accinebant, *choraulæ.*

9 *Pithaulæ*) Ore admoto in dolium canebant, confusamque, sed quodam ordine delectabilem vocem eliciebant. Seneca tantum, quod sciam, meminit *nat. Quæst.* lib. VII. *Quomodo cum in dolio cantatur, vox illa per totum cum quadam discussione discurrit*; legerem, *distinctione discurrit.*

Pegma præterea, cujus flammis [1] *scena conflagravit, quam Diocletianus postea magnificentiorem reddidit. Mimos præterea undique advocavit. Exhibuit &* [2] *Ludum Sarmaticum, quo dulcius nihil est. Exhibuit* [3] *Cyclopem adornatum, & Græcis artificibus, & gymnicis, & histrionibus, & musicis, aurum, & argentum, donata & vestis serica. Sed hæc omnia nescio quantum ad populum gratiæ habeant, nullius certe sunt momenti apud principes bonos. Diocletiani denique dictum fertur, quum ei rationalis quidam suus editionem Cari laudaret, dicens multum placuisse principes illos caussa Ludorum Theatralium, Ludorumque Circensium. Ergo (inquit) bene usus est Imperio suo Carus.*

Diocletiani venationes. Idem ibid. de Diocletiano loquens scribit: *Quum omnibus gentibus advocatis Diocletianus daret Ludos, parcissime usus est liberalitate, dicens, castiores oportere esse Ludos spectante Censore.* Veteres Romani miram in capiendis bestiis pro muneribus exhibendis diligentiam adhibebant. M. Cœlius Ædilis curulis Ciceroni Proconsulatum Ciliciæ gerenti negotium dedit capiendi Pantheras, quum ait: *Fere litteris omnibus tibi de Pantheris scripsi. Turpe tibi erit Patiscum Curioni decem Pantheras misisse, te non multis partibus plures: quas ipsas Curio mihi, & alias Africanas decem donavit, ne putes illum tantum prædia rustica dare scire. Tu si modo memoria teneres, & Cybiratas arcessieris, itemque in Pamphiliam litteras miseris (nam ibi plures capi ajunt) quod voles efficies. Hoc vehementius laboro nunc, quod seorsum a collega puto mihi omnia paranda. Amabo te, impera tibi hoc curæ: Soles libenter, ut ego, majorem partem nihil curare. In hoc negocio nulla tua, nisi loquendi, cura est, hoc est, imperandi, & mandandi, nam simulatque erunt captæ, qui alant eas & deportent, habes eos quos ad Sittianam syngrapham misi:* &c. Cui Cicero in *Epist. famil.* lib. II. ep. XI. ita respondet: *De Pantheris per eos qui venari solent agitur mandato meo diligenter, sed mira paucitas est, & eas quæ sunt, valde ajunt queri, quod nihil cuiquam insidiarum in mea provincia nisi sibi fiat. Itaque constituisse dicuntur in Cariam ex nostra provincia decedere. Sed tamen sedulo fit, & in primis a Patisco.*

De Circensibus, & venationibus sub Theodosio. Symmachus Præfectus in Epistola ad Imperatores Theodosium seniorem, & Arcadium filios Augustos. *Ergo quum expectari munera Principum soleant, nunc accita venerunt. Prætereo illam diem, qua Elephantos Regios per conferta agmina equorum nobilium pompa præcessit. Malo fremitum Marciæ Vallis exponere, atque illam quadrigarum distributionem, in qua sibi quum fortunatior videretur, cui electionem mox urna tribuebat, par, vel potior erat, quem sors fecisset extremum.*

Leges de venationibus. De venatione ferarum extant titulo XI. l. XV. Codicis Theodosiani Rescripta duo, quorum exempla ejusmodi sunt.

Impp. Honorius, & Theodosius junior Augg. Mauriano
Comiti domesticorum, & vices agenti Magistri militum.

Occidendorum Leonum cunctis fecimus potestatem, neque aliquando sinimus quemquam calumniam formidare, quum & salus nostrorum provincialium voluptatibus nostris necessario præponatur, & hæc ipsa propria voluptatis intercludi minime videantur, quemadmodum occidendi feras, [4] *non venandi, venundandique licentiam dederimus. occidendi igitur memoratas feras, & ducibus, & officiis eorum conventis, cunctis licentia tribuatur. Datum* XIII. *Kal. Junii Constantio, & Constante* VV. CC. *Conss.*

---

1 *Scena conflagr.)* Panegr. *in Conf. Manilii* Claud.

Inque chori speciem spargentes ardua flammas
Scena rotet, varios effingat Mulciber Orbes
Per tabulas impune vagus pictasque citato
Ludant igne trabes, & non permissa morari
Fida per innocuas errent incendia turres.

2 *Ludum Sarmaticum)* De eo lusu certe Claudianus *in Eutrop.*

——— *sin Hunnus feriat, sin Sarmata portas*
Solliciti scenis Romam contemnere sueti,
Mirarique suas, quas Bosphorus obruit ædes,
Saltandi dociles, aurigandique periti.

hic ludus ita in equitandi speciosa arte continebatur. Erat & ludus Persicus, de quo in *Sever.* Lampr. *Quirites vicimus Persas, milites divites reduximus, pollicemur cras ludos Persicos*; in septis, puto, & in hortis, aut vivariis feras impetebant; quod fecisse reges Persarum scribitur, nostrique Principes aliqui. Marcell. de Gratiano lib. XXVI. *Gratianus intra septa, quæ appellantur vivaria, conficiebat belluas*: vide Strab. de Mithridate. Phil. lib. I. in *vita Apoll.* Diod. Sicul. lib. XIII.

3 *Cyclopem adornatum)* Lusus hic notus ex illo Horatii de sarmento, & osco Sat. v. lib. I.

Campanum in morbum, in faciem permulta jocatus
Pastorem saltaret, uti cyclopa rogabat:
Nil illi larva, aut tragicis opus esse cothurnis.

Erat si quidem procerus, in *Gallienis* cap. VIII. Treb. Pollio. *Cyclopea luserunt omnes apinarii.* Choreæ quædam species erat, qua cyclopem imitabantur cœcum, puto, & salientem: similis etiam gruis chorea dicebatur. Meminit hujus Plut. in *Theseo*. hanc pueri nunc pro Grue gallum vocitant. ἀσκωλιάζειν quoque dicebant id Græci. Pollux lib. IX. Solin. Cyclopes lusum tetigit his verbis: *Nam cum nuptias ageret, acciti tibicines, carmen cyclopeum, quasi e collusio, concinuisse traduntur.*

4 *Non venandi)* Non igitur venatores absque Cæsarum licentia, & honore. Capitol. in cap. IV. *Plerique*, inquit, *gladiatoriam pugnam eum exhibuisse dixerunt, & accepta rudi ad Africam isse venatorem primo, post etiam tabellionem fuisse.*

Idem Auguſti Monaxio Præf. Prætorio.

PRæſidialis officii Euphratenſis deploratione comperimus, eos qui tranſductioni ferarum a Duciano officio deputantur, pro ſeptem vel octo diebus, contra legationum formam, tres vel quattuor Menſes in Hierapolitana Urbe reſidentes 1 poſt expenſas tanti oneris etiam caveas exigere, quas nulla præberi conſuetudo permittit. Ideoque præcipimus beſtias quæ ad Comitatum ab omnibus limitum Ducibus tranſmittuntur, non plus quam ſeptem diebus intra ſingulas Civitates retineri, ſcientibus ducibus, & eorum officiis. Si quid contra hæc commiſſum fuerit quinas ſelibras auri fiſci juribus inlaturas. Datum v. *Kal. Octobris Conſtantinopoli D. N. Honorio Aug.* XI. *& Conſtantio* II. vv. cc. *Conſſ.*

Hoc vero caput in quo de venatione tractavi, memorabili admodum caſu, qui a Gellio l. v. c. XIV. refertur, finiam. *Appio Polyhiſtor. l. v. rerum Ægyptiacarum ſcripſit, neque audiſſe, neque legiſſe, ſed ipſum ſeſe in Urbe Roma vidiſſe oculis ſuis quæ dicam confirmat: In Circo Maximo (inquit) venationis ampliſſimæ pugna populo dabatur. Ejus rei (Romæ cum forte eſſem) ſpectator fui. Multæ ibi ſævientes feræ magnitudine beſtiarum excellentes, omniumque inuſitata aut forma erat, aut ferocia, ſed præter alia omnia, Leonum (inquit) immanitas admirationi fuit: præterque omneis cæteros, unius, qui corporis impetu, vaſtitudine, terrificoque fremitu, & ſonoro, toris, comiſque cervicum fluctuantibus, animos, oculoſque omnium in ſeſe converterat. Introductus erat inter complureis cæteros ad pugnam beſtiarum 3 Dacus ſervus viri Conſularis. Ei ſervo Androclus nomen fuit. Hunc ille Leo, ubi vidit procul, repente, inquit, quaſi admirans ſtetit, ac deinde ſenſim, atque placide, tamquam noſcitabundus ad hominem accedit. Tum caudam more, atque ritu adulantium canum clementer, & blande movet: hominiſque ſeſe corpori adjungit, cruraque ejus, & manus prope jam exanimati metu lingua leniter demulcet. Homo Androclus inter illa tam atrocis feræ blandimenta amiſſum animum recuperat: paulatimque oculos ad contuendum Leonem refert. Tum quaſi mutua recognitione factas: letos inquit, & gratulabundos videres hominem, & Leonem. Ea re prorſus tam admirabili maximos populi clamores excitatos dicit. Arceſſitumque a Cæſare Androclum, quæſitumque cauſam cur ille atrociſſimus Leonum uni pepercisset; ibi Androclus rem mirificam narrat, atque admirandam. Cum Provinciam, inquit, Africam Proconſulari imperio meus Dominus obtineret, ego ibi iniquis ejus, & 4 quotidianis verberibus ad fugam ſum coactus, & ut mihi a domino terræ illius præſide tutiores latebræ forent, in camporum, & arenarum ſolitudines conceſſi: ac, ſi defuiſſet cibus conſilium fuit mortem aliquo pacto quærere. Tum ſole, inquit, medio rapido, & flagrante, ſpecum quandam nactus remotam, latebroſamque, in eam 5 me penetro, & recondo, neque multo poſt ad eandem ſpecum venit hic Leo debili uno, & cruento pede, gemitus edens, & murmura, dolorem, cruciatumque vulneris commiſerantia. Atque illic primo quidem conſpectu advenientis Leonis territum ſibi, & pavefactum animum dixit. Sed poſtquam intro-*

1 *Poſt expenſas tanti oneris)* Sane obligatione quadam populi in portoriis ferarum fuerunt obſtricti; alendi ſcilicet interim feras, portorium non exigendi, quæ omnia hac lege ad normam rediguntur. Sym. lib. I. ep. VI. *Quæſtores ordinis noſtri nunquam ferarum ſuarum portorium contulerunt*. Ab aliis Urſorum negotiatoribus vectigal quinquageſimæ exigebatur. Vide ep. XLVI. l. IV. & ad l. VII. *ep.* IX. *famil.* Cœlium de modo transferendarum ferarum, & Sym. lib. I. ep. LVII. emebant feras Prætores, Conſules, Quæſtores ſolutione etiam partis fiſco applicita, quæ ipſis aliquando donabatur a Principibus, ut idem lib. II. ep. XLV. Non ita puto antiquiori ſæculo, cum venationem publicam, & liberam fuiſſe puto. Cœl. l. IIX. *epiſt. famil.* IX. *Nam ſimul atque erunt captæ, qui alant eas, & deportent, habes eos, quos ad Titianam ſyngrapham miſi.*

2 *In Circo Maximo)* De Malcho Monacho ſimilem fere hiſtoriam recitat D. Hieronymus: ſimilem quoque Seneca libro II. *de benef.* cap. IX. ponit: niſi quod in amphitheatro, non in Circo editum miraculum narrat, & ſe ſpectaviſſe, ut Appioni quoque aſſerebat, *Leonem in Amphitheatro ſpectavimus, qui unum e beſtiariis agnitum, cum quondam magiſter ejus fuiſſet, protexit ab impetu beſtiarum*. Habet & Ælianus lib. VII. cap. ult. & immiſſam Androcli, ſic eum vocat, Pardalim refert, quod magus crederetur, qua a Leone occiſa, tunc eſt protectus Androcles. Ἐπεὶ δὲ ἐδόκει γόης, ἀφείθη οἱ καὶ πάρδαλις. ὁρμώσης δὲ αὐτῆς ἐπὶ τὸν Ἀνδροκλέα ὁ λέων ἀμύνων τῷ ποτε ἰασαμένῳ διασπᾷ τὴν πάρδαλιν. rem ſubtangit quoque Solinus cap. XXX. *innumeris denique exemplis patet eos peperciſſe, cum multi captivorum aliquot Leonibus obviis intacti repatriaverunt.*

3 *Dacus)* Si Dacus dicebatur, cur Androclis nomen additur? liberi nomen deponebant proprium, & in ſervitute novum capiebant. *Androcles* nomen Græcum eſt, atque ideo Dacus illi reſpondet, quod nomen Athenienſium ſervis fuiſſe frequens legitur, nam ex Scytharum populis Daci, & ſervi, ergo a patria, ut Getæ, a Getis dicti ſunt. Davi nomen ſervi apud Terentium eſt in *Andria*, & *Phorm.* Androclus hic tamen Androcles eſt apud Ælianum; nomen vero immutari ſolitum ſervis vel ex illo Tranqu. in *Dom.* cap. X. percipitur. *Quod ſervis nomina Magonis, aut Annibalis indidiſſet.* Theoc. Schol. Idyl. IV. Λάκων ὄνομα κύριον· εἰώθασι δὲ οἱ παλαιοὶ τοῖς δούλοις ὀνόματα τιθέναι ἀπὸ τῶν ἐθνῶν Σύρον, Καρίωνα, οὕτω καὶ τὸν Λάκωνα.

4 *Quotidianis verberibus)* Ante leges datas a D. Pio, ac Adriano contra immites dominos, nam per hos Principes cautum dominis, ne ſævirent in ſervos ultra lora. D. Pius l. I. *ad fin.* & l. II. ff. *de iis qui ſui vel alien. jur.* §. *Sed hoc tempore* & ſeq. Inſtit. eodem titul. Vide Macrobium *Saturn.* lib. I. cap. II. Dionyſ. Halicar. lib. III. & VII. Liv. XII. ſic & legibus Moſaicis non licet in ſervos ſævire *Exod.* XXI. *Deut.* XV. Plat. *de Leg.* D. etiam Adrianus id cavit in d. l. II. §. *ubi*, tit. eodem, quod & repetit l. I. C. *de emer. ſer.* atque in *ejus Principis vita* notat Spartianus: *Servum per dominum occidi vetuit, eoſque juſſit damnari per judices, ſi digni eſſent: Lenoni, & Laniſtæ ſervum, vel ancillam vendi vetuit, cauſa non præſtita.*

5 *Me penetro)* Me intus do. Differt a Feſto, qui inquit, *penetrare, penitus intrare.*

gressus, inquit, Leo, uti re ipsa apparuit, in habitaculum illud suum, vidit me procul dilitescentem, mitis, & mansuetus accessit: & sublatum pedem ostendere mihi, & porrigere, quasi opis petendæ gratia visus est. Ibi, inquit, ego stirpem ingentem vestigio pedis ejus hærentem revulsi, conceptamque saniem vulnere intimo expressi: accuratiusque, sine magna jam formidine, siccavi penitus, atque detersi cruorem. Ille tunc mea opera, & medela levatus, pede in manibus meis posito recubuit, & requievit. Atque ex eo die triennium totum ego & Leo in eadem specu eodemque victu viximus. Nam quas venabatur feras membra opimiora ad specum mihi suggerebat: quæ ego, ignis copiam non habens, [1] *sole meridiano torrens edebam. Sed ubi me, inquit, vitæ illius ferinæ jam pertæsum est: leone in venatum profecto, reliqui specum: & viam ferme tridui permensus* [2] *a militibus visus, apprehensusque sum, & ad dominum ex Africa Romam deductus. Is me statim* [3] *rei capitalis damnandum, dandumque ad bestias curavit. Intelligo autem, inquit, hunc quoque Leonem, me tunc separato, captum, gratiam nunc mihi beneficii & medicinæ referre. Eaque omnia* [4] *circumlataque tabella populo declarat. Atque ideo* [5] *cunctis petentibus dimissum Androclum, & pœna solutum, Leonemque ei*

---

1 *Sole meridiano*) Continuus usus Libyæ populis ita coquendi carnes. Varro περὶ αἱρέσεων: *neque in pulvere Libyco, non mythico coquam carnes, quibus satullem corpus, & famem ventris*: *mythico* ibi non intelligo, nisi legamus, *nec Scythice*. Mos enim coquendi carnes apud Scythas, eas inter stragulum, & equum assiduo equitatu macerando, de ichthyophagis Strabo lib. XVI. καταπτῶς πρὸς τὸ ἥλιον, quod ἡλιάζειν proprie dicitur *insolare*, ἡλιάζοντες σιτῶν). De rhizophagis idem, μάζας ἡλιάζοντας στνεῖσθαι.

2 *A Militibus visus*) Curiosos intelligit; de his Tac. *Ann.* lib. XV. C. Theod. *De mun. mag. offic.* Suidas in *Vita Chrysost.* ἑλκόμενος ὑπὸ τοῦ κυριώση τῆς πόλεως ἐν μέσῃ τῇ πόλει. hi ignotos, aut vagos sistebant, interrogabant. Apul. *Non equidem curiosus sum, seu qui velit scire cuncta.* Deferebant comperta Principibus, unde & *curagendarii* dicti, l. p. C. Theod. *de Curiosis*, qui crimina judicibus nunciare, & probare dicuntur. Præerant etiam cursibus, viasque frequentabant, & pervigili diligentia curabant, ne quis citra auctoritatem moveret cursum publicum, vel amplius postularet, quam concederet evectio, & diploma, ut videre est l. III. eodem. Firmicus lib. III. *Erunt enim aut publicani, aut vectigalearii, aut Curiosi*; olim ut nunc *le poste* dicuntur, positiones nempe, at positæ stationes loca erant, in quibus cisia duabus rotis apta, & vehicula fiscus alebat, ad negotia Principum peragenda, ac reip. quæ impetrato diplomate euntibus officiariis permittebantur. Spart. in *Adriano*: *Instituit cursum fiscalem, ne magistratus hoc onere gravarentur*. Erat vero, quem nunc dicimus *Maestro delle Poste*, Præfectus prætorio, a quo diplomata accipiebantur, l. IX. *de curs. publ.* Cassiod. lib. V. ep. V. eoque diplomata intrabant, & deferebantur. Sidon. *Paneg. Aviti*:

—— referens diplomati Avitum
Jam Geticas intrare domos.

hæc diplomata a curiosis recognoscebantur, qui sub se subadjuvas, & symbulographos ob id habebant, hi cum Androclum vidissent, ac servum fugitivum, ex epigram. fortasse frontis, esse cognovissent, ad dominum revertere coegerunt; ut illud designat Juven.

—— fugitivum dicere piscem
Cæsaris, atque ideo ad dominum debere reverti.

Servus si quidem, & fugitivus, in potestate adhuc domini spe postliminii & recuperationis manebat. Apul. l. V. *legibus, quæ servos alienos profugos invitis dominis vitam suscipi, prohibeor.*

3 *Rei capitalis dam.*) Optime curavit, nam non sine judicis auctoritate hæc facultas Dominis l. *circumcidere*. §. I. ff. *ad l. Cor. de sic.* Pro servo sine judice ad bestias, non solum, qui vendidit pœnæ, verum & qui comparavit, tenebitur: quod a DD. FF. etiam rescriptum l. *Domini* D. *de contrab. empt.* Datos vero servos transfugas ludis reperies sæpe: in *Macrino* Cap. *Servos qui a Dominis fugissent repertos, ad gladium ludis deputabat*. Plut. in χερσαίοις l. VII. c. XXXXIIX. Ælianus, & Agellius hic; data hæc pœna transfugis a Scipione Africano ante omnes. Val. Max. l. II. c. II. Flor. in *epit.* l. LI *Scipio exemplo patris ejus Æmilii Pauli transfugas, & fugitivos bestiis objecit.*

4 *Circumlataque tabella*) Mos omnibus intellectus, circumferendi tabellas ab iis, qui ab aliquo periculo evasissent; ita naufragi: Martialis lib. XII. epigr. LVII.

Nec fasciato naufragus loquax trunco.

fasciato non ne operto, ac nimbis diruentibus depicto? Juvenalis sat. XIV.

Nil color hic cœli, nil fascia nigra minatur.

Atque illud de naufrago.

—— mersa rate naufragus assem
Dum rogat, & picta se tempestate tuetur.

Apud Apulejum lib. VI. habemus; *visetur* (pictam tabellam indicat) *& in Fabulis audietur, doctorumque stylis perpetuabitur historia; asino vectore virgo regia fugiens captivitatem*; quid si apud Martial. legatur.

Non asciato naufragus loquax trunco.

5 *Cunctis peten*) Populi hæc vis liberandi damnatos, aut damnandi in ludis. Lactan. l. VI. cap XV. *hos tamen ludos vocant, in quibus humanus sanguis effunditur; an possunt pii, ac justi homines esse, qui constitutos sub ictu mortis misericordiam deprecantes non tantum patiuntur occidi, sed flagitant, feruntque ad mortem crudelia, & inhumana suffragia; nec vulneribus satiati, nec cruore contenti etiam percussos, jacentesque repeti jubent, & cadavera dissipari?* De suffragiis per digitum a populo exhibitis vide *Miscell.* Politian. ad illud Juven.

—— nunc versu pollice vulgi
Occidunt homines populariter.

De exoratione gladiatorum ad populum Horat. βοὴ & εὐφημία in reorum & bestiariorum favorem tangitur ab Euseb. l. IIX. *hist. Eccles.* & Ælianus hoc loco. ὁ δῆμος καθόντες ἐκβοῶσι


THEATRI CVM VENATIONE
FIGVRA.

suffragiis populi donatum. Postea, inquit, videbamus Androclum, & leonem loro [1] *tenui revinctum urbe tota circum tabernas ire, donari ære Androclum & floribus spargi Leonem, omnesque fere ubique obvios dicere: Hic est Leo hospes hominis, Hic est homo medicus Leonis.*

CAP. IV.

De Venatoribus.

Venatores bestiarii.

2 VENATORES vero, & qui bestias feras in Circo, vel alibi conficere aut damnati, aut sponte solebant, *bestiarii* vocabantur. De quibus Cicero *in Vatinium: Quod in concione dixisti, Milonem gladiatoribus & bestiariis obsedisse Rempublicam.* Tranquillus in *Claudio* cap. XXXIV. *Bestiariis meridianisque adeo delectabatur, ut a prima luce ad spectaculum descenderet, & meridie, dimisso ad prandium populo, persederet, præterque destinatos, etiam levi subitaque de caussa, quosdam committeret.* Meridiani erant hi, qui meridie feras conficiebant. Item Seneca Epistola ad Lucilium LXX. *Nuper in Ludo bestiariorum, unus ex Germanis, quum ad matutina spectacula præpararetur, secessit ad exonerandum corpus.* Et l. II. *de Beneficiis* c. XIX. *Leonem in amphitheatro spectavimus, qui unum e bestiariis agnitum, quod quondam ejus fuisset magister, protexit ab impetu bestiarum.* Tertullianus in *Apologetico* cap. XLII. *non in publico Liberalibus discumbo, quod bestiariis suprema cœnantibus mos est.* Iis autem qui bestias conficiebant, inter reliqua præmia donabatur etiam corona, & aurum. Quare Trebellius Pollio scribit, Gallienum coronam per ludibrium misisse venatori ei, qui taurum ingentem in harenam missum, & decies productum nunquam occidere poterat, hoc elogio ignaviam ejus exprobrans, taurum toties non ferire difficile est. Juvenalis Satyra IV. de venatore egregio:

Profuit ergo nihil misero, quod cominus ursos
Figebat Numidas Albana nudus arena
Venator.

CAP. V.

De Venationis modo.

QUOMODO autem contra bestias decertaretur, solus quod sciam Cassiodorus *Variarum* lib. V. in Epist. Theodorici Regis ad Maximum accurate exponit, his verbis: *Primus* 3 *fragili ligno confisus currit ad ora belluarum, & illud, quod cupit evadere, magno impetu videtur appetere. Pari in se cursu festinat, & Prædator, & præda; nec aliter tutus esse potest, nisi huic, quem vitare cupit, occurrerit. Tunc in aere saltu corporis elevato, quasi vestes levissimæ, supinata membra jaciuntur, & quidam arcus corporeus supra belluam libratus, dum moras discedentis*

ἐλευθέρυς ἀφεῖναι, κ̀ τ̀ ἄνδρα, κ̀ τ̀ λέοντα. Christianos sæpissime a populo petitos ad necem habemus. Cyp. ep. LIV. *In quiete serviens disciplinæ, in tempestate proscriptus, toties ad Leonem petitus in Circo, in Amphitheatro,* Tertull. *de r surr. Popularium cœtu clamante, Christiani ad Leonem.*

1 *Tenui revinctum*) Sic pollicetur se tractaturam Asinum Virgo aufugiens apud Apul. l. VI. *Jam primum jubam istam tuam probe pectinatam meis virginalibus monilibus adornabo, frontem vero crispatam prius discriminabo, caudæque setas injuria lavacri congestas compta diligentia pectinabo.*

2 *Venatores*) Vocant hos Græci θηριομάχυς, ἐπιθανατίυς, παραβόλυς, tanquam παραβαλλομένυς, & objectitios. Artemidorus lib. II. cap. XIX. θηριομαχῶν, ἀπὸ τῶ ἰδίων σαρκῶν τὰ θηρία τρέφει. D. Paul. *ad Corinth.* I. cap. III. δοκῶ γὸ ὁ θεὸς ἡμᾶς τὺς Ἀποςόλυς ἐχάτυς ἀπέδειξεν ὡς ἐπιθανατίυς. Tertull. ideo *de Vindic.* videtur vocare bestiarios Apostolum secutus ὅτι θέατρον ἐγενήθημεν τῷ κόσμῳ, κ̀ ἀγγέλοις, κ̀ ἀνθρώποις adde quod ἀπέδειξεν *cedit* significat. ad quæ verba Pauli respexisse puto Ignatium cum protulit ep. XII. ἄφετε μὲ θηρίων εἶναι βρῶμα, δι' ὧν ἐςὶ θεῦ ἐπιτυχεῖν: σῖτος εἰμι τῦ θεῦ. Cic. *in Vatini.* appellat certatores istos Bestiarios. Socr. l. VII. ὁ δῆμος κατεβόα, δεινῷ θηρίῳ ἐῖα τ̀ παραβόλων μάχεσθαι, nempe e parabolis. Paraboli siquidem dicti etiam a Latinis sordidioris sæculi. Paul. Diac. *Populus cœpit clamare in amphitheatro, cum crudeli bestia artifex e parabolis pugnet.* Dicti & bestiarum venatores, confectores ferarum, contifices, veluti si dixeris ἀκοντίζοντες, dicti arenarii: deque his plerumque leges l. I. §. *qui artis* l. II. §. *ait Prætor.* D. *de iis, qui not. infam.* Infames isti; licet distinguunt. J. C. si telis feras petiverit in theatro ex alto loco, & veluti cum dignitate, quia voluptate animi factum videtur, non cadit infamia, ut Tiridates, Tiberius fecerunt, & Commodus. Martianus l. *repetendarum* D. *de Pœnis*; aut si quis jaculandi peritus ad urbem ostentandæ artis gratia missus sit, ut Seneca lib. *de Brev. Vitæ* habet. Secus de Bestiariis dicendum, nempe de addictis, qui infames perhibentur; quid enim turpius esse potest, quam se vendere ad mortem? & duo genera erant bestiariorum: eorum unum, qui damnabantur judicum arbitrio, alterum illorum, qui se pecuniæ aviditate vendebant: de utrisque Firmicus l IIX. c. XIII. *qui se ob alienæ gratiæ voluntate nundinati, sanguinis jactura ad mortis spectaculum vendant: Si vero Saturnus hic fuerit, in ludum sententia judicantis adducuntur.* Manilius:

Caput in mortem vendunt, & funus arenæ.

Interdum depugnabant gratis, tantum robur ostentandi gratia. Asin. Pollio ad Cic. *Qui eum ludum bis gratis depugnasset*: locabantur & ludi a lanistis, quibus auctorati erant, hoc est, quibus venditi erant; ita ut parere illis tenerentur. Petronius de hoc: *in verba Eumolpi sacramentum juravimus.* Juven. sat. XI.

Scripturus leges, & regia verba lanistæ.

3 *Fragili ligno.*) Prudentius opusculo ἁμαρτιγενείας hoc velle visus est:

Inde foras volucri temeraria corpora saltu
Transiliunt, mortisque inter discrimina ludunt.

idem Cassiod. *Actus detestabilis, certamen infelix, cum feris velle contendere, quas fortiores se non dubitat invenire; sola est ergo in fallendo præsumptio, unicum ex deceptione solatium, qui si feram non mereatur effugere, interea nec sepulturam poterit invenire, adhuc superstite homine perit corpus, & antequam cadaver efficiatur, truculenter absumitur: captus esca fit hosti suo*; frustrari bestias hi dicebantur. Tertull. in *Apolog. Quidam in frustrandis bestiis mercenarii*; injiciebant vestes in feras etiam. Luc.

di facit, ſub ipſo velocitas ferina diſcedit. Sic accidit, ut ille magis poſſit mitior videri, qui probatur illudi, alter angulis in quadrifaria Mundi diſtributione compoſitio, rotabili facilitate præſumens, non diſcedendo fugit, non ſe longius faciendo diſcedit, ſequitur inſequentem, poplitibus ſe reddens proximum, ut ora vitet Urſorum, ille in tenuem regulam venire ſuſpenſus invitat exitiabilem feram, & niſi periclitatus fuerit, nil unde vivere poſſit, acquirit; Alter ſe geſtabili muro cannarum contra ſæviſſimum animal 1 *ericii exemplo, receptatus includit, qui ſubito in tergus ſuum refugiens intra ſe collectus abſconditur, & cum nuſquam diſceſſerit, ejus corpuſculum non videtur. Nam ſicut ille veniente contrario, revolutus in ſphæram, naturalibus defenſatur aculeis, ſic iſte conſutili crate præcinctus munitior redditur fragilitate cannarum, alii tribus ut ita dixerim diſpoſitis oſteolis paratam in ſe rabiem provocare præſumunt, in patenti area cancelloſis ſe poſtibus occulentes modo facies, modo terga monſtrantes, ut mirum ſit evadere, quos ita reſpicis per Leonum ungues, denteſque volitare. Alter* 2 *labenti rota feris offertur. Sic hæc machina ad infidi mundi formata qualitatem, iſtos ſæpe refovet, illos timore diſcruciat, omnibus tamen viciſſim, ut decipere poſſit, arridet. Longum eſt per tot periculorum caſus ſermonibus evagari, ſed apte jungendum eſt, quod ait de inferis Mantuanus.* Quis ſcelerum comprehendere formas? quis omnia pœnarum percurrere nomina poſſit? *ſed vobis, quibus neceſſe eſt talia populis exbibere, largitate manus fundite præmia, ut hæc miſeris faciatis eſſe votiva. Alioqui violenta compulſio eſt, ſolennia dona ſubtrahere, & mortes deteſtabiles imperare. Et ideo quidquid in longam conſuetudinem antiqua liberalitate pervenit, ſine aliqua dilatione concedite ſupplicanti. Quia homicidii reatus eſt, illis eſſe tenacem, quos editio veſtra invitavit ad mortem. Heu mundi error dolendus; ſi eſſet ullus æquitatis intuitus, tantæ divitiæ pro vita mortalium deberent dari, quantæ in mortes hominum videntur effundi.*

Sed & Imperatores jaculari feras ſolebant, ut Commodus, & Tiberius, de quo Tranquillus in *Tiberio* cap. LXXII. *Ne quam ſuſpicionem infirmitatis daret, Caſtrenſibus Ludis non interfuit ſolum, ſed etiam miſſum in barenam aprum jaculis deſuper petiit.*

CAP. VI.

De Vivario.

PArticularis erat in Urbe locus, 3 Vivarium vocatus, in quo feræ conſervabantur, ad quarum ſaginam pecudes quotidie comparabantur. Tranquillus in *Cajo* cap.

Veſtibus iratos laxis operire leones.

1 *Ericii exemplo*) Iſid. lib. II. *cujus texta duplex Spinis aculeata in modum caſtanearum, quando adbuc opertæ ab arboribus cadunt.* Folliculos ideo caſtanearum quidam inde ericios vocant. Plurima genera ericiorum faciunt, Matth. lib. ſecund. Dioſcorid. cap. primo, ubi ex Ariſtotele *de hiſt. animal.* multa adfert, Rithershuſius *ad Oppian. lib. II. Cyneg.* Gruterus ait: Ericium in terreſtrem, & marinum dividi, terreſtrem in caninum, & ſuillum. Iſtrix, qui vocatur, ad his diverſus, majorque: dictus, quod horreat ſpinis: Hyemi conſulens volutatus ſupra jacentia poma affixa ſpinis in cavas arbores portat. Vide Plinium. Claud de hiſtr.

Sed non hæc acies ritu ſylveſtris echyni
Fixa manet.

Phil. *de propiet. animal.* Solin. cap. XXXIII.

2 *Labenti rota*) Cujus ſtridorem feræ expaverint. Seneca *de ira*: *Elephantos porci vox terret, leonem rotarum verſata facies*; & rurſus: *Curriculi rotarum verſata facies leonem redigit in caveam.* Caſſiod. hic, *Leones timore diſcruciat.*

3 *Vivarium*) Generale hoc nomen, & omnia receptacula avium, piſcium, ferarum continet. Vivaria piſcium Juv.

Depaſtuſque diu vivaria Cæſaris.

De vivario item ferarum Columella toto cap. primo lib. IX. ubi hæc inter reliqua: *Sed qui venationem voluptati ſuæ claudunt contenti ſunt, cum competit proximus ædificio loci ſitus, munire vivarium, ſemperque de manu cibum, & aquam præbere*; & l. IIX. c. I. *vel etiam pecudum ſylveſtrium, quæ nemoribus cuſtodiuntur vivaria*; βιβαρία ſemi-Latine dixerunt Græci recentiores. Tzetza Chil. l. IIX. c. CLXXIII. de Craſſo. ἔχων ἰχθὺν τὴν μύραιναν ἐν τινι βιβαρίῳ. Septa etiam Latini vocarunt. Marcelli: *hic quoque inter ſepta, quæ appellantur Vivaria.* Gell. l. II. c. II. *Vivaria, quæ nunc dicuntur ſepta, quædam loca, in quibus feræ vivæ paſcuntur*; idem *roboraria* appellat, & Græci δρύφακτα: iiſdem etiam ſunt καταβόλοι. Cataboli quaſi ſepta in quæ conjicerentur rei. Acta Marcelli Papæ. *Maxentius miſit Marcellum in catabolum, ut beſtiarum quæ publice alerentur, curam ſuſtineret.* Vide Baron. anno Chriſti CCCIX. & notis *ad Martyrol. Rom.* die XVI. Jan. D. Hieronymus: περίβολον (inquit) *tranſtulerunt, quod nos vivarium vel concluſum locum dicere poſſumus. Vivaria* Strabo lib. XII. ζώγρια nuncupat, καὶ τὰ ζώγρια, ait, καὶ αἱ πλησίον θῆραι, ac pro Vivariis, prope ibi intelligit loca, e quibus feræ in venationem deducuntur, ζώγρια vero dicuntur, quod ibi animalia capta viva aſſervarentur. Adrelus apud Homerum Menelaum precatur, ne ipſum interimat, ſe vivum capiat, atque, inquit, ζώγρει Ἀτρέος υἱέ; receptacula itaque ferarum Vivarium erant l. LXII. cap I. ff. *de uſuf.* l. III. *item feras.* D. *de acq. poſſeſſ.* ubi vivaria a piſcinis Paulus ſeparat, quas ἰχθυοτροφίας Græci nuncupant, ſicut ὀρνιθοτροφία, περιστεροτροφία, *aviarium, columbarium* eſt; quamvis *periſteronem* Columella dicat. Piſcinarum cuſtodes piſcinarios Cic. *ad Atticum* nominat. Vivaria λάκκους etiam vocavere. Hinc in *Daniele* legimus ipſum in lacum leonum fuiſſe conjectum, ubi *lacus* vivarium eſt, & foſſa, φωσσίον dicunt Græci barbari Interpres Demoſth. σιροὺς. σιρὸς ὁ λάκκος: τοὺς θησαυροὺς, καὶ τὰ ὀρύγματα ἐν οἷς κατετίθεντο τὰ σπέρματα, σιροὺς ἐκάλουν οἱ Θρᾶκες, καὶ Λίβυες, ἃ νῦν φωσσία ἰδιωτικῶς. Etymol. magnum etymum deſumit παρὰ τὸ λαχαίνω, quod eſt σκάπτω, nempe *fodio*; unde λάχανα etiam. In navi ſane locus, quem ἐχέθλιον vocant, eſt ubi ſcilicet reponunt res nautæ. Nicander in *Theriac.* accipit pro theca piſcium, ubi Schol. locum nominat ſemi-Latine βιβάριον, ut ſit ζῶγρος. ζωγρεῖον. Sed ut ad lacum revertamur, lacus eſt fovea. Crurum itaque ſub genu locus, quia foveæ ſimilis, *lacca* a noſtris dicitur, & Veget. *de re veterin.* l. III. cap. XXIX. cum ſuppurat caro & ſo-

XXVII. *Sævitiam* (inquit) *ingenii per hæc maxime ostendit, quum ad saginam ferarum muneri præparatarum carius pecudes compararentur, ex noxiis laniandos adnotavit, & custodiarum seriem recognoscens, nullius inspecto Elogio, stans tantummodo intra porticum mediam, a calvo ad calvum duci imperavit.*

Locus vero ille in quo feræ asservabantur *Vivarium* (ut dixi) vocabatur. Is erat pone Castrum Prætorium extra urbis mœnia inter Nomentanam & Tiburtinam portas. cujus adhuc amplissimæ parietinæ, maximis fenestris exornatæ, & ingentia alia vestigia supersunt. De eo Procopius lib. I. *De bello Gothico* sic scribit: *Bellisarius acie instructa circa Prænestinam portam ad eam muri partem mox ducit, quam Romani vivarium dicunt. Unde & expugnari mœnia per quam facile poterant.* Item paulo post: *Bessas interea, Paraniusque Vitige ipso e regione Vivarii validissime his insistente, eodem ad se Bellisarium evocant. Ille vero, ut qui ei muro minus confideret, namque (ut diximus) facile expugnatu, his opem laturus, mox advolat ad Salariam portam tuendam, ex amicis quodam dimisso, & quum milites in Vivario (id loco nomen) offendisset, & ex invadentium ingenti multitudine hostium insultu nimio trepidantes, statim his ipse animos facere, & hostes pauci ut facerent commonere, hortarique item ad confidentiam. Erat nimirum ex ea parte planior locus, atque adeo ad invadentium insultus peropportunus. Ad hoc accedebat, quod ea e regione murus ita dissolvebatur, ut vel lateres ipsi haud sat multum in sua compage subsisterent. Huic muro alterum & brevem forinsecus veteres quondam Romani modico intervallo adjecerant, sed non ad tutelam, ut qui sine propugnaculis fuisset extructus, sed ad delitias factas haud satis decentes, & ut Leones eo in loco coercitos, & bestias alias asservarent, unde & Vivarium is locus est dictus. Vitiges igitur diversas muri in partes machinationibus comparatis exteriorem murum suffodi jubet, haud dubie ratus si primum hunc sui pervaserint, nullo negotio se mœnibus potiturum, quæ utique haud sat valida esse cognoverat. At Bellisarius ubi hostes pervidet, & Vivarium suffodisse, & diversim mœnia invadentes, abductis suis inde militibus, & in propugnaculis paucis quibusdam relictis, quicquid in exercitu roboris erat apud se tenuit, & inferiorem in partem & circa portus, copias omnes armatas enses dumtaxat in manu gestantes traduxit. Muro itaque demolito Vivarium jam irrumpentibus Gothis, Cypriano Bellisarius, cum aliis nonnullis in eos confestim immisso, rem aggredi perstrenue jubet. Tum illi jussa mox exequendo, obvios quosque ex hostibus ne repugnantes quidem obtruncant, tametsi Barbari suomet impetu in ipsis ad evadendum angustiis opprimerentur. Hostibus itaque re subita consternatis, incompositisque, & diversim palantibus Bellisarius Urbis patefactis jam foribus, copias undique in hoc extemplo immittit. Tum Gothi nulla virtutis, vel pristinarum virium habita ratione, temere omnes deferri, & quacunque his licuit fugam capessere; Romani interea fugientes adepti, postrema carpendo concidunt, fugaque hostium effusius facta, ut se in castra reciperent a quibus procul educti muros oppugnatum advenerant, Bellisarius deinde fusis jam fugatisque hostibus incendi machinas jubet, quas secum detulerant, unde flamma ex his altius excitata, majorem barbaris terrorem incussit.* Hactenus Procopius.

Ante paucos annos haud procul a Vivario in vineto quodam proximo subterraneum balneum inventum fuit variorum, & incognitorum animalium signis depictum, ita conservatis, ut recentiores esse viderentur, quarum in tabella exemplum accurate delineatum subjiciam.

CAP. VII.

De Vivariis Animalium.

PLINIUS lib. VIII. c. LII. *Vivaria animalium primus togati generis invenit* [1] *Fulvius Hirpinus, qui in* [2] *Tarquiniensi feras pascere instituit. Nec diu imitatores defuere L. Lucullus, & Q. Hortensius.*

CAP. VIII.

Varia ad venationes pertinentia.

Venationum tempus.

VENATIONUM tempus matutinum fuisse videtur. Seneca Epist. LXX. *Nuper in Ludo bestiariorum, unus e Germanis, quum ad matutina spectacula præpararetur, secessit ad exonerandum corpus.* Ep. VII. *Mane Leonibus aut Ursis homines, meridie spectatoribus suis objiciuntur.* Martialis libro X. ep. XXV.

In matutina nuper spectatus arena
Mucius, imposuit qui sua membra focis.

Et lib. XII. *Xeniorum* epigr. XCV. ita:

Matutinarum non ultima præda ferarum
Sævus [3] *Oryx, constat quot mihi morte canũ.*

& foveam intus facit, passionem vocat laccam. *Si jumento laccæ natæ fuerint in gambis, his agnoscitur signis, detra, ac sinistra ad similitudinem vesicæ inflabitur cutis.* Hoc Vivarium inter Portam Piam, & S. Laurentii nunc etiam nomen retinent Vivarii. Pomponius Lætus *Rom. Ant.* c. LX. in hortis Mecænatianis collocat Vivarium. rectam tenuit, sed non pervenit: vel ex hoc liquet: ipse hortos Mecænatis ibi esse asserit, ubi campi erant, in quibus cadavera sepeliebantur, *Puticuli* appellati ab odore tetro, iique Mecænati sunt adsignati, ne urbs contaminaretur; & sequitur, hunc locum nunc dici Vivarium; absit; appellant Romani campum *focalum*, ab ustrina illa, credo, cadaverum; *Vivarium*, quod dicunt, seu *Vivariolum* locum paulo remotiorem appellant, prope aggeres Tarquinii, ubi porta, quæ clausa est, *Interaggeres* dicta: extra quam castrum erat Custodiæ Prætorianæ; de iis aggeribus Juven.

—— *quæ rodit ab aggere miles.*

erant enim ibi pomaria. Inscriptio. D. M. PVB. CORFIDIO, SIGNINO POMARIO DE AGGER. A PROSEVCHA Q. SALLVSTIVS HERMES. hujus pomarii milites poma comedebant, nam prope Castrum prætorium. atque ita locus obscurus Juv. elucet, qui exercitamenta militum ibi fuisse declarat; non enim vagari per urbem iis semper permissum auctore Tacito, & prope castra erant prætoria. Schol. Vetus Juv. ad locum præcitatum. *juxta aggerem castra posuit primus Sejanus, id est, super Diocletianas, quæ dicta sunt castra Prætoria.*

1 *Fulv. Hirpinus*) Nescio an ille sit Q. Fulvius, cui Hirpini se dederunt bello cum Annibale gesto. lib. XXXVII. Livius de Lucullo, & Q. Hortensio. Val. Max.

2 *Tarquiniensi*) An quod vivaria ad aggeres Tarquinii? aut quod extra Romam in Tarquiniensi agro ad Laurentium? hoc magis placet, ex Strabonis sententia, cum de ea ora tractat.

3 *Oryx*) Juvenalis sat. XI. *Et Getulus oryx.* de hoc Colum. l. IX. c. I. eum bisulcum esse, &

Curatores venat. Erant & [1] curatores Venationum, de quibus Tranquillus in *Calig.* cap. XXVII. *Curatorem* [2] *munerum ac Venationum, per continuos dies in conspectu suo catenis verberatum non prius occidit, quam offensus putrefacti cerebri odore.*

Ferarum sagina. De sagina ferarum idem ibidem: [3] *Sævitiam ingenii per hæc maxime ostendit. Quum ad saginam ferarum muneri præparatarum carius pecudes compararentur, ex noxiis lanian-* A *dos adnotavit: & custodiarum seriem recognoscens, nullius inspecto Elogio, stans tantummodo intra porticum mediam, a calvo ad calvum duci imperavit.* Feris capite damnati objiciebantur laniandi & mactandi. Idem eod. loco: *Equitem Romanum objectum feris, quum se innocentem proclamasset, reduxit, abscissaque lingua rursus induxit.*

De captione Leonum, Plinius lib. VIII. cap. XVI. [4] *Leones capere ardui quondam* *Captio Leonum.*

---

unicornem, inquit Plin. sitientem perpetuo ex natura loci potu carentem, cum mirabilia efficax sit ad remedia sitientium, Lamp. in *Comm. Et orygis cornu hasta transiniserit.*

1 *Curatores)* Erant & ludorum curatores. Tac. lib. XIII. *Ann. Cura ludorum Aruntio Stellæ.* & lib. II. *Sulp. Rufus ludi Procurator* lapis Tiburtinus. *Curator muneris publici gladiatoris.* Suet. in *Calig.* cap. XXVII. *curator munerum, ac venationum.*

2 *Munerum)* Munera proprie gladiatores, & bestias ludi Circensia ludicra continebant. in *Balbino* Capitol. *his gestis celebratisque sacris, datis ludis scenicis, ludis Circensibus, gladiatorio etiam munere.* & sic fere semper auctores habent.

3 *Sævitiam ingenii)* Alcimus:

Qui septem ingentes solitus nutrire leones,
Ora famescentum satiet qui dira ferarum
Mittitur, utque illi feritas minus horrida parcat,
Subtrahitur diris consueta leonibus esca.

Cypr. cap. CIII. *eruditur artifex bellua, quæ clementior fortasse fuisset, si non illam magister crudelius sævire docuisset.*

4 *Leones capere)* Feræ vario modo captæ: feras interim & bestias lapis Neap. apud S. Joannem Majorem distinguit: *venatione pass. denis bestiis, & quattuor feris.* captæ igitur vel laqueo, vel injectione vestis, aut fovea. Claud. in. *Stilicon. laud.*

Retibus, & claustris dilata morte verendæ,
Ducendæque feræ.

& in *Consul. Manlii: Audaces legat ipsa viros, qui colla ferarum*
Arte ligent.

Lucanus: *Vestibus iratos laxis operire leones.*

Statius lib. *Syl.* II. *Occidis altarum vastator docte ferarum,*
Non grege Massylo, curvaque indagine clausus,
Non formidato supra venabula saltu
Incitus, aut cœco foveæ deceptus hiatu.

De Fovea Claudianus etiam:

Non illos tædæ ardentes, non fracta superne
Lapsuro virgulta solo, non vocibus hædi
Pendentis stimulata fames, non fossa fefellit.

foveam hanc venationis ita describit Prudentius:

Ac ne fallacem puteum deprehendere posset,
Clara acies, virgis adopertas texerat oras,
Et supra imposito simularat cespite campum.

Ita captæ caveis includebantur. Claud. in *laud. Stilic.*

Hæc laqueis innexa gemunt, hæc clausa feruntur
Ilignis domibus: fabri nec tigna polire
Sufficiunt, rudibus fagis texuntur, & ornis
Frondentes caveæ: ratibus pars ibat onustis
Per freta, vel fluvios: exanguis dextera torpet
Remigis, & propriam metuebat navita mercem.

expressit illud Petronii, *premit advena classem Tigris.* Apul. lib. IV. *Asini: confixiles machinæ sublicea, turres tabularum nexibus instar circumforaneæ domus floridæ pictura, decora futuræ venationis receptacula.* Ita Romam portabantur non sine ministrorum terrore. Seneca *de Vit. Beat. ut feras cum labore, periculoque venamur, & captarum quoque illarum sollicita possessio est, sæpe enim lacerant dominos.* Claudianus:

Per terram pars ducta rotis, longoque morantur
Ordine plaustra vias, montanis pompa triumphis,
Et fera sollicitis vehitur captiva juvencis.
Explebat quibus ante famem quotiesque reflexi
Conspexere boves, pavidi temone recedunt.

Producebantur postea in arenam sive per ostiola, quæ erant in Amphitheatro, & in Circi oppido, ubi carceres, sive aliqua machina dehiscente, ac se dissolvente, ut habet Xiphil. in *Severo.* de caveis, quæ in Amphitheatro erant subterraneæ, e quibus per ostiola feræ exibant, facit Herodianus lib. I. & vocat ὑπόγαια, quasi subterranea loca. de aditibus Circi, per quos immitterentur venationes Vopisc. in *Probo* cap. XIX. *Immissi deinde per omnes aditus struthiones mille, mille cervi, mille apri..... Neque erat bestiarum impetus ille, qui esse egredientibus e cavea solet.* De venatione hac cruenta ferarum idem Vopisc. ibid. *addidit alia die in amphitheatro una missione c. jubatos leones.* Q. Metellus Poeta in *Quirinal.*

Præbent applicitas quoque
Ludi forte feras Ionia plurimas,
Quæ donaria publica
Nomen dicta trahunt Ionio mari.

operis erat, foveisque maxime. Principatu Claudii casus rationem docuit, pudendam pene talis feræ nomine: Pastoris Gætuli sago contra ingruentis impetum objecto, quod spectaculum in harenam protinus translatum est, vix credibili modo torpescente tanta illa feritate, quamvis levi injectu operto capite ita ut devinciatur non repugnans: videlicet omnis vis [1] *constat in*
De Ursis. *oculis.* De Ursis vero idem Plinius lib. XXXIV. cap. XII. *Novo invento Ursorum in harena & Leonum orum ora aspergi solita* [2] *chalcanto. Tantamque esse ei vim in astringendo,* [3] *ut mordere nequirent.*

Plutarchus in lib. *De industria animalium: Primum igitur Tauros ut cornibus dimicationem poscunt, vide, ut insperso pulvere ad luctam procinguntur. Apros ut dentes acuunt,* A *Elephantos autem materia quam fodiendo depascantur dentem hebetante obterenteque ad hos usus altero utuntur, alterius mucroni ad avertenda* [4] *pericula parcunt. Leo involutis semper pedibus ambulat tanquam* [5] *vagina conditis intus unguibus, ne attritis acies retundatur, tum, ut ne ansa vestiganti præbeatur, haud enim unguis Leonini nota temere invenitur, sed exiguis, & cœcis vestigiis occurrentibus falluntur vestigatores & deviant,* &c.

CAP. IX.

B *De Ludo Trojæ quinta Circensium parte.*

6 TROIAE sive Trojanus Ludus Circo agi solitus Equestris, & puerilis, fuit ab Ænea in Sicilia

---

Pantheræ, tygrides, leo
Campos innumeri sanguine Martios
Pardi, lynx, aper imbuunt:
Consumunt hominum prælia bestiæ,
Id perpes faceret dies,
Ludi parturiunt omne genus suum.
Totis rebus, & artibus
Urbs annum senii concelebrat sui.

1 *Constat in oculis)* Non ergo male philosophatur Lucr. lib. IV.

Nimirum quia sunt Gallorum in corpore quædam
Semina, quæ cum sunt oculis immissa leonum;
Pupillas interfodiunt, acremque dolorem
Præbent, ut nequeant contra durare feroces.

flamma etiam terreri leones Idem asseverat lib. V.

Flamma quidem vero quum corpora fulva leonum
Tam soleat terrere.

2 *Chalcanto)* Adde & fuisse remedia, quæ in potu data, mitigarent belluas. Plin. lib. XXVI. cap. II. XXIX. lib. XXIX. cap. IV. Ælian. lib I. *de Nat. anim.* cap. XXXIIX. item lib. XXXVI. idem Plin. cap. II. de mulcendis feris, & lib. IIX. cap XLI. sic de mulcendis Tauris lib. XXIII. cap. VII. *Caprificus* (inquit) *tauros quamlibet feroces collo eorum circumdata, in tantum mirabili natura compescit, ut immobiles præstet*; de chalcanto eadem pene habet Isid. lib. XVI. cap. secundo.

3 *Ut mordere nequeant)* De Pardaleanche herba Solin. *aconito carnes illinunt, atque ita per compita spargunt semitarum, quæ ubi læsæ sunt fauces eorum angina obsidentur*; ideo gramen παρδαλιαγχὲς appellaverunt. De qua re videndus in *Alexiph.* Schol. Nicandri, qui ait Pardales contra hanc insidiam remedium exposcere humanum stercus, nam eo devorato sanantur: non aliud hæc herba, quam Aconitus.

4 *Pericula parcunt)* Sol. de Eleph. *Candore dentium intelligitur juventa, quorum alter semper in ministerio est, alteri parcitur, ne hebetatus assiduo repercussu minus vigeat.*

5 *Vagina conditis)* Plin. lib. IIX. c. XV. *feræ illæ immanes, nimirum Pardi, Pantheræ, Leones, Tigres, condito in corporis vaginas unguium mucrone ingrediuntur, ne refringatur, hebeteturque*; idem Solin. cap. XXX.

6 *Trojæ)* Sunt qui Trojæ Ludum eam putant ludicram solemnitatem, quam Itali *Torneo, Tornamentum*, tamquam *Troiamentum* barbare vocitent, certe recentiores Græci a nostris mutuato vocabulo τόρνε dicunt. Niceph. Greg. lib. X. τύπων ὁ μὲν εἰς μονομαχίας ἔνδειξιν ἔχει, καὶ τζοῦστρα (*Giostra* Itali appellant) παρὰ Λατίνοις καλεῖται. ὁ δὲ ἕτερος τῶν ἀγώνων τόρνε (*torneo*) προσαγορεύεται). Cantacuzenus τορνεμέντα vocavit *torneamenta* lib. I. cap. XLII. Albertus Argentinensis in *Cronico*: *Cum enim ad tornamenta, vel probamenta alia venirent, & multitudine egrediebantur, dicebant*; ubi probamenta sunt Italis *prove, prodezze*, facinora, quibus se probos in armis declarant, ait; ut ad Trojam ludum revertamur; de ea Dio in *Cæs.* τὴν δὲ ἱππασίαν τὴν Τροίαν καλουμένην οἱ παῖδες οἱ εὐπατρίδαι κατὰ τὸ ἀρχαῖον ἐποιήσαντο, καὶ ἐφ᾽ ἁρμάτων οἱ νεανίσκοι οἱ ὁμότιμοι αὐτοῖς ἡμιλλήσαντο. nec male apud Servium habetur Pyrrhicam dici Trojam apud Suetonium, ubi de ludis scripsit, nam una cum Troja Pyrrhica edebatur: utrumque ponit Claud. in VI. *Consul. Honorii*

Hic & belligeros exercuit area ludos,
Armatos hic sæpe choros, certaque vagandi
Textas lege fugas, inconfusosque recursus,
Et pulchras errorum artes, jucundaque Martis
Cernimus.

Et de IV. *Hon. Cons.* *Cum vectaris equo, simulacbraque Martia ludis*
Quis molles sinuare fugas.

at non accinente magistro Pyrrhicam pugnabant: sequitur superius in VI. *Consul. Honorii*:

Mutatos edunt pariter tum pectora motus,
In latus allisis clypeis, aut rursus in altum
Vibratis; grave parma sonat, mucronis acutum
Murmur, & umbonum pulsu modulante resultans,
Ferreus alterno concentus clauditur ense.

primum itaque Trojam edebant artificiosa hinc inde fuga, & vago ordine: post deinde, subito mutato lusu, Pyrrhicam decertabant; ut Tranquillus alibi a nobis adductus explicetur.

ad filii Juli Ascanii, & cæterorum puerorum exercitationem [1] primum institutus. Ab Ascanio vero in Latium portatus. Is in Circo edebatur a pueris majoribus & minoribus Equestribus turmatim discurrentibus, & congredientibus, quibus is qui præsidebat, [2] *princeps juventutis* vocabatur, atque ex numero filiorum primi nominis Senatorum, Augustorumve legebatur, quemadmodum legimus apud Suetonium Tib. Cæsarem Augusto vivente his Ludis, ut principem juventutis præsedisse. Sext. Pompejus: *Troja & Regia Priami, & Lusus puerorum Equestrium dicitur*. Hujus Ludicri originem, rationem, ac modum elegantissime libro Æneidos v. explicat his versibus Virgilius:

Origo Ludi Trojæ.

At pater Æneas nondum certamine misso,
Custodem ad sese, comitemque [3] impubis Iuli
Epytidem vocat, & fidam sic fatur [4] ad aurem,
Vade, age, & Ascanio, si jam puerile paratum
Agmen habet secum, cursusque instruxit equorum,
Ducat avo turmas, & sese ostendat in armis.
Dic, ait: ipse omnem longo [5] decedere Circo
Infusum populum, & Campos jubet esse patenteis.
Incedunt pueri, pariterque ante ora parentum,
Frenatis lucent in equis; quos omnis eunteis,
Trinacriæ mirata fremit, Trojæq; juventus.
Omnibus in morem [6] tonsa coma, pressa corona,
Cornea bina ferunt præfixa hastilia ferro,
Pars leves humero pharetras: it pectore summo
Flexilis obtorti per collum, [7] circulus auri.
Tres equitum numero turmæ, ternique vagantur
Ductores, pueri bis seni quemque secuti
Agmine partito fulgent, paribusq; magistris.
Una acies juvenum, ducit quam parvus ovantem
(Nomen avi referens) Priamus; tua clara Polite
Progenies auctura Italos, quem Thracius albis
Portat equus bicolor maculis, vestigia primi
Alba pedis, frontemque ostentans arduus [8] albam.
[9] Alter Atys, genus unde Atyi duxere Latini.
Parvus Atys, pueroque puer dilectus Iulo.
Extremus, formaque ante omnes pulcher Iulus,
Sidonio est invectus equo, quem candida Dido
Esse sui dederat monumentum, & pignus amoris.
Cætera Trinacriis pubes senioris Acestæ
Fertur equis.
Excipiunt plausu pavidos, gaudentque tuentes
Dardanidæ, veterumque agnoscunt ora parentum.
Postquam omnem læti consessum oculosque suorum
Lustravere in equis, signum clamore paratis
Epytides longe dedit, insonuitque flagello.
Olli discurrere pares, atque agmina terni
Diductis solvere choris, rursusque vocati
Convertere vias, infestaque tela tulere.
Inde alios ineunt cursus, aliosque recursus
Adversis spatiis, alternosque [10] orbibus orbes
Impediunt, pugnæque cient simulacbra sub armis.

---

1 *Primum institutus*) Quidam originem Curetibus tradunt, quod circum Jovem puerum in Ida ita armis saltantes crepitarent, ne ipsius vagitum audiret Saturnus. Lucretius lib. 2.

Dyctæos referunt Curetas, qui Jovis illum
Vagitum in Creta quondam occultasse feruntur,
Cum pueri circum puerum pernice chorea
Armati in numerum pulsarent æribus æra,
Ne Saturnus eum malis mandaret adeptus.

2 *Princeps juven.*) Lapis: Q. HERENNIO HETRVSCO MESSIO DECIO NOBILISSIMO CÆS. PRINCIPI JVVENT. & C. VALENT. HOSTILIANO MESSIO EVM NOBILISS. Cæsari Juven. Veterani, & Veteres. Spart. in *Comm. cooptatus inter tres solos Principes juventutis cum togam sumpsit adhuc in prætexta puerili congiarium dedit, atque ipse in basilica Trajana præsedit.*

3 *Impubis Iuli*) Impuberis auctor orthographiæ advertit. Cicero impuberem dicit: filiumque ejus impuberem, &c.

4 *Ad aurem*) Stat. lib. *Theb.* I.

Imperat acciri, tacitaque immurmurat aure.

pro tacitæ auri.

5 *Decedere*) Donatus: *Secreto Æneas mittens Epytidem præceperat, quod fieri vellet; gratiora enim sunt quæ ad spectantium oculos inopinata, & insperata proveniunt; ipse tamen populum, qui se passim Circi spatio infuderat, e medio jubet decedere, ut campi vacui facti ab hominum cursibus futuro certamini liberum spatium darent.*

6 *Tonsa coma*) Super galeam corona; nam inferius, —*galeam ante pedes projecit inanem.* coronabant quidem galeas, quas capite gestabant. Prudentius de galea Romæ *in Sym.* Pro corona deinde inducti coni, unde ἐστεφάνει χαλκοβάρεια Hom. *Iliad.* λ.

7 *Circulus auri*) Hom. περὶ δ' χρύσεος θέε πόρκης. & proprie Latinis torques; constant enim perpetuo uno circulo ita appellatæ, *quod sunt tortæ*, inquit Isidorus. στρεπτὰ inde Græcis. Strabo lib. IV. τραχήλοις στρεπτὰ ἔχοντες, monili non ita; nam dependebant anulatim more catenularum conglobatæ.

8 *Albam*) Hom. quem verto *Iliad.* Ψ.

Corpore bæus erat totus, verum arduus alba
Signa gerens fronti, plenæ velut orbita lunæ.

Stat. *Theb.* lib. VI.

9 *Alter Atys*) Ex quo Aty, familia nempe Atystina, familiarum nobilissima.

10 *Orbibus Orbes*) Lucret. lib. II.

Præterea magnæ legionis cum loca cursu

Et nunc [1] *terga fugæ nudant, nunc ſpicula vertunt*
Infenſi, facta pariter nunc pace feruntur.
Ut quondam Creta fertur Labyrinthus in alta,
Parietibus textum cœcis iter, ancipitemque
Mille viis habuiſſe dolum, qua ſigna ſequendi
Falleret indeprenſus, & [2] *irremeabilis error,*
Haud aliter Teucrum nati veſtigia curſu
Impediunt, texuntque fugas, & prælia ludo,
Delphinum ſimiles, qui per maria humida nando
Carpathium Libycumque ſecant, luduntque per undas.
HUNC MOREM, hos curſus, atque hæc certamina primus
Aſcanius, longam muris cum cingeret Albam,
Rettulit, & priſcos docuit celebrare Latinos.
Quo puer ipſe modo, ſecum quo Troja pubes,
Albani docuere ſuos: hinc maxima [3] *porro*
Accepit Roma, & patrium ſervavit honorem:
Trojaque nunc pueri, Trojanum dicitur agmen.
Hac celebrata tenus ſancto certamina patri,
Hic primum fortuna fidem mutata novavit,
Dum variis tumulo referunt ſolemnia ludis.

His verſibus diſertiſſime Luſus Trojæ rationem deſcripſit Virgilius, quem Romæ a nobilibus pueris aliquando celebratum ex

A veterum annalibus intelligit. Plutarchus in *Catone: Quum L. Sulla equeſtrem Ludum, quem Trojam vocant, edere ſtatuiſſet, ac delectis patriciis pueris duos præfeciſſet, alterumque pueri acceptarent gratia matris Metellæ, uxoris Sullæ M. Scaurum, alterum vero qui Pompeii nepos erat Sextum, non recepere, nec ſub eo ludere velle profeſſi ſunt Catonem poſcentes.*

Id Ludicrum a Cæſare, quum pène exoleviſſet, tanquam gentilicium reſtitutum (ipſe enim ab Ænea, & Aſcanio originem traxit) diu Romæ frequens fuit. Tranquillus in *Cæ-* *Troja Cæſaris.*
B *ſare* cap. XXXIX. *Circenſibus* (inquit) *Trojam luſit Turma duplex,* [4] *majorum minorumve puerorum.* Dio lib. XLIII. *Sub Cæſare Dictatore Trojam antiquo more Patriciorum filii luſerunt, juveneſque qui dignitate æquales erant curribus certarunt.* Tranquillus in *Auguſto* c. XLIII. *Sed & Trojæ Ludum edidit frequentiſſime, majorum, minorumve puerorum delectu: priſci decorique moris exiſtimans, claræ ſtirpis indolem ſic innoteſcere. In hoc Ludicro C. Nonium Aſprenatem, lapſu debilitatum,* [5] *aureo torque donavit, paſſuſque eſt ipſum, poſteroſque* *Troja Auguſti.*
C *Torquati ferre cognomen. Mox finem fecit talia edendi, Aſinio Pollione Oratore graviter invidioſeque in Curia quæſto, Æſernini nepotis ſui caſum, qui & ipſe crus effregerat.* Dio LXLVIII. *M. Agrippa Prætor, Ludis Apollinaribus edendis occupatus, Ludos Equeſtres biduo præbuit, &*

Camporum complent belli ſimulachra cientes.
At circum volitant equites, medioſque repente
Tranſmittunt valido quatientes impetu campos.
Fulgor ibi ad cœlum ſe tollit, totaque circum
Aere reniteſcet tellus, ſubterque virum vi
Exitur pedibus ſonitus.

Claud. in *Conſ.* VI. *Honorii*:

Hic & belligeros exercuit area ludos,
Armatos hic ſæpe choros, certaque vagandi
Textas lege fugas, inconfuſoſque recurſus:
Et pulchras errorum artes, jucundaque Martis
Cernimus, inſonuit cum verbere ſigna magiſter.

quod ultimum ex illo Virgiliano *Æneid.* V. cadit:

—— Signum clamore paratis
Epytides longe dedit, inſonuitque flagello.

1 *Terga fugæ)* Sil. lib. IV.

Nunc Itali in tergum verſis referuntur habenis
Aut illic dextros lunatis flexibus orbes,
Aut illac lævos ſinuant in cornua gyros.

2 *Irremeabilis error)* Nota labyrinthi ſtructura, quam difficilis & irremeabilis eſſet: unde & proverbium dictum ſit apud Tzetzam κρησφύγετον, quod fugæ non haberet remedium. eum ſic Iſidorus ponit cap. *de Ædif.* de labyrinthis loquens: *Labyrinthus eſt perpetuum parietibus ædificium, qualis eſt apud Cretam a Dædalo factum, ubi fuit Minotaurus incluſus, in quo ſi quis introierit, ſine glomere lini exitum invenire non valet, cujus ædificii talis eſt ſitus, ut aperientibus fores intus tonitrus terribilis audiatur, deſcenditur centenis ultra gradibus, intus ſimulachra, & monſtrificæ effigies in partes diverſas tranſitus innumeri per tenebras, & cætera ad terrorem ingredientium facta, ita ut de tenebris ejus ad lucem venire impoſſibile videatur.* Ubi tempore ſuo Cretenſem adhuc perduraſſe ſentire videtur Auctor lex. ἐν τῇ Κρήτῃ νήσῳ ἐστὶν ὄρος, ἐν ᾧ ἐστὶ σπήλαιον δύσκολον περὶ τὴν κάθοδον, καὶ δύσχερες περὶ τὴν ἄνοδον. *Mons in Creta eſt, in quo cavernoſum viſitur ſpecus ad deſcenſum aſperum, ad aſcenſum vero difficile.* De labyr. in *Sever.* Spart. *nam & menſam, & Memnonem, & Pyramidas, & labyrinthum diligenter inſpexit.* Sed de Ægyptio labyrintho itidem Mela lib. I. cap. XIX.

3. *Porro)* Græce accipe, quaſi poſt longe.

4 *Majorum, minorumve p.)* Duæ igitur claſſes, duæ pugnæ majorum, & minorum puerorum. Minorum impuberum ſcilicet, qui jam pubeſcerent, majorum, puberum. Suet. in *Tib.* c. VI. *Pubeſcens præſedit, & Actiacis ludis, & Trojanis Circenſibus turmæ puerorum majorum.*

5 *Aureo torque donavit)* Miſericordia lapſus; Martialis:

Nuper cum Myrino peteretur miſſio læſo.

reſpondet illud & Juv. ſat. VI. de Sergio:

—— ſecto requiem ſperare lacerto.

Trojæ Ludum per nobiles pueros magnifice edidit. Et lib. XLV. *M. Agrippa post Consulatum Ædilis factus, Ludis quos multos, & omnis generis exhibuit, tanta usus est munificentia, ut pueros etiam qui Trojam Equestri certamine luderent, pretio conduxerit, ne quem sumptum faciendum haberent*. Tranquillus in *Tiberio* cap. VI. *Pubescens præsedit & Actiacis Ludis, & Trojanis Circensibus ductor turmæ puerorum majorum*.

Caii Troja. Idem in *Cajo* cap. XIIX. *Edidit & Circenses plurimos a mane usque ad vesperam, interjecta modo Africanarum venatione, modo Trojæ* [1] *decursione*.

Dio lib. LIX. *C. Caligula die Natali suo venationes dedit, patricii pueri Trojam luserunt, sex equis tractus est currus triumphalis ejusdem, quod numquam antea factum erat*. Et infra: *Drusillæ sorori mortuæ publicam sepulturam tribuit ac Prætoriani milites cum suo Tribuno, ac seorsim equester ordo, seorsim* **Claudii Troja.** *patricii pueri Trojæ decursionem circum tumulum ejus obequitarunt*. Tranquillus in *Claudio* cap. XXI. *Ac super quadrigarum certamina Trojæ lusum exhibuit, & Africanas conficiente turma equitum Prætorianorum*. Idem **Neronis.** in *Nerone* cap. VII. *Tenor adhuc, necdum matura pueritia, Circensibus Ludis Trojam constantissime, favorabiliterque lusit*. Et Tacitus lib. XI. *Sedente Claudio Circensibus Ludis, quum pueri nobiles equis Ludicrum Trojæ inirent, interque eos Brittanicus Imperatore genitus, & L. Domitius adoptione mox in Imperium cognomenque Neronis adscitus, favor plebis acrior in Domitium, loco præsagii acceptus est*. Et lib. XII. *Ludrico Circensium, quod acquirendis vulgi studiis edebatur, Britannicus in prætexta, Nero triumphali veste transvecti sunt, spectaret populus hunc decore Imperatorio, illum puerili habitu, ac proinde fortunam utriusque præsumeret*. Unum hodie ex antiquis Ludicris superest, vulgo Romæ *Ludus agonis & Testacii* vocatus; quo pueri nobiles equestres more Veterum Campos illos decurrunt, cui aliquot præterea alia spectacula addita fuere, curruum cursus, & taurorum venationes.

CAP. X.

De pugnis Equestribus & Pedestribus sexto Circensium ludrico.

IN Circo ad instar verorum bellorum hominum ingenuorum pugnas dari solitas vetustus mos fuit, auctore Livio XXXXIV. qui ita scribit: *Juvenes etiam quidam Romani, Ludicro Circensi ad usum belli verso, partem humillimam muri cœperunt. Mos erat tunc, nondum hac effusione inducta bestiis omnium gentium Circum complendi, spectaculorum varia conquirere genera: nam semel quadrigis, semel desultore misso, vix unius horæ tempus, utrumque curriculum complebat. Inter cætera sexageni ferme juvenes, interdum plures apparitoribus Ludis armati inducebantur. Horum inductio in parte simulachrum* [2] *decurrentis exercitus erat, ex parte elegantiores exercitii, quam militaris artis, propiorque gladiatorum armorum usum. Quum alios decursus edidissent, motus, quadrato agmine facto, scutis super capita densatis, stantibus primis, secundis submissioribus, tertiis magis, & quartis, postremis etiam genu nixis, fastigiatam sicut tecta domorum sunt,* [3] *testudinem faciebant*. Quem morem Cæsarem Dictatorem tertio Consulatu suo repetiisse tradunt Dio, Tranquillus, & Plinius. Ille lib. XLIII. *Viros alios Cæsar singularibus certaminibus ut* [4] *Romanæ erat consuetudinis, commisit: alios plures simul in Circo, equites equitibus, peditibusq; pedites, aliosque promiscue*

1 *Decursione*] Cujus de hac re numisma adhuc cernitur.

2 *Decurrentis exercitus*] Vide Xenoph. *de re eq.* ubi similem huic nostro ludum figurat. Solin. cap. XIII. Agell. lib. IX. *Atticarum Noct.* cap. III. Et lib. VII. cap. III. *Sed non perinde ut in decursibus ludicris, aut simulachris præliorum voluptuariis fieri videmus; non inquam, distincte nimis aut compte aut modulate res acta est, sed quasi in ancipiti certamine, cum res sparsa est.*

3 *Testudinem faciebant*] Reliqua etiam oportet auctoris ad majorem intelligentiam addere; *hinc quinquaginta ferme pedum spatia distantes duo armati procurrebant, conjunctique inter se ab ima ad summam testudinem per densata scuta cum cucurrissent, nunc veluti propugnantes per oras extremæ testudinis, nunc in medio inter se concurrentes, haud secus, quam stabili solo, persultabant.* Testudinem quidem competendi modum expressit Virgil. lib. II. *Æneid.*

—— clypeosque ad tela sinistris
Protecti objiciunt; prensant fastigia dextris.

Et *Georg.* lib. IV.

—— angustique imbrice tecti
Parietibusque premunt arctis.

Livius, *sicut tecta domorum sunt*. Vitruv. lib. VI. cap. IV. *testudinata tecta* vocat. Verum de hac testudine ludicra; nam altera est tormentum bellicum, de qua idem Vitruv. lib. X. cap. XIX. Veget. lib. IV. cap. XIV. Livius lib. III. Gallorumque inventum demonstrat lib. XIV. Cæsar *Belli Gall.* lib. V. Tac. lib. II. *Hist.* Apte Herod. lib. II. Euseb. lib. II. Vitr. Constan. ubi crucem præcessisse testudinem ait Claud *in* IV. *Hon. Conf.* sed antiquius quid simile Hom. *Iliad.* N. & II.

Φράξαντες δόρυ δȣρὶ, σάκος σάκει προθελύμνῳ,
Ἀσπὶς ἄρ' ἀσπίδ' ἔρειδε, κόρυς κόρυν, ἀνέρα δ' ἀνήρ.
Hinc hastis hastas, scutisque frequentia nectunt
Scuta, simul clypeis clypeos stat casside cassis
Juncta micans, capitique caput, cum milite miles.

φȣ̃λκα vocavere testudinem recentes Græci. Leo *Constitut.* VII. §. LXVII. & Jul. Africanus, a fulcimine puto Latino, aut quod simul connecterentur, & veluti laqueo innodarentur clypeis clypei. φȣ̃λκα enim habet Cyrill. in *Lex.* est ἀγχόνη, βρόχος, inde etiam φȣλκίζειν, & φȣλκίζεσθαι deduxerunt.

4 *Ut Romanæ erat consuetudinis*] Alterius nunc decursionis meminit Liv. l. XXX. *Interim Sempronius Consul R. Sinvessæ, quo ad conveniendum diem dixerat, exercitu lustrato, transgressus Vulturnum amnem, circa Linternum castra posuit, ubi quia otiosa stativa erant crebro decurrere*

æquali utrinque numero; erant enim XL. *viri, qui ab elephantis pugnarent*. Suetonius vero in *Jul. Cæſ.* cap. XXXIX. *Circenſibus* (inquit) *Venationes editæ per dies quinque, ac noviſſime pugna diviſa in duas acies, quingentis peditibus, elephantis vicenis, tricenis equitibus, hinc & inde commiſſis: nam quo laxius dimicaretur, ſublatæ metæ, inque earum locum bina caſtra ex adverſo conſtituta erant*. Et Plinius lib. IIX. c. VII. *Cæſaris* (inquit) *tertio Conſulatu pugnavere Elephanti* XX. *contra pedites quingentos. Iterum totidem turriti cum ſexagenis propugnatoribus, eodem quo priores numero peditum, & pari equitum ex adverſo dimicante*. Appianus lib. II. *bellorum Civilium*: *Cæſar ſpectacula multifariam edidit, equorum muſici, pedeſtriſque certaminis virorum mille ad totidem certantium, & equeſtres pugnas ducentorum pariter, & aliud ex peditibus equitibuſque præludium ſubinde immiſcens Elephantorum* XX. *bellum utrinque locatorum; Naumachiam præterea exhibuit quater millium remigum, mille bellatoribus utraque parte inſidentibus*. Dio lib. LI. *Ludis Cæſaris Auguſti turmæ Dacorum & Suevorum depugnantes invicem introductæ ſunt, quarum altera eſt Scythica, altera Germanica Natio, quæ bello captæ, invicem pugnare coactæ ſunt. Hæc ſpectacula multis diebus edita, quibus Ludis ſinguli Senatorum unam diem in veſtibulis ædium ſuarum epulati ſunt*. Tranquillus in *Nerone* c. XII. *exhibuit ad ferrum etiam quadringentos Senatores, ſexcentoſque equites Romanos, & quoſdam fortunæ, atque exiſtimationis integræ*. Idem in *Domit.* cap. IV. *Spectacula magnifica aſſidue, & ſumptuoſa edidit, non in Amphitheatro modo, verum & in Circo, ubi præter ſolennes bigarum, quadrigarumque curſus prælium duplex etiam equeſtre, ac pedeſtre commiſit, atque in Amphitheatro navale quoque*. Dio in *Domitiano*: *Diebus feſtis triumphalibus exhibuit multa certamina præliis peditum, ac deinde equitum commiſſis in Circo*. Suetonius in *Claudio* c. XXI. *Edidit in Martio Campo expugnationem, direptionemque* [1] *oppidi ad imaginem bellicam, & deditionem Britanniæ Regum, præſeditque paludatus*.

Pugnæ Auguſti.

Neronis P.

Domitiani P.

Pugna Claudii.

CAP. XI.

De Naumachia in Circo aliquando facta.

SEXT. JULIUS Frontinus libro primo *de Aquæductibus* ſcribit, rivum aquæ Appiæ ſub Cœlio & Aventino montibus actum, emergere infra Clivum Publicii Alſii (is erat ut ex P. Victore conſtat) ſupra Circum Maximum in regione Aventini, prope portam Trigeminam, & inde eductum eſſe in Naumachiam, nam ejus cauſſa factus videbatur. Ubi per Naumachiam Circum Maximum debere intelligi opinor, & locus ipſe rei hujuſce quadrat. Erat autem Naumachia belli navalis ſimilitudo, neque enim circa Clivum ſublicii & Aventinum, alius locus Naumachiæ idoneus ſupereſſe videtur præter Circum. Quod etiam Tranquilli teſtimonio confirmatur in *Nerone*, c. XXVII. *Cœnitabat* (inquit) *nonnunquam in publico Naumachia præcluſa, vel Martio Campo, vel Circo Maximo inter ſcortorum totius Urbis ambubajarumque miniſteria*. Idem Frontinus libro ſecundo eam rem apertius innuere videtur, quum ait: *Quantopere autem curæ fuerit, ne quis violare ductus, aquamve non conceſſam derivare aude-*

Naumachia quid?

---

milites cogebat: ea maxime volonum erant; aſſueſcerent ſigna ſequi, & in acie cognoſcere ordines ſuos & libr. XXXVI. *Primo die arma curare, & tergere ante tentoria juſſit, tertio die ſudibus inter ſe in modum juſtæ pugnæ cucurrerunt, præpilatiſque miſſilibus jaculati ſunt; quarta die quies data, quinta iterum in armis decretum eſt.* Tac. *Ann.* lib. II. *Nec Plancina ſe inter decora fœminarum tenebat, ſed exercitio equitum, decurſibus cohortium intereſſe*. Tangit hanc Lampridius in *Alexandro*, Capitol. *in Maximinis*, Herodian. lib. VI. Claud. VI. *Honorii Coſſ.* Seneca *de benef.* lib. II. cap. XIIX. *Miles in media pace decurrit ſine ullo hoſte, vallum jacit, & ſupervacuo labore laſſatur, ut ſufficere neceſſario poſſit*. Tib. *ad Meſſal.*

Tunc tibi non deſit faciem componere pugnæ.

Erat & *Tranſvectio*, quaſi militaris pompa, & a recognitione ſive cenſione differens ornamento: quippe gratia turmæ equitum ſplendide tranſvehebantur variis occaſionibus. Liv. lib. IX. Val. mox I. eam graphice Dionyſ. lib. VI. deſcribit. Idibus Quintilibus ait fieri: quia victoria ad lacum Regillum cadebat in eum diem, & ſic Caſtorum ædes Idibus Quintilibus dedicata. Tac. lib. *Ann.* II. *ubi turmæ Idibus Juliis imaginem ejus ſequerentur*, pro vexillo nempe: de imagine Germanici ſermo eſt. Et l. VI. *Quorum imagines pro vexillis Duces imperatoreſque deligerent*. Facta in funere, ut apud Tac. eſt l. *Ann.* I. Virg. de Pallante *Æn.* XI.

Ter circum accenſos cincti fulgentibus armis
Decurrere rogos.

Liv. lib. XXV. Luc. lib. IIX.

—— totus ut ignem
Projectis mœrens exercitus ambiat armis.

ſic Stat. lib. VI. *Theb.* nec minus Homerus:

—— πολλοὶ δ' ἥρωες Ἀχαιοὶ
Τεύχεσιν ἐῤῥώσαντο πυρὴν περὶ καιομένοιο
Παίζοιτ' ἱππῆες τε.
—— Inſignes gentis Achivæ
Decurrere pyram ardentem crepitantibus armis
Sive equites, pediteſve forent.

1 *Oppidi*) Suet. in *Nerone* cap. XI. *inducta eſt & Afranii togata, quæ* Incendium *inſcribitur, conceſſumque ut ſcenici ardentis domus ſupellectilem diriperent, & ſibi haberent*: quem locum mire illuminat Pollux. ὁ δ' ἐμπρήσας τάχ' ἂν πυρκαεὺς ὀνομάζοιτο κατ' Αἰσχύλον, ὃ Σοφοκλέα οὕτως ἐπιγγράψαντας τὰ δράματα τὸ μὲν τὸν Προμηθέα, τὸ τε Ναύπλιον. *Incendens vero, forſan incenſor dicitur ſecundum Æſchylum, & Sophoclem, qui ſic fabulas ſuas inſcribunt, hanc quidem Prometheum, illam vero Nauplium.*

ret, cum ex multis apparere potest, tum ex hoc, quod Circus Maximus ne diebus quidem Ludorum Circensium nisi Ædilium aut Censorum permissu irrigabatur, quod donasse ei postquam res ad Curatores transiit sub Augusto apud Attejum Capitonem legimus. Ludorum celebritate aucta, quum Circus Maximus tot Ludicris jam non sufficeret per diversas Urbis partes solo excavato Naumachias plures fecerunt Cæsar, Augustus, Cajus, Domitianus, & alii Imp. Tranquillus in *Cæsare* cap. XXXIX. *Edidit spectacula varii generis, Munus gladiatorium, Ludos etiam regionatim Urbe tota, per omnium linguarum histriones, item Circenses, Athletas, & Naumachiam. Navali prælio in modum* [1] *cocleæ defosso lacu, Biremes, Triremes, Quadriremesque* [2] *Tyriæ & Ægyptiæ classes magno pugnatorum numero conflixerunt. Ad quæ omnia spectacula tantum undique confluxit hominum, ut plerique advenæ aut inter vicos tabernaculis positis manerent, ac sæpe præ turba elisi exanimatique sint quamplurimi, & in his duo Senatores.* Plutarchus in *Cæsare*: *Post triumphos ad conciliandam plebem spectacula edidit, ac convivia celebravit uno die in duobus ac XX. millibus tricliniis epulum populo præbens. Munus gladiatorum ac Naumachiam Juliæ filiæ memoriæ exhibuit.* Appianus lib II. *Bellorum civilium*: *Naumachiam Cæsar exhibuit quater millium remigum, mille bellatoribus utraque ex parte insidentibus.*

A Duæ vero Naumachiæ memorantur, altera Cæsaris Dictatoris in Campo Martio, altera Augusti trans Tiberim. De priore Tranquillus in *Cæsare* cap. XLIV. sic scribit: *Destinabat Martis templum quantum nusquam esset extruere, repleto & complanato lacu, in quo Naumachiæ spectaculum ediderat, Theatrumque summæ magnitudinis Tarpejo monti accubans.* Et Dio libro XLIII. *Bellum navale non in mari, neque in palude, sed in terra C. Cæsar exhibuit, effosso ad id loco in Campo Martio, eoque aqua impleto, & inductis navibus.* Et libro XLV. *Is locus in quo navalis*
B *prælii specimen exhibitum fuerat vivo C. Cæsare, eo morto, ex S. C. terra injecta oppletus est.* De posteriore Cæsaris Augusti Naumachia, quæ trans Tiberim [3] in hortis suis erat, Tranquillus in *Augusto* cap. XLIII. *Edidit* (inquit) *navale prælium circa Tiberim cavato solo, in quo nunc Cæsarum nemus est, quibus diebus custodes in Urbe disposuit, ne raritate remanentium grassatoribus obnoxia esset.* Idem in *Tiberio* cap. LXXII. *Bis omnino toto secessus tempore Romam redire conatus, semel triremi usque ad proximos Naumachiæ*
C *hortos subvectus est; disposita statione per ripas Tiberis, quæ obviam procedentes submoveret.* Et Statius Papinius *Sylvarum* libro IV. ad Marcellum:

Atque ubi Romuleas velox penetraveris arces
Continuo dextras flavi pete Tibridis oras,

Augusti Naumachia.

---

1 *Cocleæ defosso*) An fortasse in minore *codeta*, sane codetanus campus bis a Victore ponitur in Topographia Urbis.

2 *Tyriæ, & Ægyptiæ*) Inducebantur fictæ classes hoc modo, ut Sicula, & Rhodia in Fucino inducta est a Claudio; Persica, & Græca ab Augusto. Ovid. lib. *Artis amandi* I.

Persidas induxit, Cecropidasque rates.
Nempe ab utroque mari juvenes, ab utroque puellæ
Venere, atque ingens orbis in urbe fuit.

Simile est illud Lollii apud Horat. ep. XVIII lib. I. hic Actiacas pugnas non in lacu, foveaque, sed in littore maris Adriatici peragebat:

—— interdum nugaris jure paterno.
Partitur lintres exercitus: Actia pugna
Adversarius est frater, lacus Adria: donec
Alterutrum velox victoria fronde coronet.

Ausonius in *Mosella*:

Tales Cumano despectat in æquore ludos
Liber, sulphurei circum juga consita Gauri,
Perque vaporiferi graditur vineta Vesevi.
Cum Venus Actiacis Augusti læta triumphis
Edere lascivos fera prælia jussit amores.
Qualia Niliacæ classes, Latiæque triremes
Subter Apollineæ gesserunt Leucados arces:
Aut Pompejani Mylasena pericula belli
Euboicæ referunt per Averna sonantia cymbæ:
Innocuos ratium plausus, pugnæque jocantes
Naumachiæ.

Idem de Feriis Romanis:

Festa hæc navigiis, aut quæ celebrata quadrigis,
Jungunt Romanos, finitimosque duces.

Strabonem vide, ubi de Actia ora facit.

3 *In hortis suis*) Et in Cæsarum Nemore. Cæsarum nemus est, de quo Tacitus *Ann.* lib. XIV. cap. XV. *extructaque apud nemus, quod navali stagno circumposuit Augustus, conventicula, & cauponæ*: & lib XII. cap. LVI. *ut quondam Augustus structo cis Tiberim stagno, sed levibus navigiis, & minore copia ediderat.* Stagnum igitur ibi, & nemus opera Augusti: nam fragmentum Ancyræ: *Navalis prælii spectaculum ..... popul ...... in quo loco nunc nemus est Cæsarum cavato longitudine mille, & octingentos pedes; in latitudine pedes ducentos, in quo triginta rostratæ naves triremesque plurimæ ...... minores inter se conflixerunt ..... —runt præterea remiges millia ...... circiter.* Ea vero soli excavatio Reginæ Cariæ Artemisiæ inventum est. Vitruv. lib. II. cap. VII. *Qui Rhodii cum penetrassent intra muros, relictis navibus, Artemisia repente fossa facta in pelagus, eduxit classem ex Porta minore in majorem.*

1 *Ly-*

[1] Lydia quo penitus stagnum navale coercet
Ripa, suburbanis vadum prætexitur hortis.

Hanc esse opinor quam idem Tranquillus in *Tito* cap. VII. veterem Naumachiam vocat, de qua Plin. lib. XVI. cap. XXXIX. sic meminit: *Tib. Cæsar concremato [2] ponte Naumachario larices ad restituendum cædi ex Rhetia præfinivit.* Et c. XL. *Amplissima arbor ad hoc ævi existimatur Romæ visa, quam propter miraculum Tib. Cæsar in eodem ponte Naumachario exposuerat, advectam cum reliqua materie, duravitque ad Neronis principis Amphitheatrum. Fuit trabes e larice, longa pedes CXX. bipedali crassitudine æqualis.* De ejusdem Naumachiæ aqua ita scribit Frontinus lib. I. *Quæ ratio moveri Augustum providentissimum Principem, producendi Alsietinam aquam, quæ vocatur Augusta, non satis perspicio, nullius gratiæ, imo & parum salubrem, & nusquam in usus populi fluentem, nisi forte quum opus Naumachiæ aggrederetur, ne quid salubrioribus aquis detraheret, hanc proprio opere perduxit, & quod Naumachiæ cœperat superesse, hortis subjacentibus & privatorum Transtiberinam usi-* A *bus ad irrigandum concessit.* De Naumachia C. Caligulæ Dio lib. LIX. *Exhibuit spectacula multa in septis, effosso eo loco, & aqua repleto, ut unam navium introducere posset. Post alibi etiam maxima ædificia demolitus, tabulata fecit, contempto Amphitheatro Tauri.* C. Caligulæ Naumachia.

De Nerone Suetonius cap. XII. *Exhibuit Naumachiam [3] marina aqua innatantibus belluis.* Dio libro IX. *Nero populo epulum dedit intra naves, in eo loco, in quo ab Augusto bellum navale factum fuerat. Inde media nocte fossa in Tiberim navigavit.* Et Tacitus *Annal.* libro XV. *Nero in stagno Agrippæ fabricatus est* B *ratem, cui superpositum convivium aliarum tractu moveretur. Naves auro & ebore distinctæ,* &c. Seneca ad Lucilium Epist. LXXI. *Secundo Naumachiæ spectaculo unus e barbaris lanceam quam in adversarios acceperat, totam jugulo suo immersit.* Tranquillus in *Tito* cap. VII. *Dedit & navale prælium in veteri Naumachia, ibidem & gladiatores.* Neronis Naumachia.

De Naumachia Domitiani Tranquillus in eodem cap. IV. *In Amphitheatro dedit navale prælium.* Et paulo infra: *Edidit navales pugnas pene justarum classium, effosso, & circumstructo* Domitiani Naumachia.

---

1 *Lydia)* Tusca, portio enim illa *Ripa Tusca* dicebatur, unde & Vicus Tuscus haud longe dictus, ut Festus recitat, quod ibi habitaverint Tusci, qui recedente ab obsidione Porsena remanserunt; probatque Liv. lib. VI. Tac. lib. IV. de hac re in Vertumno Propert. nec admodum dissentit Varro. Arnus Lydius amnis, quasi Tuscus appellatur a Silio Italico.

2 *Ponte naumachario)* Catarrhacto ponte: ita dicunt Græci ἀπὸ τῶ καταρράκτειν, a defluendo, quod fortasse per eum e navi defluant quodammodo, depluantque exeuntes; de ipso Appian. lib. *Civ. belli* v. Virgil. lib. X. *Æneid.*

Interea Æneas socios de puppibus altis
Pontibus exponit.

Sed in hac Naumachia pontibus etiam conflixisse puto, veluti nunc quoque Venetiis solent Nicolaotti, & Castellani, qui pugillatu supra pontes adversis partibus colludunt. Sed hoc clarum ex Tacito, in Naumachia Claudii in Fucino lacu.

3 *Marina aqua)* Xiphil. in *Nerone*; ἐν τινι θεάτρῳ θέας ἐπιτελῶν πληρώσας ἐξαίφνης τὸ θέατρον ὕδατος θαλαττίου ὥστε καὶ ἰχθύας καὶ κήτη ἐν αὐτῷ ἐνήχεσθαι, ναυμαχίαν τε ἐποίησε Περσῶν. Calphur.

Nec nobis tantum sylvestria cernere monstra
Contigit, æquoreos ego cum certantibus ursis
Prospexi vitulos, & equorum nomine dignum,
Sed deforme pecus.

Martial. lib. I. ep. XXIIX.

——— vidit in undis,
Et Thetis ignotas, & Galatea feras.

Sed naumachiam prope Vaticanum exhibitam, describit liber qui nomine S. Lini circumfertur, de Petri Cruce: *Pervenit una cum Apostolo, & Apparitoribus Populus infinitus ad locum, qui appellatur Naumachia juxta obeliscum Neronis in Monte.* Quem locum alter Damasi nomine libellus, cum de Petro agit, hoc modo designat: *Sepultus est via Valeria ad templum Apollinis, juxta locum, ubi crucifixus est, juxta palatium in Vaticano Neronianum, juxta territorium triumphale.* Illud vero *in monte* fortasse *in fonte* legi potest, ex mente auctoris, constat enim fontem erupisse loco, quo Petrus cruci affixus est. Prudentius de hac re:

Namque supercilio saxi liquor excitavit,
Fontem perennem chrysmatis feracem.

De hac Naumachia, neque alia intellexit Tacitus, cum inquit; Neronem clausisse in Valle Vaticani spatium, in quo equos regeret, & nemus navali stagno circumposuisse, de quo supra diximus. Illis hortis, ubi Nero aurigavit, non modo Petrus, sed plurimi martyres perierunt; quod ex eodem Tacito liquet. Hanc Naumachiam sunt, qui secus Vaticanum dicant fuisse, qua ad Portam Pertusam itur; templum Apollinis, quod Damasus citat, ubi est nunc Sacellum S. Petronillæ fuisse sunt qui asseverent. Territorium triumphale locum vocabant, in quo pompa triumphalis imperabatur, perque Viam denique procedebat triumphalem ad Capitolium, ejusque viæ stratæ silicibus adhuc prope S. Spiritus Xenodochium cerni arbitrantur; hic per pontem, qui nunc dirutus, ibi ex fundamentis apparet, & triumphalem appellabant, continuata ad ædem S. Celsi, inde S. Laurentii in Damaso protendebat, mox ad Floræ campum, ad Judæorum plateam, Sancti Angeli templum, olim Junonis, ac S. Georgium in Velabro decurrens, Janique templum ad clivum Capitolinum deficiebat.

1 *juxta Tiberim Lacu, atque inter 2 maximos imbres prospectavit*. Quam Naumachiam, ut idem cap. v. auctor est, Domitianus ipse construxerat, e cujus postea lapide Maximus Circus deustis utrinque lateribus extructus fuit. Dio in Domitiano: *Postea dies festos triumphales egit, quibus crebra certamina exhibuit. Præliis peditum ac deinde equitum commissis in Circo. Tum enim novo quodam loco bello navali facto, in quo non solum omnes fere qui pugnaverunt mortui sunt, sed etiam multi ex spectatoribus, propterea, quod maximo imbre & vehementi tempestate repente commota, neminem permisit abire ex spectaculo, & quamquam ipse penulam mutaret, tamen cæteros nihil mutare passus est: qua ex re non pauci in graves morbos inciderunt, & mortui sunt. Quare ut consolaretur populum, eidem nocturnum epulum dedit*. De ejusdem Naumachia extant hæc duo Martialis Epigrammata:

Si quis ades longis serus spectator ab oris,
Cui lux prima sacri muneris 3 ipsa fuit;
Ne te decipiat ratibus navalis 4 Enyo,
Et par unda fretis, hic modo terra fuit.
Non credis, spectes dum 5 laxent æquora Martem,
Parva mora est, dices, hic modo 6 pontus erat.

Item.

7 Augusti laudes fuerant committere classes,
Et freta navali sollicitare tuba.
Cæsaris hæc nostri pars est quota? vidit in undis
8 Et Thetis ignotas, & Galatea feras.
Vidit in æquoreo ferventes pulvere currus,
Et domini Triton ipse putavit equos.
Dumque parat sævis ratibus fera prælia Nereus,
Abnuit in liquidis ire pedester aquis.
Quicquid & in Circo spectatur & Amphitheatro,
Dives Cæsarea præstitit unda tibi.
Fucinus & 9 pigri taceantur stagna Neronis:
Hanc norint unam sæcula Naumachiam.

Fl. Vopiscus: *Triumpho suo de Zenobia, & Tetrico, id est, de Oriente & Occidente Aurelianus Naumachiam addidit*. De Claudii Naumachia in Lacu Fucino facta, Tranquillus in *Claudio* cap. XXI. *Quin etiam 10 emissurus Fucinum Lacum Naumachiam an-*

Aureliani Naumachia. Claudii Naumachia.

---

1 *Juxta Tiberim*) Hanc Blondus, vestigia ipsius testatus, fuisse inquit prope S. Sylvestri templum, viamque Flaminiam, ubi depressis viis vineæ sunt.

2 *Maximos imbres*) Ad hoc Martialis advertit illo epig. III. lib. IV.

Adspice quam densum tacitarum vellus aquarum
Defluat in vultus Cæsaris, inque sinus:
Indulget tamen ille Jovi, nec vertice moto
Concretas pigro frigore ridet aquas;
Sydus Hyperborei solitus lassare Bootæ,
Et madidis Helicem dissimulare comis:
Qui siccis lascivit aquis, & ab æthere ludit,
Suspicor has pueri Cæsaris esse nives.

3 *Ipsa*) *Ista fuit* fortasse melius.

4 *Enyo*) Bellona Hom. πτολίπορθος Ἐνυώ. *Iliad.* ε. ab ἐναύω quod est φονῶ. Eustath. ibi.

5 *Laxent*) Vacuent; in Declam. Pasti Cadav. Quint. *laxi muri*: hoc est, vacui. Virgil. *Laxatque foros*: vacuat.

6 *Pontus erat*) Xiphil. in *Nerone*: ἐν δέ τινι θεάτρῳ, id est, *Theatro quodam spectacula exhibens primo illud aqua maris implevit, ita ut & pisces, & alia animalia natarent; bellumque navale Persarum cum Atheniensibus commisit: deinde subito aqua deducta, exsiccatoque solo, pedites rursus non modo unum contra alterum, sed etiam confertos, paribus utrinque numeris commisit*.

7 *Augusti laudes*) Euseb. *Chron.* Augustus gladiatorum ludum, & navale certamen exhibuit. Suet. in *ipso* cap. XLIII. Ovidius:

Quid modo cum belli navalis imagine Cæsar
Persidas induxit, Cecropidasque rates.

8 *Et Thetis ignotas*) In *Tito* scribit Dio, immissa in Amphitheatrum aqua equos, tauros, aliaque hujuscemodi animalia simul fuisse introducta, quæ idem in aquis, quod noverant in terra, facerent, tunc certe ignotas feras Galatea, & Thetis viderunt; & in *Nerone* idem factum narrat. Sed supra de hac re. Galatea interim Dea marina appellata, vel quod tranquillitatem in mari pariat, vel mare ipsum significet, cum albedine spumei liquoris candescit. Eustathius *Iliad.* ε. ἔτι ἢ καὶ ἡ Γαλάτεια παρηχημένη, ὥσπερ τῇ γαλήνῃ: αὐτὴ δὲ καὶ διὰ τοὺς τῶν κυμάτων γαλακτοχρόους ἀφροὺς οὕτω καλεῖται. Thetis vero dicitur ἔμπουσα, apud Theocritum, quia multiformis: ἔμπουσα enim νυκτερινὸν φάσμα, non quod re vera ea fuerit. Emphusa enim proprie, Eustathius *ad Dionysium* docet, Ecate est: quod etiam Scholiasti Apollonii lib. III. *Argon.* placet; sed hoc epigramma mere illud declarat Poetæ ejusdem *de Spect.* ep. XXVI.


Lusit Nereidum docilis chorus æquore toto,
Et vario faciles ordine pinxit aquas:
Fuscina dente minax, nexu fuit anchora curvo:
Credidimus remum, credidimusque ratem;
Et gratum nautis sydus fulgere Laconum,
Lataque perspicuo vela tumere sinu.

9 *Pigri tac. s. N.*) Quod hoc opus in multos annos deduxerit, ideo pigrum appellat; sic dixit alibi de Tito:

—— velocia munera thermas.

Eusеb. in *Chronico*: *Claudius circa hæc tempora Fucinum lacum exsiccavit, undecim annos triginta hominum millibus sine intermissione operantibus*.

10 *Emissurus Fucinum*) Julii Cæsaris etiam tempore excogitata hæc emissio. Suet. in *eo* c. XLIV. *siccare Pontinas paludes*: *emittere Fucinum lacum*. At ejus consilium implevit postea Adrianus. Spartianus in *eo*: *Fucinum lacum emisit*. Fucinus, lacus Marsorum est. Vib. Seq.


NAVMACHIAE ID EST NAVALIS, PVGNAE.
Ex vetustis lapidum & nummorum monumentis graphica deformatio
LOCVS ONVPHRII PANVINII, VERONENSIS
Cum Priv. Ordd. Holl. & West-Fris.

te commiſit : ſed quum proclamantibus Naumachiariis : Ave Imperator, morituri te ſalutant, *reſpondiſſet*, avete vos, *neque poſt hanc vocem quaſi venia data, quiſquam dimicare vellet diu cunctatus, an omnes igne ferroque abſumeret, tandem e ſede ſua proſiluit, ac per ambitum lacus non ſine fœda vacillatione diſcurrens, partim minando, partim adhortando ad pugnam compulit. Hoc ſpectaculo claſſis Sicula, & Rhodia concurrerunt duodenarum triremium ſingulæ exciente buccina Tritone argenteo, qui e medio Lacu per machinam emerſerat.* Et Tacitus l. XIII. *Sub idem tempus inter Lacum Fucinum amnemque Lyrim, perpetuo monte, quo magnificentia operis a pluribus viſeretur, lacu in ipſo navale prælium adornatur, ut quondam Auguſto ſtructo cis Tiberim ſtagno, ſed levibus navigiis, & minore copia ediderat. Claudius triremes, quadriremeſque, & undeviginti hominum millia armavit, cincto ratibus ambitu, ne vaga effugia forent, ac tamen ſpatium amplexus ad vim remigii, & gubernantium artes, impetuſque Navium, prælio ſoliti in ratibus Prætoriarum cohortium manipuli, turmæque aſtiterunt, ante poſitis propugnaculis, ex quibus catapultas baliſtaſque tenderunt. Reliqua Lacus claſſiari rectis navibus obtinebant, ripas, & colles, ac montium edita in modum Theatri, multitudo innumera complevit, proximis enim municipiis, & alii Urbe ex ipſa viſendi cupidine, aut officio in Principem. Ipſe inſigni paludamento, neque procul Arippina* [1] *chlamyde aurata præſidere ; pugnatum, quamquam inter ſontes fortium virorum animo, ac poſt multum vulnerum occidione exempti ſunt, ſed perfecto ſpectaculo, apertum aquarum iter, & incuria operis manifeſta fuit, haud ſatis depreſſi ad lacus ima vel media eoque tempore interjecto altius effoſſi ſpecus, & contrahendæ rurſus multitudini, gladiatorum*

Fucinus Marſis. φυκίνας Straboni eſt, φόρκη Lycoph. Schol. Unde Lexic. Magn. φόρκη σημαίνει καὶ τὸ λιμένα : ex eo aquam Martiam profluere voluerunt, imo ex Pelignis per Fucinum illibato amne tranſmeare. Vibius Seq. *Pitonius, qui per medium lacum Fucinum ita diſcurrit, ut aquæ ejus non miſceantur ſtagno :* ſubterraneo ſiquidem cuniculo ille amnis exceptus ſua vi ad ſublaquenſem agrum erumpens, aquæ Martiæ creat fontem ; nam quod olim aquæductus a Fucino fuerit a Romanis Romam uſque perfoſſus, ita ut ſpiramenta etiam dum in montibus aquarum ex Blondo appareant, nugæ meræ ſunt, & nudæ ; *aqua enim Martia*, teſte Frontino, *concipitur Via Valeria ad milliarium* XXXIII. *diverticulo euntibus ab Urbe Roma dextrorſum, millium paſſuum trium.* Fucinus Roma majori intervallo diſtat. Verum a Fucino venire dixerunt eam aquam, quia creſcente eo lacu, aqua etiam in ſublaquenſi fluebat uberius, mirum enim olim illius lacus incrementum, ac deinde defectus, ut ait Strabo : φασὶ δ' αὐτὴν καὶ πληροῦσθαι πότε μέχρι τῆς ὀρεινῆς, καὶ ταπεινοῦσθαι πάλιν : ad montana uſque igitur excreſcebat ; at quia ſua ſponte inferius Romam petere videbatur, Deorum ope eam aquam Romæ exhibitam dixit Plinius ; ſicut Herodotus ; δῶρον τοῦ ποταμοῦ τὴν Αἴγυπτον vocavit ; ait Plinius : *Martia eſt inter reliqua Deum munera Urbi tributa* ; huc & illud Propertii traho.

—— & æternum Martius humor opus.

Æternum, Deum. Albenſem ipſam, quoniam Alba prope Fucinum eſt, appellavit Stat. in Vop. Tibure corruptus.

Albenteſque lacus alioque in gurgite fontes.

Ubi legendum. *Albenſeſque lacus.* ab Alba Fucente enim *Albenſis* deducitur, ut *Albanus* ab Alba longa, auctore Solip. Dixitque *alioque in gurgite* Papin. quia cum Romam euntibus ſiniſtrorſum conciperetur Martia, ea parte ob montium præruptas crepidines duci non potuit ; verum *ſupra Anienem* vecta dextra manu, ut etiam aquæductuum veſtigia indicant, decurrebat. Idem :

Teque per obliquum penitus quæ laberis amnem,
Martia, & audaci tranſmittis flumina plumbo.

Et arcum aquæductus proculdubio, ubi Arſoli nunc ſunt, curvatum colligo : ibi enim plumbei tubi nuper magna copia ſunt effoſſi, ac ibi Via Valeria per montem, Fucinum verſus dirigebatur, id villula præſertim indicante, cui luxato nomine pro Via Romana *Romanæ Villæ* adhuc durat appellatio ; ab Alba per hanc viam quo itinere ducat Anienem Strabo, non video ; ſed ipſum decepit aquæ Martiæ appellatio, nam cum ipſa aqua Albenſis diceretur, ut oſtendi, ac prope Anienem conciperetur, Anienem errore ſexquipedali ab Albenſi agro deduxit. Dio etiam, ni Xiphilinus eſt, Lyrin amnem in Tiberim immittere fabulatur ; prope ipſum Fucinum Angitiæ, vel (ut ajunt quidam) Anguitiæ erat templum ; corrigendus nobis Vibius Seq. *Anguiæ, vel Anguitiæ Lucaniæ.* Lege *Angitiæ*, vel *Anguitiæ Lucus* : non enim in Lucania, ſed in Marſis illius Deæ ædes, & adhuc ibi oppidum ejuſdem nominis durat *Luco*. At alibi de Marſis diximus.

1 *Chlamyde aurata*) Imo aurea ; nam Plinius, qui ad hoc emiſſarium acceſſit, & interfuit, inquit : *Nos vidimus Agrippinam Claudii Principis edente eo navalis prælii ſpectaculum, aſſidentem, & indutam paludamento auro textili, ſine alia materia :* adſtipulatur Dionis auctoritas : ὁ δὲ Κλαύδιος ὅτε Νέρων στρατιωτικῶς ἐστάλησαν, ἥτε Ἀγριππίνα χλαμύδι διαχρύσῳ ἐκοσμήθη. Aurum ſiquidem filo deducebatur tenui, atque ipſo veſtes texebantur. Sidonius :

—— vel ſtamine fulvo
Prægnantes fuſi mollitum neſſe metalum.

Alcimus Avitus :

Nec te contexit, ſparſo quæ fulgurat auro,
Veſtis ductilibus concludens fila talentis.

ſic Alogabalus, teſte Lampridio, *indutus eſt aurea omni tunica*, pro tota ; ut Virgil. l. II. *Æn.* —— *unde omnis Troja videri*, pro *tota* etiam dixit, *uſus & purpurea, uſus & de gemmis Perſica, ita ut gravari ſe diceret* : de lapidoſa hac veſte ad Arcadium, & Honorium : περὶ βασιλείας Syneſium ; de Lollia Paullina uxore Caii Principis ſcripſit Solinus cap. LV. habuiſſe tunicam ex Margaritis ſextertio tunc quadrigenties extimatam ; de veſtibus auro intertextis Vitruv. lib. VII. cap. IIX.

spectaculum editur, inditis pontibus pedestrem ad pugnam: quin & convivium effluvio lacus appositum magna formidine cunctos affecit, quia vis aquarum prorumpens proxima trahebat convulsis ulterioribus aut fragore, & sonitu exterritis. Simul Agrippina trepidatione principis visa, ministrum operis Narcissum incusat cupidinis, ac prædarum, nec ille reticet impotentiam muliebrem, nimiasque spes ejus arguens. Et Dio l. LX. *In palude quadam Claudius exhibere navalem pugnam cupiebat, cinxeratque eam ligneo muro, fixeratque tabulata, conveniente ad spectaculum immensa multitudine, vestitum quisque suo arbitrio militarem Claudius, & Nero gestabant, Agrippina chlamydem auro intertextam induerat. Quibus depugnandum fuit, morte damnati erant, utrinque naves quinquaginta habebant. Partium alteri Rhodiorum, alteri Siculorum nomen; primum utique in unum congregati Claudium his verbis appellavere:* Ave Imperator, morituri te salutant, *post, cum salutem non impetrarent, sed nihilominus pugnam navalem conserere juberent, tres navium ordines se invicem pervadentes, non ante ad manus venerant, quam vi coacti mutuo se trucidarunt.*

Plinius libro XXXIII. cap. III. *Nos vidimus Agrippinam Claudii Principis, edente eo navalis prælii spectaculum, assidentem & indutam paludamento auro textili sine alia materia.*

CAP. XII.

De Ludis Scenicis aliquando in Circo factis.

[1] LUDOS Scenicos, quorum proprius locus Theatrum erat, etiam in Circo aliquando factos fuisse referunt Livius, & Tranquillus; ille lib. VII. sic: *Nec tamen Ludorum Scenicorum primum initium procurandis religionibus datum, aut religione animos aut corpora morbis levavit. Quin etiam cum medios forte Ludos Circus Tiberi superfuso irrigatus impedisset, id vero velut adversis jam Diis, aspernantibusque placamina iræ terrorem ingentem fecit.* Suetonius vero in *Augusto* c. XLIII. *Spectaculorum, & assiduitate, & varietate, atque magnificentia omnes antecessit. Fecit nonnunquam Ludos vicatim ac pluribus Scenis per omnium linguarum histriones: non in foro modo, aut in Amphitheatro, sed in Circo & in Septis.* Et cap. LXXIV. *Etiam triviales ex Circo Ludos interponebat.* Cujusmodi vero hi Ludi fuerint, infra aperiam.

CAP. XIII.

De Circensium Præfectis.

Varia Circensium præfectorum nomina.

CIRCENSIUM certaminum [2] præfecti a Julio Polluce lib. III. cap. XXX. *Braviorum constitutores, certaminum institutores, præmiorum procuratores, censores, inspectores, præsides, & speculatores* dicuntur. Quorum munus erat quadrigas committere, certamina, & bravia, id est, præmia victorum constituere, iis qui vicissent distribuere, controversias ortas dirimere, & similia facere. Arnobius lib. VII. *Si Ludorum exhibitor magistratus minus curavit ediscere quisnam esset illo die Circi actus per medium, contractaque est ex hoc culpa, quid infelix populus commeruerat.* M. Cælius Ædilis in Epist. ad Ciceronem: *Insolentissimi homines summis Circensibus Ludis meis postulandum me [3] lege Scatinia curant.* Tranquillus in *Augusto* cap. XXXXV. *Ipse Circenses ex amicorum cœnaculis spectabat. Spectaculo plures horas, aliquando totos dies aberat, petita venia, commendatisque, qui sua vice præsidendo fungerentur:* & in *Caligula* c. XVIII. *Neque spectaculis semper ipse præsedit, sed interdum aut magistratibus, aut amicis præsidendi munus injunxit.* Et in *Claudio* c. VII. *præsedit nonnunquam spectaculis in Caji vicem autorante populo.* Dio lib. LI. *Cæsaris Augusti spectacula multis diebus edita sunt, neque propter ejus infirmitatem intermissa, sed eo absente ab aliis curabantur, iisque Ludis singuli Senatores unam diem in vestibulis ædium suarum epulati sunt.* Idem in *Elogabalo*: *Currus agitabat prasino vestitu. Ibi erant præfecti certaminis, omnes, qui primi apud ipsum erant, sed præsertim præfecti prætorio, Avia, mater, & uxores. Hunc viri ordinis Senatorii atque Leo præfectus Urbis spectabant currus agitantem, petentemque aureos ut plebejum hominem, ac* [4] *præfectos certaminum, militesque ipsius colentem.*

Imp. præfecti Ludis.

Cassiodorus *Variarum* libro VI. For-

---

1 *Ludos scenicos)* In *Nerone* Suet. sane *minos Circenses* vocat. Ex utroque ordine equestri, & senatorio, *& sexu plerique ludicras partes sustinuerunt.* de circensibus loquitur.

2 *Præfecti a Jul. Polluce)* Ἀγωνοθέται, ἀθλοθέται, ἀγώνων διαθέται, ἄθλων ἐπιμεληταί, ἔφοροι, ἐπόπται, προστάται, ἐπίσκοποι ἀγώνων. Res ipsa, πρᾶγμα, ἀγωνοθεσία, ἀθλοθεσία, ἀγώνων διάθεσις, ἄθλων ἐπιμέλεια: atque hi Tertulliano lib. *de spectac.* sunt *auctores, administratores spectaculorum.* Suetonio; *curatores munerum, editores, munerarii.* Ludi ipsi; ludi Curules, Circenses, Neptunalia, Consualia, Ludi magni, certamina quadrigarum. Editores erant, vectores, imperatores, consules, proconsules, ædiles, quique denique dives, ac pecuniosus, Principis, aut Senatus voluntate plebis auram sibi vellet emercari; ipsi quidem magno honore afficiebantur. In Olympia agonothetæ purpurea veste, Romæ Editores picta, & palmata tunica curru triumphantis more per Circum vehebantur, eburneum sceptrum, cui insideret aquila, manu gerebant: quæ sceptri forma etiam apud veteres Græcos erat, ut Scholiastes probat Aristophanis in *Avibus*. Juv. sat. XI. circa finem:

——— *similisque triumpho*
Præda caballorum Prætor sedet.

Ipsos venerabantur aurigæ, & flagello submisso, inclinatoque adorabant. Caracallam ipsum Principem flagello deorsum submisso Editores, aliorum aurigarum more, fuisse veneratum testis est in *ipso* Dionis historia: & in *Nerone*. Τοὺς ἀγωνοθέτας, τούς τε μαστιγοφόρους φοβούμενος, καὶ χρήματα αὐτοῖς κρυφᾷ ἅπασιν ἀναλίσκοντα, μὴ ἐλεγχθεὶς μαστιγωθῇ.

3 *Lege Scatinia)* Capite aliquo legis Scatiniæ, quæ de pudicitia, ac de qua Juven. sat. V. Auson. in *epigr.* Suet in *Dom.* Val. Max. l. VI. c. *de Pudicitia*, Cic. *Philip.* III. Quintil. l. IV. cap. II. & lib. VII. cap. IV. meminerunt. Plutarch. in *Marcelli vita*: denique in suam legem de adulteriis Julian. Augustus eam retulit, aucta pœna teste Justiniano lib. *Institutionum* IV.

4 *Præfectos certaminum)* Hi Tribuni Voluptatum quoque sequiori sæculo dicti sunt. Cassiod. l. VI. form XIX *Et cum lascivæ voluptates recipiant Tribunum:* & l. VII. ep. X. *Quapropter Tribunum*

mulæ præfecturæ Urbanæ spectaculorum suo tempore curam ad Urbis præfectum pertinuisse, ita tradit: *Habes copiose unde tibi gratiam tantæ Civitatis acquiras, si spectaculum quod præbetur voluptati, non sit caussa litigii. Suaviter enim cogit gratum esse populum quisquis in certaminibus partium declinat injustum.* Idem in formula Vicarii Urbis Romæ auctor est Vicarium ipsum Ludos quosdam Præneste procuraffe, Fortunæ credo.

A

C A P. XIV.

De Circensium Spectaculorum horis.

VArio diei tempore spectacula Circensia edebantur. Tranquillus in *Cajo* c.XIIX. *Edidit Circenses plurimos a mane usque ad vesperam.* D. Augustinus lib.VIII. *Confessionum*, in meridie celebrari solitos ostendit, ubi spectaculum Circensium *pomeridianum* vocat. Et Suetonius in *Claudio* cap.XXXIV. Huc forte alludit quum ait: [1] *Bestiariis meridianisque adeo delectabatur, ut a prima luce ad spectaculum descenderet, & meridie dimisso ad prandium populo procederet.*

Idem in *Augusto* cap.XLV. *Spectaculo Circensi plures horas, aliquando totos dies aberat.* Socrates & Sozomenus in *Historia Ecclesiastica*, ubi de Theodosii Imperatoris obitu agunt, Circenses a mane usque ad vesperam produci solitos scribunt.

C A P. XV.

Quas ob caussas Ludi Circenses fierent?

B

QUamquam in Kalendarii Romani expositione abunde hoc argumentum tractaverim, non alienum tamen ab hoc instituto erit, ea quæ in eo libro fusius scripsi, hoc loco brevissime repetere, ne qui hujus libri lectioni vacaverint, hac ejus necessaria parte ad præsens fraudentur.

Ludi igitur Circenses, quemadmodum etiam alii, aut ordinarii erant aut imperativi. Rursum imperativi, aut votivi, aut extraordinarii. Tam votivi quam extraordinarii [2] sive publici, sive privati erant, hoc est, vel a magistratibus, vel a privatis ci- *Ludorum Circensium divisio.*

---

te voluptatum per illam indictionem nostra facit electio. Joannes Lydus sic ipse etiam: καὶ διὰ τοῦτο τελβοῦνος ἔτι, καὶ νῦν τῶν βωλυπτάτον, aliud tamen officium a voluptatibus illud est, quod Suet. c.XLII. in *Tib.* ponit, & Tac.l.XVI. *Ann.* ubi de Petronio Arbitro facit, sed præfectum urbis in edendis Ludis Circensibus Tribuni Voluptatum recognoscebant, sub Regibus barbaris Cassiod. l.VI. in formula Præfecti Urbis. Expensa Quæstorum, sive Prætorum fiebant ludi, & eorum nomine fiscus impendebat, pecuniamque postea recuperabat l. VI. Codicis Theodosiani. Quod si Prætores, ac Quæstores designati, quo tempore populo ludos exhibere tenebantur non adfuissent, condemnatione triticaria populo distribuendo condemnabantur, l.I.& II. ejusdem Codicis De formula Tribuni Voluptatum lege l.ult. C.Theod.tit. *De scenic.* Præterea l.V. ejusdem Cod. & l.XXIX.& XXXII. tit. *De Prætoribus.* Dicti vero ii Tribuni a voluptatibus sunt; voluptates vero populi ludicra. Vopis. in *Aurel. Sequentibus diebus datæ sunt populo voluptates ludorum scenicorum, ludorum Circensium.* Ad Honorium Prudentius *contra Symm.*

Tu mortem miserorum hominum prohibeto litari;
Nullus in orbe cadat cujus sit pœna voluptas.

1 *Bestiariis, meridianisque)* Bestiarii matutini, nam ipsi, aut bestiæ inter se, ea hora committebantur: meridiani gladiatores, qui inter se digladiabantur, qui & *pomeridiani* dicti sunt, unde illud, *mane leonibus, & ursis homines, meridie spectatoribus suis objiciuntur*, quia humana ferocitate spectantium gladiatores vexabantur. Sen.l.III. *de Ira* c.XLIII. de matutinis spectaculis: *Ridere solemus inter matutina arenæ spectacula tauri & ursi pugnam inter se colligatorum.* Ovid.XI. *Metam.*

Ut matutina cervus periturus arena
Præda Canum est.

De matutino spectaculo intelligit Martialis l.V. ep.LXV.

Ista tuæ, Cæsar, quota pars spectatur arenæ?
Dat majora novus prælia mane dies.

de qua etiam re ep.LXXI. Senec. *Nuper inter custodiam quidam ad matutinum spectaculum missus.* De pomeridiana vero pugna idem Seneca ep.VII. *Casu in meridianum spectaculum incidi: lusus exspectans, & sales, & aliquid laxamenti, quo hominum oculi ab humano cruore acquiescant. Contra est; quicquid ante pugnatum* (matutino spectaculo) *est, misericordia fuit: nunc omissis nugis* (ferarum inter se depugnantium) *mera homicidia sunt: nihil habent, quo tegantur,* (non videlicet crate, cancellis, rota, de quibus cap. diximus hujus l.V.) *ad ictum totis corporibus expositi, nunquam frustra manum mittunt.* Josephus l.VII. *Orig.* ὧν πολλοὶ τῶν αἰχμαλώτων ἐνταῦθα διεφθάρησαν, οἱ μὲν θηρίοις παραβληθέντες, οἱ δὲ κατὰ πλῆθος ἀλλήλοις ἀναγκαζόμενοι, χρήσασθαι πολεμίοις,

2 *Sive publici, sive privati erant)* Quoniam de iis, a quibus ludi exhibebantur tractat, eosque vel privato, vel publico nomine ludicra edidisse, operæ pretium puto de privatis primum breviter mox de publicis pauca tangere. *Consules* primo edebant ludos, tanta expensa, ut Libanius misereri se illorum *Panegyri ad Julianum* fateatur; de apparatu ludorum Stiliconis Consulis Claud.

Tum virides pardos, & cætera colligit Austri
Prodigia, immanesque simul Latonia dentes.

Prætores. Vitruv. lib.X. *Quotannis Prætores, & Ædiles ludorum causa machinationes præparare debent.* Juvenalis sat.XI.

—— similisque triumpho
Præda caballorum Prætor sedet.

In *Adriano* Spart. *Prætor factus est sub Sorano II. & Serviano iterum Conss. cum H.S. iterum XX. ad ludos edendos a Trajano accepit.* Capitol. hoc voluit in *Anton. Pio: Fuit Quæstor liberalis, Prætor splendidus.* Symm. l.IX. ep.CXVI. *Ludos prætorios præparamus, quorum ornatus peregrina animalia desiderat, ut novo cultu Romana splendeat editio.* Cic. ep.II. *ad Att.* lib.V. C. Theod. de Præt. &

Ludi magni sive Romani, Consualia, Equiria, Megalesia & Cerealia vocati.

vibus dabantur. Hi omnes vel in Deorum cultum fiebant, ut Jovis, Junonis, Minervæ, Neptuni, Martis, Cybeles, Cereris, & cæterorum, Ludi magni sive Romani, Consualia, Equiria, [1] Megalesia, & Cerealia vocati, de quibus in alio libro disputavi, vel in hominum, ut magistratuum & Imperatorum, victoriarumque eorundem honorem edebantur, vel in mortuorum memoriam celebrabantur. Quæ omnia latius A in Kalendarii Romani interpretatione explicavi. Et levissime his verbis lib. VI. *de vero cultu* exponit Lactantius sic: *Ludorum celebrationes Deorum festa sunt, siquidem ob natales eorum, vel templorum novorum dedicationes sunt constituti*, &c.

Ludorum causæ.

De Ludis ordinariis alius erit dicendi locus. Votivi vero & extraordinarii varias ob caussas fiebant. Ut in publicis bellorum & [2] pestilentiarum calamitatibus, Deum pacis

---

Quæst. *Ædiles*: lib. x. Liv. *Ab Ædilibus plebeiis l. Ælio Peto, C. Fulvio Curva ex multatitia pecunia, quam exegerunt pecuariis damnatis ludi facti*. Plin. l. VII. ubi de Æmilii Scauri ædilitio munere: Suet. in *Cæs.* c. x. *Venationes autem ludosque, & cum collega, & separatim edidit. Quæstores*: Capitol. in *Anton. Phil. Gladiatorium quasi privatus Quæstor edidit munus*. Victor *de viris illustribus*: *L. Lucullus nobilis disertus munus quæstorium amplissimum dedit*. *Quæstores*, ut quæsturam adipiscerentur, cogebantur edere gladiatorum spectacula, quod sub Claudio Cæsare jussum est, cum antea stratura viarum illis imponeretur; abscidit legem Nero, & denuo refixit ut puto, utroque imperato, quæ ex Suet. in Vita duorum Cæsarum habes. Cæsares ipsi edebant; Ovid. ad Cæsar. *Tristium* lib. II.

Inspice ludorum sumptus Auguste tuorum,
Empta tibi magno talia multa leges.

ipsorum igitur Cæsarum impensa ludi facti, ut hic, & Capitolin. in *Anton. Congiarium militibus, ac populo de proprio dedit*: contra Lampridius in *Severo*: *Ærarios vero instituit, qui de ære fisci ederent munera, eademque pauciora*. Adjuti a Principibus quandoque ii, qui munera dare tenebantur: in *Aureliano* Vopisc. *Aureliano, cui consulatum detulimus ob paupertatem, qua ille magnus est, cæteris major, dabis ad editionem Circensium Aureos Antonianos trecentos, argenteos Philippeos minutulos tria millia in ære, H S. quinquagies, tunicas multicias viriles decem.* Suet. in *Aug.* c. XLIII. *Fecisse ludos se ait suo nomine quater: pro aliis magistratibus, qui aut abessent aut non sufficerent, ter & vicies.* Aut alio modo adjuti. Lampr. in *Alex. Severo*: *Quæstores candidatos ex sua pecunia jussit munera populo dare, sed ut post Quæsturam Præturam acciperent, & inde provincias regerent*. amicis quandoque missæ venationes, & dona, ad ornanda munera. Senec. l. I. *de Ben. Nemo tam stultus est, ne cui gladiatores aut venationem jam munere edito mittat*. Edebant etiam munera impetrata licentia, qui in magistratu non essent in municipiis, ut ex Apulejo liquet: & posse legare privatam pecuniam ad munus publicum D. *de leg.* prima probatur. Publica expensa stante Republica olim fiebant, ait Liv. lib. XL. *Moram voto publico Licinius Pontifex Maximus attulit, qui negavit ex incerta pecunia vovere debere, si ea pecunia non posset in bellum usui esse, reponi statim debere; nec cum alia pecunia misceri, quod nisi factum esset, votum rite solvi non posse*. Privatim præsertim per municipia multi dedere ludos. Neapoli basis inserta parieti S. Job della Rocca. *Hic obliterato muneris spectaculo impetrata editione ab indulgentia Maximi Principis diem gladiatorium, & omnem apparatum pecunia sua edidit*. Apul. Asini lib. IV. & vulgatissimum illud Martial. l. III. ep. LIX.

Sutor, cerdo dedit tibi, culta Bononia, munus:
Fullo dedit Mutinæ: nunc ubi caupo dabit?

Ravennam advertit. Juvenalis sat. III.

—— *Notæque per oppida buccæ*
Munera nunc edunt.

qui Tubicines in municipalibus ludis erant, nunc ipsi ludos edunt: bucca enim effigies hic illa Tubicinis, cum inflat buccinam. Horat. in iratum transtulit lib. I. sat. I.

—— *quin illis Jupiter ambas*
Iratus buccas inflet?

Et Juvenalis sat XI.


—— *Buccæ*
Noscenda est mensura tuæ.

ubi ad illud Othonis Cæsaris respexit. τί γὰρ μὲ ἔδει μακροῖς αὐλοῖς αὐλεῖν; quasi diceret αὐδὲ φαρβία;, non cognita mensura meæ buccæ? tibia siquidem longa non omnibus buccis, sine ligula, & capistro conveniebat, de iis Victorinus Grammaticus: *Spondeus e duabus longis, ut reges; dictus a tractu cantus ejus, qui per longas tibias in templis supplicantibus editur, unde & spondilæ appellantur, qui hujuscemodi tibias inflare assueverunt.*


1 *Megalesia*) Haud dubito magnæ Deum matri dicata in Circo fuisse quadrigarum certamina; sed non Ciceronem in hunc locum afferas in Orat. *de arusp. resp.* nam illi ludi alii, & si eidem Deæ facti, & in Palatio, ubi Cybeles simulachrum, antequam ipsi certa ædes disponeretur, in victoriæ templo fuit. Livius: *Ædes magnæ matris Ideæ dedicata est, quam Deam Pub. Cornelius advectam ex Asia in Palatium a mari detulerat: locaverant ædem faciendam M Licinius C. Claudius censores, dedicavit Jun. Brutus, ludique ob dedicationem ejus facti, Megalesia appellati*, & iterum Cicero: *nam quid ego de illis ludis loquar, quos in Palatio nostri majores ante templum in ipso magnæ Matris conspectu Megalensis fieri, celebrarique voluerunt?* in Palatio siquidem culta hæc Dea. Claud. *de bello Gild.*

—— *Tuque o si sponte per altum*
Vecta Palatinis mutasti collibus Idam.


2 *Pestilentiarum*) Liv. lib. XXVI. *Et cum vis morbi, neque humanis, neque ope divina levaretur, victis superstitione animis, ludi quoque scenici, nova res bellicoso populo: nam Circi modo spectaculum fuerat, inter alia cœlestis iræ placamina imbuti dicuntur*, & lib. LXXVII. & XXC.



SEX·AMPHITHEATRI·FLAVIANI·ANTEIQVI·NVMMI·AEREIS



SIGNEIS·OPERA·ONVPHRII·PANVINII·VERONENSIS·EXPRESSI



exposcendæ, iræque mitigandæ caussa. Quoties Resp. afflicta esset, si in eodem statu per certum tempus permaneret. Si prospere adversus populi Romani hostes pugnari contigisset, seditionis Urbanæ, vel militaris sedandæ caussa, in dedicationibus templorum votum prodigiorum expiandorum ergo, [1] pro valetudine Principis, pro reditu Imperatoris, & similibus caussis. Extraordinarii autem Ludi non voti erant, sed dabantur in templorum & omnium publicorum [2] locorum dedicatione, ut Theatrorum, Basilicarum, Amphitheatrorum, Curiarum, & similium, in [3] publicis hilaritatibus, & victoriis Imperatorum. [4] Diebus natalitiis vitæ & Imperii Augustorum, eorundem adoptionibus, ludisque quinquennalibus, decennalibus, vicennalibus, & similibus, ob privatorum [5] omnium magistratus, demum [6] mortuorum Principum, vel nobilium memoriæ. Quæ omnia, ut dixi, diffuse tractavi in alio libro, quem propediem publicabo. Hæc satis sunt quantum ad præsens argumentum pertinet.

CAP. XVI.

Spectandi ratio.

VAria spectandi ratio Ludis Circensibus fuit, variique casus dum popolus Romanus eo Ludicro vacaret accidisse memorantur, diversæque Imperatorum res gestæ in vetustis annalibus dum spectarent referuntur. Quorum omnium præcipua quædam ex antiquis auctoribus promam. Arnobius libro IV. *adversus gentes*: [7] *Sedent in spectaculis publicis sacerdotum omnium magistratuumque collegia, Pontifices maximi, maximi Cu-*

---

1 *Valetudine Principis*) Quamvis vetuit Claudius ὑπὲρ ἑαυτῦ σωτηρίας ἀγῶνας γραφέσθαι, ἢ λεγέσθαι. Pro salute tamen principum sæpe indicti.

2 *Locorum dedicatione*) Dio in *Pomp.* idem auctor in *Tito*. Augustus in dedicatione theatri Marcelli tigrim prius omnium ostendit in cavea mansuefactam.

> —— *premit advena classes*
> *Tigris, & aurata gaudens vectatur in aula,*
> *Ut bibat humanum populo plaudente cruorem.*

ad eam rem advertit Petronius.

3 *Publicis hilaritatibus*) Val. Paterculus; *Felicitatem diei, quo Samnitium pulsus est exercitus. Sulla perpetua ludorum Circensium honoravit memoria.*

4 *Diebus natalitiis*) Dio οἱ ἀγορανόμοι ἱπποδρομίας ἐν τοῖς τῦ Αὐγύστυ γενεθλίοις, καὶ θηρίων σφαγὰς ἐποίησαν. Andronicus Comnenus Circenses in Natali Christi ordinavit teste Niceta. τῶν γενεθλίων ἐπιστάντων τῦ Χρίστυ, καὶ ἀμίλλαις ἵππων, καὶ θεωρίαις τροχῶν. Suet. in *Aug.* Dio lib. LIV. hi dies γενέθλια vocabantur festa natalitia, in *Oreste* apud Eurip. Schol. γενέθλια πᾶσα ἡ ἐν γενέσει τινὸς τελημένη ἑορτὴ, ὥσπερ γαμήλια, ἡ ἐν γάμῳ.

5 *Omnium magistratus*) Hæc certa ludorum occasio, Consulum nempe honore, qui III. nonas Janu. postquam ingressi annum suum essent, celebrabant Circenses. Liban. τρίτη δὲ ἱσαμένυ (ζεύγνυ) μὲν ἁμιλλητήρια ἅρματα, πολλὴ τε ἔξις ὑπὲρ τῆς νίκης, πολύς τε ὅμιλος ἐν ἱπποδρόμῳ. Tertull. *de spect.* licet transierit hoc genus editionis ab honoribus mortuorum ad honores viventium. Lact. lib. VI.

6 *Mortuorum Principum*) Tertul. *de spectacul. Nam olim, quoniam animas defunctorum humano sanguine propitiari creditum erat, captivos, vel malo ingenio servos in exequiis immolabant, postea placuit impietatem voluptate adumbrare.* Causas vero hoc eclogiario de quattuor Græciæ certaminibus tangit Ausonius Eidyl. XXVI.

> *Tantalide Pelopi mæstum dici Chelis honorem:*
> *Archemori Nemeæ colunt quinquennia Thebæ:*
> *Isthmia defunctis celebrata Palæmon Umbris,*
> *Pythia placando Delphi statuere Draconi.*

Cæterum Dio in *Julio*. ἐπὶ τῇ θυγατρὶ καὶ θηρίων σφαγὰς, καὶ ἀνδρῶν ὁπλομαχίας ἐποίησεν. De quibus Sueton. cap. XXVI. in *eodem Julio*. Spart. in *Antonino*, *tertio anni imperii sui Faustinam uxorem perdidit, quæ a Senatu consecrata est, de latis Circensibus, ac templo.* Idem de morte ejusdem Principis: *Meruit & Flaminem, & Circenses, & templum.*

7 Ubi de linea tractavimus, de sedendi modo in Circo satis diximus, confusim enim, ac incondite id fiebat, cum senatoribus etiam permissum esset, cum plebe, & spectare, & sedere, senatorio non tamen habitu: quod ex Plinii Cæcilii verbis liquet, dicit enim: *Nunquam majorem cepi voluptatem, quam nuper ex sermone Cornelii Taciti; narrabat sedisse se Circensibus* (Senator erat) *proximum equiti Romano.* Non itaque discriminata, ut in theatro, & amphitheatro loca in Circo; eo quod non cuneatim, sed ad lineas paterent confessus, de qua re non hic amplius. Morem sedendi in Circensibus emendavit, sed parum, Augustus, Suet. in *eo* c. XLIV. *spectandi confusissimum* (in Circensibus) *atque solutissimum morem correxit, ordinavitque, motus Senatoris injuria, quem Puteolis per celeberrimos ludos consessu frequenti nemo receperat.* Sed cur in *Claudio* c. XXI. scribit *in Circo propriam Senatoribus constituit Sedem promiscue spectare solitis*, si Augustus solutissimum sedendi modum ordinaverat? extra urbem id tantum (puto) provisum ab Augusto: unde manarat causa rumorum; atque ubi Senatoria apparentior erat persona nam in Circo Maximo Romæ nunquam stata sedendi regula, quando etiam in tempore Nervæ indiscretum senatoribus locum in spectaculo Circi reperies, Plinii prælata auctoritate; neque id co rigi poterat, nam structura Circi, si eam recte examines, huic ordini, & disciplinæ impar erat (in municipiis non tam exacta) lineatim sedebant, ac propterea ad implenda sedilia, qui primi accedebant assidere necessario cogebantur. Unde illud Ovid. *de Arte amandi*: —— *cogit nos linea jungi*, quapropter confusa, & incondita confessio. Spectasse in Circo injecto capite de Ann. hom. IV. Chrysost. probat, καὶ ἥλιον γυμνῇ δεχόμενοι κεφαλῇ, de Circo Antiochiæ differens. In Theatro, & Am-

riones, XV. *viri laureati*, *Diales cum apicibus Flamines*, *Augures interpretes divinæ mentis*, & *voluntatis*, *castæ virgines perpetui nutrices* & *conservatrices ignis*. *Sed* & *cunctus populus*, & *Senatus Consularibus functi patres Diis proximi*, & *augustissimi Reges*. Livius lib x. *L. Papirio*, & *Sp. Carvilio Consulibus*, *Coronati primum*, *ob res bello bene gestas Ludos Romanos* [1] *spectaverunt*. Idem lib. XL. *Negocium Ædilibus datum*, *ne quem postbac paterentur in foro Circove* [2] *nisi positis lacernis togatum consistere*. Et libro v. ubi de matronis legitur: *Grata ea res Senatui fuit*, *bonoremque ob eam munificentiam ferunt matronis habitum*, *ut pileatæ ad Sacra LudosqueCarpentis festo profestoque veberentur*.

Qui Coronati spectaverunt Ludos.

Lacernis positis spectabant. Matronarum honos.

Plut. in *Paulo Æmilio*: *Sedente Populo Romano in Circensi spectaculo*, *subito rumor a prima* A *Circi parte manavit*, *Æmilium bostibus superatis Macedoniam cepisse*; *isque sermo per totum Circum diffusus lætitia* & *gratulationeCivitatem replevit*. Et paulo infra: *Populus Romanus nitidis vestibus ornatus in Circis*, & *in locis circa forum ad boc ipsum ex ligno fabricatis sese ad spectandum triumpbum comparavit*.

Dio lib. LXI. in *Nerone*: *Elepbanti qui currum Augusti egerant*, *in Circum ingressi*; *quum eo usque ubi Senatores sedebant venissent*, *ultra non progressi constiterunt*. Macrobius lib. v. *Saturnalium*: [3] *Vomitoria in spectaculis dicimus unde bo*-B*mines glomeratim ingredientes in sedilia se fundunt*. Tranquillus in *Claudio* c. VI. *Equester ordo Claudio adbuc privato spectaculis advenienti assurgere*, & *lacernas deponere solebat*. Idem in *Cajo* c. XXVI. *Inquietatus fremitu gratuita in Circo loca de media nocte occupantium omnes fustibus abe-*

Elephanti in Circo.

Vomitoria.

Consessio in spectatore

---

phitheatro erant vela, ubi quamvis causia, pileolo uterentur, etiam umbellæ additæ. Martialis lib. XIV. ep. XXVIII.

Accipe quæ nimios vincant umbracula soles:
Sit licet & ventus, te tua vela tegent.

Nam cum ventus erat, vela tollere necesse omnino, strepitu enim molestiam spectatoribus in ventilatione crebra afferebant. Idem auctor eod. lib. ep. XXIX.

Nam ventus populo vela negare solet.

De causia idem epigr. eodem:

In Pompejano tectus spectabo theatro.

illa fuisse etiam usos in Circo credibile est, ubi vela esse non poterant, de flabellis (puto) æstivo tempore in Circo adhibitis Eleg. secunda *Amor.* Ovidius ita:

Vis tamen interea tenues accersere ventos,
Quos faciant nostra mota flabella manu.

Et de Circo loquens *de art. aman.*

Profuit & tenues ventos movisse flabello.

Hoc, prout quis alicui factioni favebat, colorem factionis assumebat, Juv.

En cui tu viridem umbellam.

nempe prasinam. Martialis.

—— *Veneto conviva flabello.*

1 *Spectaverunt)* Ait Plutarchus Papinium myrto coronatum Circenses spectavisse. Plin. l. XV. c. XXIX. idem narrat: auctor *de Viris illis Concessum L. Æmilio a senatu*, *ut ludis Circensibus*, *veste triumphali uteretur*. In *ejus vita* Plutarch. Livius l. XV. Myrtea corona erat Archontῶν Athenis. Aristoph. Schol. in *Vespis*, Pollux lib. IIX. cap. IIX. tunc appellati *μύῤῥινοι*. Suidas, Hesych. Idem Aristophanis Scholiastes.

2 *Nisi positis lacernis*) Lacernis, & penulis spectaverunt Veteres, monstrato a Lacedæmoniis more. Tertull. in *Apolog.* *Nam ne vel byeme voluptas impediretur primi Lacedæmonii penulam ludis excogitarunt*. Suet. in *Claudio* c. VI. *Quin* & *spectaculis advenienti assurgere* & *lacernas deponere solebat*; ob imbrem scilicet. Martial de penula l. XIV. ep. CXXX.

Ingrediare viam cœlo licet usque sereno,
Ad subitas nunquam scortea desit aquas.

Villosam, asperam (non itaque semper scortea) Lamprid. in *Alex. Severo*. Cic. *ad Atticum* appellant. Oratores dum in foro agebant causas, item penulis obstipati, timore subiti nimbi, Auctor Dial. *de corr. eloq.* *Quantum bumilitatis putamus eloquentiæ attulisse penulas istas*, *quibus adstricti veluti inclusi cum judicibus fabulamur*? Deponebant has, dum assurgebant, honor enim ille exhibitus magnis Viris antiquissime; ut Homer in *Sym. Apollinis*:

Καὶ ῥα γ' ἀνάϊσσουσιν ἐπιχεδὸν ἐρχομένοιο
Πάντες ἀφ' ἑδράων

Suet. in *Claudio* cap VI. *Quin* & *spectaculis advenienti assurgere* & *deponere lacernas*, a nobis usitatum detrahere sibi pileum advenienti majori. Lacerna vero, inquit Isid. *Pallium erat fimbriatum*, *quo soli milites usi sunt*; nec differt Propertius.

Texitur in castris quarta lacerna tuis.

Vetus interpres Persii: *lacernæ βαμίς*. Et exinde nos *tabarro*. Festus lacernam dici arbitratur, quod minor capitio sit: *lacerum* enim Veteres currum dicebant; ut *auribus lacer* est decurtatus. Eodem teste.

3 *Vomitoria*) Ab undis sumpta metaphora, & sic turbæ undæ dicebantur, de formicis Apul. l. IIX. *Ruunt aliæ*, *superque aliæ populorum undæ*, *summoque studio granatim singulæ totum digerunt acervum*. Juven. sat. III. In *pass. Hippol. marty.* hym. XII. Prud.

Plena laborantes ægre domus accipit undas,
Arctaque confertis æstuat in foribus.

de vomitoriis conficiendis in theatro Vitruv. *aditus complures*, & *spatiosos oportet disponere*, *nec conjunctos superiores inferioribus*, *sed ex omnibus locis perpetuos*, & *directos sine inversuris faciendos*, *uti*

git, elisique per eum tumultum XX. *amplius Equites Romani, totidem matronæ super innumeram turbam cæteram*. Herodianus lib. IV. *Quum Circenses spectante Caracallo Populus Romanus in Aurigam cui studebat, nescio quid cavillatus esset, ratus sibi contumeliam illatam, repente omnem exercitum in populum impetum facere jussit*. Spartianus in *Juliano: Occupatis indifferenter omnium subselliis, Circensi spectaculo populus geminavit convicia in Julianum, Pescennium Nigrum, qui jam imperare dicebatur, ad Urbis præsidium vocavit*. Et in *Nigro: de Pescennio Nigro judicium populi ex eo apparuit, quod quum Ludos Circenses Julianus Romæ daret, & indiscrete subsellia Circi Maximi repleta essent,* [1] *ingentique injuria populus affectus esset, per omnes uno plausu Pescennius Niger ad tutelam Urbis est expetitus, odio Juliani, & amore occisi Pertinacis*. Dio in *Caracallo: Principatum tenente Antonino, Imperium Romanum adeo vastatum & direptum est, ut Ludis Circensibus Populus Romanus ita conclamaverit:* Nos vivos perdimus, ut mortuos sepeliamus. Ammianus Marcellinus lib. XV. *Evenerat autem ut antequam hujusmodi aliquid agitaretur in Galliis, Romæ in Circo Maximo populus incertus ratione quadam percitus an præsagio, ut Silvanus devictus magnis vocibus exclamaret.*

Caracalli sævitia.

Studium populi in Nigrum.

A

De variis hominum generibus ad Ludos Romæ confluentibus extat hoc Martialis Epigr. l. I. ad Cæsarem Domitianum.

B

[2] *Quæ tam seposita est, quæ gens tam barbara, Cæsar,*
Ex qua spectator non sit [3] *in Urbe tua?*
[4] *Venit ab Orpheo cultor Rhodopejus Harmo,*
Venit & [5] *epoto Sarmata pastus equo.*
Et qui prima bibit[6] *deprehensi flumina Nili,*
Et quem supremæ Tethyos unda ferit.

---

uti cum populus dimittitur de spectaculis, non comprimatur, sed habeat ex omnibus locis exitus separatos sine impeditione.

1 *Ingenti injur.*) Videtur aliquid deesse, puta *plebem*. Princeps exturbare, ac senatoribus cedere cum jussisset, & jure injuria affectus populus, nulla enim ibi sedendi ratio, ut diximus: in hunc sensum Donatus, *Non idem labor in singulis locis in Circo, & inde sors adhibetur: ne sit in ordinatione contentio, aut humanum judicium gratia cujuspia traducatur.*

2 *Quæ tam seposita*) Cum olim Tuscas Musas cum Latinis exercitii gratia committerem, hoc epigramma sic exposui.

A Domitiano Cæsare.

Ai tuoi giochi, Signor, ch' apre festante
Roma di corsi rapidi, e di scene,
Qual da clima più barbaro non viene
Popol remoto, o peregrin vagante?
Vienvi il cultor di Rodope anhelante,
Mandan gli habitator Batto, & Cirene;
Nè manca il fier, che le sanguigne vene
Sugge al suo corridor, Sarmata errante.
Chi del già noto Nil stanzia ala foce,
Con le chiome lor torte i Nabatei,
Nè men con torto crin l'Unno feroce:
E pur, (gloria maggior de' tuoi trofei,)
Tra voci innumerabili, una voce
E', che Tu de la Patria il Padre sei.

scio ego Unnos non esse Sicambros.

3 *In urbe tua*) Sic ex Dione. *Nero Cæsar victor hujus certaminis coronat populum Rom. & suum Orbem terrarum*. Auson.

At meus hic toto regnet in orbe suo.

adulatorie.

4 *Venit ab Orpheo*) De amphitheatro magis, quam de Circo, epigramma hoc sonat.

5 *Epoto Sarmata*) Sarmata, qui Sauromata Græcis, quod σαυραῖς vescerentur, nempe lacertis. hi hippomolgi dicti: quod equorum biberent sanguinem, & equarum Lac commixtum. Virg. l. III. *Georg.*

Et lac concretum cum sanguine potat equino

Strabo lib. VII. Τὰς ἱππομολγὰς, καὶ γαλακτοφάγας, καὶ ἀβίας συνῆψεν αὐτοῖς. οἵπερ εἰσὶν οἱ ἁμάξικοι Σκύθαι, καὶ Σάρμαται, quo modo emulgerent, ita Herodotus: ποιεῦντες ὧδε, ἐπεὰν φυσητῆρας λάβωσι ὀστεΐνους, αὐλοῖσι προσεμφερεστάτους, τούτους ἐσθέντες ἐς τὸ θηλέων ἵππων τὰ ἄρθρα, φυσῶσι τοῖσι στόμασι; ἄλλοι δ' ἄλλων φυσεόντων ἀμέλγουσι. tunc vero venæ dilatantur, & lac in mammas influit crudus, & cum sanguine, aliquando etiam percussa equi vena lacti equæ sanguinem immiscebant, sed optima potio prior. ut inferioris conditionis illa Homerica *Iliad.* λ.

Ἐν τῷ ῥά σφι κύκησε γυνὴ εἰκυῖα θεῇσιν
Οἴνῳ πραμνείῳ ἐπὶ δ' αἴγειον κνῆ τυρὸν
Κνήστι χαλκείῃ.

quoniam in Græcia rudior hujus rei usus, nec equæ tam naturæ validæ; cætera similia multi collegerunt.

6 *Deprehensi*) Sen. *quæst. Natur.* c. IIX. ad deprehendendam originem Nili centurionem a Ner. missum scribit, paludesque tandem invenisse, ultra quas progredi non liceret, caputque Nili etiam nunc illic a quibusdam perhibetur. Verum hanc rem perquisivere Luc. l. X. Plin. l. XXXIII. c. III. Tzetza Chil. l. III. c. LXIX. Herod. l. II. Dio, & Vitruv. qui ex Athlante eum putant defluere. Eust. *ad Dionys. Afrum* Marcellin. l. XXII. Ovid. III. *de art. aman.* Arist. l. I. *Meteor.* & ex Ægypto, hoc est, monte Lunæ deducit, qui forte idem cum Atlante rudi illo sæculo est, ut ex veritate Paradisi de quo Genesis c. VII. Nilum ex Paradiso, Viridarioque Hesperidum detraxerint, quod in Mauritania fuit. Testibus Plin. l. XLX. Strabone l. III. Diodoro Siculo l. IV. Ovid. *Metam.* IV.

Festinavit Arabs, festinavere Sabæi.
1 Et Cilices nimbis hic maduere suis.
Criminibus in nodum tortis venere Sicambri
Atque aliter 2 tortis crinibus Æthiopes.
Vox diversa sonat populorum, est 3 vox tamen una;
Quum verus patriæ diceris esse 4 pater.

De privatis vero personis Circensia spectantibus, & variis earundem casibus, breviter etiam disseramus. De Cn. Pompejo Magno P. Vellejus Paterculus lib. II. T. Ampius, & T. Labienus Tribuni Plebis, legem tulerunt, ut Ludis Circensibus 5 Corona aurea, & omni cultu triumphantium Cn. Pompejus Magnus post bellum Mithridaticum uteretur. Scenicis etiam, pretexta coronaque aurea. Id ille non plus quam semel, & hoc sane nimium fuit, usurpare 6 sustinuit, Dio l. XXXVII. *Decretum est, ut Cn. Pompejus post victoriam Mithridaticam, in omnibus festis solennibus Lauream gestaret, in iisque omnibus Paludamentum ferret, & vestem triumphalem in equestribus certaminibus indueret.* *(Cn. Pompeius.)*

De C. Cæsare Dictatore Dio lib. XLIII. *Cæsar post victoriam Hispaniensem, S. C. vestem triumphalem omnibus Ludis gestavit, semper & ubique Laurea corona usus.* Idem lib. XLIV. *(C. Cæsar dictator.)*

A *Primum Cæsari ex S. C. datum est, ut semper uteretur veste triumphali, etiam intra Urbem. Deinde etiam ut semper Curuli sella sederet exceptis Ludis, tum enim sessio ei in Tribunitio subsellio cum iis qui quo tempore Tribunatum plebis gererent, concedebatur. Canis canem, in Circo cum fieret equestre certamen, laniavit ac devoravit.* Idem l. LI. *Cæsare victore decretum, ut in hymnis juxta Deos immortales ipse adscriberetur, Corona triumphali omnibus Ludis uteretur, Senatores socii ejus victoriæ, in triumpho una cum ipso prætextati inveherentur.*

Tranquillus in *Augusto* c. XLV. *Ipse Circenses ex amicorum fere libertorumque 7 cænaculis spectabat, 8 interdum e pulvinari, & quidem* B *cum conjuge, & liberis sedens. Spectaculo plures horas, aliquando totos dies aberat, petita venia commendatisque, qui sua vice 9 præsidendo fungerentur. Verum quoties adesset, nihil præterea agebat, seu vitandi rumoris caussa, quo patrem Cæsarem vulgo reprehensum commemorabat, quod inter spectandum epistolis libellisque legendis, ac rescribendis vacaret, seu studio spectandi ac voluptate, qua teneri se neque dissimulavit unquam, & sæpe ingenue professus est.* Idem in *Claudio* c. IV. ex Ep. Augusti ad Liviam uxorem: *spectare Claudium Circenses e* *(Augustus.)* *(Claudius.)*

---

1 *Et Cilices nimbis)* Quia Cilicibus croco fertilia arva sunt, Ptolomæus l. V. c. IIX. Solin. LI. Strab. l. XIV. καὶ χράμβασα νῆσος, καὶ Κώρυκος ἄκρα ὑπὲρ ἧς ἐν εἴκοσι σαδίοις ἐστὶ τὸ Κορύκιον ἄντρον ἐν ᾧ ἡ ἀρίστη κρόκος φύεται. Effundi fuisse solitum in theatris crocum, omnes sciunt, per fistulas, & per statuarum venulas ex plumbo intus gypso occlusas, utre interim (puto) aqua crocali ad inferna pleno, quo obtorto aqua exprimeretur, unde Luc.

Corycii pressura croci.

Adrianus rem altius evexit. Spart. in *ipso: Balsama, ut crocum per theatri gradus fluere jussit.* Sed re vera hi nimbi in viis defluebant ad odorem, aliter consessus vestes maculasset. Quæ viæ dicerentur in theatris, quære ex Lipsio, cujus de Amphitheatro provincia.

2 *Aliter tortis)* Sicambri arte capillos in cirrum, & cornua fastigiabant, ut hostibus formidolosiore apparerent, atque ita torto crine erant arte. Æthiopes natura; in *Moret.* Virg.

Afragenus, tota patriam testata figura
Torta comam, labroque tumens, & fusca colore.

3 *Vox tamen una)* Alibi:

Vox erit una; venit,

Corippus lib. I.

Agmina dat plausus, vox omnibus una resultat:
Mens eadem, nomen populis placet omnibus unum.

4 *Pater)* Ciceroni primum datum est hoc nomen, & statuæ inscriptum: si bene ex Diomede colligo l. I. Plutarch. in *ejus Vita.* Juvenalis sat. VIII.

Roma patrem patriæ Ciceronem libera dixit.

5 *Corona aurea)* Lege *laurea:* nam inferius Dio, *Lauream gestaret.*

6 *Sustinuit)* Dabantur Viris illustribus etiam loca in sedendo cum ornamento. Festus. *Sellæ locus datus est Valerio Dictatori, posterisque ejus honoris causa, ut proxime sacellum Murciæ spectaret unde auspicabat spectacula magistratus.* Val. Max. lib. IV. cap. IV. Æliæ familie locum in Circo maximo, & Flaminio fuisse in spectaculis scribit: *Æliorum familiæ eodem autem tempore fuere sexdecim Tuberones, quibus ut ludos spectarent in Circo Maximo, & Flaminio locus publice est donatus.*

7 *Cænaculis spect.)* In editis domum partibus; in quibus cœnacula, & melior spectandi ratio. Augusto præsertim oculatissimo, & familiare huic fuit ad minorum domos appellere.

8 *Interdum, e pulvinari)* Sunt qui credant, pulvinar locum fuisse, e quo pompa in Circum allata procederet: veluti enim in pulvinariis templorum Dii ibi constituebantur, donec pompa procederet, locumque tamquam πασοφορίαν dixeris, ut loquitur Clem. *Const.* l. II. c. LXI. quem locum *secretarium* Paulinus nuncupat:

Hic locus est veneranda penus, quo conditur, & qua
Ponitur alma sacri pompa ministerii.

nostri *sacristiam* vocant. Pulvinar ab Augusto factum, testis lapis est Ancyranus. *Pulvinar ad Circum maximum;* puto igitur solitum quandoque Augustum ex pulvinari spectare quod faceret Tiberius non placebat, in Pythiis etiam sacris domus erat, quæ θεάριον diceretur; in ea si quidem Archontes spectabant, habitabant, & inde θέαροι dicebantur, ode prima *Nem.* Schol. Florentiæ nunc quoque est Thearium hujusmodi in Hippodromo, lapide secto constratum. Unde M. Dux cursum Equorum spectat.

9 *Præsidendo)* In *Vita Galb.* Suet. *At Cajo Cæsare ludis substitutus.*

pulvinari non placet nobis. Expositus enim in prima sede spectaculorum conspicietur.

C. Caligula. De C. Caligula Dio lib.LIX. *Cajus curricula aurigis non constituit, sed præsidens cum sororibus, & collegiis in sacerdotio Augustali spectavit.*

Nero. De Nerone Tranquillus c. XXII. *Quum inter initia Imperii eburneis quadrigis quotidie in abaco luderet, ad omnes etiam minimos Circenses secessu commeabat primo clam, dein propalam, ut nemini dubium esset eo die utique adfuturum.*

Marcus. De Marco Julius Capitolinus: *Marci consuetudo erat, ut in Circensium spectaculo legeret, audiret, ac subscriberet.*

Constantius. Marcellinus l.XVI. de Constantio. *Constantius Imperator sæpe quum equestres ederet Ludos dicacitate plebis oblectabatur, nec superbe, nec libertate coalita desciscens, reverenter quoque modum ipse debitum servans.*

Sidonius l.I. in Ep. ad Montium: *Postridie jussit Augustus Majorianus, ut 1 epulo suo Circensibus Ludis interessemus. Primus jacebat 2 cornu sinistro 3 Consul ordinarius Severinus, vir inter ingentes Principum motus, atque in æqualem Reip. statum gratiæ semper æqualis. Juxta eum Magnus olim ex præfecto nuper ex Consule par honoribus persona geminatis, post se Camillo filio fratris, qui duabus dignitatibus & ipse decursis pariter ornaverat Proconsulatum patris, patrui Consulatum. Poenius huic propter, atque dehinc Antemius, hunc sequebatur Gratianensis, qui Severinum veluti honore postibat, ita favore præcesserat. 4 Ultimus ego jacebam,* &c.

Hæc scripta sunt Anno Christi CDLXI.

Hadrianus. Dio in *Hadriano: In Circensibus Ludis Consules apprime Hadrianus honorabat, domumque e Circo illos reducebat.* Idem l. LVI. *Decretum ut Ludos Augustalia vocatos tribuni plebis tanquam sacri celebrarent, iique omnia reliqua ex quo consueverunt fieri more peregerunt, veste triumphali Ludis Circensibus usi. Currum tamen non conscenderunt.* Idem l. I. refert Tacitus: *Tribuni plebis.* *Decretum ut in Tribuni plebis Ludis Augustalibus per Circum triumphali veste uterentur, curru 5 vehi haud permissum.*

Marcellinus l XXI. *Postridie Ludis Circensibus, idem ex adverso Imperatoris ubi consueverat, spectans, repentino clamore sublato, quum certamen opinatum emitteretur, diffractis 6 cancellis, quibus una cum pluribus incumbebat, cunctis cum eo in unum excussis, lesisque leviter paucis, interna compage disrupta, eflasse spiritum repertus est solus. Unde Constantius futurorum quoque præscius exultabit.* Spartianus in Juliano, & Nigro: *Inde ad Circense spectaculum itum est, quod Julianus dabat, sed occupatis indifferenter in Circo Maximo omnium subsellis, ingentique injuria populus affectus, gemi-*

---

1 *Epulo suo)* Quæres; cum ludi toto die perdurarent, & quandoque diebus tribus continuati dicantur, unde epulas haberent spectatores. Editores epulum populo dabant, dispositis tabernis, quæ prope Circum erant. Dio lib.XXXV. καὶ ὁ δῆμος ἄπαυστι μέχρι τότε τὰς ὁπλομαχίας θεώμενος, καὶ ἄριστον εἵλετο. Plut. in *Cæsare* apertius, sic etiam editores tribulibus, suis hospitibus, loca, in quibus nocte degerent, prope Circum dabant; scribit quoque Dio, antiquos Romanos sine cibo per totum diem in Circo perdurasse, sed mox anno ab urbe condita DCIII. Pisone & Messalla Coss. provisum ut cibum in meridie caperent & ludi quiescerent. Prandebant sive recta, sive sportulis datis, rectam dedit J. Cæsar, dispositis per vicinas tabernas cibis, teste Plut. sportularum meminit Arrianus ad Epictetum. κιρκήσια δῆναι, scribens, καὶ σπυρίσι δειπνῆσαι. Suet. in *Claud.* de prandio populi: *Dimisso ad prandium populo spectaculis præsidebat.* Sed privatis etiam conviviis exhibitæ epulæ. Cic. *in Verrem Ludis Circensibus L. Sisenna vir primarius, cum essent triclinia strata, argentumque expositum in ædibus, domus plena honestissimorum virorum.*

2 *Cornu sinistro)* Castrense vocabulum *cornu* hic. Evangel. Just. Juvencus Matth.XX.

Si vos quisque vocat cœnæ convivia ponens,
Cornibus in summis devitet ponere membra;
Quisque sapit, veniet forsan si nobilis alter,
Turpiter extremo cogetur cedere cornu,
Quem summum inflati cordis per summa locarat.

Gregor. Turonensis *de Mirac.* lib.I. *Discumbentibus autem ad convivium vir ille cum presbytero dextræ partis cornu occupat, Catholicum ad sinistrum statuens.* Et intelligunt non de triclinio, sed de sigmate, quod cum testudine lunata esset, cornua ejus extremæ partes dictæ sunt; de sigmate habes Martialem, sed eo tempore, non tam usitatus hujusmodi discumbendi ritus, qui postea sequiori sæculo invaluit.

3 *Consul ordinarius)* Quia etiam suffecti & honorarii eo tempore maxime l. ult. C. *de Decur.* fastos ordinarii signabant, hoc est, qui mense Januario intrassent, quod si postea, ad honestandos amicos Princeps creari Kal. Martii alios jussisset, & Kal. Junii etiam alios; isti suffecti, & honorarii dicebantur, neque publicæ scripturæ horum, sed illorum nomine signabantur, qui in exordio anni Consules essent. Honorarii fieri cœpti sunt Pisone & Messalla Coss. De Consulibus Sym. l. IX. ep.CXX. Cassiod. l.VI. ep. II. Julian. in *Eusebiæ encom.* Stat. l. IV. *Syl.* Idem Sym. l.X. ep.XXXIV. l.II. ep.LXIV. l.II. ep.V.

4 *Ultimus ego)* Videtur illud referri Martialis: *Septem sigma capit.*

4 *Vebi haud per.)* Ad distinctionem Prætorum, ac Consulum, qui triumphali toga, & curru decorabantur. Juvenalis.

Quod si vidisses Prætorem in curribus altis
Extantem.

Et,

—— similisque Triumpho
Præda caballorum Prætor sedet.

6 *Cancellis)* Locus ubi princeps Orientalis spectabat. Bulengerus l. II. c. XXIII. *De Imp. Rom.* Romæ spectabant e cubiculo, lecticaque in theatro, de qua Suet. in *Nerone* cap. XII. *Primo statim conatu juxta cubiculum ejus decidit, ipsumque cruore respersit.* De Icaro Fusitio loquitur, οὐρανίσκον diceres cadurcum papilionem, sic usum Alexandrum ajunt historici aureo papilione χρυσῷ οὐρανίσκῳ. Nicetas τὸ βασιλικὸν ἕδρασμα appellat.

navit 1 *convicia in Julianum, & Pescennium Nigrum ad Urbis præsidium vocavit, ejus odio, & amore occisi Pertinacis*. Boetius libro II. *de Philosophica consolatione* de se ipso loquens ait *Quum in Circo duorum medius Consulum circumfusæ multitudinis expectationem triumphali largitione satiasti, dedisti verba fortunæ*. Idem Ammianus libro XXVIII. ubi Romanæ plebis mores sub Valentiniano, & Valente Imperatoribus describit, Circi spectaculum scitissime exponit his verbis: *Nunc ad ociosam plebem veniamus, ac desidem. Hi omne quod lucrantur vino ac tesseris impendunt, & lustris, & voluptatibus, & spectaculis, eisque templum, & habitaculum, & concio, & spes omnis Circus est Maximus. Et videre licet per fora, & compita, & plateas, & conventicula, circulos multos collectos in se controversis* 2 *jurgiis ferri, aliis aliud, ut fit, defendentibus: inter quos hi qui ad satietatem vixerunt, potiores auctoritate*

Plebs in Circo.

A *longæva per fanos & fora clamitant sæpe, Rempublicam stare non posse, si futura concertatione, quem quisque vindicat carceribus non exiluerit Princeps, &* *circumflexerit* 3 *metam. Exoptato die Equestrium Ludorum illucescente nondum Solis puro jubare, fusius omnes festinant præcipites, ut velocitate currus ipsos* 4 *anteeant certaturos, super quorum eventu discissis votorum studiis, anxii plurimi agunt pervigiles noctes, unde si ad theatralem ventum fuerit utilitatem, artifices scenarii per sibilos exploduntur, si qui sibi ære humiliorem non conciliaverint plebem, cui si defuerint strepitus, ad imitationem* 5*Tau-* B *ricæ gentis peregrinos vociferantur pelli debere, quorum subsidiis semper nisi sunt ac steterunt, & tetris vocibus, & absurdis, quæ longe abhorrent a studiis, & voluntate veteris illius plebis, cujus multa facete dicta memoria loquitur, & venusta, id enim nunc repertum est pro sonitu laudum impensiore, per* 6 *applicatos homines ad*

---

1 *Convicia*) Hæc est libertas popularis. Suet. in *Aug.* cap. LXVIII. *Sed & populus quondam universus ludorum die, & erupit in contumeliam ejus, & assensu maximo comprobavit versum in scena pronuntiatum de Gallo matris Deum tympanizante.*

Videsne ut Cinædus orbem digito temperat.

2 *Jurgiis ferri*) Tertull. *de spectac.* Dio Chrysost. ad Alex. ἡμεῖς δὲ πηδῶντες, μαινόμενοι, παίοντες ἀλλήλους, ἀπόρρητα λέγοντες, καὶ τοὺς θεοὺς αὐτοὺς πολλάκις λοιδοροῦντες, καὶ γυμνοὶ βαδίζοντες ἀπὸ τῆς θέας ἐνιότε. Lact. lib. VI. *Non modo in convicia, sed etiam in rixas, necnon in prælia sæpe consurgant.* Tertull. *in Marcion. quid non in omnem libidinem ebullis; non frequentas solemnes voluptates Circi furentis, & caveæ sævientis, & scenæ lascivientis?* Salvian. lib. V. *de Gub. Dei; Quicquid immoderationis in Circo, quicquid furoris in caveis.* In Circo maxima populi superbia. Josephus l. XIX. c. I. lege Prasinorum, & Venetorum insanias in historia Procopii recondita. In eo hippodromo, eo colore cui faverent, induebantur spectatores, & hirundines, aut columbas in ludos afferebant, solitasque domum redire, alligato filo Victoriæ indicio ad suos dimittebant, ut rem prospere gestam renunciarent, quamvis idem in Romano Circo olim factum Plinius testetur l. X, c. XXIV. *Cecina Volaterranus equestris ordinis quadrigarum Dominus* (de dominis quadrigarum vide suo loco superius) *comprehensas* hirundines *in Circum secum afferens, victoriæ nuncias amicis mittebat, in eundem nidum remeantes illito victoriæ colore.*

3 *Metam*) Ad eandem pene superstitionem ex codice Vaticano nondum edito legitur de spectaculis: Καὶ εἰ μὲν τὸ χλοανὸν ἐνίκα τῆς γῆς εὐφορίαν ἤλπιζον, εἰ δὲ τὸ κυανέον τῆς θαλάσσης εὐπλοΐαν. καὶ ηὔχοντο οἱ μὲν γεωργοὶ τὸ χλοανὸν νικᾶν, οἱ δὲ αὖ πάλιν ναυτίλοι τῷ κυανέῳ ἐβούλοντο τὴν νίκην. *Si quidem Prasinus vicit, statim spes hilaris annonæ surgebat, si Venetus maris prosperæ, & fructuosæ navigationis, quapropter optabant, ut Prasinus superaret, Agricolæ; rursus Nautæ palmam desiderio ad Venetos deferebant.*

4 *Anteeant*) *De Brev. Vitæ* Sen. *Quod interjacet omne tempus, grave est; tam hercule quam cum dies muneris gladiatorii adjectus est.*

5 *Tauricæ gentis*) Taurici peregrinos Dianæ immolabant. Mela lib. II. *Taurici Iphigeniæ, & Orestis adventu maxime memorati immanes sunt maribus, immanemque famam habent, solere pro victimis advenas cædere.* Strabo lib. VII. ad Diony. Aphrum Eustath. Schol. in Callimachum in *Hymno Dianæ.*

6 *Applicatos homines ad loquendum*) Ad ea Taciti adverte, lib. II. *Ann. Tunc primum conscripti sunt equites Romani, cognomento Augustanorum, ætate, ac robore conspicui, & pars ingenio procaces, alii in spe potentiæ: hi dies, ac noctes plausibus personare.* Sic illud Cic. *ad Atticum, magno, & æquali plausu.* Cui respondet *inconditus* apud Tac. loco eodem. At de musico plausu Cassiod. lib. I. ep. XXX. *Soletis enim aera ipsum mellifluis implere clamoribus, & uno sono dicere, quod ipsas quoque belluas delectet audire. Profertis voces organo dulciores, & ita sub quadam harmonia cytharæ concavum theatrum per vos resonat, ut sonos posset quilibet credere, quam clamores.* Divisi in choros destinati hi plausores, eosque describit Corippus lib. II.

Excutiunt plausus, studiorum gaudia surgunt,
Alternisque sibi respondent agmina dictis:
Emittunt dextra pariter, pariterque remittunt.
Certatim toto vulgus micat undique Circo,
Et veniunt densæ manicis albentibus undæ:
Disponunt cantus, modulos & cantibus addunt:
Nunc simul erectis, pronis nunc ordine membris
Dant capita, accedunt pariter, pariterque recedunt;
Fertque, refertque globos moles condensa virorum.

ubi *manicis albentibus* ad elationem manuum, quæ in plausu fit, significandam dixit: manicarum hunc fluxum sinum aurigarum illius temporis in *Arcana Histor.* ita Procop. descripsit, simulque acu locum Corippi tangit. Τοῦ δὲ χιτῶνος, τοῦ ἀμφὶ τὼ χεῖρε μέρος αὐτοῖς, τὰ μὲν ἐς τὸ

loquendum, ut in omni spectaculo, exodiario, venatori, aurigæ, & histrionum generi omni, & judicibus celsis, itidemque minoribus, necnon etiam matronis clametur assidue, [1] *per te ille discat, quid autem debeat disci, nemo sufficit explanare.*

Lactantius l. VI. *de vero cultu: Circensium Ludorum ratio quid aliud habet, nisi levitatem, vanitatem,* [2] *insaniam? Tanto namque impetu concitantur animi in furorem, quanto illic impetu curritur, ut jam plus spectaculi exhibeant, qui spectandi gratia veniunt, cum exclamare, & efferre, & exilire cœperint. Vitanda ergo spectacula omnia, non solum ne quid vitiorum pectoribus insidat, quæ sedata & pacifica esse debent, sed ne cujusvis nos voluptatis consuetudo deliniat, adeo & a bonis operibus avertat.* Idem in epitome divinarum institutionum: *Circus non innocentior æstimatur, sed major hic furor est, siquidem mentes spectantium tanta feruntur insania, ut non modo in convitia, sed etiam in rixas, necnon & in prælia, & contentiones sæpe consurgant.* Seneca l. XII. epistolarum ad Lucilium ep. XXV. *Ecce Circensium obstrepit clamor, subita aliqua & immensa voce feriuntur aures*

A *meæ. Nec cogitationem meam excutiunt, nec interrumpunt quidem. Fremitum patientissime fero, multæ voces & in unum confusæ pro fluctu mihi sunt aut vento silvam verberante, & cæteris sine intellectu sonantibus.* Cassiodorus de Circensi spectaculo loquens ait: *Spectaculum expellens gravissimos mores, invitans levissimas contentiones, evacuatio honestatis, fons irriguus jurgiorum, quod vetustas habuit sacrum, sed contentiosa posteritas fecit esse lubricum: quod merito creditur dicatum numerosæ superstitioni, ubi ab honestis moribus sic constat excidi. Hoc etiam dicimus omnimode stupendum,*

B *quod illic supra cætera spectacula furor animorum inconsulta gravitate rapiatur.* Juvenalis Satyra VIII.

Qui saturant Urbem Circo [3] *scenæque vacantem.*

Et Satyra IX.

.... qui me cervice locata
Securum jubeant [4] *clamoso insistere Circo.*

Et Satyra X.

Quid si vidisset Prætorem in curribus altis

καρπὸν ζυνίει, σφίσιν, ἐν στενῷ μάλιστα, τὰ δὲ ἔνθεν δὲ ἄχρι ἐς ὦμον ἑκάτερον ἐς ἀφατόν τι δὐροις διέχυτε χρῆμα. Voces vero hujus plausus adulationum plenæ, ut illud apud Tertullianum: *De nostris annis addat tibi* (Princeps) *Juppiter annos*. Totæ elaboratæ, totæ oppletæ suaviis; in *M. Anton. Phil.* Capitolinus: *Philosophiæ tuæ, patientiæ tuæ, doctrinæ tuæ, nobilitati tuæ, innocentiæ tuæ*; atque ita, ut numero, quæ inclamarentur, certo, jugique constarent. Vop. in *Claud. secundo: Auguste Claudi, Dii te nobis præstent; dictum sexagies. Claudi Auguste, Principem, qualis Tu es, semper optavimus; dictum quadragies. Claudi Auguste, Tu pater, tu frater, tu amicus, tu bonus senator, tu vere Princeps; dictum octuagies. Claudi Auguste, Tu nos ab Aureolo vindica; dictum quinquagies. Claudi Auguste, Tu nos a Zenobia, & a Victoria libera; dictum septies.* Ex quibus colligitur, magistros plausus extitisse, qui musicam ordinarent, ac præciperent vices, quibus essent iterandæ, ne rithmus deperderetur, acclamationes, & præterea esse diligentiam inter biographos Vopisci singularem. Primum plausus rudes, postea arte insigniti. Ovid. I. *amandi artis* lib.

In medio plausu (plausus tunc arte carebat)
Rex populo prædæ signa petenda dedit.

Mox non modo plausus crevit, sed in genera est distinctus; erat plausus, qui imbricum sonum imitaretur verberatarum grandine: de quo Juven. —— *audiat alter Testarum crepitus*: erat & bombus crepitus asper, & terrificus in plausu, qualis ille Persii: *Torva Mymaloniis implerunt cornua bombis*: unde alicubi terrificum quid, ac pueris formidolosum corrupte *bobbo* vocant: ad hunc crepitum manuum facit Themistius in sophista, & Aristenætus ep. X. lib. I. qui quomodo fieret, docet nempe ut compactis digitis, & substrictis subjectam sinistram ferirent plaudentes in cavum: ut est apud Theocr. in *Cyclope*: ἐρυθρὰ πλαταγώνια. τὰ τῆς μήκωνος φύλλα φησί, ἢ τὰ τῆς ἀνεμώνης. ἀπὸ τοῦ πλάσσειν, ὅ ἐστι ψοφεῖν. τιθέντες γὰρ αὐτὰ κατὰ τὴν ἀντίχειρα, καὶ τὸν λιχανὸν δάκτυλον, τύπτουσι τῇ ἑτέρᾳ χειρί, καὶ ἐπισημειοῦνται, εἰ ἀγαπῶνται ὑπὸ τῶν ἐρωμένων ὥσπερ καὶ ἀπὸ τοῦ τῆς πλαταγῶνος ψόφου, εἰ ἀψόφως ἐπικρουσθείη. De qua re etiam alibi idem Scholiastes; nostri pueri etiam nunc in papavere metipso idem observant, cum ludunt inter se, præterea etiam clausum calycem papaveris, dum sunt effracturi, interrogant se invicem, Monialem an Nympham velint: Monialem, papaver pallidum; rubrum pro Nympha accipientes; idque intelligit Corippus.

Ingeminantque cavos dulci modulamine plausus.

Plausum concentum vocat Plin. *Panegyr.* Xiphil. in *Pertinace* ῥυθμῶς ἐβόων: *manus movere*, Varro: *in Circis potius ac theatris, quam in segetibus, ac vinetis manus movent*: manus movere, manus applodere est, unde *plosus*, & *plausus*.

1 *Per te ille discat*) Prima hæc vociferatio prolata est, puto, cum ad bestias aliquis protrahebatur; acclamat tunc alibi, *per te ille discat*; *ille* pro nomine proprio posuit, & hominis alicujus diffamati; ut sit sensus, per te, qui ad bestias damnaris, Cajus discat, & a scelere suo abstineat.

2 *Insaniam*) Sic vocant Circensium voluptatem Tertullianus, Cyprianus, alii. Evagrius μανίαν, & θηριώδη γνώμην. Sil. Ital.

Fluctuat æquoreo fremitu, rabieque faventum,
Carceribus nondum reseratis mobile vulgus.

Idem:

Tollitur in cœlum furiali turbine clamor.

3 *Scenæque vacantem*) Spart. in *Firmo*: *Ego efficiam, ne sit aliqua sollicitudo Romana; vacate ludis, vacate Circensibus; nos publicæ necessitates teneant: vos occupent voluptates.*

4 *Clamoso Circo*) Sic *jurgia Circi*; sic *clamosa suburra* Martial. ob vendentium clamorem; ibi se res suas licitasse scribit Galenus in *vita propria*, cum in patriam rediturus, sarcinulas degravaret.

Extantem, & medio sublimem in pulvere Circi,
In tunica Jovis, & pictæ sarrana ferentem
Ex humeris aulæa togam, magnæque coronæ.

Contra Circensium spectacula multa Tertullianus scribit. Martialis libro IV. de Horatio:

1 *Spectabat modo solus inter omnes*
Nigris munus Horatius lacernis,
Cum plebs & minor ordo maximusque
Sancto cum duce candidus sederet,
Toto nix cecidit repente cœlo,
Albis spectat Horatius lacernis.

CAP. XVII.

De Ludis Circensibus per diversas civitates editis.

Circenses Mediolani.

CIRCENSES Ludos præter Romam & Constantinopolim, 2 Mediolani in Italia, Antiochiæ in Suria, Arelate in Gallia, & alibi per Provincias Romanas editos fuisse, ex Veterum monumentis observavi. Ausonius Gallus Circi Mediolanensis ita meminit:

Et Mediolani mira omnia, copia rerum
Innumeræ cultæque domus, facunda virorum
Ingenia, antiqui mores, tum duplice muro
Amplificata loci species, populique voluptas
Circus, & inclusi moles cuneata theatri,
Templa 3 palatinæque arces opulensque moneta,
Et regio Herculei celebris sub honore lavacri
Cunctaque marmoreis ornata peristyla signis,
Mœniaque in vallo formam circundata limbo
Omnia, quæ magnis operum velut æmula formis
Excellunt, nec juncta premit vicinia Romæ.

Socrates *Historiæ Ecclesiasticæ* l. V. c. XXVI. *Quum Honorius Mediolanum 4 venisset, Imperator Theodosius a morbo nonnihil relevatus, victoriæ gratia Ludos Equestres instituit, & ante prandium quidem melius habens, Equestria certamina spectabat, a prandio vero confestim male se habebat, nec ad spectacula redire valebat. In filium itaque ea disponendorum Equestrium certaminum cura conjecta, ipse supervenienti nocte obiit, Olybrio & Probino Consulibus.*

Et Sozomenus ejusdem Historiæ l. VII. c. XXVIII. *Honorium ubi venisse Mediolanum conspicatus est Imperator Theodosius, levius habere visus est, ita ut & ad spectandos Ludos Circenses prodiret. Subito autem a prandio quum rursus male haberet, filio committit ut Ludorum spectaculum ipse absolvat, & sequenti nocte migravit.* De Circensibus 5 Antiochiæ editis Marcellinus l. XIV. ubi de plebe Antiochena loquitur: *Quod est studiorum omnium*

Antiochia.

---

1 *Spectabat)* Cur ad Circum referat non video, cum de Amphitheatro loquatur Poeta.

2 *Mediolani)* Corius in sua historia, dirutum hunc a Frederico I. cui Oenobarbi nomen cessit, scribit; de hac Eutropius lib. XIII.

3 *Palatinæ arces)* Cæteræ etiam Urbis Romæ secutæ claritatem, Theatrum & Capitolium, & Palatium, & Monetam ædificabant. Cæterum Thermas Herculeas, quid si a Maxiano illo Hercules Mediolani factas credas, atque de iis intelligas apud Ausonium: quem deposuisse Mediolani insignia Cæsaris Eusebius, seu Hieronymus trecentesimo a Christo, septimoque anno recitant? Sin minus ab Hercule illo domitore ferarum dictas accipe, cui sacri labores; Veteres enim thermas, & lavacra Herculi sacrabant. Inscriptio Aliphi: FAB. MAX. RECTOR PROVINCIÆ THERMAS HERCVLI VI TERREMOTV EVERSAS RESTITVIT.

4 *Venisset)* E Constantinopoli, unde eum evocaverat. Eutrop.

5 *Antiochiæ)* Vulcatius Gallicanus in *Avidio*: *Antiochensibus, qui Avidio Cassio consenserant, sed & his, & aliis civitatibus, quæ illum juverant, ignovit: cum primo Antiochensibus iratus esset, & his spectacula substulisset, & multa alia Civitatis ornamenta, quæ postea reddidit.* Sublata iisdem eadem ornamenta, & a Severo, sed a Caracalla reddita; & ante a Marco Philosopho qui Antiochensibus iratus fuit, atque his multa ademit. Spart. in *Severo*, Dio in *Trajano* ejus Circi meminit. Herodianus l. II. Sym. l. IV. Antiochenses tanto studio flagrasse aurigationis scribit, ut ad emendas quadrigas Hispaniam usque maximo sumptu miserint. Divus Chrysost. libellum quem de Circo, περὶ προδρόμυ habet, de hoc Circo scripsit; at multi quidem Circi fuere, ubi enim Romana se explicuit potentia, erigebantur, atque in hac re Græcorum quoque sunt imitati vetustissimum usum, ex majori quando Olympia, quæ in Elide erat, etiam aliæ sunt constitutæ; de ea, quæ in Elide satis clarum: fuit præterea Athenis, & in Macedonia. Scholiastes Thucydidis l. I. ἔστιν ὀλύμπια καὶ ἐν Μακεδονίᾳ, καὶ Ἀθήναις. De quibus in *Pyth.* ad odem IX. agit Pindari Scholiastes, & *Olymp.* ode VII. Et Demosth. Interpres κατάπερς. Hesychius, Ὀλύμπια, ὁ Ἀθήνησιν ἀγών: erat apud Smyrnæos quoque, ut ex inscriptione veteri liquet, sic apud Nicæenses; Eustathius *in Dionysium*, ubi ait prope Nicæam fluvium esse, qui dicatur Alphæus, & in quo Olympiacum certamen fiat, & non longe Olympiam montem. Sed ut ad Circos revertamur, erat Constantinopoli, de quo diximus. *Carthagini*; August. l. *Confess.* IV. & Salvian. l. II. *de Gub. Dei*. *Et Ecclesia Carthaginensis insaniebat in Circis, luxuriabat in theatris*; *Treveris*; Aug l. *Confess.* IIX. *unde incidit, ut diceret, nescio quid se, & tres alios contubernales; nimium apud Treviros cum Imperator pro Meridiano Circensium spectaculo teneretur, exiisse deambulatum in hortis*. Salv. l. II. *de Gub. Dei*. *Pauci nobiles, qui pro summo excisæ urbis Trevirorum remedio Circenses ab Imperatoribus postulabant*: & Circenses ergo Treveris desiderati. *Athenis*; qui *Enechelidon* dicebatur ἐνεχελιδὼν ab Echelo conditore. Hesychius. ἐνεχελιδὼν ὁ Ἀθηναίων ἱππόδρομος ἀπὸ τοῦ ἐχέλου. Spart. in *Adriano*. *Edessæ*; ea urbe decem Viri ludos Circenses edebant. *L. Circenses. C. de Decur.* *Cæsareæ*; ubi quinquennales ludi Circenses in Augusti honorem, teste historia tripartita, Josepho, & Egesippo. *Anagnini* Circi Livius meminit l. XIX. *id ægre passi Hernici concilium populorum omnium habentibus Anagninis in Circo, quem maritimum vocant, præter Alatrinatem, Ferentinatemque & Verulanum omnes Hernici nominis, Reipublicæ Romanæ bellum indixerunt.* Ubi nota in Circo concilium habuisse Anagninos more Græcorum, quibus forum in Circo, aut theatro: unde colli-

maximum, ab ortu ad vesperam Sole fatiscunt, vel pluviis præmia aurigarum equorumque præcipua, vel edita scrutantes; & est admodum mirum videre plebem innumeram mentibus ardore quodam infuso cum dimicationum curulium eventu ponderantem. Et paulo infra, ubi de Gallo Cæsare loquitur Antiochiæ agente: *Erat autem diritatis ejus hoc quoque indicium nec obscurum nec latens, quod Ludicris cruentis delectabatur, & in Circo vel sex vel septem aliquoties vetitis certaminibus pugilum vicissim se concidentium, perfusumque sanguine specie, ut lucratus ingentia lætabatur.*

Arelate.

De Ludis Circensibus Arelate habitis, idem Marcellinus libro eodem: *Arelate hyemem agens Constantius post Theatrales Ludos atque Circenses, ambitioso editos apparatu insolentia pondera gravius librabat.* Tacitus l. xv. *Decretum a Senatu ut Ludicrum Circense, ut Juliæ genti apud Bovillas, ita Claudiæ Domitiæque apud Antium ederentur,*

Bovillis. Antii.

CAP. XVIII.

Tempus quo unumquodque Circensium Ludicrum fieri desiit.

SINGULORUM Circensium Ludicrorum origine, & declaratione, usuque explicatis, rei ipsius ordo jure exposcere videtur, ut quando unumquodque ipsorum celebrari desierit, quantum a me in tanta rerum obscuritate fieri poterit, aperiam.

Quando Pompa desiit?

Pompam [1] Constantini principatu sublatam fuisse ex Zosimo constat: nam Christianorum sacris initiatus, antiquam superstitionem, quæ hac supplicationum pompa maxime conservabatur, quantum potuit, & temporum illa conditio tulit, circa Annum Christi CCCXXV. labefactavit.

[2] Naumachiæ quoque spectacula circa ea tempora in usu esse desiisse facile crediderim: nam post Constantinum pauci admodum per multa sæcula Imperatores, quorum id præcipue muneris erat, Romæ permanserunt, & nulla amplius apud veteres auctores quod sciam ejus Ludicri mentio extat.

Naumachia.

Pugnas equestres, pedestres & venationes, usque ad Justiniani Augusti [3] Imperium Romæ perdurasse, alicubi observavi. Cæterum postquam Bellum Gothicum inchoatum est, Oriensque qui bestias mitteret, hostem Romanis Imperatorem, & Principem Urbem Constantinopolim haberet, Africa quoque vel intestinis tyrannorum rebellionibus, vel Vandalorum tyrannide vexata, huic muneri vacare amplius non posset, hæc spectacula fieri desiere, Imperii majestate in dies imminuta, & Barbaris Italiam, & cæteras Occidentalis Imperii provincias vastantibus. Nisi nostri sæculi Ludicra, quæ aliquot taurorum exhibitione fieri solent, venationes appellare quis velit, quibus nihil cum antiquis simile, quum incondite, inepte, nulla in conficiendis belluis arte, sed tumultuarie, & sine ullo pugnæ artificio fiant.

Pugnæ equestres & pedestres. Item venationes quando fieri desierint?

Bello Gothico Italico, quod cum Vitige, & Totila, fortissimis Regibus, belli ducibus Bellisario, & Narse, XIIX. anno-

Reliqua spectacula quando abolita?

gere est, Græcam ipsos trahere originem. *Thessalonicæ;* Eutrop. l. XIII. *Thessalonica Civitas est grandis, & populosa, in qua cum orta fuisset seditio, quidam judicum lapidati sunt, atque tracti: hinc indignatus Theodosius iracundiæ non refrenavit infirmitatem, sed ad ludos Circenses invitare cives jussit, & super omnes mixtos evaginari gladios præcepit, & una cum nocentibus innocentes interimi. Amamiæ;* Polyb. l. v. Αὐτὸς δ' ἐν τῇ Ἀμαμείας ἁρμίσας μετὰ τῆς στρατίας, καὶ περὶ πέντε σαδίους ἀπόχων τῆς πόλεως προσεστρατοπέδευσε κατὰ τὸν ἱππόδρομον. *Alexandriæ;* habemus Machabæorum secundo, immissos Alexandriam ad obterendos Hebræos in Circo Elephantos; lege Philonem in Flaccum, Philostratum l. v. in Apoll. Vita. *Hierosolymæ;* Josephus l. *Antiq.* v. *Maguntiæ, Massiliæ, Coloniæ Agrippinæ, Treveris*, aliisque urbibus plurimis. Sal. *de Gub. Dei. Sed videlicet responderi hoc potest, non in omnibus hæc Romanorum urbibus agi; verum est, etiam plus ego addo, ne illic quidem nunc agi, ubi semper acta sunt antea; non enim hoc agitur jam Moguntiacensium, atque Massiliensium civitate, sed quia excisa, & deleta est: non agitur Agrippinæ, sed quia hostibus plena: non agitur Treverorum urbe excellentissima, sed quia quadruplici* (alibi dicit *triplici*) *eversione prostrata; & ideo, væ nobis, atque impuritatibus nostris, væ nobis, atque iniquitatibus nostris. Apameæ;* Evagrius lib. IV. de Chosroe, qui Apameæ tunc cum Imp. erat: ἐπὶ ἠνηκόει πολλῷ πρότερον Ἰουστινιανὸν βασιλέα χρώματος βενέτου, ὃ δὴ κυανέον ἐστὶν, ἐκτόπως ἐρᾷν, ἀπεναντίας κἂν ταῦτα αὐτῷ ἰέναι βουλόμενος ἤθελε τῷ πρασίνῳ τὴν νίκην ἁρμόσαι. *Lugduni* Lapis. *Asisii* Lapis. *Arcti* in Hispania. Lapis *Aletrii.* Lapis qui in portu S. Mariæ Majoris in platea ejus Urbis.

1 *Constantini Principatu*) Pompam fateor sublatam, sed quamvis Constantinus ludos lege lata prohibuit, quæ extat l. II. C. *de gladiat.* non tamen abolitos constat ex l. II. *de gladiat.* C. Theod. per Constantinum lata, quæ munerarios prohibet esse auctoratos militia, aut palatina præditos dignitate; item l. II. ejusdem C. Theod. inter cætera dumtaxat prohibetur magistratibus per Gratianum, Valentinianum, & Theodosium alio tempore ferarum certaminibus vacare, quam quo die aut nati, aut Imperii sceptra principes susceperint; rursus ex D. Augustino l. IIX. *Confess.* c. IIX. hoc liquet, ubi se interfuisse ludis gladiatorum in adolescentia fatetur, atque ex Prudent. l. II. *ad Symm.* aliisque argumentis, & memoriis multis, atque inter alias illa Eutropii l. XIII. *Thelemachius conversatione monasticha, pro hac causa Romam venit: cumque nefandum illud spectaculum ageretur, & ipse intravit in stadium, & descendens nitebatur pugnantes inter se gladiis separare, cumque spectatores adversus eum sævirent, & in effusionem sanguinis grassarentur, provisorem pacis lapidibus occiderunt.* Sed Ammianus quid plura? sanguinarios hos ludos a Constantino exhibitos recitat.

2 *Naumachiæ*) Veram pugnam intelligere; nam sciomachia vel ad tempora Claudiani, qui ipsam describit, perduravit.

3 *Imperium Romæ*) Certe Acacius Theodoræ uxoris Justiniani pater erat ad alendas bestias ob venationes præpositus: in hist. arcana. Ἀκάκιος ἦν τις ἐν Βυζαντίῳ θηριοκόμος τῶν ἐν κυνηγεσίῳ θηρίων, ὅνπερ ἀρκτότροπον καλοῦσι.

rum intervallo gessit Justinianus Imperator, reliqua Circensium spectacula Romæ, & in Italia præter Trojæ Ludum sublata fuere, quum Urbs, olim Orbis terrarum domina, toto Imperio exuta, Græculorum Principum & Exarchorum vile mancipium facta fuerit. Ex tot porro Circensium Ludicris unum tantum (ut dixi) Romæ, & aliud reliquum in Oriente apud Constantinopolim fuit, Curule scilicet, & Equestre certamen, quod usque ad Alexium Comnenum, quo imperante, Constantinopolis a Venetis & Gallis capta fuit, perduravit. Ubi in extructo a Constantino magno Imperatore Circo, quem Græci ab equorum cursu *Hippodromum* vocabant, exhibitum fuit.

CAP. XIX.

De Ludis antiquis, quorum hodie vestigia, sive potius umbræ aliquæ supersunt.

Ludus Troiæ Testatius.

ROMÆ vero antiquus Trojæ Ludus usurpatus fuit, quem quibusdam aliis Barbaris spectaculis, & magnificis pro temporum conditione apparatibus animalium, & hominum cursibus, & ineptis Taurorum venationibus additis, recentiores Romani *Agonis*, sive [1] *Testatii* Ludos hodie vocant. Ex antiquis etiam hominum, & singulorum equorum Circensibus Ludicris nostro tempore Romæ, & per Italiam reliquus est hominum itidem, & diversorum animalium, ut equorum, asinorum, & bubalorum inconditus, & sine ullo ordine ab uno principio ad certum terminum protensus cursus, antiquisque illis Circensibus nihil simile habens præter currendi usum, ut ea quæ scripsimus, & hodiernum cursum accurate consideranti, manifestum erit.

Quot [illegible] alibi?

Hodie porro novem in Urbe cursus genera sunt, quattuor hominum, quinque bestiarum. Ex hominibus currunt Judæi, pueri, juvenes, & senes. Veronæ in patria mea, currunt etiam mulieres. Ex bestiis asini, bubali, equi, equæ, & equi Numidæ, [2] *Barbari* vulgo vocati, de quo currendi more, quum Barbarus, & ineptus sineque ulla disciplina sit, nihil est quod dicam.

Claudianus libro secundo in Eutropium Eunuchum de Circensibus Arcadio, & Honorio Imperatoribus scribens, ait:

Ergo ubi collecti proceres, qui rebus in arctis
Consulerent, tantisque darent solatia morbis,
Obliti subito [3] *Phrygiæ, bellisque relictis*
Ad solitos cœpere jocos, & jurgia Circi
Tendere, nec quicquam magna confligitur ira.
Quis medius vibrata puer vertigine molli
Membra rotet? vertat quis marmora [4] *crine supino?*
Quis magis [5] *enodes laterum detorqueat artus?*
Quis voci digitos, oculos quis moribus aptet?
Hi tragicos meminere modos, his fabula Tereus,
His necdum [6] *commissa toro cantatur Agave.*

---

1 *Testatii)* A testaceo monte, qui Romæ inter Aventinum est, & Tiberim; quia testis, hoc est, frustis figlinis confractis ita appellatur. De hoc Marlianus lib. v. cap. v. Desiere fieri hi ludi Pii V. aut Gregorii XIII. Pontificiis temporibus: tumultuosis quidem, & ineptis taurorum venationibus ante ordinati. Hoc ludicrum una cum monte graphice pictum vidi domo in Vinea Roncinorum Romæ inter Collinam portam, & Viam Flaminiam. Sed nostro quidem ævo multo elegantius Florentiæ instaurantur, in ea siquidem urbe veteris adhuc Circi vestigia supersunt: videri ea constans, & perpetua fama est, atque apparere descendentibus a ponte cui a Rubaconte cognomen cessit, Boream versus, ubi nunc Peruzzinorum ædes sunt. Perdurat adhuc ovalis formæ aspectus. Hujus Circi usus olim translatus fuit in plateam D. M. Novellæ; ubi duo sunt Obelisci marmorei, æneis astragulis, basique impositi. Circaque eorum compendia etiam nunc maxima cum exterorum frequentia bigas trino missu singulis annis x. Kalend. Julii agitant. Serenissimum Cosmum hujus nominis secundum instaurare opus voluisse ad antiquum typum, atque de opere jam fuisse consultum referunt, donec Magni illius Ducis interitu res omissa sit, ut ex relatu viri amicissimi, atque eruditione consultissimi Nicolai Pinelli sæpius accepi.

2 *Barbari)* Quasi Numidæ equi. Africam Barbariam appellarunt recentiores, & Anastasius Sinaita olim Barbari Phryges appellati; & Euripides sæpe in *Oreste* habet. Interpres Sophoclis in *Ajace Magist.*

3 *Phrygiæ)* Semiviri & asseclæ Eutropii Eunuchi; ex illo Virg. *Phrygiæ nec enim Phryges:* & Hom. Ἀχαιΐδες, οὐκ ἔτ' Ἀχαιοί. & Tassus, *o Franchi no, ma Franche.*

4 *Crine supino)* Discoboli thesis; ad hanc lib. secundo Quint. quid tam distortum, & elaboratum quam ille discobolus Myronis; vide de disco superius.

5 *Enodes laterum)* Exosseam saltationem dixit Apul. lib. I. *Asini.*

6 *Commissa toro)* Legerem potius *Commissa choro*, aut *commissa foro:* nova enim semper hic opera gratiora spectatoribus. Donat. *in Eunuch. acta est tanto successu, & plausu, & suffragio; ut rursus esset vendita, & ageretur pro nova:* ut sit hæc tragœdia *intacta Agave.* Juvenalis sat. VII.

Esurit, intactam Paridi nisi vendat Agaven.

ubi *intacta Agave* est, quæ theatrum numquam fuit experta. Ut Virgil. lib. VI. *Æneid.*

Nunc grege de intacto septem mactare juvencos.

Qui jugum non sensere. & IV. *Georg.*

—— *Intacta totidem cervice juvencas.*

intactum itaque omne, quod novum in opere est: *cantatur*, recitatur cantando: *recitare* simpliciter loqui est; unde illud Quint. *cum cantas male cantas, cum recitas cantas. Quid enim minus oratori convenit* (idem ait lib. *Orat. inst.* X.) *quam modulatio scenica:* ex qua intentione spiritus rumpi crebrum erat phonascis, unde subligaria, & fibulæ ingentes, nempe cum theca; qui credunt ad conservandam tantummodo vocem fuisse impositam fibulam, simpliciter credunt. Martialis lib. XIV. ep. CCXV.

Die



Pompæ Circensis a priscis Romanis florente Imperio, maximo apparatu, et religione solenni ritu celebratae, ex antiquis Librorum, Lapidum et Nummorum testimoniis. accurata expressio Onuphrii Panvinii Veronensis inventoris sumptu et aereis typis, venetiis Anno salutis M:D.LXXX. *Gre:* XIII. *Papa.*

I. *Summus Magistratus, qui pompam ducebat.* II. *Pedestris juv. R. armata.* III. *Iuventus Romana equestris.* IV. *Bigae.* V. *Trigae.* VI. *Quadrigae.* VII. *Luctatores.* VIII. *Pugiles.* IX. *Cursores.* X. *Armata saltatio, Virorum.* XI. *Juvenum.* XII. *Puerorum.* XIII. *Satyrica saltatio.* XIV. *Tubicines.* XV. *Tibicines.* XVI. *Citharoedi.* XVII. *Camilli et Flamines.* XVIII. *Ministri facrorum.* XIX. *Aruspices.* XX. *Pullarii.* XXI. *Victimae.* XXII. *Popae.* XXIII. *Victimarii.* XXIV. *Hostiae.* XXV. *Fercula.* XXVI. *Thensae.* XXVII. *atque.* XXVIII. *Currus.* XXIX. *Carpenta.* XXX. *Arma.* XXXI. *Pont: Maximus.* XXXII. *Pontefices.* XXXIII. *Flamines.* XXXIV. *Augures.* XXXV. *xv Viri facris faciundis.* XXXVI. *Virgines. Vestales.* XXXVII. *Reliqui facerdotes.* XXXVIII. *Lictores et Viatores.* XXXIX. *Reliqui Magistratus.* XL. *Senatores.*

Item in *Panegyrico Consulatus Fl. Manlii Theodori V. C.* quum Ludos in ejus Magistratu editos describit, ita canit:

1 *Uraniæ redimita comas, qua sæpe magistra*
Manlius igniferos radio descripserat axes,
Sic alias hortata Deas: Patimur ne sorores
Optato procul esse die? nec limina nostri
Consulis, & semper dilectas visimus ædes?
Et fasces subiisse libet? miracula plebi
2 *Colligite, & claris nomen celebrate theatris.*
3 *Tu Jovis æquorei submersam fluctibus aulam*
Oratum volucre Erato jam 4 *perge quadrigas,*
A quibus haud unquam palmam rapturus Arion,
Illustret Circum sonipes, quicunque superbo
Perstrepit hinnitu 5 *Bætim, qui splendida potat*
Stagna Tagi, madidoque jubas adspergitur auro
Calliope liquidas Alcidem posce palestras,
Cuncta Palæmoniis manus explorata coronis
Adsit, & Helasco pubes laudata Tonanti.
Tu juga Taygeti, frondosaque Mænala Clio
I Triviæ supplex, non aspernata rogantem
Amphitheatrali faveat Latonia pompæ,
Audaces legat ipsa viros, qui colla ferarum
Arte ligent, certoque premant venabula nisu,
Ipsa truces fœtus, captivaque ducat ab antris
6 *Prodigia, & cædis sitientem deferat arcum.*
Conveniant ursi, magna quos mole ruentes
Torva Lycaoniis Helice miretur ab astris:
Perfossique ruant populo pallente Leones,
Quales Mygdonio currum frenare Cybelle
Optat, & Herculei mallent fregisse lacerti,
Obvia fulminei properent ad vulnera Pardi,
Semine permixto geniti, quum forte Leænæ
Nobiliorem uterum viridis 7 *corrupit adulter,*
Hi maculis patres referunt, & robore matres:
Quicquid monstriferis nutrit Getulia campis,
Alpina quicquid tegitur nive, Gallica si quid

Alludit ad venationes ferarum.

Dic mihi simpliciter, Comœdis, atque Tragœdis
Fibula quid confert?

1 *Uraniæ r. c. q.)* Radiata; ita enim pingebant hanc musam, ut ex icone nuptialis thalami videre est, quam exhibuit Pignorius; hanc & Venerem dixerunt: *atque ideo Venerem cœlestem Astrologi Syrii Astartem vocaverunt.* Minuc. Fel. in tet. ex ea prædictiones quædam Astrologorum siderales. J. Capitol. in *Pertin. In quo proconsulatu multas seditiones perpessas dici vaticinationibus eorum, quæ de templo cœlesti emergunt.* Tertul. *Apol.* bis hujus Deæ meminit Apul. *Milesiακῶν* lib. IX. *Regina cœli* corona ideo ei radiata. Pausanias huic fuisse templum in Attica refert ab Ægeio constitutum; ipse in *Atticis*, Ἀθηναίοις δὲ τὸ ἱερὸν Ἀφροδίτης οὐρανίας κατεστήσατο ὁ Αἰγεὺς.

2 *Colligite)* *De laud. Stilicon.* idem:

Nec tibi, quæ pariter silvis dominaris, & astris
Exiguam Stilico movit Latonia curam;
Tu quoque nobilibus spectacula nostra laboras
Illustrare feris,

3 *Tu Jovis æq.)* Et alibi:

Cernitis ut Latio superi communibus ornent
Hunc annum studiis, quantus Neptunus equorum
Donet ab urbe greges.

4 *Perge quadrigas)* Cum epithalamium nuptiis Serenissimi Ducis Parmæ Odoardi texerem, quem suppressi postea, nec edidi, hæc a Claudiano mutuatus, nescio an litantibus Thuscis musis hoc modo in Italum sensum verteram:

Vanne, e Tu scegli del veloce armento
Là tra l'herbe di Spagna il fior piu vago,
Che snello imiti del paterno vento
L'aura, e la fretta del natio suo Tago:
E ricco di barbarico ornamento
Per la materia insuperbisca, e l'ago:
Vole, istabil s'agiri, e l'or del morso,
Divori ardito, e le campagne al corso.
Erato, e Tu ne la gentil palestra
Raccogli, e sfida i generosi Elei
Che co' i piè frettolosi o con la destra.
Trapassar mete, o guadagnar trofei.
E Tu di Sectia ogni pendice alpestra
De' mostri spoglia, e i gelidi Rifei
Euterpe, e stretti in lacci avvinti mena
I prodigj è de boschi, e de l'arena.

5 *Bætim)*

Et Tartessiacis stabuli nutritor Iberis
Bætis.

6 *Prodigia)* Lib. IIX. Virg. *Æn.*

—— Tu Cressia mactas
Prodigia.

De Scylla Hom. πέλωρον κακὸν, unde monstrificum illud promontorium, Pelorium appellatur.

7 *Corrupit adulter)* Solin. cap. XXVII. *quorum* (Pardorum) *adulterinis coitibus degenerantur partus. Leænæ, & Leones quidem procreantur, sed ignobiles.* At noster ait Pardos natos a Leænis, & pardis: quod utrumque fiebat.

Sylva timet, jaceat, largo diteſcat harena
Sanguine, conſument totos ſpectacula montes,
Nec molles egeant noſtra dulcedine Ludi,
1 *Qui lætis riſum ſalibus moviſſe facetus,*
2 *Qui nutu, manibuſque loquax, cui tibia flatus,*

A

Cui plectro pulſanda chelys, qui 3 *pulpita ſocco*
Perſonat, aut alte graditur majore 4 *cothurno,*
Et qui magna levi detrudens murmura tractu,

---

1 *Qui lætis riſum)* Μίμυς γελοίων vocat in *Olynth.* Demoſthenes & Ποιητὰς αἰσχρῶν ἀσμάτων. Sidonius.

Mimos chœnobatas, gelaſianos.

Gelaſiani ridiculi ſunt. Martialis lib. II. ep. XLI.

Mimos ridiculi Philiſtionis.

Euripides. Ἀνδρῶν δὲ πολλοὶ τοῦ γέλωτος ἕνεκα Ἀσκοῦσι χάριτας κερτόμους, ἐγὼ δὲ πως Μισῶ γελοίους, οἵτινες μὲν ἐπὶ σοφῶν Ἀχάλινα ἔχουσι στόματα. Athen. lib. XVI. Plaut. in *Sticho*; *vides ridiculos nihil fieri.* Silli ridicula olim poemata erant in theatris adducta, de quibus ita *ad Iliad.* lib. ſecundo Euſtathius. εἰσὶ δὲ σίλλοι ποιήσεως εἶδος κωμικῆς, καὶ οἱ ταύτην μετιόντες σιλλογράφοι ἐλέγετο, καὶ τὸ ἀπὸ παίζειν σιλλαίνειν ἐκαλεῖτο. quod deductum a Therſite Homeri facit, neque inventorem Xenophanem, ut nos ſillorum noſtrorum facimus in Italia, Franc. Berniam. καὶ μόνον Ξενοφάνης πεποίηκε σίλλους, ἐν οἷς εὐδοκίμηκεν. ἀλλὰ καὶ τούτου τοῦ εἴδους πρῶτος κατῆρξεν Ὅμηρος, ἐν οἷς αὐτὸς τὸν Θερσίτην σιλλαίνει, καὶ ὁ Θερσίτης τοὺς βασιλεῖς.

2 *Qui nutu manibuſque)* Locutio iſta ſine voce digitis tantum tractata nullo ſchemate magis, quam Apulejanæ fabellæ *Metam.* X. opere explicatur. *Quid mandaret Juppiter nutu ſignificans protinus gradum citule referens e conſpectu faceſſit.* Mox: *hæc inquieto capite, & oculis in aſpectum minacibus, & intorto genere geſticulationis alacer demonſtrabat Paridi, ſi ſibi formæ victoriam tradidiſſet fortem, trophæiſque bellorum inclytum ſuis adminiculis facturum.* Et: *hæc puella varios nodales laſciva concinnitate tibia præ cæteris quieta, & inaffectata geſticulatione nutibus honeſtis, Paſtori pollicetur.* Demum: *cœpit incedere, mollique tibiarum ſono delicatis reſpondere geſtibus.* Polyhymniæ muſæ hanc peritiam aſſignant. Auſon.

Signat cuncta manu, loquiturque Polhymnia geſtu.

de hoc genere loquendi Caſſiod. lib. II. ep. ult. *hinc ſunt additæ orcheſtrarum loquaciſſimæ manus, linguoſi digiti, clamoſum ſilentium, expoſitio tacita*, &c. Callimach. epigr. *Anthol.* lib. I.

Σιγῶ φθεγγομένης παλάμης θελξίφρονα μολπόν,
Γεύμασι φωνήεσσαν, , ἀπαγγέλλουσα σιωπῇ.

Sidonius Apoll. car. XXIII.

Clauſis faucibus, & loquente geſtu.

Terentianus Maurus *de Metris*, ſeu C. Petronius Arbiter ab eo citatus:

At Arbiter diſertus.
Tinctus colore noctis
Manu puer loquaci.

epigramma eſt elegantiſſimum quidem inter vetera, cui inſcriptio *Pantomimus* ad hunc ſenſum.

Maſcula fœmineo derivans pectora ſexu,
Atque aptans lentum ſexum ad utrumque latus;
Egreſſus ſcenam populum ſaltator adorat,
Solerti tendit prodere verba manu.
Nam cum grata chorus diffundit cantica dulcis,
Quæ reſonat cantus, motibus ipſe probat:
Pugnat, ludit, amat, bacchatur, vertitur, adſtat:
Illuſtrat verum, cuncta decore replet:
Tot linguæ, quot membra viro: mirabilis eſt ars,
Quæ facit articulos voce ſilente loqui.

Vide Iſid. lib. I. cap. XV. & iſti ſcenici Pantomimi dicebantur, quod omnia geſticulatione imitarentur, non ita mimi, qui aliquando fingebant, aliquando imitabantur. Sed ſufficiat tantum rem erudiviſſe. illud non præteribo, quod Solinus cap. XXXII. recitat, *Fuiſſe in ultimo oriente quoſdam linguis carentes invicem ſermonis utentes nutibus, motibuſque.*

3 *Pulpita ſocco)* Sidonius lib. IX.

Date dicta ſub cothurno,
Date carmina ſocco.

Erat ſoccus calceamentum, quo viles perſonæ in ſcena Comica utebantur, & qui braxea etiam dicebatur, ſoccus appellatus, quaſi ſaccus; nam concavus calceus erat, non ſolea: ἐμβὰς Græcis dicitur. Schol. Ariſtoph. ἐμβὰς εἶδος ὑποδημάτων ἀπὸ τοῦ ἐμβαίνειν τοὺς πόδας. Gloſſa ἐμβὰς, κόθορνος ταπεινός. Nec differebat a crepida, puto, niſi quod ſoccus planus, & humilis, neque altus; exuebatur præterea ſine vinculorum ſolutione. Sen. lib. II. *de benef. Parum enim fœde furioſeque inſolens fuerat, qui de capite Conſularis viri ſoccatus audiebat, niſi in os ſenatoris ingeſſiſſet imperator pictos ſoccos; pictos* dicit, immo inaurabantur, unde auratus ſoccus reperitur: Tertullianus *de Idololatria*, *ſoccus & braxea quotidie deaurantur. Mercurius, ac Serapis non quotidie*; neque nimiæ magnitudinis eſſe poterat, cum ſciamus patrem Vitellii Cæſaris teſte Suetonio, ſoccum in ſinu geſtitaſſe. Faſciæ, quæ crus tegerent uſque ad ſoccum, ſoccelli ſunt dictæ. Iſidor. *Origin.* lib. XIX. cap. XXXIV. *Socci, cujus diminutivum Soccelli appellati*, inde quod ſoccum habeant, in quo pars plantæ injicitur.

4 *Cothurno)* Iſid. l. XX. c. XXXIV. *Cothurni ſunt, quibus calcebantur tragœdi, quando in thea-*

Innumeras voces 1 *segetis moderatus abenæ*
Intonat erranti digito, penitusque trabali
Vecte, laborantes in carmina 2 *concitat undas,*
Vel qui more avium sese 3 *jaculantur in auras,*
Corporaque ædificant, celeri crescentia nexu;
Quorum compositam 4 *puer augmentatus in artem*

A *Emicet, & vinctus planta, vel curribus hærens*
Pendula librato figat vestigia saltu:
Mobile ponderibus descendat pegma reductis;
Inque chori speciem spargenteis ardua flammas
Scena rotet, varios effingat Mulciber orbes
Per tabulas impune vagus, pictæque citato
Ludant igne trabes, & non permissa morari

---

tro dicturi erant, & alta intonantique voce carmina cantaturi. Addit: *est enim calceamentum in medium crepidarum, quibus Heroes utebantur, sed tale est, ut in uno, vel in altero conveniat pede.* Aptum utrique pedi certe erat: nam concavum, ac superiorem pellem in calcei nostri formam habitat; contra ὑποδήματα, Sandalia, ut sunt nunc Capucinorum calceamenta; non nisi uni pedi conveniunt pro singulo; & propter δέξιον πέδιλον invenies dictum de eo calciamento. Sophoclem cothurni figuram auxisse, ut Heroum personam augustiorem, & altiorem exhiberet in tragœdia, testis est Justinus Martyr *Apologia pro Christianis ad Antoninum*: de hac in *Trachiniis* Scholiastes Sophoclis. ἀμφιδέξιον εἶδος ὑποδήματος ὃ καλοῦσι κόθορνον. Forma quadrata hunc calceum facit Etym. magnum. κόθορνος γυναικεῖον ὑπόδημα τετράγωνον τὸ σχῆμα.

Romanorum Vetera calceamenta teste Æliano, tam viris, quam fœminis erant communia, & sic etiam de cothurnis habet Aristoph. Schol. in *Ranis*: οἱ δὲ ὅτι ἀνδράσι, καὶ γυναιξὶν ἁρμόττει. Cothurni itaque Græci; calcei apud Romanos, qui ὑποδήματα, sandalia non gestabant, cum Græcorum potius calceamenta essent hypodemata, & præcipue mulierum.

1 *Segetis abenæ*) Æra fistulata. Sidon. lib. IX. ep. XIII. segetem vocavit, quasi calamos, Prudentius:

Disparibus calamis quod consona miscent.

2 *Concitat undas*) Suscitat undas in M. S. nec melius hydraulicam describit harmoniam; concitatio hæc *calcatura* appellatur a Vitruvio lib. X. cap. IX. *sine operum calcatura ipsius fluminis impulsu vexatæ præstant, quod opus est ad usum: eadem ratione etiam vexantur hydraulæ.* Duplex igitur genus hydrauliæ, quod aquarum, & hominis egeret ministerio, & quod aquarum tantummodo; sed ultimum puto imperfectum, & ignobilius: non enim calcaturæ simplicis ea poterat esse in versandis, variandisque vicibus regula, & tenor, qui in perito homine: fiebant autem hydrauliæ machinæ ad varios usus: ad excitandas in agone musico harmonias, ad imitandos avium cantus, & similia. Vitruv. de Horologio Hydraulico lib. IX. Lege Hieronymi libellum *De spiritalibus*. Themistium *paraph. ad.* IV. *Physicorum*: nostra, quæ dicunt organa, Juliani Apostatæ tempore emiserunt, eaque ipse eleganti epigr. describit in *Anthol.* De pneumaticis ipsis nostratibus Cassiod. *organa extraneis vocibus intonant, & peregrinis flatibus calamos complent*: ita segetem Claudianus pro calamis dixit, καλάμῳ siquidem ἀντὶ κερατίου ἐχρῶντο ἀρχαῖοι. κάλαμος ἡ σύριγξ.

3 *Jaculantur in au.*) Petauristas intelligit, πεταυρίζεσθαι siquidem in aere pendere, ac volutari; est quidem πέτευρον, sive πέταυρον, tabella muro affixa *Mutilus* dicta a Columella lib. IIX. cap. IX. & Varr. ad quam vespere gallinæ volatu se recipiunt, mane desiliunt, ex ea lignum, quo saltatores evibrabantur ad gallinarum modum, petaurum, ipsi petauristæ nuncupati sunt. Hesych. πέταυρα τίγνα, & Latinam glossam posuit *tigna*. nam re vera, ut tigna, tabulæ gallinarum muro cohærebant, quam ob rem affixa cubilia ea muro esse debere, præcipit Varro, motum enim dicit, cum incubant Gallinæ, nocere, & Suidas πέταυρον, παγὶς, βάθος, σανίς. dicitur *petaurum*, quod πεπᾶται ἐν αὔρα, qui ex eo ludit, sive a πέταμαι, καὶ αὐρὰ, quia volatus est ministerium, qui volat in eo, & πετάμενος *petamenarius* est, qua voce utitur lib. IIX. c. VII. Firmicus. & Salv. Massiliensis *de Gub. Dei* lib. V. *ephalmatores* quoque idem appellat Firmicus ab ἔφαλμα: de his Sex. Pomp.

Sic ubi mechanici cum alti exhibuere petauro.

Ego vero talem petauri formam fuisse arbitror, quæ non tamen omnino in toto cum *Mutilo*, seu tabella Gallinacea, conveniat, non enim fixum stabileque erat, sed versatile; fixum in terra lignum prælatum fuit, ac supra ipsum tabella, ubi pedes saltator collocabat, posita ab altero ministro machina, & rotula movebatur, ita ut excuteret tabellam & saltatoris corpus, quod sua vi, & vi tabellæ ejaculatum volare longissimo saltu videbatur. Manil.

Cum rota transmisso toties impacta petauro.

4 *Puer augmentatus.*) Juvenalis,

Pueri ad Valeria rapti.

Sed aliter, augmentatus proprie est puer puero insidens, atque in altum implicitus, ut catena quodammodo in alium fieret corporum, & quædam scala; istud puto significare in *Trachiniis* Sophoclis Schol. ἐστὶ εἶδος παλαίσματος ἡ κλίμαξ. Et Euseb. *Hist. Eccl.* lib. IIX. ἢ καὶ ἀνδρῶν δ᾽ ἐτέχνιος τισὶ σωμασκίας παραδόξους ψυχαγωγίας τοῖς ὁρῶσι ἐνδεικνυμένων. similis erat lusus, qui ἑτεροκοπία, & τραχηλισμὸς dicebatur; fiebat enim cum quispiam collo alterius insidens gestabatur; aut mutua volutione alterutrum ferebantur: *scaricabarili* dicunt Itali. Cæl. Aurel. lib. V. cap. ult. *Item alienis laboribus exerciti, hoc est, colluctantiam, vel coexerentium, quam Græci* ἑτεροκοπίαν, *vel* τραχηλισμὸν *vocant.* Ista vero omnia Claudianus, quæ ad exornandum Consulatum Manlii adducit *contra Eutropium*, etiam describit:

Ad solitos cœpere jocos, & jurgia Circi
Tendere, nequicquam magna confligitur ira;
Quis melius vibrata puer vertigine molli

Alludit ad naumachiam. 1 *Fida per innocuas errent incendia turres.*
Lascivi subito confligant æquore lembi,
Lignaque remigibus spument inversa canoris:
Consul per populos idemque gravissimus auctor
Eloquii duplici vita subnixus in ævum
Procedat pariter 2 *libris, fastisque legendus;*

A *Accipiat patris exemplum, tribuatque nepoti*
Filius, & cœptis ne desit fascibus hæres
Decurrat trabeata domus, tradatque secures
Mutua posteritas, servatoque ordine fati
Manlia continuo numeretur Consule proles.

Membra rotet, vertat quis marmora crine supino,
Quis magis enodes laterum detorqueat artus.

1. *Fida per innocuas*) Hi ludi Vulcanales appellati. Eusebius Ρωμαίων ἐβασίλευσε ιθ. Μακρῖνος Κιρκεσίοις ἡφαιστείοις ἐκάη τὸ ἀμφιθέατρον ἐν Ρώμῃ. Alibi aliqua superius. Ætnæ mons fingebatur, de quo Strabo; ubi inter flammas, ferasque, noxii præcipitabantur. Idem auctor alibi in hac re adductus. Petronius. *Utinam me solus inimicus ignis hauriret*, de chasmate pegmatis arenarii intelligens.

2. *Libris fastisque legendus*) Cassiod. formula consulatus. *& vestrum nomen annum designat*. Claud. *Consul.* IV. *Honorii*.

Auspiciis iterum se se regalibus annus
Induit.

Lactan. lib. VI. *qui ad gerendos magistratus vitæ suæ operam convertunt, ut factos signent, & annis imponant nomen*. Apul. *apolog. consules legat, annos consulat*. Pacatus *Panegyr. Theodosii Sen. Consulis, qui creatur, habiturus est nomen annus*. Ordinarii consulis tamen, non honorarii, de quo jam alibi. Senec. *de ira; dedit duodecim fasces; sed non fecit ordinarium consulem; a me numerari volunt annos, sed deest mibi sacerdotium*. Justinian. Novel. CXV. ὄνομα τῷ χρόνῳ γινήσεται.

F I N I S.

ADDITAMENTUM,

In quo Græca, quæ in his Clar. Viri Jo. Argoli commentariis leguntur, rudium tyrocinio consultum volens collatis exemplaribus emendavit, in Latinum sermonem transtulit, & auxit

NICOLAUS PINELLUS

FLORENTINUS J.C.

BENEVOLO LECTORI

S.



DUM Onuphrii Panvini Libros *de Ludis Circensibus* attente voluto, incidi in Johannis Argoli Notas in eundem auctorem recens editas, *Doctas Juppiter, & laboriosas:* tanta enim eas, tamque multiplici rerum varietate refertas, tam rara, & invulgatæ eruditionis supellectili locupletatas inveni, ut illas non pro appendice, quod ad calcem Libri rejectæ forent; sed pro principe, & palmario opere sumendas esse putarim. Sicubi enim Onuphrius cespitat, Argolus firmat; si qua mutilus, integrat, si qua tenebricosus, illustrat, ornatque polymita veste, quod de Crocota Pasiphaes auctor vetus exclamat ὑπὲρ πᾶσαν ἴσιν. Certe serio fateri me cogit opus impense doctum, nusquam me, quod sciam, tantam doctrinæ segetem intra tam brevis spatii angustias coacervatam vidisse. Homo quippe nullius inscius, & quod de Varrone dictum, undecunque doctissimus, omnium antiquitatum latebras, omnium bibliothecarum pluteos excussisse videtur, immo & ipse

animata bibliotheca vocari poteſt, ex claſſicis omnibus, & probæ notæ auctoribus, præcipue e Græcorum Poetarum enarratoribus, quod Σχολιάςας ipſi vocant, non proletaria, & velut de propala atque de cupa; ſed inviſa, recondita, & hactenus inaudita, facile feliciterque deprompſit. Sexcentas Græcas ſententias hinc inde, ceu fragrantia thyma Attica illa meliſſa ſelegit,

Floriferis ut Apes in ſaltibus omnia libant,

Sed quibus mel inde confecit? paribus ſuis, nempe doctis: ſibi enim, & Muſis ceciniſſe videtur. Nefas profecto fuit tot margaritas in marinis conchis deliteſcere: quotus enim quiſque eſt, qui Græcanicam linguam apprime calleat? ii ergo, quibus interdictum hoc idioma, a percupito fructu tam eruditæ lectionis, tanquam ab Eleuſinis ſacris interdicentur?

Hæc ego cum intelligerem, non lenocinio titillantis gloriolæ, ſed omnium commodis inſerviendi cupidine illectus, omnia loca Græca, quæ in hiſce Joannis Argoli Commentariis paſſim occurrunt, Latinitate donata volui; id quod Auctor facere ſprevit, quod doctis dumtaxat, id eſt, ſui ſimilibus, ſcripſerit. Neque vero nova, aut inſolens fuerit hæc lucubratio, aliorum nempe ſententias peregrina lingua conſcriptas in communiorem transferre. Fecit hoc ante me doctiſſimus Muſurius in Patavino Lyceo Græcarum Literarum Profeſſor magni nominis, quem Sibyllina carmina, quæ Græce a lacteo illo Lactantio recenſentur, in Romani ſermonis puritatem ſcite, eleganterque tranſtuliſſe videmus, non ſine aliquo famulantis auræ peculio. Idem mihi licere putavi in his Argoli Notis, quoad Græcas ſententias attinet, elucidandis. Qui enim jam annos quinque in Collegio Nobilium Venetorum Patavii erecto inſtituendis Principibus Ephebis in politiore literatura, operam navo, & utriuſque linguæ lectiſſimæ Juventuti documenta trado, mei muneris eſſe putavi, novas doctrinæ gazas, ſub obducto cortice latitantes, tanquam novas terras, orbi literario detegere. Succenſebit fortaſſis amicus Argolus, & mecum expoſtulabit, quod, eo inſcio, falcem in ſuam meſſem immiſerim; fecerimque publici Juris, atque intelligentiæ, hoc eſt, exotica, quæ ille acroamata, & ſecretioris ſtudii eſſe voluit. Fuit hæc Syracuſani ſenis ad Heronem Regem non levis querimonia, quod eum ſpeculationes Matheſeos demonſtratione certiſſimas, ad praxim revocare, & tantum non proſtituere coegerit: ſed non dolebit Argolus, neque hunc meum conatum improbabit; quippe qui diu mecum utilitati publicæ deſervire, & bonarum artium ſtudia promovere jugiter adlaborat.

Habes igitur, Candidiſſime Lector, Onuphrium Panvinium illimem & defæcatum; & ubi pumicoſi rupices iter exaſperabant, jam molliore clivo depreſſum, & complanatum, ubi labirinthei perplexus, Ariadneum ſtamen acceſſit, ubi caligo, & mera ſera, admota fax

Argolici clypei, aut Phœbeæ lampadis inſtar.

Denique, ut brevi dictionis gyro rem omnem ſepiam, Onuphrius Romana monumenta; Onuphrium Argolus; Ego ipſummet Argolum, qua Græce loquitur, illuſtravi. At ſi quis forte putet me vel actum egiſſe, vel parum laboris, & operæ in his lucubrationibus poſuiſſe; is toto, quod ajunt, cœlo deerrat: Pleroſque enim Auctorum, quos Argolus citat, nondum Latinitate donatos conſtat, præcipue Scholiaſtas; qui cum Indicibus, ac ſectionibus careant, omnes ad unum a capite ad calcem mihi legendi fuerunt: ſæpicule enim citare loca vel noluit auctor, vel neglexit, quæ me ſtudio indefeſſo, ac improbo labore venari oportuit per latebras, & teſqua librorum. Quo vero, ut non ſemel facit, lectorem remittit tribus aut quatuor verbulis, quæ in rem ſuam faciant, contentus, ac ſi ad fontem digitum intendiſſet; eo me conferre pertinaci lectione decuit, & qua debilior intelligentiæ lux erat, integram ſententiam expromere, quo

clarior ſenſus eniteret. Adde quod non pauca de meo adjunxi. Quæ omnia te, mi lector, neſcius ne eſſes, monitum volui. Tu lege, utere, & fruere, noſtroſque hos qualeſcunque conatus æqui bonique conſule. Dabam Patavii in Collegio Nobilium Venetorum Kal. Maii Anno reparatæ Salutis M. DC. XLII.

NICOLAI PINELLI
ADDITAMENTUM
LIBRO PRIMO.
CAPITI PRIMO.

Σισίννιον *Siſinnium*. Suidas Tom. II. p. 744 & 745. & 746. Genevæ editus apud Petr. de la Roviere in fol. M DC XIX. Τράγκυλλος, Συντόνιος (ὁ Σεδυητόνιος) χρηματίσας, γραμματικὸς Ρωμαῖος, ἔγραψε περὶ τῶν παρ' Ἕλλησι παιδίων (παιδιῶν) βιβλίον α'. περὶ τῶν παρὰ Ρωμαίοις θεωρικῶν, καὶ ἀγώνων βιβλία β'. Id eſt, *Tranquillus, Suetonius dictus, grammaticus Romanus, ſcripſit de Ludis Græcorum lib. unum. De ſpectaculis, & certaminibus Romanorum lib. duos*. Suidas Tom. I. pag. 934. F.

Τράγκυλλος σνικτῖνος (Σνηκτῖνος) ἐν παιδίαις
(παιδιαῖς) Ἑλλήνων
Πολλὰς μὲν ἄλλας παιδίας (παιδιὰς) καὶ συμποσίων λέγει.

Id eſt,

Tranquillus Suetonius in ludis Græcorum
Multos etiam ludos ſympoſiorum recenſet.

Joan. Tzetza editus in fol. a Caldoriana ſocietate Aureliæ Allobrogum MDCVI. Chiliade ſexta, Hiſtor. LXXXVI. p. 370.

Neſtoris, qui Θεατρικῶν, id eſt, *Theatralium* libros ſcripſit, meminit Iſaacus Caſaubonus *Animadverſ. in Athenæum* lib. X. cap. III. p. 446. editionis Lugdunenſis apud Antonium de Harſy. MDC.

Ἔγραψεν Ὀλυμπιονίκας ἐν βιβλίοις ιϛ'. Id eſt, Phlegon Trallianus *ſcripſit Olympionicas in libris* XVI. Advertant hoc loco Tirones, (quibus hoc quicquid eſt laboris ſubiſſe me fateor,) Titulum operis Tralliani non eſſe eundem apud omnes Auctores, quos laudat eruditiſſimus Argolus. Unus enim Photius in Bibliotheca pag. 146. v. II. edita Auguſtæ Vindelic. MDC. quam ſequitur auctor noſter, hunc agnoſcit; nempe ΟΛΥΜΠΙΟΝΙΚΩΝ, καὶ ΧΡΟΝΙΚΩΝ ΣΥΝΑΓΩΓΗ. Sed Suidas in verbo Φλέγων p. 1071. Conſtantinus Porphyrogenneta *de Themat*. lib. II. cap. XII. p. 90. edit. Elvezir. MDCXVIII. Anonymus apud eundem Phlegontem. Maximus in *Scholiis Dionyſ. Areopagitæ* Epiſt. VII. Et Stephanus *de Urbibus* in Γέργις p. 96. & in Διὸς ἱερὸν pag. 109. Edit. Baſil. MDLXVIII. omnes, inquam, hi ſcriptores uno ore affirmant Trallianum ſcripſiſſe Ὀλυμπιάδας, non ὀλυμπιονίκας. Duplex igitur erit operis titulus (ait Vir. Clar. Joannes Meurſius in *notis ad Phlegontem*, cujus opinioni volens libens ſubſcribo) & OLYMPIADES, & CHRONICORUM LIBRI.

Γέργις, & Διὸς ἱερόν. Id eſt, *Gergis, & Jovis Templum*. Eodem Stephano teſte hoc Oppidum Ioniæ, illa, Civitas Trojæ.

Ὅπερ ὑποδηλοῦν ἔοικε Κράτης ἐν παιδιαῖς. Id eſt, *Quod atteſtari viſus eſt Crates in Ludis*. Julius Pollux lib. IX. cap. VII. pag. 443. editus Francofurti MDCVIII. apud Claudium Marnium.

Timæus ἔγραψεν ——— Ὀλυμπιονίκας, καὶ Κρονικὰς (ἢ χρονικά.) Id eſt, *ſcripſit Olympionicas, vel Acta Chronica*. Suid. in Τίμαιος p. 910. & 911. Tom. II.

Λόγος εἰς τὸ ἱπποδρόμιον (Εἰς τὸ ἱπποδρόμιον λόγος.) D. Joannis Chryſoſtomi Conſtantinopolitani Archiepiſcopi *Oratio de Circo*, quam legi apud Virum religione, & literis præſtantiſſimum Julium Cæſarem Bulengerum *Syſtematis opuſcul*. Tom. II. p. 74. edition. Lugdun. MDCXXI.

Ὥς φησι Φιλόχορος ἐν τῷ περὶ ἑορτῶν. Id eſt, *Ut ait Philochorus in libro de Feſtis*. apud Harpocrationem edit. Venet. MDXXVII. apud Aldum. in Χύτροι p. 60.

Φιλόχορος περὶ θυσιῶν, *Philochorus de ſacrificiis* apud Scholiaſtem Apollonii edit. Venetæ apud Aldum MDXXI. Et apud Suidam Tom. II. pag. 1064. B.

Ἀριστόδημος ὁ Θηβαῖος ἐν οἷς περὶ τῶν ἑορτῶν [περὶ τῆς ἑορτῆς] τῶν Ὁμόλων. Id eſt, *ut narrat Ariſtodemus Thebanus in libris de Feſto Homolorum*. Suidas Tom. II. pag. 307. F. appellat hujuſmodi feſta Ὁμολώϊα: non a Monte, ſed a Sacerdote quadam, cui nomen *Homoloia*; eaque Jovi, & Cereri ſacra facit. Scholiaſtes vero (quem laudant, noſter, & Meurſius Græcæ Hiſtoriæ conſultiſſimus, *de Feſtis Græcorum*, lib. V. pag. 218. editionis Elzevirianæ MDCXIX.) ait ſic dicta fuiſſe a Monte quodam Theſſaliæ Pani dicato. Ὅμολος ὄρος Θετταλίας ἔνθα τιμᾶται ὁ Πάν. Id eſt, *Homolus Mons Theſſaliæ, ubi colitur Pan*. Omolus fuit etiam Centaurorum olim ſedes, ſicut & Othrys. Virg. *Æneid*. VII. v. 674.

Ceu duo Nubigenæ, cum vertice montis abalto
Deſcendunt Centauri, Homolen, Othrynque nivalem
Linquentes, curſu rapido.

Et ne cui audaculus videar, qui Homolum, & Homolen idem eſſe cenſeam; en Stephanum pag. 221. qui utrunque enunciari teſtatur, nempe Homolen, & Homolum. Ὁμόλη, ὄρος Θετταλίας ——

λέγεται ϗ Ομολος. Id eſt, *Homole, mons Theſſaliæ —— dicitur etiam Homolus*. Strabo lib. IX. p. 443. A. edit. Regiæ Pariſienſ. MDCXX. auctor eſt dici & maſcul. & neutro gen.

Τὸ μὲν ὖν Ομόλιον, ἢ τ̀ Ομόλιν. λέγεται γὰρ ἀμφότερον.

Id eſt, *Homolum ſeu Homolin; nam dicitur utroque modo*. Appellatus fuit igitur idem mons *Homolus*, *Omole*, *Homole*, *Homolis*, *Homolium*. Quales autem Ludi in hac celebritate ederentur, non apparet ex Scholiaſte Theocriti Idyll. VII. p. 128. edito Venetiis ex officina Farrea, MDXLIII. in 8.

Απολλόδωρος ἐν τρίτῳ περὶ θεῶν. Apollodorus in tertio de Diis, Latio donatus a Bened. Ægio Spoletino, editus Lugduni apud Jo. de Gabiano MDCVIII. in 8. Is meminit etiam Homoloidis, id eſt, unius ex ſeptem portis Thebarum, quarum hæc ſunt Nomina: *Homolois*, *Ogygia*, *Proetis*, *Oncbais*, *Hypſiſta*, *Electra*, *Crenis*. p. 292. Harum antiquiſſima, Ogygia; nuperrima, Homoloia. Dicta vero eſt *Homolois* ex eo, quod in pugna cum Argivis (Thebani) ad Gliſantem accepta clade, cum Laodamantem Eteoclis filium ſequuti profugiſſent multi, —— converſi in Theſſalos, Homolen occuparunt, omnium, qui in Theſſalia ſunt, montium maxime fertilem, & aquis irriguum. Illinc a Therſandro Polynicis filio poſtliminio revocati, Portam, qua redeuntes, urbem introierunt, *Homoloidem* ab Homole, in quo, dum exularent, conſederant, nuncuparunt. Pauſanias lib. IX. p. 348. v. 38. editus Flor. apud Torrentinum MDLI.

Ημεῖς πλησίον εἶναι τὸ ἰδεῖν τ̀ φονευόμενον τῷ ἀποκτεῖναι νομίζοντες ἀπηγορεύσαμεν τὰς διʼ ὁπλίων ἀγωνίας, ϗ διὰ θηρίων, ἢ τὰς τοιαύτας θέας. Id eſt, *Nos adeſſe, & ſpectare eum, qui interficitur* (idem eſſe ac eum) *morte mulctare arbitrantes, interdiximus Gladiatorum certamina, & ferarum, & ejuſmodi ſpectacula*. Athenagoras in *Apologia pro Chriſtianis*.

C A P. II.

Λύδους αὐτοὺς καλοῦσιν, ὅτι οἶμαι Τυῤῥηνικοὶ Λύδων ἄποικοι. Id eſt, *Lydos ipſos appellant, eo quod (puto) Tyrrheni Lydorum* (ſunt) *Coloni*. Appianus in *Libycis*. Eadem fere Herodotus lib. I. p. 45. A. editionis Henrici Stephani MDXCII. fol. *φασὶ δὲ αὐτοὶ Λυδοὶ —— ϗ Τυρσηνίην ἀποικίσαι*. id eſt, *Ajunt ipſi Lydi —— & in Tyrrheniam*, hoc eſt, Thuſciam, ſeu Hetruriam, *Colonos deduxiſſe*. Et Marcianus Heracleenſis in Περιηγήσει apud Cluverium p. 422. lib. II. *Italiæ antiquæ* editæ apud Elzevirium MDCXXIV. in fol. idem teſtatur cum canit.

Τυῤῥηνίαν δʼ ὁ Λυδὸς Ατυος ἔκτισεν
Τυῤῥηνός.

Id eſt,

Tyrrheniam Lydus Atyis filius condidit
Tyrrhenus.

Δεῦρο δὲ ϗ Χείρων ἀγέτω πολέας Κενταύρους,
Τύπτοιεν τὰ δὲ ἔργα κακῶς.

Id eſt,

Huc vero Chiron agat multos Centauros,
Ut puniat opera perperam facta.

Λυδιάζειν, id eſt, *Lydorum more vivere*. Suidas Tom. II. p. 64. E.

Οτι δὲ οἰκειότητα δʼ ἔχει ὁ Ταῦρος πρὸς τὸ ὑγρὸν, ϗ διὰ τοῦτο ϗ Ποσειδῶνι θύεται. Hoc eſt, *Quoniam vero amicitiam habet Taurus cum humido, idcirco Neptuno ſacrificatur*. Euſtathius *in Iliad*. Φ. pag. 1227. v. 34. edit. Romanæ MDXLII.

A *Η εἰ δή ποτέ τοι κατὰ πίονα μηρί᾽ ἔκηα.*
Ταύρων.

Id eſt,

Vel ſi quando tibi pingues coxas cremavi
Taurorum.

Hom. *Iliad.* A. v. 40. & alibi.

Ταῦρον δʼ Αλφειῷ, ταῦρόν τε Ποσειδάωνι.

B Id eſt,

Taurum Alpheo, Taurumque Neptuno.

Ταύρους δὲ ὁ Χρύσης (τῷ Ηλίῳ) Απόλλωνι θύει [τοὺς μὲν, ὡς ἐργατικοὺς τ̀ γῆς] ϗ Ηλίῳ συμφράττοντας (συμπράττοντας) εἰς τὸ ζωογόνον, ϗ ἀναδοτικὸν τῶν καρπῶν. Id eſt, *Tauros autem Chryſes Soli Apollini ſacrificat —— Illos ſane, ut cultores Terræ, & Soli adlaborantes in animalium generationem, & diſtributionem fructuum*. Euſtathius p. 36. v. 17.

Ηρα ὁ Αὴρ, κατὰ Αναγραμματισμὸν, Id eſt, *Juno Aer per Anagrammatiſmum*. De hac ſignificatione C Nominum tum Deorum cum Dearum conſule (ſi tanti æſtimas, quem ex ea lectione capies fructum) Joannem Tzetzam Scholiaſtem Heſiodi *in Opera, & Dies* p. 2. edit. Venetæ apud Bartholomæum Zanettum MDXXXVII.

Δημήτηρ οἱονεὶ γῆ μήτηρ, hæc leguntur in Indice Euſtathii; ſed *Iliad.* iota, quem laudat doctiſſ. Arg. legitur ſic: *ὥσπερ καὶ τὸ δημήτηρ. ὅ ἐστι γῆ μήτηρ ἀλληγορικῶς*. Id eſt, *δημήτηρ*, *Tanquam Terra Mater*, & *Quemadmodum Nomen δημήτηρ*, *Quod eſt Terra mater Allegorice*. Tzetza vero opere ſuperius laudato p. 4. ait Cererem dictam fuiſſe Terram Dorica dialecto, non per Allegoriam. D Ait enim *δημήτηρ γὰρ ἡ γῆ, δωρικῶς*.

Χοίρους ἐγὼνγα μυστικάς. Id eſt, *Porcas mecum apporto myſticas*. *διὰ τὸ τοῖς μυστηρίοις τ̀ Δήμητρος θύεσθαι Χοίρους*. *Propterea quod in Myſteriis Cereris ſacrificarentur Porcæ*. Vide opus ſingulare, *Eleuſinia* Doctiſſ. Viri. Jo. Meurſii apud Elzevir. MDCXIX. Verba ſunt Ariſtophanis in *Acharnanibus* Act. III. Scen. III. Et Scholiaſtæ p. 408. B. F. edit. Chaldorianæ ſocietatis Aureliæ Allobrogum MDCVIII. & idem Scholiaſtes pag. ſequenti G. refert, uti *πολλοὶ τῶν Ελλήνων ὀ θύουσι χοίρους τῇ Αφροδίτῃ, ὡς βδελυττομένῃ διὰ τ̀ Αδωνιν, αὐτόν*. E Id eſt, *multi Græcorum non ſacrificant Porcos Veneri, ut abhorrenti ipſum propter Adonem* (ab eo interfectum.)

Εἰώθασιν οἱ Αθηναῖοι σφάζειν δέλφακα, καὶ ῥαίνειν τὰς καθέδρας τῷ αἵματι αὐτοῦ εἰς τιμὴν τῆς Δήμητρος. Id eſt, *Conſuevere Athenienſes ſacrificare parvam Porcam, & linire cathedras ſanguine ejus in honorem Cereris*. Et hanc ſubdit rationem hujus moris *ἐπειδὴ τοὺς καρποὺς αὐτῆς βλάπτει*. Id eſt, *Quandoquidem fructus ejus lædit*, p. 373. Licet Phurnutus aliam cauſam afferat apud Meurſium in *Eleuſiniis* p. 20 videlicet, *Quia id animal ſit valde fœcundum, & facile concipiens, fœtumque perferens* F *τὸ πολύγονον, καὶ εὐσύλληπτον, καὶ τελεσφόρον*. Quid autem ſint *δέλφακες* ſi cupis ſcire, te docet idem Scholiaſtes p. 407. D. his verbis: *χοίρους παρ᾽ ὑμῖν νῦν λεγομένους δέλφακας, λέγω δὴ τοὺς μικροὺς σῦς*. Id eſt, *Qui apud vos nunc appellantur Delphaces; dico ego Parvos porcos*. Quæ tandem eſſent ea ſacrificia quæ dicebant Myſteria, idem loco tit. C. declarat ſic.

Ανάκειται δὲ τὸ ζῶον (χοῖρος) τῇ θεῷ· ἕκαστος δὲ τῶν θυομένων, ὑπὲρ ἑαυτοῦ ἔθυεν. ταῦτα δὲ καλεῖται μυστήρια.

Χοῖροι τῇ (τῇ) δήμητρῃ (Δίμητρι) καὶ τῷ Διο-

ἱερῷ ἔθυοντο, ὡς λυμαντικοὶ τῶν (τοῖ.) θεοῖν δωσιμάτων [δωρημάτων.] Id est, *sues Cereri & Dionysio mactabantur, tanquam vastatores donorum illorum Deorum.* Idem Schol. p. 228. D.

Μοιρῶν, Id est, *Parcarum.*

—— Τὰ δὲ μῆλα λαβὼν ἀπεδηροτόμησα (ἀπεδειροτόμησα.)

Ες βόθρον ῥέε δ' αἷμα κελαινεφές, αἱ δ' ἀγέροντο

Ψηχαὶ (ψυχαὶ)

Id est, *Oves autem cum cepissem, jugulavi super fossam, fluebat vero cruor niger. Congregabantur autem Animæ.* Hom. *Odyss.* Λ. v. 35.

Εντομα δὲ τὰ σφάγια κυρίως τὰ τοῖς νεκροῖς ἐναγιζόμενα διὰ τὸ ἐν τῷ (τῇ γῇ αὐτῶν) ἀποτέμνεσθαι τὰς κεφαλάς· οὕτω γὰρ θύουσι τοῖς χθονίοις. τοῖς δὲ οὐρανίοις ἄνω ἀναστρέφοντες τὸν τράχηλον σφάζουσιν. Id est, *Entoma vero victimæ proprie dicuntur, quæ defunctis immolantur, ab abscindendo eorum capita prona in terram: sic enim sacrificant terrestribus. Cælestibus vero sursum resupinantes guttur mactant.* Scholiastes Apollonii lib. I. p. 122.

Εντομα vero sunt ex pecudibus castrati mares, qui Inferis manibus sacrificantur, ut infœcundi, quales sunt Verveces. *Lex. Græco-Lat.* G. Budæi edit. MDLIV. Lud. Cerda *Æn.* VI. v. 251. num. 23. p. 652. eadem ratione Plutoni sacraverat Cupressum Antiquitas. Plin. lib. XVI. cap. XXXIII. p. 404. Eadem de Diis superis refert Scoliastes Hom. *Iliad.* A. p. 52. B. tantum differt in eo quod dicit τοῖς Ηρωσιν ὡς κατοιχομένοις ἔντομα ἔθυον ἀποβλέποντα κάτω εἰς γῆν. Id est, *Heroibus, ut qui moriebantur, Victimas sacrificant respicientes deorsum in terram.* Heroes igitur in hac sacrificiorum parte nihil inferis manibus intererant.

Στεῖραν βοῦν, Id est, *Vaccam sterilem* Hom. *Odyss.* Λ. v. 30.

Definit Comœdiam ἀπὸ τοῦ κωμάζειν, καὶ ὁδοῦ. ἐπεὶ δ' ἐν τοῖς ὁδοῖς ἐκώμαζον. id est, *A lasciviendo, & via:* & *quod in viis lascivirent.* Vel, ὅτι ὑπὸ τὰς κώμας παριόντες εἶδον (ᾖδον) καὶ ἐπιδείκνυωτο (ἐπιδείπνυωτο) μήπω πολέων οὐσῶν. id est, *Quia scilicet in viis versantes canebant, & convivabantur, nondum Civitatibus existentibus.* Definitio Tragœdiæ, Τρὺξ *Mustum.* τρύξ ἐστι νέος οἶνος; τρύγητος, τρυγῶν, lege cum Scholiaste citato ἤτοι διὰ τρύγα ἔπαθλον λαμβάνειν, τουτέστι νέον οἶνον. ἢ διὰ τὸ μὴ ὄντων προσωπείων τὴν ἀρχὴν, τρυγὶ χρίεσθαι τὰς ὄψεις. Id est, *Vel quia Mustum præmium certaminis acciperent, hoc est novum Vinum, vel quia, haud existentibus personis a principio fæce vini perungerent facies.* Scholiastes Aristophanis p. 395. F. Et Scholiastes Theocriti Idyl. VII. p. 122. ait, Τρὺξ δὴ κυρίως, ὁ νέος οἶνος λέγεται, καταχρηστικῶς δὲ καὶ ὁ παλαιός. Id est, *Tryx* (Mustum) *proprie Novum Vinum: dicitur improprie etiam Vetus.* eadem Auctor *Etymol. Magni* p. 764. Editio. Comelinianæ MDXCIV. in fol. vide Athenæum lib. II. p. 40. A. qui & Comœdiam, & Tragœdiam a crapula, & ebrietate ortas affimat τῆς τρυγῆς, id est, *Vindemiæ* tempore.

Αἴκα τῆνος ἕλῃ (ἕλῃ) κεραὸν τράγον, αἶγα τὺ λαψῇ.

Id est,

Si ille acceperit cornutum Caprum, Capram tu accipies. Theocrit. Idyl. I. v. 4.

Κυρίως, id est, *proprie.*

CAP. III.

Ιστέον ὅτι τὸ μὲν ἅρμα Πέλοψ πρῶτος ἔδειξεν, ἐκ Ποσειδῶνος λαβών. Hoc est, *Sciendum quod currum Pelops primum demonstravit aliis, cum (eum) a Neptuno accepisset.* Scholiastes Pind. Triclinius *Olymp.* od. I. p. 133. M. editi a Paulo Steph. MDXCIX. in 4.

Πολυξενωτάτῳ παρὰ βωμῷ. Id est, *Hospitalissimam apud Aram.* Pindarus *Olymp.* od. I. ver. 4. p. 12.

Οὗπερ τὸ πρὶν ὁ Ηρακλῆς Διὶ τῷ Ολυμπίῳ

Αγῶνα τέθεικε λαμπρὸν, ἐκ σκύλων τῶν Αὐγείου.

Ubi prius Hercules Jovi Olympio

Certamen instituit illustre ex spoliis Augeæ.

Tzetza Chil. I. hist. XXI. v. 283.

Σύριγξ δ' ἐστι τὸ εἰς τὴν ὀπὴν τοῦ τροχοῦ βαλλόμενον μέρος, id est, Πάτταλος τοῦ Αξονος. Πλήμνη, καὶ Πλήσμη. Hoc est, *Syringa est quæ in foramen rotæ immittitur pars;* videlicet *Paxillus Axis. Plemne, & Plesme.* Hæc Syringæ definitio, quam affert, ex veteri Scholi. Sophoclis in *Electra* p. 113. edition. Henrici Stephani MDLXVIII videtur desumpta ex comparatione syringæ illius tenuioris, ex qua ori admota fistulator spiritum effundit in crassiorem, nempe fistulam, seu tibiam Utricularem. Seu mavis ab acu comatoria, qua ornatrices crines fingunt, & sustinent, eam Græci σύριγγα, Latini aliquando *fistulam* dicunt. Sed proprie σύριγξ est Polluci lib. I. cap. X. p. 39. Rotæ foramen, cui inseritur Axis. τὸ δὲ κενὸν τοῦ τροχοῦ, inquit ille, τὸ ἐναρμοζόμενον τῷ ἄξονι, σύριγξ appellatur. Polluci adstipulatur idem Scholium, καὶ αὐτὴ δὲ ἡ ὀπὴ τοῦ τροχοῦ οὕτως (σύριγξ) καλεῖται. id est, *Et ipsum Rotæ foramen,* concavum, *ita* (Syringa) *vocatur.* Extremitates Axis, quas recipiunt rotæ, cum eidem veteri Scholio, tum Triclinio sunt Χνόαι, *Chnoæ:* ἤγουν τὸ μέρος τοῦ ἄξονος, τὸ ἐν τῇ τοῦ τροχοῦ, καὶ ἀκροξόνια, id est, *Extremitates axis.* Et eidem χνόη, *Chnoe* est τὸ λεπτὸν μέρος τοῦ ἄξονος, τὸ τριβόμενον ὑπὸ τῆς χοινικίδος, id est, *Subtilis pars Axis quæ atteritur a modiolo.*

Σύριγξ —— id est, πάτταλος τοῦ ἄξονος, id est, πλήμνη significatur, &c. *Plemnem* significare Axis paxillum, seu extremitates negant Lexici, negat Etymol. Magnum p. 676. apud quem sic legitur:

Πλῆμναι δὲ ὧν ὁ ἄξων στρέφεται, παρὰ τὸ πληροῦσθαι ὑπὸ τοῦ ἄξονος —— πλήμνας, τοὺς τροχοὺς, τὰς σύριγγας. Hoc est, *Plemnæ sunt Modioli, circa quas axis volvitur; sic dictæ quod impleantur ab Axe —— Plemnas vocant Rotas.* Sed quid verbis opus est? ipse Scholiastes Apollonii, quem citat doctissimus Argolus, apertissime declarat quod dicimus, his verbis, διαφέρει Πλήμνη καὶ Πλήσμη. ἡ μὲν γὰρ τὴν χοινικίδα σημαίνει τοῦ τροχοῦ, ἡ δὲ πλήσμη, τὴν πλημμύραν τοῦ ποταμοῦ. Hoc est, *differunt inter se Plemne & Plesme. Plemne enim modiolum rotæ significat. Plesme vero inundationem fluminis.* p. 127. n. XXIX. lib. I.

Οὗ στέφος ἦν θάλος ἀγριελαίου.

Id est,

Cujus Corona erat ramus oleæ sylvestris.

Tzetza Chil. Hist.

Ολυμπιάσι μὲν στέφανος ἐκ κοτίνου.

Id est,

In Olympiacis quidem Corona ex oleastro.

Lucianus in *Gymnas.*

Ανεκήρυττε τῶν ἀθλητῶν αὐτοὺς (τοὺς) νικῶντας, στεφανώσας.

Κοτίνου στεφάνῳ.

Id est,

Præconis voce pronunciabat Athletarum victores,
cum coronasset
Oleastri corona.

Comicus in *Pluto* Act. II. Scen. V. p. 61. D. Scholiastes pag. seq interpretans hæc verba, nempe κοτίνυ ςεφάνῳ ςεφανώσας ἀνεκήρυττε τὺς νικῶντας, Ait, ὐ κοτίνῳ δὲ ἐςέφοντο, ἀλλὰ τῷ τ̃ καλλιςεφάνυ ἐλαίας κλάδῳ ἐςεφανῦντο. ὐκ ἀκριβῶς ὖν. Id est, *Non oleastro coronabantur; sed speciosæ olivæ ramo redimebantur. Haud exacte igitur.* Gerardus vero ibidem D. inquit Peniam, ut coronam hujusmodi elevaret, invidiose vocavisse ςέφανον κοτίνυ, quo nomine significat non ἐλαίαν, sed ἀγριελαίων, id est, *Oleastrum*, & *Sylvestrem oleam*. Vide ibi Scholiastem, & Scholiastem Theocriti *Idyl.* III. p. 69. M.

Αμφὶ κόμαισι βάλοι γλαυ-
κόχροα κόσμον ἐλαίας, τάν ποτε
Ιςρυ ἀπὸ σκιαρᾶν παγᾶν ἔνεικεν
Αμφιθρυωνιάδας,
Μνᾶμα τῶν Ολυμπίᾳ κάλλισον ἄθλων.

Id est,

Circa comas jecerit glau-
cum-colorem-habens ornamentum olivæ, quam olim
Istri ab umbrosis fontibus attulit
Amphitryoniades,
Monumentum in Olympia pulcherrimum certaminum.

Tantum in Pindarica Lyra Alexandri Adimari patricii Florentini majestatem suspiciunt Viri docti, ut & tantæ Virtutis meritis me defuturum, teque non mediocrem, & fructus, & voluptatis jacturam censuerim facturum fuisse; ni, quoties Argolus laudat Græcum vatem, Hetrusca Græcæ Musæ accineret:

Mentre, giudice vero, Etolo impone
D' Olivo alme corone;
Fronda, che l'Istro intorno a' fonti vide;
Et in premio l'addusse Anfitrionide
Di bel pugnar, dall' Iperborea gente,
Quando, che reverente
Al gran nume d' Apollo egli la rese,
E'l vero onor della virtù vi st. se.

Pindarus *Olymp.* od. III. Epod. I. p. editus a Paulo Stephano in 4. MDXCIX.

Κότινος ὐ μόνον ἀγριέλαιον, ἀλλὰ ϗ ἄκαρπος ἐλαία. Id est, *Oleaster non solum agrestis est, verum etiam infructuosa oliva.* Scholiastes Apollonii.

Καλλίφυλλος, id est, *pulchris frondibus prædita*

Χλωρὸν σέλινον, id est, *Viride apium.*

Βώτανα) βοτάνlω λέοντος, id est, *Herbam leonis.*

Τιμαὶ τῷ Μελικέρτῃ δίδονται μετονομασθέντι Παλαίμονι. Id est, *Honores Melicertæ habentur, mutato nomine, Palæmoni.* Pausanias in *Atticis* pag. 54.

σύμβολον — Νεμέων, Σέλινον χλωρόν. Ισθμίων σέλινον ξηρόν. Id est, *Symbolum Nemeorum (est) apium viride. Isthmiorum apium siccum.* Schol. Pind. p. 31. M.

Εν ἀγῶνι τῷ Ισθμίῳ οἱ νικῶντες πίτυϊ ἐςέφοντο πάλαι, ὕςερον δὲ ξηρῷ σελίνῳ. Id est, *In Certamine Isthmio pinea corona redimebantur antiquitus; deinde sicco apio.* Schol. Apol. lib. III. pag. 195. & 196. num. 58.

Αγεται δὲ τῷ Μελικέρτῃ ὁ Ισθμιακὸς ἀγὼν, ἐν ᾧ ὁ ςέφανος lῶ πρότερον τοῖς νικῶσιν ἀπὸ σελίνυ, ὕςερον δὲ ἀπὸ πίτυος. Id est, *Fit Melicertæ Isthmi. cum certamen, in quo corona* (proposita) *erat pr us Victoribus ex apio, deinde vero ex pinu.* Scholia stes Nicandri *Alexipharm.* p. 102. edidit in 4. Coloniæ Jo. Soter. MDXXX.

Σκέραδός τε (σπέραδος σελίνυ) idem Schol. ibidem τῦ ἀγροσελίνυ (τῦ ὀρεοσελίνυ) καλυμένυ, Id est, *Semen apii, quod montanum apium appellatur.*

Πυθεσθαι significat σήπεσθαι, id est, *putrefieri, ad cariem duci.*

Τεσαρές εἰσιν Αγῶνες, Ολύμπια, Νέμεα, Ισθμια καὶ Πύθεια (Πύθεια.) οἱ μὲν τρεῖς ἐν Πελοποννήσῳ, ὁ δὲ τῶν Πυθίων, ἐν Δελφοῖς γινόμενος. ὧν τὰ μὲν Ολύμπια καὶ Νέμεα, εις Δία. εἰς Ποσειδῶνα δὲ τὰ Ισθμια. τὰ δὲ Πύθια, εἰς Απόλλωνα ἐτελεῖτο. ἔςι δὲ ϛ τέσαρα ςοιχία (ςοιχεῖα,) τὰ τὸ πᾶν συνιςῶντα, Πῦρ, Α'ὴρ, Υδωρ, Γῆ. Id est, *Quatuor sunt Agones, Olympia, Nemea, Isthmia, & Pythia. Tres quidem in Peloponneso, unus autem Pythiorum in Delpho celebrabatur. Quorum Olympia, & Nemea in Jovis, & Neptuni; Isthmia & Pythia in Apollinis honorem edebant. Sicut etiam quatuor sunt Elementa universum constituentia, Ignis, Aer, Aqua, Terra.* Demetrius Triclinius in Scholiis ad *Olympia* Pind. p. 129. & Photius in *Biblioth.* pag. 872. v. 10.

Εἰς τιμlὼ τ̃ τεσάρων ςοιχείων. Id est, *In honorem quatuor Elementorum.*

Ο Ρώμολος (Ρ'ωμύλος) ἔκτισε (κτίζει) πρῶτον ἱππικὸν ἐν Ρώμῃ, ὃ κιρκέσιον καλοῦσιν, εἰς τὴν ἑορτlὼ τοῦ ἡλίου. τυποῖ δὲ τὰς μὲν δώδεκα θύρας τὰς (τοὺς) δώδεκα οἴκους τοῦ ζωδιάκου (ζωδιακοῦ) κύκλου, τὸ δὲ πέλμα, τlὼ γlὼ πᾶσαν εἶναι, τὸν Ευριπον, τlὼ θάλασσαν ὑπὸ τῆς γῆς μεσαζομένlω· τὸν δ' ἐπὶ τὰς θύρας καμπτῆρα, τὴν ἀνατολlὼ, καὶ τὸν ἐπὶ τῇ σφενδόνῃ, τlὼ δύσιν. Id est, *Romulus condit primum Circum Romæ, quem Circensem appellant, in honorem Solis, designat autem duodecim portas, duodecim domos Zodiaci circuli: Solum, universam terram esse: Euripum, Mare, quod a media terra dividitur: Metam, quæ ad portas, Or.entem: & Metam, quæ est in funda, Occasum.* Cedrenus apud eundem Bulengerum pag. 96. C.

Εκτισε δὲ Ρώμολος (Ρωμύλος) ϗ ἱππικὸν, θέλων διασκεδάσαι τὸ πλῆθος τοῦ δήμου τῶν Ρωμαίων, ὅτι ςασιάζοντες ἐπίχοντο (ἐπήρχοντο) αὐτῷ διὰ τὸν φόνον τοῦ ἀδελφοῦ, καὶ ἐπετέλεσε πρῶτος ἱπποδρομίαν ἐν Ρώμῃ, εἰς ἑορτlὼ φασι τοῦ ἡλίου, καὶ εἰς τιμlὼ τῶν τεσάρων ςοιχείων. Id est, *Condidit Romulus etiam Circum, volens dispergere plebem populi Romani, quia dissidentes retinebant eum propter cædem fratris, & edidit primus Circensem ludum in Roma, in festum, ut ajunt, Solis; & in honorem quatuor Elementorum.* Georgius Monachus apud eundem Bulengerum loco laudato, D.

Εν ᾗ παρὰ Ρωμαίοις ἐξ ἔθους ἐλιννύουσιν (ἐλινύουσιν) ἔργων ἵπποι ϗ ὄρεις (ὀρεῖς) ϗ ςέφανται [ςέφονται] τὰς κεφαλὰς ἄνθεσι. Id est, *In qua apud Romanos de more feriantur ab operibus Equi, & Muli, & coronantur capita floribus.* Dionysius Halicarnasseus editus Francofurdi apud heredes Andreæ Wecheli, MDLXXXVI. p. 26. m. in fol.

Εςιῦχοι, φράτριοι, id est, *Lares, Tribules.* Pollux lib. I. cap I. pag. 8. v. 6. 7. Et lib. III. cap. IV. p. 140. v. 35. dicuntur Θεοὶ φράτριοι, id est, *Dii Tribules.*

Διεδόθη λόγος ὑπ' αὐτοῦ πρῶτον ὡς Θεοῦ τινος ἀνευρήκοι βωμὸν ὑπὸ γῆς κεκρυμμένον. ὠνόμαζον δὲ ὸν Θεὸν Κῶνσον, εἴτε (εἴτε) βυλαῖον ὄντα —— εἴτε ἵππιον [ἵππειον] Ποσειδῶ, id est, *Vulgatus fuit sermo a Romulo primum, quod Dei cujusdam invenisset Aram sub terra defossam, appellabant autem Deum Consum sive consiliarium existentem — sive equestrem N ptunum.* Plutarchus in *Romulo* p. 5. D. editionis Regiæ Parisiensis MDCXXIV. in fol.

Ετολμήθη μὲν οὖν ἡ ἁρπαγὴ περὶ τlὼ ὀκτωκαιδεκάτlω ἡμέραν τοῦ τότε Σεξτιλίου μlωὸς, Αὐγούστου

δὲ νυῦ, ἐν ᾗ τῇ τῶν κωνσυαλίων (Κωνσαλίων (ἑορτὴν ἄγουσιν. Id est, *Et sane admissus fuit raptus circa decimum octavum diem mensis tunc Sextilis, nunc Augusti, in quo Consalium celebritatem agunt.* Idem Plutarchus loco proxime laudato pag. 26. E.

Ἀλλὰ μὲν δὲ ὦ Δημόδοκε, καὶ λέγεται συμβουλὴ ἱερὸν χρῆμα εἶναι. id est, *Et sane quidem o Demodoce, dicitur etiam Consilium sacra res esse.*

—— καὶ ὤμοσα καρτερὸν ὅρκον
Μήτινα νόσφιν ἐμεῖο Θεῶν αἰειγενετάων
Ἄλλον γ' εἴσεσθαι Ζηνὸς πυκινόφρονα βουλήν.

Id est,

—— & juravi forte jusjurandum
Nullum præter me Deorum immortalium
Alium scire Jovis prudens consilium

Homerus in *Hymno in Mercurium* v. 533.

Δαίμονι ἀῤῥήτῳ, id est *Dæmoni non nominando.* Dionys. Halicarnass. *Hist. Rom.* lib. II. pag. 100. v. 38.

Κῶνσος υἱὸς Ἴσιδος, id est, *Consus filius Isidis.* Apud Bulengerum p. 108. C.

Σιγᾷν, *Tacere.*

Οἱ δὲ καὶ ὅλως φασὶ τοῦ βουλεύματος ἀποῤῥήτου, καὶ ἀφανοῦς (ἀφανοῦς) ὄντος, ὑπόγειον οὐκ ἀλόγως τῷ Θεῷ βωμὸν γενέσθαι (κεκρυμμένον.) Id est, *Alii vero dicunt penitus consilio arcano, & tecto existente, subterraneam non sine ratione Deo Aram fuisse defossam.* Plutarchus ibidem p. 25. E.

Ἀπέδειξαν δὲ καὶ Ποσειδῶνι τέμενος Ἱππίῳ, καὶ τὴν ἑορτήν. Ἱπποκράτεια μὲν παρ' Ἀρκάδων, Κωνσουάλια δὲ ὑπὸ Ῥωμαίων λεγόμενα κατεστήσαντο, id est, *Imo vero assignarunt Neptuno Hippio (Equestri) Aream & festum; Hippocratia quidem apud Arcadas, Consualia vero a Romanis appellata instituerunt.* Dionysius Halicarnass. *Hist. Rom.* lib. I. p. 26. v. 15. Demsterus *Antiquit. Rom.* lib. IV. cap. XI. pag. 180.

Κῶνσος (ὑπὸ Ῥωμαίων. ὃν ἐξερμηνεύοντες εἰς τὴν ἡμετέραν γλῶτταν Ποσειδῶνα σεισίχθονά φασιν εἶναι ὑπόγαιος βωμός ἐστιν (καὶ διὰ τοῦτο ὑπογείῳ τετιμῆσθαι βωμῷ λέγουσιν) ὅτι τὴν γῆν ὁ Θεὸς οὗτος ἔχει. id est, *Consus a Romanis, quem interpretantes nostra lingua Neptunum Terræ quassatorem ajunt esse quidam. Et idcirco subterranea cultum etiam Ara dicunt, eo quod in terram hic Deus jus habeat.* Dionys. Halicarnass. lib. II. *Antiq.* pag. 100. vers. 30 Rosinus *Antiq. Rom.* lib. IV. cap. XIII. pag. 208.

Δέσποινα δίας Ἄρτεμι λίμνας,
Καὶ γυμνασίων τῶν ἱπποκρότων.

Id est,

O Domina sacræ Diana Paludis,
Et exercitationum equestrium.

Ubi notabis non tantum Dianam fuisse Dominam exercitationum Equestrium (quod advertit noster) verum etiam ipsam Paludem fuisse in Trœzene, Circum, in quo se exercebant, colligitur ex ipso Scholiaste, qui ait ibi λίμνη γυμνάσιον ἐν τροιζῆνι. Euripides in *Hyppolyto* v. 228. p. 518. editus ab Paulo Stephano, MDCII.

Ἀπήνη δέ ἐστιν ἅρμα, ἐξ ἡμιόνων ζευχθέν. id est, *Apina est Currus a mulis jugatum.* Vetus Scholiastes Pind. *Olymp.* od. V. p. 40. f.

Ἔθος γὰρ ἦν παλαιοῖς (ὅπερ καὶ νῦν ἀκμάζει) ὅταν ἢ φόνον ἀνθρώπων, ἢ καὶ ἄλλας σφαγὰς ἐποίουν, ὕδατι (ἀεννάῳ) τὰς χεῖρας ἀπονίπτειν, εἰς τοῦ μιάσματος κάθαρσιν. Id est, *Mos enim erat Antiquis, qu etiam nunc viget, quando [aliqui] vel cædem hominum, vel etiam alias neces, commiserint, aqu viva manu abluere in sceleris lustrationem.* Sophoclis Scholiastes in *Ajace Mastigophoro* apud Brisson. *de formul.* p. 5. lib. I. ubi plura de hoc ritu lustrandi per aquam.

Quoniam vero ad hunc locum illustrandum mirifice facit Epigram. Apollonidæ, quod est tertiun cap. LXV. Tit. *in fontes* lib. I. in *Antholog.* Epigramm. Græcorum edita Basileæ apud Hier. Frobenium MCXLIX. hic apponam.

Ἦν καθαρή, Νύμφαι γὰρ ἐπώνυμον ἔξοχον ἄλλων
Κρήνην πασάων δῶκαν ἐμοὶ λιβάδων.
Ληιστὴς ὅτε μοι παρακλίντορας ἔκτανεν ἄνδρας.
Καὶ φονίην ἱεροῖς ὕδασι λοῦσε χέρα,
Κεῖνον ἀναστρέψασα γλυκὺν ῥόον, οὐκέτ' ὁδίταις
Βλύζω. τίς γὰρ ἐρεῖ τὴν καθαρὴν ἔτι με.

Id est,

Eram purus, Nymphæ enim cognomen eximiun
præ reliquis,
Fonti omnium mibi dederunt aquarum.
Latro cum apud me recubantes occidit Viros,
Et lethalem sancto flumine lavit manum,
Illum revocavi dulcem fluxum: nec amplius via
toribus
Scaturio. Quis enim dicet purum adhuc me

Quod ibidem sequitur epigramma Antiphanis es ejusdem argumenti, quod vide; fiebant etiam Lustrationes, per sulphur, per porcellos, per sal per cæpas, ova, mænides, ut adnotavit Natali Comes lib. I. cap. XIV. & Bulengerus toto lib. III *adversus Magos.*

Ῥάκος, τριβώνιον τετριμμένον, id est, *Pannum tritum, attritum.*

Τὰ λευκὰ καθαρά, id est, *Alba* (sunt) *pura.*

Λευκὰ δ' ἱμάτια τοῖς ἱερεῦσι (ἱερεῦσι) μόνοις συμφέρει, id est, *Alba Vestimenta sacerdotibus solis ex pediunt*, utilia sunt. Artemid. *de Som.* lib. II. cap III. pag. 49. 6. v. 10. editus Venetiis apud Aldum MDXVIII.

Ἔθος δ' ἐπὶ πίστει καὶ συνθήκας βεβαίας τὰς δεξιὰς διδόναι ἀλλήλοις, id est, *Mos in fidem & fœdera stabilia dexteras dare invicem.* Scholiastes Aristophanis.

—— ἀνακαλεῖ δὲ δεξιάς,
Πίστιν μεγίστην.

Id est,

—— implorat autem dexteras,
Fidem maximam.

Eurip. *Med* p. 407. v. 21.

Ὁ δὲ πιθανώτατος ἐμοὶ δοκεῖ τῶν λόγων Ποσειδῶνος ἐπίκλησιν εἶναι τοῦ Ἱππίου, id est, *Probabilissimus sermonum mibi videtur* (eorum qui dicunt Taraxippum) *Neptuni cognomen esse Hippii* (Equestris.) Pausanias *Eliacorum Poster.* pag. 241. vers. 40. Aliter sese habent, quæ de Taraxippo narrat Isacius Tzetzes interpres Lycophronis pag. 12 edit. a Paulo Stephano. Videlicet *ex Mercurio & Hierea natum fuisse Gigantem, Gigantis vero filium Ischenum. Cum autem emersisset palus, responsum fuit ab Oraculo,* Nulla alia ratione paludem abituram, nisi quis ex nobilitate se devovisset. *Abnuentibus cæteris, cupivit Ischenus oblatum esse se. Quo sacrificato, sepulcrum ei excitatur circa collem, qui Chronius appellatur, prope metam in stadio. Et honoribus plurimis eum prosequebantur, & certamina edebant recurrente die, qua oblatus fuit. Eum autem appellant* Taraxippum *ex eo, quod ad turbas, & tumultus cieat equos decertantes.* Sed præstat ipsum Isacium audire. Ἑρμοῦ καὶ Ἱερείας υἱὸς Γίγας. Γίγαντος δὲ υἱὸς Ἴσχενος. λιμοῦ δὲ γεγονότος. ἐδόθη χρησμός. μὴ ἂν ἄλλως λυθῆναι τὸν λιμόν, εἰ μὴ τῶν εὐγενῶν τυθῇ τις. Πάντων τοίνυν ἀπορουμένων, ἠθέλησεν ὁ Ἴσχενος τυθῆναι. Οὗ καὶ τυθέντος, ὁ τάφος δείκνυται περὶ τὸν καλούμενον Κρόνιον λόφον, πλησίον τοῦ καμπτῆρος τῆς Ὀλυμπ καὶ τιμαῖς πλείσταις αὐτὸν ἐτίμων, καθ' ἣν ἡμέραν ἐτύθη, καὶ ἀγῶνας συνίστων, λέγουσι δὲ αὐτὸν Ταράξιππον, ἐπειδή ἐστι ταράσσων, καὶ θορυβῶν τοὺς ἵππους ἀγωνιζομένους. Vide apud eundem Lycophr. notas G. Canteri p. 3. col 2. F. v. 49.

Ιππιος ὁ Ποσειδῶν. ὅτι δοκεῖ πρῶτον ἵππον γεγεννηκέναι Σίσυφον ἐν Θεσσαλίᾳ, τῇ (τῇ) τελαίνῃ πέτραν παίσας. ὅθεν ἱερὸν Ποσειδῶνος Πετραίου καθίδρυται ἐν Θεσσαλίᾳ. Id est, *Hippius* (Equester) *dicitur Neptunus. Quia videtur primum equum genuisse Sisyphum in Thessalia tridente petram cum percussisset. Unde templum Neptuni Petræi erigitur in Thessalia.* Magnum Etym. p.473. v. 42. De Equis terrestribus, & eorum Inventore consule Bulengerum p. 200. & 201. & Lil. Gyraldi Syntagma v. *Hist. Deorum*, p. 160. editi Basileæ per Jo. Oporinum MDLX. in fol. & Æmilium Portum in *Notis ad Suidam* in Verbo Ἵππιος p. 1267. F.

Εχουσα ἱππόκαμπτον ἐν χειρὶ, id est, *Habes hippocamptum in manu*. Prædictus locus sic legitur apud Strab. *Geograph.* lib. VIII. p. 384. D.

Ερατοσθένης δὲ ϗ αὐτὸς ἰδεῖν φησι τὸν τόπον, ϗ τοὺς πορθμέας λέγειν, ὡς ἐν τῷ πόρῳ ὀρθὸς ἑστήκει Ποσειδῶν χάλκεος ἔχων Ιππόκαμπον ἐν τῇ χειρί. Id est, *Eratosthenes vero ipse vidisse* (se) *ait locum, & Nautas dicere, quod in trajectu rectus stetit Neptunus æreus, habens Hippocampum* (Terrestrem equum) *in manu.*

Δαμαῖος, id est, *Domitor.*

Γαιοῦχος, γεοῦχος, γαιάοχος, id est, *Terram habens, Continens, Ambiens.*

—— τοῦ μεγασθενής
Ερράσατο γαιάοχος Ποσειδῶν.

Id est,

—— Cujus præpotens
Amator fuit terram-ambiens Neptunus.

Pind. *Olymp.* od. I. p. 5. v. 2. Et Triclinius Scholiastes hunc interpretans locum p. 131. v. 4. Et Eustathius *Odyss.* A. pag. 1391. v. 19. ad illum versum Hom. 68.

Αλλὰ Ποσειδάων γαιήοχος ——

Οτι Ποσειδῶν γαιήοχος, οὐ μόνον διὰ τὸ ἐπὶ γαίης ὀχεῖσθαι, ἢ διὰ τὸ συνέχειν τὴν γαῖαν τῇ ὑγρότητι, ὡς ἀλλαχοῦ ἐδηλώθη· ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τοῦ ὄχοις γαίειν, ὅ ἐστιν ἅρμασι χαίρειν, Ιππιος γὰρ ὁ Ποσειδῶν. Id est, *Neptunus dicitur* γαιήοχος *non solum quia super terram curru-vehatur, seu quia contineat terram humiditate, ut alibi declaratum fuit: verum etiam* ἀπὸ τοῦ ὄχοις γαίειν, *quod est curribus delectari. Equester enim Neptunus.*

Κλῦθι ποσειδάων γαιήοχε κυανοχαῖτα, Ἵππιε. Id est, *Audi Neptune, terræ-concussor cæruleas-comas-habens, Equorum inventor.* Orpheus in *Hymno in Neptunum*. Quod confirmatur Homerus in *hymno in eundem Deum* v. 6.

Χαῖρε Ποσειδάων γαιήοχε κυανοχαῖτα.

Id est,

Salve Neptune terram continens, cæruleas-comas-habens.

Καὶ γὰρ τὸ μέγεθος τοῦ πεδίου θαυμαστὸν ἅμα, ϗ τὰς ἁρματοδρομίας, ϗ τὴν ἄλλην ἱππασίαν ἀκώλυτον παρέχων τῷ τοσούτῳ πλήθει, τῇ σφαίρᾳ, ϗ κίρκῳ (nisi legas δίσκῳ) ϗ παλαίστρᾳ γυμναζομένων. Id est, *Et enim magnitudo campi admirabilis; & Curules Cursus & Equitationes expeditas habet tantæ multitudini Pila, Circo* (nisi legas *Disco*) *& Lucta se exercentium.* Strabo in *Geograph.* lib. v. p. 236. B.

Δίσκῳ, σκάπτω *fossio*, σκάμμα *fossio, vel Cavea ludorum.*

ΕΝ ΑΥΤΟΙΣ ΣΚΑΜΜΑΣΙ ΣΤΕΦΑΝΩΘΗ. IN IISDEM LUDORUM CAVEIS CORONATUS EST.

Προσαγέλλει (προαγγέλλει) μοί τις ἑορτὴν τοῦ Απόλλωνος εἶναι Απολλώνια, ἐν ᾗ τὴν ἱπποδρομίαν Ρωμαῖοι ποιοῦσι. Id est, *Annunciavit mihi quidam festum Apollinis esse Apollonia, in quo Circenses Romani edunt.* Aristides apud Bulengerum p. 109. E.

Εν τῇ τῶν Απολλωνίων ἱπποδρομίᾳ, id est, *In Apolloniorum ludicro Circensi.* Dio παραβάται, *Aurigæ.* vide Rhodiginum lib. XXI. cap. XXXI. ubi plurima leges in hanc sententiam.

CAP. IV.

Αμφιπποι οἱ ἐπὶ δυοῖν ἀστρώτοιν συνδεδεμένοιν ὀχούμενοι. Id est, *Amphippi* (dicuntur) *qui duobus non stratis* (equis) *conjunctis vehuntur.* Lat. *Desultores.* Suidas in verbo ἱππική pag. 1267. B. Vide in hanc rem notam eruditissimam Josephi Scaligeri *ad Manilium* p. 391. & 392.

Η γὰρ δὴ προρρηθεῖσα Κίρκη πρώτη τελεῖ ἱππικοὺς ἀγῶνας ἐν Ιταλίᾳ. Id est . . . . . *Circe prima præbuit Equestria certamina in Italia.* Rhodiginus lib. VIII. cap. VII. p. 409. D. Circensium (ait) inventorem produnt Monagum apud Asiæ Helidem.

Φησὶ δ' Απολλώνιος Ησιόδῳ ἑπόμενος ἐπὶ τοῦ ἅρματος τοῦ Ηλίου εἰς τὴν κατὰ Τυῤῥηνίαν κειμένην νῆσον τὴν Κίρκην ἐλθεῖν. Id est. *Ait Apollonius Hesiodum sequens, super Currum Solis in Tyrrheniæ adjacentem Insulam Circem venisse.* Scholiastes Apollonii lib. III. p.186. n.12. vide Philippum Cluverium *Italiæ Antiquæ* lib. III. a pagina 992. ad 1008.

—— ὅθι τ' Ηοῦς ἠριγενείης
Οἰκία, ϗ χοροί εἰσι, ϗ ἀντολαὶ ἠελίοιο.

Id est,

—— Ubi Auroræ mane-genitæ
Domus, & Chori sunt, & Ortus Solis.

Hom. *Odyss.* M. v. 3.

Απὸ τοῦ κύκλου, id est, *Acyclo.*

Ο δὲ κύκλος Αθήνησιν ἐστι, καθάπερ Μάκελλος, ἐκ τῆς κατασκευῆς, τὴν προσηγορίαν λαβών. ἔνθα δὴ πιπράσκεται χωρὶς κρεῶν, τὰ ἄλλα ὤνια. Id est, *Cyclus Athenis est, instar Macelli, ex structura appellationem accipiens. Ubi sane venduntur, exceptis carnibus, alia venalia.* Scholiastes Aristoph. in *Equ.* p. 295. D. E.

Κύκλος ἱερὸς, id est, *Cyclus sacer.*

Κρασὶ, id est, *Vinum*, Meursius in *Glossario* pag. 285.

Ιππικὸν, ϗ θεατρικὸν, ἱππηλασίας. Id est, *Hippicum, & theatricum, Actus.*

Κύκλος, ἐν ᾧ ἱπποδρομίαι γίνονται, Id est, *Cyclus est, in quo Circenses fiunt.* Gloss. p. 34. M.

Εἰς εὔρεα (οὐρέα) κύκλον ἀγῶνος.

Id est,

In lacum Circum certaminis.

Apollonius.

Οντα δὲ ἵππων ἀκρατῆ, ϗ ἄπειρον διφρείας.
Εκδίφρεο θλῖψαι (Εκδιφρευθῆναι,) ϗ θανεῖν ἠριδανοῦ τοῖς ῥειδάροις (ῥείθροις.)

Id est,

Existentem autem equorum impotentem, & inexpertum aurigationis (Phaetontem)
Curru excidisse, & obiisse Eridani ad fluenta.

Tzetza Chil. IV. *Hist.* 137. v. 13. p. 328. n. 369.

Δρόμος Αχιλλέως, id est, *Cursus Achillis.* Agamemnon Iphigeniam filiam suam despondendo Achilli, eum illexerat in societatem Belli Trojani; verum cum classis detineretur Aulide vi ventorum, & e Calchantis monitu Virgo sisteretur ad Aram ut sacrificaretur, abrepta fuit a Diana, & in Scythiam delata. Id cum rescivisset Achilles sponsam quæsiturus eo profectus; litus, quod in Scythia est stadiorum circiter mille, armatus juxta quadrigas currens absolvit, qui hac de causa imposterum Αχιλλέως δρόμοις dictum est, *Cursus Achillis.* Sed ea ibidem non inventa transiit in insulam Albam nomine Ponti Euxini, quæ pariter apud aliquos gaudet eodem nomine: vide Herodot. lib. IV. p. 275. A & ibid. p. 282. B. Scholiastem Lycophronis p. 40. ab illis Verbis, τὴν ὀξυώδυνος, usque ad illa Καὶ ὁ μὲν Αχιλλεὺς πέντε ἔτη εἰς Σκυθίαν θρηνῶν pag. 42. edit. Pauli Stephani MDCI. Rhodiginum lib. XIV. cap. IV. pag. 737. B. Porro insulam eandem *Achillis* nuncupant *Dromon*: quoniam illuc usque Iphigeniam a Diana

raptam, ne immolaretur, sit armatus insequutus. Strabo *Geograph.* lib. VII. p. 307. D. dicit Cursum Achillis non esse continentem, neque Insulam, sed Peninsulam εἶτ' ὁ Ἀχίλλειος δρόμος, ἀλιτενὴς χερρόνησος, &c. id est, *Deinde est Achillis Cursus, peninsula in mare porrecta*, &c. Stephanus *de Urbibus* pag. 71. in Ἀχίλλειος δρόμος subscribit eorum sententiæ, qui Cursum Achillis Insulam esse asserunt, Ἀχίλλειος δρόμος, νῆσος μετὰ τὴν Ταυρικὴν, id est, *Achillis cursus insula post Tauricam*. Quibus vero dignaretur honoribus Achilles in hac Insula hospites suos, postquam desierat esse inter vivos, si cupis scire, lege Maximum Tyrium *Dissert.* XXVII. pag. 269. edit. Lugdun. MDCXXXI. omnia enim afferre locus non patitur, & tam divinum scriptorem lacerare mihi religio est.

Οὐκ ἐβούλετο ἐκδοῦναι αὐτὴν, εἰ μὴ τῷ νικήσαντι αὐτὸν διὰ ἵππων. προέκειτο δ' αὐτοῖς Κλάδεως ποταμὸς ἀφετηρία. Ἰσθμὸς δὲ τὸ τέρμα. Id est, *Nolebat eam* (Hippodamiam) *esse nuptam, nisi ei, qui ipsum* (Oenomaum) *per equos superasset. Præjacebat ipsis Cladeus flumen*, (tanquam) *carceres: Isthmus vero* (erat) *Meta*. Scholiastes Apollonii lib. I. p. 126. num XXIX.

Διὰ μαχαιρῶν, καὶ πυρὸς ῥίπτειν δεῖ. Id est, *Per enses, & ignem irrumpere oportet*. Zenobius Cent. III. num. XIX.

CAP. V.

Γναφάλιον. τούτου τοῖς φύλλοις τινὲς ἀντὶ γναφάλου χρῶνται λευκοῖς οὖσι καὶ μαλακοῖς. Id est, *Gnaphalium. Hujus foliis quidam pro tomento utuntur, albis existentibus, & mollibus*. Dioscorides lib. III. cap. CXXXII. p. 183. editus Parisiis a Benedicto Prevost MCXLIX. in 8.

Στρωμνάς, στιβάδας, ἐποίει τὰς στιβάδας ἐκ τῆς ἐν τῷ λειμῶνι φυομένης ὕλης. & στιβάδας καλοῦσι τὴν ἐξ ὕλης χορτώδη καταῤῥῶσιν. Id est, *Stragula, culcitra stramentitia.* (*nos* Sacconi, o Paglericci.) *Conficiunt stibadas ex ea, quæ in prato nascitur, materia. Et stibadas appellant materiam fœnaceam decidentem ex herba*. Scholiastes Theocr. Hinc proverbium, στιβάδες φορμίονος. *Storeæ Phormionis* apud Suidam cent. XII. nu. XC. pag. 535. & ibi Scottum. Et Idyl. VII. pag. 121. ait idem Schol. στιβὰς δέ ἐστι στρωμνὴ ἐπὶ τῆς γῆς ἐκ φύλλων. Id est, *Stibas est cultra facta ex phyllis, quæ nascuntur in terra*. Et *Phyllon* genus est herbæ, de qua Dioscor. lib. III. cap CXL. p. 185. & p. 616. στρωμνὴ, *Torus, Sternum, Toral, stratus*. Glossa optima p. 614. στιβὰς *Stramentum*. Hujusmodi culcitris utebantur Athenienses in Thesmophoriis. Idem Schol. Idyll. IV. p. 73. & plenissime Meursius in *Græcia feriata* a p. 151. ad 166.

ᾧ χρῶνται εἰς ὀροφάς. Id est, *Quo utuntur ad contignationes*. Scholiastes Eurip. in *Oreste*.

Ραγάζιον Italicum *Ragazzo*, est, *Puer, famulus*; est etiam genus calami, quod alio nomine dicitur δόναξ. Meursius in *Glossario* p. 497.

Μηκασμοὶ, id est, *Caprarum balatus*. Glos. opt. pag. 540.

Μῆκος, εος, τὸ, id est, *Prolixitas, longitudo*, &c.

Ράπτω, ἅψω, αφα, id est, *suo, consuo, sarcio*, &c

Μεταξὺ δὲ ὁ στόρας ποταμός. Id est, *In medio Storas flumen*. Strabo lib. V. p. 232. D. Leandro in *Italia* p. 120. & 121. dicitur *Stora*. Nomen Fluminis & Insulæ, quod hactenus integrum manet, sex millia passuum abest ab Antii Promontorio. In hac Insula Plutarch. in *ejus Vita* p. 884. E. Ciceronis Villam fuisse testatur. Qui plura, consulat Cluverium in *Italia Antiqua* lib. III. p. 990. 991. 992.

A στορεῖν, id est, *subtus sternere*. Poeta *Iliad.* I.
655. 656.
Χαμαιστρωσία, id est, *Toro ex agrestibus fronα*
bus. Sophocl. Scholiastes in *Philoctete* p. 379. χ
μαιστρωσία ἐκ φύλλων, ἡπλωμένη καὶ πατουμένη, ὥ
κοιμωμένου ἐπ' αὐτῇ τινός. Hoc est, *Chamæstros*
est torus ex frondibus, qui expanditur, & calcatur
ut aliquis in eo cubet.
Σέστος, Ῥωμαϊκόν ἐστι ὄνομα, &c. Mei codices
alter Venetus editus apud Federicum Turrianu
MDXLIX. in fol. pag. 131. col. 2. f. Et alter Comm
lini sæpius laudatus pag. 610. v. 54. unanimes ret
nent hanc lectionem, videlicet, Ξέστης Ῥωμαϊκ
B ἐστὶ τὸ ὄνομα. τὸν γὰρ παρ' ἡμῖν ἓξ ἀριθμὸν, αὐτ
λέγουσι σέξ. καὶ μέτρου τινὸς παρ' αὐτοῖς τὸ ἕκτον, λ
γεται σέξτον. διὰ δὲ εὐφωνίαν τὸ Σέξτης λέγεται Ξ
στης, κατὰ μετάθεσιν τῶν στοιχείων. Id est, *Xestus R*
manum nomen. ἓξ *enim apud nos numerum ii enu*
ciant sex. Et τὸ ἕκτον (nomen) *apud ipsos metri c*
jusdam, dicitur sextum. Sed euphoniæ gratia Se
tus dicitur Xestus per transpositionem elementorum
Phlegon vero Trallianus Libertus Augusti, vel u
aliis placet Adriani Cæs. in lib *de Longævis* p. 10
& 116. semel, iterum, ac tertio legit Σέξτος. &
idem totidem locis apud Anonymum in *Descrip*
C *Olymp.* observavit Meurs. in *Not. in eundem Phle*
gonem p. 160. & 164. edit. apud Elzevir. MDCXIX
quod magis mihi probatur.
Ὁπλοκαθαρμὸς, ὁπλοκαθαρσία, id est, *A*
milustrum. Glossa optima pag. 558. ὅπλων κάθα
σις.
Χορδακισμοῦ, lege Κορδακισμοῦ, id est, *Las*
væ saltationis, Comicæ, ac Rusticanæ, & ridic
le genus. Schol. Demosth. *Olynth.* II. pag. 17. n
XXVI. edit. Paris. MDLXX. fol. Etym. Magnum
635. v. 2. ὁ κορδακισμὸς, αἰσχρός τις ὢν, καὶ μᾶλλον κ
μικοῖς ἁρμόδιος. Id est, *Cordacismus est quæda*
saltatio turpis, & Comicis magis familiaris. Su
D scribit Thomas Magister in *eclog.* Κόρδαξ, αἰσχ
τις ὄρχησις. *Cordax turpis quædam saltatio*. E
Κορδακίζειν apud Bulengerum *de Theatro* cap. LI
313. C. significat αἰσχρῶς κινεῖν τὴν ὀσφύν. Hoc es
Movere turpiter lumbos crispantes, & fluctuante
Tales sunt apud Italos saltationes illæ, quas appe
lant *la Lucia, e'l Ruggiero*. Harpocratio ejus m
minit absque nota impudicitiæ, ὁ κόρδαξ κωμικ
ὀρχήσεώς ἐστιν εἶδος. *Cordax comicæ saltationis sp*
cies est.
Τοὺς ἐπισήμους συναγογών (συναγαγὼν) εἰς τ
καλούμενον ἱπποδρόμον. Id est, *Nobiliores conv*
cans (in locum) *qui appellatur Hippodromus*. Eu
E sebius *Hist. Ecclesiast.* lib. I.
Τὴν χρυσίδα ψάμμον, id est, *Auream arenam*
Ἄμμον χρυσίον. Id est, *Sabulum aureum, pu*
rile, pudendumque.
Χρύσαμμος ἀχώνευτος γῆ, καὶ χρυσοειδής. I
est, *Aurea arena sive Balluca est non conflata te*
ra, & aurea. Glossa optima pag. 661. F. *Valuca*
χρυσίου γήδιον ἀκαθάριστον. Et pag. 417. p. repet
eadem, id est, *Balluca est parva terra* (gleba) *a*
ri non purgata.
Ἐν δὲ τῇ Ῥώμῃ τοῦ δήμου θεωροῦντος ἱππικοὺς
γῶνας ἐξαίφνης ἐνέπεσε λόγος εἰς τὸ πρῶτον τοῦ θε
τρου μέρος, ὡς Αἰμίλιος μεγάλῃ μάχῃ νενικηκα
F Πέρσεα, καταστρέφοιτο σύμπασαν Μακεδονίαν. I
est, *Romæ autem populo spectante Circenses ludo*
derepente pervasit sermo in primam Theatri parte
quod Æmilius grandi pugna cum vicisset Persea,
servitutem redigeret universam Macedoniam. Plu
in *Æmil.* p. 298. B.
Παρὰ Ῥωμαίους δύο κεραίας, ἢ τρεῖς ἔχουσιν
χάρακες, ἢ οἱ πλεῖστας τέτταρας. Id est, *Apud Rom*
nos duo cornua, vel tria habent valli (seu furcæ) *v*

cum plurima, *quatuor*. Polybius. Silius Ital. lib.x

Cervorum ambustis imitantur cornua ramis.

Ἰδιωτικῇ, id est, *Communi*, *seu vulgari*.

Θεωρεῖα, id est, *Hippodromi*. Ἴκια (Ἰκρία) δυρατέα ξυλίνοις σκέλεσιν ἐπικείμενα. *Fori lignei* (contignationes) *ligneis cruribus superimpositi*.

Καθέδρας, id est, *Cathedras*, *sedilia*.

Ὡς τ' ἀποκλειθῆναι (ἀποκλεισθῆναι) πάντοθεν τὸ στάδιον. Id est, *Ita ut clausum esset undique stadium*. Anth. lib. II. Ep. VIII. p. 175.

Ὕσπληγγες, id est, *Flagelli*, *carceres*, *repagula*. πλήκτειν, *plectere*.

Τὸν κάγκελλον, τὴν ἀφετηρίαν, id est, *Cancellum*, *Carceres*.

Ὕσπληγξ ἡ τῶν δρομέων ἀφετηρία, ἣν [ὃ] κάγκελλον ὑμεῖς (ἡμεῖς) φαμέν. Id est, *Hysplinx sunt Carceres Cursorum*. *Quod Cancellum nos dicimus*. Schol. Theocr. Idyl. IX. p. 142. p.

Βρόχος, id est, *Laqueum*, *laqueus*, *pedica*. Glossa optima p. 413. F. Vide Notas pereruditi Josephi Scaligeri *ad M. Manilium* p. 125. v. 14. & deinceps, unde plurima mutuatus est noster Auctor.

Βρόχος ἐν ἀφετηρίαις τεταμένος. *Transenna*. Eadem Glossa p. 414. id est, *Laqueus in carceribus porrectus*, vel ut eruditissimus Bulengerus vertit p. 112. E. *funis ab uno extremo ad alterum protensus*. Hetrusci, *Il campo delle mosse*.

Ἔχεις καὶ σὺ θυρανοίκτας Παῦλον, καὶ Σιλυανὸν [σιλουανὸν] καὶ Τιμόθεον. Id est, *Habes & tu janitores Paulum*, *& Sylvanum*, *& Timotheum*. Jo. Chrysost. in *Circo* apud Bulenger. p. 74. C.

Αὐγάζω τὸν ἄφυκτον ἐπὶ σφαγῖδος (σφραγῖδος) ἔρωτα,
  Χερσὶ λεοντείαν ἀνιοχεῦντα [ἀνιοχεῦντα] βίαν,
Ὡς τᾷ μὲν μάστιγα κατ' αὐχένος. ἃ δὲ χαλινὸς
  Ἐκτείνει [εὐθύνει] πολλὰ δ' ἀμφιτέθηλε χάρις.
Φρίσσω τὸν βροτολοιγόν. ὁ γὰρ καὶ θῆρα δαμάσδων
  Ἄγριον, οὐδ' ὀλίγον φείσεται ἀμερίων.

Id est,

Contemplor inevitabilem in sigillo amorem
  Manibus leoninam aurigantem vim. Id est, Leonem.
Qui altera (manu) *quidem flagellum super cervicem*, *altera vero lora*
  Moderatur, *multa autem circumgerminat gratia*,
Horreo mortalium-perditorem. *Etenim etiam feram domans*
  Agrestem, *nihil prorsus abstinebit ab hominibus*.

Antholog. p. 50. Tit. *in Amorem* ep. V.

CAP. VI.

Πράσινον, ὅ ἐστι χλωρῶδες, Id est, *Porraceum*, *quod est viride*. καὶ τὸ πράσινον τῇ γῇ, βένετον τῇ θαλάσσῃ, id est, *Et porraceum Terræ*: *Venetum Mari*. Cedrenus apud Bulengerum p. 175. E. ubi legit pro χλορῶδες χλοῶδες, ni est error librarii.

Οἰνόμαος τὰ τοῦ Ἱπποδρόμου ἐφεῦρε χρώματα ἀγωνιζομένης γῆς, καὶ θαλάσσης. ἐβάλλοντο κλῆροι, καὶ ὃς ἔλαχεν ὑπὲρ τῆς γῆς ἀγωνίζεσθαι, ἐφόρει χλοανὸν, ὃς δὲ ὑπὲρ τῆς θαλάσσης κυανέον. καὶ ἐποίει τὸν ἀγῶνα Μαρτίου εἰκοστῇ τετάρτῃ. Id est, *Oenomaus Hippodromi excogitavit colores decertantibus Terræ*, *& Maris*. *Educebantur sortes*, *& qui sortitus fuerat super terram decertare*, *referebat viridem colorem*: *qui vero super mare*, *cæruleum*. *Et edebat Certamen Martii vigesima quarta*. Jo. Lydus, quem vidi nunquam.

Ῥούσιος. μίλτος ῥουσιώδης πηλός. id est, μίλτος est *Argilla russeum-colorem-præferens*. Eustath. *Odys.* lib. I. lege μίλτος δὲ πηλὸς ῥουσιώδης. Didymus in *Odys.* I. p. 118. A. Idem Eustathius *Iliad.* β. p. 308. v. 17. ait ἰστέον δὲ καὶ ὅτι μίλτος, χρῶμά ἐστιν ἐρυθρὸν, id est, *Sciendum autem est*, *quod* μίλτος *Color est erythreus*, russeus. Eo utebantur in colorandis extrinsecus navium proris. Idem Eustathius ibidem, δι' οὗ τὰ τῶν νεῶν ἔμπροσθεν βάπτονται εἰς ὡραϊσμόν. ἅπερ πρῶραι λέγονται.

—— ἔνθα σε πῶλοι
Ζαφλεγέες τριτάτης ὑπὲρ ἄντυγος αἰὲν ἔχουσι.
—— *Ubi te equi*
Valde ardentes tertium super currum semper habent.

Hom. in *Hymno Martis*. v. 7.

Ἕλκων μεθέλκων Ῥουσίου τὰς ἡνίας.

Id est,

Trahens, *retrahens Russei* (Panni) *habenas*.

Anthol. lib. V. Epig. *in Julianum Aurigam Russiorum* p. 593.

Χιτὼν κόκκινος, id est, *Indusium coccineum*.

Ῥούσιον φᾶρος [φάρσος] id est, *Vexillum*. Glossa optim. p. 603. M.

Διὰ δὲ τὰ τέσσαρα στοιχεῖα ἐποίησαν τοὺς ἀγῶνας. τὸ ἄνθινον ἀντὶ πυρὸς εἰς τὴν τῆς Ῥώμης τιμὴν, φλώραν δὲ αὐτὴν ὠνόμαζον ὥσπερ ἡμεῖς Ἀνθοῦσαν. Id est, *Propter quatuor Anni tempora ediderunt certamina*. *Floreum loco ignis in Romæ honorem*. *Floram autem eam appellabant*, *ut Nos Anthusam*. id est, Florentiam. Jo. Lydus.

Μάνδραι, ἕρκη, φραγμοί. ὗλαι, σηκοὶ βοῶν, καὶ ἵππων. id est, *Mandræ* (sunt) *Caulæ*, *septa*. *Materiæ*, *stabula bovum*, *& equorum*. Hesychius.

Τετράγωνος Ἑρμῆς, id est, *Quadratus Hermes* [Mercurius] sic appellatus secundum aliquos; quia quatuor, id est, Literas, Musicam, Geometriam, & Palæstram invenerit. Homeri enarrator. Ἑρμῆς ὁ Διὸς καὶ Μαίας τοῦ Ἄτλαντος παῖς, ἔτι ὢν ἐν ἀνθρώποις τέσσαρα μέγιστα εὕρετο, γράμματα, καὶ μουσικὴν, καὶ παλαίστραν, καὶ γεωμετρίαν. ὅθεν καὶ τοὺς Ἕλληνας τετράγωνον αὐτὸν ἀσκῆσαι, καὶ οὕτως ἐν τοῖς γυμνασίοις ἀναθεῖναι. Id est, *Mercurius Jovis*, *& Majæ Atlantidis filius*, *cum adhuc inter homines degeret*, *quatuor maxima invenit*, *Litteras*, *& Musicam*, *& Palæstram*, *& Geometriam*. *Quamobrem illum Græci Quadratum effingunt*, *hic etiam in Gymnasiis dedicatur*.

Ἑρμῆν μὲν ποιοῦσι τὸν ἀρχαῖον, τὸ τῆς γενέσεως ὄργανον ἀεὶ ἔχοντα πρὸς ἐργασίαν. Id est, *Mercurium sane faciunt antiquum*, *generationis organum semper habentem ad operis effectum*. Plotinus *Enn.* III lib. VI. in fine p. 321. editus Basileæ apud Petnam Lecythum MDLXXX. in fol. Hujusmodi imaginem Mercurii habes apud Cartarium p. 326. 337. 338. typis æneis expressam a Vincentio Valgriso Venet. MDLXXI. Causam, cur Mercurio antiquo veretrum arrectum, & immane affixerit Antiquitas, hanc tradit Plutar. in clausula Sermon. *An seni gerenda Resp.* p. 797 F. nempe διὸ καὶ τοὺς Ἑρμᾶς τοὺς πρεσβυτέρους, ἄχειρας καὶ ἄποδας, ἐντεταμένους δὲ τοῖς μορίοις δημιουργοῦσιν, αἰνιττόμενοι τῶν γερόντων ἐλάχιστα δεῖσθαι διὰ τοῦ σώματος ἐνεργούντων, ἐὰν τὸν λόγον ἐνεργὸν ὡς προσήκει καὶ γόνιμον ἔχωσιν. Id est, *Eam ob causam etiam Mercurios seniores sine manibus & pedibus*, *rigentibus vero fascinis fingunt*; *Indicantes a senibus minime requiri*, *ut corpore operentur*; *dummodo ii Rationem efficacem*, *ut convenit*, *& fœcundam habeant*. Quin etiam in Elide apud Cyllenenses Mercurius Membri arrecti specie colebatur. Pausanias *Eliacor.* II. τοῦ Ἑρμοῦ [ἐν Κυλλήνῃ] ἄγαλμα, ὃν οἱ ταύτῃ περισσῶς σέβουσιν, ὀρθόν ἐστιν αἰδοῖον ἐπὶ τοῦ βάθρου. Hoc est, *Hermæ autem* (*in Cyllene*) *simulacrum*, *quem ii ibidem impense colunt*, *rectum est* Pudendum *super basi*.

De Hermis, quæ huc faciunt, lege Jos. Scaligeri Notas *in Ætnam* Virg. p. 354. edit. Lugd. Rovillii MDLXXIII. Et in *Priap.* p. 455. Meursium *de festis Græcorum* lib. III. p. 114. & seq. Plutarch. in *Alcib.* p. 200. C. & in *Nicia* p. 531. E. Schol. Thucyd. lib. VI. p. 206. Ipsum vel Thucyd. ibidem. Diodorum Siculum lib. XIII. p. 768. edit. Lugd. apud Griph. MDLIX. Harpocrationem in Ἀνδοκίδου ἑρμῆς. Comici

A Scholiaſtem in *Pluto* p. 110.& p. 111. E. F.G. Pauſaniam in *Attic.* p. 19. v. 29. & in *Corinth.* p.101. v. 20. Euſtath. *Odyſſ.* δ. p. 1504. v. 62. Et *Iliad.* ε. p. 591. v. 33. & alibi non ſemel.

Κνισσᾶν μέν τι τὰς ἀγυιάς, τὸ θύειν τοῖς ἑρμαῖς. ἀγυιὰς γὰρ (τὰς) ἑρμᾶς ἐκάλουν κατὰ στέρησιν, διὰ τὸ μὴ χεῖρας ἔχειν, μηδὲ πόδας. γυῖα δὲ τὰ μέλη. ἐξ οὗ καὶ Ομηρος.

Γυῖα δ' ἔθηκεν ἐλαφρὰ, πόδας, καὶ χεῖρας ὕπερθεν.

Id eſt, *Nidore perfundere* τὰ ἀγυιὰς [eſt] *ſacrificare Mercurios. Sacrificia enim Mercurios appellabant per privationem. Eo quod neque manus habeant, neque pedes.* γυῖα *autem* (ſunt) *artus; ſed*
B *proprie manus, & pedes.* Euſtath. apud Hom. in *Ind.* Hinc apud eundem *Iliad.* lib. v. v. 112. Pallas Diomedis *Membra fecit agilia, pedes, & manus ſuperne.* Sch. Demoſthenis p. 332. num. 90. editus Lutetiæ apud Jo. Benenatum MDLXX. in fol. vide Magnum Etymol. p. 86. v. 14. p. 242. v. 29. p. 629. v. 46. p. 349. v. 11.

—— ἐναγώνιος (Εναγώνιος) Ερμᾶς,
Αἰγλᾶντα τίθησι κόσμον.

Id eſt,

—— *Et certaminum præſes Mercurius,*
Radiantem imponit ornatum.

C Alex. Adimarius.

E Mercurio ch' intende a' gran certami
Gli abbigliamenti d'or pongongli intorno.

Pind. *Pyth.* od. 11. p. 202. 203. vide ibi Scholiaſtem. Plantini codex MDXC. legit pro ἐναγώνιος, δ'αγώνιος p. 78. v. 2.

Ερμᾶς ἐναγώνιος Μαίας δ'ἐυπλοκάμοιο παῖς. Id eſt, *Mercurius certaminum præſes Majæ crines habentis-pulchros filius.* Simonides apud Athenæum lib. XI. p. 490. f. vide Gyraldi ſyntagma nonum, p. 296. f.

Ο Μαίας δὲ παῖς
Ερμῆς, σφ' ἄγει δόλον σκότῳ
Κρύψας πρὸς αὐτὸ τέρμα.

D *Majæ vero filius*
Mercurius ducit dolum, tenebris
Occultans, uſque ad ipſam metam.

Sophocles in *Electra* v. 1522. p. 140. Vide ibi Scholiaſtes, Triclinium inprimis.

Τρικέφαλος ὁ Ερμῆς λέγεται, ὥσπερ διδάσκων τὰς ὁδοὺς, καὶ ἔχων ὑπογραφὴν, ποῖ μὲν αὕτη φέρει ἡ ὁδὸς, ποῖ δὲ αὕτη. ἴσως δὲ πρὸς ἑκάστην ὁδὸν κεφαλὴν εἶχεν. Id eſt, *Triceps Mercurius appellatur, tanquam docens vias, & habens ſubſcriptionem, quo quidem hæc ducat via, quo vero illa. Æque autem ad quamlibet*
E *viam caput habebat.* Harpocration p. 57. 58. unde ſua hauſit Magnum Etymol. p. 766. v. 23. Effigiem cum eadem ratione videre eſt apud eundem Cartarium p. 332. & 335.

Τὴν ἀναγωγίαν Ερμοῦ τέχνην, id eſt, *Palæſtricam Mercurii artem.* Heliod. *Æthiop.* lib. x.

Αλλὰ μὲν Ερμοῦ καί τε Ηρακλέους ἐστὶ νυνὶ ἀγάλματα κοινά. Id eſt, *Alia quidem Mercurii, atque Herculis ſunt nunc ſimulacra communia.* Ariſtides.

—— ποτὶ γραμ-
μᾷ μὲν αὐτὰν στᾶσε.

Id eſt,

—— *Ad lineam*
F *Sane ipſam locavit.*

Pind. *Pyth.* p. 309. v. 1.

Επ' ἄκραν ἥκομεν γραμμὴν κακῶν.

Id eſt,

Ad ultimam devenimus lineam malorum.

Euripid. *Antigone*; lege Sophoclem in *Antigone*: licet in ea nondum legerim citatum verſum.

Τοῦ διακόνου ἀνοίγειν μέλλοντος τὸ τοῦ εὐαγγελίου τετράθυρον, πάντες αὐτῷ, &c. Id eſt, *Diacono jam jam aperturo Evangelii quatuor portas, omnes ipſi,* &c. Jo. Chryſoſt. *Orat. de Circo* apud Bulengerum p. 76. A.

Εὔριπος ab εὖ καὶ ῥιπίζω, ſive ῥίπτω. Id eſt, *Euripus a bene, & rapior, ſeu jactor.* Etym. Magnu[m] p. 395.

Εὔριπος Χαλκιδικὸς, ὅτι ἑπτάκις τῆς ἡμέρας πα[...] λίρροιαν ὑδάτων πάσχει. Id eſt, *Euripus Chalcidicu[s] quod ſepties in die reciprocationem aquarum pat[i]tur.* Euſtath. in *Indice,* & idem de Siculo in *Odyſ[s.]* p. 1716. v. 22. De Euripo Circenſi vide doctiſſima[m] Notam Joſephi Scaligeri *ad Manil.* p. 326. v. 12.

Περὶ τὰς κρήνας ἁπάσας, id eſt, *Ad fontes omne[s]* Thucydides.

Στρόφιγγας, id eſt, *Verticillos.* στρόφιγξ, id eſ[t] *Cardo.* Gloſſa opt. p. 616. p.

Καὶ γὰρ φιάλην τινὰ ἐκπεσοῦσαν εἰς τὸν ποταμὸν ἐν[ο]μισαν ἐν Ολυμπίᾳ, δεῦρο ἀνενεχθῆναι εἰς τὴν κρήνη[ν] καὶ θολοῦσθαι ἀπὸ τῶν ἐν Ολυμπίᾳ βουθυσιῶν. Id eſt, *E[t] enim* (ajunt) *pateram quandam prolapſam in fluviu[m]* (Alpheum) *in Olympia, rurſus delatam fuiſſe in fo[n]tem* (Arethuſam.) *Et* (fontem eum) *turbidum fieri Bovum ſacrificiis in Olympia.* Strabo *Geogr.* lib. v[i] p. 270 D. De Voce ἐνόμισαν conſule Caſaubonum i[n] *Caſtigationibus ad Strabonem,* p. 126. B.

Αλλὰ ψάμμον ταύτην βαθεῖαν ὑποβαλλόμενοι ἐν τ[ῷ] ὀρύγματι (πράττουσί τε ἀλλήλους.) Id eſt, *Verum ar[e]nam profundam ſubjicientes in foſſa conturbant [ſe] invicem.* Lucianus *De Gymnaſiis* Tom. 1. p. 723. ed[i]tus Baſileæ apud Sebaſt. Henric. Petri. MCXIX. in [8.]

CAP. VII.

Πρός τε τὸ μὴ πταῖσαι αὐτὸν ἢ διολισθαίνειν, οὐχ [ὁ]ρῶντα ὅποι βαίνει, γῆ τε ἡ χρυσίζουσα παμπλείστη ὑπ[έ]στρωτο. Id eſt, *Ne vero caderet, neve ceſpitaret, no[n] videns quo iret, terra auroſa quam plurima ſubſtra[]ta erat.* Herodianus *Pſeudant.* lib. v. p. 511. D. cu[m] aliis ſcriptoribus Hiſtoriæ Rom. editus ab Henric[o] Stephano MDLXVIII. in 8. Tom. II.

CAP. VIII.

Εστὶ γὰρ Ηλείοις καὶ Αδου περίβολός τε, καὶ ναός. Id e[ſt,] *Eſt enim Eleis Plutonis Araque & Templum.* Pa[u]ſanias.

Μύαγρος, id eſt, *Muſcarum Venator.* Suid. Tom. 1[...] p. 190. Caſaubonus *in Athenæum* lib. 1. cap. v. p. 1[...]

Απομυίῳ, id eſt, *Abactori Muſcarum.*

Απομυίος, id eſt, *Abactor Muſcarum.*

Εγὼ δὲ ἅμα μὲν ᾐδούμην, ἐν τῷ θεάτρῳ κατακείμενο[ς] ἅμα δὲ ἐδεδίειν, μήπου ἄρκτος ἢ λέων ἀναπηδήσηται. I[d] eſt, *Ego vero ſimul quidem verecundabar, in theat[ro] poſitus, ſimul vero extimeſcebam, ne quis Urſus,* [...] *Leo proſiliret.* Lucianus in *Aſino* Tom. III. p. 40[...]

Τὴν δὲ πορθμίαν βυλατέραν καλοῦσι. Id eſt, *Tr[a]jectum Velaturam appellant.*

Ναῦλον, ἐφόδιον, μισθός. Id eſt, *Navis vectura, Vi[a]ticum, Merces.* Gloſſa optima p. 542 546. 482.

Ναῦλον, τὸ εἰς τὸ στόμα τῶν νεκρῶν ἐμβαλλόμενον [νο]μισμάτιον. Id eſt, *Naulum* (eſt) *qui in os mortu[o]rum injicitur obolus, ſeu triens.* Etymol. Magnu[m] pag. 598. v. 34.

Παρὰ τοὺς λεγομένους βαθμοὺς καλῆς ἀκτῆς. Id e[ſt,] *Ad Gradus, qui appellantur, Pulchri litoris.*

Ος [νεώς] ἐστιν ἐπὶ τοῖς τοῦ μεγίστου ἱπποδρόμου τ[έρ]μασιν. Id eſt, *Quod* (templum) *eſt ſuper Circi M[a]ximi carceres.* Dionyſ. Halicarnaſſ. p. 414. F.

CAP. IX.

Σχοινοφόρος, id eſt, *Funigerulus.* σκιρροφόρο[ς] *Duritiem ferens.* σχοῖνοι, *Funes.* Gloſſa op[t.] 629.

Στρωμνὴ, id eſt, *Stratus, lectiſternium, men[...] ſtrata, culcitra,* lex. *Ritorta* Tuſcis non eſt fu[ni]culum; ſed Ramuſculus viridis, quo torto utunt[ur] ad ligandos lignorum faſces. Vocabularium del[la] Cruſca hoc clare teſtatur, dum ait *Ritorta. Verm[e]na verde, la quale attorcigliata ſerve per legame [...] faſtella, e di coſe ſimili.*

Παρήορος-ἵππος-ὁ ἐκ τοῦ ἅρματος τρέχων. Id e[ſt,] *Equus extra currum currens.* Heſychius. Suid To[m.] II. p. 453. A.

A Δεξιόσειρος, κ̀ τὸ δεξιὸν φερόμενος κέρας. ἡ δὲ μεταφορὰ ἀπὸ τῶν ἵππων τῶν ἐν τοῖς ἅρμασι παρασειρόντων — Δεξιόσειρος, ὁ γενναῖος. οἱ γὰρ ἰσχυροὶ ἵπποι εἰς τὴν δεξιὰν σειρὰν ζεύγνυνται τοῦ ἅρματος. Id eſt, *Dexter Equus, qui ad dextrum fertur cornu. Metaphora* [ducta] *ab equis, qui in Curribus extremi extenduntur*, id eſt, *funales. —— Dexter Equus, generoſus. Robuſtiores enim Equi ad dextrum funem jugantur Currus*. Scholiaſtes Sophoclis in *Antigone* p. 220. p. Et in *Electra* p. 114. p.

Σειραῖον ἵππον] τὸν ἔξω τοῦ ζυγοῦ, τὸν δεξιόν. προσκείμενον δὲ τῷ καμπτῆρι ἀριστερόν. Id eſt, *Dextrum* (*Equum*) *extra currum, dextrum. Admovetur au-*B *tem Metæ ſiniſter*. De funariis equis legitur apud Bulengerum totum caput LVII. p. 194.

Πάροχος, ὁ ἀνάρμοστος. Id eſt, *Incongruus, diſcors. παρήορον lorum exterius*.

—— τετράορον ἅρμα διώκων.

Verſus, ſenſuſque integer eſt,

—— ὦ ἐλάσιππε,

Μάστιγι σὺν λιγυρῇ τετράορον ἅρμα διώκων.

ſcribendum videtur (τετραώρων) ut lex carminis ſtet. Et ſenſus erit.

—— *O Equis vecte,*

Flagello ſtridulo quatuor temporum Currum impellens.

C Orpheus in *Hymno Solis* v. 19.

Κρᾶσιν ἔχων ὡρῶν, τετραβάμοσι ποσσὶ χορεύων.

Id eſt, *Temperamentum habens Temporum, quadrupedibus pedibus triumphans*. Orpheus ibidem v. 5.

Δεινοῦ γὰρ Θεοῦ ἂν δὲ [αἵδε] βόες κ̀ ἴφια μῆλα,

Ηελίου, ὃς πάντ᾽ ἐφορᾷ, κ̀ πάντ᾽ ἐπακούει.

Id eſt,

Gravis enim Dei hæ Vaccæ, & pingues oves

Solis, qui omnia obſervat, & omnia ſubauſcultat.

Homil. *Odyſſ.* M. v. 322.

D Ηλιον. Id eſt, *Elium*. χθὼν *Terra*. ἔριον, *Lana*. *Vellus*.

Λέγεται γὰρ Εριχθόνιον μὲν, τῆς τοῦ Θεοῦ τρόφιμον, πρῶτον ἀνθρώπων ἅρματι ζεύξας [ζεῦξαι] ἵππων. Id eſt, *Dicitur enim Ericbthonius, quidem Deæ* (Minervæ) *Alumnus, primus Mortalium equos Curru unxiſſe*. Ariſtides in *Panathen.* apud Meurſium de Athenienſ. lib. II. cap. I. p. 82.

Οἱ δὲ Μυθολόγοι τὸν Ηνίοχον λέγουσιν εἶναι Εἴδωλον Βελλεροφόντου, ἢ Τροχίλου τῆς Καλλιθέας παιδὸς, τῆς πρώτης ἐν Αργει γενομένης ἱερείας· ἅρμα πρῶτον ζεύξαντος. Id eſt, *Mythologi Heniochum* (aurigam) *ajunt eſſe Idolum Bellerophontis, vel Trochili Cal-*E *litheæ filii primæ in Argo electæ Sacerdotis, qui Currum primus equis junxit*. Theon apud eundem Meurſium ibid. p. 83. & apud Bulengerum p. 201. D.

Πρῶτος ἔγραψε νόμισμα Αθηναίοις Εριχθόνιος. Id eſt, *Primus ſignavit Nomiſma apud Athenienſes Ericbthonius*. Pollux lib. IX. cap. VI. pag. 437. c. 6. Et apud Meurſium ubi habetur vel primum inveniſſe Argentum, vel primum Athenas intuliſſe auct. Plin. & Hygin. Apud Ælian. lib. XII. *variæ Hiſt.* c. X. p. 306. edit. Colon. Allobrogum legitur, Æginetas fuiſſe primos, qui monetam excuderint. Herodotus hunc honorem concedit Lydis lib. I. p. 44. E.

F Δῆμον Ερεχθῆος μεγαλήτορος, ὅν ποτ᾽ Αθήνη

Θρέψε Διὸς θυγάτηρ, τέκε δὲ ζείδωρος ἄρουρα.

Id eſt,

Populum Erechthei magnanimi, quem olim Pallas

Nutrivit Jovis filia, peperit autem alma Tellus.

Hom. *Iliad.* B. v. 547. Meurſius ibidem p. 81.

Οἱ ἀγορανόμοι ἱπποδρομίαν τε ἐν τοῖς τοῦ Αὐγούστου γενεθλίοις, κ̀ θηρίων σφαγὰς ἐποίησαν. Id eſt, *Prætores Urbani ludos Circenſes, in Auguſti natalitiis, & Venationes fecerunt*. Dio.

Τῶν γενεθλίων ἐπιστάντων Χριστοῦ, κ̀ ἁμίλλαις ἵππων, κ̀ θεωρίας προσχὼν. Id eſt, *Natali adventante Chriſti, & curribus equorum, & ſpectaculo ſe oblectans*. Nicetas in *vita Andronici*.

Ητοι ὁ καππεδίον τὸ Αλήϊον οἶος ἀλᾶτο

Ον θυμὸν κατέδων.

Id eſt,

Hic per campum Aleium ſolus errabat

Suum animum exedens.

Hom. *Iliad.* Z. v. 201.

Πελεθρόνιον δὲ τόπος ἐστὶ τοῦ Πηλίου ἀνθώδης. διὸ κ̀ οὕτω καλεῖται, ἀπὸ τοῦ πέλειν ἐκεῖσε τὰ ἄνθη· θρόνα γὰρ τὰ ἄνθη λέγεται. Id eſt, *Pelethronium locus eſt Pelii floribus plenus; & ob id ſic* (Pelethronium) *appellatur, eo quod ibidem* πέλειν (*proveniant*) *flores*. θρόνα *enim flores dicuntur*. Scholiaſtes Nicandri in *Ther.* p. 29. F.

Επεμψά σοι δῶρον, ἵππον ἀκροφυέστατον. Id eſt, *Miſi tibi munus, Equum prægrandem*. οὐ γὰρ οἶδα ὅ, τι μᾶλλον ἐστὶ κυνηγέτης, τί κέλης ἐν ἀγωνίᾳ, τί πολεμιστήριος. Id eſt, *Ignoro enim quis magis ſit venator, quis velocior in curſu, quis aptior ad ducendam pompam, quis bellicoſior*. Syneſius Epiſt. *ad Uranium*. Apud Thomam Magiſtrum p. 119. B.

Κέλης ἵππος —— ὁ νῦν σελλάριος, ὅτι παρὰ τὸ κέλλειν ὅ ἐστι τρέχειν, ἢ βαδίζειν λέγεται. Id eſt, *Equus non jugalis —— Qui nunc ſellarius. Et dicitur hic a* κέλλειν, *quod eſt currere, vel vadere*. Euſtathius in indice Hom.

Κινεῖν, id eſt, *Movere*. μονάμπυξ, id eſt, *Jubatus*.

Αμπυκες, id eſt, *Ornamenta crinium equorum*.

Αμπυξ κόσμος, ὃν περὶ κεφαλὰς αἱ γυναῖκες φέρουσιν. κ̀ οἱ διάχρυσοι χαλινοὶ (χαλινοὶ) ἄμπυκες λέγονται, id eſt, *Ampyx ornamentum* (reticulum) *Quod circa capita fœminæ portant. Et deaurata frena* Αμπυκες *appellantur*. Scholiaſtes Euripidis in *Hec*. Euſtath. *Il.* X. p. 1280. v. 51. & ſeqq. Comici Schol. p. 403. c. Suid. Tom. I. p. 208. c. Etym. Magn. p. 86. v. 20. Rhodigin. lib. XXI cap. XXII. pag. 1182. G. edit. Colon. Allobr. apud Philip. Albertum MDCXX.

Εφιππίω, id eſt, *Scordiſcali*, Gloſſ. optim. pag. 482. *Equi ſellæ*.

Στρῶμα, id eſt, *Stroma*, quicquid ſternitur, pannus dorſo equi ſuperimpoſitus. nos *Covertina*.

Αστράβη, id eſt, *Aſinus*, vel *omne jumentum*, item *Clitellæ*. Nos *Baſto*; item Sella equeſtris præalta, ita ut lumbos cingat; item lignum in Ephippiis, quod manu continent, ſedentes. Nos *l' Arcione*.

Σέλλα, id eſt, *Sella*. Meurſius in *Gloſſar.* p. 494. & Rigaltius in *Gloſſar.* p. 169.

Χρὴ ἐν ἡμέρᾳ πολέμου ἐν τῇ σέλλαις ἐπιφέρεσθαι ἕκαστον στρατιώτην ὕδωρ, ἢ βυκέλατα. id eſt, *Oportet in die prælii in Sellis deferre unumquemque Ductorem aquam, vel bucelata*. Panem, ſeu panis fruſta. Mauritius *Strateg.* lib. VIII. apud Nicol. Rigaltium in *Gloſſario* p. 42 edit. Lutetiæ MDCI. Et Meurſium in *Gloſſario* p. 90.

Εἰς δὲ τὰς σέλλας τὰς β᾽ σιδηρᾶς σκάλας. Id eſt, *Ad Sellas vero duas ferreas Scalas* (ſtapedes) Leo Conſtit. v. de Scalis vide proxime laudatos Gloſſographos; illum quidem p. 172. hunc vero p. 502.

Τροχὸς ἅρματος γὰρ οἷα

Βίοτος τρέχει κυλισθείς

Id eſt,

Rota currus enim qualis

Vita currit volucris.

Anacreon Od. IV. v. 7.

Αν δ᾽ ἔβαν ἐν δίφροισι παραιβάται ἡνίοχοί τε, id eſt, *Ibant in Diphris* (Curribus) *Paræbatæ Aurigæque*. dicitur δίφρος παρὰ τὸ δύο φέρειν, *Aferendo*

duos, τ̃ μαχόμενον, ϗ τ̃ ἡνίοχον. *Bellatorem* ſcilicet A *& aurigam*. Didymus *Iliad.* Δ. v. 156. Etymol. Magnum p. 279.

—— Αμφω
Εἰ' ἐνὶ δίφρῳ ἐόντας. ὁ μὲν Νόθος ἡνιόχευεν,
Αντιφος αὖ παρέβασκε περικλυτός.

Ied ſt,

—— *Ambos*
In uno curru exiſtentes. Nothus quidem aurigabatur,
Antiphus vero pugnabat inclytus.

Hom. *Iliad.* Λ. v. 102.

Η τοι ὦχ' ἐξ ἵππων κατεπάλμενος ἀντιος ἔστη. Id eſt, *Celeriter ex equis deſiliens contra ſtetit.* Ἀποβάτεις (Ἀποβάται) *Deſultores*. De his Vide Doctiſſimum B virum Joſephum Scaligerum, in *Notis ad Manlii ſphæram Barbaricam* p. 391. v. 30. &c.

Αποβαίνειν ἵππων, ἀντὶ τ̃ πεζεύειν, —— ϗ καταβῆναι τ̃ ἅρματος. Id eſt, *Deſilire equis, pro pedes ire,* —— & *Deſcendere curru*. Euſtathius in Indice Homeri.

Φωκίων δὲ τῷ υἱῷ βουλομένῳ ἀγωνίσασθαι παναθηναίοις ἀποβάτην, ἐφῆκεν. Id eſt, *Phocion autem filio cupienti decertare in Panathenæis deſultorem, conceſſit*. Plutarch. *Phocion* p. 750. E.

C Ιπποκελεύτας, ϗ φωσφόρους. Id eſt, *Luciferos equos*.

Λευκόπωλον ἡμέραν. Id eſt, *Album pullum habentem diem*.

Κέλητι, id eſt, *Singulari equo*.

Απήνῃ καὶ κέλητι, id eſt, *Mularum curru, & equo ſingulari*.

Εχει δὲ ϗ πάριππον ἄγγελον τ̃ καταδιώκοντα, ϗ παρασκοτοῦντα τοὺς ἵππους τοῦ ἐχθροῦ σου. Id eſt, *Habet autem* (Currus Dei) *adequitantem Angelum, proſequentem, & tenebras-offundentem equis hoſtis ſui*. D. Chryſoſt. *Orat. de Circo* apud Bulengerum, p. 74. B.

D C A P. X.

Ηνίοχοι, καβαλλάριοι, Id eſt, *Aurigæ, Caballarii*. Scholiaſtes Heſiodi in *ſcuto*.

Ιππηλάτης, ἐλάσιππος, ἁρμηλάτης, διφρηλάτης. Id eſt, *Equitator, Auriga*.

Ανίκ' ἄγκυραν ποτὶ χαλκόγενυν
Ναὶ κρημνάντων ἐπέτοσε, θοᾶς
Αργοῦς χαλινόν.

Id eſt,

Cum anchoram ferreas-genas-habentem
in Nave ſuſpendentibus forte ſupervenit citæ
Argus frænum.

E M. Æmil. Portus in *Lex. Pindar.* p. 571. Schol. vetus p. 234. M. Hetruſcus Pindarus.

Sovraggiunſe egli a caſo
Ove l' Ancora havea di bronzo il morſo
Allor che Argo tenea ſoſpeſo il freno.

Ηνίοχον τ̃ νεώς. id eſt, *Aurigam navis*.

Παλαισμοσύνας δεξιὸν ἡνίοχον. Id eſt, Theocritum *Paleſtræludi prudentem Aurigam*. Anthol. lib. I. Epigr. VII. ubi Jo. Brodæus Eruditiſſimus Scholiaſtes pag. 4. affert nonnulla alia ἡνίοχος tranſlata, ſcitu non injucunda.

Επὶ δὲ πάντων τούτων ἀναβλήκει (ἀναβεβήκει) παιδάρια χιτῶνας ἔχοντα ἡνιοχικὰς, ϗ πετάσους. Id F eſt, *Poſt autem hæc omnia aſcenderant pueri tunicas induti more Aurigarum, & petaſos*. Callixenus apud Athenæum lib. v. p. 221. *Animadverſio*. Iſ. Caſauboni, qui ibid. ſubjungit. Hic erat verorum Aurigarum habitus: ſaga circa humeros brevia, flagellum in dextera, in ſiniſtra habenæ, petaſus in capite.

Τοῖς ἢ ἁρματηλάταις δύο γένη ἕτερα, τὸ μὲν χρυσοῦν, τὸ ἢ ἀργυροῦν ὀνομάσας. Id eſt, *Aurigis duo genera* (adjunxit Domitianus) *alterum quidem Aureum, alterum vero Argenteum*. Dio in vita Domitiani p. 234. D.

A Καὶ τὰ ἅρματα ἑξαχῶς ἁμιλλώμενα ἐθεάσαντο (ὥ-περ που ϗ ἐπὶ τοῦ Κλεάνδρου ἐγεγόνει.) Id eſt, *Et cur-rus ſenos inter ſe certantes ſpectabant (quemadmo-dum ſub Cleandro factum fuerat.)* Idem in *Sever* p. 327. A.

Πράξεις, id eſt, *factiones*. δῆμος, id eſt, *popu-lus*, nunc pro factione.

Τοὔνεκα ϗ ξεῖνον πρεσβήϊον εὕραο μοῦνος.
Εἰκόνα χαλκείην δήμῳ ἐν ἀμφοτέρῳ.

Id eſt,

Hujus cauſa novum munus inveniſti ſolus,
Imaginem æream in factione utraque.

B Anthol. lib. v. p. 533. Epigr. XCV.

Πράσον, id eſt, *Porrus*.

Χιτώνιον, id eſt, *Syntheſis, Tunicula*.

Χιτώνιόν τι ἐνδεδυκὼς ἄνθινον, ϗ σινδόνιον περὶ τ̃ αὐχένα ἔχων. Id eſt, *Syntheſim indutus floridam, & ſudarium circa collum habens*. Dio in *Ner.* p. 191. C

Ηρματηλάτει τε τῇ οὐενετίῳ στολῇ χρώμενος. Id eſt Caracalla Imperator *Aurigabatur Veneta ſtola u-tens*. Dio in *eodem* p. 355. B.

Ως ἀθλητὴν ἄριστον κελεύσαι παῖδες ταῖς ὑποφω-νήσεσιν ὑπαλείφοντες. Id eſt, *Ut pugilem præſtan-tiſſimum pueri ſubmiſſis vocibus acuentes*. Gregoriu Nazianzenus Tom. II. p. 1123. Epiſt. CLXX.

C Γρύφας, id eſt, *Griphos* γάζα *pecunia*. Stepha-nus *de Urbibus* p. 91. Virgilius, Q. Curtius.

Ο Πορφυρίων ὄρνεον ἄγαν ὑπάρχει σῶφρον.
Ως εἰ ϗ μόνην ὄψοιτο πόρνην εὐθέως θνήσκειν.
Αριστοτέλης, σὺν αὐτῷ Αἰλιανὸς, ϗ ἄλλοι,
Τὰ περὶ Πορφυρίωνος γράφουσι τοῦ ὀρνέου.

Id eſt,

Porphyrion Avis perquam eſt temperans.
Ut ſi & ſolam videret meretricem, continuo mo-riatur.
Ariſtoteles, & cum eo Ælianus, aliique,
Hæc de Porphyrione ſcribunt Avi.

Tzetza Chil. VIII. Hiſt. CCLVI.

D ΤΟΥΣ ΣΟΥΣ ΑΓΩΝΑΣ ΑΙΩΝ ΛΑΛΗΣΕΙ TVA CERTAMINA ÆTERNITAS PRÆD-CABIT.

Πολλάκι γὰρ δήμους ἠλλάξατο πολλάκι πώλους.

Id eſt,

Sæpenumero enim factiones mutavit, ſæpenume-ro equorum pullos.

Anthol. lib. v. p. 532.

Πέντε ϗ εἴκοσι μοῦνος ἄεθλα Κωνσταντῖνος
Εἰς μίαν ἠριγένειαν ἑλὼν, ἤμειψε μὲν ἵππους,
Αντιπάλοις. κείνους δὲ λαβὼν, οὓς πρόσθεν ἐνίκα
E Τοῖς αὐτοῖς πάλιν εἷλε μίαν τε, ϗ εἴκοσι νίκας.

Id eſt,

Quinque & viginti ſolus certamina Conſtantin
In unam diem trahens, mutavit quidem equos
Cum adverſariis. Illos vero accipiens, quos pri-vicit,
Iiſdem rurſus accepit unam & viginti Victorias

Anthol. lib. v. p. 537. lege ibidem epigrammata i columnas Athletarum, quæ erant in Hyppodrom Conſtantinopolitano, ubi plurima ſcitu digniſſim in hanc ſententiam reperies.

Ρωμαιοις. διὰ τί Ρωμαῖοι τύχην σέβοιντο Πριμιγ-F νειαν. Id eſt, *In Romanis. Cur Romani Fortunam v-nerentur Primigeniam*. Plut. *Quæſt. Rom.* p. 289.

Δαίμων γενέθλιος, id eſt, *Dæmon genethlius*.

—— ὔμμε δὲ κλάρωσεν πότμος
Ζηνὶ γενεθλίῳ. σὲ μὲν
Εν Νεμέᾳ πρόφαντον.

Id eſt,

—— *Vos autem conciliavit fortuna*
Jovi generationis authori. Te quidem
In Nemea conſpicuum.

Pind. *Olymp.* Od VIII. p. 74. M.

O Timoſtene amato,
(Già che ſomma fortuna un dì vi reſe

Al padre Giove generante amici]
A te preſſo a Nemea ſortir l' impreſe.

Cecinit Arni cycnus. Ubi Triclinius p. 162. M. ait, ὑμᾶς δὲ ἐκλήρωσεν, ἤτοι ἔταξεν ἡ τύχη ἐν τῷ Ζηνὶ τῷ γενεθλίῳ. Id eſt, *Vos autem ſortita eſt, ſeu ordinavit Fortuna in Jove genethlio.* Et Vetus Scholiaſtes pag. 74. M. ὑμᾶς ἐκλήρωσε καὶ προσῳκείωσεν ἡ μοῖρα καὶ τὸ δαιμόνιον τῷ Διὶ τῷ γενεθλίῳ. γενεθλίῳ δὲ τῷ τῆς γενήσεως αἰτίῳ. Id eſt, *Vos ſortita eſt, & accommodavit Parca & Dæmonium Jovi natalitio. Natalitio vero*, id eſt, *Nativitatis auctori.*

Κλῆρος τῆς τύχης, id eſt, *Sors fortunæ.* Hermes apud eundem Joſephum Scaliger. pag. 208. verſ. 30. & eſt duplex ἡμερινὸς, καὶ νυκτερινὸς *Diurna & Nocturna* pag. 215. Athla vocat hæc genera fortunarum Manilius, inquit vir doctiſſimus Argolus. Verum ſi te tanta tenet tantarum gloria rerum; adi ad ipſum Manilium lib. III. pag. 60. verſ. 24. edit. Plantinianæ MDC. incipit. *Nunc age ſubtili rem ſummam*, & deinceps. Et potiſſimum conſule laudatum Virum Joſeph. Scaligerum pag. 206. & ſeq. e cujus penetralibus eam de Fortuna Genethliaca erues eruditionem, quæ ſi unquam Circumforaneis noſtris innotuiſſet, precio longe cariori, elatioreque ſupercilio anilia ſua deliramenta Curioſis noſtratibus vendicarent.

Τὸ μήτε πράσινος, μήτε βενετιανὸς, μήτε παρμουλάριος. Id eſt, *Neque Praſinus, neque Venetianus, neque Parmularius.* Dio.

Οἱ βένετοι πρασίνοισιν ἐναντίοι αἰὲν ἐόντες. Id eſt, *Veneti Praſinis contrarii ſemper ſunt.* Anthol. lib.

Ἦλθον σπεύσαντες, καὶ ἀνεῦρον τήν τε Μαριὰμ καὶ τὸν Ἰωσὴφ, καὶ τὸ βρέφος κείμενον ἐν τῇ φάτνῃ. Id eſt, *Venerunt feſtinantes, & invenerunt Mariam, & Joſeph, & Infantem poſitum in præſepio.* S. Lucas cap. II. pag. 171. editus Baſileæ apud Nicolaum Bryling. MDL. in 8.

Ἐν μὲν τῇ ζεύξιππον ἔχω πέλας ἡδὺ λοετρόν.
Ἐκ δ' ἑτέρης ἵππων χῶρον ἀεθλοφόρων.

Id eſt,

In altera quidem (parte Equorum jugalium) *ſtationem habeo prope jucundum lavacrum,*
Ex altera Equorum ſtationem in certamine Victorum.

CAP. XI.

Ἀντίλοχος δὲ Μύδωνα βάλ' ἡνίοχον, θεράποντα
Ἐσθλὸν Ἀτυμνιάδην.

Id eſt,

Anthilochus autem Mydona percuſſit aurigam ſervum
Bonum Atymniadem.

Iliad. E. v. 580. & *Iliad.* Z. v. 18. ait.

Αὐτὸν καὶ θεράποντα Καλήσιον, ὅς ῥα τόθ' ἵππων
Ἔσκεν ὑφηνίοχος.

Id eſt,

Ipſum etiam famulum Caleſium, qui tunc equorum
Erat miniſter.

—— Πεισίστρατος ὄρχομος (ὄρχαμος) ἀνδρῶν
Ἐς δίφρον τ' ἀνέβαινε, καὶ ἡνία λάζετο χερσί.
Μάστιξεν δ' ἐλάαν.

Id eſt,

—— *Piſiſtratus Princeps virorum*
In currum aſcendit, & habenas accepit manibus.
Flagellavit autem ad ineundum curſum.

Hom. *Odyſſ.* Γ. v. 482.

Ἡ δ' ἔλαβεν μάστιγα, καὶ ἡνία σιγαλόεντα,
Μάστιξεν δ' ἐλάαν.

Id eſt,

Hæc cepit flagellum, & habenas variegatas,
Flagellavit vero ut irent.

Homerus ibid. Z. v. 81.

Ἵππους μέλαινας οὐ καλὸν πάντως βλέπειν,
Ἵππων δὲ λευκῶν ὄψις ἀγγέλων φάσις.

Id eſt,

Equos nigros omnino non fauſtum eſt cernere,
Equorum vero alborum viſus felix intuitus.

Suidas Tom. I. p. 1271. B. Buleng. *de ratione Divinat.* lib. V. cap. V. p. 258. Et Artemidorus lib. I. cap. LIX pag. 31. 6. Infauſtum eſſe ægrotantibus equum celetem, vel bigam ſomniare. ξυνωρὶς οὐδὲν ἵππου κέλητος διαφέρει. εἰ μὴ τοῖς νοσοῦσι. θάνατον γὰρ αὐτοῖς προαγορεύει. Id eſt, *Biga ab equo celete nihil differt; niſi ægrotantibus, Mortem enim iis prænunciat.*

Ὁ δὲ δῆμος ἀνέστηκέ τε ὀρθὸς ὑπὸ θαύματος. καὶ φωνὰς ἀμοιβαίας ἀφίησιν ἐμμελῶς, καὶ τῷ χεῖρε κινεῖ, καὶ τὴν ἐσθῆτα σοβεῖ. ἔπειτα συγκαθήμενοι διηγεῖται καθ' ἕκαστος ἄλλος ἄλλῳ κινήματα πολυτρόπου σιγῆς. καὶ πᾶς θεατὴς ὑφ' ἡδονῆς χειρονόμος εἶναι πειρᾶται. Id eſt, *Populus interea rectus ac mirabundus adſtat, & voces alternas melodice reſpondet, manuſque movet, & veſtem quatit; dein ſedentes quiſque ſinguli ſingulis motus explicat multiſcii ſilentii: ita quivis e ſpectatoribus præ voluptate pantomimus fieri enititur*: quam hic tantum indicavit elegantem affectuum expreſſionem auctor noſter, legimus apud Ariſtænetum lib. I. epiſt. XXVI. p. 118. editionis Pariſienſis apud Marcum Orry MDCX. Vertit vero Anonymus, quem arbitror non levibus adductus argumentis fuiſſe Joſiam Mercerum, virum omnis eruditionis conſultiſſimum.

Καὶ ἡνίκα τοῦ δρόμου τῆς ἀναγνώσεως ἄρξηται, εὐθέως διανιστάμεθα ἡμεῖς ἐπιφωνοῦντες, ἀλλὰ δόξα σοι κύριε. Id eſt, *Et quando curſum lectionis* (Evangelicæ Diaconus) *ingreſſus eſt, ſtatim nos acclamantes exſurgimus, Gloria tibi Domine.* D. Chryſoſt. apud Bulengerum p. 76. A.

Καὶ γὰρ ἀριθμήσασα πολυστρεφέας (πολυστέφεας) σέο μόχθους,
Εὕρετο γηραλέων κρέσσονας ἡνιόχων.

Id eſt,

Etenim cum numeraſſet (Victoria) *ſæpe-coronatuos tuos labores,*
Invenit ſenibus meliores aurigis.

In Anthologia lib. V. Epig. V. *in Porphyr.* p. 531.

Ἄλλοις μὲν γεράων πρόφασις χρόνος. οἱ δ' ἐπὶ νίκαις
Κρινόμενοι, πολιῆς οὐ χατέουσι κόμης.

Id eſt,

Aliis ſane ſeneſcens (eſt) *occaſio tempuſque, qui vero a Victoria*
Judicium ſumunt, canæ haud egent comæ.

Anthol. lib. V. p. 534. de Circo Conſtantinopol.

Καὶ ἕνα γε τῶν ἵππων ὃν ἰγκίτατον ὠνόμαζε, καὶ ἐπὶ δεῖπνον ἐκάλει, χρυσᾶς τε αὐτῷ κριθὰς παρέβαλλε, καὶ οἶνον ἐν χρυσοῖς ἐκπώμασι προὔπινε. Τήν τε σωτηρίαν αὐτοῦ καὶ τὴν τύχην ὤμνυε, καὶ προσυπισχνεῖτο καὶ ὕπατον αὐτὸν ἀποδείξειν. Id eſt, *Et unum Equorum, quem Incitatum* (Gajus) *nominabat, & ad cænam invitabat, ex auro ipſi ordeum apponebat, & vinum in auris pateris fundebat, ac per ſalutem ejus & fortunam jurabat, & pollicebatur etiam Conſulem ipſum renunciaturum.* Xiph. in *Caligula* p. 134.

Ἡμιοκουρὸς, id eſt, *Mulicurius.* Adverte, quod Gloſſæ Veteres apud Meurſium in *Gloſſario* p. 182. legunt pro ἡμιοκουρὸς (ἡμιόκουργος) cum aſpiratione, & accentu proparoxytono.

Δεῦρο νυν ἢ τρίποδος περιδώμεθον, ἠὲ λέβητος,
Ἴστορα δ' Ἀτρείδην Ἀγαμέμνονα θείομεν ἄμφω,
Ὁππότεραι πρόσθ' ἵπποι. ἵνα γνοίης ἀποτίνων.

Id eſt,

Age nunc vel tripodem deponamus, vel lebetem,

Arbitrum vero Atridem Agamemnona faciamus ambo,
Utræ ante equæ, ut noscas solvens.

Homerus *Iliad.* Ψ. v. 485.

Κράνος, id est, *Petasus, galerus.*

Ὁ δὲ Νέρων ἐπὶ τούτοις ἐκιθαρῴδησε δημοσίᾳ, καὶ ἡρματηλάτησε τήν τε στολὴν τὴν πρασίνου ἐνδεδυμένος, καὶ τὸ κράνος τὸ ἡνιοχικὸν περικείμενος. Id est, *Nero post hæc etiam cythara-cecinit publice, & curru-agitavit, & galero aurigarum ornatus.* Xiphil. in *Nerone* p. 187. C.

Λάβε καὶ τὴν κασσίδα τοῦ σωτηρίου, καὶ τὸ φλαγέλλιον (φραγγέλλιον) ἐν τῇ χειρί σου. Id est, *Cape etiam galeam salutis, & flagellum in manu tua.* D. Chrysost. in *oratione de Circo* apud Bulengerum p. 74 D.

Κόρητος *Mons Umbriæ* in Sabinorum conf. teste Leandro dictus *Monte Corvo*. Ferrarius in *lex. Geograph.* p. 210. edit. Mediol. MDCXXVII. Silius tamen Italicus apud quem lib. v. Consul Flaminius ait,

—— *Pœnus nunc occupet altos*
Arreti muros, Coriti nunc diruat arcem;
Hinc Clusina petat, postremo ad mœnia Romæ
Illæsus contendat iter?

videtur innuere Κόριθος, vel Κόριτος per ι non per η scribendum esse; oppidumque & montem esse, quam nos nunc appellamus *Cortona*, Civitatem ab Arce imminente munitissimam, & æque nobilem ac vetustam. Vide Philip. Cluverium *Ital. Antiq.* lib. II. p. 591. edit. Elzevirianæ MDLXXIV. Lege MDCXXIV. Argolus loco citato advocat autoritatem Aquinatis Satyr. VIII. v. 63. Sed pro *venale pecus Corythæ* legit *Coriti* contra vulgatam lectionem. Hæc ita sese habere testantur Codices editi, Augustæ Vindel. apud Prætorium. Hanoviæ typ. Wechelianis. Lugduni apud Anton. Griphium. Parisiis apud Jo. Libert. Venet. apud Aldum. Florentiæ apud Iunctas. Quibus etiam accedit hæc qualis qualis ratio. Nam cum Poeta posuerit in Protasi nobilitatem paterni generis Rubellii Planci in sanguine Drusorum; materni vero in Juliæ familiæ: claudicasset sane Collatio, ni posuisset in Apodosi Corithæ equæ generosiss. nobilitatem, ut posuit Hirpini equi nobiliss. generositatem, quæ præmissis responderent.

Ἤδη δέ τινες ἐν ἀγέλαις ἵππων τὰς ἑαυτῶν προσηγορίας ἐνσημηνάμενοι ἐπὶ πολὺ συμπαρατεῖναι τῷ βίῳ τὴν μνήμην ἑαυτῶν ἐπενόησαν. Id est, *Jam vero aliqui & mandris equorum sua ipsorum nomina imponentes; ut multum prorogarent in vita memoriam suam ipsorum, excogitarunt.* Sanctus Basilius *Homilia* x. *in Exam.* apud Bulengerum p. 208. C.

Ἦν δὲ ὁ Εὔτυχος οὗτος, ἡνίοχος τοῦ καλουμένου πρασίνου, περισπούδαστος Γαΐῳ. Id est, *Erat is Eutichus, auriga prædictæ factionis Prasinæ, acceptissimus Gajo.* Joseph. *Antiq.* lib. XIX. cap. III. pag. 672. A. edit. Genevensis MDCXXXIV. apud Jacob. Crispinum, Fol.

Ἀποθέωσιν, id est, *in Deos relationem.*

Πυλάδου δὲ καὶ Βαθύλλου τῶν ὀρχηστῶν (ἀνθούντων) τότε, καὶ τοῦ δήμου (δήμου) περὶ αὐτοὺς στασιάσαντος. Id est, *Pylade & Bathyllo ea tempestate saltatoribus, ac populo eorum causa concitato in dissentionem.* Xiphil in *Augusto* p. 78. D.

Ἔπαρχος πολιτείαν ἐν τῷ θεάτρῳ ποιῶν, τουτέστι δημοτικὰς διατυπώσεις. Id est, *Præfectus administrationem in Theatro exercens, hoc est, populares constitutiones.* Socrates lib. II.

—— μαίνεται ἐν σταδίοις.
—— *fuerit in stadiis.*

Anthol lib. v. Epigr. xv. *in Porphyr.* p. 532.

Ἱππομανίαν, id est, *Insanum-Equorum-studium.*

CAP. XII.

Τέθριππα μὲν ἐποίησαν ὑπὸ μυίας καλυπτόμεν[...] Id est, *Quadrigas sane fecerunt, quæ a musca [...] tegerentur.* Ælianus *Var. Hist.* lib. I. cap. XVII. [...] 13. de hujusmodi operibus parvitate sua admira[...]dis, lege Reverendiss. Majolum edit. Mogunt[...] MDCXV. p. 419. & seqq.

Ὅτι ἕκαστος τῶν μεγάλων οἴκων τῆς Ῥώμης, ὥς [...]σιν, ἅπαντα εἶχεν ἐν ἑαυτῷ. ὁπόσα πόλις σύμμετρ[...] ἠδύνατο ἔχειν. ἱππόδρομον, καὶ φόρους, καὶ ναο[...] καὶ πηγὰς, καὶ λουτρὰ διάφορα. διὸ καὶ ὁ συγγραφεὺς [...] πεφθέγξατο.

Εἷς δόμος ἄστυ πέλει, πόλις ἄστεα μύρια κ[...]θει.

Id est, *Quod quælibet magnarum domorum Roma[...] ut ajunt, omnia habebat in se ipsa, quot quot Ci[...]tas bene disposita poterat habere. Hippodromum, [...] Fora, & Templa, & fontes, & Balnea separat[...] Quamobrem etiam Poeta cecinit:*

Quæque domus urbs est, urbs urbes mille contin[...]

Photius in *Biblioth.* p. 114. v. 10.

Σάγμα θήκη τῶν ὅπλων, id est, *Sagma sarci[...] armorum.*

Σάγμα, id est, *Impedimentum.* Meurs. in *Glo[...]* p. 486.

Σαγμάρια vel σαμάρια, id est, *Impedimenta, sa[...]cinæ.* idem p. 481. edit. apud Elzevirium MDCX[...]

Σαμάριος, id est, *Sagmarius.* Nos *Bestie [...] soma*, idem p. 482.

Πενταετηρος, *Quinquennis.*

Ὡς καὶ τοῖς ἵπποις ἐθίσαι πρὸς αὐλὸν ὀρχεῖσθαι. [...] est, *Et equis solitos esse ad tibiam saltare.* His a[...]dere visum est quæ in hanc sententiam retulit E[...]stath. apud Dionys. in *Perieg.* pag. 52. editum [...] Henrico Stephan. in 4. MDLXXVII. ὅτι Συβαρῖτ[...] ἐπὶ πρὸς ἔσχατον τρυφῆς ἐλάσαντες, ἤσκησαν καὶ [...] ἵππους εἰς εὐρυθμίαν, καὶ ἐδίδαξαν καταυλουμένους [...]χεῖσθαί τε καὶ ὀρθοῦσθαι. Id est, *Quod Sybaritæ po[...]quam ad extremum deliciarum devenerunt, exerci[...]runt etiam Equos ad concinnitatem, & docueru[...] cantibus tibiarum oblectatos saltare, & etiam se [...] pedes erigere.* Ejusmodi Equorum choreas ad mu[...]tiplicem instrumentorum concentum vidimus h[...] seculo pluries apud vere Regiam Magni Hetrusc[...]rum Ducis Aulam in Nuptiali pompa maximoru[...] Principum.

Ὡς δ᾽ εἰς ὁμοιοστάδιον τόπον βαδίζων ἦλθε,
Καὶ στήλη τις ἐφίστατο σχήματι καμπτηρίας,
Δόξας ὁ ἵππος ἱππικὸν τὸν τόπον πεφυκέναι,
Μέχρις ἑσπέρας τὰς καμπὰς ἐποίει ῥύμῃ δρόμου[...]

Id est,

Ut autem in similem stadio locum gradiens veni[...]
Et columna quædam adstabat figura metæ flexu[...]
Opinatus equus equestrem locum esse
Usque ad vesperam flexus faciebat impetu cursu[...]

Tzetza Chil. VIII. Hist. CLX.

Ἡνιόχους ποθέοντες ἀμύμονας.

Id est,

Aurigas requirentes laudabiles.

Homerus alicubi in *Iliad.* (ait noster)

Ὑπὲρ δὲ τὴν λίμνην φάτναι εἰσὶ λίθου τῶν ἵππων τῶν Ἀρτ[...]φέρνου. Id est, *Supra paludem præsepia sunt e lapi[...] equorum Artapherni.* Pausan. lib. I. p. 39. v. 41.

Κάπνη, id est, *Caminus, fumarium.*

Λίβυες μικροῖς ἵπποις χρώμενοι ὀξέσι δὲ καὶ εὐπ[...]θέσιν, ὥστ᾽ ἀπὸ ῥαβδίου οἰακίζεσθαι. Id est, *Lyb[...] parvis equis utuntur, velocibus tamen & bene pare[...]tibus, ita ut virga gubernentur.* Strabo lib. XVII. [...] 828. B. His quam simillima sunt quæ de Nomadib[...] refert Herodot. l. VII. p. Νομάδες χαλινῶν ἄνευ ῥά[...] δῳ μόνῃ τὸν δρόμον τῶν ἵππων κυβερνῶσι. Id est, *Nom[...]des sine frænis sola virga Cursum equorum gubernan[...]*

De equorum ingenio vide Bulengerum p. 203. C. [...] & Aldrov. *de Quadrup. solidip.* p. 60. & seq.

Ος τὸ μὲν ἄλλο τόσον φοῖνιξ ἦν. ἐν δὲ μετώπῳ,
Λευκὸν σῆμ' ἐτέτυκτο, περίτροχον ἠΰτε μήνη.

Id est,

Qui quod reliquum est totum, rufus erat; in fronte autem,
Album signum cusum fuerat, rotundum tanquam Luna.

Talem fuisse Equum Diomedis narrat Poeta *Iliad.* Ψ. v. 454. Ubi Eustathius, id est, p. 1310. v. 29. ait, *Ἱστέον δὲ καὶ ὅτι τοὺς τοιούτους ἵππους, ἀρίστους ὁ Χαμαιλέων ἱστορεῖ, ὥς φασιν οἱ ὑπομνηματισταί.* Id est, *Sciendum autem quod ejusmodi equos, optimos Chamæleon narrat, ut ajunt Historici.*

Ῥῶ ἀντεστραμμένον, Pʻ. *inversum* (q). Græci duas præcipue literas imprimebant equis, Sigma, & Coppa, hinc *Coppatiæ*, & *Samphoræ* equi dicti.

Κοππατίας, ἵππος κεχαραγμένος ἐντετυπωμένον ἔχων σημεῖον τὸ Κόππα ὅ ἐστι ἀντεστραμμένον Ῥῶ Id est, *Coppatias, equus inustus cusum habens signum Coppa, quod est* Pʻ *inversum* (q) Hesychius.

Σαμφόραι ἵπποι λέγονται οἷς ἐπικεχάρακται τὸ Σ. στοιχεῖον, τοῦτο γὰρ Σὰν ἔλεγον. Id est, *Samphoræ Equi dicuntur, quibus inustum est Σ. elementum. Illud enim Σὰν dixerunt.* Idem Hesychius.

Νεφελῶν, id est, Scholiastes Aristophanis *Nubium*, Actu primo, Scena prima p. 123. D. Ubi ait *Κοππατίας ἵππους ἐκάλουν, οἷς ἐγκεχάρακτο τὸ κ. στοιχεῖον*, id est, *Coppatias Equos appellabant, quibus inustum erat τὸ κ. elementum. ὡς σαμφόρας, τοὺς ἐγκεχαραγμένους τὸ σ. τὸ γὰρ σ. καὶ τὸ κ. χαρασσόμενον, σὰν ἔλεγον*, id est, *Ut Samphoras inustos τὸ σ. Sigma enim & Cappa insculptum, San appellabant.* Verum ne te diutius detineam, en tibi ipsum Scholiastæ textum.

Κοππατίας ἵππους ἐκάλουν, οἷς ἐγκεχάρακτο τὸ κ. στοιχεῖον, ὡς σαμφόρας, τοὺς ἐγκεχαραγμένους τὸ σ. τὸ γὰρ σ. καὶ τὸ κ. χαρασσόμενον, σὰν ἔλεγον. αἱ δὲ χαράξεις αὗται καὶ μέχρι τοῦ νῦν σώζονται ἐπὶ τοῖς ἵπποις. συνεζευγμένου γὰρ τοῦ κ. καὶ σ. τὸ σχῆμα τοῦ ϛ. ἀριθμοῦ δύναται νοεῖσθαι, οὗ προηγεῖται τὸ κ. καὶ παρὰ γραμματικοῖς οὕτω διδάσκεται, καὶ καλεῖται κόππα ἐννενήκοντα. Quem corruptum locum sic restituebat eruditorum eruditissimus, eruditissimorum vero Phœnix Claudius Salmasius *Plinian. Exercitation. in Solinum*, p. 892. A. editis Parisiis typis Regiis apud C. Morellum MDCXXIX.

Κοππατίας ἵππους ἐκάλουν, οἷς ἐγκεχάρακτο τὸ G. *σημεῖον, ὡς σαμφόρας τοὺς ἐγκεχαραγμένους τὸ* C. *τὸ γὰρ* C *καὶ τὸ* Π. *χαρασσόμενον Σὰν ἔλεγον. αἱ δὲ χαράξεις αὗται καὶ μέχρι τοῦ νῦν σώζονται ἐπὶ τοῖς ἵπποις. συνεζευγμένου γὰρ τοῦ* Π. *καὶ* C. *τὸ σχῆμα τοῦ* ϡ *ἀριθμοῦ δύναται νοεῖσθαι, οὗ προηγεῖται τὸ* G. *καὶ παρὰ γραμματικοῖς οὕτω διδάσκεται, καὶ καλεῖται Κόππα ἐννενήκοντα.* Id est, *Coppatias Equos appellabant, quibus inustum erat τὸ* G. *signum, ut Samphoras Equos inustos τὸ* C. *Etenim τὸ* C. *& τὸ* Π. *insculptum Σὰν vel Σὰμ dicebant. Notæ vero ipsæ hactenus servantur in Equis. Conjuncto enim* Π. *&* C. *figura τοῦ* ϡ *numeri conjici potest*, (id est, DCCCC.) *cujus Dux est τὸ* G. *& apud Grammaticos sic docetur, & appellatur Κόππα & nonaginta significat.* Et eadem pag. B subjungit, quod in Alphabetis Græcorum post Πῖ sequebatur ea nota G. quæ Coppa vocabatur, & nonaginta significabat: & aliquot interjectis videlicet D. affirmat, quod ex Coppa Græcorum & formam & nomen literæ suæ q. Latini sumpserunt, eundemque ordinem in Alphabeto eorum obtinuit, quod apud Græcos Coppa.

Τρισίππιον Notæ genus. *Εἴρηται δὲ ἀπὸ στρατιωτικῶν ἵππων, οἷς γηράσκουσιν ἐπέβαλον τὸ καλούμενον Τρισίππιον. ἔστι δὲ τοῦτο σιδηροῦς τροχίσκος οἱονεὶ δημόσιος ὡς χαρακτὴρ τροχίσκος, ὃν ἐκπυροῦντες ἐπέβαλον ταῖς σιαγόσι τῶν ἵππων.* Id est, *Dictum est a bellatoribus equis, quibus senescentibus imponebant quod appellatur Trisippium, quasi publicus character. Est autem Trisippium ferrea rotula, quam incendentes inurebant malis equorum.* Zenobius *Proverb.* Centur. IV. Num. XLI. ibique notæ eruditissimi Andreæ Schotti Viri & religione & doctrinæ varietate præclarissimi. Editus apud Plantinum in 4. MDCXII.

Καὶ οἱ θεώμενοι τὸν ἵππον τοιοῦτον ἀποκαλοῦσιν ἐλευθέριόν τε καὶ ἐθελουργὸν (ἐθελουργὸν) καὶ ἱππαστὴν, καὶ θυμοειδῆ, καὶ σοβαρὸν, καὶ ἅμα ἡδύ τε καὶ ἅμα γάργον (γοργὸν) εἴδειν (ἰδεῖν.) Id est, *Cernentes equum talem appellant liberalem, & voluntarium, & equitatorem, & ferocem, & superbum, pariterque & jucundum, & terribilem aspectu.* Xenoph. *de Equestri* p. 750. v. 2. Basileæ per Thomam Guarinum MDLIX. in fol.

Ἐν ἰσχίοις μὲν ἵπποι
Πυρὸς χάραγμ' ἔχουσι.

Id est,

In coxis quidem equi
Ignis notam habent.

Anacreon Od LV. p. 53. Edit. Regiæ MDLVI. in 8. apud Guil. Morellum.

—— οὔθ' ὁ ζύγιος, οὔθ' ὁ σαμφόρας.

Id est,

—— Neque jugalis, neque Samphoras tuus.

Aristophan. in *Nebulis* p. 130. A. ubi Scholiastes. *Ζύγιοι ἵπποι καλοῦνται. οἱ ὑποβαλλόμενοι τῷ τοῦ ἅρματος ζυγῷ, τουτέστιν ὁ μέσος δεξιὸς, καὶ ὁ μέσος ἀριστερός. Σαμφόραι δὲ, οἱ σῖγμα ἔχοντες περὶ τὸν μηρόν. καὶ διὰ τοῦ μ. καὶ π. γράφεται.* Id est, *Jugales equi appellantur, qui submittuntur currus jugo, videlicet medius dexterior & medius sinisterior. Samphoræ autem vocantur Equi habentes Σ. in coxa, & per* M. & Π. *scribitur.* Qui vero his utrinque adhærentes pari gradu incedebant, dicebantur, *παρήοροι, παράσειροι*, id est, *Funarii*, de quibus alibi. Ejusmodi Quadrigas vidimus ter, quater, Florentiæ in Hymenæis Medicearum Heroinarum.

Ἱππουτροχὸς, id est, *Equi rota.*

Ἐγώ σοι Βουκέφαλον ὠνήσομαι. Id est, *Ego tibi Bucephalum emam.* Schol. *Βουκέφαλος, ὁ ἵππος τοῦ Ἀλεξάνδρου ἐκέκτητο* (lege *ὃν Ἀλέξανδρος ἐκέκτητο*) *οὐχ ὥς τινες οἴονται. ὅτι βοὸς κέρατα ἔχειν. τοῦτο γὰρ ψευδές, ἐκοσμεῖτο γὰρ πρὸς Ἀλεξάνδρου χρυσοῖς, ἀλλ' ὅτι οὕτως ἐν Θεσσαλίᾳ ἐκαλοῦντο οἱ ἵπποι ἔχοντες ἐγκεκαυμένον βουκράνιον.* Id est, *Bucephalus, Equus quem Alexander possidebat, non ut quidam arbitrantur, quia bovis cornua haberet. Hoc enim falsum. Ornabatur enim ab Alexandro regiis phaleris, & bullis. Sed quia sic in Thessalia appellabantur equi habentes inustum Bovis caput.* Scholiastes Aristoph. in *Anagyro* apud Etymol. Magnum p. 207. v. 50. & in *Nubib.* p. 23. E. Et apud Buleng. cap. *de Equis*, quibus nota inusta p 206. A. Arrianus in *Alexandro*.

Φοῖνιξ, id est, *rufus. κνακὸν* color est fulvus ad albiorem accedens. *πυῤῥὸν Igneum. χρῶμα* Color.

Ἐπιγέγραπται δὲ καὶ τῶν ἵππων τὰ ὀνόματα Φοῖνιξ καὶ Κόραξ, ἑκατέρωθεν δ' οἱ παρὰ τὸν ζυγόν. κατὰ μὲν τὰ δέξια Κνακίας, ἐν δὲ τῇ ἀριστερᾷ Σάμος, καὶ ἐλέγειον τό ἐστιν ἐπὶ τῷ ἅρματι.

Κλεοσθένης μ' ἀνέθηκεν ὁ Πόντιος ἐξ Ἐπιδάμνου
Νικήσας ἵπποις καλὸν ἀγῶνα Διός.

Id est, *Inscripta autem & equorum nomina Phœnix & Corax.* Id est, Rufus & Niger, *utrinque ad jugum juncti. Ad dexteram quidem Cnacias, in sinistra vero Samus. Et Elegia hæc est in Curru:*

Cleosthenes me posuit Pontius ex Epidamno,
Cum vicisset equis pulcrum certamen Jovis.

Pausanias in *Eliac. poster.* p. 288.

Κάνθων κυρίως ὁ ὄνος, *Canthon proprie Asinus.* Aristoph. Schol. *Iren.* p. 630. B.

Ἵππος τὸ ζῶον ὅτι παρὰ τὸ ἵπτασθαι τοῖς ποσὶ λέγεται. Id est, *Equus animal, quod dicitur ἵππος ab ἵπτασθαι τοῖς ποσί.* id est, *a volando pedibus.* Eust. *Il.* 1. p. 575. v. 39

παρὰ τὸ ἵεσθαι τοῖς ποσὶ, *quod feratur pedibus*, Etymol. Magn. p. 473

Καβάλλης ἀπὸ καταβάλλειν τὰς ὁπλὰς, Id est, *Caballus ab alte dejiciendo in terram ungulas*. Bul. cap. VIII. *de Circo* p. 205. A.

Μάννος ἐστὶν ὁ περιτραχήλιος κόσμος, τὸ λεγόμενον μαννάκιον. Id est, *Manus est torques, ornatus, quod appellatur Monile*. Scholiastes Theocriti Idyll. XI. p. 163. f. Vide Meursium in *Glossario* p. 326. 327.

Μαννοφόροι, id est, *Canes collarigeruli*. Equulei essedum trahentes dicuntur Manni.

Ἀπὸ ζυγῦ ἀμφιλόφυ, *a jugi curvatura*, id est, ἀπὸ μάννυ, *a torque*, vel collare.

Πολλῶν ξυλλέντων (θρυλλέντων) ὡς ἐν τοῖς ἱππικοῖς ἀγῶσιν ἡδίστην θέαν παρέχεται τὰ ναυαγῦντα. Id est, *Multis dicentibus quod in Curulibus certaminibus jucundissimum spectaculum præbent naufragantes* (Currus.) Demosthenes in *Erotico* p. 754. num. 42.

Τὸν δ' ἐγὼ ἐκβαίνοντα κατ' ἄκνηστιν μέσα νῶτα
Πλῆξα.

Id est,

Hunc ego ingredientem in spina medios humeros
Percussi (Cervum.)

Hom. *Odyss.* K. v. 161.

Τέλμα, id est, *Spina*, Cedreno apud Bulengerum p. 133. A. legitur πέλμα. Cedrenum ego vidi nunquam. *Intermetium* τὸ μεταξὺ τῶν καμπτήρων. Id est, *intermetium est illud, quod intermedium est inter utramque metam*. Glossa optima p. 123. M.

—— ἐπ' ἄκρους ἀμβώνεσσιν.

Id est,

Ad montis umbonem.

lege ἀμβώνεσσιν. Lexic. Αμβων, ώνος. Bernartius ad illud Statii *Theb.* 1. pag. 38. A. edit. Parisiensis in 4. MDCXVIII.

—— *Vasto metuenda Umbone*.

Umbo ait Latinis, quod Græcis ἄμβωνες. Græci autem ἄμβωνες vocant quicquid extumidum est, & prominet, &c. Meursius in *Gloss.* pag 22. Αμβων, *Ambo, pulpitum, suggestum*, &c. Et qui mihi unus instar omnium est Salmasius *Exercit. Plinian.* pag. 704. A. Græcum est Αμβων, Æolice ὄμβων, Latine *Umbo*, &c.

Τὸν δακτύλιον ὐκ ἐφ' ἄκρῳ φορητέον τοῖς ἀνδρᾶσι, γυναικεῖον γὰρ τῦτο. Id est, *Annulus haud summo articulo gestandus est viris, muliebre enim hoc*. Phædr. lib. III. fab. II.

Λείχανον seu δεικτικὸν, lege λιχανὸν seu δεικτικὸν δάκτυλον, id est, *Digitum Indicem*.

Ψευδομάντες καὶ γόητες ἔπη πεπλασμένα καὶ χρησμὺς ᾄδοντες. Id est, *Falsi Vates, & subdoli præstigiatores*, & Magi, *carmina commentitia, & oracula canentes*. Plutarch. in *Cic.*

Ας (εἰς) Ρόδον εἰ πλεύσοι, τὶς Ολυμπικὸν ἦλθεν
ἐρωτῶν
Τὸν μάντιν, καὶ πῶς πλεύσεται ἀσφαλέως.

Id est,

In Rhodum an navigaret, quidam Olympicum venit rogans
Vatem, & quo pacto navigaret tuto.

Anthol. l. II. c. *in Astrologos* ep. v. Nicarchi, p. 181.

Αγύρτης, ου, id est, *Circulator*. Gloss. optima p. 366. & alia Glossa edit. Venetiis apud Aldum MDXXIV. Suidas Tom. I. p. 62. A. Artemidorus *de Somn* lib. III. cap. IV. p. 94.

Οχλαγωγὸς, ῦ, id est, *Popularem turbam concitans, Circulator*. Glossa Latino-Græca p. 34. edit. ab Henrico Stefano in f. MDLXXIII. Johannes Scapula in *Lex.* edit. Basileæ apud Sebast. Henric. Petri in fol. p. 40.

Πτωχὸς, ῦ, id est, *Mendicus, pauper, egenus*. Glossa optima Græco-Latina p. 600. & alia Glossa Aldina pag. 121. Etymol. Magnum pag. 695. v. 7.

A Μάγος, ου, Etymol. Magnum p. 572. v. 52. *M*[...] *gus* Glossa opt. 532. Glossa Aldin. 89. Suidas To[...] II. p 278. C.

Μηχανοποιὸς, ου, id est *Machinarum faber*. J[...] lius Pollux lib. VII. cap. XXX.

Ψηφοκλέπτης, ου, id est, *Calculos furans*. Art[...] midorus lib. III. cap. VI.

Ψηφοπαίκτης, ου, id est, *Calculorum collector*[...] Suidas Tom. II. p. 1172. C. De somnio Calculoru[...] Artemid. lib. III. cap. I. p. 93.

Ψηφολόγος, ου, id est, *Calculi-legus*, idem ibide[...]

B C. item, qui curam gerunt fallaciæ, quæ fit p[...] calculos, idem ibidem D.

Ηπεροπευτὴς, ῦ, id est, *Deceptor, Circumve*[...] *tor*, Glossa Græco-Latina p. 75.

Ψευδοτεχνίτης, ου, id est, *falsus artifex, Præstigiato*[...]

Θαυματοποιὸς, ῦ, id est, *Miraculorum patrato*[...] Artemidorus lib. I.

Θυσιοτρόπυς. Nos *Serpai, e Ciurmatori*. H[...] infra ἀσπιδοτρόπυς vocat.

Καθάπερ οἱ ψηφοπαῖκται τὰς τῶν θεωμένων ὄψ[...] διὰ ὀξυχειρίαν κλέπτυσι. Id est, *Quemadmodum ca*[...] *culos furantes, sive, Acetabularii spectantium oc*[...] *los manuum agilitate suffurantur*. Sextus Empiric[...]

C apud Bulengerum p. 277. C.

Ναύταις, ὀρχησταῖς, καὶ θαυματοποιοῖς μὴ ἔχε[...] τὰς χεῖρας ὐκ ἀγαθὸν, ἐπεὶ μὴ αὐτῶν τύτων ὐκ οἷοι [...] εἰσι ἐργάζεσθαι. Id est, *Nautis, saltatoribus, pant*[...] *mimis, & miraculorum patratoribus haud habere m*[...] *nus, non bonum, quia sine ipsis haud possunt opera*[...] Artemidorus *de Somniis* lib. I.

Οἱ δὲ δὴ ψύλλοι ἦτοι ἄνδρες μέν εἰσι (γυνὴ γὰρ ὐ γ[...] νεται ψύλλα) δύνανται δὲ πάντα τε ἰὸν παντὸς ἑρπετῦ πα[...] ραχρῆμα, πρὶν θνήσκειν τινὰ, ἐκμυζᾶν. Id est, *P*[...] *autem Psylli omnes viri quidem sunt (mulier enim no*[...] *est Psylla) possunt autem omnia & venenum cujusv*[...] *serpentis*. Xiph. in *Aug.* p. 65. B. Strabo lib. XVII[...]

D p. 814. D.

Σμάραγδος, id est, *Smaragdus*. De colore, loci[...] ubi generatur, & virtutibus in Medic. hujus lapil[...] lege inter cæteros Sapientissimum Psellum editum[...] Tolosæ Typis Viduæ J. Colomerii MDCXV. Quem[...] primus vulgavit, Latine vertit, & emendavit Ph[...] lippus Jacobus Maussacus, Vir Græce & Latine do[...] ctissimus.

Εὐρυχώρυ ταμίαι Σπάρτας (Σπάρτας) ἀγώνων
Μοῖραν Ερμᾶ καὶ σὺν Η-
ρακλεῖ διέποντο (διέποντι) θάλειαν.
Late-patentis Spartæ moderatores certaminum

E *Sortem florentem cum Mercurio, &*
Hercule administrant.

Adimarius.

Son questi due Germani
Præsidenti sovrani
Uniti con Mercurio, e con Alcide,
Di Sparta spaziosa, e di sue prove.

Pind. *Nem.* od X. p. 422. m.

Εστηκε ξύλον αὖον ὅσον τ' ὄργυι' ὑπὲρ αἴης,
Η δρυὸς, ἢ πεύκης, τὸ μὲν ὐ καταπύθεται ὄμβρῳ
Λᾶε δὲ τῦ ἑκάτερθεν ἐρηρέδαται δύο λευκώ.

Id est,

Stat lignum aridum quantum ulna supra terram

F *Seu Quercus, seu Piceæ, quod quidem non co*[...]
rumpitur imbre,
Lapides autem ejus utrinque appositi sunt duo albi[...]

Hom. *Iliad.* Ψ. v. 327.

Μελλόντων δὲ τὸ ἕβδομον τῶν ἵππων ἀγωνίσασθαι. I[...] est, *Septimum jam equis certaturis*. Xiph. in *Com*[...] *modo* p. 294. D. Vide de septeno spatio ad Metas Bu[...] lengerum p. 136. cap. XXVIII.

—— ἐκ δ' ἱπποστροφῆς (δ' ὑποστροφῆς)
Τελῦντες ἕκτον ἕβδομόν τ' ἔτι (τ' ἤδη) δρόμον.

Id est, *Ex reversione conficientes sextum septimumqu*[...] *jam cursum*. Sophocles in *Electra* p. 144.

— γλυκὺς ἵμερος ἔσχε
Δωδεκάγναμπτον περὶ τέρμα δρόμου
Ἵππων φυτεῦσαι.

Id est,

— *Dulce desiderium invasit*
Duodecim flexus habentem circum metam cursus
Equorum plantare.

Pind. *Olymp.* od. III. p. 34. Triclinius Scholiastes p. 145. f. interpretans vodem illam τὸ δωδεκάγναμπτον ait, ὃ δωδεκάκις οἱ ἀγωνιζόμενοι τεθρίπποις περιήρχοντο. ἢ δωδεκάγναμπτον τὸ ιβ. γναμπτοὺς ἔχον. ἐπειδὴ καὶ ιβ. δρόμους ἐποίει τὸ τέλειον ἅρμα τῶν ἵππων. Et p. 139. Τὰς νίκας τῶν δύο καὶ δέκα δρόμων τῶν ἁρμάτων. δωδεκάκις γὰρ περιοίχετο δρόμον τὰ τέλεια ἅρματα. Id est, *Duodecies certantes quadrigis circum currebant.* Vel δωδεκάγναπτον *Duodecim flexus-habens. Postquam etiam* XII. *cursus conficit perfectus currus equorum*: & alibi, *victorias duodecim cursuum currum. Duodecies enim circum flectebant cursum perfecti currus.*

Στήσας τέρμα δρόμου ταναὸν ξύλον, ἀντιπάρου (ἀντιπόρου) δὲ
Τῆξε [πῆξαι] τύπον βαμβίδος ἐπ' ᾐόνα θυρσὸν ἀείρας.

Id est,

Cum statuisset metam cursus oblongum lignum, oppositæ autem
Fixit typum metæ, supra litus thyrsum elevans.

Nonnus Heliopolit. in *Dionysiacis*,

Αἰεὶ δ' ἡνίοχον κονίης ῥαθάμιγγες ἔβαλλον.

Id est,

Semper autem Aurigam pulveris guttæ feriebant.

Hom, *Iliad.* Ψ. v. 502.

Τῶν δὲ καὶ νικήσαντα αὐτὸν ἰσόθεον νομιζόμενον. Id est, *Hæc qui vicisset, is Dei similis æstimatur.* Lucianus in Dialogo *de Gymnasiis.*

Βῆμα Gloss. opt. Græco-Lat. *Passus, Tribunal.* pag. 410. Glossa Aldina, *Altare, Tribunal, Gradus, Pulpitum*, p. 30.

Βραβεῖον, id est, *Brabium, Palma*, Glossa optima. p. 413. Glossa Aldina p. 31. *Bravium, Victoria, Victoriæ præmium, retributio, studium.* Nos *Palio.*

Μίασος ἆθλος, id est, *Missus*, Glossa opt. 368.

Βραβεῖον ἐπινίκιον, νικητόρων (νικητήριον) ἔπαθλον. Id est, *Bravium epinicium, præmium Victoriæ, Certaminis præmium.* Hesych. Etymol. Magnum p. 210.

Οὐκ οἴδατε, ὅτι οἱ ἐν σταδίῳ τρέχοντες, πάντες μὲν τρέχουσιν, εἷς δὲ λαμβάνει τὸ βραβεῖον, Id est, *Nescitis quod qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed unus accipit Bravium?* D. Paulus *ad Corinthios epist.* I. cap. IX.

Ἆρον εἰς ὕψος ὁσίους χεῖρας πρὸς τὸν βασιλέα, λαβὼν βραβεῖον τῶν φοινίκων. Id est, *Tolle in altum manus puras ad Regem, accipiens bravium palmarum.* D. Jo. Chrysost. *Oratione de Circo* apud Bulengerum p. 76. C.

— Ἑξηκοντάκι γὰρ
Ἀμφοτέρωθεν γ' ἁδύγλωσ-
σος βοὰ κάρυκος ἐσθλοῦ.

Id est,

— *sexagies enim*
Utrinque dulcilin-
guis vox præconis boni.

supple cum Scholiaste vetere ibidem, ἀνεκήρυξεν αὐτοὺς, *Victores ipsos pronunciavit.* Pind. *Olymp.* od, XIII. p, 122.

— Πυθιάδος
Δ' ἐν δρόμῳ κᾶρυξ ἀνέειπέ νιν ἀγ-
γέλλων Ἱέρωνος ὑπὲρ
Καλλινίκου.

Id est,

— *Pythiadis*
Autem in curriculo præco proclamavit eam (Ætnam)

A *Nuncium afferens Hieronis super*
Egregii-victoris.

Pind. *Pyth.* od. I. p. 191.

Κατὰ τὰ μέγαρα ἔθος ἐστὶν, τῶν νικηφόρων τὰ ὀνόματα λίθοις ἐγκολάπτεσθαι. Id est, *Apud Megara mos est Victorum nomina lapidibus*, (id est, *Columnis*, non autem *calculis*, ut ait interpres Latinus, si credimus Triclinio p. 161. f.) *insculpi.* Vetus Scholiastes Pindari od. VII. *Olymp.* p. 71.

— κοιναὶ χάρι-
τες ἄνθεα τεθρίππων
Δυωδεκαδρόμων
Ἄγαγον.

B Id est,

— *Communes gratiæ*
Flores quadrigarum
Duodecies cursum iterantium
Attulerunt.

Pind. od. II. *Olymp.* p. 23. Lexicum Pindaricum M. Æmilii Porti p. 160. Triclinius p. 139. δωδεκάκις γὰρ περιήρχετο τὸν δρόμον τὰ τέλεια ἅρματα. Id est, *Duodecies enim circumcurrebant perfecti currus.*

Πῶλοι οἱ νέοι ἵπποι, id est, πῶλοι *Juvenes equi.* Gloss. opt. πῶλος *Equuleus, Pullus.* Cyrillus in
C *Lexico* appellat τὸ Πωλάριον, ὁ ἵππος. Unde nos *Puledro.*

Ἀμαξόπουλλον τὸ μικρὸν ἁμάξιον, Glossæ Græcobarbaræ apud Meursium in *Glossario* p. 21. Id est, Ἀμαξόπουλλον *parvus currus.*

— Τῆς τε ἄπο μητέρος
Ἴδῃς τε τὰς σφετέρας γονὰς σπουδὴν πέρι.

Id est,

— *Si matris* (Gallinæ)
Attendas studium circa vestros fœtus

Phile *de Animalium proprietate* in corpore Græc. Poet. Tom. IV.

Τοῦ ᾠοῦ τὸ ἡμίτομον, id est, *Ovi pars dimidia.* Lu-
D cianus *Deorum Dialog.* p. 23. Tom. III.

Ὕδωρ ἐπήγαγέ τις ἀνὴρ πλούσιος Ὀλυμπίᾳ, καὶ ἔπαυσε δίψῃ τοὺς πανηγυριστὰς ἀπολλυμένους. Id est, *Aquam intulit in Olympiam quidam vir opulentus, & sedavit siti populos pereuntes.* Lucianus in *Peregrino* Tom. IV.

Κἂν τῷ ἱπποδρόμῳ σφαλλομένους τοὺς ἀνθρώπους περὶ τὸν δίαυλον ἀριθμὸν ὁρῶν, τούς τε δελφῖνας, καὶ τὰ ᾠοειδῆ δημιουργήματα κατεστήσατο, ὅπως δι' αὐτῶν αἱ περίοδοι περιδρόμων ἀναδεικνύωνται. Id est, *Et in Circo cum videret homines decipi in numero cursuum ac recursuum, Delphinos, & opera ovata constituit, ut per ea circuitus flexuum indicarentur.* Horum operum ori-
E ginem Agrippæ tributam fuisse asserit Bulengerus p. 124. E. His addi posset, Ovorum factam fuisse mentionem in Epiniciis Xiphil. in *Nerone* p. 195. C.

Πάντων δὲ τῶν ἀνθρώπων, καὶ αὐτῶν τῶν βουλευτῶν ὅτι μάλιστα συμβοώντων, Ὀλυμπιονῖκα οὖα, Πυθιονῖκα οὖα, &c. Id est, *Omnibus hominibus, & ipsis Senatoribus quam maxime acclamantibus, Olympionica Ova, Pythionica Ova*, &c.

Φαλὸν γὰρ τὸ λευκόν. καὶ Ὅμηρος Κύματα φαληριόωντα λέγει τὰ λευκαινόμενα. Id est, φαλὸν *idem est ac album. Et Homerus* Κύματα φαληριόντα *dicit Undas albescentes spuma.* Scholiastes Theocriti Idyl. IV. p. 93. 94. corrigendus Scholiastes qui legit χεί-
F ματα pro κύματα. Et nostrum qui pro φαληριόωντα scripsit φαληριόεντα. Et Idyl VIII. p. 137. 138. idem Scholiastes φαλακρὸς (φαλαρός) inquit, ὁ λευκός. καὶ Ὅμηρος Κύματα φαληριόωντα λέγει, τὰ λευκαινόμενα. τὸ φάλιον δὲ καὶ βαλίον λέγουσιν ἐπὶ τῶν ἐχόντων τὸ λευκὸν ἐν τῷ μετώπῳ. φαλαρὸς (inquit) *Albus, Calvus. Et Homerus undas albescentes spuma dicit dealbatas.* φάλιον, & βαλίον (*Varium*, maculis variis distinctum) *dicunt etiam equos habentes albam notam in fronte.* Scapula p. 1710. φαλακρὰ *Calva.* idem ibid.

Απαύτων δοκεῖ εἶναι ζώων τάχιστον, καὶ τῶν ἐνύδρων καὶ τῶν χερσαίων, καὶ ὑπεράλλονται πλοίων μεγάλων ἱστούς. Id est, *Omnium videtur animalium velocissimum, & aquatilium, terrestrium, & supersiliunt navium magnarum malos*. Arist. *de Natura Animalium*.

Τριάκοντα ἵππων ἁμίλλας ἐν δυσὶν ὥραις ἐποίησεν. Id est, *Triginta equorum certamina duabus horis dedit*. Xiph. in *Commodo* p. 296. D.

Αρθας (ὀρθὰς,) id est, *rectas*.

Εθος ἦν τοῖς ὑπάτοις ἐπὶ τῶν θεάτρων εὐωχεῖσθαι. μετὰ δὲ τὸ παύσασθαι τῆς εὐωχίας τὸ ἐν χεροῖν ἐκμαγεῖον. ὃ καὶ μάππαν καλοῦσι, (ἐξ οὗ καὶ μανδύλια) ἔρριπτον. ὅπερ ὑποδεχόμενος ὁ λεγόμενος μαππάριος τὸν ἀγῶνα παρεσκεύασεν. Id est, *Mos erat Consulibus in Theatris convivari. Postquam vero acquieverant a convivio, quam in manibus* (habebant) *effigiem, Mappam vocant, jaciebant: quam excipiens qui appellabatur mapparius, certamen adornabat*. Cedrenus apud Bulengerum p. 120. E.

Εκμαγεῖον, id est, *Tergorium*, Glossa optima p. 448. Glossa Aldina, *Effigies, expressa forma*. Hanc nominis significationem videtur comprobare Etymol. Magni Auctor, qui ait ἐκμαγεῖον, ἐκτύπωμα, καὶ ἐκσφράγισμα, id est, *ἐκμαγεῖον est effigies & imago*. p. 323. Erat igitur vel imago quædam, vel mantile aliquam imaginem pictam referens.

Χειρόμακτρον, id est, *Mantela*. Glossa opt. p. 659. Excerpta ex Baysio edita a Roberto Steph. MDLXI. p. 67.

Θεάτρου κυνήγιον, id est, *Theatri Venationem*.

Αμφιθεάτρου, id est, *Amphitheatri*.

Παγκάρπους στεφάνους, id est, *Omnis generis fructuum coronas*.

Περὶ λίθων, Theophrastus *de Lapidibus*.

Χρῶνται δὲ τῇ τυμπαϊκῇ πρὸς τὰ ἱμάτια. *Utuntur*, inquit, *Tympaica Creta ad vestimenta* (purganda.)

Τό τε ἀγώνισμα, ὃ ἠγωνίζετο ἐν Ολυμπίᾳ, καὶ ὅσας νίκας ἀνείλετο, καὶ τὰς Ολυμπιάδας ὀνομάζειν ἐφ' ὧν ἐνίκα. Id est, *Certamen quod habuit in Olympia, & quot victorias reportavit, & Olympiadas nominare, quibus vicit*. Theon Sophista.

Οτι χρὴ καὶ πρώτην, καὶ δευτέραν, καὶ τρίτην αὐτὴν ἐν τοῖς Ἕλλησι κηρύττειν, ὥσπερ ἐν ἅρματι. Id est, *Quia oportet & primam, & secundam, & tertiam ipsam apud Græcos prædicare, quemadmodum in Curuli* (mos est.) Aristides in *Panathen*.

Ιπποτροφεῖν δ' ἐπιχειρήσας, ὃ τῶν εὐδαιμονεστάτων ἔργον ἐστὶν, φαῦλος δ' οὐδεὶς ἂν ποιήσειεν, οὐ μόνον τοὺς ἀνταγωνιστὰς, ἀλλὰ καὶ τοὺς πώποτε νικήσαντας ὑπερβάλετο. Ζεύγη γὰρ καθῆκε τοσαῦτα μὲν τὸν ἀριθμὸν, ὅσοις οὐδ' αἱ μέγισται τῶν ἄλλων πόλεων ἠγωνίσαντο. τοιαῦτα δὲ τὴν ἀρετὴν, ὥστε καὶ πρῶτος, καὶ δεύτερος, καὶ τρίτος γενέσθαι (ὁ Αλκιβιάδης.) Id est, *Cum autem aggressus esset ad alendos equos, quod beatissimorum opus est, improbus vero nullus sane præstaret, non solum suos Antagonistas, verum etiam quot unquam vicerunt, superavit. Juga enim tot immisit numero, quot* (jugis) *neque maximæ aliarum Civitatum certaverunt. Talia vero virtute, ut & primus, & secundus, & tertius esset* (*Alcibiades*.) Isocrates in *oratione de Jugo* p. 535. f. editus Basileæ per Thom. Guarinum MDLXXXII. in 8.

—— Εξηκοντάκι γὰρ βοᾷ κάρυκος.

Id est,

—— *Sexagies enim vox præconis*.

Pind. *Olym.* od. XIII. p. 122.

Τὰ πρῶτα τῶν ἁρμάτων ἀργῶς ἐξελαυνόμενα, καὶ προσπίπτοντα νωθρῶς, ἐκκρούσαντες (ἐκκρούσαντες) οἱ Ρωμαῖοι μετὰ πρώτην (κρότου) καὶ γέλωτος, ἀλλὰ ᾔτουν, ὥσπερ εἰώθασιν ἐν τῶν θεατρικαῖς ἱπποδρομίαις. Id est, *Primos curruum gnaviter exeuntes, & irruentes lente, exturbantes Romani cum plausu, & risu,*

A *poscebant alios ut assolent in ludis Circensibus*. Plutarch. in *Sylla* p. 463. F.

Πτερνισμὸς, οῦ, id est, *supplantatio, dolus, insidiæ*.

Αν δ' ἔβαν ἐς δίφρους, ἐν δὲ κλήρους ἐβάλοντο.
Πάλλ' Αχιλεὺς, ἐκ δὲ κλῆρος θόρε νεστορίδαο
Αντιλόχου. μετὰ τὸν δ' ἔλαχε κρείων Εὔμηλος
Τῷ δ' ἄρ' ἐπ' ἀτρείδης δουρικλυτὸς μενέλαος.
Τῷ δ' ἔπι Μηριόνης λάχ' ἐλαυνέμεναι. ὕστατος αὖτε
Τυδείδης ὄχ' ἄριστος ἐὼν λάχ' ἐλαυνέμεν ἵππους.
Conscenderunt autem currus, sortes vero injecerunt.
B *Movebat Achilles, sors vero exivit Nestoridæ*
Antilochi: post eum sortitus est Rex Eumelus,
Post hunc Atrides hasta-inclytus Menelaus.
Post hunc Meriones sortitus est agitare: postremus autem
Tydides longe optimus existens impellere equos.

Homerus *Iliad.* Ψ. v. 352.

Επὶ δὲ πάντων τούτων ἀναβλήκει (ἀναβεβήκει) παιδάρια χιτῶνας ἔχοντα ἡνιοχικοὺς καὶ πετάσους. Id est, *Post autem hæc omnia ascenderunt Adolescentuli saga habentes more aurigarum, & petasos*. Casaubonus *ad Athenæum* lib. v. c. VIII. p. 221. v. 28.

C Ξυστὶς περιβόλαιον λεπτὸν, ᾧ χρῶνται καὶ οἱ ἁρματηλάται. εἴρηται δὲ ἀπὸ τοῦ χοῦν ξύεσθαι. Id est, *Xystis vestis erat tenuis, qua utuntur Aurigæ, dicta a radendo pulverem*. Scholiastes Theocriti Id. II. p. 48. Xystis erat genus vestis variegatæ, talaris, pellucidæ. Eam induebant non solum Aurigæ, sed & Athletæ, fœminæ, Comœdi, Tragœdi, & Reges. De fœminis testatur idem Scholiastes Theocriti loco laudato. Ξυστὶς, γυναικεῖον τι ἔνδυμα πεποικιλμένον. *Xystis, muliebre quoddam indumentum versicoloribus liciis textum*. Et Hesychius de eadem, τινὲς δὲ χιτῶνα ποδήρη γυναικεῖον. *Quidam ajunt esse tunicam ad imos usque pedes demissam, qua utuntur mulieres*. De Comœdis idem Hesychius ibidem,
D Ξυστίδας Χλαμύδας κωμικὰς, *Xystidas vestes Comicas* (appellant.) De Tragœdis idem loco laudato, Ξυστὶς τραγικὸν ἔνδυμα, *Xystis Tragicum indumentum*. Illud unum hac in re notandum, quod legimus apud Scholiastem Aristophanis in *Nebulis* pag. 127. C. D. quod Xystide tam Athletæ, quam Aurigæ utebantur in Pompa, & veluti Triumpho post victoriam; ait enim Ξυστίδ' ἔχων· καὶ γὰρ μέχρι νῦν οἱ εἰσελαύνοντες ἀθληταὶ, τούτῳ κοσμηθέντες σχήματι καὶ ἅρματος ἐπιβάντες, διὰ μέσης πομπεύουσι τῆς πόλεως. ᾧ καὶ οἱ βασιλεῖς χρῶνται. Hoc est, *Xystida habens. Etenim etiam currus agitantes Athletæ, tali habitu ornati, & curru invecti per mediam civita-*
E *tem pompam agitabant. Ea Reges etiam utuntur*. Et statim sequitur, Ξυστὶς λέγεται τὸ κροκωτὸν ἱμάτιον. ὃ οἱ ἡνίοχοι φοροῦσι μέχρι νῦν πομπεύοντες. χρῶνται δὲ αὐτῷ καὶ οἱ τραγικοὶ βασιλεῖς. *Xystis dicitur crocotum pallium, quod Aurigæ gestant nunc etiam pompam agitantes. Utuntur autem eo etiam Tragici Reges*. Ex hoc fonte hausit sua Suidas Tom. II. pag. 264. D. E. Vide etiam Etymol. Magnum p. 212. v. 21.

—— ἥρπασ' ἡνίας χεροῖν
Ελκει δὲ, κώπην ὥστε ναυβάτης ἀνὴρ,
Ιμᾶσιν εἰς τοὔπισθεν ἀρτήσας δέμας.

F Id est,

—— *Corripuit habenas manibus,*
Traxit autem, remum ut Nauticus vir,
Loris retro flectens corpus.

Eurip. *Hippolito* v. 1220.

Αὐτὸς δ' ὁ τλήμων ἡνίαισιν ἐμπλακεὶς,
Δεσμὸν δυσεξέλικτον ἕλκεται δεθείς.

Id est,

Ipse vero miser loris implicitus
Trahitur vinctus vinculo inexplicabili.

Idem loco laudato v. 1236.

—— Χ' ᾧ μὲν ἐκ δεσμῶν λυθεὶς
Τμητῶν ἱμάντων, οὐκ οἶδ' ὅτῳ τρόπῳ
Πίπτει.
—— *Quamobrem e vinculis solutus*
Fractorum lororum, haud scio quomodo
Cadit. A

Idem ibidem v. 1244.

Ἱμάντας δὲ λώρους, φραγγέλια, id est, Ἱμάντας *autem lora, flagellaque* (appellat) Scholiastes Aristoph. pag. 406. C. in *Acharnan.* De loris consule Meursium *Gloss.* p. 314. & Nicol. Rigaltium *Gloss.* p. 106.

Ρυτὰ χαλαίνοντες, id est, *Frena laxantes.* Hesiod. in *Scuto* v. 308. Ubi Scholiastes, Ρυτὰ τὰ χαλινὰ ἀπὸ τοῦ ἐρύω. κυρίως δὲ τὰ λεγόμενα ῥέτεινα. Id est, B ῥυτὰ *dicuntur fræna ab* ἐρύω *quod est trabo. Quæ proprie dicuntur* ῥέτεινα, *Retinacula* Lat. Nos *Redini.*

Λιβρία, ἄμπυκες, id est, *Insignia, capitis ornamenta*, Nos *Librea.* Meursius *Gloss.* p. 303. Rigaltius *Gloss.* p. 108. & 195. dicuntur etiam Τούφια iisdem locis laudatis. Recenset idem Scholiastes loco laudato p. 192. 6. nonnulla alia equorum frena, eorumque Etymologias, quas hic apponam, ut Tyronum labori parcam. ait igitur:

Ηνία ὁ χαλινὸς ἀπὸ τοῦ ἀνιῶ, id est, Ηνία *Habena* (dicitur,) *quod tristitiam, & cruciatum equo inferat.* C

Κημὸς ἀπὸ τοῦ κάμνω, id est, *Camus* (dicitur,) *quod eo laboret*, patiatur, irascaturque equus. Nota quod Scoliastæ Aristophanis in *Equ.* p. 353. F. G. Κημὸς est ὁ κάδος τῶν δικαστικῶν, ἔνθα ἔβαλλον τὰς ψήφους, *Camus est vasculum judiciorum-peritorum, in quod jaciunt calculos.* Nos *il Bossolo da raccorre i Partiti, o Rosso, o Verde, o Bianco.*

Φιμὸς ἀπὸ τοῦ ἴφιμος εἶναι, ἤγουν στερρός. Id est, (Appellatur) φιμὸς *ab eo, quod sit* ἴφιμος, videlicet *Solidus*, rigidus, durus. Etymol. Magno p. 795. v. 20. φιμὸς dicitur quasi σφιγμὸς, καὶ φιγμός. ἀπὸ τοῦ σφίγγω. Id est, *Stringo*, quasi sit Vinculum, nodus, D nexus, εἰς ὃν ἀνεβάλοντο, id est, *in quem irruant* equi naribus spiritum emittentes. Hesychio deducitur a φιμόω quod interpretatur δεσμόω *ligo, vincio.* Scholiastæ Aristophanis ibidem φιμὸς idem est ac κημός. χαλινὸς ἀπὸ τοῦ χαλᾶν τὰ ἶνα. χαλινὸς (dicitur) *a laxando ligamentum.*

Φορβεία δὲ τὸ καπίστριον τὸ τῇ φορβῇ τοῦ ἵππου ἁρμόζον, id est, φορβεία est *Capistrum, quod adaptatur equo, dum pabulum sumit.* Et hæc Scholiastes laudatus. Plura videat lector de aliis equorum instrumentis apud Bulengerum cap. XVI. & XVII. p. 210. E 211. 212.

Ὑπὸ πενίας πολλοὶ τὴν ὑπατείαν ἀπολείπουσι, διὰ τὰ ἀναλώματα τὰ ἐν ταῖς ἱπποδρομίαις. Id est, *Ob paupertatem multi Consulatum omittunt, propter sumptus* (quos facere cogebantur) *in Circensibus.* Xiphilinus.

Πολλάς [ὃ] ἱπποδρομίας, ἄλλας τε τινὰς θέας κατέλυσε, συστέλλων, ὧς (ὡς) οἷόν τε δαπανήματα. Id est, Imperator Nerva *Multos Circenses ludos, aliaque nonnulla spectacula substulit minuens, quantum fieri potuit, expensa.* Idem *Nerva* p. 245. A.

Διομήδης δὲ Θρᾷξ εἰς ἱπποτροφίαν ἐξαναλωθεὶς ἐκέχθη (ἐλέχθη) ὑπὸ τῶν ἵππων αὐτοῦ ἀπολωλέναι. Id est, *Diomedes Thrax, quod in alendis equis omnino resolveretur, dictus fuit ab equis propriis dissolutus.* Theon Sophista. F

Ετι δ' ὥσπερ ὁ Σιμωνίδης τὴν ἱπποτροφίαν φησὶν (οὐ λακύθῳ ὀπαδεῖν, ἀλλ' ἀρούραισι πυροφόροις.) Id est, *Atque ut Simonides, equos alendi studium ait (Haud Lecythum sectari, sed Agros frugiferos.)* Plutarch. *de Adulat. & amici discrimine* p. 49. C.

Πρυτανεῖα δὲ τὰ νῦν καλούμενα παρὰ Ρωμαίοις σπόρτουλλα (σπόρτουλα. Id est, *Pritania sunt, quæ nunc appellantur apud Romanos Sportulæ.* Scholiastes Aristoph. in *Vespis* (in *Nebulis* p. 188. B.)

Σπόρτουλλα, id est, *Concessiones.* Meursius in *Glossar.* p. 521.

Κανίσκια, id est, *Dona.* Idem ibidem, & p. 522. & p. 214.

CAP. XV.

Μὴ ἀγωνεάσῃς (ἀγωνιάσῃς) ἔχεις γὰρ τὸν ἀγωνοθέτην Θεὸν, καὶ ἰατρὸν τὸν Χριστόν. Id est, *Ne deficias in agone. Habes enim designatorem Deum, & Medicum Christum.* D. Chrysost. in *oratione de Circo* apud Bulengerum p. 76. B.

Ἱππιάτρους, id est, *Mulo-medicos, Veterinarios, Equo medicos.*

Ἐπὶ τῶν Τιτάνων ἦν ὁ Προμηθεὺς, διὸ τὴν ῥίζαν ἔφη τιτανίδα. διὰ τὸ Προμηθέως βεβλαστηκέναι. ὃ εἷς ἦν τῶν Τιτάνων. διὰ τούτων δὲ τερατεύεται (τερατεύεται) τὰ περὶ τὴν τομὴν τῆς ῥίζης. καὶ τὸ συμπάσχαν (συμπάσχειν) τὸν Προμηθέα ἐπὶ τῇ ταύτης τομῇ. Id est, *A Titanibus ortus erat Prometheus, hinc radicem appellant Titanida. Propterea quod ex Prometheo germinaverit, qui unus erat e Titanibus. Quamobrem monstra loquuntur de hujus radicis sectione, & simul lædi Prometheum ex ipsius sectione.* Scholiastes Apollonii p. 191. num. 39. in fing.

Μέρη τοῦ ἅρματος δίφρος, id est, *Partes currus sella.* Julius Pollux.

Γναφεῖον, Vasis genus, inquit Argolus.

Οὐδεὶς πόκον εἰς γναφεῖον φέρει. Id est, *Nemo vellus ad gnaphium* (Cortinam) *fert.* Expendamus.

Κναφεῖον veteres Attici, recentiores γναφεῖον dixerunt. Nomen deductum ἀπὸ τοῦ κνάπτω vel γνάπτω, quod significat *carpendo vellicandoque expolio, carmino, carpo, rado.* Fullonum proprium, qui interpolare, & polire vestes dicuntur: hinc γνάφος & κνάφος ἐστὶ ἀκανθῶδές τι, ᾧ ξύουσι τὰ ἱμάτια οἱ γναφεῖς. *Carduus fullonicus, seu spica fullonica, qua poliunt, & radunt fullones vestimenta.* Scholiastes Aristoph. in *Pluto* p. 17. C. G. Eadem leges apud Harpocrationem in *Lex* x. Rhetorum, & Eustathium Hom. *Iliad.* Λ. p. 854. v. 3. Ubi meminit etiam piscis cujusdam, qui appellatur γναφεὺς. & *Odyss.* N. p. 1746. v. 15. Eadem recenset Etymol. Magnum p. 521. v. 35. 40. Hesychius, & Suidas Tom. 1. pag. 1479. E. F. 1480. A. B. κναφεῖον seu γναφεῖον igitur erit *Officina fullonis*, quam fullonicam seu fullonium appellant. Glossa optima Græco-Latina, pag. 517 417. Glossa Aldina, p. 80. 34. & Glossa Aldina Latino-Græca, p. 28. Nondum memini legisse me γναφεῖον esse Vasis genus, fides hujus penes Amicum esto. Quin imo. Quam hic dicit *Cortinam* appellari γναφεῖον, Fridericus Taubmannus *in Plautum* p. 1112. B. & Adrianus Junius in *Nomenclatoro* p. 590. (Viri de hoc genere literarum optime meriti) asserunt dici Græce τρίποδα, λέβητα, & Luciano θερμαντῆρα.

Ὕδατι δὲ καταπλύνειν τὴν κεφαλὴν χρή. & paucis interjectis, καὶ τὸ προκόμιον δὲ χρὴ βρέχειν. Id est, *Aqua autem eluere* (equi) *caput oportet. Et jubam verticalem oportet humectare.* Xenoph. *de Re Equestri* p. 741. v. 39. 41. & p. 742. v. 4.

Τήν γε μὴν τῶν σκελῶν κατάπλυσιν ἀφαιροῦμεν. ὠφελεῖ μὲν γὰρ οὐδὲν, βλάπτει δὲ τὰς ὁπλὰς ἡ καθ' ἑκάστην ἡμέραν βρέξις. Id est, *Crurum autem lotionem haud probamus. Nam nihil juvat, lædit vero ungulas quotidiana humectatio.*

Εἰδέναι δὲ χρὴ τὸν ἱπποκόμον καὶ τὸν κημὸν περιτιθέναι τῷ ἵππῳ, καὶ ὅταν ἐπὶ ψῆξιν, καὶ ὅταν ἐπὶ κυλίστραν ἐξάγῃ. Id est, *Scire autem oportet Curatorem camum accommodare equo, & cum ad defrictionem & volutabrum eduxerit.* Idem p. 741. M.

Στλεγγὶς, ίδος, id est, *Strigil.* hæ fuerunt aureæ olim præmia Victoribus in ludis Lupercalibus. Ipsemet Xenophon de *Cyripædia* l. 1. p. 194. v. 16. Ενταῦθα (Κῦρος) ἔμεινεν ἡμέρας τρεῖς, ἐν αἷς Ξενίας ὁ Αρκὰς τὰ Λύκαια ἔθυσε, καὶ ἀγῶνα ἔθηκε. τὰ δὲ ἆθλα

Απάντων δοκεῖ εἶναι ζώων τάχιστον, ϗ τ̃ ἐνύδρων ϗ τ̃ χερσαίων, ϗ ὑφάλλον) πλοίων μεγάλων ἱσὺς. Id est, *Omnium videtur animalium velocissimum, & aquatilium, terrestrium, & supersiliunt navium magnarum malos*. Arist. *de Natura Animalium*.

Τριάκοντα ἵππων ἁμίλλας ἐν δυσὶν ὥραις ἐποίησεν. Id est, *Triginta equorum certamina duabus horis dedit*. Xiph. in *Commodo* p. 296. D.

Αρθας (ὀρθὰς,) id est, *rectas*.

Εθος ἦν τοῖς ὑπάτοις ἐπὶ τ̃ θεάτρων εὐωχεῖσθαι. μετὰ δὲ τὸ παύσασθαι τ̃ εὐωχίας τὸ ἐν χερσὶν ἐκμαγεῖον. ὃ ϗ μάππαν καλοῦσι, (ἐξ ὃ ϗ μανδύλια) ἔρριπτον. ὅπερ ὑποδεχόμενος ὁ λεγόμενος μαππάριος τ̃ ἀγῶνα παρεσκεύασεν. Id est, *Mos erat Consulibus in Theatris convivari. Postquam vero acquieverant a convivio, quam in manibus* (habebant) *effigiem, Mappam vocant, jaciebant: quam excipiens qui appellabatur mapparius, certamen adornabat*. Cedrenus apud Bulengerum p. 120. E.

Εκμαγεῖον, id est, *Tergorium*, Glossa optima p. 448. Glossa Aldina, *Effigies, expressa forma*. Hanc nominis significationem videtur comprobare Etymol. Magni Auctor, qui ait ἐκμαγεῖον, ἐκτύπωμα, ϗ ἐκσφράγισμα, id est, *ἐκμαγεῖον est effigies & imago*. p. 323. Erat igitur vel imago quædam, vel mantile aliquam imaginem pictam referens.

Χειρόμακτρον, id est, *Mantela*. Glossa opt. p. 659. Excerpta ex Baysio edita a Roberto Steph. MDLXI. p. 67.

Θεάτρου κυνήγιον, id est, *Theatri Venationem*.

Αμφιθεάτρου, id est, *Amphitheatri*.

Παγκάρπους στεφάνους, id est, *Omnis generis fructuum coronas*.

Περὶ λίθων, Theophrastus *de Lapidibus*.

Χρῶνται δὲ τῇ τυμπαϊκῇ πρὸς τὰ ἱμάτια. *Utuntur*, inquit, *Tympaica Creta ad vestimenta* (purganda.)

Τότε ἀγώνισμα, ὃ ἠγωνίζετο ἐν Ολυμπίᾳ, ϗ ὅσας νίκας ἀνείλετο, ϗ τὰς Ολυμπιάδας ὀνομάζειν ἐφ' ὧν ἐνίκα. Id est, *Certamen quod habuit in Olympia, & quot victorias reportavit, & Olympiadas nominare, quibus vicit*. Theon Sophista.

Οτι χρὴ ϗ πρώτην, ϗ δευτέραν, ϗ τρίτην αὐτὴν ἐν τοῖς ἕλλησι κηρύττειν, ὥσπερ ἐν ἅρματι. Id est, *Quia oportet & primam, & secundam, & tertiam ipsam apud Græcos prædicare, quemadmodum in Curuli* (mos est.) Aristides in *Panathen*.

Ιπποτροφεῖν δ' ἐπιχειρήσας, ὃ τ̃ εὐδαιμονεστάτων ἔργον ἐστὶν, φαῦλος δ' οὐδεὶς ἂν ποιήσειεν, οὐ μόνον τοὺς ἀνταγωνιστὰς, ἀλλὰ ϗ τοὺς πώποτε νικήσαντας ὑπερβάλετο. Ζεύγη γὰρ καθῆκε τοσαῦτα μὲν τ̃ ἀριθμὸν, ὅσοις οὐδ' αἱ μέγισαι τ̃ ἄλλων πόλεων ἠγωνίσαντο. τοιαῦτα δὲ τ̃ ἀρετὴν, ὥστε ϗ πρῶτος, ϗ δεύτερος, ϗ τρίτος γενέσθαι (ὁ Αλκιβιάδης.) Id est, *Cum autem aggressus esset ad alendos equos, quod beatissimorum opus est, improbus vero nullus sane præstaret, non solum suos Antagonistas, verum etiam quot unquam vicerunt, superavit. Juga enim tot immisit numero, quot* (jugis) *neque maximæ aliarum Civitatum certaverunt. Talia vero virtute, ut & primus, & secundus, & tertius esset* (*Alcibiades*.) Isocrates in *oratione de Jugo* p. 535. f. editus Basileæ per Thom. Guarinum MDLXXXII in 8.

—— Εξηκοντάκι γὰρ-βοὰ κάρυκος.

Id est,

—— *Sexagies enim vox præconis*.

Pind. *Olym.* od. XIII. p. 122.

Τὰ πρῶτα τ̃ ἁρμάτων ἀργῶς ἐξελαυνόμενα, καὶ προσπίπτοντα νωθρῶς, ἐκκροώσαντες (ἐκκρούσαντες) οἱ Ρωμαῖοι μετὰ πρότου (κρότου) καὶ γέλωτος, ἄλλα ἦγον, ὥσπερ εἰώθασιν ἐν τ̃ θεατρικαῖς ἱπποδρομίαις. Id est, *Primos curruum gnaviter exeuntes, & irruentes lente, exturbantes Romani cum plausu, & risu, poscebant alios ut assolent in ludis Circensibus*. Plutarch. in *Sylla* p. 463. F.

Πτερνισμὸς, οῦ, id est, *supplantatio, dolus, insidiæ*.

Ανδ' ἔβαν ἐς δίφρους, ἐν δὲ κλήρους ἐβάλοντο.
Πάλλ' Αχιλεὺς, ἐκ δὲ κλῆρος θορε Νεστορίδαο
Αντιλόχου. μετὰ τ̃ δ' ἔλαχε κρείων Εὔμηλος
Τῷ δ' ἄρ' ἐπ' ἀτρείδης δουρικλυτὸς μενέλαος.
Τῷ δ' ἔπι Μηριόνης λάχ' ἐλαυνέμεναι. ὕστατος αὖτε
Τυδείδης ὄχ' ἄριστος ἐὼν λάχ' ἐλαυνέμεν ἵππους.
Conscenderunt autem currus, sortes vero injecerunt.
Movebat Achilles, sors vero exivit Nestoridæ
Antilochi: post eum sortitus est Rex Eumelus,
Post hunc Atrides hasta-inclytus Menelaus.
Post hunc Meriones sortitus est agitare: postremus autem
Tydides longe optimus existens impellere equos.

Homerus *Iliad.* Ψ. v. 352.

Επὶ δὲ πάντων τούτων ἀναβεβλήκει (ἀναβεβήκει) παιδάρια χιτῶνας ἔχοντα ἡνιοχικοὺς ϗ πετάσους. Id est, *Post autem hæc omnia ascenderunt Adolescentuli saga habentes more aurigarum, & petasos*. Casaubonus *ad Athenæum* lib. v. c. VIII. p. 221. v. 28.

Ξυστὶς περιβόλαιον λεπτὸν, ᾧ χρῶνται ϗ οἱ ἁρματηλάται. εἴρηται δὲ ἀπὸ τοῦ χοῦν ξύεσθαι. Id est, *Xystis vestis erat tenuis, qua utuntur Aurigæ, dicta a radendo pulverem*. Scholiastes Theocriti Id. II. p. 48. Xystis erat genus vestis variegatæ, talaris, pellucidæ. Eam induebant non solum Aurigæ, sed & Athletæ, fœminæ, Comœdi, Tragœdi, & Reges. De fœminis testatur idem Scholiastes Theocriti loco laudato. Ξυστὶς, γυναικεῖον τι ἔνδυμα πεποικιλμένον. *Xystis, muliebre quoddam indumentum versicoloribus liciis textum*. Et Hesychius de eadem, τινὲς δὲ χιτῶνα ποδήρη γυναικεῖον. *Quidam ajunt esse tunicam ad imos usque pedes demissam, qua utuntur mulieres*. De Comœdis idem Hesychius ibidem, Ξυστίδας Χλαμύδας κωμικὰς, *Xystidas vestes Comicas* (appellant.) De Tragœdis idem loco laudato, Ξυστὶς τραγικὸν ἔνδυμα, *Xystis Tragicum indumentum*. Illud unum hac in re notandum, quod legimus apud Scholiastem Aristophanis in *Nebulis* pag. 127. C. D. quod Xystide tam Athletæ, quam Aurigæ utebantur in Pompa, & veluti Triumpho post victoriam; ait enim Ξυστίδ' ἔχων-ϗ γὰρ μέχρι νῦν οἱ εἰσελαύνοντες ἀθληταὶ, τοιούτῳ κοσμηθέντες σχήματι ϗ ἅρματος ἐπιβάντες, διὰ μέσης πομπεύουσι τῆς πόλεως. ᾧ ϗ οἱ βασιλεῖς χρῶνται. Hoc est, *Xystida habens. Etenim etiam currus agitantes Athletæ, tali habitu ornati, & curru invecti per mediam civitatem pompam agitabant. Ea Reges etiam utuntur*. Et statim sequitur, Ξυστὶς λέγεται τὸ κροκωτὸν ἱμάτιον. ὃ οἱ ἡνίοχοι φοροῦσι μέχρι νῦν πομπεύοντες. χρῶνται δὲ αὐτῷ ϗ οἱ τραγικοὶ βασιλεῖς. *Xystis dicitur crocotum pallium, quod Aurigæ gestant nunc etiam pompam agitantes. Utuntur autem eo etiam Tragici Reges*. Ex hoc fonte hausit sua Suidas Tom. II. pag. 264. D. E. Vide etiam Etymol. Magnum p. 212. v. 21.

—— ἥρπασ' ἡνίας χεροῖν
Ελκει δὲ, κώπην ὥστε ναυβάτης ἀνὴρ,
Ιμᾶσιν εἰς τοὔπισθεν ἀρτήσας δέμας.

Id est,

—— *Corripuit habenas manibus,*
Traxit autem, remum ut Nauticus vir,
Loris retro flectens corpus.

Eurip. *Hippolito* v. 1220.

Αὐτὸς δ' ὁ τλήμων ἡνίαισιν ἐμπλακεὶς,
Δεσμὸν δυσεξέλικτον ἕλκεται δεθείς.

Id est,

Ipse vero miser loris implicitus
Trahitur vinctus vinculo inexplicabili.

Idem loco laudato v. 1236.

A

—— Χ' ῷ μὲν ἐκ δεσμῶν λυθεὶς
Τμητῶν ἱμάντων, ὐκ οἶδ' ὅτῳ τρόπῳ
Πίπτει.
—— *Quamobrem e vinculis solutus*
Fractorum lororum, haud scio quomodo
Cadit.

Idem ibidem v. 1244.

Ἱμάντας δὲ λώρες, φραγγέλια, id est, Ἱμάντας *autem lora, flagellaque* (appellat) Scholiastes Aristoph. pag. 406. C. in *Acharnan.* De loris consule Meursium *Gloss.* p. 314. & Nicol. Rigaltium *Gloss.* p. 106.

Ῥυτὰ χαλαίνοντες, id est, *Frena laxantes.* Hesiod. in *Scuto* v. 308. Ubi Scholiastes, Ῥυτὰ τὰ χαλινὰ ἀ- B πὸ τῦ ἐρύω. κυρίως δὲ τὰ λεγόμενα ῥέτεινα. Id est, ῥυτὰ *dicuntur fræna ab* ἐρύω *quod est traho. Quæ proprie dicuntur* ῥέτεινα, *Retinacula* Lat. Nos *Redini.*

Λιβρία, ἄμπυκες, id est, *Insignia, capitis ornamenta*, Nos *Librea.* Meursius *Gloss.* p. 303. Rigaltius *Gloss.* p. 108. & 195. dicuntur etiam Τύφια iidem locis laudatis. Recenset idem Scholiastes loco laudato p. 192. 6. nonnulla alia equorum frena, eorumque Etymologias, quas hic apponam, ut Tyronum labori parcam. ait igitur:

Ἡνία ὁ χαλινὸς ἀπὸ τῦ ἀνιῶ, id est, Ἡνία *Habena* (dicitur,) *quod tristitiam, & cruciatum equo inferat.* C

Κημὸς ἀπὸ τῦ κάμνω, id est, *Camus* (dicitur,) *quod eo laboret*, patiatur, irascaturque equus. Nota quod Scoliastæ Aristophanis in *Equ.* p. 353. F. G. Κημὸς est ὁ κάδος τῶν δικαστικῶν, ἔνθα ἔβαλλον τὰς ψήφυς, *Camus est vasculum judiciorum-peritorum, in quod jaciunt calculos.* Nos *il Bossolo da raccorre i Partiti, o Rosso, o Verde, o Bianco.*

Φιμὸς ἀπὸ τῦ ἴφιμος εἶναι, ἤγυν στερρός. Id est, (Appellatur) φιμὸς *ab eo, quod sit* ἴφιμος, videlicet *Solidus*, rigidus, durus. Etymol. Magno p. 795. v. 20. φιμὸς dicitur quasi σφιγμὸς, ἢ φιγμός. ἀπὸ τῦ σφίγγω. Id est, *Stringo*, quasi sit Vinculum, nodus, D nexus, εἰς ὃν ἀνεβάλοντο, id est, *in quem irruant* equi naribus spiritum emittentes. Hesychio deducitur a φιμόω quod interpretatur δεσμόω *ligo, vincio.* Scholiastæ Aristophanis ibidem φιμὸς idem est ac κημός. χαλινὸς ἀπὸ τῦ χαλᾷν τὰ ἶνα. χαλινὸς (dicitur) *a laxando ligamentum.*

Φορβεία δὲ τὸ καπίστριον τὸ τῇ φορβῇ τῦ ἵππυ ἁρμόζον, id est, φορβεία est *Capistrum, quod adaptatur equo, dum pabulum sumit.* Et hæc Scholiastes laudatus. Plura videat lector de aliis equorum instrumentis apud Bulengerum cap. XVI. & XVII. p. 210. E 211. 212.

Ὑπὸ πενίας πολλοὶ τὴν ὑπατείαν ἀπολείπυσι, διὰ τὰ ἀναλώματα τὰ ἐν ταῖς ἱπποδρομίαις. Id est, *Ob paupertatem multi Consulatum omittunt, propter sumptus* (quos facere cogebantur) *in Circensibus.* Xiphilinus.

Πολλάς [ἐ] ἱπποδρομίας, ἄλλας τε τινὰς θέας κατέλυσε, συστέλλων, ὧς (ὡς) οἷόν τε δαπανήματα. Id est, Imperator Nerva *Multos Circenses ludos, aliaque nonnulla spectacula substulit minuens, quantum fieri potuit, expensa.* Idem *Nerva* p. 245. A.

Διομήδης δὲ Θρᾷξ εἰς ἱπποτροφίαν ἐξαναλωθεὶς ἐκέχθη (ἐλέχθη) ὑπὸ τῶν ἵππων αὐτῦ ἀπολωλέναι. Id est, *Diomedes Thrax, quod in alendis equis omnino resolveretur, dictus fuit ab equis propriis dissolutus.* F Theon Sophista.

Ἔτι δ' ὥσπερ ὁ Σιμωνίδης τὴν ἱπποτροφίαν φησὶν (ὐ λακύθῳ ὀπαδεῖν, ἀλλ' ἀρύραισι πυροφόροις.) Id est, *Atque ut Simonides, equos alendi studium ait (Haud Lecythum sectari, sed Agros frugiferos.).* Plutarch. *de Adulat. & amici discrimine* p. 49. C.

Πρυτανεῖα δὲ τὰ νυῦ καλύμενα παρὰ Ῥωμαίοις σπόρτυλλα (σπόρτυλα. Id est, *Pritania sunt, quæ nunc appellantur apud Romanos Sportulæ.* Scholiastes Aristoph. in *Vespis* (in *Nebulis* p. 188. B.)

Σπόρτυλλα, id est, *Concessiones.* Meursius in *Glossar.* p. 521.

Κανίσκια, id est, *Dona.* Idem ibidem, & p. 522. & p. 214.

CAP. XV.

Μὴ ἀγωνεάσῃς (ἀγωνιάσῃς) ἔχεις γὰρ τὸν ἀγωνοθέτην Θεὸν, καὶ ἰατρὸν τὸν Χριστόν. Id est, *Ne deficias in agone. Habes enim designatorem Deum, & Medicum Christum.* D. Chrysost. in *oratione de Circo* apud Bulengerum p. 76. B.

Ἱππιάτρυς, id est, *Mulo-medicos, Veterinarios, Equo medicos.*

Ἐπὶ τῶν Τιτάνων ἦν ὁ Προμηθεὺς, διὸ τὴν ῥίζαν ἔφη τιτανίδα. διὰ τὸ Προμηθέως βεβλαστηκέναι. ὃ εἷς ἦν τῶν Τιτάνων. διὰ τύτων δὲ τερατεύεται (τερατεύεται) τὰ περὶ τὴν τομὴν τῆς ῥίζης. καὶ τὸ συμπαχαν (συμπάσχειν) τὸν Προμηθέα ἐπὶ τῇ ταύτης τομῇ. Id est, *A Titanibus ortus erat Prometheus, hinc radicem appellant Titanida. Propterea quod ex Prometheo germinaverit, qui unus erat e Titanibus. Quamobrem monstra loquuntur de hujus radicis sectione, & simul lædi Prometheum ex ipsius sectione.* Scholiastes Apollonii p. 191. num. 39. in fing.

Μέρη τῦ ἅρματος δίφρος, id est, *Partes currus sella.* Julius Pollux.

Γναφεῖον, Vasis genus, inquit Argolus.

Οὐδεὶς πόκον εἰς γναφεῖον φέρει. Id est, *Nemo vellus ad gnaphium* (Cortinam) *fert.* Expendamus.

Κναφεῖον veteres Attici, recentiores γναφεῖον dixerunt. Nomen deductum ἀπὸ τῦ κνάπτω vel γνάπτω, quod significat *carpendo vellicandoque expolio, carmino, carpo, rado.* Fullonum proprium, qui interpolare, & polire vestes dicuntur: hinc γνάφος & κνάφος ἐστὶ ἀκανθῶδές τι, ᾧ ξύυσι τὰ ἱμάτια οἱ γναφεῖς. *Carduus fullonicus, seu spica fullonica, qua poliunt, & radunt fullones vestimenta.* Scholiastes Aristoph. in *Pluto* p. 17. C. G. Eadem leges apud Harpocrationem in *Lex* x. Rhetorum, & Eustathium Hom. *Iliad.* Λ. p. 854. v. 3. Ubi meminit etiam piscis cujusdam, qui appellatur γναφεὺς. & *Odys.* N. p. 1746. v. 15. Eadem recenset Etymol. Magnum p. 521. v. 35. 40. Hesychius, & Suidas Tom. 1. pag. 1479. E. F. 1480. A. B. κναφεῖον seu γναφεῖον igitur erit *Officina fullonis*, quam fullonicam seu fullonium appellant. Glossa optima Græco-Latina, pag. 517 417. Glossa Aldina, p. 80. 34. & Glossa Aldina Latino-Græca, p. 28. Nondum memini legisse me γναφεῖον esse Vasis genus, fides hujus penes Amicum esto. Quin imo. Quam hic dicit *Cortinam* appellari γναφεῖον, Fridericus Taubmannus *in Plautum* p. 1112. B. & Adrianus Junius in *Nomenclatoro* p. 590. (Viri de hoc genere literarum optime meriti) afferunt dici Græce τρίποδα, λέβητα, & Luciano θερμαντῆρα.

Ὕδατι δὲ καταπλύνειν τὴν κεφαλὴν χρή. & paucis interjectis, καὶ τὸ προκόμιον δὲ χρὴ βρέχειν. Id est, *Aqua autem eluere* (equi) *caput oportet. Et jubam verticalem oportet humectare.* Xenoph. *de Re Equestri* p. 741. v. 39. 41. & p. 742. v. 4.

Τήν γε μὴν τῶν σκελῶν κατάπλυσιν ἀφαιρῦμεν. ὠφελεῖ μὲν γὰρ ὐδέν, βλάπτει δὲ τὰς ὁπλὰς ἡ καθ' ἑκάστην ἡμέραν βρέξις. Id est, *Crurum autem lotionem haud probamus. Nam nihil juvat, lædit vero ungulas quotidiana humectatio.*

Εἰδέναι δὲ χρὴ τὸν ἱπποκόμον καὶ τὸν κημὸν περιτιθέναι τῷ ἵππῳ, καὶ ὅταν ἐπὶ ψῆξιν, καὶ ὅταν ἐπὶ κυλίστραν ἐξάγῃ. Id est, *Scire autem oportet Curatorem camum accommodare equo, & cum ad defrictionem & volutabrum eduxerit.* Idem p. 741. M.

Στλεγγὶς, ίδος, id est, *Strigil.* hæ fuerunt aureæ olim præmia Victoribus in ludis Lupercalibus. Ipsemet Xenophon de *Cyripædia* l. 1. p. 194. v. 16. Ἐνταῦθα (Κῦρος) ἔμεινεν ἡμέρας τρεῖς, ἐν αἷς Ξενίας ὁ Ἀρκὰς τὰ Λύκαια ἔθυσε, καὶ ἀγῶνα ἔθηκε. τὰ δὲ ἆθλα

ἦσαν Στλεγγίδες χρυσαῖ. Id est, *Ibi Cyrus commoratus est dies tres, quibus Xenias Arcas Lupercalia sacra edidit, & ludos celebravit. Præmia vero erant Strigiles aureæ.*

Ιππον ἐκείνων ἀγαγεῖν πρὸς πόσιν, πρὸς ἀρδείαν. Id est, *Equum illorum ducere ad potum, ad irrigationem*. Tzetza Chil. IX. Hist. CCCXIIX. ibid. 206. Lege Bulengerum cap. XXXI. p. 142. 143. 144.

Ακέστεια, id est, *Sarcinatrix*, Gloss optim. 372.

Ράπτης, id est, *Sarcinator*. ῥαπτὸς *Sutilis*. ῥάπτω *Sarcio, insuo, obsuo, sutello*. Eadem Glossa pag. 602.

Υφάντεια, id est, *Textrix*. Eadem Glossa pag. 650.

Ακέστης ἱματίων, id est, *Sartor vestimenti*. ἀκούμενος ἱμάτια *Sarciens vestimenta*. Thomas Magister *de Nomin. Atticis* pag. 97.

Εδείχθη δὲ μοὶ ἐν γωνιδίῳ τινὶ μισθοῦ ἀκούμενος τὰ σαθρὰ τῶν ὑποδημάτων. Id est, *Ostensus est mihi in angulo quodam mercede sarciens detritos calceos*. Idem Thom. Magister ubi supra, & Lucianus in *Necyomantia* Chom. II. p. 120.

Νῆας ἀκειόμενος, id est, *Naves sarciens*.

Βαστάζω, id est, *Bajulo, porto, veho, vecto, gesto*.

Βαίκλος, id est, *Bajulus, Gerulus, Pædagogus*. Nos *Facchino*, Meursius in *Glossario* p. 66.

Ην δ' ἄρα ἐκ παλαιοῦ καθεστικὸν ἀγωνίζεσθαι καὶ ἀλλοτρίοις ἵπποις. Id est, *Erat sane ex antiquissimo constitutum certare etiam alienis equis*.

Αξώνων (ἀξόνων) ἀλεῖπται, *Axium unctores*.

Πικτῶν ἀλεῖπται, id est, *Pugilum unctores*.

Εμβάπτω, id est, *Intingo, inficio*. Glossa opt. p. 453. ἐμβάμματα, *Jusculа*, nos *Savore*.

Ιππων ἀλείπτας, id est, *Equorum conditores*.

Καὶ ὅτι Ομηρος τὴν μὲν χρῆσιν τῶν μύρων εἶδεν, τὴν δὲ μῦρον φωνὴν οὐκ οἶδε, ἀλλ' ἔλαιον τὸ μῦρον καλεῖ μετ' ἐπιθέτου τινός. Id est, *Dicunt etiam quod Homerus usum unguentorum novit, unguentum vero nomen non novit: sed oleum vocat unguentum quodam epitheto.* Hæc verba leguntur in *Indice Eustathii* in verbo μῦρον. sumuntur vero ex *Iliad.* Ψ. p. 1295. v. 20. sequitur noster, μύρου δέ φασιν ὀνόματι πρῶτος Αρχίλοχος ἐχρήσατο. Id est, *unguenti autem nomine primus (ajunt) Archilochus usus est*. Eustathii textus ponit *Alcæum* pro Archilocho; quem vide.

Εἰωθὼς λούεσθαι ἐϋρρεῖα ποταμοῖο. Id est, *Solitus lavari bene-fluenti fluvio*. Homerus alicubi.

Ηλιος ἀεὶ χρῶτ' ἀθάνατον κόματον θ' ἵππον (ἵππων.) θερμαῖς ὕδατος μαλακοῦ προχοαῖς ἀναπαύει. Id est, *Cutem Sol semper immortalem comamque equorum thermis aquæ mollis cavis recreat*. Æschylus.

Πόαν περιτρίψασα τὴν κόραις μίαν. Id est, *Herbam cum circum-trivisset pupillis unam*. Pisidas *de Mundi opificio*.

Ξενοδόχος, id est, *recipiens hospites*.

CAP. XVI.

Ζυγαῖοι, ὑποζύγιοι, id est, *Jugales, subjugales*.

Ζυγοῦ, id est, *jugo*. ἀορτῆρες, id est, *funales*. τὴρ. Id est, *lorum*. Ζύγιοι ὑποβαλλόμενοι τῷ τοῦ ἅρματος ζυγῷ, τουτέστι, ὁ μέσος ἀριστερὸς, καὶ μέσος δεξιός, καὶ ἁπλῶς ὁ μὴ παράσειρος οὕτως λέγεται. Id est, *Jugales sunt qui jugo subjiciuntur, id est, medius dexterior, & medius sinisterior, & omnino qui non est funarius, sic* (jugalis) *appellatur*. Suidas Tom. I. p. 1135. B.

Παρήοροι, παράοροι, παράσειροι. Id est, *Equi funarii*. Nos *Cavalli da Bilancia, o Balancini*.

Παρήορος ἵππος ὁ ἐκτὸς (ἐκ τοῦ) ἅρματος τρέχων. Bulengerus p. 195. A. legit pro ἐκ τοῦ, ἔξω, *funalis Equus, qui extra currum currit*. Hesychius Hom. *Iliad.* l. v. 67. dixit Τείχεος ἐκτός. *Murum extra*.

Ζυγαῖοι μὲν φῶς καὶ ἀθανασία, ἀκροτῆρες δικαιοσύνη, καὶ ἀλήθεια. Id est, *Jugales quidem lux, & immortalitas, funales justitia, & veritas*. D. Chrysost. *oratione de Circo* apud Buleng. p. 74. B.

Ιππεῦσιν μὲν πρῶτα ποδώκεσιν ἀγλαὰ ἄεθλα
Θῆκε, γυναῖκα ἄγεσθαι ἀμύμονα ἔργ' εἰδυῖαν,
Καὶ τρίποδ' ὠτώεντα δύω καὶ εἰκοσίμετρον.

Id est,

Agitatoribus primum quidem pernicibus illustria munera
Posuit, mulierem adducere inculpatam, opera scientem,
Et tripoda ansatum duarum & viginti mensurarum.

Achilles apud Homerum *Iliad.* Ψ. v. 262.

Αθλον ἐκ τοῦ θλῶ. τὸ τῷ καρτεροῦντι καὶ νικῶντι διδόμενον. Id est, *Præmium, quod toleranti, & vincenti datur*. Etymol. Magn. p. 25. v. 31. sed evidentius Manuel Moschopulus *de Nomin. Atticis*, unde hæc noster.

Αθλον καὶ βραβεῖον. τὸ αὐτὸ, ὡς λῆμμα καὶ δῶρον. λέγεται γὰρ οὕτω τὸ διδόμενον γέρας τῷ νικήσαντι ἀθλητῇ, ἀπὸ μὲν τῶν διδόντων αὐτὸ βραβευτῶν, βραβεῖον, ἀπὸ δὲ τῶν ἀθλούντων, ἆθλον, καὶ ἔπαθλον λέγεται. —— Αθλοφόρος δὲ ὁ νικητής. Id est, *Athlum, & Bravium idem, ut lucrum, & donum. Dicitur sic quod datur præmium vincenti Athletæ*. Απὸ τῶν βραβευτῶν, *qui illud dant*, βραβεῖον: ἀπὸ τῶν ἀθλούντων, *ab illis, qui certant, & pugnant*, Αθλον, & ἔπαθλον *appellatur. Athlophorus vero* (dicitur) *qui præmium reportat*. Vide Thom. Magistrum in βραβεύς. Auctor Etymol. Magni aliam Bravii affert Etymologiam p. 210 v. 46. nempe,

Βραβεῖον. ἀπὸ τοῦ ῥάβδος, ῥαβδεῖον. καὶ τροπῇ τοῦ δ. εἰς β. καὶ ὑπερβιβασμῷ βραβεῖον. λέγεται δὲ τὸ βασιλικὸν σκῆπτρον. ἐξ οὗ καὶ βραβευταὶ, οἱ τὰς βασιλικὰς ῥάβδους κατέχοντες, καὶ τοῖς νικῶσι τοὺς στεφάνους διδόντες, καὶ βραβεῖον λέγεται ὁ παρὰ τῶν βραβευτῶν διδόμενος στέφανος τῷ νικῶντι. βραβεῖον, *Bravium*. ἀπὸ τοῦ ῥάβδος, ῥαβδεῖον. *Et mutatione d. in b. & traductione fit* βραβεῖον. *Bravium dicitur etiam Regium scriptum. Ex quo etiam* βραβευταὶ *gestantes regias virgas, & Victoribus coronas distribuentes. Et dicitur* βραβεῖον *Bravium, quæ* παρὰ τῶν βραβευτῶν *datur corona victori*.

Οἱ νικηταὶ, id est, *Victores* dicuntur, quasi μισθὸν καὶ τιμὴν τοῦ ἀγωνίσματος, *Mercedem, & honorem certaminis* reportantes.

Παλία ἀγὼν (παλλία ἀγὼν) ἀπὸ τοῦ παλεῖν. Id est, *Lucta certamen a* παλεῖν *vibrando*. Phavorinus in *lex. Magno* p. 1418, p. 42.

Χρυσείοισιν, ἐγὼ δ' ἱλαροῖς ἐλέγοισιν. Id est, Donant *aureos, ego hilares elegos*.

Νίκην παρὰ τὸ μὴ εἴκειν, Id est, *a non cedendo* dicunt victoriam. ἀείφυλλον *semper florentem*. βιαίαν, *vivacem*.

Στεφανοῦται δὲ ὁ Αλέξανδρος, καὶ διαβαίνει τὸ νικητήριον ἐστεμμένος. στεφανοῖ γὰρ αὐτὸν Ολύμπιος ὁ βραβεὺς τὸν κότινον στέφανον παρὰ τῷ Ολυμπίῳ διῒ, καὶ λέγει αὐτῷ ὁ τοῦ διὸς μάντις, Αλέξανδρε προμηνύει σοι ὁ Ολύμπιος τὸν κότινον στέφανον παρὰ τῷ Ολυμπίῳ διΐ· θάρσει, ὥσπερ νικόλαον ἐνίκησας, οὕτω πολλοὺς νικήσεις ἐν πολέμοις. ὁ δὲ Αλέξανδρος λαβὼν τὴν κληδόνα ταύτην ἔχαιρεν. Id est, *Coronatur autem Alexander, & transit per stadium victorum more coronatus. Coronat autem eum Olympius judex oleastri corona apud Jovem Olympium, & dicit ei Vates Jovis: Alexander, denuntiat tibi Olympius oleastri coronam apud Jovem Olympium: confide, ut vicisti Nicolaum, sic multos vinces bello. Alexander hoc omine lætus abiit*. Apud Bulengerum p. 141. C. D. Callisthenes.

Σύμβολον νίκης, id est, *Symbolum Victoriæ*.

Ακρα φέροντα καρήατι σύμβολα νίκης.

Id est,

Id est, *Alta ferentem capite symbola Victoriæ.*

Ἐν δὲ τοῖς ἀγῶσι πρῶτον ἡ τῶν ἀθλητῶν δόσις ἦν, δεύτερον δ' ὁ ἐπιγερμός, τρίτον ἡ φυλλοβολία, τελευταῖον ὁ στέφανος. Id est, *in certaminibus primum erat Athletarum munus donarium, secundum plausus, tertium foliorum sparsio, postremum Corona.*

Ἀγγύρτας ἀτροίζοντας (ἀθροίζοντας) ἐν ἀγύρει. Id est, *Circulatores quasi congregantes* (populos) *in concione.*

Φυλλοβολίαν, id est, *Sparsionem foliorum.*

Λοιπὸν ἀπόκειταί μοι ὁ τῆς δικαιοσύνης στέφανος. Id est, *Quod reliquum est, reposita mihi justitiæ corona.* D. Paulus.

Στέφος ἀπὸ τοῦ στέφω, id est, *a promitto.*

Μυρσίνης στεφάνοις ἐν Θήβαις στεφανοῦνται οἱ νικῶντες τὰ Ἰολάϊα. Id est, *Myrti coronis Thebis coronant vincentes Iolaia.* Meursius in *Græcia feriata* pag. 172. Schol. Pind. *Isthm.* od. IV. p. 460. & affert ibi rationem cur *myrto coronentur*, μυρσίνῃ γὰρ στεφανοῦνται, διὰ τὸ εἶναι τῶν νεκρῶν στέφος, id est, *Quod myrtea corona sit mortuorum.*

Ἔθος ἦν στέφανον τιθέναι πρὸ τῶν θυρῶν ἐξ ἐρίων. Textus mutilatus. Sic enim legitur apud Hesychium, Στέφανον ἐκφέρειν. Ἔθος ἦν ὁπότε παιδίον ἄρρεν γένοιτο παρὰ Ἀττικοῖς, στέφανον ἐλαίας τιθέναι πρὸ τῶν θυρῶν, ἐπὶ δὲ τῶν θηλειῶν, ἔρια διὰ τὴν ταλασίαν. Meursius legit Ταλασιουργίαν, *Att. Lect.* lib. XVII. cap. X. pag. 186. Id est, *Mos erat si quando proles mascula nasceretur apud Athenienses, coronam oleaginam ponere ante portas, pro fœmellis vero laneam.*

Μίτρας ἔνδοθεν τῶν στεφάνων καὶ διαδήματα ποικίλα εἰώθασι συνδεῖν. Id est, *Mitras interius coronarum & diademata variegata fasciolis vincere consueverunt.* Vetus Scholiastes Pind. *Olymp.* od. IX. p. 92.

Τοῖς γὰρ εὐωχουμένοις περιέκειντο οἱ στέφανοι καταψύχοντες τὸ κρανίον ἀπὸ τῆς τοῦ οἴνου θέρμης. Id est, *Bene se invitantibus circuminjiciebantur coronæ, refrigerantes cranium a vini vapore.* Scholiastes Aristophanis in *Avibus* pag. 563. F. Illud plane singulare est, & perditissimi luxus nota, quod ex Festo nos docet M. Antonius Muretus ad illud Catulli, *Cænabis bene mi Fabulle apud me*, &c. Solitos Veteres corollis aviculas quasdam alligare; quarum & cantu assiduo, & crebris rostri, unguiumque puncturis efficeretur, ne ipsi inter potandum obdormiscerent. Editionis Aldinæ MDLXII. p. 24. 6.

Στεφάνοσαν (στεφάνωσον) τὴν κελέβην, τῷ λεπτοτάτῳ καὶ ἐξαιρέτῳ ἐρίῳ τοῦ προβάτου. κελέβη ξύλινον ποτήριον. Scribe, τοῦ προβάτου τῷ φοινικῷ, ἤγουν τῷ κοκκίνῳ, ξύλινον δὲ ποτήριον φασὶν εἶναι τὴν κελέβην. Hoc est, *Coronato poculum tenuissima & electa lana ovis phœnicea videlicet Coccina, ligneum vero Poculum ajunt esse* τὴν κελέβην. Cur autem Testylis jussa fuerit a venefica illa coronare poculum lana, eaque rubra, cum docet ibid. p. 38. Scholiastes; ut scilicet Amator συνεργοῦντος τούτου πρὸς τὰς φαρμακείας θεραπεύεται, *eo cooperante deliniatur ad medicamenta recipienda*; tum manifestissime evincit Poeta ipse Idyl. II. v. 2.

Στέψον τὰν κελέβαν φοινικέῳ οἰὸς ἀώτῳ,
Ὡς τὸν ἐμοὶ βαρὺν εὖντα φίλον καταθύσομαι ἄνδρα.

Id est,

Coronato poculum punicea ovis lana,
Ut me male habentem amicum excantem virum.

Κάλλιστον μὲν ἰδεῖν, ἀθλεῖν δ' οὐ χείρονα μαρφῆς (μορφῆς)
Ὃς πατέρων ἀγαθῶν ἐστεφάνωσι (ἐστεφάνωσε) πόλιν.

Id est,

Pulcherrimum quidem videre, certare autem haud pejorem forma,
Qui parentum bonorum coronavit civitatem.

Anthol. lib. I. *Epigr.*

Ἐστέφεσαν (ἔστεψαν) πάτραν, id est, *Coronaverunt Patriam.* ibid. lib. VI. epigr. I.

Παραγώδας, χιτὼν παρὰ Πάρθοις, id est, *Paragauda, tunica apud Parthos.* Sic legendum apud Hesychium pro παραραγωγὰς admonuit me ex Salmasio *ad Trebel. Pollionem* pag. 342. Patavini Cœli clariss. lumen Octavius Ferrarius in suis eruditissimis *notis ad Hesychium* nondum editis.

Φορέσας στιχάριον ἄσπρον, παραγαῦδιν, καὶ αὐτὸ ἔχον χρυσᾶ πλουμμία βασιλικά. Id est, *Cum tulisset tunicam albam, paragaudem, ipsamque habentem aureas plumas Regias.* Consule Meursii *Glossarium* in verbis στιχάριον pag. 529. ἄσπρον p. 58. παραγαῦδις p. 403. πλουμμίον p. 431. ubique leges eadem repetita ex *fastis Siculis*.

CAP. XII.

Βέλος, id est, *Sagitta, missile, telum omne, quod jacitur.*

Βάλλω, id est, *Sagitto, vulnero, jaculor, mitto*, ut βάλλ' ἐς κόρακας, *Abi in malam Crucem.*

Ὀβελίσκος, id est, *Obeliscus*, minutum veru, lapidea columna ad similitudinem veru, unde nomen trahit. Est enim obeliscus diminutivum ab ὀβελός.

Ὀφελίσκος, ὁ εἰς μῆκος ὀφελλόμενος ὀφέλλειν. Id est, *In proceritate acutus*,

Ὀφέλλειν significat τὸ αὔξειν *augere*. τὰς σούβλας, *subulas*.

Ἄρτος ὀβελίας. id est, *panis veru assatus.*

Ἀπὸ τοῦ πυρός, id est, *Ab igne.*

Πυρός, id est, *triticum.*

Ἀπὸ τοῦ ἀκοντίου, id est, *a telo.*

Ἀκόντιον κοντὸς μὲν μακρόν. Ἀκόντιον, id est, *Contus longa hasta.* Apud Phavorinum p. 109. v. 27. legitur distinctum hoc modo: κοντὸς μὲν μακρὸν δόρυ, *Contus quidem longa hasta.* Ἀκόντιον δέ, τὸ βραχύ, καὶ ῥιπτόμενον. Hoc est, Ἀκόντιον *vero brevis, & arsa* (hasta.)

Ἀκή, id est, *Mucro.*

Παρὰ πῦρ ὦπα, id est, *Quod ignem aspectu referat.*

Περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων, id est, *De admirabilibus auditionibus.*

Βράχειν, ἠχεῖν, id est, *resonare.* Nos *Orpello.*

Φοροῦσι δὲ καὶ σφραγῖδα καὶ σκῆπτρον, οὐ λιτόν, ἀλλ' ἐπίσημον, ἔχον ἀπ' ἄνω μῆλον, ἢ ῥόδον, ἢ κρίνον, ἤ τι τοιοῦτον. Id est, *Ferunt autem & sigillum, & sceptrum, non rude, sed insigne habens in summitate malum, vel rosam, vel lilium, vel quid ejusmodi.* Strabo lib. XVI. p. 746. A.

Καὶ ἦσαν ὀκτώ, καὶ ὀκτακόσιοι, καὶ χίλιοι. Id est, *Erant octo, & octingentæ, & mille*: nempe MDCCCVIII.

Ὡς δηλοῦσιν οἱ Περσῶν ὧροι. Id est, *Ut demonstrant Persarum Hori.* Lucianus.

Ἀπὸ τοῦ οὐρεῖν, id est, *a mingendo.* Amictu enim Cynocephali; qui duobus anni temporibus, duodecies in die per singulas nimirum horas urinam reddit, idemque & noctu facit. Unde non immerito suis Clepsydris Ægyptii Cynocephalum sedentem insculpunt; ait Horus Apollo in *Hieroglyphicis* c. XV. ibique Scholiastes Latinus. Quod comprobant Henricus Salmuth in *Comment. ad Panci-rol. Nova reperta* Tit. X. pag. 406. 407. & Pier. Valerianus *Hieroglyph.* lib. VI. cap. V. & ibidem interpretatur Serapidi dicatum animal (quod nullo expresso nomine Victorinus Rhetor memorat eo loco, ubi Tullius in *Rhetoricis* temporis finitionem quærit) fuisse Cynocephalum, non Apidis bovem, ut asserit Amicus noster. Et Gilbertus Cognatus ad illa Luciani. ὡρῶν δὲ διττὰς δηλώσεις, id est, *Horarum duplices declarationes*: quæ leguntur in Tom. II. pag. 49. & p. 751. Sunt, ait, qui Horas ita inventas tradant. Cœli (ajunt) quadraturam in partes duodecim pro ratione Musica dividi, & inde Horarum manasse rationem: & aquam, quæ ex

tenuissima caverna diffluebat, cum per totum diem excepissent, hanc in duodecim partes diviserunt: ex quibus Horis nomen impositum: atque inde etiam vasis ipsis, quibus Horas dimetiebantur, Clepsydræ & Horologia nuncupata. Vide Julii Cæs. Scaligeri *Poem.* pag. 522. edit. Commel. MDCXXI. in 8. Et Jo. Spondanum *Commentar. in Homeri Iliad.* lib. 11. pag. 200. ubi exacte tractat hanc materiam & pluribus auctoribus confirmat.

Φησὶν ἀπολλόδωρος Ἀθήνησι τὴν ἱεροφάντην τῆς κύρης (κόρης) ἐπικαλουμένης, ἐπικρούειν τὸ καλούμενον ἠχεῖον, καὶ παρὰ λάκωσι βασιλέως ἀποθανόντος, εἰώθασι κρούειν λέβητα. Id est, *Apollodorus inquit, Athenis Sacerdotem Proserpinæ, quoties Numen invocaretur, pulsare quam appellant tinnulam, & apud Laconas Rege mortuo consuevere pulsare lebetem.* Scholiastes Theocriti Idyl. 11. p. 44. m.

Tinnulam autem pulsasse Veteres, & in popularium obitu & in lunæ defectionibus (cujus moris exemplum habes apud Tacit. *Annalium* 1. num. 28. edit. Francofurti apud Palth. MDCVI. Et passim apud Poetas) & in sacrificiis. Hujusque moris causam retulisse in Metalli puritatem; auctor est Idem Schol. ibidem, Τὸν χαλκὸν ἐπῇδον ἐν ταῖς ἐλλείψεσι τῆς σελήνης, καὶ ἐν τοῖς κατοιχομένοις, ἐπειδὴ ἐνομίζετο καθαρὸς εἶναι, καὶ ἀπελαστικὸς τῶν μιασμάτων. διόπερ πρὸς πᾶσαν ἀφοσίωσιν καὶ ἀποκάθαρσιν αὐτῷ ἐχρῶντο. ὅτι τοῦ χαλκοῦ ἦχος οἰκεῖος τοῖς κατοιχομένοις. Id est, *Æs pulsabant in defectionibus Lunæ, & in obitu suorum, quoniam putabatur Æs purum esse, & expulsor piaculorum, & inquinationum. Quamobrem ad omnem sanctificationem & purgationem eo utebantur. Æris sonus proprius mortuorum.*

Κώδων vero diffinitur etiam τὸ πλατὺ τῆς σάλπιγγος, nempe *latitudo Tubæ*. Hæc desumpta sunt ex Vetere Scholiaste Sophoclis in *Ajace Mastigoph.* pag. 2. m.

Κώδων δὲ καλεῖται τὸ πλατὺ τοῦ σάλπιγγος. πολλὰ δὲ εἴδη σαλπίγγων. εἰσὶ γὰρ λιβυστικαὶ σάλπιγγες, εἰσὶν αἰγύπτιοι, εἰσὶ τυρσηνικαί. Πρῶτος δὲ ἀρχιχώνδας συμμαχῶν τοῖς ἡρακλείδαις, ἤγαγεν εἰς ἕλληνας τὴν τυρσηνικὴν σάλπιγγα. Id est, Κώδων *vocatur latum Tubæ* —— *Multæ sunt species Tubarum. Etenim sunt Libysticæ Tubæ, sunt Ægyptiæ, sunt Tyrrhenicæ. Primus autem Aricbondas Heraclidarum comes in bello, portavit ad Græcos Tyrrhenicam Tubam.* Κώδων *Tintinnabulum*. Glossa optima p. 524.

Κώθων, id est, *Poculum fictile, potus, ebrietas*. Glossa Aldina pag. 85. de poculis sparsim agit Henr. Salmuth in *Comment ad Pancirolum*. Et ex Musonio Græco multa excerpsit Steph. Niger edit. Med. MDXXI. Pollux lib. x. cap. XIX. & lib. VI. cap. XVI.

Χεῖρας βάλλειν, id est, *Manus jactare*.

Οὐαλερίῳ Ἄπρῳ στρατιώτῃ τυφλῷ ἐχρημάτισεν ὁ Θεὸς ἐλθεῖν, καὶ λαβεῖν αἷμα ἐξ ἀλεκτρυόνος λευκοῦ μετὰ μέλιτος καὶ κολλύριον συνθεῖναι, καὶ ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας ἐπιχρίσαι ἐπὶ τοὺς ὀφθαλμούς. καὶ ἀνέβλεψεν, καὶ ἐλήλυθεν καὶ ηὐχαρίστησε δημοσίᾳ τῷ Θεῷ. Id est, *Valerio Apro militi cæco oraculum reddidit Deus, veniret, & acciperet sanguinem ex Gallo albo, & cum melle collyrium componeret, & per tres dies liniret oculos. Et vidit, & accessit, & gratias egit publice Deo.* In Tabula apud Maphæos Romæ. Hæc Inscriptio cum aliquot aliis ejusdem saporis, legitur apud Hieronym. Mercurialem in *Gymnast.* lib. 1. p. 3. edit. Venetæ apud Junctas MDCI.

Ἱερογραμματεῖς, id est, *Rerum-Sacrarum-scribæ, mantes, Divini.*

Ἀθάνατος Πρωτεὺς Αἰγύπτιος, ὅστε θαλάσσης
Πάσης βένθεα οἶδε, ποσειδάωνος ὑποδμώς.

Id est,

Immortalis Protheus Ægyptius, quique maris
Totius profunda novit, Neptuni minister.

Hom. *Odys.* Δ. v. 385.

Ἡλίου τράπεζαν, id est, *Solis Mensam*.

Σεσόγχωσις, id est, *Sesonchosis*, Viri nomen.

Ἑκατόμπυλαι Epitheton Thebarum Ægyptiarum, quod haberent *centum portas*. *Iliad.* 1. vers. 381.

—— οὐδ' ὅσα Θήβας
Αἰγυπτίας, ὅθι πλεῖστα δόμοις ἐν κτήματα κεῖται,
Αἵθ' ἑκατόμπυλοί εἰσι.

Id est,

—— *Nec quot Thebas*
Ægyptias, ubi multæ in domibus opes jacent,
Quæ centum-portas-habent.

Ὡς ἐσφακέλισέ τε τὸ ὀστέον, καὶ ὁ μηρὸς τάχιστα ἐσάπη. Id est, *Ubi syderatum fuit os & coxa celerrime contabuit*. Herodotus lib. III. pag. 213. de Cambyse.

Ἀφικόμενος δὲ εἰς βαβυλῶνα, καὶ ξέον (ξέων) ξυλάριον μαχαίρᾳ, διατριβῆς χάριν παίει τὸν μηρὸν εἰς τὸν μυῦ, καὶ ἑνδεκαταῖος τελευτᾷ. Id est, *Reversus autem* (Cambyses) *in Babylonem, & aptans surculum gladiolo, ocii causa vulnerat coxam in musculum, & intra dies undecim occumbit.* Ex Ctesiæ *Persicis Histor.* excerptæ apud Herodotum sæpius laudatum p. 662. num. 3. B.

Ἀνακεῖσθαι δὲ ἐν τῷ διὸς ὀβελίσκῳ σμαράγδους τέτταρας, μῆκος μὲν τετταράκοντα πηχῶν, εὖρος δὲ τῇ μὲν τέτταρας, τῇ μὲν δύο. Id est, *Posuit autem in Jovis obelisco smaragdos quatuor, altitudo quidem quadraginta cubitorum, latitudo vero qua quatuor, qua duo.* Theophrastus *de lapidibus*.

Οντως μυρμήκων τρυπήμματα (τρυπήματα) λοξά, καὶ ὀρθά
Γράμματα τῶν Λιβυκῶν Λύδια καὶ Φρύγια.

Id est,

Sane formicarum foramina detorta, & recta
Literæ Libycorum, Lydiæ, & Phrygiæ.

Nicarchus.

Ος (Καμβύσης) τὰ μὲν πυρὶ, τὰ δὲ σιδήρῳ διελωβᾶτο τῶν ἱερῶν ἀκρωτηριάζων, καὶ περικαίων, καθάπερ καὶ τοὺς ὀβελίσκους ὧν δύο καὶ εἰς Ῥώμην ἐκομίσθησαν, οἱ μὴ κεκωμένοι τελέως. Id est, (*Cambyses*) *Templorum alia quidem igne, alia vero ferro devastabat abscindens, & comburens, quemadmodum etiam obeliscos, quorum duo etiam Romam delati sunt haud omnino corrupti.* Strabo lib. XVII. p. 805. B.

ἡμίθεος, id est, *Semideus*.

Βασιλεὺς μέγας Πτολομαῖος υἱὸς βασιλέως Πτολομαίου καὶ βασιλίσσης Ἀρσινόης, Θεῶν ἀδελφῶν, τῶν βασιλέων Πτολομαίων, καὶ βασιλίσσης Βερενίκης Θεῶν σατήρων (σωτήρων) ἀπόγονος. τὰ μὲν ἀπὸ πατρὸς Ἡρακλέους τοῦ Διὸς, τὰ δὲ ἀπὸ μητρὸς Διονυσίου τοῦ Διὸς, τὰ δὲ ἀπὸ μητρὸς Διονυσίου τοῦ Διός· Id est, *Rex magnus Ptolomæus filius regis Ptolomæi, & Reginæ Arsinoæ Deorum fratrum, Regum Ptolomæorum & Reginæ Berenices Deorum salvatorum oriundus. Exparte quidem patris, Herculis Jovis: ex parte vero Matris, Dionysii Jovis.* Apud Leonem Allatium Vir eruditiss.

Ἀμμὼν ἡμίθεος, id est, *Ammon semideus*.

Αἰγυπτίων ἐβασίλευσεν Ἄρης ἡμίθεος, Id est, *Ægyptios inter regnavit Mars semideus.*

Μετὰ δὲ τὴν ἑρμοῦ τελευτὴν ὁ ἥφεσος (ἥφαιστος) ἐπὶ τέσσαρα ἥμισυ ἔτη ἐβασίλευεν ἐν Αἰγύπτῳ. Id est, *Post Mercurii obitum, Vulcanus ad quatuor annos & dimidium regnabat in Ægypto.*

Πᾶσιν ὁμῶς ἀναφαίνεται, id est, *Omnibus æqualiter apparet.*

Ηέλιος, δ' ὃς παύτ' ἐφορᾷς, κ) παύτ' ἐπακύεις.
Id est,
Sol, qui omnia vides, & omnia intelligis.
Homerus.
—— *πανίσκοπον ὄμμα δίκης.*
—— *Omnia-explorans oculus Justitiæ.*
Julianus Anthol.

Oμμα δίκης, id est, *Oculus Justitiæ*. Hæc finxit noster ex ipsa Versione, quæ dicit, *Justitiæ oculum testor*. Textus enim Græcus Aristæneti legit, Καί *με, νὴ τλὼ δίκλω, ὑπὲρ τλὼ μοιχείαν, ὁ γέλως λυπεῖ. Et me, Justitiam testor, magis ipso adulterio ludibrium afficit.*

Πᾶσαι δὲ σκοπιαί τοι ᾄδον κ) πρώονες ἄκροι
Ὑψηλῶν ὀρέων.
Id est,
Omnes autem speculæ cantabant, & vertices summi
Altorum montium.
Hom. in *Hymno Apoll.* v. 22.
——— *κύει-*
Ον, ὃς παύπων τέλος οἶδα, κ) πάσας κελδύθυς.
Id est,
——— *Dominum,*
Qui omnium finem nosti, & omnes vias.

Ευστεφάνῳ ἐνὶ Θήβῃ, id est, *bene-coronata in Thebe. ἐυτειχίσῳ, Muris bene septa. πέργαμοι, pinnæ murorum.*

Η πέργαμος, ἤγυν ἡ ξοχὴ (ἐξοχὴ) τῦ τείχυς. Id est, *πέργαμος, videlicet eminentia muri*. Palla, id est, pila, *πάλλεται vibratur*; Pilæ genera IV. affert eruditissimus Mercurialis *Gymnast.* lib. II. c. IV. p. 86. E. nempe.

Μεγάλλω σφαῖραν, μικραν σφαῖραν, κενλὼ σφαῖραν, κ) κώρυκον. Hoc est, *Magnam pilam, Pilam parvam, Pilam inanem, Corycum*. Pila solo vento sive aere plena. Videndus Georg. Erhardus in *Symbolis ad Petronium* pag. 803. edit. Lugdun. MDCXV. apud Paulum Frellon.

Επὶ ςηλιδίων ἀνακεῖσθαι δελφῖνας, ἐπιγραφλὼ ἔχοντας, ΚΥΡΙΝΑΙΩΝ ΘΕΩΡΩΝ. Id est, *Super columnulas positos esse Delphinas hanc inscriptionem habentes*. Cyrenæorum ad solemne spectaculum missorum. Strabo lib. I. pag. 49. B. & p. 56. D.

Απαύπων δοκεῖ εἶναι ζώων τάχιςον, κ) τῶν ἐνύδρων, κ) τῶν χερσαίων, καὶ ὑφάλλονται (ὑπερβάλλονται ϳ) πλοίων μεγάλων ἰςὑς. Id est, *Delphinus omnium creditur esse animalium velocissimus, & aquatilium, & terrestrium, & supersiliunt navium magnarum malos*. Aristoteles lib. IX. *Hist.* cap. XLVIII. p. 1083. E. idem ex Aristot. recitat Ælianus *de Animalibus* lib. XII. cap. XII. pag. 706. & Plinius lib. IX. cap. VIII. p. 219. v. 42. Aldr. *de Pisc.* p. 706.

Ως δ' ὅτε Νηρείδων τις ὑπερκύψασα θαλάσσης
Εζομένη δελφῖνι.
Idest,
Ut quando Nereidum aliqua emersit e mare
Insidens Delphini.
Nonnus *Dionysiac.* lib. II.
Καὶ διερὸν Δελφῖνα προΐσχετο.
Id est,
Et madidum Delphina prætendebat.
Anthol. lib. I. Christod.
—— *Ανθρώποις δ' ἀεὶ*
Ο μεν πονηρὸς, ὐδεν ἄλλο πλλὼ κακός.
Id est,
—— *Inter homines vero semper*
Malus quidem nihil aliud, quam malus.
Euripides in *Hecuba* v. 595. p. 53.
Μήτιδ' ἡνίοχος περιγίνεται ἡνιόχοιο,
Id est,
Neque Auriga nascitur ex Auriga.
Homerus:
Εστιν δ' ἀφάνεια τύχας

A *Καὶ μαρναμένων.*
Id est,
Est autem incertitudo fortunæ
Etiam pugnantium.
Pindarus *Isthm.* od. IV. p. 455. M.
Ως μεταβολαῖς χαίρυσα παντοίαις τύχη.
Id est,
Quam vicissitudinibus es gaudens multiplicibus, fortuna?

Εν θεῷ γε μαν τέλος. *In Dea*, id est, Fortuna, *quidem finis*, id est, victoria. Pindarus.
Αδυπνόῳ τέ νιν ἀσπάζοντο φωνᾷ,
Χρυσέοις ἐν γύνασιν πιτνῶντα νίκας.
B Id est,
Et dulciter spirante (id est, amica) *illum salutarunt voce,*
Aurea in genua collapsum Victoriæ.
Pind. *Isthm.* od. II. v. 447.
—— *Οφρα βοὸς χρυσὸν κέρασιν περιχεύῃ.*
Id est,
Ut bovis aurum cornibus circumfundat.
Homerus *Odyss.* γ. v. 426. Et superius v. 384. dixerat Noster.
Τλὼ τοι ἐγὼ ῥέξω, χρυσὸν κέρασι περιχεύας.
Id est,
C *Hanc tibi ego mactabo, aurum cornibus circumfundens.*

Χρυσόχοον, id est, *Bractearium*.

Ουδὲν πρὸς ἄλφιτον (ὐδὲν πρὸς τ' ἄλφιτα,) id est, *Nihil ad farinas*. Proverbium ad artes steriles ut Poeticen, Criticam, & hujusmodi, recte detortum. P. Manutius edit. Ursellis MDCIII. p. 903.

Ουδὲν ἀκιδνότερον γαῖα τρέφει ἀνθρώποιο
Παύπων ὅσσατε γαῖαν ἐπιπνείει τε κ) ἕρπει.
Id est,
Nihil imbecillius terra nutrit homine
Omnium quæcunque terram super spirantque, & serpunt.
D Hom. *Odyss.* Σ. v. 129.

Υπὸ τ̃ νίκης σεφανῦσθαι, id est, *A Victoria coronari.*

CAP. XVIII.

Πανήγυρις, πᾶν ἀγείρω, id est, *Nihil non congrego.* Panegyris definitio hæc legitur apud Etymol. Magnum, p. 650. *Πανήγυρις ἑορτὴ, συνάθροισις. ἀπὸ τ̃ ἄγυρις, εἰς λὼ παύτες ἀγείρονται, Panegyris est festum, congregatio, ad quam omnes congregantur.*

Ημέρας ὖν ὀρθρείσης (ὁρισθείσης) ἐ τ̃ δήμυ συνελθόντος εἰς τ̃ Φλαμίνιον ἱππόδρομον, ὁ μεν φύλβιος [βίβλος] ἀναβὰς κατηγόρησεν. ὁ ϳ Μάρκελλος ἀπολογεῖτο (ἀπελογεῖτο.) Id est, *Die igitur definita, cum* E *populus confluxisset in Flaminium Circum, Bibulus cum suggestum ascendisset accusavit eum: Marcellus autem respondebat*. Plut. in *M. Marcello* p. 314. B. *Τοῖς ὅπλοις τ̃ πολεμίων ὖσι παμπόλλοις, κ) τοῖς βασιλικοῖς μηχανήμασι τ̃ Φλαμίνιον ἱππόδρομον διεκόσμησε.)* Id est, *Scutis hostium existentibus quamplurimis, & Regiis machinis Flaminium Circum adornavit*. Idem in *Lucullo* p. 517. C.

Ου μλὼ ἀλλὰ κ) τύτυς δὲ τῶν ἄλλων τὺς περιγενομένυς εἰς ἑξακισχιλίυς, ἀθροίσας παρὰ τὸν ἱππόδρομον, ἐκάλει τλὼ σύγκλητον εἰς τὸ τῆς Ενυῦς ἱερόν. Id est, *Nihilominus & hos, & quot quot aliorum superexistentes ad sex millia, cum coegisset in Circum* F *Flaminium, vocabat Senatum in Bellonæ templum.* Idem in *Sylla* p. 471. E.

Προελθὼν δ' ὁ Κικέρων ἐκάλει τλὼ σύγκλητον εἰς τὸ τοῦ Στησίυ Διός ἱερὸν, ὃν Στάτωρα Ρωμαῖοι καλῦσιν, ἱδρυμένον ἐν ἀρχῇ τῆς ἱερᾶς ὁδῦ. Id est, *Progressus autem Cicero, vocabat Senatum in Statoris Jovis templum, quem Statorem Romani appellant, ædificatum in capite Viæ sacræ*. Idem in *Cicerone* p. 868. D.

Χαλκὸς, Æs. Quamquam, si credimus Apollonio

apud Schol. Apollonii lib. I. p. 758. B. χαλκὸς significaret etiam *Ferrum*. Sed præstat ipsum audire, Ἀπολλώνιός φησιν ἐν πρώτῳ τῶν ὑπομνημάτων τὸν σίδηρον ὑπὸ τῶν ἀρχαίων χαλκὸν λέγεσθαι. Id est, *Apollonius ait in primo libro Commentariorum ferrum ab Antiquis χαλκὸν (Aes) dici*.

Ἀπὸ τοῦ καταπλεῖν, id est, *a navigando*.

Πυροφόροι δὲ κατ' αἰγλήεντα νῆες ἄγουσιν ἀπ' Αἰγύπτου πλοῦτον, lege

Πυροφόροι δὲ κατ' αἰγλήεντα
Νῆες ἄγουσι ἀπ' Αἰγύπτου
Μέγιστον πλοῦτον.

Id est,

Frumenti-feræ vero splendide
Naves ducunt ab Ægypto
Maximas divitias.

Bacchylides Ceus Poeta Lyricus apud Athenæum *Deipnosoph.* lib. II. pag. 39. F. edition. Commelianæ MDCXI. fol.

Ἤκουσα δ' ἐν τῇ Ἀλεξανδρείᾳ παρὰ τῶν ὑαλουργῶν, εἶναί τινα καὶ κατ' Αἴγυπτον ὑαλῖτιν γῆν, ἧς χωρὶς οὐχ οἷόν τε τὰς πολυχρόους καὶ πολυτελεῖς κατασκευὰς ἀποτελεσθῆναι. Id est, *Audivi autem in Alexandria a Vitrariis esse quandam & apud Ægyptum vitrariam terram, qua sine haud possibile est multi-colores, & sumptuosas structuras esse perfectas*. Strabo lib. XVI. p. 758. B.

Γνοίη δ' ἄν τις ἔν τε τῇ Ἀλεξανδρείᾳ, καὶ τῇ Διχαιαρχίᾳ (Δικαιαρχίᾳ) (γενόμενος,) ὁρῶν τὰς ὁλκάδας ἔν τε τῷ καταπλῷ, καὶ ἐν ταῖς ἀναγωγαῖς ὅσον βαρύτεραί τε καὶ κουφότεραι δεῦρο κἀκεῖσε πλέοιεν. Id est, *Sentiet autem si quis & in Alexandria & Puteolis sit, videns Naves onerarias & in accessu, & in recessu quanto graviores, & leviores ultro citroque navigent.* Idem Strabo lib. XVII. p. 793. A.

Ἀπὸ καταστῆναι, *a sistendo*, eo quod ibidem sisterentur servi venalitii. δουλοδοχεῖον, δουλοπρατήριον, id est, *Locus ubi asservabantur servi: forum, vel lapis unde mancipia vendebantur*.

CAP. XIX.

Δρᾶν, id est, *agere*.

Ἀγείρω, id est, *Congrego*, ἀγὼν, *agens*. ἀγορα, *forum*, *nundinæ*.

Παρὰ τοῖς βοιωτίοις, id est, *Apud Bœotios*. ἀπὸ τὸ ἄγειν, *Ab agendo*. Varinus p. 798. v. 6.

Διὰ τὸ κυκλοτερῆ εἶναι, καὶ μὴ ἔχειν γωνίαν. Id est, *Eo quod sit orbicularis, nec habeat angulum*. Etymol. Magnum; eadem fere Triclinius p. 158. pag. 15. v. 54.

CAP. XXV.

Λαβίκων (λαβικὸς) Strabo lib. V. p. 237. B. ait τῷ παλαιῷ λαβικῷ, id est, *Veteri Labico*; hodie appellatur *Zagarualo*. Cluverius *Ital. Antiquæ* lib. III. pag. 947.

CAP. XXVI.

Σκευάζεται δὲ ἐξ αὐτοῦ καὶ οἶνος, ὁ λεγόμενος ἀψινθίτης. Id est, *Conficitur ex eo Vinum, quod dicitur Absinthites*. Dioscorides lib. III. cap. XXVI p. 146. B.

CAP. XXVII.

Ἀσίας εὐρειχώρου (εὐρυχώρου)
Τρίπολιν νᾶσον πέλας
Ἐμβόλῳ νέοντας (ναίοντας.)

Id est,

Asiæ lati-territorii
Tres-Urbes habentem insulam prope
Embolum habitantes.

Ubi vetus Scholiastes, Ἔμβολον δὲ Ἀσίας ἡ Λυκία. διὰ τὸ οὕτω παρατετάσθαι τὴν γῆν ὡσεὶ πόλεως ἔμβολον, ἢ τριήρους. ἔμβολα γὰρ, τὰ τῶν πλοίων ὀξέα. ἃ δὴ σιμώματα καλοῦσιν —— ἐκ γὰρ πολλῶν καὶ πλατέων τῶν παρακειμένων πετρῶν, εἰς ὀξὺ λήγει μέρος ἡ χώρα. Id est, *Embolum, & embolus, Asiæ Lycia, quod ita sita sit terra, ut urbis embolum, vel trire-*

A *mis. Embola enim sunt navium rostra; quæ etiam* σιμώματα *appellant*, id est, *simitates, depressiones, retusionesque. —— Ex multis enim & latis petris adjacentibus in acutam desinit partem ea regio*. Pind. *Olymp.* od. VII. p. 61. f. p. 62. m. eadem fere Triclinius pag. 158. p.

Ὅτι Εὔριπος ὀνομάσθη ἡ μέση τοῦ ἱπποδρόμου κρηπὶς ἐκ τοῦ θαλαττίου Εὐρίπου. Id est, *Quod Euripus nominatur media Hippodromi profunditas, ex maris Euripo*. Joannes Lydus.

Καὶ ποταμὸς ἐστὶ ἐν μέσῳ σταδίῳ.
Et Fluvius est in medio stadio.

B Idem, τὸ δὲ μέσον (Κίρκη) αὐτοῦ ἐποίησε ξυλουργὲς, ὀνομάσασα τοῦτο εὔριπον ἀπὸ τοῦ θαλαττίου εὐρίπου. Id est, *Medium ipsius (Circe) fecit opera fabrili, appellavitque ipsum Euripum a maris Euripo*. Idem. Vide Joseph. Scalig. *Notas ad Manil.* pag. 326.

—— ἐν γὰρ ἐκείνῳ
Πᾶσα χθὼν ἅτε νῆσος ἀπείριτος (ἀπείρητος,) ἐστεφάνωται;
Οὐ μὴν πᾶσα διὰ πρὸ περίδρομος, ἀλλὰ διαμφὶς
Εὐρυτέρη βεβαῶα (βεβαῦα) πρὸς ἠελίοιο κελεύθους,

C Σφενδόνῃ εἰοικυῖα.

Id est,

—— *etenim in illo*
Tota terra, velut Insula interminata, coronatur:
Non tamen tota in universum rotunda, verum utrinque
Latior, cum vertit se ad Solis cursus,
Fundæ similis.

Dionysius in *Periegesi* v. 3. ubi Scholiastes Eustath. pag. 8.

Σφενδόνῃ δὲ, inquit, τὴν οἰκουμένην εἰκάζει ὁ Διονύσιος, ἢ τῷ λιθοβόλῳ ὀργάνῳ, ἢ καὶ αὐτῇ τῇ σφεν-

D δόνῃ τοῦ δακτυλίου. Id est, *Fundæ vero Terram similem fingit Dionysius, seu instrumento, quo lapides jaciuntur, seu ipsi palæ annuli*. Noster alteram amplectens, damnat alteram dicens. Atque ita non est σφενδόνη ibi instrumentum εἰς λίθων βολὰς ἐπιτήδιον, sed τοῦ δακτυλίου περιφέρεια. Id est, *Instrumentum ad lapidum jactus idoneum, sed annuli circumferentia*. Sed vereor, ne cui similitudo, quam habet pala fundæ, cum pala annuli; & hujus circumferentia cum habenis illius tanta fortasse videatur; ut censeat, quam minimum aut omnino nihil inter utrumque interesse.

E Τὸν δὲ ἐπὶ τὰς θύρας καμπτὸν τὴν ἀνατολὴν, καὶ τὸν ἐπὶ τὴν σφενδόνην τὴν δύσιν. Id est, *Metam vero ad Carceres* (designare) *orientem, metam ad fundam, occasum*, ὥς φησι χάραξ, *Ut ait Charax*. Hæc, quæ noster adscribit Jo. Antiocheno, totidem ipsissimis verbis leguntur in Cedreno apud Bulengerum pag. 133. B.

Ὁ Ρώμολος (Ρωμύλος) τυποῖ τὸν ἐπὶ τὰς θύρας καμπτῆρα τὴν ἀνατολὴν, καὶ τὸν ἐπὶ τὴν σφενδόνην (τῇ σφενδόνῃ) τὴν δύσιν. Id est, *Romulus designavit eam quæ est ad Carceres, metam, Ortum: eamque quæ est in funda, Occasum*. Sequitur idem Cedrenus ibidem, τὰ δ' ἑπτὰ σπάτια τὸν δρόμον τῶν

F ἑπτὰ πλανητῶν, τὸν δ' ἀέρα οὐρανόν. Id est, *Septem spatia, cursum septem Planetarum; aerem, in quo curritur, Cælum* (statuit) Apud eundem Bulengerum p. 130. D.

Καὶ οὕπως ἀτίμως ἐπὶ τὸ θέατρον ἀπαχθεὶς μετὰ γελοιώδου (γελοιώδους) θριάμβου, καὶ τοῦ οἰκτροῦ ἐκείνου, καὶ παιζομένου ἐπὶ καμήλου ὑψώμενος [ὑψώματος,] ὅπερ ἄνωθεν καθέβη [κατέβη] αὐτόχρημα, ἐκ ποδῶν ἀναρπᾶται, τινῶν ἀναψάντων ἐκ φελλύρας καλώδιον, κατὰ τούτους (τοὺς) περὶ τὰς ἐπικλινεῖς τὸν τράχηλον ἐκ χαλκοῦ πεποιημένας λύ-

καιναν, καὶ ὑαίναν ἀλλήλαις ἀντιβλεπέσας, καὶ πρὸς ὀργλὼ (ὀργλὼ) ἐμσεσιμωμένας ἱσαμένες δύω σιλίσκες (σηλίσκες,) καὶ λίθον ἐπικείμενον ἔχοντας. Id est, *Et sic ignominiose in Theatrum abactus cum ridiculo triumpho; & miserabili illo, cui illudebatur, Camelo detractus, quique descendit ipsissimus pedibus suspenditur, quibusdam alligantibus ex philyra funem, juxta (prope inflexas collum ex ære factas Lupam, & Hyænam invicem obtuentes se, & ad iracundiam concitatas) stantes duas columnulas, & lapidem impositum habentes.* Eadem sic vertebat Hieronym. Wolfius. *Ita ignominiose in Theatrum ridiculo triumpho perductum, ac misero illo Camelo detractum, juxta duas Columellas, quibus superne lapis incumbit, prope æneam Lupam, & hyænam, quæ inflexis cervicibus quasi altera in alteram impetum factura, concitatæ astant, pedibus suspendunt fune alligatis.* Nicetæ Choniatæ *Annal. in Imper. Andronici* p. 175. edit. Basileensis apud Oporinum MDLVII. fol. Agit de ipso Andronico exauctorato, & popularibus injuriis exposito.

Καίτοι λόγος διαρρέων καὶ ἐς ἡμᾶς ἵκετο, ὡς ἵππων ἀγομένης ἁμίλλης, ἐκτείνας τὴν χεῖρα Ἀνδρόνικος δακτύλῳ ἐπέδειξε [ὑπέδειξαι] τῷ ἐξαδέλφῳ καὶ βασιλεῖ Μανουὴλ τὰς [τοὺς] κίονας, ὧν αὐτὸς μέσως (noster correxit μέσῳ) αὐήρτηται, εἰπών, Ὡς ἐκεῖσε μέλλει ποτὲ βασιλεὺς Ῥωμαίων ἀπαιωρηθῆναι, κακῶς παθὼν ὑπὸ τοῦ τῆς πολιτείας πληρώματος. Hoc est, *Quamquam sermo perfluens, etiam ad nos pervaserit, quod, cum Equorum ederetur certamen, Andronicus digito subindicaverit Patrueli & Imperatori Manueli Columnas, quarum ipse medius suspensus fuit; dicens, quod illic futurum erat aliquando, ut Imperator Romanorum suspenderetur multa male perpessus a populo.* Idem Niceta in *eodem* p. 171.

Οἱ τρεῖς ὀβελοὶ τὴν τρίστιχον φύσιν δηλοῦσι. Id est, *Tres columnæ triplicem naturæ ordinem demonstrant.*

Πυραμίδα, id est, *Pyramidem*, ὀβελίσκον, *Obeliscum.*

Καὶ ποταμὸς ἐστὶ ἐν μέσῳ τῷ σαδίῳ, ἡ καὶ πυραμὶς ἡλίου, ἐπὶ ἄσκιος ὁ τούτου βωμός. Id est, *Et fluvius est in medio stadio, & pyramis Solis, insuper sine umbra* (id est, sub dio) *ejus Ara.* Jo. Lydus.

Καὶ ἄνωθεν μὲν τῆς πυραμίδος βωμοὶ τρεῖς Κρόνου, Διός, Ἄρεος· κάτωθεν δὲ Ἀφροδίτης, Ἑρμοῦ, καὶ Σελήνης. Id est, *Supra Pyramidem quidem Aræ tres Saturni, Jovis, Martis: infra vero Veneris, Mercurii, & Lunæ.*

Δώδεκα δὲ ὕσπληγγες κατὰ μίμησιν τῶν δώδεκα ζωδίων. Id est, *Duodecim autem Carceres ad imitationem duodecim signorum Zodiaci.*

Ἑπτάκις δὲ ἐκύκλουν τὸν Εὔριπον οἱ ἀγωνιζόμενοι, διὰ τὰ ἑπτὰ σάδια εἶναι τὸ μίλιον, καὶ διὰ τοὺς ἑπτὰ πλανήτας. Id est, *Septies autem circum-currebant Euripum aurigantes, & quia septem stadia conficiunt Milium, & propter septem Planetas.* Anonymus.

Ἐκ τοῦ θαλαττίου Εὐρίπου, καὶ τῆς ἑπτάκις αὐτοῦ διαυλοδρομίας. οὕτω γὰρ ἐπ' ἐκείνου φασὶ συμβαίνειν. Id est, *Ex marino Euripo, & septena ipsius reciprocatione: sic enim in illo ajunt contingere.* Jo. Lydus.

Τέτταρσι καὶ εἴκοσι βραβείοις τὸν ἅπαντα συνετέλουν ἀγῶνα, διὰ τὸν ἐν πυραμίδι λόγον. δύω καὶ δέκα γὰρ γωνίας ἡ πυραμὶς ἐπιδέχεται, τουτέστι σερεὰς τέτταρας, ὧν ἑκάστη ἐκ τριῶν. διὰ τῶν δώδεκα ἀριθμὸν εἰς δύο τέμνοντες τὸν τῆς ἡμέρας καιρόν, ἐστὶ [ὥστε] καὶ νῦν τελοῦσι. Id est, *Quatuor & viginti braviis* (id est, cursibus) *totum conficiebant agonem, ob hanc in Pyramide proportionem. Duodecim enim angulos* [seu facies] *Pyramis capit, hoc est, ordines quatuor, quorum quilibet ex tribus constat. Dividentes bifariam per numerum duodecim tempus diei* (naturalis,) *sicuti & nunc faciunt.* Jo. Lydus.

Καὶ ἵππεις (ἱππεὺς) αὐτοῦ, οὐκ ἀπὸ λευκῆς ἐπὶ σφενδόνα μιλιοδρομῶν. Sed ut sententia integra sit, lege περὶ οὗ εἴρηται, ἅρμα ἡνίοχε τοῦ ἰσραήλ, καὶ ἱππεὺς αὐτοῦ οὐκ, &c. Id est, *De quo dictum est, Currus, Currus, Auriga Israel, & eques ejus: non ab alba linea ad Sphendonem Miliario decurrens.* D. Chrysost. in oratione *de Circo* apud Bulenger. pag. 74.

Ὄρος τοῦτο χρηματίζει καλαμῶν ἑνὶ μιλίῳ ἀπὸ τῆς πόλεως. Id est, *Mons ille dicitur culmorum distans uno miliario ab Urbe.* Metaphrastes in *vita S. Theclæ* apud Jo. Meursium in *Glossario* p. 346.

Μίλιον μέτρον γῆς, id est, *Milium, mensura Terræ.* Suidas Tom. II. p. 164. C.

Μιλιάριον, id est, *Miliarium*, Id. Meursius loc. laud. Consule Bulengerum p. 183. Tit. *de Agitatoribus Miliariis*, & Suidam ubi supra; legesque nonnulla digna, quæ sciantur.

ΙΟΥΛΙΑΝΟΣ ΚΑΙΣΑΡ
Ἀλεξανδρεῦσι

Ὀβελὸν εἶναι παρ' ὑμῖν ἀκούω λίθινον εἰς ὕψος ἱκανὸν εἰρημένον ἐπὶ τοῦ κίονος, ὥσπερ ἄλλοτι τῶν ἀτιμωτάτων ἐρριμμένων. ἐπὶ τούτῳ ἐναυπήγησε σκάφος ὁ μακαρίτης Κωνσάντιος, ὡς μέγας ὢν αὐτὸς εἰς τὴν ἐμὴν πατρίδα Κωνσαντίνου πόλιν. ἐπεὶ δὲ ἐκείνῳ συνέβη θεῶν ἐθελόντων, ἐνθένδε ἐκεῖσε πορευθῆναι τὴν εἱμαρμένην παροῦσαν, ἡ πόλις ἀπαιτεῖ παρ' ἐμοῦ τὸ ἀνάθημα, πατρὶς οὖσά μου, καὶ προσήκουσα πλέον εἴπερ ἐκείνῳ. Hæc epistola Juliani desertoris legitur apud Nic. Rigaltium in fine *Glossarii*. Advertendum quod Bulengerus p. 126. D. E. censet scriptam esse ad Antiochenos, non ad Alexandrinos, & pro εἰρημένον legit ἐρερεισμένον. demum putat eandem vocem abundare, & pro ὡς μέγας ὢν αὐτός, legit ὡς μέγα ζηλῶν.

JULIANUS CÆSAR
Alexandrinis.

Obelum esse apud vos audio lapideum in altitudinem sufficientem ad extructionem columnæ; ut quid maxime inhonorabile expositum. Ad illum (asportandum) *exædificavit navim Divus Constantius* [noster legit *Constantinus*,] *ut magnus existens erga Patriam meam Constantini Urbem. Postquam autem illi contigit Diis volentibus, hinc illuc abire fatalem cursum præsentem, Civitas a me exigit donarium aliquod, Patria existens mea, mihique propinquior, quam illi.*

Μέταλλον δὲ σημαίνει τὸν τόπον ἐν ᾧ ὁ χρυσὸς τίκτεται, ἢ τὴν χρυσῖτιν γῆν. καὶ γίνεται παρὰ τὸ μῶ τὸ ζητῶ, ἀπὸ τοῦ ζητεῖν ἐν αὐτῷ τί. καὶ τὸ ζητεῖν, μεταλλᾶν ἔλεγον. Id est, *Metallum autem significat locum in quo Aurum generatur; vel auream terram: & derivatur a* μῶ *quod est* ζητῶ *quæro. A quærendo in eodem loco aliquid. Quærere enim & perscrutari* μεταλλᾶν *dicebant.* Etym. Magnum pag. 580. Eustathio *Il.* A. p. 14. 8. Et Varino in *Lex. Magno* pag. 1243. placet μέταλλα κληθέντα οὕτω, διὰ τὸ μετὰ τὰ ἄλλα πάντα ἐπινοηθῆναι. *Metalla appellata sic, eo quod post alia omnia sint animadversa.* Lapides autem appellatos Græcis Metalla docet Hesychius, Μέταλλος, λίθος, *Metallum, lapis.* Eodem nomine Strabo insignivit Marmor lib. IX. p. 437. B. Καὶ τὰ μέταλλα τῆς ποικίλης λίθου τῆς Σκυρίας, καθάπερ τῆς Καρυστίας, καὶ τῆς Δευκαλίας, καὶ τῆς Συναδικῆς, καὶ Ἱεραπολιτικῆς. μονολίθους γὰρ κίονας καὶ πλάκας μεγάλας ὁρᾶν ἐστὶν ἐν τῇ Ῥώμῃ τῆς ποικίλης λιθίας. *Et metalla varii lapidis Scyrii, sicut & Carystii, & Deucalii, & Synadici, & Hierapolitici. Ex unico enim lapide Columnas, & Tabulas magnas videre est Romæ varii lapidis.* Et post paulo: πεποίηκέ τε τὰ λευκολίθα: *fecitque ex albo-lapide.* Et lapillos pretiosos, lib. XVII.

A p. 815. D. Ἐπὶ δὲ τῷ Ἰσθμῷ τούτῳ, καὶ τὰ τῆς σμαράγδου μέταλλά ἐστι, καὶ ἄλλων λίθων πολυτελῶν. *In hoc Isthmo & Smaragdi metalla sunt, & aliorum lapidum pretiosorum.* Quos e Latinis Silius Italicus lib. VIII. magnitudinem indicans Portus Lunensis imitatur, cum inquit:

Tunc quos a niveis exegit Luna metallis,
Insignis portu; quo non spaciosior alter
Innumeras cepisse rateis, & claudere pontum.

Ἵππῳ γηράσκοντι τὰ μείονα κύκλ' ἐπίβαλλε,

Id est,

Equo senescenti minora cycla committe.

Id est, decrescente robore, auge remissionem. Vide Zenobium Cent. IV. Adag. XLI. Diogen. Cent. V. Adag. XXVII. Suid. Cent. VIII. Adag. V. Pauli Manutii Adag. p. 707. qui pro κύκλα legit ex Zenodoto κεκείλα, eaque facit quid non dissimile Trisippio, de quo supra:

Κίονα τετράπλευρον ἀεὶ χθονὶ κείμενον ἄχθος
Μοῦνος ἀναστήσας Θεοδόσιος βασιλεύς,
Τολμήσας Πρόκλος ἐπεκέκλετο, καὶ τόσος ἔστη
Κίων ἠελίοις ἐν τριάκοντα δύο.

Id est,

Columnam quatuor-lateribus-firmam, semper humi quod jacuerat pondus
Solus cum erexisset Theodosius Imperator,
Vocatus Proclus opus aggressus est, & tanta stetit
Columna diebus in triginta duobus.

Apud Bulengerum p. 102. B.

Epistilium sic dictum ab ἐπὶ *supra*, & στήλη *Columna*. Quod imponatur Columnæ.

Ἄριστα δὲ, ὁ, τε τοῦ ἡλίου κολοσσός, —— Κεῖται δὲ νῦν ὑπὸ σεισμοῦ πεσὼν, περικλασθεὶς ἀπὸ τῶν γονάτων. Id est, *Præstantissima sunt autem, Solis Colossus —— Jacet nunc terræmotu prostratus, confractus genua.* Strabo lib. XIV. p. 652. C.

Ἄθεος, id est, *Atheus*, Sine Deo. Diagoras etiam θεομάχος dictus, quasi *pugnans cum Diis*, & mortales solicitaret ad adversandum Diis immortalibus. Diagoræ impietatem comprobat ipsius factum. Etenim cum in diversorio esset, nullaque adessent coquendis lenticulis ligna, Herculis simulacrum, quod tum forte aderat, igni subjecit: *Tertium decimum*, inquiens, *laborem nunc perfice, & Diagoræ Athei lentem coque.* Καὶ τὸν τρίποδα τὸν ἐκ Δελφῶν, Ἀπόλλωνος ἄγαλμα. Id est, *Et tripodem ex Delphis, Apollinis signum.* Zosimus lib. II. De tripode post Eustathium *ad Hom. Iliad.* A. p. 740. a v. 7. ad ις. & alios Græcos, quos omitto, tam multis & tam diserte disseruit Rhodiginus *Lect. Antiq.* lib VIII. c. XV. & alibi, ut de eo loqui esset actum agere, quod ajunt; Videndus tamen Buleng. *de oracul.* cap. VI. p. 268. E. Licet autem hic dicat Tripodem esse Apollinis ἄγαλμα, *Signum*, aliud tamen afferit Suid. Tom. I. p. 378. D. in Verbo Ἀπόλλωνος ἄγαλμα, quem vide.

Ἀνωθέν τε (δ') ἵπποι χαλκήλατοι πεπήγασι (πίσυρες,) χρυσῷ ἠλιλίμμενοι (ἠλειλιμμένοι) τὰς αὐχένας ἐπόγυροι (ὑπόγυροι,) ἀντιβλέποντες ἀλλήλοις, καὶ δρόμον καμπτῆρος (καμπτῆρος) πνέοντες. Id est, *Desuper autem Equi ære ducti, auro inducti, cervices inflexi, obaspicientes invicem, & flexum metæ spirantes.* Nicetas p. 60. Buleng. p. 111. C.

Τέσσαρα ἱππάρια χρυσόβαφα. Id est, *Quatuor Equulei aurei coloris.* Ismenius apud Bulengerum p. 100. E.

Ἡ στήλη ἐν (πρὸς) τῷ Ζευξίππῳ Ἰουστινιανοῦ ἐστιν, ἡ καθιδρῦται κράτοντος (ἢ καθίδρυται κράζοντος) τοῦ πρασίνου μέρους, Ἰουστινιανὸς, καὶ Κωνσταντῖνος νέοι ἀπόστολοι. Id est, *Columna ad Zeusippum Justiniani est, quæ posita est acclamante Prasina factione. Justinianus & Constantinus novi Apostoli.* Idem Ismenius ibidem.

Ἀνδριάντος ἀργυροῦ τοῦ βασιλέως γυναικὸς ἐπὶ πορφυροῦ κίονος ἀνατεθέντος, ὅς καὶ νῦν ἐστὶ πρὸς μεσημβρίαν. κρότοι τε καὶ δημώδεις θέαι ὀρχηστῶν τε, καὶ μίμων ἐνθάδε ἐπετελεῖτο, ὡς ἔθος ἦν τότε ἐπὶ τῇ ἀνακλήσει τῶν βασιλικῶν εἰκόνων. Id est, *Statua argentea Uxoris Imperatoris super columnam porphyream erecta, quæ nunc etiam spectat ad meridiem. Plaususque & popularia spectacula saltatorumque, mimomorumque hic edebantur, ut mos erat tunc temporis in erectione Regiarum statuarum.* Ratio suadet legendum esse ἀνατιθέντος.

Μαππάριος δὲ καλεῖται, ὁ ἐν τῷ μέσῳ ἱστάμενος, καὶ τὰ δρόμου ἔχων τὸ σύνθημα. Id est, *Mapparius appellatur qui stat in medio, & cursus habet tesseram.*

B Εἰώθησαν ἐν τῷ θεάτρῳ οἱ ὕπατοι εὐωχεῖσθαι πρότερον, καὶ μετὰ τὴν εὐωχίαν ῥιπτεῖν τὰ τῶν χειρῶν ἐκμαγεῖα, ἅπερ τῇ Ῥωμαϊκῇ φωνῇ μάππαι λέγεται. καὶ ταῦτα ἀναλαμβανόμενος ὁ ἐπὶ τοῦτο τεταγμένος ὡς σύνθημα, εὐθέως τὸν ἀγῶνα ἐπετέλεσε. καὶ διὰ τοῦτο ἐλέγετο ὁ τοιοῦτος μαππάριος. Meursius in *Gloss.* p. 329. corrigit μαππᾶσθαι. Id est, *Consueverunt in Theatro Consules convivari prius, deinde post convivium jacere manuum mantilia, quæ Romano idiomate Mappæ dicuntur. Et ea excipiens is, qui ad hoc destinatus, ut tesseram, confestim certamen indicebat, & idcirco dicebatur Mapparius.* Glossæ Basilicorum apud Meursium loco proxime laudato.

C Ὅπερ ὑποδεχόμενος, ὁ μαππάριος καλεῖται: lege, Ἔθος ἦν τοῖς ὑπάτοις ἐπὶ τῶν θεάτρων εὐωχεῖσθαι, μετὰ δὲ τὸ παύσασθαι τῆς εὐωχίας τὸ ἐν χεροῖν ἐκμαγεῖον, ὃ καὶ μάππαν καλοῦσι, ἐξ οὗ καὶ μανδύλια ἔρριπτον, ὅπερ ὑποδεχόμενος ὁ λεγόμενος μαππάριος τὸν ἀγῶνα παρεσκεύαζεν. Id est, *Moris erat Consulibus in Theatris convivari: postquam convivii finem fecissent, quod præ manibus erat Mantile (quod Mappam vocant) unde Mantilia jaciebant. Hoc excipiens qui dicebatur Mapparius, certamen præparabat.* Cedrenus apud Bulengerum p. 120. E.

Ῥιπτοῦντο οἱ σινηθεῖς (συνηθεῖς) ἀπόδεσμοι. Id est, *Abjiciuntur assueta vincula.*

D φόλα, φόλλα, φόλης, φόλλις, *Follis*, *obolus*. Harmenopulus in *Legg. Georg* παρεχέτω ὑπὲρ αὐτοῦ ἡμερήσιον κεράτιον ἕν, ἤγουν φόλας δώδεκα. Id est, *Accipiat pro ipso diurnum Ceratium unum, videlicet pholas duodecim.* Meursius *Gloss.* p. 604.

Κεράτια δὲ αἱ δώδεκα φόλλεις ὠνομάσθησαν. Id est, *Cerata vero duodecim pholles appellati fuerunt.* Cedrenus apud eundem Meursium loco laudato.

—— εἴ τοι Πίσας τε
Καὶ Φερενίκου χάρις
Νόον ὑπὸ γλυκυτάταις ἔθηκε φροντίσιν.

E Id est,

—— si tibi Pisæque
Et Pherenici gratia
Mentem dulcissimis
Subjecit cogitationibus.

Pindarus *Olymp.* od. I. Alex. Adimarius:

Musa, se bel desio t' infiamma il core
Di Pisa celebrar l' eccelso onore,
O l' Destrier Ferenice alzar t' è grato,

In quorum versuum primo potissimum Etrusca musa mihi videtur nescio quid vivacius spirare, quam Thebana.

Θεσσαλὸν ἵππον ἔχεις Ερασίστρατε, ἀλλὰ σαλεῦσαι
Οὐ δύνατ' αὐτὸν ὅλης φάρμακα Θεσσαλίας.

F Id est,

Thessalum Equum habes Erasistrate, sed movere
Haud valent illum totius pharmaca Thessaliæ.

Lucilius in Anthol.

Ἡ ἐκ πυγμάχου τοῦ Σκαιοῦ, νικῶντος πανουργίας. Id est,

Vel ex pugillatore Scæo, vincente maleficiis.

Tzetza Chil. VIII. p. 237.

Πρῶτον καμπτῆρα, δεύτερον, καὶ τρίτον, καὶ τέταρτον περιέκαμπτον. Id est, *Primam metam, secundam, tertiam, & quartam circumflectebant*. Callisthenes in *Ludis Alex. Magni*.

Πῶλοι, id est, *Hinnuli, & Equulei*.

Καὶ γὰρ ὀρνίθων πλῆθος τὸ ἀεὶ, ἔτι δὲ τῶν νεοσσῶν ὀρνίθων, ὃς ἵππους τινὲς καλοῦσιν. Id est, *Etenim avium plebs semper, etiam pullorum avium, quos* ἵππους *quidam appellant*. Athenæus.

Ιππος, κόττος, id est, *Gallus Gallinaceus*. Hesychius.

Καὶ ἐν Αἰγύπτῳ κατορύττοντας εἰς κόπρον νεοττοὺς ποιεῖν. Id est, *In Ægypto defossa in fimum* (ova) *pullos facere*. Antigon. *Histor. Mirab.* cap. CIV. p. 80.

Αν δ' ἔβαν ἐς δίφρους, ἐν δὲ κλήρους ἐβάλοντο.
Πάλλ' ἀχιλλεὺς, ἐκ δὲ κλῆρος θόρε νεστορίδαο
Αντιλόχου, μετὰ τὸν δ' ἔλαχε κρείων εὔμηλος.

Id est,

Sane autem inscenderunt in Currus, in urnam (seu galeam) *sortes jecerunt,*
Commovit Achilles, sors autem exiliit Nestoridæ
Antilochi, post hunc autem sortem assequebatur princeps Eumelus.

Iliad. Ψ. v. 353.

Εἰσῆλθον ἁρματηλάται ἐπέθησαν τὰ τοῦ ἀγῶνος πάντα, καὶ ἡ καμπὴ ἐκληρώθη. Id est, *Ingressi sunt agitatores, paraverunt omnia, quæ ad certamen, & flexio sorte educta est*. Callisthenes de *Ludis Alexandri Magni*.

Οπαδὸς, id est, *Servus*.

Ψήκτραισιν ἵππων ἐκτενίζομεν τρίχας. Id est, *Strigilibus equorum pectebamus crines*. Eurip. in *Hyppol.* v. 1174. Vid. ibi Schol. in verbo ψήκτραισιν.

Οτι δίδαγμά ἐστι τῷ ποππυσμῷ πραΰνεσθαι, κλωγμῷ δὲ ἐγείρεσθαι. Id est, *Præceptum est poppysmo* (equum) *leniri, clogmo vero incitari*. —— Xenophon *de Re Equestri*.

—— εἶθ' ὁ Θεὸς ἐπόππυσεν
Εξηπάτο (ἐξηξάτην) οὖν δύο δράκοντ' ἐκ τοῦ νεῷ. (νεὼ)

Id est,

—— *Deinde Deus signa dedit sibilo:*
Exiluerunt duo dracones e templo.

Aristoph. *Plut.* p. 76. B.

Αστραπαῖς ποππύζειν, id est, *Coruscationibus demulcere*.

Καὶ αὖ ἀναστράψω (καὖ ἀστράψω) ποππύασουσι φᾶ, φᾶ. Id est, *Sin fulgur agam, poppysma edunt*. Arist. in *Vesp.* p. 474. C.

Ωπερ Ολυμπικὴ σάλπιγξ, id est, *Quemadmodum Olympica tuba*. Philostratus in *Polæmon.*

Πρῶτος δὲ Αρχώνδας συμμαχῶν τοῖς Ηρακλείδαις ἤγαγεν εἰς ἕλληνας πυρσηνικὴν (τυρσηνικὴν) σάλπιγγα. Id est, *Primus autem Arichondas militans cum Heraclidis, attulit ad Græcos Thyrrhenicam tubam*. Scholiastes Sophoclis p. 2. m. in *Ajace Mastig.*

Χαλκῆς ὑπαὶ σάλπιγγος ἦξαν.

Id est,

Æreæ ad tubæ (cantum) *agitarunt.*

Sophoclis *Electra* v. 712. p. 113. m.

Δι' ἐτῶν ἐννέα λαβόντες οἱ ἔφοροι νύκτα καθαρὰν, καὶ ἀσέληνον σκοπῇ καθέζονται πρὸς τὸν οὐρανὸν ἀποβλέποντες, ἐὰν οὖν ἐκ μέρους τινὸς εἰς ἕτερον μέρος ἀστὴρ διάττῃ, κρίνουσι τοὺς βασιλεῖς, ὡς περὶ τὸ θεῖον ἐξαμαρτάνοντας, καὶ καταπαύουσι τῆς ἀρχῆς. Id est, *Post annos novem eligentes Ephori noctem serenam, & illunem, silentio sedent cœlum suspicientes. Si igitur ex parte quadam in aliam partem stella transeat, judicant Reges, tanquam in Numen peccantes, & privant imperio.*

Αστράβη, id est, *Asinus, seu omne Jumentum*.

Δίφρος παρὰ τὸ δύο φέρειν, τὸν μαχόμενον, καὶ τὸν ἡνίοχον. Id est, *Diphros Currus dicitur quod duos ferat, bellatorem, & Aurigam*. Etymol. Magnum p. 279. v. 30. Didymus p. 156. A.

Ηλαυνε δὲ ἔσχατος μὲν ὑστέρας δ' ἔχων
Πώλους Ορέστης, τῷ τέλει πίστιν φέρων.

Id est,

Implebat vero postremus quidem, inferiores habens
Equas Orestes, fini fidem habens.

Sophocl. *Electra* p. 114. v. 735.

Εν ὀλυμπίᾳ θεόντων ὥσπερ ἵππων, ἢ δολιχοδρόμων ἀνδρῶν διανοούμεθα, καὶ προσαγορεύομεν, τὸν μὲν τάχιστον, ὡς βραδύτατον, τὸν δὲ βραδύτατον, ὡς τάχιστον ἐνώμια (ἐγκώμια) ποιοῦντες. Id est, *In olympia currentes ut equos, sic dolichodromos viros judicamus, & compellamus velocissimum quidem, ut tardissimum; tardissimum vero, ut velocissimum Encomia facientes*. Plato.

Homer. *Iliad.* Ψ. *v.* 412.

Αὐτίκα δ' ὔμμε κατακτενεῖ ὀξέϊ χαλκῷ,
Αἴκ' ἀποκηδήσαντε φερώμεθα χεῖρον ἄεθλον.

Id est,

Statim vos duos interficiet acuto ære,
Si negligentes reportabimus pejus præmium.

Σῆρα ἐκ τοῦ ἀλύμου, id est, σῆρα *ex panico pascebatur*.

Ολοσηρικὰ ὅμοια τῷ χρυσίῳ, id est, *Olosericа æqualia auro*.

EX LIBRO II.

CAP. I.

Περὶ ἀγορασμοῦ (Περὶ ἀχωρισμοῦ.) Quid enim habet *Emptio* cum *Inseparabilitate*; Audiamus Ausonii Pompæ interpretationem hujus loci. Is in *Conjectaneis ad Marc. Varronis fragmenta* Tit. *Mutuum muli scabunt*, περὶ ἀχωρισμοῦ pag. 196. edit. MDXCIX. Franequeræ, *In omnibus*, ait, *actionibus vitæ, sive mentis agitatione, sive opera & manu peraguntur, ordinem & dispensationem quandam adhibendam esse, ut licet certa ratione discreta sint, tamen inter se nexæ maneant, & mutuo subsidio nitantur*. Tali enim ordine actionum adhibito, constantiam, & moderationem in omnibus rebus facillime servari. Itaque de hisce mutuis operis ac functionibus animi, & corporis, apte usurpat Proverbium *Mutuum muli scabunt*. Quod nos sic exprimimus, *Fanno a farsela, Un Barbier tosa l'altro*. Angelus Monosinus *Floris Italicæ linguæ* lib. VII. p. 336. Quin & ipsa Varronis verba aptissime demonstrat hujusmodi non *Emptionem*, sed *Inseparabilitatem* animi & corporis, eaque ita inter se nexa ac jugata esse, ut alter alterius ope & adminiculo nitatur, & animum Grallatoris officio fungi, Grallarum vero corpus. Ait enim Varro p. 43. *Grallatores, qui gradiuntur. Perticæ ligneæ ab homine isto, qui instat, agitantur*. Sic illi animi nostri sunt: Grallæ, crura ac pedes nostri, ex se ἀκίνητοι *Immobiles*, sed ab animo moventur.

Οἱ δὲ γύπωνες, ξυλίνων κώλων ἐπιβαίνοντες, ὠρχοῦντο διαφανεῖ ταραντινίδι ἀμπεχόμενοι. Id est. *Gypones* (seu Grallatores) *vero ligneis membris incedentes saltabant pellucida veste Tarantinide circum-amicti*. Pollux lib. IV. cap. XIV. p. 198.

Καλοβατῶν, id est, *Calobatarum*.

Καλαῖς, Florentini dicunt *Grucce*.

Κολοσυρτὸς δὲ κυρίως οὗ (ὁ) καὶ παρὰ τῷ κωμικῷ. χρῖσις, κτύπος ὁ ἀπὸ κάλων ἤγουν ξύλων συρομένων ἐν ὄρει. Id est, Κολοσυρτὸς *autem proprie, ejusque*

usus apud Comicum, fragor hujusmodi a κάλων *videlicet lignis* συρομένων *qui sibilant in monte*. Eustath. Hom. *Il.* M. p. 896. v. 36.

Καλία, id est, *Domus lignea*. Veneti appellant *Calia*, & *Galia*, quam cæteri Itali *Galea*, & *Galera*.

Καλοβάται, id est, *Grallatores*.

Καλόπυς, ὁ ξύλινος πῦς, id est, *Calopodium*, *ligneus pes*.

Υπόδημα ξύλινον, id est, *Calceus ligneus*. Nos *Zoccolo*, a quo Monachorum familia, qui *Zoccolanti* appellantur.

Σχοινοβάτην, λεπτοβάτην, id est, *Sursum deorsumque per funem euntem.* De funambulis integrum est cap. XLI. Bulengeri pag. 278. & seq. *De Grallatoribus* cap. XXXIX. p. 277.

Οπως δὲ γυμνασίοις χρῆσθαι παραγγέλλει φανερὸν ἐκ πολλῶν, ἀεὶ γὰρ πονῦντας ποιεῖ. Id est, *Quod vero exercitationibus, uti jubet, manifestum (est) ex multis, semper enim laborantes facit*.

Οπερ γὰρ δὴ οἱ λιμῶντες τὸν πυρὸν, τῦτο ἡμῖν τὰ γυμνάσια ἐργάζεται ἐν τοῖς σώμασι, τὴν μὲν ἄχνην, ϗ τὰς ἀθέρας ἀποφυσῶντα. Id est, *Quod enim ii, qui ventilando purgant triticum, illud nobis & Gymnasia præstant in corporibus, paleas, ac spicas inanes flatu propellentia*. Lucianus *de Gymnasiis* Tom. 1 p. 755.

Ου μὲν μεῖζον κλέος ἀνέρος ὄφρα κεν ἦσιν.
Η ὅτι ποσσίν τε ῥέξει, ϗ χερσὶν ἑῆσιν.

Id est'

Neque enim major gloria hominis quoad vixerit,
Quam cum pedibusque pollebit, & manibus suis.

Hom. Odyss. Θ. v. 147.

—— εὐδαί-
Μων δὲ ϗ ὑμνητὸς ὗτος
Ανὴρ γίνεται σοφοῖς,
Ος αὖ χερσὶν ἢ ποδῶν ἀρετᾷ
Κρατήσαις, τὰ μέγιστ' ἀέθλων ἕλῃ
Τόλμᾳ τε σθένει.

—— —— *Fortunatus*
Autem & celebris is
Vir est sapientibus,
Qui sane manibus, aut pedum virtute
Victoriam potitus maxima præmiorum acceperit
Audaciaque, & robore.

Quam sententiam ut eleganter Etrusco metro expressit nobilissimus ac eruditissimus Alexander Adimarius;

Quel fortunato appar tra' saggi Eroi,
Che col proprio sudore
Conseguisce l'Onore,
Come questi che armò la mano e il piede
Di gradita mercede.

Pind. od. x. *Pyth.* p. 312.

Εὰν δύο, id est, *Si duo* §. ὁμοίως δὲ, *Similiter autem*.

Γυμνασιαρχία, id est, *Gymnasii præfectura*.

Γυμνασιάρχης, ἄρχων τῦ ξυςῦ, id est, *Gymnasiarcha, Præfectus Xisti*. Hesychius.

Γυμνασίαρχός ἐςι ὁ παρέχων ἔλαιον τοῖς γυμναζομένοις. Id est, *Gymnasiarcha est, qui administrat oleum se exercentibus*. Ulpianus Scholiastes Demosthenis p.

Η τέχνη γυμναςική ἐςιν ἐπιςήμη τῆς ἐν πᾶσι γυμνασίοις δυνάμεως. Id est, *Ars Gymnastica est scientia roboris in exercitationibus*. Galenus.

Απὸ τῦ Αθλίυ, vel ἀπὸ τῆς ἀθλιότητος, id est, *A miseria, & Infelicitate*.

Αθλιος ὁ δυςυχὴς καὶ δυσδαίμων, ϗ παρὰ τὸ ἆθλον ὃ δηλοῖ τὴν κακοπάθειαν. Id est, Αθλιος *qui adversa fortuna utitur, infelix, ad & quæstum qui præ se fert malam affectionem*. Eustathium *Il.* pag 740. v. 53. & in Indice.

Αθλος, ὁ ἀγὼν, id est, *Certamen*.

Επιφαίνεται (δ' ἀμέλει) ϗ τῶν εἰκόσιν αὐτῦ ἀθλητική τις ἰδέα, ϗ τὸ συνετὸν τῦ προσώπυ, ϗ βασιλικὸν ὐ παντάπασιν ἀρνεῖται τὴν ἀδηφαγίαν. Id est, *Apparet profecto & in Iconibus ejus Athletica quædam Idea, & solertia vultus, & majestas non usque quaque diffitetur edacitatem*.

Πολλὰ πιὼν, ϗ πολλὰ φαγὼν (φάγων) ϗ πολλὰ
κακ' εἰπὼν
Ανθρωπος κεῖμαι Τιμοκρέων ῥόδιος.

Id est,

Qui multa bibi, & multa comedi, & multa mala loquutus sum
Mortalis jaceo Timocreon Rhodius.

Anthol. lib. Ep.

Εξιν Αθλητικὴν, id est, *Habitudinem Athleticam*. Aristoteles.

Ως δέ τις νόμος ἔκειτο, κωλύων τὰς γυναῖκας
Θεᾶσθαι τὰ Ολύμπια.

Id est,

Ut quædam lex lata est, probibens fœminas
Spectare Olympia.

Tzetza Chil. 1. v. 606

Οταν δὲ τοῖς Ηρωσι θύωσι, Βυθυσία μεγάλη γίνεται, ϗ ἑςιῶνται πάντες μετὰ τῶν δύλων. Id est, *Cum Heroibus sacra faciunt, Buthysia magna est, & comedunt omnes cum servis*. Athenæus.

Διιπόλια τὴν ἑορτὴν καλῦσι, καὶ Βυφόνια, id est, *Diipolia festum vocant, & Buphonia*. De his festis singillatim agit Meursius in *Lect. Att.* lib. VI. cap. XXII. p. 352. & seq. Et in *Græcia feriata* p. 63. 64. 65. & p. 94. 95. Etymol. Magnum in verbo βυφόνια pag. 210. v. 30. Suid. Tom. 1. p. 573. D. E.

Βραβευταὶ, id est, *Designatores*. Suid. Tom. 1. pag. 576. D.

Αγωνοθέται, id est, *Agonothetæ*. Suid. ibid. p. 52. F.

Αγωνοθέται ἀγώνων, id est, *Præfecti certaminum*. διαθέται, *Curatores*.

Αθλων ἐπιμεληταὶ, id est, *Certaminum procuratores*. ἐπόπται, *Inspectatores, Censores*. Suid. ibid. 1026. D.

Επίσκοποι, προςάται, id est, *Certaminum Ephori, Episcopi, Antistites*.

Αγωνοθεσία, id est, *Munus Agonothetarum*,

Αγώνων διάθεσις, id est, *Certaminum constitutio*.

Αθλων ἐπιμέλεια, id est, *Cura certaminum*.

Αγωνοθέτης δὲ Νεμείων ἀποδειχθεὶς ἐν Αργει, τήν τε πανήγυριν ἄριςα διέθηκεν. Id est, *Agonothetes Nemeorum renunciatus in Argo. Panegyrim optime disposuit*. Plutarchus in *Flaminio* p. 375.

Διὸ ϗ τῶν νόθων εἰς Κυνόσαργες συντελύντων —— ἔπεισέ τινας ὁ Θεμιςοκλῆς τῶν εὖ γενομένων (εὖ γεγονότων) νεανίσκων, καταβαίνοντας εἰς Κυνόσαργες ἀλείφεσθαι μετ' αὐτῦ. Καὶ τύτυ γενομένυ, δοκεῖ πανύργως τὸν τῶν νόθων ϗ γνησίων διορισμὸν ἀνελεῖν, Id est, *Quamobrem & Nothis in Cynosarges convenientibus* —— *illexit aliquot Nobilium Adolescentulorum, ut una venientes in Cynosarges ungerentur secum. Et hoc facto videtur callide Nothorum, & Legitimorum distinctionem substulisse*. Plutarchus in *Themistocle* p. 111.

Παραληφθῆναι παρὰ τῦ ἀγωνοθέτυ, ὡς ἀπολαβεῖν τὸν δικαιοσύνης ςέφανον. Id est, *Assumptos esse ab Agonotheta, ut accipiant Justitiæ coronam*. Gregor. Nazianzenus ad fratrem insanab.

Αγωνοθέτων (Αγωνοθέτης) ὁ Θεὸς, βραβευτὴς ὁ υἱὸς Θεῦ, θεαταὶ δὲ οἱ ἄγγελοι. Id est, *Agonotheta, Deus; Designator, Dei filius; spectatores, Angeli*. Clem. Alexandrinus.

Βραβεῖς, βραβευταὶ a βραβεύω· βραβεύω, διανέμω. Id est, *Divido, Distribuo*. βραβευταὶ,

ϛα-

A ῥαβδοῦχοι, *Designatores*, *Virgam manu tenentes*. Vide Thomam Magistr. in βραβεῖς, & Moscopul. in βραβεύς.

Κακῶν γὰρ ὄντων μυρίων καθ' Ἑλλάδα.
Οὐδὲν κάκιον ἐστὶν ἀθλητῶν γένους.

Id est,

Cum mala quidem existent mille apud Græciam,
Nullum deterius est Athletarum genere,

Euripides apud Galenum.

Λύγδαμος συρακούσιος πρῶτος παγκράτιον ἐνίκησε κατά τινας. ὃς στάδιον ἐξεμέτρησε τοῖς αὐτοῦ ποσί. Id est, *Lygdamus Syracusanus primus Pancratium vicit secundum quosdam, qui stadium dimensus est suis*
B *pedibus*.

Πηχέων τριακοσίων διάστημα, id est, *Cubitorum tercentorum spatium*. Scholiastes Pindari.

Σκερμίδορος, id est, *Gladiator*, nos *Schermitore*, Meursius *Gloss.* p. 551.

Ὁπλομάχος, id est. *Gladiator*. idem ibidem.

Σκιαμαχεῖν, id est, *Pugnam umbratilem pugnare*.

Ὁπλομαχία, id est, *Armorum ficta conflictio*.

Βακλίζειν, id est, *Fustigare*, *βάκλῳ baculo*, idem Meursius p. 67.

Βέργα, βεργίον, id est, *Virga*, Meursius *Gloss.* p. 77.

Στάλικες, τὰ πολυβέργια, id est, *Perticæ Vena-*
C *torum*. videlicet Furculæ, quibus retia eriguntur, vel Paxilli, quibus vites innituntur. Oppiani Scholiastes *Halieut.* IV. apud Meursium *Gloss.* p. 77. Suidas Tom. II. pag. 797. E.

Ὁ μαστιγονόμος ὁ ῥαβδοῦχος, καὶ ὁ ῥάβδῳ κοσμῶν, id est, *lictor*, *apparitor*, *& qui virga erat ornatus*. Pollux lib. III. cap. XXX. Suidas Tom. II. pag. 672. F.

Μαστιγοφόρος, id est, *Flagellifer*.

Αὐτὰρ ἐπεὶ λοῦσέν τε καὶ ἔχρισεν λίπ' ἐλαίῳ.

Et,

Τοὺς δ' ἐπεὶ οὖν δμοαὶ (δμωαὶ) λοῦσαν, καὶ χρῖσαν
D ἐλαίῳ.

Id est,

Deinde postquam lavitque, & unxit oleo.

Et,

Eos autem postquam famulæ laverunt, & unxerunt oleo.

Homerus *Odyss.* Γ. v. 466. & Δ. v. 49.

Δίαυλον, id est, *Diaulum*. Autor Etym. Magni p. 743. v. 16. Στάδιον, κατὰ τὸ ἀρχαῖον ἐκαλεῖτο αὐλός· ὅθεν δίαυλος τὰ δύο στάδια, ἀπὸ τοῦ δύο αὐλῶνας ἔχειν. Id est, *Stadium antiquitus dicebatur* αὐλός. *Unde* δίαυλος *idem est, ac duo stadia, eo quod contineat* αὐλῶνας *duos*. Phavorinus in *Lex. Magno* p. 496.
E v. 2. aliam affert longitudinem stadii a superiore, dum ait, δίαυλος, ὁ διστάδιος τόπος, ἢ μέτρον πηχέων διακοσίων. Id est, *Diaulus, locus duorum stadiorum, vel mensura cubitorum ducentorum*.

Δίαυλος, ὁ διττὸν ἔχων τὸν δρόμον ἐν τῇ πορείᾳ τὸ πληρῶσαι τὸ στάδιον, καὶ ὑποστρέψαι. Id est, *Diaulus, qui duplicem cursum habet in decursu, videlicet stadium qui implevit, & redivit*. Suidas Tom. I. pag. III. F.

Γναμπτῶν δρόμων, id est, *Inflexorum curriculorum*.

—— ἐν γναμπτοῖς δρόμοις.

Id est,

F *In flexis curriculis.*

Pind. *Isthm.* od. I. p. 441. M.

Στάδιον μὲν ἀρίστευσεν εὐθύτονον.
Stadio quidem præstantissimus fuit in rectitudinem extenso.

Idem *Olymp.* od. X. p. 104.

Περὶ δρόμου γυμνικοῦ, id est, *De cursu Gymnico*.

Εὐζώνου, id est, *Strenui*.

Πᾶν τὸ τῆς εἰρήνης τέμενος κατεφλέχθη, μέγιστον καὶ κάλλιστον γενόμενον τῶν ἐν τῇ πόλει ἔργων. Id est, *Totum Pacis de improviso templum consumptum incendio est, maximum, & pulcherrimum existens operum in tota Urbe*. Herodianus in *Commodo* p. 408. C.

Ἀπὸ τῆς ᾠδῆς, id est, *a Cantione*.

Θεατρίδιον, id est, *Parvum theatrum*.

Ὠδεῖον, id est, *Odeum*. In summa: Odeum locus erat Athenis, sedilia intus columnasque plurimas habens, tectumque acclive: & in fastigium unum assurgens ad instar tabernaculi regii. In quo Rhapsodi ac Citharœdi, priusquam theatrum extructum esset, contendebant; inter sapientiæ gymnasia adscriptus; Theatri formam habens, extructus a Pericle. Sub ingressum habebat statuas Regum Ægyptiorum, in propinquo Bacchi Templum & Orchestram, & fontem Callirhoen. Jus illic etiam dicebatur, & interdum farinæ mensurabantur, iis qui in Urbe habitabant. Incendit Bello Mithridatico Aristion, restituit Rex Ariobarzanes. Ut ex pluribus auctoribus testantur Græcæ Historiæ peritissimus Meursius *Att. Lect.* lib. IV. cap. XXVIII. & Rhodiginus lib. XXVIII. c. XII. p. 1562. & Bulengerus *de Theatr.* cap. XXVI. p. 261.

Δικαστήριον τοῦ ἄρχοντος, id est, *Tribunal Archontis. Forum Judiciale*.

Τέτρασι δράμασιν ἠγωνίζοντο Διονυσίοις, Ληναίοις, Παναθηναίοις, Χύτροις. Id est, *Quatuor dramatibus decertabant in Dionysiis, Lenæis, Panathenæis, Chytris*. Diog. Laertius in *Platon.* lib. III. Si quis cupiat scire quæ & qualia essent hæc festa, consulat eruditissimi Meursii *Græciam Feriatam* pag. 25. & seq. & p. 195. 196. Et *Panathenæa*, librum singularem edit. apud Elzevirium MDCXIX. Et *Att. Lectiones* sparsim. Et *Dionysiaca*, librum singularum ejusdem.

Σύνισμεν δὲ δήπου καὶ τὸν ἀγῶνα τὸν γυμνικὸν, καὶ ἔτι μᾶλλον τὸν τῆς μουσικῆς, οὐκ εἰσάπαξ ὁριζόμενον, ἀλλ' ἐφ' ἑκάστῃ τελευτῶντα, ὡς εἰπεῖν τῇ ἡμέρᾳ, καὶ πάλιν ἐξ ἀρχῆς καθιστάμενον. Id est, *Scimus autem profecto certamen gymnicum, & eo magis Musicæ* (certamen) *non semel definitum: sed qualibet perfectum, ut ajunt, die; & denuo ad principium redactum*. Aristid. *Panathen.* p. 98. edit. apud Aldum MDXXXIV. in fol.

Δημοσίαν ἔπαυλιν, id est, *Populare septum*.

Κατὰ δὲ τὴν Ἀραβίαν, ἐν πόλει Λευκοθέᾳ, Ἀμώμητόν φησι γράφειν, τὸν πραγματευθέντα τὸν ἐν Μέμφεως ἀνάπλουν εἰς τὴν καλουμένην Ἴσιδος κρήνην, ἄν τις οἴνου ἐπιχέῃ κοτύλην, διότι γίγνεται τὸ πότον (ποτὸν) εὔκρατον. Id est, *In Urbe Arabiæ Leucothea Amometum ait scribere (qui navigationem a Memphi ad fontem Isidis expertus est) si quis vini cotylam infundat, potum fieri probe temperatum*. Sic vertebat doctissimus Xylander, apud Antigonum *Hist. Mirab.* cap. CLXIV. editum apud Elzevirium MDCXIX.

Κλήρους δ' ἐν κυνέῃ χαλκήρει πάλλομεν ὦκα,
Ἐκ δ' ἔθορε κλῆρος μεγαλήτορος Εὐρυλόχοιο.

Id est,

Sortes in galea ærea jactamus statim,
Exiliit autem sors magnanimi Eurylochi.

Homerus *Odyss.* K. v. 206.

Οἱ Φρύγες τε περὶ Ἄττεω, id est, *Phryges de Atte*. Plutarch. in *Numa* p. 62.

Ὀρείᾳ, ὅτι Ῥέας ἐν ὄρεσι τὰ μυστήρια (αὐτῆς) ἐπετελεῖτο. Id est, *Orea, quia Rheæ in montibus mysteria peragebantur*. Scholiastes Sophoclis *in Philoct.* p. 400. Quid simile legitur etiam de Mercurio apud eundem p. 432.

Ἐν νυκτὶ γὰρ Διονύσια καὶ χορεῖαι γίγνονται, ὅθεν ὁ Νυκτέλιος. Id est, *In nocte enim Dionysia & Choreæ fiunt; unde Nyctelius*. Idem Scholiastes.

Δίνδυμος δ' ὄρος Κυζίκου ἱερὸν τῆς Ῥέας· διὰ τὸ διδύμους μαστοὺς ἐν αὐτῷ ἀνήκειν. Id est, *Dindymus mons Cyzici dicatus Rheæ, eo quod gemina cacumina in eo emergant*. Steph. *de Urbibus* apud Schol. Apollonii.

A Πολλάκι δ' ἐν κορυφαῖς ὀρέων ὄκα (ὦκα) θεοῖς ἄδη πολύφωνος ἑορτά. Id est, *Sæpenumero autem in summitatibus montium celeriter canat vociferans festivitas*. Alcman apud Athen. lib. IX. sed adhuc quæro.

Πῦρ τὸ ὑπὸ τῶν βακχῶν αἰρόμενον ἐν ταῖς Διονυσιακαῖς δᾳδουχίαις. Id est, *Ignis a Bacchis erectus in Dionysiacis tedæ-accensionibus*. Scholiastes Sophoclis.

Οἱ Ποιηταὶ δὲ, μάλιστα οἱ τραγικοὶ, συγχέοντες τὰ ἔθνη, καθάπερ τοὺς τρῶας, καὶ τοὺς μύσους, καὶ τοὺς λύδους, φρύγας προσαγορεύουσιν. Id est, *Poetæ, & B potissimum Tragici connectentes populos, velut Troas, & Mysios, & Lydos, Phrygas appellant*. Strabo lib. XIV. p. 665. C.

Τύμβῳ θῆκεν ἐλευθερίῳ, id est, *Sepulcro posuit liberali*. nempe Magnifico, splendido, libero homine digno.

Αναξύειν, id est, *Abradere, & Abstergere*.

Ξύστος, δορύλλιον, καὶ τόπος ἔνθα οἱ Αθληταὶ γυμνάζονται. Id est, *Xystus, lanceola, & locus ubi Athletæ exercentur*. ξυστὶς genus vestis. ξυστὶς λέγεται τὸ κροκωτὸν ἱμάτιον, id est, *Xystis dicitur crocotum*. Scholiastes Aristophanis p. 127. Crocotum viro doctissimo videtur esse vestis purpurata, fiso fortasse in illud Ovidii *Fastor.* I.

C *Nec fuerant rubri cognita fila croci.*

Cujus quidem superficies, & externus color, oculis ruber; at si madefiat aqua, luteus apparet. Verum ἱμάτιον κροκωτὸν vel Nonio vestis est crocei coloris. Id genus infectores dicuntur *Crocotarii* Plauto *Aulul.* Act III. Scen. V. vers. 47. De Xystide vide Bulengerum *de Theatro* Tit. *de Ornat. Histrionum* p. 325. C. D.

Ωσπερ Μεγαλέης (Μεγακλέης) ξυστίδ' ἔχων. Id est, *Ut Megacles vestem curulem indutus*. Aristophanes in *Nebulis* p. 127. B.

Ξυστὶς γυναικεῖόν τι ἔνδυμα πεποικιλμένον. Id D est, *Xystis est muliebre quoddam vestimentum* (de quo supra) *variis coloribus distinctum*.

Τὰ ὑπὸ ἀνέμου καμνεόμενα. Id est, Hypetræ sunt ambulationes *vento expositæ*.

Εν εὐσκίοις δρόμοισι Ακαδήμου Θεοῦ. Id est, *In bene-opacis stadiis Academi Dei*. Laertius in *Platone* l. III.

Ωμοι καὶ παλαίστρα, καὶ δρόμος ξυστὸς πέλας. Id est, *Heu Palæstra, & stadium, Xystus vicinus*.

Εἰ ἐν ξύστῳ περιπατοῖεν, id est, *Si in Xysto ambularent*. Xenophon in *Oecon*.

Περιδρομίδες, id est, *Ambulationes*.

Παλαιστροφύλαξ, id est, *Palæstræ-custos*.

E Επιστάτης παλαίσματος, id est, *Præfectus Palæstræ*.

Δημήτρειον, id est, *Demetrium*.

Τζάππιον, id est, *Ligonem*. Meursius in *Gloss.* p. 560.

Εν τῷ ὀρύγματι παράττουσί τε ἀλλήλους. Id est, *In fossa percellunt se invicem*. Lucian. Tom. I. p. 723.

Επὶ τὸ μαλακὸν ἀσφαλῶς πίπτειν. Id est, *In molle sine periculo procubuit*. Idem ibidem.

Ως ἀφικτότεροι εἶεν ἐν ταῖς συμπλοκαῖς, οἶμαι, τῆς ψάμμου τὸν ὄλισθον ἀφαιρούσης, καὶ βεβαιοτέραν ἐν ξηρῷ παρεχούσης τὴν ἀντίληψιν. Id est, *Ut effugiant in* F *complexibus, arbitror, arena lubricitatem abigente, & stabiliorem in arido præbente comprehensionem*. Lucianus Tom. I. p. 723.

Αποδύσωνται, καὶ κονίσωνται, id est, *Exuerint se, & pulvere illiverint*. Libanius.

Αφενος. τὸ πλοῦτον ἄφενον καλοῦσι, τὸ ἀπὸ τῶν ἔργων τῶν ἐνιαυσιαίων ἀθροιζόμενον. ἔνος γὰρ καλεῖται ἐνιαυτός. Id est, *Divitiæ. Divitias appellant, qui ex laboribus unius anni congregatur. Annus enim appellatur* ἐνιαυτὸς, id est, *rediens in se ipsum*. τρία ἔτη *faciunt* ἐνιαυτὸν *Tria anni tempora*, seu tres anni quadrimestres conficiunt *annum* solarem, ut optime affirmat Vir Clarissimus, & Nos abunde probavimus anno superiori Venetiis in Tractatu *de annis Quadrimestribus* nondum edito.

Γνοίη δ' αὖτις ἔν τε τῇ Αλεξανδρείᾳ, καὶ τῇ Δικαιαρχίᾳ (γινόμενος,) ὅρων (ὁρῶν) τὰς ὁλκάσθαι (ὁλκάδας) ἔν τε ὧ (τῷ) κατάπλῳ, καὶ ταῖς (καὶ ἐν ταῖς) ἀναγωγαῖς ὅσον βαρύτεραί τε καὶ κουφότεραι δεῦρο κἀκεῖσε πλέοιεν. Id est, *Noverit autem si quis in Alexandria, & in Dicæarchia fuerit, videns naves onerarias in accessu, & in recessibus quanto gravioresque & leviores ultro citroque navigent*. Strabo l. XVII. p. 793. A.

Απὸ τῆς κόρης, id est, *a Puella*.

Καί τι καταρχὰς εὐθὺς ἀποδυσάμενοι (ἑώρων γὰρ) λίπα τε ἠλείψατο, καὶ κατέψησε μάλα εἰρηνικῶς ἕτερος τὸν ἕτερον ἐν τῷ μέρει. Id dst, *Et in principio statim ac essent exuti (videbam enim) oleo unxit, & abstersit valde pacifice alter alterum vicissim*. Lucianus in *Gymnas*.

Επὶ τοῖσι κουρείοισι τῶν καθημένων. Id est, *In Tonstrinis sedentium*. Aristophan. *Plut.* Act. II. Scen. III. p. 38. C. Schol.

Κουρεῖα δὲ ἦσαν ἐργαστήρια, ἐν οἷς οἱ βουλόμενοι κείρειν τὰς τρίχας τῆς κεφαλῆς, καὶ τοῦ πώγωνος ἀπιόντες ἐκείροντο. Id est, κουρεῖα *erant officinæ, in quibus qui volebant tondere capillos capitis, & barbæ, abeuntes radebantur*.

Κουρῆτας εἶναι κουρίμου χάριν τριχός. Id est, *Curetas esse detonsæ causa comæ*.

Απὸ τῶν κουρῶν, id est, *a pupulis oculorum*.

Κονίστρα, ἀπὸ τῆς κονῆς. κονὴ, ῆς nondum legi, quod recorder, sed Etymol. Magno παρὰ τὸ κονῶ, κόνις, κόνιος, καὶ κονία derivatur, *pulvis*. Scribe ἀπὸ τοῦ κόνις, hoc est, Κονίστρα dicitur a nomine κόνις *Pulverarium, a pulvere*, ἢ ἀπὸ τῆς κινήσεως, *vel a commotione*, κίνις τὶς οὖσα καὶ κόνις *cum quidam cinis sit pulvis*. significat etiam κόνις τὴν μάχην *pugnam*, οἱ γὰρ ἀρχαῖοι, ὅταν ἔμελλοι ἀγωνίζεσθαι, εἰς τὰς χεῖρας αὐτῶν πτύοντες, κόνιν προσελάμβανον, διὰ τὸ ἰσχυρῶς κρατεῖν. *Veteres enim cum essent pugnaturi, in suas ipsorum manus spuentes, pulverem accipiebant, ut fortius tenerent* (Adversarium.) Phavorino p. 657. v. 20. κονίεσθαι est ἀγωνίζεσθαι, ὅθεν καὶ ἡ κονίστρα ἡ παλαίστρα. Unde etiam *Conistra* dicitur *Palæstra*. Et p. 1088. v. 36. κόνις δὲ ἰδίᾳ ἀθλητική, id est, κόνις *proprie, & per se Athletica*, ἐξ ἧς —— καὶ κονίστρα, ἡ παλαίστρα. *Ex qua*, &c. & v. 49. Κονίστρα, ὁ ἀγὼν, ἡ παλαίστρα, ἢ ἡ κυλίστρα. Hoc est, Κονίστρα *est Certamen, Palæstra, seu locus in quo volutant se Jumenta. Hinc per similitudinem* κονίστρα *appellatur locus, ubi asservabatur pulvis, quo se Athletæ inspergerent, & linirent*. κόνις, λεπτοτάτη γῆ, id est, κόνις *minutula terra*.

Κόνην τὴν μάχην, &c. lege κόνιν. κονεῖται, lege κονιαταὶ. Nos *Imbiancatori*.

Κονιατής, οῦ, id est, *Dealbator, Albinus, tector*.

Κονίασις, id est, *Tectorium*.

Κονία ἄσβεστος, id est, *Calx incombustibilis*.

Κονία, ἡ τέφρα, id est, *Pulvis* Glossa optima p. 519.

Ως ἕτερος πρὸς τὸν ἕτερον ὑπαλείφεται τὴ χεῖρέ τε ὑποκονίεται. Id est, *Ut alter alterum ungit palmaque linit*. Plut. in *Pomp*.

Υποδήματα καὶ ληκύθους ἐφθὰς ἐσιόντων. Id est, *Calceamenta, & lecythos coctas comedentibur*.

Τὴν λήκυθον τὴν ἔχουσαν τὸ ἔλαιον ἐν ταῖς παλαίστραις. Id est, *Lecythum habentem oleum in Palestris*. Schol. Theocr. Idyl. II. p. Vasis formam ponit Jo. a Wouveren apud Petron. p. 632.

Η δραματικὴ λήκυθος, id est, *Coriacea lecythus*.

Ελαιοδοχεῖον, id est, *Oleo gutturnium*.

Καθήμενος ἐνταῦθα ὑπέρ σου με εἶδες ἐν τῷ ἀποδυτηρίῳ. Id est, *Cum sedisses ibidem supra tu me vidisti in Apodyterio*. Nos *Spogliatoio*. Plat. in *Euth*.

—— καὶ γοργῷ μάρνατο παγκρατίῳ.

—— *Et terribili pugnabat Pancratio.*

Καὶ αὐτοὶ παίουσιν ἀλλήλους, προσπεσόντες, καὶ λακτίζουσι. Id eſt, *Et ipſi ludunt invicem ſe verberantes, & calcitrant.*

—— θνατὸν διέρχον-
ται τὸ βίου τέλος. ἄλλοτε δ' ἀλ-
λοις οὖρος πάντας ἀνθρώ-
πους ἐπαίσσων ἐλαύνει.
—— *mortalem percurrunt*
Vitæ terminum. Alias autem
Alios flatus ingruens
Omnes homines exagitat.

Pindarus *Iſtm.* od. IV. ſtr. I.

Coſi nel colmo à germogliar l' Onore,
Che ben ch' à morte ora fatalui guidi,
Fiorite ſempre allo ſpirar del Vento,
Ch' altra de mortali ogni momento.

Alex. Adimarius.

Ρωμύλος πρῶτος ἐν ῥώμῃ ἔκτισεν ἱππικὸν, καὶ διεῖλε τὸν δῆμον εἰς μέρη τέσσαρα εἰς τιμὴν τῶν τεσσάρων τῶν στοιχείων, καὶ τὰς δώδεκα θύρας κατὰ τύπον τοῦ Ζωδιακοῦ κύκλου ἱστόρησεν. Id eſt, *Romulus primus Romæ conſtituit Circum, & diviſit populum in partes quatuor; in honorem quatuor anni temporum; & duodecim portas ad ſimilitudinem Zodiaci Circuli deſcripſit.* Jo. Antioch.

Γῆς ἐπέβην γυμνὸς, γυμνός θ' ὑπὸ γαῖαν ἄπειμι. Id eſt, *E terra inſurrexi nudus, nuduſque in terram abeo.* Pallada *Anth.*

Γυμνὸς ἐξῆλθον, ἔλεγεν, ἀπὸ μητρὸς κοιλίας. Id eſt, *Nudus egreſſus ſum, ajebat, e matris ventre.* Tzetza Chil. cap. CCCXIII.

Καὶ μετ' οὐδὲν, μετὰ μικρὸν, κόνις, σκιὰ, καὶ τέφρα. Id eſt, *Deinde nihil, deinde parum, pulvis, umbra, & cinis.* Tzetza lib. I. Chil. II.

Δάκτυλος, ἁμέρα. Id eſt, *Digitus, dies.* Apud Ath. Alcæus.

Αποδυθήριον, ἀπὸ τοῦ ἀποδύειν, quod eſt *exuere.* Pars Balnearum. Petr. Lotichi. *ad Petron. lib.* I. *cap.* IX. p. 74. & ſeq.

Λευκῆς, *Albæ.* Τέρμα, *Meta.* τέρμα λευκὸν, ἢ λελευκωμένον, *Meta alba, vel dealbata.*

Οὐκ ἀπὸ λευκῆς ἐπὶ σφενδόνα μιλιοδρομῶν. Id eſt, *Non a linea alba ad ſphendonem* (fundam, calcem Circi) *milio-decurrens.* D. Chryſoſt. in *Oratione de Circo* p. 74. A.

Αλληγορίζει, id eſt, *Allegorice ſumit.*

Κριτὴς, id eſt, *Judex.*

Εκ τοῦ τέρματος ἐπὶ τὴν βαλβίδα. Id eſt, *A meta ad lineam.*

Απὸ τῆς ἀφετηρίας μέχρι τοῦ καμπτῆρος. *A Carceribus uſque ad metam.* καμπτὴρ *ſecunda meta,* βαλβὶς *prima eſt.* βαλβὶς ἐστὶν, ἣν ἐπιβάλλουσιν οἱ δρομεῖς γραμμή. *Balbis eſt linea, qua ſpatium arripiebant Curſores.* Schol. Apollon. lib. III. p. 196. num. 60.

Νύσσα, id eſt, *Secunda meta.*

Τοσοῦτον δὲ τῆς πόλεως ἀφέστηκεν, ὅσον ἡ νύσσα ἀπὸ τῆς βαλβῖδος, ἤτοι τῆς ἀφετηρίας. Id eſt, *Tantum autem ab urbe abfuit, quantum meta a linea, ſeu carceribus.*

Βαλβὶς dicitur *βαίνω.* locus integer ſic legitur apud Scholiaſtem Ariſtoph. *Equit.* Act. IV. Scen. I. p. 354. videlicet: Βαλβὶς δὲ καλεῖται τὸ ἐν τῇ ἀρχῇ δρόμου κείμενον ἐγκαρσίως ξύλον, ὃ καὶ ἀφετηρίαν καλοῦσιν. ὅπερ μετὰ τὸ ἑτοιμασθῆναι τοὺς δρομεῖς εἰς τὸ δρομεῖν, ἀφερόμενοι ἀφίεσαν τρέχειν. Id eſt, *Balbis* (carceres, & initium ſtadii) *appellatur in ipſo principio ſtadii erectum oblique lignum, quod etiam* ἀφετηρίαν *dicunt: quod, ubi ſe preparaviſſent Curſores ad currendum, auferentes, manu mittebant, ut currerent.* Triclinius apud Sophocl. in *Antig.* pag. 219. dicit quod βαλβὶς, καὶ ἀφετηρία, eſt ἡ ἀρχὴ τοῦ δρόμου. *Balbi & Apheteria eſt curſus principium.* Vide variam dictionis originem apud eundem Scholiaſtem ibidem; & in *Acharn.* Act. II. Sc. IV. pag. 394. & in *Veſpis* p. 468. F. Harpocrat. in βαλβίς. Moſcopulum item in βαλβίς. Suidam p. 530. E in βαλβίς. Etym. Magn. in βαλβὶς. p. 186. v. 14.

Κιγκλὶς γὰρ ἡ θύρα δικαστηρίου, ἣν καὶ καγκελωτὴν καλοῦσι. Id eſt, *Cinclis, porta fori judicialis, quam etiam cancellum vocant.* Ariſtoph. Schol. in *Veſpis* p. 438. F. & in *Equ.* Act. II. Scen. I. p. 324. E.

Δρύφακτοι γὰρ ξύλινοι θώρακες, τὰ διαφράγματα καὶ τειχίσματα (ἢ τὰ περιτειχίσματα) τὰ νῦν παυλωτὰ καλούμενα. Id eſt, δρύφακτοι (ſunt) *lignei thoraces, parietes e ſcandulis, ſeu munitiones locum aliquem ambientes. Nunc Tabulata appellantur.* Schol. Comici in *Veſpis* p. 456. F.

καμπτὴρ, id eſt, *Meta* a καμπτεῖν, *Flectere.* ὕσπληγξ, *meta, repagulum* a πλήττω, quod eſt *percutio.* Quia repagulis, & tabulatis delapſis equi potiſſ. percutiantur ad arripiendum curſum.

Περὶ δὲ ὃ κάμπτουσι, νύσσα, καὶ καμπτήρ. *Hoc* eſt, *Circa quod autem flectunt ſe* (Equi), *Inclinatio, & Flexus* dicitur. Pollux lib. III. cap. XXX. p. 167.

Τοῦ γὰρ σώματος τὸ τέλος τὰ ὀστᾶ εἰσὶν, ὡς τοῦ δρόμου ὁ καμπτήρ. Id eſt, *Corporis finis oſſa ſunt, ut Curſus meta.* Schol. Eurip. in *Medea* p.

Καμποὶ, id eſt, *Campi.* Meurſ. in *Gloſſ.* p. 210. κανθός quaſi καμπτὸς, *ferrum* quo rotæ extremitates vinciuntur.

Πυθοῖ τ' ἔχει σταδίου τιμὰν διαύλου
θ' ἁλίῳ ἀμφ' ἑνί.

Id eſt,

In Pythiis habet ſtadii honorem, Diaulique
Sole in uno.

Pindarus *Olymp.* od. XIII. p. 115.

Διαυλοδρόμος, ου, ὁ, id eſt, *Diauli-curſor.* Pollux loco proxime citato: δίαυλος, ὃς τοῦ διαύλου ἀγωνιστὴς καὶ ἀγωνιζόμενος τὸ διπλὸν στάδιον. Id eſt, *Diaulus, curſus reciproci certator, & qui currit duplex ſtadium.* Pollux ibidem.

Σταδιοδρόμος, id eſt, *qui ſtadium decurrit.* ibidem.

Οπλιτοδρόμος, id eſt, *Armatus-curſum-exercens.*

Δρόμου προτιθέασιν ἀγῶνα ἀνδράσιν ὡπλισμένοις. Id eſt, *Curſus proponunt certamen Viris armatis.* Æthiopicæ Hiſtoriæ auctor. Hic lapſus eſt memoria vir doctiſſimus cum adſcribit Heliodoro verba quæ ſunt Pauſaniæ in *Corinthiacis*: integrum apponam locum in gratiam candidatorum: Θύουσι ἀργεῖοι τῷ διὶ, καὶ ἐν τῇ Νεμέᾳ, καὶ Νεμείου διὸς ἱερέα αἱροῦνται, καὶ δὴ καὶ δρόμου προτιθέασιν ἀγῶνα ἀνδράσιν ὡπλισμένοις. Id eſt, *Sacra faciunt Argivi Jovi, & in Nemea, & Nemei Jovis ſacerdotem eligunt, & curſus proponunt certamen Viris armatis.* Verba vero Heliodori *Æthiop.* de Theagene in Agone Pythio hæc ſunt ex lib. IV. c. X. p. 165. v. 8. ὁ μὲν κήρυξ, ἄνδρες ὁπλῖται παριόντων, ἀνεβόησεν. *Præco, Viri armati prodeant, proclamavit.* & v. 39. παρείη τὶς εὐσταλῶς ὡπλισμένος. *Prodibat autem quidam* (is erat Ormenus Arcas) *decenter armatus.* Et p. 167. παρελθών τε (Θεαγένης) εἰς μέσους, τό, τε ὄνομα προσήγγελλε, καὶ τὸ ἔθνος ἐδήλου, καὶ τὴν δρόμου τὴν χώραν ἐκληροῦτο. καὶ τὴν πανοπλίαν ἐνδὺς ἐφειστήκει τῇ βαλβῖδι τὸν δρόμον ἀσθμαίνων, καὶ τὸ παρὰ τῆς σάλπιγγος ἐνδόσιμον ἄκων καὶ μόγις ἀναμένων, σεμνόν τι θέαμα καὶ περίβλεπτον, καὶ οἷον Ομηρος τὸν Αχιλλέα τὴν ἐπὶ Σκαμάνδρῳ μάχην ἀθλοῦντα παρέστησεν. Id eſt, *Progreſſus* (*Theagenes*) *in medium, & nomen edebat, & gentem indicabat, & curſus locum ſortiebatur, & totam armaturam indutus inſtitit in linea curſum anhelans, & tubæ ſignum invitus & ægre ex-*

pectans, grave quoddam spectaculum, & conspicuum (edens,) *& qualem Homerus Achillem ad Scamandrum pugnam pugnantem introducit.*

Οπλίτην δρόμον, id est, *Armatum cursum* vocat Pausanias in *Phocicis* apud Buleng. pag. 144. A.

Ωσπερ τῆς φύσεως διαυλοδρομούσης, καὶ ἀνελιττομένης ἐπὶ τὴν ἀρχὴν, (ὅθεν ἦλθεν.) Id est, *Instar naturæ cursum-rursus-flectentis, & revolutæ ad principium, unde iverat.* Arist. *de Generatio.* lib. apud Buleng. p. 143. D.

Πρὶν στάδιον ὠνόμαζον, τὸν δρόμον τὸν ὁπλίτην. Id est, *Prius stadium appellabant, Cursum armatum.*

Διαύλους κυμάτων, id est, *reciprocationes Aquarum.*

Οἱ διαυλοδρομοῦντες μετ' (μεθ') ὅπλων τρέχουσιν ἔχοντες λόφον ἐπὶ τῆς κεφαλῆς. ἄλλως. Id est, *Diaulocurrentes, cum armis currunt, habentes galerum in capite. Alio modo.*

Δίαυλος ὁ διττὸν ἔχων τὸν δρόμον ἐν τῇ πορείᾳ τὸ πληρῶσαι τὸ στάδιον, καὶ ὑποστρέψαι. Id est, *Diaulus duplicem habens cursum in facultate explevisse stadium & iter convertisse.*

Δολιχόδρομοι δὲ οἱ ἑπτὰ τρέχοντες, διὸ καὶ δολιχοδρόμοι, Id est, *Dolichodromi autem sunt septies currentes. Ob idque Dolichodromi* (appellati.)

Οἱ γὰρ σταδιοδρόμοι διπλοῦν ποιοῦνται τὸν δρόμον. ἄλλως. Id est, *Stadiodromi duplum faciunt cursum. Alio modo.*

Οπλίτην δρόμον, μετὰ ὅπλων γὰρ ἠγωνίζοντο. ἄλλως. Id est, *Armatum cursum, cum armis enim decertabant. Alio modo.*

Δίαυλος ὁ διστάδιος, τόπος, ἢ μέτρον πηχέων σ. Id est, *Diaulus est Distadium, locus, seu mensura cubitorum ducentorum.*

Δίαυλος καὶ ἡ μακρὰ περίοδος. Id est, *Diaulus* (est) *etiam longus circuitus.*

Οκτὼ δὲ εἰσὶν ἀγωνίσματα. στάδιον, δίαυλος, δόλιχος, ὁπλίτης, πυγμὴ, παγκράτιον, πάλη, καὶ ἅλμα. Id est, *Octo vero sunt certamina. Stadium, Diaulus, Dolichus, Armatus cursus, Pugilatus, Pancratium, Lucta, & Saltus.* Hanc ludorum narrationem, & numerum lege potissimum apud Scholiastem Aristophanis in *Avibus* p. 555. A. B. Varinum Phavorinum in *lexico Magno* p. 1598. v. 20. p. 1675. v. 22. 1469 v. 14. p. 495. v. 55. Suidam Tom. I. p. 711. D. F.

Κεύθω, id est, *Abscondo, tego.* Κέστος, *Cestus*, Etym. Magn. p. 506. v. 46.

Οἱ δ' ἐπεὶ οὖν σπείρῃσιν ἐκαρτύναντο βοείης
Χεῖρας, καὶ περὶ γυῖα μακροὺς εἵλιξαν ἱμάντας.

Id est,

Hi vero postquam igitur spiris munierunt bovinis
Manus, & circum lora longos annexuerunt lacertos.

Τοῖσι δὲ μεσσηγὺς θεράπων Αμύκοιο Λυκωρεὺς
Θῆκε πάροιθε ποδῶν δοιοὺς ἑκάτερθεν ἱμάντας
Ωμοὺς ἀζαλέους.

Id est,

Illis autem interim servus Amyci Lycoreus
Posuit ante pedes duo utrique lora
Cruda, sicca.

Apollon. *Argon.* lib. II. v. 51,

Τῶν δ' ἔτ' ὃν ἦ ἐθέλησθαι πάλου ἄτερ ἐγγυαλίξω.
Αὐτὸς ἔχων ἵνα μή μοι ἀτέμβηαι μετόπισθεν.

Id est,

Horum autem nunc quemcumque volueris sorte sine concedam.
Ipse ultroneus, ut ne me accuses postea.

Idem Apollon. eodem lib. v. 55.

—— Τοὺς ἕλεν ἀπροφάτους (ἀπροφάτως.)
—— *Hos accepit sine delectu.*

Idem ibidem v. 62.

—— Τοῦ δ' ἀντίος ἤλυθε Κάστωρ,
Ηδὲ Βιαντιάδης Ταλαὸς μέγας. ὦκα δ' ἱμάντας
Αμφέδεον.

Id est,

Cui autem adversus venit Castor,
Atque Biantiades Talaus Magnus: statim autem lora
Circum-vinciebant.

Idem ibidem.

Ενθα πολὺς σφισι μόχθος ἐπειγομένοισιν ἐτύχθη.
Οππότερος κατὰ νῶτα λάβῃ φάος ἠελίοιο·

Id est,

Ibi multus ipsis labor pugnantibus fuit
Uter post humeros accipiat lucem solis.

Hoc distichon, cujus non laudat auctorem, leges apud Theocr. Idyl. XXII. v. 83. Com. Pomp. in *Exam. Honor.* p. 108. Petr. Math. *Hist.* lib. II. p. 155.

Στάντε δὲ βαιὸν ἄπωθεν ἀπωμόρξαντο μετώπῳ
Ιδρῶ.

Id est,

Steteruntque autem paulum seorsum, absterserunt fronte
Sudorem.

Apollon. *Argon.* lib. II. v. 86.

Καὶ συμβάλλουσιν αὔτοθι (αὐτόθι) τοὺς ἀθλητὰς, οὐ παλαίσοντας ἔτι ἐπὶ δὲ ἱμάντων τῶν μαλακοτέρων. Id est, *Et confligent illic cum Athletis, minime luctaturis iterum loris mollioribus.* Pausanias *Eliacorum* II.

Πλουμβάτον, id est, *Plumbatum.* Meursius in *Gloss.* p. 430. Erat flagellum, cujus lora plumbum in extremo innexum habebant. Porro quod Nobiles olim plumbatis plecterentur, ignobiles Equuleo, ut hic Argolus affirmat; adversatur iis, quæ olim docuit, & Sacratissimorum Imperat. legibus comprobavit Eminentiss. Card. Baronius in suis eruditissimis *notis ad Martyrologium Rom.* XI. Junii E. p. 277. Typis Vatic. MDCXXX. Ubi expressis verbis legitur: *Plumbatarum verberibus viliores tantum personas torqueri consuevisse, leges indicant, nam l. 2. de quæst.* Cod. Theod. &c. Sed Argolus ducem habuit Meursium loco laudato, sicut & Cerda *Advers. Sacr.* c. CXXIV. p. 248. Edit. Lugd. MDCXXVI. in fol.

Πλουμβάτοις, μολίβδοις. Gloss. opt. p. 163. *Plumbum* μόλιβδος. Et Glossa Aldina p. 46.

Μολιβδωταὶ, id est, *Plumbatæ.* Idem Meursius ibid.

—— μύρμηκας ἐμαίνετο χερσὶν ἑλίσσων.

Id est,

Formicas furiose-movebat manibus torquens.

Hemistichium hoc tribuitur Christodoro a Conrado Dinnero p. 516. *Epith. Græc.*

Ιμάντας τοὺς καλουμένους μύρμηκας.

Id est,

Lora, quæ vocant Formicas.

Scholiast. Apollon. lib. II.

Εἰς τὸ πυγμῇ μονομαχεῖν, id est, *Ad pugnandum cæstu*, seu pugilatu.

Αψατο δ' ἡμιόνου ταλαεργοῦ.

Id est,

Attigit autem mulam operosam.

Hom. *Iliad.* ψ. v. 666.

Εκ μεταφορᾶς τοῦ κειμένου τοῖς παλαίουσιν ἄθλου ἐν μέσῳ. Id est, *Ex Metaphora expositi luctantibus præmii in medio.* Schol. Demosth.

Αἲ γὰρ Ζεῦτε πάτερ, καὶ Αθηναίη, καὶ Απολλον
Ηβῷμ', ὡς ὅτ'.

Id est,

Utinam vero Jupiter pater, & Pallas, & Apollo
Essem-adolescens, ut cum.

Hom. *Iliad.* η. v. 132.

Εἴθ' ὡς ἡβώοιμι, βίη δέ μοι ἔμπεδος εἴη.

Id est,

Utinam sic essem-adolescens, robur autem mihi esset integrum.

Idem eodem lib. verſ. 157.

Σφαιρομαχεῖν, id eſt, *Pila ludere*.

Ὁ δ' ἡρακλῆς περαιωθεὶς, καὶ τρὶς καταπαλαίσας
Τὸν ἔρυκα μὲν ἔκτεινε.

Id eſt,

Hercules autem cum transfretaſſet, & ter ceſtu-pugnaſſet
Erycem quidem interfecit.

Tzetza Chil. II. Hiſt. XXXVI. v. 248.

Ἀδελφοὺς ἐκ πατέρων, id eſt, *fratres ex patribus*.

Δεινὸς δὲ χρόμαδος γενύων γένετ'.

Id eſt,

Graviſque crepitus maxillarum factus eſt.

Hom. *Iliad.* ψ. v. 688.

Οὗτος ὁ πὺξ βέλτιστος ὀλυμπικὸς, εἶχε τοπρόσθεν
Ῥῖνα, γένειον, ὀφρῦν, ὠτάρια, βλέφαρα
Εἶτ' ἀπογραψάμενος πύκτης ἀπολώλεκε πάντα.

Id eſt,

Hic qui erat optimus olympicus, habebat olim
Mentum, genas, aures, ora, ſupercilium,
Verum adſcriptus pugil perdidit omnia.

In Anthol. Lucianus.

Ἧλος, ου, ὁ, *Clavus*, fungus. ἀμφωτίδας, (ἀμφωτίδας) ab Ἀμφωτὶς, ίδος, ἡ. *Inauris*, aurium ornamentum.

Περὶ ἀκούειν, id eſt, *de audiendis*, vel auditu. οὕτως πυκτεύω, ὡς οὐκ ἀέρα δέρων. *Sic pugno, non ut aerem verberans*. D. Paul. *ad Corinth.* I. cap. IX. in fine.

Φράζεο Τυδείδη καὶ χάζεο, μηδὲ θεοῖσιν
Ἶσ' ἔθελε φρονέειν.

Id eſt,

Cave Tydide & recede, neque Diis
Paria velis ſapere.

Homerus *Il.* ε. v. 440.

Τῆς θεοῦ τὸ πᾶν διεπούσης, id eſt, *Dea* (fortuna, *Univerſum moderante*. Ariſtæn. *Epiſt.*

Οὐχ ὡς ἥρωσιν, ἀλλὰ ὡς θεοῖς, id eſt, *Non ut Heroibus, ſed ut Diis*. Iſocr. Oratione de *Laud. Helen.*

Υἱὸς Δινύττου (Δινύττου) Δήμαρχος τὸν δ' ἀνέθηκε
Εἰκόν' ἀπ' Ἀρκαδίης παῤῥάσιας γενεάν.

Id eſt,

Filius Dinytti Demarchus hanc appoſuit
Iconem Arcadico Parrhaſius genere.

Pauſanias *Eliacor.* lib. II. p. 226.

Ἦν ἀναπνεῦσαι καὶ ψυχαγωγῆσαι τὸ πλῆθος ἐκ καμάτων. Id eſt, *Erat ut plebs reſpiraret, & oblectaret animum a laboribus*. Appian. Alex. *Bellor. Civil.* I.

Παλαίστρα ὁ τόπος ἔνθα παλαίουσι, καὶ αὐτὴ ἡ πάλη. Id eſt, *Palæſtra eſt locus, ubi luctantur & ipſamet Lucta*. Schol. Theocr. Idyl. II. p.

Κελαδεινὴ παρὰ τὸ κέλαδος, id eſt, *A tumultu, quaſi Tumultuaria Palæſtra*.

Παλαίστρα ἀνακλινομένη, id eſt, *Lucta reclinata, vel reſupinata*. Palæſtritas dedit ſuperioribus annis Florentiæ accitos ex Italia univerſa nobiliſſimos, apparatuque vere Regio, Bonarum Artium omnium feliciſſimus inſtaurator, æternumque Heroicæ virtutis exemplar Mag. Hetruriæ Dux COSMUS II.

Ὄφρα νέοι θάλποντες ἐπιχρίοντες ἀλοιφῇ
Τόξου πειρώμεθα.

Id eſt,

Ut Juvenes calidi & ungentes pinguedine
Arcum intendamus.

Homerus.

Καὶ ἀγῶνα πρῶτος ἔθηκε κατὰ ζῆλον ἡρακλέους, ὡς δι' ἐκεῖνον ὀλύμπια τῷ διῒ, καὶ δι' αὐτὸν Ἴσθμια τῷ Ποσειδῶνι. Id eſt, *Et certamen primus ſtatuit ad æmulationem Herculis, ut* (quemadmodum Græci celebrant) *per illum Olympia Jovi; ita per ſe ipſum Iſthmia Neptuno* (celebrarentur). Plutar. in *Theſeo* p. 11. E.

A Ἀλύται, id eſt, *Alytæ*, genus officii apud Eleos, quale hac tempeſtate exercent ii, quos Ceremoniarum Præfectos appellamus. Ἠλεῖοι γὰρ τοὺς ῥαβδοφόρους, ἢ μαστιγοφόρους παρὰ τοῖς ἄλλοις καλουμένους, ἀλύτας καλοῦσι· καὶ τὸν τούτων ἄρχοντα Ἀλυτάρχην. *Elei enim, qui apud alios virgam-geſtantes, ſeu flagelliferi nominantur, eos vocant Alytas; & horum principem, Alytarchum.*

Ἀλυτάρχης δὲ ὁ ἐν τῷ Ὀλυμπιακῷ ἀγῶνι εὐκοσμίας ἄρχων. Id eſt, *Alytarchus vero in Olympiaco certamine Decori*, Modeſtiæ, Honeſtatique *præerat*. Etymol. Magn. p. 72. v. 12.

Ζωσαμένω δ' ἄρα τώ γε βάτην ἐς μέσσον ἀγῶνα.

B Id eſt,

Accincti autem hi duo iverunt in medium certamen.

Homerus *Iliad.* ψ. v. 710.

Ζῶμα δέ οἱ πρῶτον παρακάββαλεν.

Id eſt,

Cingulum autem ei primum circum-poſuit.

Idem ibidem v. 683.

Πρῶτος θ' ἑλλήνων, &c. Integrum Epigramma legitur apud Thucyd. Schol. l. I. p. 3. Stephanin. MDLXIV. & eſt hoc.

Ὀρσίππῳ μεγαρεῖ μεγαλόφρονι τῇδ' ἀρίδηλον
Μνῆμα θέσαν, φάμᾳ δελφίδι πειθόμενοι.
C Πρῶτος θ' ἑλλήνων ἐν Ὀλυμπίᾳ ἐστεφανώθη
Γυμνὸς. ζωννυμένων τῶν πρὶν ἐπὶ σταδίῳ.

Id eſt,

Orſippo Megarenſi magnanimo hac (ſtatua) *præclarum*
Monumentum poſuerunt, monito Delphico obſequentes.
Primus Græcorum in Olympia coronatus eſt
Nudus: ſuccinctis antea in ſtadio ſubligaculis.

Cum Pugiles decertaſſent. Ut ibidem narrat Hiſtoricus, & adnotat Scholiaſtes. Verum in hoc videntur diſcrepare a Dionyſio Halicarnaſſeo, qui lib. VII. pag. 475. primum nudaſſe totum corpus ait, in D Olympico ſtadio Achanthum Lacedæmonium, Olympiade quintadecima; idque ex Lycurgi diſciplina, cui inhærentes, ut teſtatur Plutar. in *ejus Vita* pag. 47. F. non virilis ſolum ſexus, ſed Virgines quoque factitarunt.

Προσάπτεσθαι & σωματομαχεῖν, id eſt, *Facile attingi, ſeu apprehendi.*

Δρηστῆρες ἄγον ζώσαντες ἀνάγκῃ δειδιότα. Id eſt, *Famuli ducebant cum cinxiſſent timentem*. Homerus.

Ἀρκάδιον πῖλον, id eſt, *Arcadicum Pileum.*

Πῖλον λακωνικὸν, id eſt *Pileum Laconicum.*

Αἴλουρον, τὸν ἰδιωτικῶς λεγόμενον κάττον, id eſt,
E *Ælurum, quem proprie appellant Cattum*. Schol. Callimachi *Hymn. Cereris* v. 111.

Ἒξ ἐπὶ πεντήκοντα πόδας πήδησε φάϋλλος,

Id eſt,

Sex ſuper quinquaginta pedes ſaltavit Phayllus.

Tzetza lib. VII. Hiſt. CCCCXXXV. v. 645. En tibi integrum Epigramma:

Κροτωνιάτης φάϋλλος τὶς πένταθλος ὑπῆρχε,
Νικήσας πάλην, καὶ πυγμὴν, δίσκον, καὶ δρομὸν, ἅλμα,
Καὶ τῶν μὲν ἄλλων πῶς χρεὼν τὰς νίκας διαγράφειν.
F Τοῦ ἅλματος, καὶ δίσκου δὲ τούτου τὸ μέτρον μάθε.
Ἒξ ἐπὶ πεντήκοντα πόδας πήδησε φάϋλλος,
Δίσκευε δ' ἑκατὸν, πέντ' ἀπολειπομένων.

Id eſt,

Crotoniates Phayllus quidam Pentathlus fuit,
Qui vicit Luctam, Pugillatum, Diſcum, & Curſum, & Saltum.
Et ſane aliorum ut oporteat victoria deſcribere
Saltus, & Diſci; hujus metrum diſce:
Sex ſuper quinquaginta pedes ſaltavit Phayllus,

Discum jecit vero centum, quinque demptis.

Δίκω, ῥίπτω, id est, *Jacio*, δίσκος ὁ ῥιπτόμενος, *Discus, qui jacitur*. Locus integer legitur apud Etymol. Magnum p. 279. v. 19.

Δίσκος σημαίνει λίθον τροχοειδῆ εἰς γυμνάσιον ἡρωϊκὸν ἐπιτήδειον. παρὰ τὸ δίκω τὸ ῥίπτω. δίκος ὁ ῥιπτόμενος, κ πλεονασμῷ τοῦ σ. Id est, *Discus significat lapidem forma rotundum in exercitium Heroicum accommodatum. Sic dictum a verbo* δίκω *quod significat* ῥίπτω *jacio.* δίκος *qui jaciunt, & σ. pleonasmo* fit *discus*.

Καθ' ἕκαστον δὲ, οὓς μὲν δίσκους καλοῦσιν, ἐρεῖς κύκλους ἀργυροῦς, ἢ χεύματα ἀργυρᾶ, ἢ πινάκας (πίνακας. id est, *Apud quemlibet* (apponebant) *quos discos dicunt, dicis cyclos* (orbes) *argenteos, seu lances argenteas, seu patinas*. Pollux lib. VI. cap. XII. pag. 290.

Δίσκος ἐγράφη τοῖς ἑλλανοδίκαις. Id est, *Discus conscriptus est ab Hellanodicis*. Phlegon Trallian. *Olymp.* p. 183. Edit. Elzevirian. MDCXIX.

Διαφέρει δὲ σόλος, καὶ δίσκος, ὅτι ὁ μὲν δίσκος πλατός (πλατύς) ἐστι, καὶ κοιλότερος, ὁ δὲ σόλος στρογγύλος, καὶ σφαιροειδής. Id est, *Differt autem solos & discus, quod discus quidem latus est, & concavus. Solos vero rotundus & persimilis sphera*. Hæc verba, quæ noster dicit esse Eustathii, leguntur apud Didymum *Iliad.* Ψ. pag. 549. D. editum Argentorati apud Richelium MDXXXIX. in 8. De disco, & solo consule Eustathium ad secundum *Iliados* p. 344. v. 23. p. 1331. 1332. & *Ulysseæ* VIII. p. 1589. 1590. 1591. Etymol. Magn. in verbo σόλος p. 721. formam Disci æreis typis expressam habes in *Prolegom. Pindari*, Optimi Viri Alex. Adimarii.

Βόμβησεν δὲ λίθος. δίσκος, λίθος· σόλος δὲ χαλκοῦς· χαλκοῦ σιδηροῦ σημεῖα ἔνθα τὸ πρῶτον κατῆλθεν ὁ δίσκος. σημεῖα τέρματα. τέρματα ἢ λέγει οἷς ἐσημειοῦντο ποῦ ὁ δίσκος ἐν πρώτῃ καταφορᾷ ἔπεσε. Confusa hæc sic exhibet Eustat. ad illud Poetæ *Od.* Θ. v. 190. p. 1591. v. 23. Ulysses cum jecisset, βόμβησε δὲ λίθος. *Resonavit lapis. Discus igitur Phæacum erat lapideus, cum alias sit ex ferro, qualis in Iliade* σόλος; *vel ligneus, similiter & æreus.* Δίσκος δὲ, ἄλλως μὲν ἐκ σιδήρου. ὁποῖος ὁ ἐν Ἰλιάδι σόλος ἢ ξύλινος. ἴσως δὲ χαλκοῦς καί που καὶ λίθινος —— ὅτι δὲ λίθος ἦν ὁ φαιακικὸς δίσκος, &c. Didimus ad eum locum *Iliadis*, quem hic laudat Eustathius β. p. 127. A. *Discus* (inquit) *est gravis lapis, quem jaciebant qui se exercebant. Discum enim ferreum solon dicebant.* δίσκος ἐστὶ βαρὺς λίθος, ὃν ἐρρίπτοντο οἱ γυμναζόμενοι. τὸν γὰρ σιδηροῦν, σόλον προσαγορεύουσι. Fuit igitur Discus ex lapide, Solos ex ferro, sequitur ibidem Eustathius v. 28. σόλος δὲ χαλκοῦν ὅλον σφαιρωτόν. *Solos vero est ærea massa sphærica.* ἔοικε δὲ ὁ τρύφων ἐν τούτοις, χαλκοῦν, τὸ σιδηροῦν εἰπεῖν. *Videtur autem Trypbon æneum, ferreum appellare:* & v. 42. Σήματα δὲ λέγει οἷς ἐσημειοῦντο ποῦ ὁ δίσκος ἐν πρώτῃ καταφορᾷ ἔπεσε. Id est, *Signa vero dicit, quibus signabant ubi discus in primo impetu cecidit*. & v. 44. σημεῖα ἔνθα τὸ πρῶτοι κατῆλθεν ὁ δίσκος. *Signa quo primum pervenit Discus*. Quamvis autem Homerus dixerit Solon ferreum, & Discum lapideum; tamen Nicander in *Theriacis* v. 905. facit Solon lapideum, referens fabulam Apollinis & Iacinthi:

—— ἐπὶ σόλος ἔμπεσε κόρσῃ

Πέτρου ἀφαλλόμενος, νέατον δ' ἤραξε κάλυμμα.

Id est,

—— *Cum solus lapideus emissus incidit*

In tempora (Iacinthi), *extremam fregit membranam.*

Ubi Scholiastes, σόλον δέ φησι τὸν δίσκον. *Solon dicit Discum*. Unde interdum dubitavi num Poeta sit usus voce σόλος, in suo proprio significatu, sicut videtur eruditissimo Argolo; seu potius improprie, & versui inserviturus posuerit *Solon* pro ipso Disco; & ideo addiderit vocem πέτρου, ut expressione materiæ ipsius Disci significaret id, quod per versum sibi minus licuerat explicare.

Ἱππεύειν, καὶ τοξεύειν, σφενδονᾷν, ἀκοντίζειν. Id est, *Equitare, & sagittare, funda jacere, & jaculari*.

Αὐτὰρ ὁ γυμνώθη ῥακέων πολύμητις Ὀδυσσεύς

Ἆλτο (ἆλτο) δ' ἐπὶ μέγαν οὐδὸν ἔχων βιὸν ἠδὲ φαρέτρην.

Id est,

Sed nudatus pannis versutus Ulysses

Insilit, ad magnum limen habens arcum & pharetram.

Homerus *Odyss.* X. v. 1.

Ἴσθμια καὶ Πυθοῖ Διοφῶν ὁ Φίλωνος ἐνίκα

Ἅλμα, ποδωκείην, δίσκον, ἄκοντα, πάλην.

Id est,

Isthmia, & Pythiis Diophron Philonis causa

Saltum, cursum, discum, jaculatum, luctam.

Simonides lib. I. *Anthol.* Et Tzetza Epigrammate proxime allato ait Pentathlum esse.

—— πάλην, καὶ πυγμὴν, δίσκον, καὶ δρόμον, ἅλμα,

Id est,

—— *Luctam, Pugilatum, Discum, & Cursum, Saltum.*

Ὀλυμπιακοὺς ἀγῶνας πέντε φασί. Πυγμὴν, πάλην, δρόμον, ἀκόντιον καὶ δίσκον. τὸ μέν τοι παγκράτιον ἕτερόν τι ἦν, σύνθετον ἐκ πυγμῆς, καὶ πάλης ἦν. Id est, *Olympiaca Certamina quinque dicunt. Pugilatum Luctam, Cursum, Jaculatum, & Discum. Pancratium aliud quid erat? Ex Pugillatu enim & lucta constabat.* Nicephorus in *notis ad Synesium*. Vide Suidam pag. 402. Tom. II. B.

Ἅλμα ποδῶν, δίσκου τε βολὴ, καὶ ἄκοντος ἐρωή.

Καὶ δρόμος, ἠδὲ πάλη.

Id est,

Saltus pedum, Discique jactus, & jaculi impetus,

Et cursus & lucta.

Homerus *Iliad* Ψ.

Τέσσαρες εἰσὶν ἀγῶνες ἀν' Ἑλλάδα, τέσσαρες ἱεροί. Id est, *Quatuor sunt Certamina in Hellada, quatuor sacra*. Et dicebantur Periodus.

Οὐ μόνον τὴν περίοδον, ἀλλὰ καὶ πολλοὺς ἀγῶνας νενικηκώς. Id est, *Non solum Periodum, sed etiam multa certamina vicit*.

Πάντων κρατεῖν, id est, *omnium potiri*.

Μίλωνος τόδ' ἄγαλμα καλοῦ καλὸν, ὅς ποτε Πίσῃ

Ἑπτάκι νικήσας ἐς γόνατ' οὐκ ἔπεσεν.

Id est,

Milonis hoc pulchrum pulchri simulacrum, qui olim Pisæ

Septies cum vicisset, in genua non cecidit.

Anthol. lib. III. cap. III. Epigr. II.

Ψάμμος πεσόντος νῶτον οὐκ ἐσφράγισεν. Id est, *Arena cadentis dorsum non signavit*. Eodem lib. & cap. epigr. III. Anthol.

Τὸ τρίτον οὐκ ἐκόνισεν ἐπωμίδας.

Id est,

Tertium haud pulvere fædavit humeros.

Anthol. lib. IV. cap. II. Epigr. V.

Καὶ τὸ τοῖς νικηφόροις ἐλαύνουσι τῶν τειχῶν ἐφιέσθαι μέρος διελεῖν, καὶ καταβάλλειν. Id est, *Victoribus permittunt murorum dirui partem, dividere & dejicere*. Plut. *Sympos.* lib. II. Quæst. V. p. 639.

Ὀλυ. π. ζ. Δωριεὺς Διαγόρου Ῥόδιος παγκράτιον (παγκράτιον). Id est, *Olympiade* LXXXVII. *Dorieus Diagoræ filius Rhodius Pancratium*.

Κατὰ τὸν ἐξάρχουμεν. . . . οἷον τὸν Διαγορέα τὸν ῥόδιον καὶ Γλαῦκον Καρύστιον, καὶ Μίλωνα δὴ καὶ Πολυδάμαντα, καὶ πάντας, ὧν εἰκόνες χαλκαί. Id est, . . . *Qualem Diagoram Rhodium, & Glaucum Carystium, & Milonem, & Polydamantem, & omnes, quorum* (sunt) *statuæ æreæ*. Aristides.

Εςὶ δὲ τὰ Ολύμπια, ἀγὼν εἰς τὸν Δία. τὰ Πύθια, ἀγὼν εἰς τὸν Απόλλωνα. τὰ Νέμεα, ἀγὼν καὶ αὐτὸς εἰς τὸν Δία. τὰ Ισθμια, ἀγὼν εἰς τὸν Ποσειδῶνα. τὰ δὲ ἔπαθλα τούτων ἐλαία, δάφνη, σέλινον ξηρόν τε καὶ χλωρόν. Id est, *Sunt vero Olympia, certamen in Jovem; Pythia, certamen in Apollinem; Nemea, certamen & ipsum in Jovem. Isthmia, certamen in Neptunum. Præmia vero horum, Olea, Laurus, Apium siccumque & viride.* Hæc dicebantur Magna Certamina: Thomas Magister in *Vita Pindari*. Triclinius Scholiastes Sophoclis in *Electra* p. 82. F.

Τέσσαρες ἀγῶνες μεγάλοι ἐν Ἑλλάδι ἐγίνοντο ὁ τῶν Ολυμπίων, ὁ τῶν Νεμέων, ἀμφότεροι εἰς τὸν Δία. ὁ τῶν Ισθμίων, εἰς Ποσειδῶνα, ὁ τῶν Πυθίων, εἰς τὸν Απόλλωνα. Id est, *Quatuor certamina magna in Græcia eduntur, Olympiorum, & Nemeorum, utraque in honorem Jovis. Isthmiorum, Neptuni, Pythiorum, Apollinis.*

Ελαιον, τὸ ἀγριέλαιον, ὅ ἐςι κότινον, ᾧ οἱ νικήσαντες στεφανοῦνται. Id est, *Olea, oleaster, quod est Cotynum, quo victores coronantur.* Theocr. Idyll. III. p.

Κότινος σημαίνει ἀγριελαίαν, id est, κότινος *significat Agrestem-oleum*. Etym. Magnum p. 532. v. 51.

Εστεφάνωσε κυδίμων ἀέθλων πτεροῖσι χαίταν. Id est, *Coronavit gloriosorum Victorum alis comam.* Pindarus.

Πτεροφόροι, id est, *Penniferi*,

—— Καὶ ἀνέχεσε (ἀνέχεθε,) νεῖκος ἀπαυδῶν
Αμφοτέρας ἅμα χεῖρας.

Id est,

—— Et porrigebat, contentioni renuncians
Ambas simul manus.

Theocr. Dioscur. v. 128.

Η δὲ γύμνωσις τῶν παρθένων οὐδὲν αἰσχρὸν εἶχεν. Id est, *Denudatio Virginum nihil turpe habebat.* Plutarch. in *Lycurgo* p. 48. B.

Οὐδὲν ἧττον εἴθισε τῶν κορῶν τὰς κόρας γυμνάς τε πομπεύειν. Id est, *Haud minus quam pueros, puellas assuefecit nudas in publicum versari.* Plutarch. ibid. p. 47. F.

Σφαῖραν ἔπειτ' ἔρριψε μετ' ἀμφίπολον βασίλεια,
Αμφιπόλου μὲν ἄμαρτε.

Id est,

Pilam deinde jecit ad ancillam Regina,
Ab ancilla quidem aberravit.

Homerus *Odyss.* Z. v. 115.

Παρέχειν τε τὴν κνήμην ὥσπερ παίειν εἰώθεισαν οἱ παῖδες, ὅταν ἐν τῷ σφαιρίζειν ἁμάρτωσιν. Id est, *Excitareque tibiam, quemadmodum consuevere pueri, cum in ludendo pila errant.* Hæc verba in *Vita Cic.* apud Plutarch. adhuc quæro.

Πάλλειν, id est, *Vibrare*. πάλλιον, *Pallium*. χιτὼν χεῖται, *Tunica diffunditur*. Pollux.

Πεννίδα ἀπὸ πεννίδου τοῦ εὑρόντος, ἢ ἀπὸ τοῦ φενακίζεσθαι. Id est, *Pennida dictum a Pennida inventore, vel ab incantando.* πεννὶς παιδία.

Πεννὶς ἐστὶ, καὶ πεννίδα ἀπὸ τοῦ πενακίδα κατὰ συγκοπήν. Id est, *Pennis est, & Pennida a Penacida per syncopen.*

Κεῖν' ὄχεα κροτάλιζον, id est, *Vacuos currus cum-strepitu-vehebant*. Homerus *Iliad.* λ. v. 160.

Ex τρόχων, id est, *Ex Trochis*.

Βαρύτονος, id est, *Accentu gravi notata vox*.

Βαδίζει μοι τὸ μειράκιον ἐξ ἀπὸ τρόχων, ὡς ἀπὸ γυμνασίας, οὐκ ἐλθόντας τοὺς παῖδας. Id est, *Incedit mihi Adolescentulus procul a Trocho, ut procul a gymnasiis* (videmus) *euntes pueros*. Aristophanes.

Ρόμβος, τροχίσκος, ὃν στρέφουσι ἱμάσι τύπτοντες, καὶ οὕτως κτύπον ἀποτελοῦσι. Id est, *Rhombus est parvus Trochus, quem vertunt ferulis percutientes, & sic strepitum faciunt.*

Τὰ μέν τοι σώματα τῶν παρθένων δρόμοις, καὶ πάλαις, καὶ βολαῖς δίσκων, καὶ ἀκοντίων διεπόνησεν. Id est, *Sane quidem corpora Virginum Cursibus, &*

A *jactibus discorum, & telorum exercuit.* Plutarch. in *Lycurgo* p. 74.

CAP. II.

Εἵπετο δ' αὐτῷ πᾶσα ἡ βασιλικὴ πομπὴ τῶν στρατιωτῶν. Id est, *Sequebatur autem ipsum tota regia pompa Imperatorum.* Herodianus.

Επὶ τῷ Λιβυκῷ τροπαίῳ πομπὴ ἐπινίκιος.

Id est,

In Libyco trophæo pompa triumphalis.

Syn. Epigr. XL.

Οσα ἱερὰ σκευὴ περί τε τὰς πομπὰς, καὶ τοὺς ἀγῶ-
B νας. Id est, *Quot sacer apparatus & circa Pompas, & circa Certamina.* Thucidid. lib. II.

Κήρυκες δ' ἀνὰ ἄστυ Θεῶν ἱερὴν ἑκατόμβην
Ηγον. τοὶ δ' ἀγέροντο καρηκομόωντες Αχαιοί.
Αλσος ὑπὸ σκιερὸν ἑκατηβόλου Απόλλωνος.

Id est,

Præcones autem per Civitatem, Deorum sacram Hecatombem
Duxerunt, ipsi vero congregati sunt capite-comantes Achivi.
Nemus sub umbrosum longe-jaculantis Apollinis.

Etymon vocis ἑκατηβόλος vide, si placet, in *lexico*
C *Pindarico* Æm. Porti p. 171.

Αδωνιαζούσαις. *De Græcorum Festis* scripsit libros sex maximo cum literarum emolumento, & literatorum plausu Joannes Meursius Historiæ Græcæ apud Batavos Professor fidelissimus ac diligentissimus. Αδώνια vero leguntur lib. I. p. 3. 4. 5. 6. 7.

Συνεπόμπευε περιστάδον, id est, *Pompam una circumducebat.* Ubi Scholiastes: κατὰ κυκλικὴν στάσιν, κύκλοθεν. *Per circularem ordinem, in circuitu.*

Περιπόλοις, id est, ταῖς ἱερείαις, *Sacerdotibus.*

Πέντε δ' αὐτοῦ μέρη ἐστὶν, ἀνάκρουσις, ἄμπειρα. κατακελευσμὸς, ἴαμβοι, καὶ δάκτυλοι, σύριγγες. Id est, *Quinque autem ejus partes sunt; Anucrusis,*
D *Ampeira, Cataceleusmus, Iambi, & Dactyli, Syringæ.* Nomi hujus Pythici (hoc enim carmini nomen est (Auctor fuit Timosthenes Ptolemæi II. Navarchus, & partes etus voluit significare hoc; videlicet ἀνάκρουσιν μὲν τὸ προοίμιον· ἄμπειραν δὲ τὴν πρώτην κατάπειραν τοῦ ἀγῶνος· κατακελευσμὸν δὲ αὐτὸν τὸν ἀγῶνα. ἴαμβον δὲ καὶ δάκτυλον, τὸν ἐπιπαιωνισμὸν —— σύριγγες δὲ τὴν ἔκλειψιν τοῦ θηρίου μιμουμένων, ὡς ἂν καταστρέφοντος εἰς ἐσχάτους τινὰς συριγμούς. Id est. *Anacharsim quidem Præludium —— Ampeiram, pirmam certandi experientiam. Cataceleusmon, ipsum certamen. Iambum, & dactylum, Pæana, qui Victoriæ accinitur —— fistulas vero*
E *mortem serpentis imitantium, ut sane finientis in extremos quosdam sibilos.* Strabo lib. IX. pag. 421. D. 422. A.

Κελευστὴς, id est, *Hortator Remigium*. nos *l' Aguzino*.

—— Τοὶ δ' ἀλλήλοισι κέλευον
Απτεσθαι νηῶν, ἠδ' ἑλκέμεν εἰς ἅλα δῖαν.

Id est,

—— Hi vero sibi invicem jubebant
Aptare naves, vel extrahere in mare divinum.

Iliad. B. 151. Homerus.

Αλληλουιάριον, id est, *Alleluiarium, Triodium.*
F Meursius in *Glossario* pag. 20. —— Τριῴδιον vero idem Meursio pag. 583. erat Canticum divisum in tres partes, quas ᾠδὰς appellabant, ut διῴδιον, quod *duas* ᾠδὰς contineret. περὶ ὀρχήσεως *de saltatione*.

Υπορχήματα Cantica erant, quæ gestibus, & motibus saltantes repræsentabantur. Buleng. *de Theatro* lib. I. p. 306. A.

Τῶν ὀρχήσεων αἱ μὲν εἰσὶ Διονυσιακαὶ, αἱ δὲ Κορυβάντιαι, καὶ ἐνόπλιοι. Νύσαι οὖν αἱ Διονυσιακαὶ, παρὰ τὴν Νύσην. Κνώσσιαι δὲ αἱ Κορυβάντιαι. καὶ Κνώσ-

σος γὰρ πόλις Κρήτης· ἐν τῇ Κρήτῃ δὲ ὑπὸ τῶν Κορυβάντων ἐτράφη ὁ Ζεύς. τῶν δὲ ὀρχήσεων ἡ μὲν Βερεκυνθιακὴ λέγεται, ἡ δὲ Κρητικὴ, ἡ ἡ Πυῤῥικὴ. Νύσιαι οὖν αἱ Βερεκυνθιακαί. ἡ γὰρ Νυσίας ἡ Βερέκυνθος. Κνωσία δὲ Κρητικὴ. Id est, *Saltationum aliæ sunt quidem Dionysiacæ, aliæ vero Corybanticæ & armatæ. Dionysiacæ igitur appellantur propter Nysam. Gnossiæ vero dicuntur Corybanticæ. Etenim Gnossus urbs est Cretæ, in Creta autem a Corybantibus nutritus fuit Jupiter: rursus saltationum illa quidem Berecynthiaca appellatur, hæc vero Cretica & Pyrrhica. Nysiæ igitur sunt Berecynthiacæ. Nysiæ enim Berecynthus. Gnossia vero, Cretica.* Vetus Schol. Soph. in *Ajace* p. 42. Narrationis hujus sensus est ex sententia Joachimi Camerarii Νύσια Κνώσια ὀρχήματα, Genera vocat saltationum: Nysia, id est, Indica, & Gnossia, id est, Cretica. Illa docet interpres & Dionysiaca, & Berecynthia appellata fuisse: hæc Corybantiaca, & Pyrrhica, ἐνόπλια, p. 36.

Βητάρμον δὲ τὴν ὄρχησιν παρὰ τὴν ἁρμόδιον βάσιν αὐτῶν. λέγει δὲ νῦν τὴν πυῤῥίχην ὄρχησιν τὸ δὲ ἑξῆς ὠρχῶντο τοῖς ξίφεσι τὰς ἀσπίδας κομπῶντες διὰ τὸ τὸν κύζικον θρηνεῖσθαι ὑπὸ τῶν Δολιόνων. ἵνα μὴ τῆς θυσίας οὔσης, δύσφημος φωνὴ ἀναφέρηται. ὅθεν καὶ φρύγες κυμβάλοις, καὶ τυμπάνοις τὴν ῥέαν ἱλάσκονται. Id est, *Betarmon autem* (dicebant) *saltationem factam secundum motum harmonicum ipsorum* (Minyorum & Dolionum) *Agit autem nunc de Pyrrhica saltatione. Hanc saltabant* (Minyi & Doliones) *resonare facientes clypeos gladiis Cyzici causa, qui* (occisus) *lugebatur a Dolionibus. Ut nullo existente sacrificio, clamor dirus impediretur. Unde etiam Phryges cymbalis & Tympanis Rheam placant.* Apollonius lib. I. v. 1055. & seqq. & ibidem p. 141. num. 42. vide Etym. Magn. pag. 196. v. 56. Eustath. *Ulyss.* θ. pag. 1594. v. 44. Hesychium in Verbo βητάρμονες.

Τῶν γὰρ ὀρχήσεων ἡ μὲν ἐστὶ πολεμικὴ ὡς καὶ ἡ πυῤῥικὴ, ἡ δὲ γελαστικὴ, ᾗ χρῶνται ἐν θεάτροις, καὶ τόποις. Id est, *Etenim saltationum alia quidem est Bellica, ut etiam quæ dicitur Pyrrhica, alia vero Ridicula, qua utuntur in Theatris, & in locis.* Scholiastes Demosthenis in *Olynth.* II. p. 17. num. 26.

Ἐνόπλιον ὄρχησιν, id est, *Armatam saltationem.*

Πυρσί, id est, *Igni.*

Διάκυρος, id est, *repugnans.*

Ματάζων, id est, *stulte faciens.* ματαιοφρόνων, *desipiens, ineptiens.* μάταιος, *Vanus, demens, inanis.*

Ἐξ ἀργυρέων τελαμώνων, id est, *Ex argenteis baltheis, seu loris.*

Ὑπορχήματα, id est, *Cantilenæ, quæ saltantibus accinuntur,* vel ad quas chorus subsaltans choro ducenti choreas saltabant.

Διδασκάλους τοῦ χοροῦ, κορυφαίους καὶ ἡγεμόνας τῶν χορῶν. Id est, *Magistros Chori* interpretatur Schol. Demosthenis in Midia *Præsultores, & Ductores saltatorum.*

Εἶδον δὲ καὶ ἐν ἀνδρῶν ἐπισήμων ταφαῖς ἅμα ταῖς ἄλλαις πομπαῖς προηγουμένους τῆς κλίνης σατυριστὰς χοροὺς κινουμένους τὴν ὄρχησιν σίκιννιν, μάλιστα δὲ ἐν τοῖς τῶν εὐδαιμόνων κήδεσιν. Id est, *Videbam autem & in virorum illustrium funeribus, simul ac in aliis pompis præcedentes feretrum Satyricos choros saltantes sicinem saltationem, potissimum vero in divitum funeribus.* Dionys. Halicarnas. lib. VII. p. 477. in fine.

Σικιννίζειν, id est, *Sicinnem saltare.*

Εἴδη δὲ ὀρχημάτων, ἐμμέλεια, τραγικὴ, κόρδακες, κωμικοὶ, σίκιννις σατυρικὴ. Id est, *Species vero saltationum sunt* ἐμμέλεια, *Tragica, Cordaces, Comici, Sicinnis, Satyrica.* Pollux lib. IV. cap. XIII.

A p. 169. Vide Eustath. *Iliad.* Σ. p. 1167. v. 20. & *Odyss.* Ψ. p. 1942. v. 3.

Σίκιννις, ὄρχησις τὶς στρατιωτικὴ σατύρων σπουδαίως. Id est, *Sicinnis est saltatio quædam militaris Satyrorum concitata.* Hesychius. De eadem Suidas Tom. II. p. 742. D. Phavorinus pag. 631. 12. & p. 1383. 16. 19. Legitur tamen in Indice Eustathii apud Homerum, *Sicinnem esse potius comicam saltationem, a Phrygibus saltatam in Sabazii Dionysii honorem, & sic appellatam a Sicinne una Nympharum asseclarum Cybeles.* Σίκιννις, εἶδος ὀρχήσεως κωμικωτέρας, ἣν Φρύγες ὠρχοῦντο ἐπὶ Σαβαζίῳ Διονύσῳ, ἀπὸ μιᾶς τῶν τῆς Κυβέλης ὀπαδῶν νυμφῶν, ᾗ ὄνομα σίκιννις. Plures saltationum modos leges apud
B Viros Clariss. Isac. Casaubonum *Animadvers. in Athenæum* lib. XIV. cap. VII. p. 569. 570. Jul. Cæs. Bulengerum *de Theatro* lib. I. cap. LII. p. 301. & seq. Thom. Dempster. *Paralip. ad Rosin.* lib. V. cap. X. p. 207. & seq. Et Pyrrhicam saltationem novissime apud Paulum Sherlogum mellitissimum Tom. III. *in Cantica Canticorum* Vestigatione XXXV. Sect. I. n. I. II. III. & seq. Edition. Venetæ MDCXLI. Et Dion. Halicarnass. lib. VII. p. 476. ubi de Inventoribus Pyrrhiciæ nonnulla.

Περὶ στεφάνου, id est, *De Corona.*

C Ἐγώ εἰμι ὁ βωμὸς, ὃν τῆς ἀνδρείας τῆς γυναικὸς, ἤγουν τῆς μηδείας, &c. Id est, *Ego sum Ara, quam virilis fœminæ, videlicet Medeæ.* Schol. Theocr. *ad Aram* p. 205.

Δίκηλον κυρίως, τὸ τοῦ Διὶ ἐοικὸς ἄγαλμα καταχρηστικῶς δὲ καὶ πᾶν ὁμοίωμα. καὶ δικηλίστας δὲ τοὺς σκώπτικοὺς, τοὺς ἐν τῷ σκώπτειν ἄλλον τινὰ μιμουμένους. Id est, Δίκηλον *proprie est, quod Jovem repræsentat simulacrum. Improprie vero quicquid aliud repræsentat.* Et δικηλίστας *dicimus scommata jacientes, & eos, qui dum dicteriis incessunt* (homines) *alium quendam imitantur.* Quales in Bacchanalibus videmus, quos
D appellamus *Pantaloni, Graziani, Capitani Spagnuoli, e Napoletani, Ceccobimbi da Poggibonzi, Mezzettini, Contadini,* & id genus personatos. Phavorinus in *Lexico Magno* p. 1511. v. 14. Illud non prætereundum videtur hoc loco, Florentinos, ut in aliis omnibus, sic in repræsentando Deorum Gentilium Majestatem semper plurimos præ cæteris Italis fuisse in Bacchanalibus. Videre est in libro inscripto *Le Mascherate degli Dei de Gentili* edito Flor. apud Junctas MDLXVI. Et in alio cujus titulus est *I Canti Carnescialeschi*, edito ibidem.

Ἐν τῇ πομπῇ προσωπεῖα τινες φέροντες ἀπέσκωπτον τοὺς ἄλλους, ὡς ἐν ἑορτῇ παίζοντες ἐπὶ ἁμαξῶν φερό-
E μενοι, ὅθεν ἡ παροιμία, ἐξ ἁμάξης ὑβρίζειν. *In Pompa* (id est, Bacchanalibus, Lenæis, in festo Choum, Eleusiniis) *personas quidam induti deridebant alios: ut in solemnitate ludentes super plaustra feruntur; unde Proverbium, E plaustro convicia jactare.* Scholiastes Demosthenis in Oratione *de Coron.* Vide Appendicem Proverbiorum e Vatican. Cent. IV. IX. p. 317. Proverb. e Suida Cent. VI. LXXXIV. p. 424. & Cent. XIII. X. p. 539. & in singulis eruditissimum Andr. Scottum. Meurs. in *Græc. Fer.* l. I. p. 29. Et in *Lect. Att.* l. IV. cap. XIII. p. 191.

Μαρμαλυκεῖον. Quæ hic leguntur de Manduco,
F viderat Taubman. in Comici *Rudente* Act. II. Scen. VI. v. 51. num. eodem p. 1204. B. In hoc tamen differunt, quod pro μαρμαλυκεῖον Taubm. legit μορμολυκεῖον, & pro γόργυρες, γοργόνες. Quod reliquum est, Μορμὼ fuit fæmina quædam monstruosa, & facie quasi ferina, & eo usque formidabilis, ut qui etiam ei occurrissent, statim sese proriperent. Hinc posita fuit pro terriculo, terriculamento, Lamia, & Larva personarum; & in summa, pro monstris illis, qualia nutrices nostræ, ut pueris terrorem incutiant, no-

nominat *la Befana, la Tantafera, la Tregenda, l'Orco, i Battuti*, & similia. Huic persimile fuit monstrum aliud Gorgon, & ipsa fæmina; quorum capita efficta gestasse Lamachum quemdam in suo clypeo pro insigni (vocant *Imprese*) testatur Comici Scholiastes in *Pace* p. 656. B. Et hactenus perdurasse hunc morem cum apud Militares, tum nobiles Viros, eorum clypei satis ostendunt. Gorgon. fab. lege apud Servium *Æn.* VI.

Vestibulum ante ipsum, &c.

Inde paulatim personæ ea monstra imitantes in scena locum invenere, præsertim apud Tragicos, ut horrorem augerent; easque Μορμολύκεια dixerunt. Hesychius, Μορμολύκεια τὰ τ̃ τραγωδῶν προσωπεῖα, id est, *Mormolycia Tragœdorum personæ*. Et dicitur *Mormolycium*, ut placet Eustathio *Iliad.* Σ. 1150. v. 34. eo quod præ se ferat δίκλω μορμοῦς, ἢ λύκȣ δυνάμενον, id est, *Terrorem Mormus, & Lupi potentiam*. Bourdinus Schol. Aristoph. in *Thesmophor.* pag. 789. E. adjungit, Mormolycia personas esse haud tantum Tragicorum, sed & Hypocritarum, Μορμολύκεια τὰ τῶν τραγωδῶν προσωπεῖα, ἢ τῶν ὑποκριτῶν. Innuens, ni fallor, non minus terroris afferre debere aspectum Mormonum, Gorgonum, Lamiarum, ipsius denique Inferni, quam Hypocritæ occursum. Recentissimum pestis hujus exemplum, alicubi protulit Italia. Et quod caput est, haud apparuit prius, quam totam fere urbem corrupit florentissimam: Tantum valuit semper in animis quorundam simulatio. Sed ut ad Mormonem redeamus, consule Etymologicum Magnum p. 590. v. 51. Hesychium, Suidam Tom. II. pag. 180. B. Eustath. *Iliad.* Φ. pag. 1234. v. 54. 56. *Odyss.* M. 1719. v. 57. Scholiastem Aristophan. *Acharn.* p. 399. E. in *Equit.* pag. 329. C. in *Pace* pag. 656. B. Phavorinum pag. 1273. 18. qui *Mormonas* (appellat) *Planetas, Dæmones*, Μορμόνας, πλάνητας, δαίμονας. Et v. 38. *Et fabulose Dæmonium agreste*, ἢ μυθικῶς δαιμόνιον ἄγριον. Et e nostris vide Cœlium Rhodig. lib. XIX. c. V. & VII. ubi nonnulla de Persona.

Τέσαρες δ' εἰσὶ (τ̃ ἀριθμόν.) Ἀξίερος, Ἀξιόκερσα, Ἀξιόκερσος. Ἀξίερος μὲν ȣ̃ν ἐστὶν ἡ Δημήτηρ. Ἀξιόκερσα δὲ ἡ Περσεφόνη. Ἀξιόκερσος δὲ ὁ ᾅδης. ὁ δὲ προστιθέμενος τέταρτος Κάσμιλος, ὁ Ἑρμῆς ἐστὶν, ὡς ἱστορεῖ Διονυσόδωρος. Id est, *Quatuor sunt numero, Axierus, Axiocersa, Axiocersus. Axierus quidem est Ceres; Axiocersa, Persephone; Axiocersus, Dis Pater; additus quartus Casmilus*, id est, *administer, qui est Mercurius, ut narrat Dionysodorus*. Lycophron in *Alexandra* p. 33. editione Stephani appellat Mercurium Κάδμιλον. Vide ibi Scholiast. Et hi sunt Cabiri, Dii Samothracum, quorum nomina prodidit Mnaseas, ut testatur Schol. Apollonii lib. I. pag. 132. num. 34. M. Hoc addam, quod omisit Vir doctissimus, & paucis interjectis refert idem Scholiastes, nempe *Cabiros olim duos tantum fuisse, Seniorem quidem Jovem, Juniorem vero Dionysium*, id est, δύο εἶναι τȣ̀ς Καβείρȣς φασὶ πρότερον. Πρεσβύτερον μὲν Δία. Νεώτερον δὲ Διόνυσον. *Athenion item ait Cabiros duos fuisse, Jove & Electra genitos; Jasionem & Dardanum*. Idem Scholiastes ibidem: Ἀθηνίων δὲ φησὶν, ὅτι διὸς καὶ ἠλέκτρας ἐγένετο Ιασίων, ἢ Δάρδανος. Pherecydes tandem arbitratus est apud Strabonem lib. X. pag. 472. D. *E Cabeira Protei filia & Vulcano Cabiros tres, & Nymphas tres natas esse*. Ἐκ δὲ Καβείρης τ̃ Πρωτέως ἢ Ἡφαίςȣ Καβείρȣς τρεῖς, ἢ νύμφας τρεῖς Καβειρίδας. Κάβειροι λέγονται ἡφαίςȣ παῖδες. Hesychius quoque eos facit *Filios Vulcani*. Schol. ejusdem Apollonii ibidem: *Cabiri dicti videntur a Cabiris Phrygiæ montibus, quod inde sint translati*. Κάβειροι δὲ δοκȣ̃σι προσαγορεύεσθαι ἀπὸ Καβείρων τ̃ κατὰ Φρυγίαν ὀρῶν, ἐπεὶ ἐντεῦθεν μετῳκίσθησαν. Jo. Fungerus in *Etymol. Triling.* pag. 149. putat dictos Cabiros ex Phœnicum institutione, quorum lingua *Cabir* idem est ac *potens*. Fortasse ab Hebr. אביר *Abbir, fortis, robustus*: vel a כביר *Cabbir, Copiosus*. Ut ut res habeat sese, certum est Cabiros fuisse Deos Samothracum; eorumque mysteria valde recondita. Illud vero ut maxima admiratione dignissimum notant, & exemplis confirmant Auctores, quod qui illis initiati forent, eos adversus maris tempestates, aliaque pericula tutos esse censerent. Cujus hæresis nota erat fascia purpurea, qua ventrem circumligabant. Videndi in hanc rem Etym. Magnum pag. 482. v. 27. Hesychius in κάβειροι, Stephanus *de Urbibus* in Ἴμβρος pag. 146. Scholiastes Aristoph. in *Pace* pag. 641. B. C. Suidas in Σαμοθρᾴκη Tom. II. pag. 710. B. Gyraldus *Syntagm. Deor.* I. p. 22. Cœlius Rhodig. lib. XVI. cap. XX. pag. 879. Meursius in *Græc. Feriat.* pag. 172. & seq.

ΓΑΙΟΣ. ΓΑΙΟΥ
ΑΧΑΡΝΕΥΣ. ΙΕ
ΡΕΥΣ. ΓΕΝΟΜΕ
ΝΟΣ. ΘΕΩΝ. ΜΕ
ΓΑΛΩΝ. ΔΙΟΣ
ΚΟΡΩΝ. ΚΑΒΕΙΡΩΝ.

Id est, *Cajus Caii Acharnensis Sacerdos factus Deorum Magnorum Dioscurorum Cabeirorum*.

Ζάκορος. Etym. Magn. pag. 407. v. 23. est νεωκόρος, ἤγȣν ἡ διακονȣ̃σα περὶ τὸ ἱερόν. Id est, *Est Sacerdos, quæ administrabat in his, quæ pertinent ad Templum & sacrificium*. Ubi notabis cum Thoma Magistro p. 110. *Zacorum inter & Neocorum interfuisse, illumque hoc nescio quid dignius fuisse*: Ζάκορος, ait ille, ἢ νεωκόρος διαφέρει, ὁ γὰρ ζάκορος σεμνότερόν τι τȣ̃ νεωκόρȣ. Hesychius putat eorum ministerium spectasse tantummodo ea, *quæ versantur circa ornatum Templi*. Ζάκοροι, νεωκόροι ἱερεῖς παρὰ τὸ ναὸν σαρȣ̃ν. Utrumque confirmat Suidas Tom. I. pag. 1120. quoad officium. Addit autem ζάκορον tam *Administrum* quam *Administram* significare.

Νόμιμα βαρβαρικὰ, id est, *Leges*, seu *Consuetudines Barbaricæ*.

Καὶ στέρν' ἄρασσε κἀπιβόα τὸ Μύσιον.

Id est,

Et pectus tundit, & clamat Mysiorum more.

Ubi Schol. οἱ γὰρ Μύσιοι, καὶ οἱ Φρύγες μάλιςά εἰσι θρηνικοί (legerem θρηνητικοί) *Mysii, & Phryges sunt luctui dediti quam qui maxime*. Æschyl. in *Persis*.

Η πρὸ τῆς κλίνης ἐν τῇ ἐκφορᾷ κοπτομένη, Θρηνῳδὸς ἐπ' ἐκφορᾷ. Id est, *Præfica est, quæ ante feretrum in funeris elatione flebat*; Lugens in funeris elatione. Glossa opt. Latino-Græca p. 168.

Καταγέλαστον τῶν θρηνῳδῶν γυναικῶν ἑσμόν. Id est, *Deridiculus lugentium præficarum Grex*. D. Chrysost. Hom. III. *in Pauli epist.* Præficis tamen peculiare fuisse carmen, commune omnibus funeribus, quod privatum facerent mutatis nominibus defunctorum atque familiarum, testatur Scaliger pater *Poet.* lib. I. cap. LV. pag. 121. edition. Commelianæ. Verum enim vero si quando grandis simulandus erat luctus, ejusmodi fœminæ genas radebant, & sanguinem eliciebant. Vide Servium ad v. 606. XII. *Æneid. Et roseas laniata genas*. Quem morem substulit lex, quæ est decima septima duodecim Tabularum: *Mulieres genas ne radunto, neve lessum funeris ergo habento*.

Πομπαῖοι Θεοὶ, id est, *Dii Pompæi*, Hesychius in Ἀποπομπαί. Harpocrationi sunt *Appompæi* pag. 8. Ἀποπομπαῖοί τινες ἐκαλȣ̃ντο Θεοὶ, περὶ ὧν Ἀπολλόδωρος ἐν ἕκτῳ περὶ Θεῶν διείλεκται. Id est, *Apopom-*

pæi quidam appellantur Dii, de quibus Apollodorus in sexto Deorum loquutus est. Et *Pompæus* dictus fuit *Mercurius* Sophocl. Πομπαῖον ἑρμῆν. Ubi Scholiastes interpretatur Πομπαῖον, τὸν ψυχοπομπὸν, id est, *Animarum-ductorem*, p. 50. v. 844.

Τὰ μὲν δώδεκα ζώδια Θεὺς βυλαίυς προσηγόρδυσαν, τὺς δὲ πλανήτας ῥαβδοφόρυς. Id est, Ægyptii *Parva duodecim Zodiaci animalia Deos quidem Consiliarios dixerunt, Planetas vero Lictores*. Schol. Apoll. lib. IV. p. 204. num. XXI.

Ηκάτα δαδόφορυ νυκτὸς μεγαλοκόλπυ θύγατερ. Id est, *Hecate facem gestantis Noctis magnos-sinus-habentis filia*. Bacchyl.

Χαρίσια. Eustathius *Odyss.* Σ. p. 1843. v. 23. ἰστέον, inquit, ὅτι ἐκ τῶν χαρίτων, καὶ τὰ χαρίσια παρωνόμασται. παννυχίδες δὲ ταῦτα ἦσαν. ἐν αἷς πλεῖστον ὅσον χρόνον διαγρύπνουν χορεύοντες, ὅτε πειραμῦς (πυραμῦς) εἰς ἔπαθλον ἐδίδοτο τοῖς διαγρυπνήσασι, καί τινα πέμματα καλύμενα καὶ αὐτὰ χαρίσια. Id est, *Sciendum est* (inquit) *a Charitibus Charisia derivari. Toti nocturni autem eam* (celebrantes) *erant. In quibus, quam diutissimum tempus vigilabant tripudiantes. Placenta* (ex tritico melle admixto) *præmium dabatur iis, qui pervigilassent totam noctem. Et quædam bellaria, & ipsa Charisia appellata*. Eadem refert Phavorinus p. 1858. v. 61. & p. 290. v. 32. *dicunt Charisium placentam esse*. τὸ μέν τοι χαρίσιον πλακῦντα εἶναι λέγυσιν. Charisia igitur nihil aliud erant, quam Perviligium habitum in Gratiarum honorem, quorum præmium erat placenta, & bellaria. Et ipsamet placenta, & bellaria. Et ipsamet placenta, & bellaria dicebantur *Charisia*.

Ο βασιλεὺς (Ἀδριανὸς) κατεστήσατο αὐτῷ (Ἀντινόῳ) καὶ ἐν Μαντινείᾳ τιμὰς, καὶ τελετὴν κατὰ ἔτος ἕκαστον, καὶ ἀγῶνα ἔστιν αὐτῷ διὰ ἔτυς πέμπτυ. Id est, *Imperator* (Hadrianus) *instituit ipsi* (Antinoo) *& in Mantinea honores, & festum in annum quemlibet, & certamen est eidem quinto quoque anno*. Pausanias in *Arcadicis* p. 295. n. 21.

Thensæ] *Non apud Ludos tantum in curribus, sed etiam domi Thensæ; erantque explicata parva vela tribunali, qualibus nunc etiam Romæ Cardinales utuntur, sub quibus sella Principum ponitur;* Et quæ sequuntur. His verbis Argolus conatur nobis persuadere, *Tensam* vel *Thensam* nihil aliud fuisse, quam instrumentum illud, quod innixum hastis undique habet ornatum duplicium fasciarum, quæ duodecim circiter unciis longe pendent, iisque fasciis consutæ sunt ab omni parte fimbriæ cum filamentis satis prolixis; & portatur, seu affigitur supra res sacras, ut eas sartas tectas tueamur a pulvere, quisquiliis, & id genus sordibus; & supra Thronos Principum, & Magnatum, honoris causa collocatur. Verum enim vero ignoscet mihi Vir amicissimus, quod probare non possim ingeniosum sane commentum, sed a veritate destitutum. Nam *Tensa* erat sacrum vehiculum argenteum, aut eburneum, quo Deorum exuviæ Ludis Circensibus cum Pompa Ordinum & Hostiarum in circum & pulvinar vehebantur. Eunt in sententiam nostram Testes locupletissimi M. Tull. *de Arusp. Resp.* pag. 432. v. 10. & ibid. Notæ Margin. edition. Gen. MDCXV. in fol. idem *in Verrem* lib. I. pag. 87. v. 35. Idem *in eundem* lib. V. pag. 218. v. 28. Asconius *in eundem Verrin.* III. pag. 45. edit. apud Aldum in 8. Festus pag. 479. edit. Venet. apud Zilletum MDLX. Sisinnius Capito apud eundem. Suetonius in *Jul.* cap. LXXVI. Idem in *Octavio* cap. XLIII. & in *Vespasiano* cap. V. & ipsemet Panvinius in Tabula Pompæ Circens. Muli *Tensam* vehebant, Titinnius in Barbato apud Janum Laurenbergium, Virum omni literatura celeberrimum, & qui unus hac ætate cum in Mathesi, tum in Græca Histor. vel doctiss. facem præfert in Antiquit. editio. Lugdun. apud Arnad. MDCXXII. pag. 458. *Vide*, inquit Titinnius, *Thensam, atque Mulos, sine eum pedibus grassari*. Quæ lectio magis mihi probatur, quam ea Stephan. in *Fragm. vet. Poet. Lat.* edit. MDLXIV. in 8. p. 292. in Veliterna: *Unde thensam atque Mulos, sine eam pedibus grassari, quum fingere ejus superbiam*. Quin imo qui *funes*, & *frena* equorum accommodant, Aetio dicuntur *Tensarii* apud Junium in *Nomencl.* cap. VIII. p. 51. & cap. XVIII. p. 109. idem Thensam appellat ἱερὸν ζεῦγος, id est, *sacrum currum*.

Nec me minimum movent verba Poetæ ab Argolo ad suam sententiam firmandam allata ex I. *Æn.* v. 20.

—— Hic illius arma
Hic currus fuit.

Nam doctissimus Grammaticorum Servius Petr. Danielis edit. Genevæ MDCXXXVI. in pag. 172. C. D. eximit omnem dubitationem, cum inquit. *Arma. Instructam armis Junonem alio loco testatur ipse, ut, ferro accincta vocat. Currus. Aut vere currum, quo secundum Homerum* (*Iliad.* Θ. v. 387.) *in bello utitur: aut Thensam significat, qua Deorum simulacra portantur*. *Tensa* igitur fuit currus (non *Baldacchinum*) quod vocat nostrates sacrorum Rituum scriptores Gavantus in *Thesauro Sacr. Rit.* & Piscara in *Praxi Cærem. Baldacchinum* enim Latini dixerunt *Umbellam, Umbraculum, Cœlum, Uraniscum, Caduculum*, &c. Quos non referam, & quia patent cuivis vel mediocriter in iis versato, & quia contentus sum uno Corippo Africano, qui floruit sub Justino Minore Aug. & apud Bulengerum *de Imperat. Rom.* lib. II. cap. XXXIII. *Uraniscum*, non *Thensam*, ut placet Argolo hic, elegantissime describit. Quandoquidem vero legitur & *Thensa*, & *Tensa*; scias priorem quidem vocem sic dictam, ut placet Servio loco citato, ἀπὸ τοῦ θεῖυ, id est, *a re divina*: posterior vero, quippe quæ descendit a *Tendo, is, di, tentum*, debuisset efferri *Tenta*. *At quia Cacophaton videbatur, Deorum vehiculum Tensam dixerunt: ne verbum turpe sonaret in sacris*; Diomede teste lib. I. pag. 372. v. 33. inter Gramm. Lat. Auct. Antiq. typis Wechelian. Hanoviæ MDCV. Hinc Ascon. loco citato *Thensas* (inquit) alii a Divinitate dici putant: alii quod ante ipsas lora tenduntur, quæ gaudent manu tenere, & tangere, qui eas deducunt. Vide Virg. *Æneid.* II. v. 239. & ibi eruditiss. Cerdam num. VIII.

Pergit Argolus, *Sic etiam* ὀχὸς *Thensa quandoque a Græcis*. Quod optime dictum censemus, si accipiat *Thensam* pro *Curru*; sin autem pro *Baldacchino*, non recte. Id potissimum sibi volunt exempla ab eo allata ex Dione, licet tertium, quod ejusdem Dionis est (ut apparet ex Casaubono in *Sueton.* pag. 54. edition. Stephan. Gamoneti MDCV. in 4.) ascribat Athenæo in Pompa Philadelphi; apud quem nihil tale leges.

Ο τῆς Ἀθηνᾶς ὀχὸς πρὸς τὸ Καπιτώλιον ἐξ ἱπποδρομίας τινος ἐπανιὼν συνετρίβη. Id est, *Minervæ currus ad Capitolium ex aurigatione quadam revertens confractus est*. Dio apud Bulengerum p. 110. B. Et idem ibidem, ὅτε ὀχὸς τῦ Διὸς ἐν τῇ Ρωμαίων ἱπποδρομίᾳ συνετρίβη. Id est, *Currus Jovis in Romanorum aurigatiune confractus est*.

Κἂν ταῖς ἱπποδρομίαις ὀχὸν εἰσάγεσθαι ἐψηφίσαντο. Id est, *aurigationibus Thensam induci decreverunt*.

Sed dicet aliquis, *Ecquid ad illa? Hæ Thensæ prope Altaria; Schol. Sophocl. in Trachin.* &c. Primum pernego verba illa legi in Sophoclis Scholiaste, quæ sunt Manuelis Moschopuli in *Sylloge nominum Atticorum* in βωμὸς p. mihi 140. edit. Venet. apud Aldum MDXXIV. apud quem sic expresse habetur,

—— *βωμὸς ἐν ᾧ τὰ ἅρματα ἐτίθεντο ὡς παρ' ὁμήρῳ.*
Ἅρματα δ' ἀμβωμοῖσι τίθει.

Ubi vides duplicem Argoli errorem, qui legit *ἐτίθεντο*, & *δ' ἐν ἐμβωμοῖσι*. Qui versus est 441. *Iliad.* Θ.

Deinde affirmo *βωμὸς* eo loci nequaquam significare *Altare*, ut affirmat Argol. sed *Basim* qua super & statuæ, & hoc loco *Currus* collocantur. Ut sit sensus Hemistichii hujus, Neptunus cum solvisset Equos Jovi, *Currus super bases posuit*. Quod autem *βωμὸς* accipiatur pro *Base* docet ibidem Moschopulus, & Eustathius Poetæ interpres pag. 722. vers. 25. his verbis: *βωμοὶ οὐ μόνον ἐφ' ὧν ἔθυον, ἀλλὰ καὶ κτίσμα τι ἁπλῶς καὶ ἀνάστημα, ἐφ' οὗ ἐστι βῆναί τι καὶ τεθῆναι. οὕτω γοῦν ἐν ὀδυσσείᾳ ἀγαλμάτιά τινα δᾷδας ἐν χερσὶν ἔχοντα, ἱστάμενα ἐπὶ βωμῶν, ἤτοι βάσεών τινων, ἔφαινον τοῖς δαιτυμόσι. Καὶ ἐνταῦθα δὲ ποσειδῶν τὰ τοῦ διὸς ἅρματα ἀμβωμοῖσι τίθει.* Id est, *βωμοὶ* (significant) *non tantum* (Altaria) *in quibus sacra faciebant, verum etiam ædificium quoddam simplex & elevatum, in quo poni potest & sisti aliquid. Eadem ergo ratione in Odyssea* (leges) *parva quædam simulacra tædas in manibus habentia, stantia ἐπὶ βωμῶν, videlicet super Basibus quibusdam prælucebant convivantibus. Et hoc loco Neptunus Jovis currus ἀμβωμοῖσι* (*in basibus*) *posuit*. Quin etiam quæ sequuntur verba Poetæ, *κατὰ λῖτα πετάσσας*, id est, *Linea tegumenta obtendens*, evidentius multo probant non fuisse *Baldacchinum*; quandoquidem idem fuisset ac dicere, Nept. Uraniscum superposuit Uranisco, quod esset omnino absurdum, & a divinissimo vate alienissimum.

Tandem Græci nunquam, quod sciam (*Baldacchinum*) appellarunt *ὀχὸν* vel *ἅρμα*: sed *σκιάδιον, σκίασμα, οὐρανίσκον, οὐρανὸν, σκίρον, σκηνὴν, θόλιον, κωνώπιον*, & similia; ut patet ex Plutarcho in *Alex.* p. 687. A. & ex eodem in *Themistocle* pag. 120. A. & ex Athenæo lib. XII. pag. 539. num. 267. D. Et ibidem Notæ marg. & lib. V. pag. 196. B. & ibidem eædem notæ Etym. Magn. pag. 717. v. 39. Harpocratione in *σκίρον*, & in *θόλος*, Suida Tom. II. p. 755. D. Polluce lib. VII. cap. XXXIII. n. IV. p. 367. & lib. X. cap. XXVIII. pag. 487. & lib. I. cap. VIII. pag. 20. v. 36. & pag. 24. v. 41. rursus lib. X. cap. XXXI. pag. 491. v. 34. Aristoph. Scholiaste, & Biseto in *Equi Act.* V. Sc. II. p. 362. G. Et in *Avib.* pag 610 G. & *Thesmophor.* pag. 811. A. B. & *Concionatr.* Sc. I. pag. 725. A. & Casaubono *Animadvers. in Athen.* lib. V. cap. VI. pag. 217. & 218. Meursio in *Græc. Fer.* lib. VI. pag. 254. in *Panathenæa* cap. XXIII. pag. 39. Quæ plurima afferri possent in hanc rem, leges apud Bulengerum *de Circo* cap XXXV. pag. 151. A. B. Et eodem lib. cap. XXXVIII. pag. 158. & 159.

Porro *Umbraculum* ortum suum referre acceptum Regibus Persarum in omni genere luxus perditissimis, facile persuasum iri confido iis, qui eosdem in Regias, Platanos aureas, & aurem Vitem transtulisse (quæ præseferrent amœnitatem, qua utebantur in Paradisis) & sub ipsis sedentes negotia tractasse, observaverit in Athen. lib. XII. apud Buleng. *Imp. Rom.* lib. II. cap. XXXIII. his verbis: *Τὰς δὲ χρυσᾶς πλατάνους καὶ τὴν χρυσῆν ἄμπελον, ὑφ' ἧς οἱ περσῶν βασιλεῖς ἐχρημάτιζον πολλάκις καθήμενοι, σμαραγδίνους βότρυς ἔχουσαν, καὶ τῶν ἰνδικῶν ἄλλων τε παντοδαπῶν λίθων ὑπερβαλλόντων τῇ πολυτελείᾳ*. Id est, *Platanos aureas, & auream vitem, sub qua Reges Persarum negotia tractabant sæpe sedentes, habentem uvas smaragdinas, ornatam Indicis carbunculis, & aliis omne-genus lapillis magnificentia superioribus*. Quod vero in Hortis conferrent arbores ad captandam umbram, eaque haud contenti etiam sibi manu facto opere, *Umbracula* pararent Persæ; testatur Athenæus. lib. XII. pag. 515. num. 254. Et pluribus Auctoribus confirmat Vir Clar. Barnab. Brisson. *de Regno Persarum* lib. II. pag. 240. & 241. & lib. I. pag. 53. 54. 55. 56. 57. edit. Commel. MDCCXV. in 8.

Προσανακρούσεις, καὶ ἀρχαὶ, id est, *Præcones*,

Σήματα, συνθήματα, κελεύσματα. Id est, *Signa, symbola, adhortationes*.

Τρόπαιον proparoxytonon, & *Τροπαῖον* perispomenon dicitur. *Τρόπαιον ἐκαλεῖτο διὰ τὸ ἐπὶ τῇ τροπῇ τῶν ἐχθρῶν γεγενῆσθαι*, id est, *Trophæum appellatur, quod nasceretur a conversione Hostium*. *Ἐστὶ δὲ τρόπαιον, ὃ ἐν ταῖς νίκαις οἱ παλαιοὶ ἐποίουν, τοῖχον ἢ λίθον μέγαν ἱστάντες, καὶ γράφοντες ἐν τούτῳ ἃ κατὰ τῶν ἀντιπάλων ἔργα δεδράκασιν*. Id est, *Est vero Trophæum, quod in victoriis Antiqui faciebant, murum, vel lapidem erigentes, & scribentes in eo, quæ contra adversarios egregia facinora patrassent*. Trophæa statuta ab Alex. Macedone, & ab aliis diversis, habes apud Curtium & ibidem apud Mathæum Raderum Vir. eruditiss. lib. VII. cap. XIX. pag. 450. & lib. VIII. cap. III. pag. 484. edit. Colon. Agrippinæ MDCXXVIII. in fol. Et apud Tacitum *Annal.* II. pag 47. num. 22. a Germanico Cæsare. Et apud Rosinum lib. X. cap. XXIX. pag. 587. edit. Genevensis. Et apud Dempsterum in *Addit.* pag. 413. ejusdem edit. Et apud Bulengerum lib. *de Triumpho*. Et apud Strabonem lib. III. pag. 171. B. C.

Ἐγγυοθήκη, ἐγγυθήκη, ἐγγυιθήκη. Hæ voces significant *Machinam illam ligneam, in qua amphoræ, & pocula collocantur*. Homer. composita ab *ἐγγύη*, quod est, *ἡ ἐπὶ ἀσφαλείᾳ πίστις, ἢ καὶ δόσις χρημάτων, ἢ γάμου*, id est, *In tuto fides & fidejussio, vel depositio pecuniarum, vel conjugii desponsio*. Etymol. Magn. p. 308. & 309. Et per Metaphoram significat locum, in quo, velut in tuto, deponimus supellectilem.

Τοὺς πύργους (καλοῦντα) πόλεις; ὥσπερ ἐν ταῖς θριαμβικαῖς πομπαῖς, καὶ γὰρ οἱ στρατηγοὶ καὶ οἱ συγγραφεῖς ῥᾳδίως ἐπὶ τοῦτο φέρονται τὸ ψεῦσμα καλλωπίζοντες τὰς πράξεις. Id est, *Turres appellantem Urbes; quemadmodum in triumphalibus pompis. Etenim Imperatores, & scriptores facile inducuntur ad hujusmodi mendacium cohonestantes eorum gesta*. Strabo apud Buleng. *de Triumpho* p. 51. E.

Ἅρμα, id est, *currus*. *Ἅμαξα*, *plaustrum*.

Ἄρκτον θ' ἣν καὶ ἅμαξαν ἐπίκλησιν καλέουσιν.

Id est,

Ursamque quam & Plaustrum cognomine vocant.

Homerus *Iliad.* Σ. v. 487.

Χειρομάξιον, id est, *Sella curulis*.

Ἐκ τοῦ ἅρματος εἰς ἁρμάμαξαν, id est, *E curru in plaustrum*.

Præsultor, *ὁ ἐν τοῖς ἱεροῖς προορχούμενος*, id est, *Qui in sacris præsaltat*. Glossa opt. Latino-Græca p. 160.

Ἔξαρχοι, id est, *Proceres, Principes*.

Εἰρηνοδίκαι, εἰρηνοφύλακες, φιτιαλεῖς, id est, *Feciales, Pacificatores*. nos *Araldi*,

Οἱ περὶ ὅρου διαγινώσκοντες δικασταί. Id est. *De Termino, seu limite judices*.

Ἑορτή φασιν ἐτελεῖτο ἐν τῇ ἀρκαδίᾳ, ἐν ᾗ οἱ παῖδες τὸν πᾶνα σκίλλαις ἔτυπτον. Id est, *Celebritas, ajunt, fiebat in Arcadia, in qua Pueri Pana Scillis verberabant*. Scilla est herbæ genus Dioscoridi lib. II. cap. CCII. pag. 128. & 129. Schol. Theoc. Idyl. VII. *Erat etiam certamen in Sicilia, in quo pueri sese plectebant Scillis; Victor præmium Gymnasiarchis Taurum reportabat*. Idem Scholiastes Idyl. VII. *τῶν ἐφήβων ἐν Σικελίᾳ γίνεται ἀγὼν ἐν σκίλλαις. καὶ νικήσαντες, Ταῦρον ὑπὸ τῶν γυμνασιαρχῶν τιθέμενον λαμβάνουσιν ἔπαθλον*. Meurs. *Græc. Fer.* p. 253. & Scillis etiam vapulabant

apud Athenienses vir & fœmina, qui se se obtulerant tanquam Urbis peripsema. Idem p. 145.

Καὶ γὰρ Αθήνησι νηστεύουσιν αἱ γυναῖκες ἐν Θεσμοφορίοις χαμαὶ καθήμεναι. Id est, *Etenim Athenis jejunant mulieres in Thesmophoriis humi sedentes.* Plutarch. *de Iside, & Osiride* apud eundem pag. 161. Thesmophoria celebrabantur in honorem Cereris. instituta fuerunt ab Orpheo, vel secundum alios a Triptolemo. Quibus uterentur cæremoniis vide apud Meursium in *Græc. Fer.* lib. IV. p. 151. & seq. usque ad 165. & in *Lect. Att.* a p. 210. ad p. 222.

Τὸ ξόανον τῆς μητρὸς τῶν Θεῶν ἀμπέλινον εἶναι, διὰ τὸ τὴν ἄμπελον ἴσως ἱερὰν εἶναι τῆς ῥέας. Id est, *Statua Matris Deorum ex vite esse, ait Euphorion, eo quod vitis pariter sit Rheæ sacra.* Schol. Apollonii.

Ἀντιφραστικῶς, id est, *per contrariam locutionem.*

Ὅπως μηδὲ . . . . . οἱ τῶν ὑδάτων ὁλκοὶ μηδὲ αἱ τῶν γεφυρῶν πάροδοι, μηδὲ ἡ τῶν τειχῶν ἀσφάλεια, μηδὲ ἡ τῶν ὁδῶν ἐπιμέλεια. Id est, *Quo pacto neque . . . . . . aquarum ductus, neque pontum transitus, neque murorum munitio, neque viarum cura.* D. *de officio Proconsulis.*

Εἰσῆλθεν εἰς τὸ Ἐλευσίνιον, ἐχερνίψατο ἐκ τῆς ἱερᾶς χέρνιβος. Id est, *Cum intrasset in Eleusinium, abluit manus e sacro malluvio.* Lysias in oratione *in Andocydem* apud Meursii *Eleusinia* cap. IX. p. 28.

Χέρνιψ, τῆς χέρνιβος, & τὸ χέρνιβον, ου, & τὸ χερνίβιον. Significat etiam *Vas*, unde abluuntur manus; & *aquam* ipsam. Vas facit Etymol. Magnum dum ponit pro Lebete: λέβης, τὸ χερνίβον pag. 559. v. 2. Et Glossa opt. pag. 659. χέρνιβον reddit *Trulleum*. Phavorinus pag. 1863. v. 33. Χέρνιβα, οἷς τὰς χεῖρας νίπτουσι, id est, *Cherniba, Vasa, quibus manus abluunt.* E nostris ad id probandum erit mihi satis doctissimus Criticus & omnis Antiquitatis consultissimus Jo. Ludov. de la Cerda *Advers. Sacrorum* cap. XCV. num. XI. pag. 153. *Sive Aquimanile*, inquit, *dixeris cum Glossario, sive Aquamanile cum Anastasio, sive Aquæmanale cum Varrone, sive Aquæmanile, & Aquamanus cum Anastasio variis locis, res est eadem, videlicet* χέρνιβον, *vas ad lavandas manus.* Pro ipsa aqua ponit idem Phavorinus loco laudato: χέρνιβα, τὸ ὕδωρ ἀπὸ τῆς θείας χέρνιψ, id est, *Cherniba, Aquam, a nominat. Chernibs.* Hesychius χέρνιβα appellat τὸ ἐπιχεόμενον ταῖς χερσὶν ὕδωρ, id est, *Cherniba, qua infunditur in manus aqua.* Hom. *Odyss.* A. v. 136. p. 1400. v. 58.

Χέρνιβα δ᾽ ἀμφίπολος προχόῳ ἐπέχευε φέρουσα
Καλῇ χρυσείῃ, ὑπὲρ ἀργυρέοιο λέβητος,
Νίψασθαι.

Iidem versus leguntur etiam in *Odyss.* K. v. 368.

Aquam ancilla e gutturnio fundebat ferens
Pulcro aureo, super argenteum lebetem
Ut se lavarent.

Ubi Eustath. Χέρνιβα δὲ τὸ κατὰ χειρὸς διδόμενον ὕδωρ. id est, *Cherniba (dicit) Aquam, quæ ad manus datur.* Harpocration addit, ea Veteres usos fuisse ad sacrificia pag. 60. τῆς γὰρ Χέρνιβος, μέμνηνται οἱ κωμικοὶ, ὡς παραλαμβανομένης εἰς τὰς θυσίας. Id est, *Aquæ meminerunt Comici, utpote quæ assumebatur ad sacrificia.* Nunquam enim ad sacra peragenda accedebant, ni prius manus, & interdum totum corpus abluissent. Priamus Jovi supplicaturus manus lavat *Iliad.* Ω. v. 304. Adi ad Scholiastem Aristophanis pag. 581. A. B. & pag. 696. A. 905. F. Et Athenæum lib. IX. pag. 408. 409. 410. apud quem non pauca de hoc antiquo ritu erit discere, & Barnab. Brissonium *de formul.* lib. I. pag. 4. 5. & 6. quibus adde Christianos etiam fecisse in aditu Templorum Fontes, Cisternas, & Puteos; ne illotis manibus ad preces convenirent. Bulengerus *de Templis* cap. IX. pag. 73. in Systemate.

Ἀνίπτοις χερσίν. Leg. Χερσὶν ἀνίπτοις, Id est, *Manibus illotis.* Stromat. Proverb. v. 356. & Diogenianus Proverb. Cent. I. Proverb. XLIII. auctor est Proverbium dici in eos, qui *profanis sacra manibus contrectant*, ἐπὶ τῶν βεβήλοις χερσὶ τοῖς ἱεροῖς ἐγχειρούντων. pag. 180.

Δείραντας κατακῆαι, id est, *Excoriatas cremare.* *Odyss.* K. v. 533.

Ἴδωλον τῆς ψυχῆς, id est, *Idolum animæ.* De hoc Idolo Plotinus, Ficinus, Maximus Tyrius, Michael Psellus, & alii Platonici passim.

Λιβανωτὶς, id est, *Rosmarinus.* De eo Dioscorid. lib. III. cap. LXXVIII. p. 166. 167.

Ὄζει λιβανου, id est, *Thus olet.* De Thure idem lib. I. cap. LXXXII. LXXXIII. LXXXIV. LXXXV. pag. 36. 37.

Θύω, id est, *Sacrficio.* De Thymo idem lib. III. cap. XLIV. p. 152.

—— ὁ ὠμοθετεῖτο συβώτης
Πάντοθεν ἀρχόμενος μελέων, ἐς πίονα δημόν.
Καὶ τὰ μὲν πυρὶ βάλλε, παλύνας ἀλφίτου ἀκτῇ.

Id est,

—— *Crudas carnes posuit Subulcus,*
Undique incipiens a membris in pinguem adipem.
Et quasdam quidem in ignem jecit, cum commiscuisset farinæ flore.

Homerus *Odys.* Ξ. v. 427.

Ἦν δὲ μεγάλη κόλασις οἰκέτου πλημμελήσαντος εἰ ξύλον ἁμάξης, ᾧ τὸν ῥυμὸν ὑπερείδουσιν ἀράμενος, διεξέλθοι παρὰ τὴν γειτνίασιν. ὁ γὰρ τοῦτο παθὼν, καὶ ὀφθεὶς παρὰ τῶν συνοίκων, καὶ γειτόνων, οὐκέτι πίστιν εἶχεν. ἐκαλεῖτο δὲ Φούρκιφερ, ὃ γὰρ οἱ Ἕλληνες ὑποστάτην, καὶ στήριγμα, τοῦτο ῥωμαῖοι φοῦρκαν ὀνομάζουσιν. Id est, *Erat autem magna pœna servi, qui deliquerat, si lignum plaustri, quo temonem fulciunt, portans transcurreret circa viciniam. Qui enim hoc passus fuisset, & visus fuisset a domesticis & vicinis, haud amplius fidem habebat. Appellabatur vero Furcifer; quod enim* (lignum) *Græci Hypostaten, & Sterigma, hoc Romani Furcam appellant.* Plutarch. in *Coriolano* pag. 225. D. De hoc supplicii genere qui plura desiderat, consulat clarissimum eruditorum Antesignanum, Lipsium inquam, in opere *de Cruce*, ubi oculos quoque pariter oblectabit æneis tabulis affabre delineatis. Prodiit ex Officina Plantiniana MDXCIX.

Ὁ τῆς πομπῆς ὀρχιστὴς προαγόμενος οὐ καλὸς αὐτῷ ἐφάνη. Lege, Καὶ τίς ποτε ὁ τῆς πομπῆς ὀρχιστὴς προαγόμενος οὐ καλὸς αὐτῷ ἐφάνη. Id est, *Senatus & timor*, & *admiratio simul invaserant, cum quid sibi Jupiter vellet ingnorarent, & quinam Pompæ præsultor is* (esset,) *qui haud bellus ipsi visus esset.* Dionys. Halicarnass. lib. VII. pag. 473. v. 33.

Φουρκίζειν, id est, *In furcam agere.* Meurs. *Gloss.* pag. 608.

Θεατρίζειν, id est, *In spectaculum producere.*

Ὑπὸ τῶν μαστιγοφόρων σύρεται διὰ μέσης τῆς σκηνῆς. Id est, *A Mastigophoris trahitur per mediam Scenam.* Lucianus.

Παράγειν, καὶ εἰσάγειν εἰς θέατρον, id est, *Producere, & inducere in Theatrum.* Philo.

Διὰ τοὺς ἀγῶνας θριαμβεύεται. Id est, *Per Certamina triumphatur.* Nazianzenus.

Ἐπόμπευε διὰ τῆς πόλεως, id est, *Per civitatem triumphavit, seu Pompam duxit.* Plutarch. in *Marcello.*

CAP. III.

Πλείστους γε τοῖς Θεοῖς ἀγῶνας οὐ μόνον τραγῳδῶν, καὶ αὐλητῶν, καὶ κιθαρῳδῶν, ἀλλὰ καὶ ῥαψῳδῶν, θήρας τε παντοδαπὰς, καὶ ῥαβδομαχίας.

Id est, *Plurima in Deorum honorem certamina non solum Tragœdorum, & Auletarum, & Citharædorum; verum etiam Rapsodorum, venationesque onigenas & scipionum pugnas.* Plutarch. in *Alexand.*

Καὶ ἐλέφαντες ὀκτωκαίδεκα πρὸς ὁπλίτας ἐμαχέσαντο, καὶ αὐτῶν οἱ μὲν παραχρῆμα ἀπέθανον, οἱ δὲ πολλῷ ὕστερον. Id est, *Ad hæc Elephanti duodeviginti cum armatis hominibus certaverunt, quorum quidem alii statim interierunt, alii vero post paulo.* Xiph. in dedicatione Theatri Pompeii p. 11. C.

Παραλαβὼν γάρ με, ὡς ἐπὶ τερπνόν τι καὶ παράδοξον θέαμα τῶν ἑλληνικῶν ἄγει εἰς τὸ θέατρον, καὶ καθίσαντες ἑωρῶμεν πρῶτον θηρία κατακοντιζόμενα, καὶ ὑπὸ κυνῶν διωκόμενα, καὶ ἐπ' ἀνθρώπους δεδεμένους ἀφιέμενα κακούργους τινας, ὡς εἰκάζομεν. Lucianus in *Toxari* affirmat ætate Solonis & Anacharsis Athenis datos fuisse Bestiarios, cum ait; *Assumens enim me ut ad gratum & insperatum spectaculum Græcanicam, inducit in Theatrum. Et ubi consedimus, vidimus primum omnium feras sagittis confici. & a canibus lacerari; aut immitti in homines vinctos, noxios, ut interpretabantur.* Quin imo omnia certamina, Panegyres, celebritates, Athenis ortum habuisse ex Aristide in *Panathenaica* probat omniscius Bulengerus pag. 401. E.

Ἄρκτους πεντακοσίους, καὶ τῇ μετὰ ταύτην θέᾳ ἴσα λιβυκὰ θηρία διέφθειρεν. Id est, *Ursos quingenos, & altero spectaculo totidem feras Libycas confecit.* Dio.

Συνῆσαν δὲ παιδεύοντες αὐτὸν, Παρθυαίων οἱ τοξικὴν ἀκριβοῦντες, καὶ Μαυρουσίων οἱ ἀκοντίζειν ἄριστοι, οὓς πάντας εὐχειρίᾳ ὑπερέβαλλεν. Id est, *Simul erant assidue* (cum Commodo) *instituentes eum Parthorum sagittandi peritissimi, & Maurisiorum jaculandi exercitatissimi, quos omnes tamen artificio superabat.* Herodianus lib. I. pag. 409. A. *Crocodilus* ait Caspar. Ruthardus pag 125. malum quadrupes, terra pariter ac flumine infestum, in illa interdiu, in hoc noctu: utrobique terribile, dentium serie pectinatim disposita: unguibus etiam armatum est, cuteque contra omnes ictus invicta. Hunc piscium cibo saturum somnoque datum Trochilus, avium regulus, ad hiandum invitat pabuli sui gratia. Os primum ejus adsultim repurgans, mox dentes & intus fauces quoque, ad hanc scabendi dulcedinem quam maxime hiantes. Vide Ælianum *De Nat. Animal.* lib. V. cap. LII. pag. 313. ejus *Malignum ingenium* lib. XII. cap. XV. pag. 707. *fraudem* lib. V. cap. XXIII. pag. 280. *Magnitudinem* l. XVII. cap. VI. pag. 966. & seq. *Mansuetudinem, & Divinationem* lib. VIII. cap. IV. pag. 476. & seq. ut *Crocodili terreni perniciem* lib. I. cap. LVIII. pag. 64. & seq. *Quomodo nothos a legitimis experiantur* l. IX. cap. III. pag. 514. *Quomodo capiantur* lib. X. cap. XXIV. pag. 500. & seq. Et Aldrovandum de *quadrup. Digitat. Ovip.* lib. I. cap. XV. a pag. 677. ad 692. & Reverendiss. Majolum pag. 171. 172. 173. edition. Mogunt. quo autem tempore primum Romæ usi fuerint Crocodili non ausim affirmare. Testimonio tamen Strab. lib. XVII. pag. 814. 815. D. A. qui ex sententia Casaub. in ejus Vita decessit sub Tiberio, satis probatur vel sub Augusto allatos fuisse. Illud animadversione dignum, quod cum *Crocodili* natura insitam exerceant inimicitiam cum homine, naturalem tamen Tentyritarum vim experiuntur, qui eos non solum capiunt, & occidunt; verum eos ludos faciunt, & inscendunt, ac si essent equi, pro fræno lignum in eorum os inserentes: sed ipsum Strabonem audiamus.

Εἴς τε τὴν Ῥώμην κομισθεῖσι τοῖς κροκοδείλοις ἐπιδείξεως χάριν, συνηκολούθουν οἱ Τεντυρῖται, γενομένης τε δεξαμενῆς καὶ τρήματός τινος ὑπὲρ μιᾶς τῶν πλευρῶν, ὥστε τοῖς θηρίοις ἐκβᾶσι τοῦ ὕδατος ἡλιαστή-
A ριον εἶναι, ἐκεῖνοι ἦσαν οἱ τότε μὲν ἐξέλκοντες δικτύῳ πρὸς τὸ ἡλιαστήριον, ὡς καὶ ὑπὸ τῶν θεατῶν ὁρᾶσθαι, ἐμβαίνοντες ἅμα εἰς τὸ ὕδωρ τότε δὲ πάλιν εἰς τὴν δεξαμενὴν κατασπῶντες. Id est, *Cumque Crocodili Romam allati essent pro spectaculo; Tentyritæ eos sequebantur, & parata crocodilis piscina quadam, & foramine in uno laterum, ut ex aqua in apricum egredi possent: Tentyritæ erant, qui eos interdum rete in aquam ipsi intrantes educebant in locum apricationi destinatum, ut a spectatoribus cerni possent, alias rursum eos in piscinam retrahebant.* Sic vertebat Casaubonus. Plin. lib. VIII. cap. XXV. pag. 197. *Quin etiam* (loquitur de Tentyritis) *flumini*
B *innatant: dorsoque equitantium modo impositi, hiantibus resupino capite ad morsum, addita in os clava, dextra ac læva tenentes extrema ejus utrinque, ut frenis in terram agunt captivos.* Consule *Thaumatographiam* Johannis Jonstoni Classe septima cap. XIV. pag. 353.

Γόης Glossa opt. pag. 418. *Veneficus.* γοητεύειν τὴν σελήνην, id est, *Lunam devocare.* Plutarch. *de oracul. defectu.* Hesych. γοητεύει, ἀπατᾷ, μαγεύει, πείθει, φαρμακεύει, ἐξᾴδει. Id est, γοητεύει significat, *In fraudem illicit, captat Deos, corrumpit, conficit medicamenta, excantat.* Hinc
C Suidas Tom. II. pag. 76. B. γοητεία (inquit) ἐπίκλησίς ἐστι δαιμόνων κακοποιῶν περὶ τοὺς τάφους γινομένη. Id est, *Goetia invocatio est Dæmonum maleficorum circa sepulcra, quæ fit* (ad evocandos mortuos.) & Tom. I. p. 619. A. idem γοητεία δὲ ἐπὶ τῷ ἀνάγειν νεκροὺς δι' ἐπικλήσεως. Id est, *Goetia vero ad evocandos mortuos per invocationem.* Sequitur ibidem: Ὅθεν εἴρηται ἀπὸ τῶν γόων, καὶ τῶν θρήνων τῶν περὶ τοὺς τάφους γινομένων. *Quamobrem dicitur a lamentis, & flectibus, qui circum sepulcra fiunt.* De hac specie vetitæ Magiæ agunt Corn. Agr. *De Van. Scient.* cap. XLV. Rhodiginus lib. IX. cap. XIII. p. 486. & seq. Martinus Del-Rio *Disqui. Magic.* lib.
D II. Ejus effectus probat ex Bodini *Dæmonomania* & aliorum; & Bulengerus *De Licita & Vetita Magia* lib. I. cap. XI. p. 467. & seq.

—— λαισήϊά τε πτερόεντα.

Id est,

—— *Scuta volatilia.*

Ubi Eustath. p. 570. v. 17. *Iliad.* E. ἔστι δὲ τὸ λαισήϊον, inquit, ἀσπίδος γένος θυρεοειδές. Id est, *Λαισήϊον est clypei genus januæ imaginem referens.* Et *Iliad.* M. pag. 911. v. 60. idem Eustath. Λαισήϊα *sunt apud Veteres quæ in læva gestantur* ἀμαζονικὰ (*peltæ*) *ex rudibus factæ boum coriis:* Καί εἰσι κατὰ τοὺς παλαιοὺς λαισήϊα, τὰ ἐν τῇ λαιᾷ φερόμενα ἀμαζο-
E νικὰ ἐξ ἀκατεργάστων ὄντα βυρσῶν. Etymol. Magn. dicit esse μικρὰ ἀσπιδίσκια & βαρβαρικὸν ὅπλον. Id est, *Parvos umbones, & barbaricum scutum,* p. 558. v. 42. Vide Hesychium in λαισήϊα.

Σακέσπατος. hanc vocem (tenuitatem meam non inficiabor) nondum legisse recordor: apud Poet. tamen legitur σακέσπαλος, epith. Tydei *Iliad.* ε. p. 529. v. 25. σακέσπαλος ὁ τὸ σάκος ἤγουν τὴν ἀσπίδα πάλλων. Hoc est, *Sacespalus* (est) *qui* σάκος, id est, *Clypeum vibrat.* Item, σακεσφόρος, ὁ σάκος, ἤγουν ἀσπίδα φορῶν. *Sacesphorus,* (est) *qui* σάκος, *hoc est, clypeum gestat.* Eustath. in *Ind.*

F Οἶδ' ἐπὶ δεξιά, οἶδ' ἐπ' ἀριστερὰ νωμῆσαι βῶν
Ἀζαλέην.

Id est,

Novi (inquit Hector) *ad dextram, novi ad sinistram movere bovem*
Aridum.

Eustath. βῶν δὲ ἀζαλέην, ἤγουν ξηρὰν ἔφη, πρὸς διαστολὴν τῆς ὑγρᾶς, ἤτοι ζώσης βοός. Id est, *Bovem aridum dicit, ad distinctionem humidi, videlicet viventis bovis.* *Iliad.* η. p. 679. v. 19. v. 238.

Ελέφας, παρὰ τὸ ἐν ἕλει ἐπιβαίνειν τῇ θηλείᾳ, ἐλέβας τις ὤν. Id est, *Elephas, sic dictus, quod* (Mas) *in palude conscendat fœminam, ... quidam existens*. Etymologicum Magn. p. 329. v. 3. Elephanti gaudent amnibus, & circa fluvios palantur inepti nare, propter magnitudinem corporis: sed ediscunt, si doceantur. Animalium maxime odere murem, & si pabulum in præsepio positum attingi ab eo viderunt, fastidiunt: eorumdem perpetua discordia cum Draconibus & pugna, qui in amnes mersi insidiantur bibentibus; arctatisque illigata manu in aurem morsum figunt exitialem. Sympathiam quandam cum Luna habere videntur. Nam ab interlunio recrescente ex sylva ramos decerpunt, mox sublimes ferunt, tandem ad eandem suspiciunt, ac leviter movent, supplicationem Deæ prætendi existimari possit. Elephantorum *coitum, partum, vitæ longævitatem, vitia oculorum, vulnera, in utero gestationem, vim, disciplinam, natandi peritiam* leges apud Strabonem lib. XV. pag. 705. Et in *Tractatu de Elephantis* Bulengeri multa p. 454. & seq. plura & miraculo propiora apud Ælianum passim; plurima apud Aldrovandum *de Quadrupedibus Solidipedibus* cap. X. a pag. 418. ad 488. & apud Reverendiss. Majolum, *Dier. Canic.* a p. 138. E. ad pag. 141. A. Romæ primum visos fuisse Elephantos Anno CCCCLXXIX. Plinius scribit lib. VIII. cap. VI. p. 185. In eadem Urbe juncti primum subiere Currum Pompeii Magni Africano triumpho. Idem eodem libro cap. II. p. 183. Eundemque Pompejum primum omnium dedisse elephantorum pugnam in dedicatione Theatri a se facti testatur Asconius Pædianus *in orat. contra Lucium Pisonem* p. 77. B.

Κεκιλίε δὲ τῶ ῥήτορος δεομένε παρδάλεις αὐτῷ πρός τινα θέαν εἰς Ῥώμην ἐκ Κιλικίας ἀποστέλλειν, καλλωπιζόμενος ἐπὶ τοῖς πεπραγμένοις, γράφει πρὸς αὐτὸν ἐκ εἶναι παρδάλεις ἐν Κιλικίᾳ, πεφευγέναι δὲ εἰς Καρίαν ἀγανακτέσας ὅτι μόναι πολεμῦνται, πάντων εἰρήνην ἐχόντων. Id est, *Cælio vero oratore rogante Pantheras sibi ad quoddam spectaculum Romam ex Cilicia mitteret, ostentans quæ gesserat, rescripsit ad eum, Nullas esse pantheras in Cilicia. fugisse enim in Cariam, questas quod solæ in bello versarentur, omnibus in pace degentibus*. Plut. in *Cic.* pag. 879. B. vide Ælia. lib. IV. cap. XLIX. p. 240. —— ejus species dicta Αμπελος, id est, *Vitis*. lib. X. cap. XXXIX. p. 617. Ad sui odoris suavitatem cum imbecilliores feras illexerit, eas invadit. Lib. V. cap. XL. p. 298 Lunæ Pantheræ similis in armo dextro macula: ad naturam illius crescit in orbem, & cavat cornua. Albert. De ea scripsit sparsim nonnulla Aldrovandus in lib. *de animal. Digitat.* Reverendiss. Majolus *Dieb. Canic.* pag. 144. E. 145. B.

Κῆποι, λέοντος μὲν πρόσωπον ἔχοντες, τὸ δὲ λοιπὸν σῶμα πανθῆρος, μέγεθος δὲ δορκάδος. Id est, *Cepi leonis quidem faciem habent, reliquum corpus Pantheræ, magnitudinem Damæ*. Strabo lib. VI. (XVI.) pag. 775. B.

Κῆπος. Hoc nomen diversa acceptione video capi. Nam apud Scholiastem Aristophanis in *Avib.* p. 579. E. *Duæ leguntur Tonsuræ species; altera ad frontis ornamentum, & κῆπος appellabatur; altera usque ad cutem* (qualem desiderat Paulinus Epist. VII. *ad Severum* in Monachis) & dicitur σκάφιον. Δύο δὲ εἴδη κυρᾶς, σκάφιον καὶ Κῆπος, τὸ μὲν ἦν σκάφιον, τὸ ἐν χρῷ. ὁ δὲ κῆπος, τὸ πρὸ μετώπε κεκομῆσθαι. Eustath. *ad Iliad.* M. 907. v. 41. tantum addit, hunc κηποκόμαν, illum σκαφιόκυρον dictos fuisse. Et Ælius Dionysius apud eundem. Eustath. ibidem v. 39. κῆπος, ait, ἐ μόνον φυταλιά, ἀλλὰ καὶ καλλωπισμὸς κόμης. Κῆπος *non solum est locus arboribus consitus, sed etiam elegantia comæ*. Hesychius doctissimus Grammaticorum, *hujusmodi Comæ tonsuram ad cultum, & ornatum tribuit Persis*, cum ait κῆπος, εἶδος κυρᾶς παρὰ Πέρσαις. Eidem Κῆπος, est etiam τὸ ἐφήβαιον τῶν γυναικῶν. Id est, *Pubes fœminarum*. Etymol. Magno p. 511. v. 6. Κῆπος dicitur *locus seperatus* (Domi) *ad difflationem, & qui* (ventis) *perflatur; nomen derivatum a κάπω, quod nobis significat Spiro*. Κῆπος, inquit ille, ὁ ἀποτετμημένος τόπος πρὸς ἀνάπνευσιν, καὶ καταπνεόμενος. παρὰ τὸ κάπω τὸ πνέω, κάπος, καὶ κῆπος. Est etiam nomen Urbis; Æschines in oratione *adversus Ctesiphontem: Est* (inquit) *Urbs ad Bosphorum, quæ appellatur* κῆπος. Harpocration. p. 34. Αἰσχίνης ἐν τῷ κατὰ κτησιφῶντος. πόλις δέ ἐστι περὶ Βόσπορον καλεμένη κῆπος. Idem apud Suidam Tom. I. p. 1452. D. Eidem Hesychio κῆπος est παράδεισος, *Paradisus, hortus*. Et Glossa optima Græco-Lat. p. 515. κῆπος, *Hortus*. Et hi duplices, *Olearum & Arborum*. Suidas loco laudato, καὶ κῆπος ὁ τῶν λαχάνων, καὶ δένδρων. Significasse κῆπον arborum cultura locum adumbratum, testatus est superius Ælius Dionysius ex Eustathio: & in *Odyss.* λ. p. 1701. v. 45. Πολλὴ διαφορὰ κήπε Αδώνιδος καὶ δένδρων Ταντάλε. Id est, *Multum interest inter Hortum Adonidis, & Arbores Tantali*; hæ enim fructuosæ. Suid. Cent. XIII. XVIII. pag. 541. Ταντάλε κήπες τρυγᾶν, *Tantali hortos excolere*. Vide ibidem Scottum. Et Cedrenus apud Car. Steph. *Cepi*, id est, *Horti*, loci maritimi nomen, ubi Mæander Fluvius in mare illabitur. Quin etiam eidem Eustathio *Odyss.* δ. p. 1516. v. 18. Tota regio Panormitana Siciliæ κῆπος *Hortus* fuit appellata; eo quod esset plena arborum domesticarum. *Syracusæ etiam* (*suum* κῆπον *Hortum*) *habuere* μῦθος *appellatum; in quo Hieron jus dicebat*. Καὶ ἡ Συρακῦσα κῆπον εἶχε πολυτελῆ, ὃς ἐκαλεῖτο μῦθος, ἐν ᾧ Ἱέρων χρηματίζων ἦν. Idem Eustath. *Odyss.* ε. p. 1546. v. 40. Diximus superius ex Suida κῆπον esse *Hortum olerum*. Hoc facile comprobabit etiam commune illud Proverbium, Κῆποι Αδώνιδος, quod legitur in Strom. Proverb. v. 303. p. 596. Vide quæ ibi adnotet Scottus. *Hi Horti erant Plantæ cito revirescentes, & cito arescentes, eo quod etiam Adonis brevis fuisset vita*. Eustath. *Odyss.* Λ. p. 1701. v. 45. Κῆποι Αδώνιδος, φυτάρια ταχὺ ἀναθάλλοντα, καὶ ταχὺ ξηραινόμενα, διὰ τὸ καὶ τὸν Αδωνιν βραχύβιον γενέσθαι. E contra, Κῆποι χαρίτων ἀκήρατοι. *Horti Gratiarum immortales*. Vide Manutium p. 1316. Κῆποι fuerant etiam *Simulacra, & Horti in testis*, quæ in Adonidis Pompa circumferebantur. Testem habes locupletissimum Hesychium, qui Εν τοῖς Αδωνίοις, inquit, εἴδωλα ἐξάγεσιν, καὶ κήπες ἐπ' ὀστράκων, καὶ παντοδαπὴν ὀπώραν, οἷον ἐκ μαράθρων καὶ θριδάκων παρασκευάζεσιν αὐτῷ τὰς κήπες, ἐπεὶ ἐν θριδακίναις αὐτὸν κατακλιθῆναι ὑπὸ ἀφροδίτης φασίν. Id est, *In Adonidis Simulacra circumferebant, & Hortos in testis, & omnis generis fructus. Qualiter ex feniculis, & lactucis præparant ei Hortos; Etenim in Lactucis ipsum* (Adonidem occisum) *depositum fuisse a Venere fabulantur*. Vide Diogen. Cent. I Proverb. XIV. p. 177. & ibi Scottum.

Et Κῆπος, ut tandem aliquando & te, lector humanissime, & me absolvam ab hoc lanæ caprinæ penso, appellatus fuit ab Hesychio ζῶον ὅμοιον πιθήκῳ, id est, *Animal simile Pitheco*. Id est, *Cato*, ut placet Aldrov. *de Quadrup. Digit.* lib. II. pag. 244. 245. Illius *magnitudinem, formam, & colores* legere est apud Ælianum l. XVII. cap. VIII. p. 969. unde hic pauca adscribam, tu reliqua.

Πυθαγόρας ἐν τοῖς περὶ τῆς ἐρυθρᾶς θαλάττης, λέγει ζῶόν τι γίνεσθαι χερσαῖον περὶ τὸ πέλαγος ἐκεῖνο, τὸ καλέμενον Κῆπον. φερώνυμον δὲ εἶναι, καὶ εἰκότως, ἔχει γὰρ χρόας πολλάς. Id est, *Pythagoras in libris de Mari Rubro narrat, Ani-*

mal quoddam nasci terrestre circa illud mare, quod appellatur Cepus (id est, Hortus.) *Cognomen autem ei esse, & jure optimo* ex eo; *quia habet colores multos*, &c.

Σφίσιν ἐπ' ἄκρᾳ ῥινὸς ἐν ἑκάστῳ κέρας, καὶ ἄλλο ὑπὲρ αὐτὸ οὐ μέγα. Id est, *Vidi* (inquit Pausanias lib. IX. p. 359. v. 33.) *etiam Æthiopicos Tauros, quos ex re ipsa Rhinocerotas nominant*, quod in *extremitate naris unicuique cornu* [prominet,] *& alterum super illud non magnum*.

Κέρας δὲ κατ' αὐτὴν τὴν ῥῖνα προέχει (ἔχει.) Id est, Rhinoceros cætera similis Elephanto, *Cornu autem juxta nasum habet*. Vide Jonstonum, *Admir. Quadr.* c. XXXII. p. 376. Xiph. in *Augusto* p. 66. C. Rever. Majolum pag. 137. D. C. & 138. B. ubi multa etiam de Monocerote; & Aldrov. *de Quadru. Bisulcis* lib. I. cap. XXXIII. a pag. 878. ad 889. Fernand. *Didasc.* cap. IX. p. 109. & seq.

Ἀλκαία, *Cauda Leonis*, sic dicta Magn. Etym. p. 66. v. 5. διὰ τὸ εἰς ἀλκὴν αὐτὸν προτρέπειν. *Quod ad robur eum adhortetur*.

Camelopardalis meminit Strabo lib. XVII. pag. 827. B. & lib. XVI. pag. 775. A. sic eam describit. Γίνονται δ' ἐν τούτοις τοῖς τόποις καὶ αἱ Καμηλοπαρδάλεις, οὐδὲν ὅμοιον ἔχουσαι παρδάλει. τὸ γὰρ ποικίλον τῆς χρόας, νεβρίσι μᾶλλον ἔοικε ῥαβδωτοῖς πίλοις κατεστιγμέναι. τελέως δὲ τὰ ὀπίσθια ταπεινότερα τῶν ἐμπροσθίων ἐστὶν, ὥστε δοκεῖν συγκαθῆσθαι, τῷ οὐραίῳ μέρει τὸ ὕψος βοὸς ἔχοντι, τὰ δὲ ἐμπρόσθια σκέλη τῶν καμηλείων οὐ λείπεται. τράχηλος δ' εἰς ὕψος ἐξηρτημένος ὀρθὸς, τὴν κορυφὴν δὲ πολὺ ὑπερτέραν ἔχει τῆς καμήλου. διὰ δὲ τὴν ἀσυμμετρίαν ταύτην, οὐδὲ τάχος οἶμαι τοσοῦτον εἶναι, περὶ τὸ ζῶον, ὅσον εἴρηκεν Ἀρτεμίδωρος, ἀνυπέρβλητον φήσας. ἀλλ' οὐδὲ θηρίον ἐστὶν, ἀλλὰ βόσκημα μᾶλλον. οὐδεμίαν γὰρ ἀγριότητα ἐμφαίνει. Id est, *Nascuntur autem in his locis Camelopardales, nihil simile habentes Pardali. Varietas coloris Nebridibus magis similis, virgatis pilis distinctæ. Omnino posteriora humiliora anterioribus sunt, ut videatur sedere, a cauda altitudinem bovis habentem: anteriora vero crura Camelorum cruribus non cedit. Collum in altitudinem exurgens rectum. Verticem paulo sublimiorem habet Camelo. Propter quam partium inconcinnitatem, neque celeritatem puto tantam esse Camelopardalis, quantam dixit Artemidorus, insuperabilem asserens. Sed neque fera est, sed pecus magis; nullam enim feritatem præsefert*. Plinius lib. VIII. cap. XVIII. p. 194. de Camelopardali sic scribit: *Specie esse Cameli, Nabin Æthiopes vocant, collo similem equo, pedibus & cruribus bovi, camelo capite, albis maculis rutilum colorem distinguentibus, unde appellata Camelopardalis* (hinc est quod Strabo supra ait *nihil simile habentes Pardali*.) *Dictatoris Cæsaris Circensibus ludis primum visa Romæ*. Vide Aldrov. *de Quadrup. Bisulcis* lib. I. cap. XXXV. a p. 927. ad 937. Nos appellamus *Giraffa*.

Καὶ δρακόντων δ' εἴρηκε μεγέθη τριάκοντα πηχῶν ὁ Ἀρτεμίδωρος, ἐλέφαντας καὶ Ταύρους χειρουμένων. Id est, *Et Draconum refert magnitudines* xxx. *cubitorum Artemidorus, Elephantos, & Tauros capientium*. Strabo lib. XVI. p. 755. C.

Οὐχ οὗτος ἱππόκαμπος ἐν αἰθέρι.

Id est,

Non talis Hippocampus in æthere.

Ἵππος ποτάμιος, Ælian. lib. V. c. LIII. p. 313. *Fluviatiles Equi* οἱ ἵπποι οἱ ποτάμιοι.

Κεῖθι μελαμψήφιδι διαξύων ῥόον ὁπλῇ
Νήχεται ὑδατόεις ποταμήϊος ἵππος ἀλήτης,
Οἷος ἐμοῦ Νείλοιο θερειγενὲς οἶδμα χαράσσων,

Id est,

Ibi nigros -- calculos -- habente findens fluctum ungula
Natat aquosus fluvialis equus errans,
Qualis mei Nili æstate -- natum fluctuum signans.

Nonnus *Dionys.* lib. XVI. v. 236.

Ἐξ ἁλὸς ἤπειρόνδε πελώριος ἄνθορεν ἵππος
Ἀμφιλαφὴς, χρυσέῃσι μετήορος αὐχένα χαίταις,

Id est,

Ex mari in terram immanis prosiliit equus,
Ingens, aureis arduus cervicem jubis.

Apoll. *Argon.* IV. v. 1365. Schol. Nicand. in *Theriac.* eum appellat pag. 37. Hippopotamum, ait enim, Καὶ τοῦ ἱπποποτάμου ὁ ὄρχις ὠφελεῖ, id est, *Et Hippopotami testiculus prodest*. Vide Aldrov. *De Quadr. Digit. Vivip.* lib. I. cap. XII. a p. 181. ad 194. De veneno ex Hippopotami ventre, quod plerosque interimit, vide Ælian. lib. XIV. cap. XX. p. 827.

Ὀνοκένταυροι, ἱπποκένταυροι, βουκένταυροι. Sic appellati *ab Asino, ab Equo, a Bove*.

Ταύρων δ' ἀγρίων Θετταλῶν τὴν χώραν σινομένων,
Νέοι τινὲς τῶν θεναρῶν κέλησιν ἐπιβάντες
Τοὺς ταύρους κατηκόντιζον. ὥσπερ τινὲς ἰδόντες,
Ὡς ταύρους ἀκοντίζοντας, ὠνόμασαν κενταύρους.
Ἱππομιγεῖς δ' ἐνόμισαν ὡς πόῤῥωθεν ἰδόντες,
Χρὴ κεντοταύρους τὸ λοιπὸν, μηδὲ κενταύρους λέγειν.

Id est,

Tauris autem agrestibus Thessalis regionem populantibus,
Juvenes quidam ex robustis desultorios equos cum conscendissent,
Tauros petebant jaculis. Quos quidam videntes,
Ut Tauros jaculantes, nominaverunt centauros.
Equo -- mixtos autem arbitrati fuerunt, ut a longe videntes,
Oportet Centotauros in posterum, non Centauros dicere.

Tzetza Chil. VII. Hist. XCIX. v. 12.

Σαλλουστίου δὲ θαυμάζω τότε πρῶτον ὦφθαι Ῥωμαίοις καμήλους. Id est, *Sallustii admiratio me capit* (affirmantis) *tunc primum visos esse a Romanis Camelos*. Plut. in *Lucullo*. De Camelis scripsit copiosissime, & disertissime more suo, Aldrov. *de Quadrup. Bisulcis* cap. XXXIV. a p. 889. ad 927. & Eruditissimus Dempsterus perfecte absolvit. Et Jonst. *Admir. Quadr.* cap. VI. p. 342. & 343. nonnulla addidit.

Πεντακισχίλια μὲν ἐγκατασφάξας τῷ τόπῳ θηρία ἀνὰ πᾶσαν ἡμέραν, νύκτα δὲ ἑκάστην πάννυχος λύχνος παρακαίεται. Id est, *Quinque millia sane cum interfecisset ibi feras in tota die, noctibus singulis totus -- nocturnus Lychnus accenditur*. Dio.

Κέρνους τοὺς μυστικοὺς κρατῆρας, ἐφ' ὧν λύχνους τιθέασι. Id est, *Cernos*, (inquit Scholiast. Nicandri in *Alexiph.*) *mysticos* (fuisse) *Crateras, in quibus Lychnos ponunt*.

Λύχνος, ἀρσενικῶς, λέγεται καὶ τὸ λύχνον, οὐδέτερον. Παρὰ τὸ λύειν τὸ νύχος, τουτέστι τὸ σκότος, λυκνοῦχος, καὶ λύχνος. Id est, *Lychnus, genere masculino, dicitur etiam, Lychnum, neuteo: sic dicitur eo quod solvat* νύχος, id est, *Tenebras; quasi solvens -- tenebras*. Etym. Magnum p. 572. v. 18.

Λυχνοφόροι κοῦροι, id est, *Lychno -- ferentes pueri*. -- αἰθομένας δαΐδας ἔχοντες, *Ardentes tædas habentes*.

Λυχνοῦχος, ὁ φέρων τοὺς λύχνους, ἀπὸ τοῦ ἔχειν καὶ λύχνους. Id est, *Lychnuchus, est qui fert lychnos*, sic appellatus *quod habeat lychnos*. Etym. Magn. ibidem v. 44.

Λυχνοῦχος ἀντὶ πανοῦ, καὶ φανοῦ, id est, *Lychnuchus pro laterna*. φανάριον, *Speculum*. φανάρη, *Laterna*. Meursius in *Gloss.* p. 594.

Ἀθηναίων δὲ κατὰ τὸν γλωσσογράφον Σιληνὸν, φανὰς ὀνομαζόντων τὰς λαμπάδας, ἔστι συναγαγεῖν, ταυτά τινα πολυωνυμίας λόγῳ εἶναι, δᾶδας, φανὰς, καὶ λαμπάδας —— ἔστι δὲ φανὸς, ἡ ἐκ ξύλων τετμημένων δέσμη. Id est, *Athenienfibus, fecundum gloffographum Silenum φανὰς appellantibus lampadas, colligere eft, ejufmodi multiplices —— nominis in oratione effe faces, laternas, & lampadas. Eft autem φανὸς e lignis fectis, fafciculus.* Euftathius *Odyff.* η. p. 1571. v. 5.

Φανὸς dicitur proprie ἐπὶ τῆς λαμπάδος, id eft, *de lampada*, non de κερατίνου *laterna*; hoc enim λυχνοῦχον *lychnuchus* appellatur. Hinc Merc. in *Amphitruone* Sce. 1. v. 185. Sofiam interrogat, *Quo ambulas, tu, qui Volcanum in cornu conclufum geris;* Tzetzes apud Lycophronem tradit, Prometheum primum fuiffe autorem laternarum e cornu factarum. Phrynicus in Eclogis, φανός. De Laternis habes tractatum eruditiffimum Ifaaci Cafauboni *Comment. Suet. Tranq.* l. 1. Scripfit etiam Marefcottus Patric. Bonon.

Καὶ πρῶτον μὲν στήλην ταφροειδῆ ἑκάστῳ σφῶν παρέστησε τό, τε ὄνομα αὐτοῦ ἔχουσαν καὶ λυχνοῦχον μικρὸν, οἷον ἐν τοῖς μνημείοις κρεμάννυται. Id eft, *Ac primum Columnam fepulchri fimilem cuilibet eorum apponit, & nomen ejus habentem, & lychnuchum parvum, qualis in monumentis appenditur.* Xiphil. in *Domitiano* p. 235. B.

Θυμιάματα δὲ παρὰ αὐτῇ παντοῖα καταγίζουσι. Id eft, *Thymiamata in Ægypto multigena adolent.* Herod. lib. II.

Ὠκύς ἐπὶ, &c. lege.

Ἀλλ' αὐτοῖς ἐπὶ δρυμὰ συνέμπορος ἕσπετο κίρκος,
Καὶ δολιχαὶ θόμιγγες (θώμιγγες.)

Id eft,

Sed ipfos in fylvas comes fequitur accipiter,
Et longæ caffes.

Oppian. *de Venat.* lib. 1. v. 64.

De Seleuco Latrone) De Seleuco latrone Strabo lib. VI. p. 273. B. Ἐπὶ πήγματος γάρ τινος, ὑψηλοῦ τεθεὶς ὡς ἂν ἐπὶ τῆς Αἴτνης διαλυθέντος αἰφνιδίως, καὶ συμπεσόντος κατηνέχθη, καὶ αὐτὸς εἰς γαλεάγρας θηρίων εὐδιαλύτους, ἐπιτηδὲς παρεσκευασμένας ὑπὸ τῷ πήγματι. Id eft, *In tabulato enim quodam alto pofitus perinde ac in Ætna, diffoluto extemplo, & cum cecidiffet, præcipitatus fuit ipfe etiam in caveas ferarum facile —— folubiles ftudiofe præparatas fub tabulato.* Corrigendus Bulengerus qui & ipfe legit *Seleucus*, cum Strabo legat *Selurus*.

Τάγε μὴν παραπετάσματα τὰ διὰ τοῦ ἀέρος διατιθέντα, ὅπως τὸν ἥλιον ἀπερύκει ἀλουργὰ ἦν, καὶ ἐν μέσῳ αὐτῶν ἅρμα ἐλαύνων ὁ Νέρων ἐνέστικτο. (πέριξ δὲ) ἀστέρες χρυσοῖ ἐπέλαμπον. Id eft, *Peripetafmata, quæ in aere extenfa erant, ut folem arcerent, purpurea erant, & in medio eorum currum agitans Nero plaga acceptus fuit: circumcirca autem ftellæ aureæ relucebant.* Xiphil. in *Nerone* p. 187. C.

Φοβεῖ δὲ τὸν λέοντα τυπτηθεὶς κύων.

Id eft,

Terret Leonem verberatus Canis.

Pifidas v. 946. De Leonis Sympat. & Antipathia lege Aldrov. *de Quadru.* p. 362. *Digit.* p. 22. 23. 24. Nonnulla de eo Jonft. *Admir. Quadr.* c. XXII.

Θηρογωνοὶ, θηρῶν διδάσκαλοι, id eft, *Manfuetarii, ferarum Magiftri.*

Χορτοφόροι, id eft, *Fœnum præbentes.*
Ἀρκτοτρόποι, id eft, *Urfos ducentes.*

Θηρία ἄγρια ἐν ἀμφιθεάτρῳ πυρὶ, καὶ σιδήρῳ κεκαυτηριασμένα. Id eft, *Beftiæ agreftes in Amphitheatro igne & ferro notatæ.* Eufeb. *Hift. Ecclef.* l. VIII.

Ταυριάριος, id eft, *Tauriarius*. Gloff. Meurfii p. 551. Gloffæ Latino-Græcæ p. 161. Pilæ Ταυριάριοι, Ταυροκαθάπται. De Manfuetariis legitur integrum caput XXI. *de Venat. Circi* p. 423. & feq. Bulengeri.

Εἴδωλά τε νεκρῶν δὴ σεσαγμένα ἀχύροις ὑποβάλλουσιν αὐτοῖς ἵνα προεθισθῶσι νεκροὺς ἐν τῷ πολέμῳ πατεῖν. Id eft, *Simulacra cadaverum repleta paleis fubjiciunt eis, ut prius affuefiant mortuos in bello ferre.* Ælian. lib. XVI. cap. XXV. p. 942. Quomodo Perfæ equos audaces, & bellicofos efficiant.

Ἐκεῖνο δὲ ἰδεῖν καὶ αἴσχιστον καὶ δεινότατον ἅμα ἐγένετο, ὅτι καὶ ἄνδρες, καὶ γυναῖκες οὐχ ὅπως ἱππικοῦ, ἀλλὰ καὶ τοῦ βουλευτικοῦ ἀξιώματος ἐς τὴν ὀρχήστραν, καὶ ἐς τὸν ἱππόδρομον, τό τε θέατρον τὸ κυνηγετικὸν εἰσῆλθον ὥσπερ οἱ ἀτιμότατοι. Id eft, *Illud vero vifu & turpiffimum, & graviffimum fimul fuit, quod & viri & mulieres non folum Equeftris, fed & Senatorii ordinis in Orcheftram, & in Circum, & in Theatrum Venatorium* (Amphitheatrum) *ingreffi fuerunt, ut honoris expertiffimi.* Xiph. in *Nerone* p. 167. B.

Ἄκρα, id eft, *Vertex*. ἄκραι, τοῦ κόσμου κεφαλαί. Id eft, *Vertices, mundi capita.*

Ἔστιν ἡ διάμετρος περὶ ἣν ὁ κόσμος στρέφεται. Id eft, *Eft Diameter circa quem Mundus vertitur;* Proclus in *Sphæra* ftatim in principio.

Πόλοι, a πολέω, id eft, *Verto*. Olim πόλον dictum fuiffe, quod poftea *Horologium*, monet Scal. *Not. ad Manil.* p. 254. & 255.

Βούβαλος, id eft, *Urus, bos fylveftris*. Gloffa opt. p. 455.

Βοῦς γερμανικὸς, id eft, *Bos Germanus*. Aldrov. cap. II. pag. 346.

Βίσωνας, βίστωνας (βίσσωνες) βοῶν τι τοῦτο εἶδος βαρβαρικὸν τὸ γένος, καὶ τὴν ὄψιν. Id eft, *Bifontes, Biftones, (Biffones) fpecies quædam Boum barbarica genere, & afpectu.* Xiphilin. in *Severo* pag. 338. C. Jonft. *Admir. Quadr.* cap. V. p. 341. Aldrov. c. III. p. 353.

Αὐτοβούλως, αὐτοπροθύμως, id eft, *Suopte confilio & genio.* Οὔτε ἐφύτευσαν, ἀλλὰ αὐτόματα ἡ γῆ σφίσιν ἀναπέμπει ταῦτα. Id eft, *Neque plantaverant, fed ea per fe nata nobis Terra tranfmittit.* Philoftor. *Imag.* lib. II.

Αὐτόματοι μηχαναὶ, id eft, *Quæ per fe videntur motari machinæ.*

Αἱ καθ' ἑαυτὰς ἐνεργοῦσαι, id eft, *Quæ per fe ipfas aperiebantur.*

Αὐτόματοι δὲ πύλαι μύκον οὐρανοῦ, id eft, *Per fe ipfæ vero portæ patuerunt Cœli.* Varias vocis (*Automata*) fignificationes leges apud Rhodiginum lib. VII. p. 352. & 353.

Καὶ Κροκότας. τὸ δὲ ζῶον τοῦτο, Ἰνδικόν τε ἐστι. καὶ τότε πρῶτον ἐς τὴν ῥώμην, ὅσα καὶ ἐγὼ ἐπίσταμαι, εἰσήχθη. ἔχει δὲ χροιὰν μὲν λεαίνης τίγρειδι μεμιγμένης, εἶδος δὲ ἐκείνων τε καὶ κυνὸς καὶ ἀλώπεκος ἰδίως πως συγκεκραμένον. Id eft, *Et Crocota. Animal hoc Indicum eft, & tunc primum Romam, quod fcio, advectum eft. Habet autem colorem leænæ Tigridi permixtæ: figura vero* eft *& Canis, & Vulpis quodammodo compofitum.* Xiph. in *Severo* pag. 338. C. Crocotæ meminit etiam Julius Capitol. in *Anton. Pio* fub ejus Vitæ finem, his verbis: *Edita munera in quibus elephantos, & Crocutas, & Tigrides, & Rhinocerotas, & Crocodilos etiam, atque Hippopotamos, & omnia ex toto orbe terrarum cum Tigridibus exhibuit. Centum etiam Leones una miffione edidit.* Hæc ille.

Κυνόλυκος, id eft, *Cani-lupus, Lupo Cerviere*. Κροκότας δ' ἐστὶ μίγμα λύκου, καὶ κυνός. Artemidorus ait apud Strabonem l. XVI. p. 775. C. *Crocuta eft miftio* (hybrida) *Lupi, & Canis*; ejus malignitatem refert Ælian. lib. VII. cap. XXII. p. 432.

Ἔλαφοι κεραστὰι, id eft, *Cervi cornuti.*

Σφαιρία γὰρ ξύλινα μικρὰ ἄνωθεν ἐς τὸ θέατρον ἐῤῥίπτει σύμβολον ἔχοντα, τὸ μὲν ἐδωδίμου, τὸ δ' ἐσθῆτος, τὸ δὲ ἀργυροῦ σκεύους, ἄλλο χρυσοῦ, ἵππων, ὑποζυγίων βοσκημάτων, ἀνδραπόδων. ἃ ἁρπάσαντας ἔδει πρὸς τοὺς δοτῆρας ἀπενεγκεῖν, καὶ λαβεῖν τὸ ἐπιγεγραμμένον. Imperator Titus *Globos ligneos parvos desuper in theatrum jaciebat notam habentes vel esculenti, vel vestis, vel argentei vasis, vel aurei, equorum, jumentorum, mancipiorum. Quos globos qui rapuisset, & attulisset ad* (munerum) *distributores, accipiebat quod in illis scriptum erat.* Xiph. in *Tito* p. 231. A. B.

Τοῖς θεωμένοις συχνὰ διὰ τῶν σφαιρίων ἐδίδου. Domitianus Imperator *spectatoribus multa per sphærulas largiebatur.* Xiph. in *Domitiano* pag. 234. D. De Venatione Direptionis, vide cap. XXIV. p. 432. & seq. Bulengeri *De Venat. Circi.*

Πάνκαρπος [πάγκαρπος] proprie significat *Fructus omnis generis habens.*

Ανδροκύδης ὁ Κυζικηνὸς ἐκλαβὼν παρὰ τῆς πόλεως πίνακα γράψαι μάχης ἑτέρας. Id est, *Androcydes Cyzicenus conduxerat a Civitate tabulam pingendam pugnæ alterius.* Plut. in *Pelopida* p. 291. B.

Ενίκησε δὲ χορηγῶν τραγωδοὺς (τραγῳδοῖς,) μεγάλην ἤδη τότε σπουδὴν καὶ φιλοτιμίαν τοῦ ἀγῶνος ἔχοντος. καὶ πίνακα τῆς νίκης ἀνέθηκε, τοιαύτην ἐπιγραφὴν ἔχοντα, Θεμιστοκλῆς Φρεάῤῥιος ἐχορήγει, Φρύνιχος ἐδίδασκεν, Αδείμαντος ἦρχεν. Id est, Themistocles in Panegyri Olympiaca *vicit etiam certantibus Tragœdis, magnum tunc temporis studium, & concertationem habente certamine. Et tabulam victoriæ dedicavit hanc inscriptionem habentem, Themistocles Phrearius Choragus erat, Phrynichus docebat, Adimantus præsidebat.* Plutarchus in *Themistocle* pag. 114. C.

Νευροβάται, Id est, *Neurobatæ*, sic dictos volunt (inquit Buleng. *de Theat.* lib. I. p. 272. D.) quasi νεβροβάτας ab *Hinnulorum* agilitate; quos Græci νεβροὺς vocant. Funambulus, Funirepus, Neurobata, idem sunt Adrian. Junio *Nomencl.* p. 36.

Καὶ ἐλέφας ἀνήχθη ἐς τὴν ἀνωτάτην (ἀνωτάτω) τοῦ θεάτρου ἀψῖδα. καὶ ἐκεῖθεν ἐπὶ σχοινίων κατέδραμεν ἀναβάτην φέρων. Id est, *Et Elephas ascendit in supremum Theatri fornicem, atque illinc in funibus ambulavit anabatem ferens.* Xiphil. in *Nerone* p. 167. B.

Υαλινὸς, id est, *Vitreus color.*

Σαλπιγκτὴς, & σαλπικτὴς, id est, *Tubicen, buccinator.* σάλπιγξ, *Tuba.* καμπταύλην, *flexam tibiam*, a κάπτω, quod est, *flecto.*

Ασκολιάζω, id est, *Salio super utrem, & unico pede innixus salio.*

Επεὶ δὲ ἐδόκει γόης, ἀφείθη οἱ καὶ πάρδαλις. ὁρμώσης δὲ αὐτῆς ἐπὶ τὸν Ανδροκλέα, ὁ λέων ἀμύνων τῷ πότε ἰασαμένῳ, καὶ κοινῆς τραπέζης μεμνημένος, διασπᾷ τὴν πάρδαλιν. Id est, *Deinde vero cum* (Androcles) *videretur magus, immissa fuit in eum etiam Pardalis; qua impetum parante in Androclem, Leo gratus in illum, qui ei olim salutem attulerat, & communis mensæ memor, lacerat Pardalem.* Aelianus lib. VII. cap. XLVIII. p. 467.

Λάκων ὄνομα κύριον. εἰώθασι δὲ οἱ παλαιοὶ τοῖς δούλοις ὀνόματα τιθέναι ἐπὶ τῶν ἐθνῶν, Σύρον, Καρίωνα, οὕτω καὶ τὸν Λάκωνα. Id est, *Lacon nomen proprium. Consuere Veteres nomina servis apponere a locis, ubi nati fuerant*, E. g. *Syrum* a Syria, *Carionem* a Caria, *sic etiam Laconem* a Laconia. Scholiastes Theocriti Idyl. IV. Hoc moris viget adhuc, & ubique.

Varro περὶ αἱρέσεων. De *Sectis* in Satyr. Menippea p. 54.

Εν ἡλίῳ κατοπτήσαντες, id est, *In sole cum assavissent.* Strabo lib. XVI. (XV.) p. 720. κατοπτῶσι πρὸς τὸν ἥλιον, *Assant ad Solem*, idem lib. XV. pag. 773.

Ηλιάζειν, id est, *insolare.* ἡλιάζοντες σιτοῦνται. *Insolantes edunt.* Idem lib. XVI. p. 771. A. Μάζας ἡλιάζοντας δὲ σιτεῖσθαι. *Mazas ad solem coquentes comedere.*

Ελκόμενος ὑπὸ τοῦ κουριόσου τῆς πόλεως ἐν μέσῃ τῇ πόλει. Id est, *Cum traheretur a curioso per mediam Civitatem.* Suidas p. 1507. C.

Βοὴ & εὐφημία, id est, *Clamor, & favor.* Aelianus de Androcle loco proxime citato: ὁ δῆμος —— ἐκβοῶσιν ἐλευθέρους ἀφεῖναι (ἀφεῖσθαι) καὶ τὸν ἄνδρα, καὶ τὸν λέοντα. Id est, *Populus —— exclamavit, Liberos absolvi & Androclem, & Leonem.*

CAP. IV.

Θηρομάχους, id est, *Cum feris pugnantes.* De cruenta hominum cum feris pugna habes totum caput XVII. lib. *De Venat. Circi* Bulengeri p. 438. & seq. & aliud, de iis, qui venabulo exciperent p. 440. & seq. & aliud, de pugna Venatorum inermi p. 443. & seq.

Επιθανατίους, id est, *Morti addictos.*

Παραβόλους appellat Bulengerus cap. XXX. *de Ven. Cir.* p. 445. eos, qui ad Bestias damnati, sive soluti, sive ligati, & surrecti ad lapidem bestiis objicerentur, sive inermes, sive armati. *Artemidorus libro Decimo.* Quinque libros tantum edidit Artemidorus; lege Artemid. lib. secund. c. LIX. pag. 47. B. καὶ γὰρ ὁ θηριομαχῶν, ἀπὸ τῶν ἰδίων σαρκῶν τὰ θηρία τρέφει. Id est, *Etenim cum feris pugnans, propriis carnibus eas nutrit.* Corrigendus etiam Bulengerus loco citato, qui eadem verba tribuit Artemidoro in lib. I. cap. XIX.

Δοκῶ γὰρ ὁ θεὸς ἡμᾶς τοὺς ἀποστόλους ἐσχάτους ἀπέδειξεν ὡς ἐπιθανατίους, ὅτι θέατρον ἐγενήθημεν τῷ κόσμῳ, καὶ ἀγγέλοις, καὶ ἀνθρώποις. Id est, *Arbitror enim, Deus nos Apostolos novissimos ostendit ut morti destinatos, quia spectaculum facti sumus mundo, & Angelis, & Hominibus.* D. Paulus *ad Corinth.* I. cap. III. circa medium.

Ignatius Epist. XII. ἄφετέ με θηρίων εἶναι βρῶμα, δι' ὧν ἐστὶ θεοῦ ἐπιτυχεῖν. σῖτος εἰμὶ τοῦ θεοῦ. Id est, *Sinite me bestiarum esse escam, per quas possum fieri Dei compos: frumentum sum Dei.*

Ο δῆμος κατεβόα, δεινῷ θηρίῳ ἕνα τῶν εὐφυῶν παραβόλων μάχεσθαι. Id est, *Populus clamore deposcebat, cum immani fera unum generosorum parabolorum depugnare.* Socrates lib. VII. cap. XXII. apud Buleng. loco citato, C.

Ακοντίζοντες, id est, *Jaculatores.*

CAP. VI.

Εχων ἰχθὺν γὰρ μύραιναν ἔν τινι βιβαρίῳ. Id est, *Habens piscem Murænam in quodam vivario.*

Δρύφακτα, id est, *Tabulata*, sæpes cum palis, sudes, Cancelli.

Κατάβολος. Apud Latinos pro *stabulo* usurpatur; cum alioqui, κατάβολον esse *navale*, & *Emporium* Meursius abunde probet in *Gloss.* p. 228.

Περίβολον, id est, *Ambitus, septum.*

Καὶ τὰ ζώγρεια, καὶ αἱ πλησίων θύραι, id est, *Et vivaria, & in vicinia portæ.*

Ζώγρει Αρεως υἱέ —— id est, *Vive Martis fili.*

Ἰχθυοτροφεῖα dicit Strabo lib. xvi. p. 773. B. ἐστὶ δ' αὐτοῖς καὶ ἰχθυοτροφεῖα. *Sunt autem iis etiam Piscium vivaria.*

Ὀρνιθοτροφεῖα & ὀρνιθῶνες, id eſt, *Aviaria.*

Περιστεροτροφεῖα & περιστερεῶνες, id eſt, *Columbaria.*

Λάκκους, id eſt, *Vivaria*: Gloſſa opt. p. 525. λάκκος, *Laccuna*, *Laccus*, *Ciſterna*. Vide *Gloſſ.* Meurſii pag. 295.

Φόσσα & Φοσσίον, id eſt, *Foſſa*. Meurſius *Gloſſar.* pag. 605.

Σιροὺς. σιρὸς, ὁ λάκκος. τοὺς θησαυροὺς, καὶ τὰ ὀρύγματα, ἐν οἷς κατετίθεντο τὰ σπέρματα, σιροὺς ἐκάλουν οἱ Θρᾶκες, καὶ οἱ Λίβυες, ἃ νῦν φοσσία ἰδιωτικῶς. Id eſt, *Siros. Sirus eſt Lacus. Theſauros, & foveas, in quibus recondebantur ſemina, Siros dicebant Thraces, & Lybes, quos nunc foſſas proprio nomine.* Ulpianus in *Orat. Cherſon*, p. 60. n. 56.

Λάκκος ἀπὸ τοῦ λαχαίνω, id eſt, *Lacus a* λαχαίνω quod ſignificat σκάπτω, hoc eſt, *fodio*. Hæc apud Etymol. Magn. p. 555. ſic ſe habent. Λάκκος ἀπὸ τοῦ λακίζω, λακίσω (ὃ σημαίνει τὸ διακόπτω) ὁ δεύτερος ἀόριστος, ἔλακον, καὶ ἐξ αὐτοῦ λάκκος πλεονασμῷ ἑτέρου κ. ἢ παρὰ τὸ λαχαίνω. Hoc eſt, λάκκος, *Lacus dicitur a verbo* λακίζω (*quod ſignificat intercido, diſrumpo, interſeco*, &c.) *ſecundus Aoriſtus* ἔλακον, *& ex eo fit* λάκκος *additione alterius* c. *vel a* λαχαίνω *fodio.*

Βιβάριον, *Vivarium.* Schol. Nicandri in *Theriac.* ἐχέτλιον δὲ τόπος τοῦ πλοίου, ὅπου τοὺς ἰχθῦς τιθέασι, καὶ συλλέγουσιν. ἢ ὁ ζωγρος, καὶ τὸ βιβάριον. Id eſt, ἐχέτλιον *locus eſt navigii, in quo piſces reponunt & colligunt.* Non *in quo reponunt res Nautæ*, ut inquit Argolus. Totidem verbis Rhodigin. l. xxvii. pag. 439. B. Echetlium vero eſt in navigio locus, in quo piſces colligunt Piſcatores: dici *& Vivarium poteſt, quod Zogros* nuncupatur Græcis. Vide Meurſium *Gloſſ.* pag. 82. & Bulengerum *De Venat. Circi* cap. iii. pag. 398. His addi poteſt ejuſmodi loca etiam *Leporaria* appellata, quod Lepores ſeptis incluſos aſſervaret Antiquitas, ut cum opus eſſet, in promptu eſſent. Deinde cum paulatim Gulæ deliciæ excreviſſent, translata quoque fuerunt ad alia animantia, conſervato tamen priori nomine; hæc me docet M. Varro *Rei Ruſt.* lib. iii. cap. iii. *Leporaria*, inquit, *te accipere volo non ea, quæ tritavi noſtri dicebant, ubi ſoli lepores ſint: ſed omnia ſepta, affecta villæ quæ ſunt, & habent incluſa animalia, quæ paſcantur.* Sed nobiliſſima ſunt & tutiſſima, quæ extruxerunt Leporaria Magni Principes in Italia Duces Mediolanenſes, & Etruſci; horum apud Artiminum, illorum apud Ticinum, eximie conſtructa parietibus & firmata in circuitu ſupra viginti millia paſſuum. Sed, ut ad Varronem revertamur. *Hoc quoque nuper inſtitutum* (inquit l. iii. c. xii.) *ut pleraque ſaginarent, cum exceptos e Leporario concludant in caveis, & loco clauſo faciant pingues.* Macrob. *Saturnal.* l. iii. cap. xiii. p. 341. Caveis his, & locis, clauſis nomen erat *Sagina*; & ipſa Animalia *Saginæ* dicebantur, ohe quid muſſitas! & alii muſſitarunt; ſed pervicit Veritas. Teſtem en tibi locupletiſſimum Sciopp ium, Virum & moribus, & eruditione Clariſſ. Qui in *Suſpect.* lib. 5. Ep. ix. pleno ore, *Dixi*, (inquit) *& dico, Saginam pro loco accipi, in quibus animalia, piſces, feræ, alia saginantur, & ad victum reſervantur, quod aliter Vivarium dicitur.* Et poſt paulo, *Saginæ dicuntur ipſa animulia, quæ in Sagina, vel Vivario paſcuntur*, &c. Tu reliqua apud Taubmannum *Comment. in Plauti Moſtellaria* Act. i. Scen. i. pag. 613. B. & 614. A.

CAP. VIII.

Oryx. Oryx inter caprarum ſylveſtrium genera a Plinio ponitur; unicorne Biſulcum eſt eidem lib. xi. cap. xlvi. p. 308. bicorne Oppiano apud Aldrov. *de Quadrup. Biſulcis* cap. xxv. p. 767. A. B. *Ortum Caniculæ aſſerunt Ægyptii cognoſcere & ſternutamento teſtari* τὸν ὄρυγα συνιέναι τὴν τοῦ Σειρίου ἐπιτολὴν πρῶτον, καὶ τὴν ἐπιτολὴν μαρτυρεῖσθαι τῷ πταρμῷ αὐτόν. Ælian. lib. vii. cap. viii p. 408. Ad ortum accedente Luna, intentis in eam oculis vociferatur, & prioribus pedibus terram effodit, & ſuas veluti pupillas humi defigit pingens, καὶ μὴ βουλόμενος ἰδεῖν τὴν τῆς Θεοῦ ἀνατολήν. *Quaſi indignabunda, invitaque Deæ ortum aſpiciens.* Horus Apollo *Hierogl.* xlviii. pag. 56. *Eadem in exortu Solis facere exiſtimatur.* idem Horus ibidem; τὰ δ' αὐτὰ ποιεῖ καὶ ἐπὶ τοῦ ἡλίου θείου ἀπὸ ἀνατολῆς, Ælianus autem author eſt Orygem *ad Solis exortum converſum, alvum dejicere; & ex eo Ægyptii eum peſſime oderunt.* ἀποστραφεὶς πρὸς τὴν ἀνατολὴν τὴν τοῦ ἡλίου, τὰ περιττὰ τῆς ἑαυτοῦ τροφῆς ἐκθλίβει φασὶν Αἰγύπτιοι. lib. x. c. xxviii. p. 606. Illud præcipue notandum, quod cum feras Libycas æſtate non bibere prodant auctores graviſſimi, Orygem tamen habet regio eadem perpetuo ſitientem: Rhodiginus lib. xxviii. c. xxxiii. p. 1597. A. Et hinc fit, quod quemcumque in deſerto locum aquis ſcatentem invenerit, hauſtu ſumpto labris turbat, lutumque commiſcet aquæ, *ac pedibus in eam pulverem conjicit, ne alicui ad potum idonea exiſtat.* τοῖς δὲ ποσὶν εἰς αὐτὸ (ὕδωρ) ἐπιπέμπει κόνιν, πρὸς τὸ μηδενὶ ἑτέρῳ ζώῳ τοῦτο πότιμον ὑπάρξει. οὕτω πονηρὰ καὶ ἀπεχθὴς ἡ τοῦ Ὄρυγος ἐνομίσθη φύσις. *Adeo prava ac infeſta putatur Orygis natura.* Idem Horus ibidem p. 57. Vide ibidem Scholia.

Ὑπόγαια, id eſt, *loca ſubterranea* pro *Sepulcro* ponitur apud Petron. p. mihi 106. v. 5. edit. Lugd. MDCXV. Vide ibidem Jo. a Wouveren pag. 681. & Georg. Erhard. p. 890.

Παρδαλιαγχές. De ea ſic Ælianus l. iv. c. xlix. p. 204. Ἡ πάρδαλις ἐὰν δὲ γεύσηται ἀγνοοῦσα τοῦ καλουμένου παρδαλιαγχοῦ. πόα δέ ἐστιν, ἀποπάτημα ἀνθρώπου ποθὲν ἀνιχνεύσασα, διασώζεται. Id eſt, *Pardalis, ſeu Panthera -- cum deguſtaverit imprudens* (herbam) *quæ appellatur Pardalianches* (Aconitus;) *remedium habet excrementum Hominis, quod cum guſtaverit, ſalvatur.*

CAP. IX.

Τόρνε. Florentini dicunt *Torneo*, mutuati hanc vocem, ut quam plurimas alias, a Gallis, qui illud appellant *Tournay*, ſive *Tournoy*. Nicephorus Gregoras lib. x. apud Meurſium in *Gloſſario* p. 569. Τούτων ὁ μὲν εἰς μονομαχίας ἔνδειξιν ἔχει, καὶ τζοῦστρα περὶ λατίνοις καλεῖται. ὁ δὲ ἕτερος τῶν ἀγώνων τόρνε προσαγορεύεται. Id eſt, *Horum alterum quidem Monomachiæ demonſtrationem habet, &* Τζοῦστρα (Italis *Gioſtra*) *appellatur. Alterum certaminum* Τόρνε (*Torneo*) *nuncupatur.*

Τζοῦστραν & Τορνεμέντα. Itali a Græcis accepere *Tornamenta, ſeu Torneamenta*, Cantacuzeno ſi credimus l. i. c. xlii. apud Meurſium in *Gloſſario* pag. 564. Proinde, (ait ille) & cum Imperatore Venationes celebrabant, & Tzuſtriam, ludi genus, & Torneamenta, hoc eſt, concurſus. Ipſi (Græci) Romanos ante id temporis penitus ignaros primi docuerunt. Hinc τζουστρίζειν, & τζουστράρειν; *Gioſtrare.* Vid. Pancirol. *Nov. Reperta* tit. xx. *De Torneamen.* & ibidem Salmuth. *Comment.* p. 696. & ſeq.

Τὴν δὲ ἱππασίαν τὴν Τροίαν καλουμένην οἱ παῖδες οἱ εὐπατρίδαι κατὰ τὸ ἀρχαῖον ἐποιήσαντο, καὶ ἐφ' ἁρμάτων οἱ νεανίσκοι οἱ ὁμότιμοι αὐτοῖς ἡμιλλήσαντο. Id est, *Equestrem pugnam, cui nomen Troia est, Pueri nobilissimis orti parentibus pugnaverunt ex antiquo more, & in curribus Adolescentuli pariter nobilissimi cum ipsis certaverunt*. Xiph. in *Julio* p. 24. B.

—— Ἐστεφάνει χαλκοβάρεια,

Id est,

Coronabat (galeas) *ære gravatas*. Homerus.

—— περὶ δὲ χρύσεος θέε πόρκης.

—— *Circum autem aureus ambibat anulus*.

Idem *Iliad*. Z. v. 320. Ubi Eustathius πόρκης, ὁ τῆς ἐπιδορατίδος δακτύλιος. Est *in summitate Lanceæ anulus*. *Iliad*. K. p. 795. v. 39. & *Iliad*. Θ. p. 726. v. 16. idem, ἔστι δὲ πόρκης, κρίκωμα συνεκτικὸν τοῦ ξύλου, καὶ τῆς αἰχμῆς, οὗ ἡ ἐτυμολογία προδεδήλωται. Id est, *Est autem* πόρκης *anulus capax ligni, & cuspidis, ut ejus etymologia declarat*. Eadem refert Etymol. Magnum p. 683. v. 31.

Κρησφύγετον, id est, *Latebra, asylum, perfugium, præsidium*. Etymol. Magnum pag. 537. 538. Κρησφύγετα, φρούριά τινα οὕτω λεγόμενα, ἐν οἷς ἐκρύπτοντο οἱ νησιῶται τὸν Μίνωα φεύγοντες -- τὸ οὖν κρησφύγετον ἔλεγον σπήλαιον χρήσιμον τοῖς φεύγουσιν εἰς τὸ κρύπτεσθαι. Id est, Κρησφύγετα *sunt præsidia quædam, quæ sic dicuntur, in quibus abscondebant se Insulani Minoem fugientes*. κρησφύγετον *igitur dicebant Antrum utile fugientibus ad semet abscondendum*. Et quia ipsorum κριτὴς *Judex* Minos erat, hinc Κρῆτα *Cretam* appellari. Idem ibidem.

Ἐν τῇ Κρήτῃ νήσῳ ἐστὶν ὄρος, ἐν ᾧ ἐστὶ σπήλαιον ἀντρῶδες, δύσκολον περὶ τὴν κάθοδον, καὶ δυσχερὲς περὶ τὴν ἄνοδον. Id est, *In Creta Insula mons est, in quo est cavernosum specus, asperum ad descensum, difficile ad ascensum*. Etymol. Magnum p. 554. in λαβύρινθος. De eo Phavorinus in *lexico* p. 1144. v. 47. Eustath. *Odys*. λ. pag. 1688. v. 34. Hesych. definitur κοχλιοειδὴς τόπος, id est, *locus in cochleæ figuram ædificatum*, etiam multos Græcorum advocant. Cerda *in* VI. *Æneid*. v. 27. num. I. Variam nominis acceptionem leges apud Rhodiginum lib. XVII. c. IX. p. 907. A. Plinium l. XXXVI. c. XIII. p. 931. Manutium in *Adag*. p. 755. & Pancirolum *Rerum Deperdit*. p. 171. & ibi Henric. Salmuth. Ejus auctor fuit Dædalus, & exemplum sumpsit ex Labyrintho Ægyptio, sed centesimam tantum ejus partem fuit imitatus. Nostris temporibus Jo. Frid. Hervat summi ingenii Vir in *Admir. Ethn. Theol. myst. propalata* edit. Monachii MDCXXVI. Labyrinthos, potentissimum humani ingenii opus, transfert in rem Nauticam, eosque censet fuisse Navalia subterranea, & maritima: sed esto vera esse, quæ comminiscitur de Labyrinthis Lemnio cap. XVII. p. 105. & Minoio c. XIII. p. 100. profecto cum c. XIV. p. 102. & c. XX. p. 3. affirmat Porsennæ Hetruscorum Regis Labyrinthum non fuisse ad Oppid. Clusium; sed Navalia alias Populonii, alias Genuensium, longissime ab scopo aberravit. Cum adhuc vestigia Clusini Labyrinthi & ruinæ superesse, affirment quidam; & Genua sit Liguriæ caput, & quam longissime distet a Clusio oppido penitus mediterraneo, & Umbriæ contermino. Melius longe vidit Phil. Cluverius cum *Ital. Antiq*. lib. II. p. 567. & 568. pluribus Auctoribus evincit Porsennæ Labyrinthum apud Clusium fuisse; cui astipulatur etiam Reverendiss. Majolus p. 402. & 403.

CAP. X.

Φράξαντες δόρυ δουρί, σάκος σάκεϊ προθελύμνῳ.

Id est,

Nectentes hastam hastæ, scutum scuto frequenti.

Ἀσπὶς ἄρ' ἀσπίδ' ἔρειδε, κόρυς κόρυν, ἀνέρα δ' ἀνήρ.

Ψαῦον δ' ἱππόκομοι κόρυθες λαμπροῖσι φάλοισι

Νευόντων, ὡς πυκνοὶ ἐφέστασαν ἀλλήλοισι.

Id est,

Scutum autem scutum fulciebat, galea galeam, virum autem vir.

Contingebant-se-invicem autem cristatæ galeæ fulgentibus conis.

Nutantibus (ipsis,) *adeo densi astabant inter se*.

Homerus *Iliad*. N. v. 130. Π. v. 215.

Φοῦλκον, ἀγχόνη, βρόχος, id est, *Laqueum, restis*.

Φουλκίζειν, φουλκίζεσθαι, id est, *Strangulare, strangulari*. Has voces leges apud Meursium in *Glossario* pag. 607. & Nicolaum Rigaltium in *Glossario* pag. 205. & 183. quo te rejicio.

—— πολλοὶ δ' Ἥρωες Ἀχαιοὶ

Τεύχεσιν ἐρρώσαντο πυρὴν περὶ καιομένοιο

Πεζοί θ' ἱππῆές τε.

Id est,

—— *multi autem Heroes Achæi*

Cum armis stabant pyram circum ardentis

Peditesque equitesque.

Homerus.

Ὁ δὲ ἐμπρήσας τάχ' ἂν πυρκαεὺς ὠνομάζοιτο κατ' Αἰσχύλον, καὶ Σοφοκλέα, οὕτως ἐπιγράψαντας τὰ δράματα. τὸ μὲν τὸν Προμηθέα, τὸ δὲ Ναύπλιον. Id est, *Qui incendit forte fortuna Pyrcæus* (seu inflammans) *appellaretur, secundum Æschylum & Sophoclem, qui sic inscripserunt Dramata*. Illum *quidem Promethea*. Hunc vero *Nauplium*. Pollux. De Nauplio Sophoclis vide Meursii *Sophoclem* p. 66. 67. De Prometheo eundem in *Æschylo* p. 22. & 23. ubique proxime citatus locus Pollucis sic se habet, nempe. Ὁ δ' ἐμπρήσας τάχ' ἂν Πυρκαεὺς ὀνομάζοιτο, κατ' Αἰσχύλον καὶ Σοφοκλέα, οὕτως ἐπιγράψαντας τὰ δράματα. τὸ μὲν, τὸν Προμηθέα. τὸ δὲ, τὸν Ναύπλιον. Pollux lib. IX. cap. VIII.

CAP. XI.

Ἀπὸ τοῦ καταράκτειν, id est, *Ab erumpendo, & defluendo*.

Ἐν τινι (Ἐν δέ τινι) θεάτρῳ θέας ἐπιτελῶν, (εἶτα) πληρώσας ἐξαίφνης τὸ θέατρον ὕδατος θαλαττίου (θαλασσίου) ὥστε καὶ ἰχθύας, καὶ κήτη (κτήνη) ἐν αὐτῷ νήχεσθαι, ναυμαχίαν τε ἐποίησε Περσῶν (δῆθεν) καὶ Ἀθηναίων. Id est, *In quodam Theatro* (Nero) *spectacula edens, primum cum implevisset inopinato theatrum aqua marina, ita ut pisces & cete* (& alia animalia) *in ipso natarent, bellum navale fecit Persarum, & Athenienfium*. Xiph. in *Nerone* p. 162. A. sequitur ibidem Xiphil. Καὶ μετ' αὐτὴν τό, τε ὕδωρ εὐθὺς ἐξήγαγε, καὶ ξηράνας τὸ δάπεδον, πεζοὺς πάλιν οὐχ ὅπως ἕνα πρὸς ἕνα, ἀλλὰ καὶ πολλοὺς ἅμα πρὸς ἴσους συνέβαλεν. Id est, *Deinde subito post Naumachiam, & aquam eduxit, & cum exsiccasset solum, Pedites rursus non modo singulos adversus singulos, sed etiam multos simul confertos commisit*.

Πτολίπορθος Ἐνυώ, Id est, *Urbium expugnatrix Bellona*. dicta Ἐνυὼ ab ἐναύω, quod significat φωνῶ *Voco*. Eustath. *Il*. α. p. 140. v. 37. velut inquit Heracleon apud Eustath. *Il*. ε. p. 524. v. 17. ἀπὸ τοῦ ἐνύω, *quod est* φονεύω *Interficio*. Vide Etymol. Magnum pag. 345. v. 52.

Τὸ γὰρ θέατρον αὐτὸ ἐκεῖνο ὕδατος ἐξαίφνης πληρώσας, εἰσήγαγε μὲν καὶ ἵππους, καὶ ταύρους, καὶ ἄλλα τινὰ χειροήθη δεδιδαγμένα πάνθ' ὅσα τῆς γῆς πράττειν, καὶ ἐν τῷ ὑγρῷ. Id est, *Nam cum Theatrum illud ipsum aqua derepente implevisset, introduxit & equos & tauros, & alia quædam mansueta animalia, edocta facere omnia etiam in aqua, quæ-*

cumque (faciebant) in terra. Xiphilin. in *Tito*, lege Textum.

Ετι δὲ καὶ ἡ Γαλάτεια παραχομενὴ (παρεχυμενὴ) ὥσπερ τῇ γαλήνῃ (ὥσπερ ἡ Θέτις τῇ καταθέσει τῆς ζάλης, οὕτως αὐτῇ τῇ γαλήνῃ) αὐτὴ δὲ, ἢ διὰ τοὺς τῶν κυμάτων γαλακτοχρόους ἀφροὺς, οὕτω καλεῖται. Id est, *Præterea autem quemadmodum Thetis comparatur propagationi tempestatis; sic Galatea, Tranquillitati. Quæ etiam propter undarum lacteum-colorem-habentes spumas sic appellatur*. Eustath. *Il.* ε. (lege σ. pag. 1131. v. 4)

Εμπῦσα νυκτερινὸν φάσμα, Id est, *Empusa nocturnum phantasma*. Multa, quæ de Empusis congesseram, propediem, Divino Numine annuente, edenda curabimus Tractatu singulari.

Φουκίνας. Strabo lib. v. p. 240. λίμνη Φουσίνας πλησίον πελαγία τὸ μέγεθος. Id est, *Lacus Fusinas prope instar maris quoad magnitudinem*.

Φόρκη, λίμνη. Lycophron.

Λίμνης τε Φόρκης Μαρσιωνίδος ποτά.

Id est,

Phorcique, Marsici locus, latices.

Ad quæ Isacius Scholiastes: Φόρκυ, λίμνη, σταδίους φ' ἀπέχουσα τῆς Ῥώμης. Μάρσοι δὲ ἔθνος Ἰταλίας, παρὰ ταύτην τὴν λίμνην οἰκοῦντες. Hoc est, *Phorce est Lacus, stadia* ccccc. *distans a Roma. Marsi autem gens Italiæ, lacum hunc adcolentes*. De eo lacu vide quæ recenset doctiss. Cluverius *Ital. Antiq.* lib. II. pag. 762. & seq.

Φόρκη δὲ σημαίνει τὸν λιμένα. Id est, *Phorce autem significat Lacum*. Etymol. Magn. p. 798. v. 39. Strabo loco proxime laudato B. Φασὶ δ' αὐτὴν καὶ πληροῦσθαί ποτε μέχρι τῆς ὀρεινῆς, καὶ ταπεινοῦσθαι πάλιν. Id est, *Ajunt hunc* (lacum) *& impleri interdum usque ad montana, & subsidere rursus*. Mirum sane: sed majori longe dignum admiratione videtur, quod in sua *Chronologia* refert Leu. Hulsius de Lugea Palude, in qua singulis annis accolæ *piscantur, venantur, serunt, metunt*; quæ ipsemet oblata occasione ex Nobilissimis ejus regionis Viris, qui Patavium studiorum causa adventant, sciscitatus, comperi esse verissima. *In Carniola, in Meridiem est stagnum, olim* Lugea Palus, *hodie autem* Cyirkniex *lacus dictum. Cinctum est undequaque fere montibus & sylvis, & singulis annis extremo autumno repletur aquis, nemine sciente unde illa aqua veniat: estque tum valde piscosum: Vere autem adventante aqua absorbetur, & fundus in quo paulo ante piscati sunt, ab incolis colitur, & metitur. Messe autem peracta commodum est ibi venari, nam locus feris & avibus abundat*. Hæc Hulsinus lib. XIX. cap. XV. Typis Christophori Lochneri MDXCVI.

δῶρον τοῦ ποταμοῦ τὴν αἴγυπτον, id est, *Donum fluminis* (Nili) *Ægyptum*. Herodotus.

Ο δὲ Κλαύδιος, ὅ, τε Νέρων στρατιωτικῶς ἐστάλησαν, ἥ, τε Αγριππίνα χλαμύδι διαχρύσῳ ἐκοσμήθη. Id est, *Claudius autem & Nero militari veste induti fuerunt, & Agrippina chlamyde tota aurea ornata fuit*. Xiph. in *Claudio* p. 154. B.

Προσεκυνέει τε αὐτοὺς κάτωθεν τῇ μάστιγι. Id est, *Colebatque ipsos deorsum submisso flagello*. Xiph. in *Caracalla* pag. 356. B. Quemadmodum etiam hac tempestate Vexilliferos peditum, equitumque videmus honoris causa submittere Vexilla cum primum apparent coram vel Principe, vel ejus legato.

CAP. XIV.

Αγωνοθέται, ἀθλοθέται, ἀγώνων διαθέται, ἄθλων ἐπιμεληταὶ, ἔφοροι, ἐπόπται, προστάται, ἐπίσκοποι ἀγώνων. Sunt Julio Polluci lib. III. cap. XXX. *Editores ludorum*. Bulengerus cap. XL. *de Editoribus* p. 160. & seq.

Πρᾶγμα, ἀγωνοθεσία, ἀγώνων διάθεσις, ἄθλων ἐπιμέλεια. *Ipsorum ludorum cura*.

Καὶ εἰ μὲν μόνα ταῦτα ἐπεπράχει, γέλωτα ἂν ὤφλήκει. καίτοι πῶς ἄν τις καὶ ἀκοῦσαι μὴ ὅτι ἰδεῖν ὑπομείνειεν αὐτοκράτορα Αὔγουστον ἔς τε τὸ λεύκωμα ἐν τοῖς ἀγωνισταῖς ἐγγραφόμενον, καὶ τὴν φωνὴν ἀσκοῦντα, μελετῶντά τε τινὰς ᾠδὰς, καὶ τὴν μὲν κεφαλὴν κομῶντα, τὸ δὲ γένειον ψιλιζόμενον. ἱμάτιον ἀναβαλλόμενον ἐν τοῖς δρόμοις, μεθ' ἑνὸς ἢ δύο ἀκολούθων βαδίζοντα, τοὺς ἀντιπάλους ὑποβλέποντα, καὶ ἀεί τι πρὸς αὐτοὺς μεθ' ἀψιμαχίας λέγοντα. τοὺς ἀγωνοθέτας, τούς τε μαστιγοφόρους φοβούμενον, καὶ χρήματα αὐτοῖς κρύφα ἅπασιν ἀναλοῦντα, μὴ καὶ ἐλεγχθεὶς μαστιγωθῇ. Καὶ ταῦτα μέν τοι πάντα ποιοῦντα, ἵνα τὸν μὲν κιθαρῳδῶν ἀγῶνα νικήσας ἡττηθῇ τὸν τῶν Καισάρων. Id est, *Et siquidem hæc tantum* (a Nerone) *facta fuissent, ridiculus sane fuisset. Licet quo pacto quis audiverit, vel videre substinuerit, Imperatorem Augustum in albo Athletarum inscriptum, & vocem exercentem, meditantemque quasdam Odas, caputque comantem, mentum vero depilantem, vestem abjicientem in curriculis, cum uno vel duobus comitibus gradientem, adversarios torve aspicientem, & semper aliquid in ipsos in velitari pugna obloquentem, Præsides certaminum & Flagelliferos pertimescentem, & pecunias eisdem clam omnibus largientem, ne & deprehensus flagello cæderetur. Et hæc quidem omnia facientem, ut Citharœdorum certamen cum vicisset, vinceretur* (certamine) *Cæsarum*. Xiph. in *Nerone* p. 189. D.

Καὶ διὰ τοῦτο τριβοῦνος ἔτι καὶ νῦν βουλευτῶν. Id est, *Quamobrem Tribunus nunc etiam voluptatum*. τριβοῦνος, ὁ χιλιάρχης, *Tribunus* (erat) *Chiliarcha*. Etymol. Magnum. Vide Meursium *Gloss.* p. 575.

CAP. XV.

Καὶ πολλοὶ τῶν αἰχμαλώτων παραβληθέντες, οἱ δὲ κατὰ πλῆθος ἀλλήλοις ἀναγκαζόμενοι χρήσασθαι πολεμίοις. Id est, *Et multi captivorum ibidem oppressi fuerunt, alii feris objecti, alii vero præ multitudine mutuis coacti uti dimicationibus*. Josephus lib. VII. *orig.*

Τί γάρ με ἔδει μακροῖς αὐλοῖς αὐλεῖν. *Apophthegm.* lib. VI. D. Erasmus. Otho Sylvius Imperator, cum in augurando tempestas esset orta; & ipse graviter prolapsus, identidem obmurmurasse dicitur. τί μοι καὶ μακροῖς αὐλοῖς, id est, *Quid mihi cum longis tibiis?*

Υπὲρ ἑαυτοῦ σωτηρίας ἀγῶνας γράφεσθαι, ἢ λέγεσθαι. Id est, Claudius Imperator vetuit *super suam ipsius salutem certamina scribi, vel indici*.

Οἱ ἀγορανόμοι ἱπποδρομίαν ἐν τοῖς τοῦ Αὐγούστου γενεθλίοις, καὶ θηρίων σφαγὰς ἐποίησαν. Id est, *Prætores Urbani Circenses in Augusti Natalitiis, & ferarum certamina fecerunt*. Dio.

Τῶν γενεθλίων ἐπιστάντων τοῦ Χριστοῦ, καὶ ἁμίλλαις ἵππων, καὶ θεωρίαις προσχών. Id est, *Natalitiis instantibus Christi, & certaminibus equorum, & spectaculis præsidens Andronicus*. Nicetas in *eo*.

γενέθλια, id est, *festa natalitia*. Addo ex Macrobio *Saturnal.* l. I. c. XIX. his festis recoli ex sententia Ægyptiorum memoriam quatuor Deorum, scilicet *Dæmonis*, id est, Solis; *Fortunæ*, id est, Lunæ; *Amoris*; & *Necessitatis*. Totidem enim præstites homini nascenti adesse voluerunt, Δαίμονα, Τύχην, Ερωτα, Ανάγκην. Servius tamen ex Virgilii *Eclog.* IV. in

Clauſula *Dæmonem* interpretatur *Jovem*, ibi: *Nec Deus hunc menſa*, &c. cui favet Lyrici Scholiaſtes, ut ſuperius non ſemel.

Γενέθλια, πᾶσα ἡ ἐν γεννήσει τινὸς τελυμένη ἑορτὴ, ὥσπερ γαμήλια, ἡ ἐν γάμῳ. Hoc eſt, γενέθλια *ſunt quæcunque in nativitate alicujus fit celebritas. Quemadmodum* γαμήλια (ſunt ſolemnitates) *quæ* (fiunt) *in Nuptiis*. Schol. Euripid. in *Oreſte*. Eadem totidem verbis leguntur apud Moſchopulum in *Sylloge Dict. Attic.* mihi p. 140. Reperio quatuor celebritates populo Athenienſium communes fuiſſe, γενέθλια ſcilicet, γενέσια, γαμήλια, & ἐγκαίνια. Quæ paucis attingam, tu reliqua apud Meurſium *Græc. Fer.* lib. II. p. 69. & ſeq.

Γενέθλια πληθυντικῶς, ἡ ἐν γεννήσει τινὸς τελουμένη ἑορτή. Hoc eſt, γενέθλια *nu. plur. ſunt celebritas, quæ in alicujus nativitate celebratur*. Etym. Magn. p. 220. γενέθλια ἡ δι' ἐνιαυτοῦ ἐπιφοιτήσασα τοῦ τεχθέντος ἑορτή. Id eſt, γενέθλια *ſunt feſtum, quod ſingulis annis recurrit* (ea ipſa die qua) *quis natus eſt*. Suidas Tom. I. p. 587. Eadem Moſchopulus loco laudato. γενέθλιος ἡμέρα ἐπὶ τῶν ζώντων, ἐν ᾗ ἕκαστος ἐγεννήθη. Hoc eſt, γενέθλιος *dies eſt, qui celebratur a viventibus, in quo quilibet natus eſt*.

Γενέσια, ἡ δι' ἐνιαυτοῦ μνήμη, id eſt, γενέσια ſunt *memoria nativitatis defuncti, quæ ſingulis annis recolebatur*. Etym. Magnum ibid. Sed γενέσια poſuiſſe etiam pro die Natali Herodis SS. Euangeliſtas Mathæum c. XIV. & Marcum c. VI. obſervavit in *Adverſariis Sacris* capite CLXXXVI. num. XI. Eruditiſſ. Cerda.

Γαμήλια, ἡ ἐν γάμῳ, id eſt, γαμήλια *Celebritates, quæ fiebant in nuptiis*. Moſchopulus loco citato. γαμηλία *vero erant ſportulæ nuptiales*. Budæus apud Dem. Harpocratio pag. 13. ἰσαῖος, καὶ δίδυμος ὁ γραμματικὸς, καὶ δημοσθένης, γαμηλίαν φησὶν εἶναι, τὴν εἰς τοὺς φράτορας εἰσαγωγὴν τῶν γυναικῶν. Id eſt, *Iſæus, & Didymus Grammaticus, & Demoſthenes* γαμηλίαν *eſſe dicunt, Ad Curiales introductionem uxorum*. Eadem Suidas Tom. I. p. 591. D. Alii vero appellant (apud Etym. Magn. p. 220. v. 52.) Γαμηλίαν θυσίαν, ἣν ἔθυον τοῖς δημοσίοις οἱ εἰς τοὺς ἐφήβους ἐγγραφόμενοι, καὶ μέλλοντες γαμεῖν. ἐγένετο δὲ ἡ θυσία τῇ Ἥρᾳ, καὶ Ἀφροδίτῃ, καὶ Χάρισι. Id eſt, γαμηλίαν *ſacrificium, quod offerebant Tribulibus ii, qui in Ephebis adſcribebantur, & nupturi erant; fiebat autem ſacrificium hujuſmodi Junoni, & Veneri, & Gratiis*. Qui mos cum aliis multis hactenus viget in feliciſſima Rep. Veneta; Cum primum enim filii Patriciorum ſumpta toga virili in Forum deducuntur, eos, qui deduxerunt, in cæna quam liberaliſſime accipere conſueverunt.

Ἐγκαίνια, ἐν ἐγκαινισμῷ, Hoc eſt, *Encænia* (ſunt celebritates, quæ fiunt) *in Dedicatione, vel Innovatione*. Eman. Moſchop. in Eclog. loco ſæpius laudato. Suid. clarius Tom. I. p. 826. A. Ἐγκαίνια. ἑορτὴ καθ' ἣν ἐγκαινουργήθη τι. Id eſt, *Encænia, feſtum, quo factum eſt aliquid novi*. Vel, *quo renovatum eſt aliquid*. D. Auguſtinus Tract. XLVIII. *in Joann.* cap. X. Encænia interpretatur *Feſtum dedicationis Templi*. Et Paulus Diaconus in *Juſtiniano* lib. XVI. *Facta ſunt* (inquit) *Encænia apud Conſtantinopolim, & recondita ſunt Lipſana* (λείψανα Reliquiæ, ſingularia non habet, Gloſſa opt. Græco-Latina pag. 529. Meurſius in *Gloſſario* pag. 304. in λία) *Andreæ & Lucæ Apoſtolorum, & tranſiit Mænas Epiſcopus cum Sanctis Lipſanis ſedens in carruca aurea Imperatoria, lapidibus inſignita, tenens thecas Sanctorum Apoſtolorum in genibus ſuis; & ita Encænia celebravit*. Encænia etiam explicatur a Balſamone reſponſ. XXXVIII. ἀνοίξια (ἄνοιξιν vocat Gloſ. Græco-Latina pag. 378. *Aperturam, Adapertionem*, ab ἀνοῖξαι, quod eſt *Pandere, Aperire, Recludere*) id eſt, *Apertio Templi*: ſic enim ait: διαφορὰ μεγάλη ἐστὶν ἐκκλησιῶν καθιερωθεισῶν δι' ἐγκαινίων, ἀνοιξίων, id eſt, *Differentia magna eſt Eccleſiarum, quæ conſecrantur per Encænia, quæ dicuntur Anœxia*. *Adverſar. Sacr.* cap. XXXVI. num. I. Cerda. Dicitur etiam λείψανον num. ſingulari, ut probat Meurſius in *Gloſſ.* p. 301. contra Gloſſam ſuperius allatam.

Τρίτη δὲ ἱσταμένου ζεύγνυται μὲν ἁμιλλητήρια ἅρματα, πολλή τε ἔρις ὑπὲρ τῆς νικῆς (νίκης) πολύς τε ὅμιλος ἐν ἱπποδρόμῳ. Id eſt, *Tertia vero inſtantis junguntur certaturi currus, multaque contentio de Victoria, multuſque tumultus in Hippodromo*. Libanius.

Ἐπὶ τῇ θυγατρὶ καὶ θηρίων σφαγὰς καὶ ἀνδρῶν ὁπλομαχίας ἐποίησεν. Id eſt, *In filiæ honorem & ferarum pugnas, & Gladiatorum certamina edidit*. Dio.

CAP. XVI.

Καὶ ἥλιον γυμνῇ δεχόμενοι κεφαλῇ. Id eſt, *Et ſolem nudo excipientes capite*. D. Chryſoſtomus Homil. ad eos qui deſerunt Synaxes apud Bulengerum p. 170. B.

Οἱ ἄρχοντες μυῤῥίνῃ ἐστεφανοῦντο. Id eſt, *Arcontes myrto coronabantur*. Scholiaſtes Ariſtophanis in *Equitibus* pag. 346. A. Et in *Theſmophor.* pag. 766. F. Scholiaſt. Bourdinus cum repetiſſet eadem de Archontibus, ſubdit, καὶ οἱ παῖδες ἐν τοῖς συμποσίοις, κλῶνα δάφνης ἢ μυῤῥίνης λαμβάνοντες ᾖδον. Id eſt, *Et pueri in ſympoſiis, ramum lauri, vel myrti capientes canebant*. Quamobrem qui principem locum affectabat dicebatur μυῤῥινῶν, id eſt, *Myrtetum*. Idem Scholiaſtes, ὅθεν καὶ μυῤῥινῶν ἐλέγετο ὁ τῆς ἀρχῆς ἐπιθυμῶν. Et ut omnis cauſa contentionis tolleretur. *Mos erat apud Athenienſes dare diſcumbentibus per vices ramum myrti, ut inciperent Odem loco Barbiti*. Συνηθές τε ἦν παρ' Ἀθηναίοις διδόναι τοῖς κατακειμένοις ἐκ διαδοχῆς κλάδον μυῤῥίνης ὑπὲρ τοῦ ἄρξασθαι τῆς ᾠδῆς ἀντὶ τοῦ βαρβίτου. Heſiodus etiam canebat ad ramum lauri ex præſcripto Muſarum. Idem in *Theog.* v. 29. Et in *Veſpis* pag. 492. E. μυῤῥίναις γὰρ ἐστεφανοῦντο οἱ ἄρχοντες, καὶ μυῤῥινῶν, ἀρχῆς ἐπιθυμῶν. Id eſt, *Myrtis coronabantur Archontes, &* μυῤῥινῶν dicebatur, *qui Magiſtratum ambibat*. Eadem Suidas Tom. II. p. 194. E. quibus favet Heſychius in μύῤῥινος. μυῤῥίνων.

> Καὶ ῥά γ' ἀναΐσσουσιν ἐπισχεδὸν ἐρχομένοιο
> Πάντες ἀφ' ἑδράων.

Id eſt,

> *Et utrique aſſurgunt prope advenienti.*
> *Omnes ex ſedibus.*

Homerus in *Hymno Apollinis* v. 3.

Τοὺς ἱππομολγοὺς, καὶ γαλακτοφάγους, καὶ ἀβίους συνῆψεν αὐτοῖς. οἵπερ εἰσὶν οἱ ἁμαξικοὶ (ἁμαξοικοὶ) Σκύθαι, καὶ Σάρμαται. Id eſt, *Equimulgos, & Lactivoros, & Abios adjunxit ipſis; qui in curribus habitant Scythæ, & Sarmatæ*. Strabo lib. VII. p. 296. A.

Scythæ vinum merum bibebant. Ælianus *Variæ Hiſt.* lib. II. c. XLI. Κλεομένης ὁ Λακεδαιμόνιος οὐ μόνον φασὶν, ὅτι πολυπότης ἦν, ἀλλὰ γὰρ προσιθέασιν αὐτῷ, καὶ τοῦτο δήπου τὸ σκυθικὸν κακὸν, ὅτι ἀκρατοπότης ἐγένετο. Id eſt, *Cleomenes Lacedæmonius non ſolum, ut ajunt, bibaciſſimus erat, verum etiam ei vitio dabant, illud nempe Scythicum malum quod*

mero deditus esset. Eadem Cleomenis occasione vini intemperantiam in Scythis carpit & Herodotus lib. VI. p. 411. D.

Τοὺς δὲ δούλους οἱ Σκύθαι πάντας τυφλοῦσι, τοῦ γάλακτος εἵνεκε, τὸ πίνουσι. ποιεῦντες ὧδε. ἐπεὰν φυσητῆρας λάβωσι ὀστεΐνους (ὀστέϊνας,) αὐλοῖσι προσεμφερεστάτους, τούτους ἐσθέντας (ἐσθέντες) ἐς τῶν θηλέων ἵππων τὰ ἄρθρα, φυσῶσι τοῖσι στόμασι. ἄλλοι δὲ ἄλλων φυσεόντων ἀμέλγουσι. φασὶ δὲ τοῦδε εἵνεκα τοῦτο ποιέειν τὰς φλέβας τε πίμπλασθαι φυσεωμένας τῆς ἵππου, καὶ τὸ οὖθαρ κατίεσθαι. Id est, *Servos omnes Scythæ oculis privant lactis causa, quod potant, facientes sic. Cum sumant sufflatoria ossea, fistulis simillima ea mittentes in equarum genitalia, inflant ore; aliis inflantibus, alii mulgent. Dicunt autem hujus rei gratia facere hoc; & venas impleri inflatæ equæ, & in mammas descendere*. Herodotus in *Melpomene* p. 255. A. Morem equorum sanguinem bibendi non tantum apud hic laudatos populos, sed etiam apud quosdam Occidentales, Concanos inprimis Cantebriæ incolas, viguisse, docet Latinus Lyricus lib. III. od. IV. dum fretus Musarum auxilio canit:

Visam Britannos hospitibus feros,
Et lætum equino sanguine Concanum.

Ἐν τῷ ῥά σφι κύκησε γυνὴ εἰκυῖα θεῇσιν
Οἴνῳ πραμνείῳ, ἐπὶ δ᾽ αἴγειον κνῆ τυρὸν
Κνήστι χαλκείῃ.

Id est,

In hoc ipsis confecit mulier similis Deabus
Vino Pramnio, super autem (vinum) *caprinum rasit caseum*
Cultro æneo.

Iliad. λ. v. 637.

Καὶ κράμβουσα νῆσος, καὶ κώρυκος ἄκρα, ὑπὲρ ἧς ἐν εἴκοσι σταδίοις ἐστὶ τὸ κωρύκιον ἄντρον, ἐν ᾧ ἡ ἀρίστη κρόκος φύεται. Id est, *Et Crambusa Insula, & Corycus Promontorium, supra quod in viginti stadiis est Corycium Antrum, in quo optimus Crocus nascitur*. Strabo lib. XIV. p. 670. D.

Παστοφόριον, id est, *Pastaphorium, Tabernaculum, thalamus.*

Καὶ ὁ δῆμος ἄπαυστι (Bulengerus pag. 167. D. legit ἄπαστι) μέχρι τότε τὰς ὁπλομαχίας θεώμενος, καὶ ἄριστον εἵλετο (θεώμενος ἐξανέστη τε μεταξὺ τοῦ ἔργου, καὶ ἄριστον εἵλετο.) Id est, *Et populus sine cibo usque adhuc munera spectans exsurrexit in medio spectaculo, & prandium cepit*. Dio lib. XXXVII.

Κιρκήσια δοῦναι, καὶ σπυρίσι δειπνῆσαι.

Id est,

Circensia dedisse, & sportis cœnavisse.

Ammianus ad Epictetum.

Οὐρανίσκοι, id est, *Lacunas Tabernaculi Regii, Uraniscum, Conopæum*. Bulengerus *de Imperatore Romano* lib. II. cap. XXXIV. p. 492. & seq. χρυσῷ οὐρανίσκῳ, *Aureo uranisco*. βασιλικὸν ἐνδρίασμα, *Consessus Regius seu Sella*.

Ἡμεῖς δὲ πηδῶντες, μαινόμενοι, παίοντες ἀλλήλους, ἀπόρρητα λέγοντες, καὶ τοὺς θεοὺς αὐτοὺς πολλάκις λοιδοροῦντες, καὶ γυμνοὶ βαδίζοντες ἀπὸ τῆς θέας ἐνίοτε. Id est, *Nos vero saltantes, insanientes, ferientes invicem, arcana enunciantes, & Deos ipsos sæpenumero conviciantes, & nudi exeuntes ab ipso spectaculo interdum*. Dio Chrysost. ad Alexandrinos apud Bulengerum p. 171. E.

Καὶ εἰ μὲν τὸ χλοανὸν ἐνίκα τῆς γῆς εὐφορίαν ἤλπιζον, εἰ δὲ τὸ κυανέον τῆς θαλάσσης εὔπλοιαν, καὶ ηὔχοντο οἱ μὲν γεωργοὶ τὸ χλοανὸν νικᾶν. οἱ δὲ αὖ πάλιν ναυτίλοι τῷ κυανέῳ ἐβούλοντο τὴν νίκην. Id est, *Si quidem Prasinus vicit, terræ fertilitatem sperabant: si Venetus, maris secundam navigationem. Quamobrem vota concipiebant Agricolæ quidem Prasinum vincere. Contra rursus Nautæ Veneto deferebant Victoriam*. Codex Vaticanus.

Τοῦ δὲ χιτῶνος, τοῦ ἀμφὶ τὼ χεῖρε μέρος αὐτοῖς, τὰ μὲν ἐς τὸν καρπὸν ζωνήει σφίσιν ἐν στενῷ μάλιστα, τὰ δὲ ἐνθένδε ἄχρι ἐς ὦμον ἑκάτερον ἐς ἄφατόν τι εὖρος διέχυτο χρῆμα. Id est, *Vestis, cujus pars iis* (Aurigis) *est circa manus*, (id est, vestis manica) *hinc adstringebatur maxime utilitatis causa. Illinc usque ad humerum utrumque ad ineffabile quid benefluens diffundebatur*. Procopius in *Histor. Arcana*.

Ἐρυθρὰ πλαταγώνια, τὰ τῆς μήκωνος φύλλα φησί, καὶ τὰ τῆς ἀνεμώνης, ἀπὸ τοῦ πλάσσειν. ὅ ἐστι ψοφεῖν. τιθέντες γὰρ αὐτὰ, κατὰ τὸν ἀντίχειρα καὶ τὸν λιχανὸν δάκτυλον, τύπτουσι τῇ ἑτέρᾳ χειρὶ, καὶ οὕτω σημειοῦνται, εἰ ἀγαπῶνται ὑπὸ τῶν ἐρωμένων, ὥσπερ καὶ ἀπὸ τοῦ τῆς πλαταγῶνος ψόφου, εἰ ἀψόφως ἐπικρουσθείη. Id est, *Rubra papaveris folia. Papaveris folia dicit, & Anemonis a* πλάσσειν *quod idem est ac* ψοφεῖν *sonum elidere; statuentes enim folia inter pollicem, & indicem percutiunt altera manu; & an amentur ab Amasiis, nec ne, conjiciunt, vel ex papaveris sono, vel ex ictu sine sono*. Scholiastes Theocriti p. 165.

Εὐρύθμως ἐκβοᾶν, id est, *decenter edere vocem.*

Μανίαν, id est, *Insaniam*. θηριώδη γνώμην, *Ferinam sententiam.*

CAP. XVII.

Ἔστιν Ὀλύμπια καὶ ἐν Μακεδονίᾳ, καὶ Ἀθήναις. Id est, *Olympia sunt & in Macedonia, & Athenis*. Hesychius, Ὀλυμπία ὁ Ἀθήνησιν ἀγών. *Olympia sunt Athenis certamen*: apud Suidam Tom. II. pag. 296. B. *Olympia. Sic apud Græcos appellatur, quod quarto quoque anno celebrabatur certamen; ob quæ quarta quaque revolutione cursuum solis singulis annis ex horis sex conficitur dies*. Ὀλυμπία. οὕτω καλεῖται παρ᾽ Ἕλλησιν, ὁ κατὰ τέσσαρα ἔτη συντελούμενος ἀγών. διὰ τὴν κατὰ τετραετίαν τῶν τοῦ ἡλίου δρόμων ἐκ τῶν κατ᾽ ἔτος ὡρῶν τελῶν (Æmilius Portus legi ἕξ) συντελουμένην ἡμέραν. Sed Suid. lect. tuentur quæ supra de Pyramide quadam attulimus ex Lydo.

Ἐνεχελιδὼν —— ἔστιν ὁ Ἀθηναίων ἱππόδρομος. Id est, *Enechelidon —— est Atheniensium Hippodromus*. Hesychius idem, ἐνεχελιδὼν —— καὶ ναὸς Ἴλου. *Enechelidon Templum Ili*. Hippodromus sic dicebatur ab ἐχέλου ἥρωος *Echelo Heroe*. Idem Hesychius.

Αὐτὸς δ᾽ ἐν τῆς ἀμαμείας ἁρμίσας μετὰ τῆς στρατιᾶς καὶ περὶ πέντε σταδίους ἀποσχὼν τῆς πόλεως προσεστρατοπέδευσε κατὰ τὸν ἱππόδρομον. Hunc Polybii locum ex V. *Historiarum* diu multumque torsisse me non diffiteor; & cum omnes fere Geographos cum veteres, tum recentiores de hac Argoli Amamia consuluissem, victus tandem fortunatiori nodum hunc solvendum reliqueram; cum venit in mentem legere Ἀπαμείας pro Ἀμαμείας, inductus autoritate Strabonis, qui ejus in XVI. pag. 752. 753. meminit non semel, & virtute Bassi Cæcilii, & duobus Rom. exercitibus illustratam refert; item mutavi præposit. ἐν in ἐκ, & ἁρμήσας in ὁρμήσας. Ut sit sensus, *Ipse autem Apamea cum movisset exercitum circiter quinque stadia distans ab Urbe castra posuit juxta Hippodromum*. Divinatione hac mea, audaci sane, si quis afferat certiora, habebo gratias, & mea corrigam.

CAP. XVIII.

Ἐπὶ ᾐνηκόει πολλῷ πρότερον Ιουστινιανὸν βασιλέα χρώματος Βενέτε, ὃ δὴ κυάνεον ἐστὶν, ἐκτόπως ἐρᾷν, ἀπεναντίας κἂν ταῦτα αὐτῷ ἰέναι βουλόμενος ἤθελε τῷ πρασίνῳ τὴν νίκην ἁρμόσαι. Id est, *Ad hæc, audierat multo ante Justinianum Imperatorem colorem Venetum, qui cæruleus est, supra modum adamare; e contra licet hæc eadem ei cuperet, noluit* (tamen) *Prasino victoriam conjungere*. Euagrius lib. IV.

Ακάκιος ἦν τὶς ἐν Βυζαντίῳ θηριοκόμος τῶν ἐν κυνηγεσίῳ θηρίων, ὅνπερ ἀρκτότροφον καλοῦσι. Id est, *Acacius erat quidam in Byzantio bestiarum Præfectus* (quæ alebantur) *ad Venationes, quem Arctotropon appellant*. Histor. Arcana. Acacios duos legere est apud Suidam Tom. I. pag. 117. alterum Patriarcham Constantinopolitanum, Rhetorem alterum p. 118.

CAP. XIX.

—— Ἀχαιΐδες οὐκ ἔτ' Ἀχαιοί,

Id est,

—— *Achivæ non jam Achæi*.

Hom. *Iliad.* β. v. 235.

Πλησίον δὲ ἱερόν ἐστι Ἀφροδίτης οὐρανίας. Ἀθηναίοις δὲ κατεστήσατο Αἰγεύς. Id est, *Prope autem Templum est Veneris Cœlestis*. (quam primi omnium Assyrii coluere, a quibus Paphii in Cypro acceptum sacrorum ritum cum Phœnicibus, qui in Palæstina Ascalonem Urbem incolunt; Phœnices cum Cytheriis communicarunt) *Atheniensibus vero constituit Ægeus*. Meursius *de Regno Atheniens.* lib. III. cap. I. pag. 157. edit. Amstel. apud Jansonium MDCXXXIII. Pausaniæ *Attic.* pag. 18. v. I. Quid? si dicamus Venerem hoc cognomento, Uraniam, eandem esse cum Astarte Sidoniorum ab ipso Salomone Hebræor. Rege inter cætera Idola cultam, & exculta m? Suidas certe Tom. I. pag. 458. C. Ἀστάρτη (inquit) ἡ παρ' Ἕλλησιν ἀφροδίτη λεγομένη. Id est, *Astarte quæ apud Græcos dicitur Venus*, &c. Vide Rhodiginum lib. XXIII. pag. 1272. A. & lib. XXIX. pag. 1641. E. Sherlogum *in Cant.* vol. II. pag. 496. num. IV. & vol. III. pag. 360. num. XVI. Cerdam *Adversar. sacr.* cap. XIV. pag. 315. num. XXII. & cap. CLXXVII. pag. 464. num. III. Gyraldum Syntag. XIII. pag. 374. & 375 Eandem Afri colebant pro Luna. Herodianus in *Pseudantonino* lib. V. cap. XV. *Dein cordi esse negans* (Pseudantoninus) *Deo belligeram Uxorem atque armatam, simulacrum Uraniæ jussit afferri: quod scilicet Carthaginiensibus omnique Africæ venerabile, positum fuisse a Phœnissa Didone creditur, quo tempore antiquam Carthaginem dissecto corio ædificavit. Hanc Afri Uraniam vocant, Phœnices Astroarchen, Lunam esse affirmantes. Congruere igitur ajebat Antoninus, matrimonium Solis & Lunæ*. Sed ipsum exspectas Herodianum. Φήσας δὲ ἀπαρέσκεσθαι αὐτῷ, ὡς πάντα ἐν ὅπλοις καὶ πολεμικῇ θεῷ, τῆς οὐρανίας τὸ ἄγαλμα μετεπέμψατο, σεβόντων αὐτὸ ὑπερφυῶς Καρχηδονίων τε καὶ τῶν κατὰ τὴν λιβύην ἀνθρώπων. Φασὶ δὲ αὐτὸ Διδὼ τὴν Φοίνισσαν ἱδρύσασθαι, ὅτε δὲ τὴν ἀρχαίαν Καρχηδόνα πόλιν ἔκτισε, βύρσαν κατατεμοῦσαν. Λίβυες μὲν οὖν αὐτὴν Οὐρανίαν καλοῦσι, Φοίνικες δὲ Ἀστροάρχην ὀνομάζουσι, Σελήνην εἶναι θέλοντες. ἁρμόζειν τοίνυν λέγων ὁ Ἀντωνῖνος γάμον ἡλίου καὶ σελήνης, &c. Scythæ quinque Cœlestem Venerem adorabant, Herodoto teste lib. IV. p. 275. C. Μετὰ δὲ τούτους, Ἀπόλλωνά τε καὶ οὐρανίην Ἀφροδίτην (ἱλάσκονται,) id est, *Post hos* (scilicet Vestam, Jovem, Tellurem Martem, Herculem, & Neptunum) *Apollinemque, & Cœlestem Venerem* (*propitiantur*.) Causam hanc afferunt Scythæ apud eundem lib. I. pag. 49. D. Quia in Urbe Ascalone Palæstinæ, plerisque nullo illato damno prætergressis, pauci aliquot relicti ἐσύλησαν τῆς οὐρανίης Ἀφροδίτης τὸ ἱερὸν, hoc est, *depecularunt Uraniæ Veneris templum*, inter cætera hujus Deæ fana vetustissimum. In cujus Sacrilegii ultionem, Templi spoliatoribus, eorumque posteris ἐνέσκηψε ὁ θεὸς θήλειαν νοῦσον, id est, *immisit Dea ipsa fœmineum morbum*. p. 50. A. Eosque, qui tali morbo laborant, Scythæ appellant *Enareas*, id est, Ἐναρέας, *Execrabiles*, seu *Execrationi obnoxios*.

Πελῶρον κακόν. Id est, *Monstrum, Prodigium*. Eustath. *Od.* I. p. 1623. v. 2. πελωρία erant *Thessalorum Saturnalia*. Eustath. *Iliad.* P. 1101. v. 6. Rhodiginus lib. XIII. pag. 869. D. de eo sic: *Saturnalia* (inquit) *in Thessalia item celebrantur, sed Peloria fuisse nuncupata, Græci scribunt, a Peloro quodam, qui Pelasgo nunciasset primus, perruptis terræmotu montibus effusas stagnantes prius in Thessalia aquas, renudatosque spatiosissimos campos*: hactenus Cœlius. Rem totam narrat disertissime Baton Sinopensis Rhetor in libro de Thessalia, & Hæmonia, apud Athenæum lib. XIV. p. 639. n. 317.

Μίμους γελοίων, id est, *Mimos ridiculorum*. Verba sunt Demosthenis in *Olymp.* II. p. 17. n. XXVII. Quo loci Scholiastes Ulpianus: ἀναγκαίως (ait) τὸ τῆς προσθήκης. οὐχ ἅπασα γὰρ μίμησις γελοία τυγχάνει, ἀλλ' ἔστι καὶ σπουδαία. ἡ γὰρ τραγῳδία, μίμησις ἐστιν ἠθῶν καὶ παθῶν. καὶ ἡ κωμῳδία μίμησις. καὶ οἱ μῖμοι Σώφρονος. καὶ αἰσχρῶν ᾀσμάτων προσέθηκεν. εἰσὶ γὰρ καὶ ἀγαθῶν ᾀσμάτων ποιηταί. Id est, *Necessario addidit* (γελοίων ridiculorum) *Non enim omnis imitatio ridicula est, sed est & studiosa. Etenim Tragœdia imitatio est morum, & affectuum. Et Comœdia imitatio, & Mimi Sophronis. Et addidit* (orator) *turpium cantilenarum; sunt enim & honestarum cantilenarum Poetæ*. De imitatione artificiosa Affectuum, Versuum, & Elocutionis vide celeberrimum vereque sapientem Udenum Nisiely in disertissimis *Progymnas.* vol I. *Prog.* XVIII. XIX. XX. XXI. XXII. XXIII. pag. 75. & seq. edit. Floren. apud Zen. Pignonium MDCXX.

Ἀνδρῶν δὲ πολλοὶ τοῦ γέλωτος εἵνεκα
Ασκοῦσι χάριτας κερτόμους. ἐγὼ δέ πως
Μισῶ γελοίους, οἵτινες μὲν ἐπὶ σοφῶν
Ἀχάλινα ἔχουσι στόματα.

Id est,

Hominum plerique ridiculi causa
Exercent Charites mordaces; Ego vero
Odi ridiculos, si qui sane erga bonos
Effrenata habent ora.

Euripides.

Εἰσὶ δὲ σίλλοι ποιήσεως εἶδος κωμικῆς. Καὶ οἱ ταύτην μετιόντες, σιλλογράφοι ἐλέγοντο. καὶ τὸ οὕτω παίζειν, σιλλαίνειν ἐκαλεῖτο. Id est, *Sunt autem Silli species Poeseos Comicæ. Et qui eam exercent, Sillographi dicebantur. Et hoc modo ludere*, σιλλαίνειν *vocabatur*. Eustath. *Iliad.* β. p. 204. v. 23.

Οὐ μόνον Ξενοφάνης πεποίηκε σίλλους, ἐν οἷς διαβεβόηται· ἀλλὰ καὶ τοῦ εἴδους πρῶτος κατῆρξεν Ὅμηρος. ἐν οἷς αὐτὸς τε τὸν Θερσίτην σιλλαίνει, καὶ ὁ Θερσίτης τοὺς βασιλεῖς. Id est, *Non solum Xenophanes composuit Sillos, in quibus clarus fuit: verum etiam hujus speciei Poesim primus incepit Homerus. In quibus Sillis Poeta Thersitem* σιλλαίνει, (*cavillatur*) *Thersites vero Reges*. Idem Interpres ibidem v. 21. De Ridiculis vide Bulengerum *de Theatro* c. XLIII. & de Risu, & Ridiculis, integerrimum Udenum Vol. III. *Progymn.* LII. & *Prog.* CXLIII. & Vol. II. a *Prog.* XXVI. *Progy.* XXXIV. sparsim vero ubi potissimum agit de Satyra, nempe Vol. III. *Prog.* XXXI. & LII. LIII. & LVIII. & CXXIX. & CXXX. & Vol. V. *Prog.* XIV. XVI. XVII. & XXVI. & XXXVI. At si cui mirum sit quod e tot literatoribus hujus ævi unius

A UDENI NISIELY a me facta fit mentio, alios velut ex ultimis ceris expunctos, præteritos volui; id a me factum esse intelliget, non quod ejusdem Musæ Viri, ejusdem Civitatis Alumni, & veteris Amicitiæ nexu juncti sumus: sed quod eum hodierna die inter Criticos & politioris literaturæ Viros familiam ducere existimo. Cui rei candidam fidem arrogant illius cum PROGYMNASMATA tum EXERCITIA MORALIA omnigena eruditione referta, in quibus cernere est Virum insani laboris & diligentiæ omnes omnium gentium Auctores, Ve- B teres, Novos, Græcos, Latinos, Vernaculos indefesso studio lectitasse, eosque, ut sic dicam, in succum & sanguinem vertisse. Itaque jure merito unus ille mihi Plato pro omnibus, quippe qui sit non modo *πολυμαθὴς ἀνὴρ*, sed quod de præstanti Medico Homerus cecinit, *πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων*. *Iliad.* λ. v. 514.

Σιγῶ φθεγγομένης παλάμης θελξίφρονα μολπὸν
(παλμὸν)
Νεύμασι φωνήεσσαν, ἀπαγγέλλουσα σιωπῇ.

Id est,

C *Taceo loquentis manus detestabilem vibrationem*
Nutu vocale denunciantem silentium.

Anthol. lib. I. cap. LXVII. pag. 130.

Ἐμβὰς εἶδος ὑποδήματος, ἀπὸ τοῦ ἐμβαίνειν τοὺς πόδας. Id est, *Embas species calceamenti, sic dicta, quod introeant pedes*. Scholiastes Aristoph. in *Vespis* p. 437. F. & in eadem Fab. pag. 513. F. Etym. Magnum p. 333. v. 54. Hesychius enunciat etiam Neutro gen. ἐμβάδια, τὰ ὑποδήματα.

Ἐμβὰς, κόθορνος ταπεινός. Id est, *Embas cothurnus humilis, solea*. Ammonius tamen ait *in-* D *teresse ἐμβάδας inter & ἔμβατα*. Nam *Embades sunt calceamenta Comica; Embata vero Tragica*. ἐμβάδες (inquit ille) καὶ ἔμβατα διαφέρει. ἐμβάδες μὲν γὰρ κωμικὰ ὑποδήματα. ἔμβατα δὲ τὰ τραγικά. Rhodiginus lib. V. p. 261. B.

Δεξιὸν πέδιλον, id est, *Aptum calceum*.

Ἀμφιδέξιον εἶδος ὑποδήματος, ὃ καλοῦσι κόθορνον. Id est, *Ambidextera species calceamenti, quod appellatur cothurnum*.

Κόθορνος γυναικεῖον ὑπόδημα τετράγωνον τὸ σχῆμα, ἁρμόζον ἀμφοτέροις τοῖς ποσί. Id est, *Cothurnus,* E *muliebre calceamentum quadrilaterum figura, quadrans utrisque pedibus*. Etym. Magnum p. 524. v. 39. ὅτι ἀνδράσι, καὶ γυναιξὶν ἁρμόττει. *Quia viris, & fœminis congruit*. Vide Franciscum Fernandium Virum optimæ eruditionis in *Didascalia multipl.* cap. XXIV. p. 243.

Καλάμῳ ἀντὶ κερατίῳ ἐχρῶντο ἀρχαῖοι. κάλαμος, ἡ σύριγξ. Id est, *Calamo ceratii loco utebantur Veteres. Calamus est syrinx*. Κεράτιον. Nos *Il Cornetto, strumento musicale di fiato*.

Πέταυρα, τίγνα, id est, *Tigna, Trabes*. Suidas Tom. II. p. 512. A.

Πέταυρον εἶδος παγίδος, id est, *Petaurum est species laquei*, quo feram capimus aut avem. Hesych. πέταυρον, παγὶς, βάθος, σανίς. *Laqueus, profunditas, tabula*. Suidas ibid. —— οἷον πέτευδον, παρὰ τὸ εὕδειν ἐν αὐτῷ τὰ πετεινά. Petaurum dictum *quasi Peteudon; quod volucres in ea dormiant;* vel secundum Phavorinum pag. 1495. v. 55. dicitur ἀπὸ τοῦ αὔραις, ὅ ἐστι ταῖς πνοαῖς πέτεσθαι. ab αὔραις, *quod idem est, ac flatibus; quasi per aera volent*. πετάμενος *volans*. Lucian. in *Toxari*. vide utilissimum Antiquarium Laurembergii p. 336.

Ἐστὶ εἶδος παλαίσματος ἡ κλίμαξ, id est, *Est species luctæ scala*. Scholiastes Sophoclis. Eustath. facit speciem Pugilatus. *Il.* Ψ. p. 1342. v. 54.

Ἢ καὶ ἀνδρῶν ἐντεχνίοις τισὶ σωμασκίαις παραδόξους ψυχαγωγίας τοῖς ὁρῶσι ἐνδεικνυμένων. Id est, *Vel hominibus artificiosis quibusdam corporum —— exercitationibus admirabiles oblectationes spectatoribus præbentibus*. Euseb. *Hist. Ecclesiast.* lib. VIII. Florentini dicimus *La Contadina*, Choreæ genus, quod nusquam alibi apud Italos nec vidi, nec ex aliis audivi.

Ἑτεροκοπία, id est, *Alternus-labor*.

Τραχηλισμὸς, id est, *Cervicis-flexus*.

Ῥωμαίων ἐβασίλευσε ιθ. Μακρῖνος κιρκεσίοις ἡφαιστείοις ἐκάη τὸ ἀμφιθέατρον ἐν ῥώμῃ. Id est, *Romanorum Imper. decimus nonus fuit Macrinus. Circensibus Vulcano dicatis incensum fuit Amphitheatrum Romæ*. Quæ celebritates ederentur a Græcis in Vulcani honorem, leges apud Meursium in ἡφαίστεια p. 141. in ἀπατούρια p. 33. in λαμπὰς pag. 185. in χαλκεῖα p. 247. *Græciæ Feriatæ*, & in *Lectionibus Atticis* lib. IV. cap. XXIV. p. 225.

Ὄνομα τῷ χρόνῳ (γινήσεται) γεγενήσεται. Id est, *Nomen suo tempore inditum erit*. Novell. CXV.

Hactenus Jo. Argolus *in Onuphrium Panvinium* annotavit, qui nostræ versioni modum imposuit; in qua si non adamussim omnia quadrent, quod omnium locorum fontes per otium adire non licuit, hoc Lector benevolus sua benignitate condonet. Si quid per oscitantiam minus aptum exciderit, humanum enim esse non ignoramus, id atroci stylo confodere parati sumus, ubi nos Censor æquus monuerit. Si quis malevolus oblatret, flocci facimus; si Theonino dente momorderit, sciat se, si non exaruit calamus, haud impune laturum.

JULIUS

JULIUS CÆSAR
BULENGERUS
JULIODUNENSIS,

DOCTOR THEOLOGUS,

DE

CIRCO ROMANO,
LUDISQUE CIRCENSIBUS;
DE VENATIONE CIRCI, ET AMPHITHEATRI, AC DE THEATRO.

ILLUSTRISSIMO VIRO D.

REGINALDO BELNÆO

ARCHIEPISCOPO, PRIMATI ET PATRIARCHÆ BITURICENSI, DESIGNATO SENONENSI, MAGNO GALLIÆ ELEEMOSYNARIO, ET SACRI CONSISTORII ASSESSORI,

J. C. BULENGERUS S. D.



TIBI Gallicæ eloquentiæ principi aureo amne fluenti, Græcæ eloquentiæ principem aureo flumine exuberantem offero & dico, Præsul amplissime: tibi vetera quæque animo tractanti, mirabilique memoriæ bonitate, quæ tenebris obsita sunt felicissime complectenti, res in situ & tenebris jacentes, inscribo: tibi jampridem in sacris literis, velut in cœlesti stadio cum honore & plausu currenti, spiritale stadium nuncupo, ut quibus equis in cœlum Elias evectus est, iisdem olim in cælum Dei virtute, bonis geniis præeuntibus efferendum te esse augureris, ubi cælestis illius curriculi artem & disciplinam re & ore populo admiranti diu multumque præscripseris. Tibi pro stadio pietas, pro curru literæ sunt, equi subjuges fides integra, sincerumque cum fide judicium, funales ecclesiæ patrumque authoritas; quos in amoribus ac delitiis habes, meta Deus, quem animo tenes, pietate amplecteris, septemque spiritus donis quasi septeno spatio feliciter ambis, Euripus occupationum undæ, quarum affluxu refluxuque spiritale studium a vi aliena integrum præbes, universa spectat Gallia, Christus editor est, boni genii designatores, unus ego e spectatoribus velut in tabula lineas duco, & curriculi artem e tuo cursu dimetior, quam tibi refingendam offero, priusquam in hominum oculos incurrat, ut tuo judicio proba, auspicio fausta, præsidio tuta eruditorum manu bona scena tractari possit.

INDEX CAPITUM.

Liber de Circo Romano, ludisque Circensibus.

CAPUT PRIMUM.

Tractatus de Equis.

CAPUT PRIMUM.

Liber de Venatione Circi, & Amphitheatri.

CAPUT PRIMUM.

Tractatus de Elephantis.

CAPUT PRIMUM.

Liber I. de Theatro.

JULII CÆSARIS BULENGERI
JULIODUNENSIS,
DE CIRCO ROMANO, LUDISQUE CIRCENSIBUS LIBER.

CAPUT PRIMUM.

De origine Circensium, & nomine.

CIRCI celebritas ea fuit, ut nullum eo splendidius, oculisve gratius spectaculum in Italia, Græcia, reliquoque Imperio Romano dari potuerit. Romæ quidem ab ipsis urbis initiis magna hominum frequentia de- A cursio Circensis habita est, quæ dicta fuisse equiria id temporis videntur. Ausonius in *Eclogis*:

Nunc etiam veteres celebrantur equiria ludi:
Prima hæc Romanus nomina Circus habet.

Ea Marti sacra fuerunt, & tertio Kal. Martias celebrata sunt. Ovid. II. *Fast.*

Jamque duæ restant noctes de mense secundo,

Marſque citos junctis curribus urget equos.
Ex vero poſitum permanſit equiria nomen,
Quæ Deus in campo proſpicit ipſe ſuo.

Agitabantur enim in campo Martio; vel ſi aquis occupatus eſſet, in Cælio, authore Varrone lib. v. *de lingua Latina*. Equitiorum, inquit, die currunt equi in campo Martio. Feſtus. Equiria ludi, quos Romulus Marti inſtituit, per equorum curſum, qui in campo Martio exercebantur; ſi quando aquæ Martium occuparint, in Martiali monte, qui eſt in Cælio, equiria fiunt; unde & Martialis mons dictus eſt, quod Martio campo aquis occupato, in ea Cælii montis parte ludi equeſtres Marti ſacri fierent. Ovidius III. *Faſt.*

Altera gramineo ſpectabis equiria campo,
Quem Tiberis curvis in latus urget aquis.
Qui tamen ejecta ſi forte tenebitur unda,
Cælius accipiet pulverulentus equos.

ideo mons Cælius dictus eſt campus minor. Catullus.

Te quæſivimus in minore campo.

Altera quippe equiria pridie Idus Martias agebantur. Sextus Rufus equiria in via Circi Flaminii ponit, in parte campi Martii, non procul a villa publica, Theatro Pompeii, & Amphitheatro Tauri Statilii. Publius Victor equiriorum locum eſſe vult ad campum Martium, & ſepta trigaria in VIII. regione urbis. Priora equiria fuere ut equitatus luſtraretur: altera, ut numerus integraretur, ſi licet augurari. Fuerunt eadem cum Conſualibus, ſi ſpectas originem; quanquam Conſualia Conſo, qui Neptunus putatur, equiria Marti ſacra erant. Certe idem pene inſtitutum in utriſque fuit: antiquiora tamen eſſe videntur Conſualia, quæ ab Evandri comitibus agitata ſint, & ab Arcadibus petita, authore Dionyſio Halicar. equiria a Romulo inſtituta ad inſtar Conſualium, quæ XX. Auguſti habita eſſe diſcimus ex veteri Kalend. Rom. cum equiria Feb. XXVI. agerentur, ut ibidem notatur. Conſualibus jumenta coronata ceſſaſſe ſcribit Plutarchus. Sed de Conſualibus infra agemus. Hoc igitur fixum eſto, ludos Circenſes olim equiria dictos. Circus ipſe a Græcis *ἱππόδρομος*, a Baſilio dicitur *θέατρον ἱππηλασίας*, id eſt, *theatrum ubi agitantur equi*, *ςάδιον*, & *κάμπος*, id eſt, *flexus*. Sic ille in Gordio, cum darentur ludi Curules: *καὶ δοῦλοι ἀνῆκαν δεσπόται, καὶ παῖδες ἐκ διδασκαλείων πρὸς τὴν θέαν ἡνιόχων ἔτρεχον. πλήρες δ' ἦν ςάδιον*, id eſt, *dimiſerunt domini ſervos, & pueri e ſcholis ad ſpectaculum aurigarum currebant: plenum autem erat ſtadium*. Heſychius vocem *campi* Siculis propriam fuiſſe vult, a quibus Romani deinde mutuati ſint. Ait enim, *κάμπος ἱππόδρομος Σικελοῖς. κάμπειοι δρόμοι οὐκ εὐθεῖς καὶ ἁπλοῖ, ἀλλὰ καμπὰς ἔχοντες*, id eſt, *campus hippodromus Siculis. Campici curſus non recti & ſimplices, ſed flexuoſi*. Ab hoc ſignificatu non abhorret illud Chryſoſt. in Orat. *De Circo*: *οὐκ εὐρίπους, & κάμπων κύκλους τρέχων*, id eſt, *non euripos, & flexuum orbes decurrens*. Cedrenus & Zonaras Circum vocant *ἱππικὸν καὶ θέατρον ἱππηλασίας*, Cedrenus *κερκέσιον*. Conſtantinopoli videtur dictum *ἱπποδρόμιον*, qua voce utitur Chryſoſt. *De Circo*. Himerius in fragmentis manuſcriptis *ἱπποδρόμιον* ſemper vocat: quanquam vox *hippodromi* ſignificat interdum iter quod uno die conficit eques, aut viam militarem, ut Hieronymus monet in cap. XLVIII *Geneſ*. Sicuti vox ipſa *δρόμου* non ſemper *curſum*, ſed Tarentinis *ὀρχήςραν διονυσιακοῦ θεάτρου* ſignificat apud Heſychium. Dio apud Xiphilinum p. 156. Theatrum venatorium pro Circo accipere videtur his verbis; *εἰ ἱππόδρομον, καὶ θέατρον κυνηγετικὸν εἰσῆλθον*. Auſonius Olympico ſtadio Circi nomen attribuit. ſic enim ille in *Idylliis*:

Primus Olympiacæ ſacravit feſta coronæ
Juppiter, Argivi ſtadia ad longiſſima Circi.

Idem epiſt. XVIII.

Oſtia quot pro parte aperit ſtridentia Circus.

Cicero lib. II. *de legibus*; *Jam*, inquit, *ludi publici quoniam ſunt cavea, circoque diviſi, ſint corporum certationes curſu, pugilatione, luctatione, curriculiſque equorum, uſque ad certam victoriam circo conſtitutæ*. Per circum, ſtadium intelligit.

CAP. II.

Circus unde dictus?

CIrcenſe ludicrum in inſula primum Tiberina datum eſt, nullo ad id certo conſtituto loco; ſed ab altera parte Tiberis pro meta erat, ab altera enſes. Indicat Servius in id Virgil. III. *Georg.*

Centum quadriiugos agitabo ad flumina currus.

Olim, ait, *in littore fluminis Circenſes agitabantur, in altero latere poſitis gladiis, ut ab utraque parte eſſet ignaviæ præſens periculum. unde & Circenſes dicti ſunt, qui exhibentur in circuitu enſibus poſitis*. & in id *Æneid.* VIII.

Conſeſſu caveæ, magnis Circenſibus actis.

Ubi nunc, ait, *metæ ſunt, ibi olim gladii ponebantur*. Caſſiodorus l. III. *Variarum* cum Servio ſentit, ſimulque ortum Circenſium, ac velut incunabula ponit: *Primus*, inquit, *Ænomaus apud Elidem Circum inſtituit, qui a circuitu dictus eſt*. Circenſes quaſi circuenſes, inter enſes & flumina locis virentibus agebantur. Iſidorus lib. XVII. *Etymolog. Ubi nunc metæ*, ait, *olim gladii ponebantur, quos quadrigæ circuibant in littore, circa ripas fluminum currus agitantes. Gladios ordine in ripæ littore ponebant, & erat artis equum circa pericula torquere*. Alii Circum a Circe dici volunt. Tertull. *de ſpectacul.* quod ſpectaculum primum a Circe habent, Soli patri ſuo editum, nempe ut curſum Solis, quem quadrigis ferri volunt, deſignaret. Eodem accedit Iſidorus lib. XVIII. cap. XXV. *Græci vero*, ait, *a Circe filia Solis, quæ patri ſuo hoc genus certaminis inſtituit*. Equidem Circenſes non ab enſibus qui circum poſiti eſſent, ſed a Circo dictos autumo, ut a magna Dea, *μεγάλη θεά*, Megalenſes. Circum ipſum a circuitione metæ, quam circum ſeptenis orbibus ſeſe agebant quadrigarii. Nam & in genere veteres Grammatici *ἀγῶνα τὸν κυκλοτερῆ καὶ γωνίαν οὐκ ἔχοντα τόπον*, *circularem locum angulis carentem* interpretantur; & *circites* Feſto dicuntur circuli ex ære facti, & *circites anni* apud Varronem, & *circitores* Ulpiano in Pandectis, tit. *de inſtitut. act.* l. 5. Circitores circuitores, quibus veſtiarii vel lintearii dant veſtem circumferendam, & diſtrahendam: & Veget. l. III. c. VII. *circitores vigilias circuunt. Nunc militiæ factus eſt gradus, dicuntur circitores*. Et *circanea* avis Feſto dicitur milvus in orbem volans. Et *circare* eſt *circuire* in vet. gloſſ. & circus dicitur Plauto palus, circa quem humo fixum ſe milites circumagebant per luſum. In *milite glorioſo*:

Jamne eſt ante ædes circus, ubi ſunt ludi faciendi mihi?

Accipitur & pro circulo. Cicero in *Arato*:

Vidiſti magnum candentem ſerpere circum,
Lacteus hic nimio fulgens candore notatur.

Capella lib. VIII.

Quin etiam medios quos nectit culmina circos.

Haud ſcio an vetus illa in littoribus decurſio ex-

pressa sit in nummis priscæ notæ, in quibus facies altera equitem præfert equum ad cursum incitantem secundum fluminis ripam, cum hac inscriptione, DECURSIO. Hoc scio, plures Romæ equitum decursiones, & peditum fuisse. In veteribus inscriptionibus pag. 35. ponitur decursio Tiberina, quæ & in priscis illis nummis exprimitur. Quod ex Cassiodoro posuimus ludos Circenses ab Ænomao Elidis Rege primum institutos, ostendit Sidonius in *Panegyrico Anthemii*:

Græcia, ni pudor est, reparatis ipsa quadrigis
Suscitet Oenomaum, natæ quem fraude carentem
Cerea destituit resolutis axibus obex.

Idem carmine XIV.

Non hic Oenomai cruenta Circo
Audit pacta Pelopi, nec insequentem
Pallens Hippomenes ad ima metæ
Tardat Schœnida ter cadente pomo.

Forte melius scriberetur Ænomaus, quam Oenomaus. Item carmine XXIII.

Quantum auriga suos solebat ille
Raptans Oenomaum tremente Pisa,
Tantum tu rapidos teris jugales.

Varro Circensium originem ab Hercule arcessit, qui apud Elidem Curuli certamine victor oleastro coronatus certamen instituerit. Ausonius Jovem auctorem facit Idyllio ultimo. Tertullianus lib. *de spectacul* cap. VIII. Circen Solis filiam. Cassiodorus epist. LI. lib. III. ludicrum Romæ a Romulo institutum indicat his verbis: *Primus enim hoc apud Elidem Asiæ civitatem* (hoc male, fuit enim Græciæ civitas in Peloponeso.) *Oenomaus fertur edidisse, quod postea Romulus in raptu Sabinarum, nec dum fundatis ædificiis, ruraliter ostentavit Italiæ.* Statius lib. VI. *Thebaidos* Herculi ludicrum tribuit:

——— Primus per Pisæa arva
Hunc pius Alcides Pelopi certavit honorem,
Pulvereumque fera crinem detersit oliva.
Proxima vipereo celebravit liber a nexu
Phocis Apollineæ bellum puerile pharetræ:
Mox circum tristes servata Palæmonis aras
Nigra superstitio. ———

De ludorum Græciæ institutione Ausonius in *Idyl.*

Tantalidæ Pelopi mœstum dicat Elis honorem,
Archemori Nemæa colunt quinquennia Thebæ,
Isthmia defuncto celebrata Palæmone notum.
Pythia placando Delphi statuere Draconi.

Idem putat ludos Curules primum in Olympia institutos a Jove, tum Nemæos ab Hercule:

Primus Olympiacæ sacravit festa coronæ
Juppiter, Argivi stadia ad longissima Circi.
Proximus Alcides Nemæum sacravit honorem.
Hæc quoque temporibus quinquennia sacra notandis
Isthmia Neptuno data sunt, & Pythia Phœbo.

Idem:

Prima Jovi magno celebrantur Olympia Pisæ.

Phlegon Trallianus Adriani libertus libro *de Olympiis* narrat, intermissam a Peloponesiis fuisse institutionem a Piso, Pelope, atque Hercule Olympici certaminis celebritatem, quæ ab Iphito restituta sit. Vellejus Paterculus lib. I. de Olympiis agens: Hoc sacrum instituisse fertur abhinc annos ferme MCCL. Atreus cum Pelopi patri funebres ludos faceret, quo quidem in ludicro omnis generis certaminum Hercules victor extitit. Pindarus ode I. *Olymp.* non ab Atreo, sed ab Hercule ludos Olympicos Pelopi dicatos ait, ut & Hyginus fabula CCLXXIII. & Diodorus Siculus lib. IV. pag. 155. & 178. Apud Phlegontem hos Pythiæ versus leges de Piso Circi repertore:

Ζεὺς τῷ πρῶτος μὲν ἱδρύσατο, καὶ θέτο τιμὴν
Πεῖσος, καὶ μετὰ τόνδε Πέλοψ, ὅτε Δεμονναίαν
Ἑλλάδα, θῆκε δ' ἔπειτ' ἑορτὴν, καὶ ἔπαθλα θανόντι
Οἰνομάῳ. τρίτατος δ' ἐπὶ τοῖς παῖς Ἀμφιτρύωνος
Ἡρακλῆς ἐθέλεσ' ἑορτὴν, καὶ ἀγῶν' ἐπὶ μήτρῳ
Πέλοπι Ταντταλίδῃ.

Pisus primus omnium Jovi posuit honorem, & post eum Pelops, cum Demonnæam Græcam cursu acquisisset, is posuit festivitatem, & præmia mortuo Oenomao. Tertius post hos Hercules fecit ludicrum in honorem avi materni Pelopis Tantalidæ. Pro *Demonnæa* forte legendum, *Hippodamia.* ἐροτὴν posuit pro ἑορτὴν. Oenomaus id certamen in Isthmo Corinthiaca instituerat, ut scribit Pausanias. Iphitus nepos Herculis certamen Olympicum, quod Hercules in honorem avi materni Pelopis ediderat, intermissum instauravit post excidium Trojæ anno CCCCVIII. ut prodit Solinus cap. II. Diodorus Siculus lib. IV. pag. 178. ait, Herculem Olympiæ ὑποστησάμενον ἱππικὸν ἀγῶνα, καὶ γυμνικὸν, *instituisse Curule, & gymnicum certamen.* Vetustissimum Curule ludicrum apud Elidem fuisse indicat Nonnus lib. XIX. *Dionysiac.* pag. 69.

Οὐ δρόμος ἱπποσυνῆς, οὐκ Ἤλιδός εἰσιν ἀγῶνες,
Οὐ δρόμος Οἰνομάου γαμβροκτόνος.

Non est cursus equestris, non Elidis certamina, non cursus Oenomai generos perdens. Ante Tarquinii Prisci ætatem Consuales ludi appellati, non Circenses, a Conso consiliorum Deo, de quo Ausonius in *Eclogario*:

Aut duplicem cultum quem Neptunalia dicunt,
Et quem de Conso, consiliisque vocant.
Festa hæc navigiis, aut quæ celebrata quadrigis,
Jungunt Romanos finitimosque duces.

Conso postea in Circo ubi ludi edebantur, sub terra juxta primas metas ara dicata fuit, cum hac inscriptione, CONSUS CONSILIO, MARS DUELLO, LARES COMITIO POTENTES, ut scribit Tertullian. libro *de spectac.* Augustin. lib. IV. *de Civit. Dei* cap. XI. Consum consilii Deum fuisse ait, quod eum consuluerit Romulus. Arnobius lib. III. quod salutaria, & fida consilia nostris suggerat cogitationibus. Sed de Conso pluribus agemus c. IX. Consualibus propter equorum inopiam alia animalia vel singula, vel juncta ad cursum adhibebantur, ut scribit Servius ad hæc Virgilii verba,

——— magnis Circensibus actis.

Muli per initia juncti, ut docet Festus his verbis; Mulis celebrabantur ludi in Circo maximo Consualibus, quia id genus quadrupedem primum putatur cœptum currui, vehiculoque adjungi. Sed de Circo Tertullian. audiatur lib. *de spectac.* cap. VIII. *Circensium*, inquit, *paulo pompatior suggestus, quibus proprie hoc nomen, pompa, præcedit, quorum sit, in semetipsa probans, de simulacrorum serie, de imaginum agmine, de curribus, de thensis, de armamaxis, de sedibus, de coronis, de exuviis: quanta præterea sacra, quanta sacrificia, præcedant, intercedant, succedant, quot collegia, quot sacerdotia, quot officia moveantur, sciunt homines illius urbis,* &c. *Circus Soli principaliter consecratur, cujus ædes medio spatio, & effigies de fastigio ædis emicat, quod non putaverint sub tecto consecrandum, quem in aperto habent. Quod spectaculum primum a Circe habent, Soli patri suo, ut volunt, editum,* &c. *Ova honori Castorum adscribunt, qui illos ovo editos credendo de Cygno Jove non erubescunt. Delphinos Neptuno vovent, columnas Sessias a sementationibus, Messias a messibus, Tutelinas a tutelis fructuum sustinent. Ante has tres aræ tribus Diis parent, magnis, potentibus, valentibus; eosdem Samothracas existimant. Obelisci enormitas Solis prostituta, scriptura ejus, unde & census; de Ægypto superstitio est. Frigebat Dæmonum domicilium sine sua matre magna. Ea itaque illic præsidet Euripo.*

[A] *Consus apud metas sub terra delitescit. Murtiæ quoque Idolum fecit. Murtiam enim Deam amoris volunt, cui in illa parte ædem vovere*, &c. *Nunc de artificio quo Circenses exhibentur. Res equestris retro simplex de dorso agebatur*, &c. *Itaque Castori & Polluci deputatur hæc species, quibus equos a Mercurio distributos Stesichorus docet* (Hæc verba ita interpretor. Olim equos non ephippiis & sella onerabant, sed, ut Scythæ & Afri, dorso nudo insidebant, nec bigis, aut trigis vectabantur, sed singulatores erant, quales Castor & Pollux Cyllaro equo usi.) *Sed & Neptunus equestris est*, ait Tertullianus, [B] *quem Græci* ἵππιον *appellant. De jugo vero quadrigas Soli, bigas Lunæ sanxerunt. Sed &*,

Primus Ericthonius currus, & quatuor ausus
Jungere equos, rapidisque rotis insistere victor.

Ericthonius Minervæ & Vulcani filius, &c. *Si vero Trochilus Argivus auctor est currus, primo Junoni id opus suum dedicavit. Si Romæ Romulus quadrigam primus ostendit*, &c. *Idem est Quirinus*. Postea de coloribus agit in hæc verba: *Ab initio duo soli fuerunt, albus, & russeus: albus hyemi ob nives candidas; russeus æstati ob Solis ruborem voti erant. Sed postea tam voluptate, quam superstitione provecta, russeum alii Marti, alii album Zephyris consecrave-* [C] *runt; prasinum vero terræ matri, vel verno, venetum cœlo & mari, vel autumno*. Subjeci verba Tertulliani, subjiciam & Cassiodori l. III. *Variar.* epist. LI. quæ paulo planiora sunt: *Primus*, inquit, *hoc apud Elidem Asiæ civitatem* (lego *Græciæ*) *Oenomaus fertur edidisse, quod postea Romulus in raptu Sabinarum, nec dum fundatis ædificiis, ruraliter ostentavit Italiæ. Sed mundi dominus ad potentiam suam opus extollens, mirandam etiam Romanis fabricam in vallem Martiam tetendit Augustus* (*Murciam* lege) *ut immensa moles firmiter præcincta montibus contineret, ubi magnarum rerum indicia clauderentur. Bissena quippe ostia ad* XII. *signa posuerunt.* [D] *Hæc ab Hermulis funibus demissis subita æqualitate panduntur, docentes totum illic, ut putabant, consilio geri, ubi imago capitis cognoscitur operari*. (Hoc dicit, quia Hermulæ capita Mercurii erant collo tenus expressa, quæ ostia Circi funibus demissis aperiebant.) *Colores autem in vicem temporum quadrifaria divisione funduntur. Prasinus virenti verno, venetus nubilæ hyemi, roseus æstati flammeæ, albus pruinoso autumno dicatus est, ut quasi per duodecim signa digrediens annus integer signaretur..... Biga quasi Lunæ, quadriga Solis imitatione reperta est. Equi desultorii, per quos Circensium ministri missus* (ita lege, non *missos*) *denuntiant exituros,* [E] *luciferi præcursorias velocitates imitantur........ Alba linea non longe ab ostiis in utrumque podium quasi regula directa producitur: uti quadrigis progredientibus inde certamen oriretur; ne dum se propere conantur elidere, spectandi voluptatem viderentur populis abrogare. Septem metis certamen omne peragitur* (id est, septeno spatio, seu circuitu circa metam ultimam) *in similitudinem hebdomadis reciprocæ. Ipsæ vero metæ secundum zodiacos decanos ternas obtinent summitates, quas ad instar Solis quadrigæ celeres pervagantur. Rotæ Orientis & Occidentis terminos designant. Euripus maris vitrei reddit imaginem, unde illuc Delphini æquorei aquas interfluunt.* [F] *Obeliscorum quoque prolixitates ad cæli altitudinem sublevantur, sed potior Soli, inferior Lunæ dicatus est, ubi sacra priscorum Chaldaicis signis, quasi literis indicantur. Spina infelicium captivorum sortem designat, ubi duces Romanorum supra dorsa hostium ambulantes laborum suorum gaudia perceperunt. Mappa vero, quæ signum dare videtur Circensibus: tali casu fluxit in morem. Cum Nero prandium protenderet, & celeritatem, ut assolet, avidus spectandi populus flagitaret, ille mappam qua tergendis ma-* [A] *nibus utebatur, jussit abjici per fenestram, ut libertatem daret certaminis postulanti. Hinc tractum est, ut ostensa mappa certa videatur esse promissio Circensium futurorum. Circus a circuitu dicitur, Circenses quasi circum enses; propterea quod apud antiquitatem rudem, quæ necdum spectacula in ornatum deduxerat fabricarum, inter enses & flumina locis virentibus agerentur. Nec vacat quod* XXIV. *missibus conditio hujus certaminis expeditur; profecto ut diei, noctisque horæ tali numero clauderentur. Nec illud putetur irritum, quod metarum circuitus ovorum erectionibus exprimatur, quando actus ipse multis superstitionibus gravidus, ovi exemplo, geniturum se ali-* [B] *qua profitetur. Et ideo datur intelligi volitantes, atque inconstantissimos inde mores nasci, quos avium moribus aptaverunt*, &c. *quod illic supra cætera spectacula fervor animorum inconsulta gravitate rapiatur. Transit prasinus, pars populi mœret, præcedit venetus, potior turba civitatis affligitur. Nihil proficientes ferventer insultant, nihil patientes graviter vulnerantur, & ad inanes contentiones sic descenditur, tanquam de statu periclitantis patriæ laboretur.* Lege eadem de re Corip. l. I. cujus & hos versus accipito:

Solis honore novi grati spectacula Circi
Antiqui sanxere patres, qui quattuor esse
[C] *Solis equos quadam rerum ratione putabant,*
Tempora continui signantes quatuor anni,
In quorum specie signis, numerisque, modisque,
Aurigas totidem, totidem posuere colores.
Ipse ingens Circus plenus ceu circulus anni,
Clauditur in teretem longis anfractibus orbem,
Amplectens geminas æquo discrimine metas,
Et spatium mediæ qua se via pandit arenæ.

Verba Cassiodori de ovis Circi quæ supra recitavi mendosa sunt. Ea sic restituenda puto; Nec illud putetur irritum, quod metarum circuitus ovorum erectionibus exprimatur, quando actus ipse multis superstitionibus gravis, ovi exemplo geniturum se [D] avem aliquam profitetur. Ludi Circenses graphice pinguntur a Sidonio in *Narbone*:

Tunc cœtus juvenum, sed aulicorum
Elæi simulacra torva campi
Exercet spatiantibus quadrigis,
Et jam te urna petit, cietque raucæ
Acclamatio sibilans coronæ.
Tunc qua est janua, Consulumque sedes
Ambit quam paries utrinque senis
Cryptis, carceribusque fornicatus,
Uno e quatuor axe forte lecto
Curvas ingrederis premens habenas.
Id collega tuus, simulque vobis
[E] *Pars adversa facit, micant colores*
Albus, vel venetus, virens, rubensque,
Vestra insignia continent ministri.

Duodecim carceres vel potius cryptas, & ostia ponit, & januam qua Consules in suam sedem ascenderent, & parietem utrinque senis carceribus fornicatum, qui sedem Consulum ambiret. Marcellinus Comes in *Chronico* Indict. VI. Justiniano Cos. anno Regiæ urbis conditæ CXCVIII. Regium vestibulum, priscumque in eo solium ob aspicienda, probandaque in Circo certamina structum, Victor Justinianus Princeps eminentius, clariusque quam fuerat, & utramque Senatorum ex more spectan- [F] tium porticum solita magnanimitate redintegravit. Unde colligas, in oppido supra carceres ubi Consulibus locus, & ipsi Principi assignatus est, duas fuisse porticus, e quibus Senatores spectarent. Eum locum dictum oppidum infra ostendemus. Varro libro IV. *de ling. Latina*: *In Circo primo unde mittuntur, nunc dicuntur carceres*: Nævius oppidum appellat. Carceres dicti quod coercentur, ne inde exeant, antequam Magistratus mittit. Fest. Oppidum dicitur & locus in Circo unde quadrigæ emittuntur.

tuntur. Primus Claudius Senatoribus propriam sedem attribuit. Suetonius cap. XXI. de Claudio: *Circo maximo marmoreis carceribus, auratisque metis exculto, propria Senatoribus constituit loca promiscue spectare solitis*. Circum maximum Julius Cæsar Euripo addito ab utraque parte produxit, narrante Suetonio cap. XXXIX. Plinius lib. XXXVI. cap. XV. *Nam ut Circum maximum a Cæsare Dictatore exstructum longitudine stadiorum trium, latitudine unius, sed cum ædificiis jugerum quaternum ad sedem* CCLX. *millium inter magna opera dicamus*. Eundem Circum exornavit Augustus, apud Cassiodorum lib. III. epist. LI. Sub Tiberio ea pars Circi quæ Aventino proxima est, & ipse collis Aventinus conflagravit. Tacitus lib. VI. *Annal.* cap. XLV. *Idem annus gravi igne urbem affecit, deusta parte Circi quæ Aventino est contigua*. Apud Sueton. cap. V. Domitianus ex lapidibus naumachiæ maximum Circum deustis utrinque lateribus exstruxit. Apud Dionem Trajanus Circum maximum collapsum ampliorem & elegantiorem restituit. Quare in ejus nummis Circus maximus hodieque visitur. Circi ruinam Antoninus Pius mirifice instauravit, ut prodit Capitolinus. Halagabalus Circum columnis pulcherrimis & auro illustravit, & illius pavimentum chrysocolla renovavit. Alex. Severus lenonum, meretricum, & exoletorum vectigal sumptibus publicis ad instaurationem Circi, Theatri, Amphitheatri, & Ærarii designavit, narrante Lampridio. Nazarius in *Panegyr. Constantini*: Circo ipsi maximo sublimes porticus, & rutilantes columnæ tantum inusitati ornatus dederunt, ut illuc non minus cupide conveniatur loci gratia quam spectandi voluptate. Podium murus fuit in ambitum Circi ante gradus, in quo victoriæ gypseæ cum palmis collocabantur, ut docet Spartianus in *Severo*. Sidonius in *Narbone*:

Totas ad podium ferens habenas.

Qui accedebat ad podium, recedebat a metis. Hippodromus Græcis non tantum dictus Circus qualis Romæ, sed locus arboribus hinc & inde consitus, ubi ad cursum incitarentur equi: apud Plin. lib. V. epist. VI. Apud Eusebium lib. I. *Ecclesiast. Hist.* cap. VIII. Herodes morti propinquus τὰς ἐπισήμους συναγαγὼν εἰς τὸ καλούμενον ἱππόδρομον, *cum vocasset in Circum nobiles viros*. Lege Balsamonem in cap. LXIV. Synodi Carthag. & Trullanæ c. XXIV. Circus maximus amplissimis ædificiis, porticibus, & templis a Tarquinio Prisco, & aliis viris principibus ornatus est. In fragmentis antiqui Calendarii, Veneris, & Summani templa ad Circum maximum sita fuisse dicuntur. De Veneris æde Livius lib. X. *Quint. Fabius Maximi filius Gurges aliquot matronas ad populum stupri damnatas pecunia multavit, ex quo multatitio ære Veneris ædem quæ prope Circum, faciendam curavit*. Idem l. XXXVI. *Juventutis ædem in Circo maximo Cajus Licinius Lucullus Duumvir dedicavit*. Plinius l. XXIX. c. IV. *Supplicia annua canes pendunt inter ædem Juventutis, & Summani*. Ad Circum maximum Cereris & Herculis Pompejani templa fuisse docet Victruvius l. III. c. II. Apud Plinium lib. XXXIV. c. VIII. Hercules a Myrone factus fuit in æde Pompeii magni ad Circum maximum. Ibidem erant lupanaria. Lampridius de Halagabalo; *Omnes de Circo, de Theatro, de stadio, & de omnibus locis, & balneis meretrices collegit*. Juvenalis satyr. III.

A *—— & ad Circum jussas prostare puellas.*

Ad Circum maximum signum Vortumni fuit in ultimo vico turario sub basilicæ angulo, ait Pedianus ad lib. III. *in Verrem.* prope Circum eundem erat & Velabrum, ut docet Plutarch. in *Romulo*, qui eam partem urbis incoluit, qua ex Circo maximo in palatium itur, juxta quem locum sunt quos pulchri littoris gradus vocitant. Eodem in loco ferunt sacram Cornum fuisse. Prope Circum erat imago magna Apollinis Carthagine advecta, & T. Quinctii Flaminii, qui Philippum Regem Macedonum vicit, ænea statua, cum Græca inscriptione, B narrante Plutarcho in *Flaminio*. Sternebant Circum maximum ramentis lapidis albi, minio, aut chrysocolla. Plinius libro XXXVI. de lapide albo: *Invenere & alium usum ejus lapidis, in ramentis quoque Circum maximum sternendi, ut sit in commendatione & color*. Sueton. cap. XVIII. scribit, Caligulam minio, & chrysocolla stravisse. Torrentius putat ideo factum, ut cum ipse prasinatus esset concolori panno aurigaretur: mendose, cum apud Plinium lib. XXXIII. cap. V. chrysocolla lutea sit, minium rubeum. Apud Tacitum libro *Ann.* XV. sub Nerone Circus conflagravit. *Initium in ea parte* C *Circi ortum quæ Palatino, Cælioque montibus contigua est*. Auson. de Circo:

Amplificata loci species, populique voluptas
Circus, & inclusi moles cuneata Theatri.

In Circo naumachias editas scribit Dio in *Domitiano*, qui tamen locum alium effodit, ubi naumachia fieret. De Valle Martia dubitant eruditi viri, quod Claudianus lib. II. *de laudibus Stiliconis* dixerit,

—— quoties vallis tibi Martia dicet
Nomen Aventino Pallantæoque recessu.

D Symmachus lib. X. epist. XXII. Malo fremitum Martiæ vallis exponere atque illam quadrigarum distributionem. Cassiodorus l. III. *Variar.* epist. V. *Mirandam etiam fabricam in vallem Martiam tetendit*. Sed cum Circus maximus situs fuerit inter Aventinum & Palatium colles, vallis Martia exaudiri apud Claudianum nequit, qui vallem Circi maximi non in campo Martio, sed in Aventino & Pallantæo recessu ponat. Quare & apud Symmachum, & apud Cassiodorum, & Claudianum *Murcia* vallis pro *Martia* substituenda est, de qua Servius: *Cavea*, inquit, *est ubi* E *populus spectat, vallis autem ipsa ubi Circenses editi sunt, ideo Murcia dicta est, quia quidam vicinum montem Murcium appellatum volunt*. Alii quod fanum Veneris Verticordiæ ibi fuerit, circa quod nemus murtetis fuisset, inde mutata litera *Murcium* appellatum. Alii Murciam a Murco, quod est murcidum, dictam volunt. Pars a Dea Murcia dicit. Tertullianus cap. VIII. *de spectacul.* metas Murcias commemorat. Plinius lib. XV. cap. XXIX. Romæ *ara vetus Deæ Myrteæ, quam nunc Murciam vocant*. Pub. Victor lib. *de regionibus urbis* ponit ædem Murtiæ in XI. regione. Arnobius lib. IV. Deam Murtiam præsidem segnium esse ait: ut F & Sanctus Augustinus lib. *de Civitate Dei* cap. XVI. Varro: intimus Circus ad Murtim vocatus. Tertulliani verba sunt lib. *de Spectaculis* cap. VIII. *Consus apud metas sub terra delitescit. Murciam quoque idolum fecit*. Item cap. V. *Et nunc ara Conso illi in Circo defossa est ad primas metas sub terra cum inscriptione hujusmodi*; CONSUS CONSILIO, MARS DUELLO, LARES COMITIO POTENTES. Apulejus lib. VI. *Milef.* metas Murcias memorat. De valle Circi maximi

Ovid. lib. II. *Fastor.*

Quaque jacent valles maxime Circe tuæ,

Claudianus *Panegyr.* VI. *Cons. Honorii*:

Consensuque cavæ sublatus in æthera vallis
Plebis odoratæ reboat clamor. ——

Qui notas scripsit ad Corippum non vidit, caveam non tantum dici ubi gladiatores depugnarent, aut in qua feræ clauderentur, sed in ipsis etiam gradibus esse summam, imam, mediam caveam, ubicunque spectacula ederentur. Idem apud Claudianum, & Cassiodorum *Marciam* vallem pro *Murcia* legit, inscite. Murtiæ meminit Livius lib. I. *Latinis, ut jungeretur Palatio Aventinum, ad Murtiæ datæ sedes.* Apud Varronem vallis Murcia a proximo colle Murco nomen obtinuit. Is est Aventinus, qui Murcus, alias Murceus dictus, a sacello Veneris Murciæ in eodem constructo. Festus Murciæ Deæ sacellum sub monte Aventino ponit, qui antea Murcius vocitatus, quod e lapidibus velut muro constructus sit. Varro *de lingua Latina* lib. IV. *Intimus Circus ad Murcium* [vel *Murtim*] *vocatus, ut Procilus ajebat; ab urceis, quod is locus esset inter figulos.* Sanctus Augustinus lib. IV. *de civit.* Deam Murciam quæ præter modum non moveret, ac faceret hominem, ut ait Pomponius, marcidum, id est, nimis desidiosum. Apud Ammianum murci dicti qui sibi pollices præcidunt ne militent.

CAP. III.

De forma Circi.

CIRCUS longiori facie fuit, & in orbem aliquo modo ducta, quæ ab ovi specie non longe abesset, atque ad Amphitheatri formam accederet: quare a Dionysio Halic. l. IV. p. 142. ἀμφιθέατρον ἱππόδρομος vocatur, & a Virgil. l. V. *Æneid.* ita describitur, ut spatium interceptum inter duos montes accurvos, aut geminum veluti Theatrum esse putes. sic ille:

Gramineum in campum, quem vallibus undique curvis
Cingebant sylvæ, mediaque in parte Theatri
Circus erat.

Geminum autem Theatrum, quod & Amphitheatrum dicitur, rotundum fuisse in ovi speciem, nemo dubitat, Calpurnio canente,

Et geminis medium se mollibus alligat ovum.

Unde & Circum pro Amphitheatri cavea posuit Acron *in Horat.* his verbis; *Vadem gladiator stans ad crepidinem Circi sub circulo Amphitheatri, a populo petere, & impetrare solebat.* Nam & ipsum Theatrum, ait Dio Chrysostomus in Euboico, est ad instar vallis cavum, non tamen utrinque longum, sed media ex parte rotundum. τὸ δὲ θέατρόν ἐστιν ὥσπερ φάραγξ κοῖλον, πλὴν ὀ μακρὸν ἑκατέρωθεν, ἀλλὰ στρογγύλον ἐξ ἡμίσεως. Unde & Circum quasi circulum appellatum notat Corippus l. I. & teretem orbem, longis anfractibus fecisse. ejus verba sunt:

Ipse ingens Circus plenus ceu circulus anni,
Clauditur in teretem longis anfractibus orbem.

Apollonius l. IV. *Argonaut.* spatium illud ubi equi decurrerent, εὐρέα κύκλον ἀγῶνος vocat, id est, *latum circulum certaminis*: sic ille:

Ὡς δ᾽ ὅγ᾽ ἀνὴρ θοὸν ἵππον ἐς εὐρέα κύκλον
Ἀγῶνος στέλλει. ——

Id est, *ut autem cum vir celerem equum mittit in latum circulum certaminis.* Fuit igitur Circus longior quam latior, ut ex Dionys. liquet l. IV. κατεσκεύασε δὲ καὶ τὸν μέγιστον τῶν ἱπποδρόμων ὁ ταρκύνιος, τὸν μεταξὺ τοῦ αὐεντίνου καὶ τοῦ παλλαντίου κείμενον. μῆκος μὲν τριῶν καὶ ἡμίσεος ἐστὶν σταδίων, εὖρος δὲ τεττάρων πλέθρων. Id est, *extruxit autem maximum Circum Tarquinius Priscus, qui medius est inter Aventinum & Palatium, longitudine trium cum semisse stadiorum, latitudine quatuor jugerum.* Facit a Dionys. Plin. XXXVI. qui Circo maximo longitudinem tribuit trium stadiorum, latitudinem unius, cum ædificiis jugerum quaternum, ad sedem CCLX. millium. Quare ut ædificia numeres, haud paulo tamen longior quam latior Circus fuit. Longitudo enim fuit pedum MDCCCXC. latitudo DCCCCLX. tantum, ut altera parte & XXX. pedibus longior quam latior fuerit. Stadium quippe CXXVI. passus & pedes DCXXX. jugerum CCXL. pedes in longum amplectitur, ut Plinius l. I. cap. XXIII. l. XVIII. cap. III. Tria stadia cum dimidiato efficiunt bis mille ducentos quinque pedes: quatuor jugera nongentos sexaginta pedes continent. Sed hic mihi nota, Plinium ædificiis quatuor tantum jugera tribuere, Dionysium autem uni porticui VIII. stadia: quod si verum est, latior fuit Circus quam longior. πλέθρον autem hic pro jugero Italico accepit Dionysius. Apud Græcos enim, Suida teste, πλέθρον ultra centum pedes in longum non producitur, aut paulo plures, cum sit ἕκτον τοῦ σταδίου μέρος, id est, *sexta pars stadii.* Certe Circus latior fuit ad carceres, unde in spatium exibant equi, & quo longius procederet, eo angustior fiebat, ut obelisci jacentis figuram redderet. Ejus longitudo pariete interjecto in æqua utrinque latera dividebatur, hinc dextrum, illinc lævum, dextris & lævis ostiis opposita. paries hic a prima ad ultimam metam pertinebat.

CAP. IV.

De Circo maximo.

ROMÆ non unus Circus fuit, sed plures. Circus maximus omnium primus & nobilissimus, Tarquinii Prisci opus, ait Dionys. l. IV. situs erat inter Aventinum & Palatium colles, ubi Tarquinius XXX. tribubus sedes divisit, ut jam non stantes, sed sedentes spectarent, ait Dionys. Circum maximum colli Aventino vicinum fuisse indicat Martialis lib. VI. ep. LXIV.

Quinque videt propius magni certamina Circi,
Laudat Aventinæ vicinus Sura Dianæ.

Tarquinius euripo Circum hunc circumcinxit, tres addidit porticus lapideas, cum subselliis & foris, sic ut ex tribus una fieret in ambitu Circi, quæ CL. hominum millia caperet: verba Dionysii alio loco ponemus. Livius l. I. foros appellat tabulata furcis juncta XII. pedes alta, e quibus populus spectaret: ejus verba sic habent: *Tunc primum Circo, qui nunc maximus dicitur, locus designatus est, loca divisa Patribus, equitibusque; ubi spectacula sibi quisque facerent, fori appellati: spectavere furcis duodenos ab terra spectacula alta sustinentibus pedes: ludicrum fuit equi, pugilesque ex Hetruria maxime acciti solemnes: deinde annui mansere ludi, Romani magnique varie appellati.* Quo loco pugiles in Circo datos observabis, sicuti & naumachias, & venationes, quod alias docebimus. Varro l. IV. *de ling. Lat.* Circum maximum dictum esse ait, quod circum spectaculis ædificatus est, ibi ludi fiunt, & quod ibi circum metas fertur pompa, & equi currunt. Maximum vero, quod Deorum maximo Vortumno sacer est, aut quod in eo magni Circenses aguntur: aut, quod potius duco, quia inter Circos maximus est: quare vocatur a Dionysio Halic. μέγιστος τῶν ἱπποδρόμων. Is igitur a Tarquinio exstructus,

a Julio Cæsare sic restitutus, ut Plinius totam ædificii ejus fabricam ei ascribat. Sic enim lib. XXXVI. cap. XV. *Circum maximum a Cæsare Dictatore exstructum longitudine stadiorum trium*. Sueton. in *Julio* c. XXXIX. Julius euripum Circo addidit in gyrum, & spatium Circi ab utraque parte produxit, opus id a Julio restitutum Augustus & Trajanus auxerunt, ornaruntque. Cassiodorus l. III. epist. LI. *Sed mundi dominus*, ait, *ad potentiam suam opus extollens, mirandam etiam Romanis fabricam in vallem Martiam tetendit Augustus; ut immensa moles firmiter præcincta montibus contineret, ubi magnarum rerum indicia clauderentur*. Sed *Vallem Murtiam* est legendum, non *Martiam*, e Servio manuscripto, cujus verba hæc sunt: *Vallis, ubi Circenses editi sunt, ideo Murtia dicta est, quia quidam vicinum montem Murtim appellatum volunt*. Idem est error apud Symmachum l. X. c XXII. *malo fremitum Martiæ vallis*, lege *Murtiæ*. Varro l. IV. *de lingua Lat.* Circum intimum vocat interiorem partem magni Circi ad Murtim, qui a murcis, id est, figulis dicitur: ejus rudera hodie visuntur in vinetis Tiberi assitis Romæ, ut notat Fabricius, qui male *Circum ad murum* legit. Hic mihi nota, fuisse duas Circi maximi partes, Circum primum, ubi primæ metæ; intimum, ubi metæ ultimæ. a probatissimis authoribus duæ tantum metæ ponuntur, primæ & ultimæ, quod eæ præcipuæ ac veluti palmares essent. Caligula quoque Circum maximum ornavit, & chrysocolla minioque Circum maximum ornavit, & chrysocolla minioque stravit, authore Suet. Sed & opera Domitiani ad ornatum Circi aliquid attulere, teste Sueton. in *Domitiano* cap. V. in hæc verba: *Item Flaviæ templum gentis, & stadium, & odeum, & naumachiam excitavit; e cujus postea lapide maximus Circus, deustis utrinque lateribus, exstructus est*. Nero nihil addidit, sed potius detraxit, authore Sueton. in *Nerone* c. XXV. *Dehinc diruto Circi maximi arcu, per velabrum forumque, Palatium & Apollinem petiit*, cum e ludis Græciæ victor & ovans rediret. At vero Trajanus immensum latus Circi exstruxit; visenda sedes, quæ æquatis sit plebis ac Principis locis: si quidem per omne spatium una facies, omnia continua & paria, nec magis proprius spectandi Cæsaris suggestus, quam propria quæ spectat. *Locorum quinque millia adjecisti*, ait Plinius in *Panegyr. ad Trajanum*. Demum Heliogabalus columnas addidit auro insignes, & pavimenta ipsa scobe auri & argenti stravit, dolens quod non posset & electri, teste Lampridio in *eod.* cap. XXXI Plin. l. XXXVI. ramentis lapidis candidi Circus maximus sterni solitus. Nero chrysocolla sparsit arenam Circi, cum ipse concolori panno aurigaturus esset. Caligula minio & chrysocolla, authore Suetonio cap. XVIII. Videntur olim soli victores Principes Circum augendi, & pomerii proferendi jus habuisse; quod de Julio, Augusto, Trajano, supra ostendimus. Pompa enim victorum in Circo facta, ludicrumque Circense datum. Festus sic exaudiendus cum ait; dicitur auctum spatium Circi, quod supra definitum modum victoriæ adjungitur.

CAP. V.

De aliis Circis Romanis.

CIRCI primum authorem probatissimi scriptores Tarquinium faciunt, quidam a Romulo originem ejus petunt. Cyprian. lib. *de spectaculis*: *Romulus Conso quasi consilii Deo ob rapiendas Sabinas Circenses primus consecravit*. Cassiodorus lib. III. *Variar.* ep. LI. *quod* spectaculum *postea Romulus in raptu Sabinarum, nec dum fundatis ædificiis, ruraliter ostentavit Italiæ*. Cedrenus a Romulo non modo ludicrum Circense datum, sed & Circum exstructum instructumque docet p 121. ὁ ῥωμύλος κτίζει πρῶτον ἱππικὸν ἐν ῥώμῃ, ὃ κερμίσιον καλοῦσιν, εἰς τὴν ἑορτὴν τοῦ ἡλίου. τυποῖ δὲ τὰς μὲν δώδεκα θύρας τοὺς δώδεκα οἴκους τοῦ ζωδιακοῦ κύκλου, τὸ δὲ πέλμα τὴν γῆν πᾶσαν εἶναι, τὸν εὔριπον τὴν θάλασσαν ὑπὸ τῆς γῆς μεταξουμένης, τὸν δὲ ἐπὶ τὰς θύρας καμπτὸν (καμπτῆρας legerem libenter, ut prima meta intelligatur) τὴν ἀνατολήν, ἢ τὸν ἐπὶ τῇ σφενδόνῃ τὴν δύσιν. Id est, *Romulus condit primum Circum Romæ in honorem Solis: per* XII. *ostia*, XII. *domos zodiaci designat; per spatium ipsum & solum, universam terram; per euripum, mare quod terram mediam amplectitur; per metam quæ est ad ostia, ortum; per eam quæ est in funda juxta ultimam metam, occasum*. Xylander interpretatur καμπτὸν flexum qui ad fores est: male, ut infra cognosces, cum duas metas ortum occasumque designasse ostendemus. Facit a Cedreno Georgius Monachus in *Chronicis* nondum editis, ἔκτισε δὲ ῥωμύλος καὶ ἱππικὸν, θέλων σκεδάσαι τὸ πλῆθος τῶν ῥωμαίων, ὅτι στασιάζοντες ἐπήρχοντο αὐτῷ διὰ τὸν φόνον τοῦ ἀδελφοῦ, καὶ ἐπετέλεσε πρῶτος ἱπποδρομίαν ἐν ῥώμῃ, εἰς ἑορτὴν φασὶ τοῦ ἡλίου, καὶ εἰς τιμὴν τῶν τεσσάρων στοιχείων. Id est, *condidit Romulus Circum, volens dissipare multitudinem populi Romani, qui seditione orta in eum ferebatur ob fratris necem, & dedit primus ludicrum equestre Romæ in festum Solis, & honorem quatuor elementorum*. Hoc, meo animo, vult Monachus, non Circum a Romulo exstructum, sed decursionem ad ripam Tiberis habitam, quæ forte in causa fuit cur Cedrenus & Monachus in errorem inducerentur: res enim Romanæ tum temporis adeo tenues fuerunt, ut ob equorum inopiam diversis usi sint animalibus ad cursum, ut Servius VIII. *Æneid.* nedum ea magnificentia id temporis a Romulo Circus exstrui potuit. Primus igitur Circus a Tarquinio exstructus est, Maximus dictus: alter Flaminius appellatus, de quo Varro l. IV. *de L. L. Circus*, inquit, *Flaminius dictus est, quod ædificatus est circum Flaminium campum, & quod ibi quoque ludis tauricis equi circum metas currunt*. *In Circo enim Flaminio taurici ludi facti Tarquinio regnante, cum gravis pestilentia in mulieres incidisset, fœtus infecti ex carnis putore taurorum immolatorum*, ait Festus; ob id taurici ludi fiunt in Circo Flaminio, ne intra muros evocentur Dii manes. Sextus Rufus in Circo Flaminio ædem antiquam Apollinis cum colosso ponit, lavacrum Apollinis, stabula quatuor factionum, sacellum Herculi magno custodi, porticum Philippi, ædem Vulcani, si non in ipso Circo, certe non procul a Circo. Herculis illius custodis meminit Ovid. in *Fastis*:

Altera pars Circi custode sub Hercule tuta est.

Bellonæ ædes prope Circum Flaminium, qui nomen invenit a pratis Flaminiis, ait Livius lib. I. Prata Flaminia olim dicta, Circus Flaminius Apollinaris vocatus a vicino Apollinis templo, quod aliis magis conspicuum fuit in nona regione urbis. Livius lib. III. in prata Flaminia ubi nunc ædes Apollinis est, Circum jam tum Apollinarem vocabant. Plutarchus in *Romaicis* arbitratur, Circum hunc a Flaminio quodam appellatum, qui locum ad ædificium Circi dederit, & reditus Circensibus agendis assignarit: διά τι τῶν ἱπποδρόμων εἷς φλαμίνιος καλεῖται; ἢ ὅτι φλαμινίου τινὸς τῶν πα-

λαιῶν τῇ πόλει χώραν ἐπιδόντος, ἐχρῶντο τ̃ προσόδοις εἰς τὰς ἱππικὰς ἀγῶνας; ἔτι δὲ περιόντων χρημάτων κατεσκεύασαν ὁδὸν, ἣν καὶ αὐτὴν φλαμινίαν προσηγόρευσαν. Id eſt, *cur unus e Circis Flaminiis dicitur? an quia cum Flaminius unus e priſcis illis locum dediſſet, utebantur ejus redditibus ad curulia certamina? Cum autem adhuc ſupereſſent pecuniæ [Circo & ludis peractis] ſtraverunt viam, quæ & ipſa Flaminia dicta eſt.* Sed ut unus aliquis e veteribus Flaminiis locum huic Circo attribuerit, certe alius eſt, & recentior qui viam Flaminiam ſtravit, nempe Cn. Flaminius, qui per Hetruſcos Aretium viam Flaminiam duxit. Is Flaminius iterum Conſul apud lacum Thraſymenum cum quindecim Romanorum millibus bello Punico ſecundo ab Annibale cæſus eſt, cum ex hoſtium Gallorum (de quibus triumphavit) manubiis in cenſura anno urbis DXXX. viam Flaminiam ſtraviſſet, ut Livius & Feſtus docent. Atqui Circi Flaminii nomen fuit pene ſub primis Conſulibus, ut e l. III. Livii conſtat. Florus tamen l. XX. *Epitom.* a C. Flaminio Cenſore exſtructum, & appellatum eſſe vult; idque L. Veturio & C. Lutatio Coſſ. ſi Caſſiod. fides, ſic enim ille in *Chronico*: *L. Veturio & C. Lutatio Coſſ. Circus factus, qui Flaminius.* Martialis lib. XII. ep. LXXIV. ejus Circi meminit, in eoque vitri officinam fuiſſe ait:

Cum tibi Niliacus portet cryſtalla cataplus,
Accipe de Circo pocula Flaminio.
Nullum ſollicitant hæc, Flacce, toreumata furem,
Et nimium calidis non vitiantur aquis.

Erant ea vitra vilia, ſed quæ calidis aquis, ut cryſtallina & gemmata, non vitiarentur. De iiſdem loquitur paulo obſcurius l. XIV. ep. XCIV.

Non ſumus audacis plebeia toreumata vitri,
Noſtra nec ardenti gemma feritur aqua.

Erant quaſi cælata punctis coloratis, & cryſtallinis ſimilia, quare toreumata vocantur. Collocatur hic Circus a Sexto Rufo, & P. Victore in regione urbis nona. In prima regione Circus Antonini Caracallæ fuit cum obeliſco. Dictus eſt hic Circus *prætorianus*, quod ibi cohortis prætoriæ ſtatio fuerit, extra portam Capenam. Ejus veſtigia hodieque extant ad S. Sebaſtiani in quinta. Circus Aureliani cum obeliſco in ſexta; duo, alter ad portam Collinam, alter Circus Floræ, vel Floralium in valle, inter collem hortulorum, & Quirinalem, de quo Ovid. lib. V. *Faſtor.*

Circus in hunc exit, clamataque palma Theatris,
Hoc quoque cum Circi munere carmen eat.

Sextus Rufus Circum Floræ, templum Floræ, templum Salutis, & Serapeum in eadem regione ponit, in nona regione Circus Alexandri Severi, eo in loco, ubi nunc campus agonius. Idem domum & Circum Alexandri Pii Imperatoris ſtatuit in regione Circi Flaminii, ad hortos & thermas Agrippæ: in regione undecima Circus maximus, Circus intimus, & Circus Vaticanus, qui Circus dicitur Neronis, in valle inter Janiculum & Vaticanum; de Vaticano Sueton. in *Claudio* cap. XXI. *Circenſes in Vaticano frequenter commiſſi.* Apud Lampridium Heliogabalus quadrigas in Vaticano agitavit, dirutis ſepulchris quæ obſiſtebant. Plin. lib. XXXVI. c. XI. *Tertius obeliſcus Romæ in Vaticano, Caji & Neronis Principum Circo.* Tacitus *Ann.* lib. IV. *clauſumque valle Vaticani ſpatium, in quo equos regeret haud promiſcuo ſpectaculo.* Interdum in hortis aut porticibus agitarunt equos privatis Circenſibus. Nam & privati & publici Circenſes fuere, ut Lampridius in *Heliogab.* Sidonius in *Narbone*, & Sueton. in *Nerone* cap. XXII. Sed & in Capitolio Circenſes dati Latinarum feriis, queis victor abſinthium bibit. Plin. lib. XXVII. cap. VII. Circus Flaminius antiquiſſimus ſecundum Circum maximum fuit, cujus meminit Livius lib. III. Conſules, ne criminationi locus eſſet, in prata Flaminia, ubi nunc ædes Apollinis eſt, Circum jam tum Apollinarem appellabant, avocavere Senatum, ſub annum urbis CCC. Unde animadvertis, Circum Apollinarem, quia erat in pratis Flaminiis, Flaminium dictum. Livius tamen lib. XX. a Cajo Flaminio Conſule ſub annum DXXXI. Circum Flaminium exſtructum ſcribit, ut & Feſtus. Aſconius *ad Catilinar.* ait, ædem Apollinis fuiſſe extra portam Carmentalem inter forum olitorium, & Circum Flaminium. P. Victor; *Ædes antiqua Apollinis cum lavacro, & coloſſo, porta Carmentalis in radicibus Capitolii propter Circum Flaminium fuit.* Pompam in Circo Flaminio fieri ſolitam docet Valerius Maxim. lib. I. cap. VII. Idem lib. IV. cap. IV. Æliæ familiæ in Circo maximo, & Flaminio ſpectaculis locum fuiſſe ait; quæ quidem loca ob virtutem publice donata poſſidebant. Ejus Circi meminit Livius lib. XXXIX. & Cicero *pro Seſtio.* Idem lib. I. *Epiſt.* nundinarum panegyrim in eo Circo actam, & conciones habitas ait. Plutarchus Lucullum triumpho ſuo Circum Flaminium trophæis exornaſſe prodit. Auguſtus aquam in Circum Flaminium induxit, in qua XXXVI. crocodili ſunt occiſi, ait Dio lib. LV. Ante Bellonæ ædem ad Circum Flaminium columna parva fuit, bellica dicta, ſupra quam jaculum tranſmittebant cum bellum indicerent. Ad alteram partem Circi ædes Herculis pertinebat, ut Feſtus, & Ovid. ſcribunt, hic lib. VI. *Faſtor.*

Proſpicit a tergo ſummum brevis area Circum,
Eſt ibi non parvæ parva columna notæ.
Hic ſolet haſta manu belli prænuncia mitti,
In Regem, & gentes cum placet arma capi.
Altera pars Circi cuſtode ſub Hercule tuta eſt,
Quod Deus Euboico carmine munus habet.

In Circo Flaminio fuere ædes Herculis magni cuſtodis Circi Flaminii, ædes Martis, Vulcani, Bellonæ, delubrum Jovis Statoris, Pietatis, Caſtoris, Neptuni, de quibus Kalendarium vetus, Varro lib. VIII. Macrobius lib. III. *Saturnal.* Julius Obſequens lib. *de prodig.* Victruvius lib. IV. cap. VII. & vet. inſcriptiones. Livius lib. XXVIII. Ara Neptuni multo manaſſe ſudore in Circo Flaminio dicebatur. lib. XL. Marcus Lepidus Cenſor ædes Junonis Reginæ, & Dianæ in Circo Flaminio dedicavit. Conſule Plinium lib. XXXIV. cap. III. lib. XXXVI. c. V. Tertius Circus agonalis hodieque eſt in media urbe mercatu frequens, a Pub. Victore Circus Alexandri dictus, quod ab eo reſtitutus ſit. Varro lib. V. *de ling. Lat.* Agonales dies, per quos Rex in regia arietem immolat, dicti ab agone, eo quod interrogetur a principe civitatis, & princeps gregis immoletur. Feſtus; Agonium, id eſt, ludum ob hoc dictum, quia locus in quo ludi initio facti ſunt, fuerit ſine angulo. Hoſtiam antiqui agoniam vocabant. Gloſſæ Iſidori; Agones victimæ. Vet. gloſſæ; *Ἀγὼν ἀγορὰ παρὰ τοῖς Βοιωτίοις, ἢ διὰ τὸ ἄγειν, ἢ διὰ τὸ κυκλοτερῆ εἶναι, καὶ μὴ ἔχειν γωνίας. Agon Bœotis forum, quia ſit orbiculatum, & angulos non habeat*: forte Circus agonalis orbiculatus fuit. Quartus Circus Salluſtianus in hortis Salluſtii prope portam Collinam, ubi hodieque magnus obeliſcus litteris Ægyptiis inſignis, de quo Ammian. lib. XVII. Obeliſcus unus in Vaticano in hortis Salluſtii, duo in Auguſti monumento erecti ſunt. Livius lib. XXXVI. Ita inundavit Tiberis, ut ludi Apollinares Circo inundato extra porta Collinam ad ædem Veneris Erycinæ parati ſint. Cæterum lu-

dorum ipso die serenitate subita orta, pompa duci cœpta, ad portam Collinam revocata, deductaque in Circum est. Quintus Circus floralis fuit in Quirinali, in quo ludi florales editi; cujus meminit Pub. Victor. Sextus Vaticanus fuit, ubi hodieque obeliscus integer suo loco extat, cujus meminit Sueton. in *Claudio* cap. XXI. *Circenses frequenter in Vaticano commisit, nonnunquam interjecta per quinos missus venatione.* Apud Lampridium Halagabalus elephantorum quattuor quadrigas in Vaticano agitavit. Consule Plinium lib. XVI. cap. XL. Septimus Circus Neronis dictus trans Tiberim haud longe a Vaticano, prope Adriani molem in hortis Domitiæ Neronis Principis amitæ, a Nerone conditus, ab Adriano restitutus, cum Mausoleum suum ad Tiberis ripam exstrueret. Octavus Circus hodieque via Appia tertio ab urbe lapide pene integer visitur prope fanum S. Sebastiano sacrum, ubi superest ostium majus inter duodecim minora, & binæ metæ cum ternis per singulas ovis. Nonus Circus extra portas Labicanam, & Prænestinam simul junctas, non procul ab Amphitheatro castrensi, & templo S. Crucis in Hierusalem, militari voluptati exstructus. In Italia per urbes & pagos passim Circi olim erant, quorum vestigia multis locis comparent.

CAP. VI.

De circis aliarum gentium.

CIRCENSIS omnis ratio profecta est ab Olympia, unde & Acron Scholiastes Horatii ad hæc verba;

Metaque fervidis evitata rotis.

Circenses Olympiæ ludos vocat his verbis: *Circenses agonici in honorem Jovis Olympii sunt inventi apud Elidem.* Inde quadrigarii variis Circis, qui postea toto orbe exstructi sunt, equos agitarunt. Anagniæ in Italia Circum fuisse qui maritimus diceretur, indicat Liv. lib. IX. his verbis: *Concilium populorum omnium habentibus Anagninis in Circo, quem maritimum vocant:* in Circo enim, ut & in Theatro, propter loci amplitudinem conciones habebantur. Alexandriæ Circum fuisse sacræ literæ II. *Macchab.* docent. Dio Chrysost. Alexandrinum Circum clamosum, Rhodium quietum & bene moratum vocat. Athenis Circus ἐνεχελιδὼν dictus est ab Echelo conditore. Hesych. ἐνεχελιδὼν, ὁ ἀθηναίων ἱππόδρομος, ἀπὸ τοῦ ἐχέλου ἥρωος. vide l. *nemo C. de spectaculis.* Treveris in Gallia nobiles ab Imperatore post urbis suæ excidium Circenses postularunt, ait Salvian. lib. VI. *de provid.* Antiochiæ Circum fuisse docet Chrysost. Homil XVII. *ad pop. Antioch.* Duumviri Edessæ ludos Circenses edebant. l. *Circensium. Cod. de decurionib.* Circus Gazæ Palæstinæ fuit, authore Hieronymo *in Hilar.* item Alexandriæ, ut est apud Philostr. lib. V. *de Apollonii vita:* & Hierosolymis, apud Joseph. lib. XV. *Antiquit.* Cæsareæ Augustæ, lib. XVI. denique in cæteris matricibus urbibus. Quid attinet oratione singulas orbis partes peragrare, cum in veteribus urbium ruinis ejus rei alta vestigia defixa hodieque visantur? Constantinopoli Circus fuit & quidem amplissimus, a Severo Imperatore factus, authore Manasse in *Politicis*, vel ut Zozimus, a Constantino Magno, qui templum Castoris & Pollucis in eo locavit, simulacraque eorum addidit. Verba Manassis hæc sunt de Severo:

Τοῦτον ἀκούω δείμασθαι λουτρὸν τὸ τοῦ Ζευξίππου
Τὸ μέγα καὶ περίπυστον τῆς Βυζαντίδος θαῦμα.
Καὶ τοῦτο δὴ τὸ θέατρον τῆς ψυχαγωγίας
Τὸ πόλεις ὅλας ἱκανὸν στέγειν, καὶ γεναρχίαν,
Εν ᾧ πρὸς τέρψιν θέουσι ἁμιλλητῆρες ἵπποι.

Id est, *Severum audio exstruxisse balneas Zeuxippi, quod unum est e magnis & celeberrimis Byzantii miraculis; extruxisse quoque hoc Theatrum oblectationis, quod integras urbes earumque familias, & cives continere potest, in quo ad lætitiam currunt equi certatores.* Ismenius fidem astruit Manassi in suis fragmentis, ὁ Ζεύξιππος τὸ λουτρὸν Σεβήρου καλεῖται, ὃ σὺν ἱπποδρομίῳ ἔκτισε, id est, *Zeuxippus lavacrum Severi Imper. dicitur, quod ædificavit cum Circo.* Suidas in *Severo:* καὶ παρέσχεν αὐτοῖς θεάτρου καὶ κυνηγίων στοὰς, καὶ ἱπποδρόμιον ᾠκοδόμησεν ἰκρίοις καὶ ἐμβόλοις διακοσμήσας, ἀγοράσας οἰκήματα καὶ κήπους ἀπό τινων ἀδελφῶν ορφανῶν, καὶ τὰ περικείμενα τῷ ἱπποδρομίῳ διακόψας δένδρα εἰς τὸ νῦν ὁρώμενον διεκόσμησε σχῆμα συζεύξας αὐτῷ, καὶ λουτρὸν ἐν τῷ ἱερῷ τοῦ Διός, ὅπερ ἐκαλεῖτο Ζεύξιππον. Ejus rei tantum fuit in ea urbe studium, ut Circensium natales etiam ætate Tiberii Imperatoris (quod Cedrenus γενέθλιον ἱππικὸν vocat) celebrarentur; qua de re Himerius in suis fragmentis nondum editis: γενέθλια τῆς πόλεως καὶ τοῦ μεγάλου ἱπποδρομίου ἅμα εἰς μνήμην αἰώνιον κωνσταντίνου πολλὰ κἀκεῖσε χαρισαμένου. Id est, *natales urbis, & Circi maximi simul in memoriam æternam Constantini magni, qui magna, & multa in eum locum contulit, celebrabantur.* Fuit is Circus in III. urbis regione, duoque in eo obelisci, ut & in Circo maximo Romæ; quorum alter in medio hippodromo, pro meta fuit, ubi & colossus obelisco altior, a Constantino magno si non extructus, certe auctus, & ornatus est. Is enim non modo tripodes Delphicos in Circo statuit, sed & tripodem illum nobilem, qui Mardonio victo a Græcis Apollini consecratus est, autore Zozimo lib. II. pag. 62. καὶ τὸν ἱππόδρομον, εἰς ἅπαν ἐξήσκησε κάλλος τὸ τῶν διοσκούρων ἱερὸν μέρος αὐτοῦ ποιησάμενος, ὧν καὶ τὰ δείκηλα μέχρι νῦν ἔστιν ἐπὶ τῶν τοῦ ἱπποδρόμου στοῶν ἑστῶτα ἰδεῖν, ἔστησε δὲ κατὰ τὸ τοῦ ἱπποδρόμου μέρος, καὶ τὸν τρίποδα τοῦ ἐν δελφοῖς Απόλλωνος ἄγαλμα. Eusebius in *vita Constantini* ait, eum in Circo constituisse tripodem, circa quem serpens in spiras volveretur. De hoc loquutum arbitror Nazianzenum oratione *in Arianos* pag. 167. ἱππικὰ βασίλεια καὶ κάλλη στοῶν, καὶ τὸ ἄπυστον τοῦτο ἔργον ὁ ὑποχθόνιος καὶ ἀέριος ποταμὸς, ὁ λαμπρὸς στύλος οὑτοσὶ καὶ ἀποβλεπτος. Id est, *Circus Imperatorius, & pulchritudines porticuum, & inauditum illud opus fluvius subterraneus & aereus & illustris hæc columna, & spectanda.* Circum numerat, & porticus in Circo, & euripum, quem sub terra labi, & in aere versari ait, & obeliscum. Forte per fluvium illum subterraneum aliquem fluvium intelligit, qui per tubos & fistulas in urbem induceretur, quasique in aere penderet; hic οὐδὲν ὁρίζω. Varia certe ornamenta fuere in Circo Constantinopolitano, statuæ Imperatorum, simulacra plurima, quæ Roma deportanda curaverant, lib. IV. Græc. epig.

Πῶλον ὁμοῦ, καὶ ἄνακτα, καὶ ὀλλυμένην βαβυλῶνα
Χαλκὸς ἀπὸ σκύλων ἔπλασεν ἀσσυρίων.
Εστὶ δ' ἰουστινιανός.

Id est, *Regem equo insidentem, & Babylonem peremptam e spoliis Assyriorum æs formavit; est autem Justinianus.* In Circo enim Julianus præfectus prætorio Orientis, Justiniani posuit statuam equestrem,

aliam posuit eidem equestrem Eustathius, ut eodem loco notatur:

—— Πῶλον ὑπὲρ νίκίω στεφανηφόρον ἄλλίω
Εὐστάθιος.

Nec enim duo illa epigrammata de eadem statua accipio, cum sint diversi qui posuerunt. Illum Eustathium fuisse arbitror præfectum urbi Constantinopol. ait enim:

Σῆς ῥώμης γενέτης ϗ παῖς εὐστάθιος.

Tuæ Romæ patet & filius Eustathius: aut certe patrem & Senatorem vocat. Fuit & Minerva ephippiis aureis insidens, & Dracontæon, quod Arcadii vultus expressit. Unde in hunc diem oracula non pauca referuntur, ait Himerius Chartularius. Supra Dracontæon Hyæna Antiochia missa, quæ prima Constantinopoli visa est. Verba ejus sic habent: ἐν τῷ ἱπποδρομίῳ εἴδωλα πολλὰ ἐκ τῆς ῥώμης ἥκοντα γεγόνασι καθεζομένη γυνὴ ἐν σελλίῳ χαλκῷ ἀθηνῶν. τὸ δρακοντᾶιον ἀρκαδίου μὲν ἐκτύπωμά ἐστι, ὅθεν καὶ χρησμοὶ ἕως τῆς δεῦρο οὐκ ὀλίγοι [illegible] ... τοῦ δρακοντ[illegible] ... ἐλήλυθεν. addidit deinde, ἐν τῷ ἱπποδρομίῳ ἀναστάσιος μοναχὸς δι᾽ ἀληθείας τρόπων ἀντιλέγων τῷ βασιλεῖ ἐκαύθη. Id est, *in Circo Anastasii Monachus ob probitatem morum arguens Imperatorem, & contradicens ei vivus crematus est*. in Circo enim & Amphiteatro nocentes urebantur. Zonaras tom. III. pag. 238. ἐν τῷ τῆς ἱππηλασίας θεάτρῳ καίονται, Id est, *malefici Constantinopoli in Theatro aurigationis comburuntur*. Si antiquiora placent, lib. II. *Machab.* post epistolam Ptolemæi, elephantes in hippodromum Alexandriæ ad obterendos Judæos inducuntur. Aliud apud Nicetam habes l. I. *Andronic.* de Amphitheatro exempla prostant ubique. Euseb. l. III. *Eccles. Hist.* καὶ περιαχθεὶς κύκλῳ τοῦ ἀμφιθεάτρου πίνακος αὐτὸν προάγοντος, ἐν ᾧ ἐγέγραπτο ῥωμαϊστί. Id est, *& circumductus in Amphiteatro per orbem & ambitum, præeunte tabella, in qua scriptum erat Latinis verbis*. Ibidem ait, εἰς γύργαθον βληθεῖσα ταύρῳ παρεβλήθη. Id est, *in canistrum conjecta in Amphitheatro, objecta est tauro*. Suidas clare; ἐν τῷ κυνηγίῳ καλουμένῳ ἐρρίπτοντο οἱ βιοθάνατοι. ἦσαν δέ τινες ἐκεῖ στῆλαι, καὶ ἀπελθὼν θεόδωρος ὁ ἀναγνώστης μεθ᾽ ἱμερίου χαρτουλαρίου. Id est, *in Amphitheatrum, ubi venationes dabantur, malefici, quibus vis animam extorquebat, conjiciebantur. Erant autem quædam ibidem columnæ, & abiens Theodorus lector cum Himerio Chartulario*. κυνήγιον autem Circus est, aut Amphitheatrum, nam utrobique venationes datæ. Illud notum ex Valerio Maximo de furcifero servo per Circum domini jussu vapulante, cum Jupiter respondit, præsultorem Circensi pompa sibi non placuisse; unde priscum morem agnoscas, servos cruciarios sub furca per Circum traducendi. Suidas in *Valentiniano*: τὸν πραιπόσιτον ῥόδανον ἐν τῷ ἱππικῷ πυρὶ παραδίδωσι. *Præpositum*, inquit, *Rhodanum in Circo igne cremat*. Sed in viam redeamus e diverticulo. *In Circo erat simulacrum hominis galea capite tecto, reliquo corpore nudo, & inter geminos Britannos simulacrum id tegebatur. Asclepiodorus sub Anastasio, videns simulacrum majus quod est in Circo, manu vultum tegere, dixit; o violentia, quia paupertas omnis humana in unam hominis prudentiam mulctatur*. Forte melius vertas, *ab una hominis prudentia damnum accipit*. Verba Himerii pono: ἐν ἱππικῷ ἐστὶν ἀνδρείκελον ἀγαλμα ἐπικεφάλαιον ἐπὶ κεφαλῇ περιέχον, γυμνόν τοι ὅλως, ϗ ἐν τοῖς διδύμοις βρεττανοῖς ἐπικεκαλυμμένον. ἀσκληπιόδωρος ἐπ᾽ ἀναστασίου ἰδὼν τὸ ζώδιον τὸ μέγα, τὸ ἐν τῷ ἱππικῷ, τὴν χεῖρα ἐπὶ τοῦ προσώπου κατέχον, ἔφη, ὦ βία, ὅτι πᾶσα ἀνθρωπίνη ἡ ἔνδεια εἰς μίαν ἀνθρώπου φρόνησιν ζημιωθεῖσα. Ad columnam, quæ tabula dicitur, Imperator excipiebat gentium exterarum Principes, eaque erat argentea, ut Sozomenus ait, ἐν στήλῃ τῇ λεγομένῃ ταύτῃ βασιλεὺς ἐδέχετο τοὺς ἀπὸ τῶν ἐθνῶν δυνάστας. ἀργυρέα δέ τις ἦν, ὡς σωζόμενος ἔφη. verba sunt Ismenii. *In Circo in medio ejus loci, qui sessio dicitur, Diocletiani statua est: ibidem & statua est Dianæ, ad quam luctatores exercentur*. ἐν ἱπποδρομίῳ ἀναμέσα τοῦ λεγομένου καθίσματος, ἡ τοῦ Διοκλητιανοῦ στήλη. ἡ ἀρτέμιδος στήλη ἐν τῷ ἱπποδρομίῳ, ἔνθα γυμνάζονται οἱ παλαίοντες. deinde ait Ismenius, ἡ στήλη [illegible] πρὸς τῷ Ζευξίππῳ Ἰουστινιανοῦ ἐστὶν, ἣ καθίδρυται κράζοντος τοῦ πρασίνου μέρους, Ἰουστινιανὸς καὶ Κωνσταντῖνος νέοι ἀπόστολοι. Id est, *statua ad Zeuxippum est Justiniani, quæ posita est clamante factione Prasina, Justinianus & Constantinus novi Apostoli*. Ex Iconio allatæ sunt aliquot statuæ, simulque Jovis statua, quæ in Circo est; quatuor equulei aurei coloris, qui supra Circum feruntur ex Chio asportati sunt. ἐξ ἰκονίου στῆλαι ἥκασι καὶ ἡ τοῦ διὸς ἐν ἱπποδρομίῳ. (illud ἡ in manuscripto desideratur.) τέσσαρα ἱππάρια χρυσόχροα, τὰ φερόμενα ἄνωθεν τοῦ ἱππικοῦ ἥκασι. Memorabilem habet Himerius historiam, qua te fraudari nolo: nec enim contrita est, quæ forte non alias audita nostro sæculo. Eudocia cum Theodosio nupsisset, fratres ejus cum Philosophis Constantinopolim profecti, in Circum deducti sunt. Nomina Philosophorum Cranus, Carus, Pelops, Apelles, Nerva, Sylvanus, & Curvus. Theodosius dixit Philosophis Circum admirantibus, si miramini, philosophia excidistis. Apelles respondit; Non decet equos me mirari ob sessorem, cum sciam certo fore, ut equi in hominum tergo sedeant mutatis Olympiis. Nerva respondit; infaustam Imperatrici literam video, literam cum literis concurrentem. Per βασιλίδα forte Constantinopolim aliis urbibus imperantem intelligit. Sylvanus intuens quoddam animalis ad Austrum simulacrum, in superiori parte genua defessa & callosa Cameli instar habens, ait, hoc animal indicio est fore, ut tempora quædam genuum robore privata Constantinopolim occupent. Curvus populum spectans, dixit; O plebs, perquam publici, & carnifices abundant! Pelops terminos equorum aspiciens, infit; Cujus hoc est problema? respondit Theodosius, Constantini; subdit Pelops: Is fuit aut Philosophus parum probatus, aut Imperator mendax. Videbat enim Pelops simulacrum quoddam animantis fæmineum, quadripertitis zodiaci literis inscriptum, aitque; O quater finite, ex quo Constantinus & innumeri proficiscerentur! Cranus Atheniensium philosophiæ sectæ procurator, ridens cachinnavit. Cui Theodosius; Quæ causa est risus & cachinni tui? ait ille; ex Magistratuum ac Principis inopia plurimus mihi risus obortus est. Verba Græca expectas. εἰ θαυμάζετε κατεφιλοσοφήθητε. ὁ ἀπέλλης ἔφη, μὴ θαυμάζειν ἐμὲ τοὺς ἵππους τῷ ἐπιβάτῃ, εἰδὼς ἀκριβῶς, ὅτι ἵπποι ἀνθρώπων ἐπιβάται γενήσονται, ἀλλασσομένων τῶν ὀλυμπίων. ὁ νερουὰς ἔφη, κακὸν τῇ βασιλίδι στοιχεῖον ὁρῶ, τὸ στοιχεῖον τοῖς στοιχείοις συντρέχον. ὁ σιλβανὸς ἰδὼν τὸ πρὸς μεσημβρίαν ζώδιον, ἐς τὸ ἄνω τὸ γόνυ κάμου (καμήλου lego) δίκην κεκμηκότα ἔφη, καιροὶ ἐπὶ τούτου ἀγόνατοι

ἔσονται. ὁ κύρβος τὸν δῆμον ἰδὼν, ὦ δῆμε, φησὶ, δι' ὧν δήμιοι περιασδύουσι. ὁ πέλοψ τοὺς ὅρους τῶν ἵππων ὁρῶν, εἶπε, τίνος τὸ πρόβλημα; τοῦ κωνσταντίνου, θεοδόσιος ἔφη. πέλοψ δὲ, ἐκεῖνος ἢ φιλόσοφος ἄκυρος, ἢ βασιλεὺς οὐκ ἀληθής. ἑώρα γὰρ θηλύμορφόν τι ζώδιον ὁ φιλόσοφος, τετραμερέσι ζωδιακοῦ γράμμασι γεγραμμένον, καὶ εἶπε, ὦ τετραπέρατε, ἐξ οὗ κωνσταντίνος καὶ ἀπέρατοι ἔσονται. ὁ κάρος ἔφη, δυστυχῆ μοι τὰ παντα φαίνεται, ὅτι εἰ ταῦτα τὰ στοιχεῖα ἀληθεύουσι, ἵνα τί ἡ κωνσταντίνου πόλις συνέστηκεν; Id est, *Carus ait; Infausta mihi omnia videntur, quia si hæ literæ vera canunt, ut quid Constantinopolis constituta est?* κρανὸς ὁ λογιστὴς ἀθλίων φιλοσοφίας μειδιῶν ἐπεκωκιᾷ. ὁ θεοδόσιος εἶπε. τίς ἡ αἰτία; κρανὸς δὲ, ἀποεναρχία τὸ πλεῖον γέλω εἰσκώπτειν. (lego, ἀπ' ἀναρχίας τὸ πλεῖον γέλωτος εἰς τὸ σκώπτειν.) νάρκισσος ὁ πραιπόσιτος δίδωσι ῥάπισμα, εἰπὼν, τῷ ἡλίῳ ὡς ἡλίῳ ἀποκρίνου, σκότος ὑπάρχων. τοῦ δὲ καὶ τὴν ἄλλην στρέψαντος, δίδωσιν ὁ νάρκισσος. κρανὸς ἔφη, οὐ δὶς ἐλάλησα. Id est, *Narcissus præpositus infligit Crano alapam, dicens, Soli ut Soli responde, cum sis caligo. Cumque Cranus alteram genam obvertisset, Narcissus iterum colaphum impingit. Cui Cranus, non bis loquutus sum.* Conquestæ essent de me literæ, si hoc antiquitatis monumentum domi clausum viris eruditis invidissem. Interim ex his Himerii verbis disce, Circum non modo statuis & columnis ornatum fuisse, sed eas statuas ut plurimum literis exaratas, quæ aliquid significarent, & a Magis, Philosophisque positas, quibus urbis fatum contineretur.

In spectaculis igitur noxii traducti, ut desultor ille apud Valerium Maximum, quem sibi non placuisse Jupiter pronuntiavit. Plutarch. lib. *de sera Numinis vindicta* scribit, τοὺς κακούργους ἐν τοῖς θεάτροις ἐν χιτῶσι διαχρύσοις, καὶ χλαμυδίοις, ἁλουργοῖς ἐστεφανωμένους, & πυρριχίζοντας θεατρίζεσθαι, καὶ ἐκπομπεύειν τοῖς ὄχλοις, *maleficos traduci in Theatro*, seu *Circo*, *spectante populo, in tunicis inauratis, & clamydibus purpureis coronatos, & Pyrrhicam saltantes*. Euseb. lib. v. *Histor. Eccles.* cap. I. περιαχθεὶς κύκλῳ τοῦ ἀμφιθεάτρου, *traductus in ambitum Amphitheatri*. Christiani sub Nerone pro cereis nocturno spectaculo in arena arserunt, ut ait vetus Scholiastes Juvenal. ad satyr. I. Tacitus lib. xv. Philo Judæus *in Flaccum*, & Hieronymus in *Polycarpo*, supplicia in Circis & Theatris habita scribunt. Interdum veteres historiæ in cruciarii, & malefici supplicio exhibebantur, ut sub persona Laureoli, Orphei, Scævolæ apud Martialem. Erant autem Romæ Circensium spectacula matutina & pomeridiana. l. 2. C. Theodos. *de spectacul.* Sanctus Augustinus lib. VIII. *Confess.* cap. VI. cum Imperator pomeridiano Circensium spectaculo teneretur. Tacitus loco cit. ludicrum Circense apud Bovillas actum esse ait. Idem lib. XIII. cautum scribit, ne Magistratus provinciæ Circense ludicrum edat. Ea spectacula dicta deliciæ populi. Martialis epig. II. *De Spect.*

—— Et sunt te præside Cæsar
Deliciæ populi. ——

Capitolin. in *Gordiano*: *post hæc tamen voluptatibus & deliciis populus Rom. vacavit.* Plures Circos variis Europæ & Asiæ locis fuisse vestigia, quæ hodieque supersunt, & gradus ac cunei abunde testantur. De Circo Mediolanensi Ausonius,

—— Tum duplice muro
Amplificata loci species, populique voluptas
Circus, & inclusi moles cuneata Theatri.

Socrates *Eccles. Hist.* lib. v. cap. XXVI. Theodosium A Imper. Mediolani ludos Circenses, quos victoriæ causa ediderat, mane spectasse, ait; pomeridie filium Honorium præsidere ludis jussit; quod idem Sozomenus narrat lib. VII. cap. XXVIII. Ammianus de Circensib. Romæ habitis lib. XIV. cap. VI. *Quod est studiorum omnium maximum, ab ortu ad vesperam Sole fatiscunt, vel pluviis, præmia aurigarum; equorumque velut præcipuas delicias scrutantes.* De ludis Curulibus Arelate exhibitis, eod. lib. cap. v. scribit in hæc verba; *Arelate hyemem agens Constantius post theatrales ludos, & Circenses ambitioso editos apparatu, insolentia pondera gravius librabat.* Tacitus lib. xv. *Ann.* cap. XXIII. Decretum a B Senatu, *ut ludicrum Circense, ut Juliæ gentis apud Bovillas, ita Claudiæ Domitiæque apud Antium ederetur.* De Circensibus Constantinopoli editis Ammianus Marcellinus libr. cit. cap. XI. *Ingresus* Gallus *Constantinopolim, tamquam in rebus prosperis & securis, editis equestribus ludis, capiti Coracis aurigæ imposuit coronam ut victoris.* Lib. XXII. cap. VII. *Mamertino Consule ludos edente Circenses, manumittendis ex more introductis.* Petrus Gilius lib. II. *de Topograph. Constantinop.* ait in medio hippodromo pro meta obeliscum extare supra quatuor tesseras æneas latas quoquoversus sesquipedem, altas tantumdem, sustentatas basi C & stylobate. In latere stylobatæ occidentali obelisci incisum est hoc epigramma:

Κίονα τετράπλευρον ἀεὶ χθονὶ κείμενος ἄχθος
　Μοῦνος ἀναστήσας θεοδόσιος βασιλεὺς.
Τολμήσας πρόκλος ἐπεκέκλετο, καὶ τόσος ἔστη
　Κίων ἠελίοις ἐν τριάκοντα δύο.

Columnam quatuor lateribus firmam, quod pondus semper antea humi jacuerat, solus Theodosius Imperator cum erexisset, vocato Proclo qui opus aggredi ausus est, tanta columna triginta duobus diebus est D *erecta*. In alio structili colosso in medio Circo hi versus incisi sunt:

Τετράπλευρον θαυμάτων μεταρσίων
Χρόνῳ φθαρὲν νῦν Κωνσταντίνος
Δεσπότης ὁ Ρωμανοῦ παῖς δόξα τῆς σκηπτουχίας,
Κρείττων νεουργὸς τῆς πάλαι θεωρίας.
Ὁ γὰρ Κολοσσὸς θάμβος ἦν ἐν τῇ ῥόδῳ,
Καὶ χαλκὸς οὗτος θάμβος ἐστὶν ἐνθάδε.

Colossum hunc quadrilaterum, qui inter sublimia miracula numerandus est, tempore corruptum, nunc Constantinus Dominus Romani filius, gloria Regum E *sceptrum gerentium erexit, melior est recens factus antiquo spectaculo. Colossus enim stupendus erat Rhodi, & æreus iste stupor est Constantinopoli.* Vide si lubet Gilium nostratem virum doctissimum. De Circo Constant. Corippus lib. II. *Justini*.

Protinus in magni surgit fastigia Circi.

Severus Augustus exstruxit Constantinopoli hippodromum eo loco, ubi prius erant horti duorum fratrum, & mulieris viduæ: in Chronico Constantinop. τὸ δὲ μέχρι τὸ νῦν σωζόμενον ἱππόδρομον F ἐκτίσθη παρ' αὐτοῦ σεβήρου κήπων ὄντων ἐκεῖσε δύο τινῶν ἀδελφῶν καὶ γυναικὸς χήρας; quod idem astruit Suidas in *Severo*. Quod autem dixi supra, sontes Constantinopoli in Circo traductos, aut etiam crematos, indicat Zonaras de Constantino Patriarcha, qui ludis Circensibus in asino per Circum traductus est, ὄνῳ ἐποχηθεὶς ἱπποδρομίας τελουμένης εἰσάγεται εἰς τὸ θέατρον ἐμπτυόμενος. Sæpe noxii ad stipitem surrecti a feris in Circo laniati. Artemidorus lib. II. *de somniis*: ἔδοξέ τις μεταμορφωθεὶς ἀκρόχειρ γεγονέναι, καταδικασθεὶς

ἐπὶ θανάτῳ προσδεθεὶς ξύλῳ ἐβρώθη ὑπὸ ἄρκτου. Sic & Mnestheus apud Vopiscum in *Aureliano* ad palum surrectus a feris laceratus est, & Martyres apud Euseb. lib. v. cap. I. Verba Artemidori Latina facio: *Quidam somnio sibi visus est transformatus, & summa manuum truncus, is cum esset capite damnatus, surrectus ad stipitem ab urso devoratus est.*

CAP. VII.

An ludi Circenses iidem essent cum magnis Romanis, aut Cerealibus?

QUOD Livius ponit lib. I. ludos Circenses a Tarquinio institutos, Romanos & magnos esse dictos, adstipulatorem habet Virgilium, qui lib. VIII. *Æneid.* magnos Circenses vocat etiam eos qui primi a Romulo in raptu Sabinarum editi sunt:

Nec procul hinc Romam, & captas sine more Sabinas,
Consessu caveæ, magnis Circensibus actis.

Quare & Ovidius elegia II. lib. III. *Amorum* maxima spectacula Circi vocat:

Maxima jam vacuo Prætor spectacula Circo
Quadrijuges æquo carcere misit equos.

Servius tamen Circenses magnos dici ait quantum ad paupertatem pristinam. Nam ob equorum inopiam diversis tum usi sunt animalibus. Sabinæ quidem Consualibus, id est, mense Martio raptæ sunt. Errant autem qui dicunt, Circensibus Megalacis, aut Romanis, qui fiunt ante Kal. Januarias. Hæc ille, meo judicio, parum commode, tum quia raptæ sunt Sabinæ mense Sextili, ut ex Dionysio patebit, & Plutarch. tum quia Consualia XVIII. Augusti aut XX. celebrabantur. Ludos autem Romanos Nonis Septembris plus minus habitos indicat Cic I. *in Verrem*, ut infra docebimus. Servius falsus est ex suo ævo prisca sæcula metiens. Servii enim ætate Kal Januariis a Coss. Circenses dabantur splendida pompa. Sidonius:

Janus forte suas bifrons Kalendas,
Anni tempora circinante Phœbo,
Sumendas referebat ad Curules.
Mos est Cæsaribus die bis uno,
Privatos vocitant, parare ludos.
Tunc cœtus juvenum, sed aulicorum,
Elei simulacra torva campi
Exercent spatiantibus quadrigis.

Quanquam ludicrum id ab Imperatoribus privatim est datum, idque primum, si Tacito fides lib. XV. *Ann.* Neronis Juvenalibus. Sidonii tamen ætate Consules publicum dabant, ut C. Theodos. tit. IV. lib. VI. Melius Asconius I. *in Verrem* his verbis: *Romani ludi sub Regibus instituti sunt, magnique appellati, quod magnis impensis dati sunt; tunc enim primum ludis impensa sunt ducenta millia nummum.* Alii ideo magnos ludos dictos putant, quod Conso consiliorum secretorum Deo, id est, Neptuno Larium regi, & rerum conditarum, & Diis magnis, id est, Laribus urbis Romæ dati sunt, quibus ludis ajunt Sabinas raptas esse, ut videatur propter hoc dicere Virgil.

—— *magnis Circensibus actis.*

Nam magni & Circenses iidem sunt. Quo loco Asconius diserte vult magnos ludos & Circenses eosdem esse; ejus verba male vulgo leguntur, quæ proxime ad verum reposui. Eutropius tamen in *Breviario* Romanos ludos, & magnos a Tarquinio institutos, theatricos esse vult, sic enim: θεάτρων τ' ἐνεστήσατο τέρψιν, ῥωμαίων καλέσας τὴν θέαν, ἥτις ἐξ ἐκείνου καὶ εἰς τόδε τελεῖται, τὴν αὐτὴν ἔχουσα προσηγορίαν. ubi errorem esse animadvertis, nisi forte θέατρον ἱπποδρομίας intellexit. Non autem eadem fuere Consualia, & ludi magni a Tarquinio instituti, quæ diversis temporibus agerentur: sed magni ludi a Consualibus orti sunt, in quo lapsus est Asconius. In eo autem quod magnos & Circenses ludos eosdem esse censet, non plane mihi cum illo convenit; quanquam enim primi Circenses Romani & magni ludi vocati sunt, auctore Livio lib. I. Circensium tamen appellatio latius patet, & de ludis omnibus dicitur, qui in Circo agerentur, sive illi Romani essent, sive Apollinares, sive Cereales: dicunturque magni Circenses, ut Cereales Circenses, Megalesii Circenses, Apollinares Circenses: κατ' ἐξοχὴν tamen Circenses accipi pro Romanis, & magnis non inficias iverim, quod Romani, & magni ludi primi Circenses fuerint. Hoc errore inductus Politianus, quod a Tacito, aliisque auctoribus eos ludos qui Cereri celebrantur, Circenses appellari animadverterat, Cereales ludos voluit eosdem esse cum Circensibus male; quanquam enim agebantur in Circo, non tamen erant proprie Circenses, & magni ludi. Ovid. lib. v. *Fast.*

Circus erit pompa celeber, numeroque Deorum,
Primaque ventosis palma petetur equis.
Hinc Cereris ludi, non est opus indice causæ,
Sponte Deæ munus, promeritumque patet.

Fiebant enim ludi Cereales, ut est in veteri Kal. pridie Idus Aprilis, per dies VIII. in Circo, proximo post Circenses die, ut & Ovidius ibidem notat, de Cerealibus Tacitus l. XV. *Ann.* cap. LIII. Tandem statuta Circensium ludorum die, qui Cereri celebrabantur, utque Circensium Cerealium ludicrum pluribus equorum cursibus celebraretur, &c. Certe Cereales ludi non erant Circenses magni, & Romani; quia tamen agebantur in Circo, sic erant Circenses, ut Herodianus pro monstro habitum dicat, quod ludis Cerealibus hoplomachi & gladiatores dati essent, lib. I. δήμητρι ὁπλομαχίας ἀντ' ἱπποδρομίας ἀγορανόμος ἐπετέλεσεν. *Ædilis Cereri gladiatores pro equestri certamine dedit.* Dio lib. XLVII. Apollinaribus Circenses datos indicat p. 253. ἐν τῇ ἀπολλωνείῳ ἱπποδρομίᾳ ἄνδρες εἰς τὴν ἱππάδα τελοῦντες θηρία κατέβαλον. Id est, *Circensibus Apollinaribus viri equestris ordinis feras confecerunt.* Fuere & navales Circenses, quibus in Circo maximo, euripo immisso, naves metis appositis cursu præcipiti currebant.

Ut de ludis Romanis a Tarquinio Prisco institutis tota res plenius teneatur, verba Livii adscribam, quæ sic habent: *Bellum primum cum Latinis gessit, & ibi oppidum Appiolos vi cepit, prædaque inde majore, quam quanta belli fama fuerat revecta, ludos opulentius, instructiusque quam priores Reges fecit. Tunc primum Circo, qui nunc maximus dicitur, designatus locus est, equitibusque, ubi spectacula sibi quisque facerent, fori appellati. Spectavere furcis duodenos ab terra spectacula alta substinentibus pedes; ludicrum fuit equi, pugilesque ex Hetruria acciti. Solemnes deinde annui mansere ludi, Romani, magnique varie appellati ab eodem Rege.* Verba Dionysii lib. IV. pag. 149. sic habent: κατεσκεύασε δὲ καὶ τὸν μέγιστον τῶν ἱπποδρόμων ταρκύνιος τὸν μεταξὺ τοῦ τ' αὐεντίνου καὶ τοῦ παλαντίου κείμενον πρῶτος ὑποστέγους περὶ αὐτὸν ποιήσας καθέδρας, &c. *Exstruxit Tarquinius Circum maximum, qui situs est inter Aventinum & Palatium, & ante omnia circa eum sedilia tecta fecit. Ad id enim usque tempus in tabulatis spectaverant, cum furcæ ligneis spectaculis, & scenis impositæ essent, & divisis lo-*

cis

cis in XXX. *tribus ſingulis tribubus partem unam dedit, ita ut unuſquiſque commodo, ac proprio loco ſedens ſpectaret. Id opus tractu temporis inter pulcherrima, & maxime admiranda ædificia urbis futurum erat. Longitudo Circi trium ſtadiorum & ſemiſſis, latitudo* IV. *jugerum. In ambitum ejus ſecundum majora latera, & ſecundum latus unum ex minoribus Euripus ad recipiendas aquas effoſſus eſt, latus & profundus decem pedes: poſt Euripum ædificatæ ſunt tres porticus tribus contignationibus, quarum aliæ aliis impoſitæ eſſent. Harum quæ planæ ſunt, & in imo ſolo poſitæ, ſedilia habent lapidea paulum prominentia, ut in Theatris ſolet, ſuperiores lignea: conducuntur autem in idem inter ſe, & majores minoribus contiguæ ſunt lunata forma, ita ut una porticus ex tribus unde ſpectari poſſit ad octo ſtadia pateat, & centum quinquaginta millia hominum capere poſſit*, ἱκανὴν ὑποδέξασθαι πεντεκαίδεκα μυριάδας ἀνθρώπων. *Alia minoribus lateribus ſub divo poſita carceres habet arcuatos*, ψαλιδωτὰς ἱππαφέσεις, *qui ſimul una molitione lineæ omnes aperiri poſſunt* διὰ μιᾶς ὕσπληγγος πάσας ἀνοιγομένας. *Eſt & alia porticus circa Circum extrinſecus unius tecti, ſeu contignationis, in qua ſunt officinæ, ſeu tabernæ, & cænacula ſupra, per quam ad ſingulas officinas ſunt aditus, & aſcenſus iis qui ad ſpectacula veniunt, ut tot millia ineuntia & exeuntia non turbentur, aut impediantur.* Quæ autem, & cujuſmodi eſſent decurſiones docet Dionyſius Halicarn. ſub finem lib. VII. πρῶτος ὁ τῶν τεθρίππων τε, καὶ συνωρίδων, καὶ τῶν ἀζεύκτων ἵππων ἐγένετο δρόμος ὥσπερ Ἕλληνες τὸ ἀρχαῖον ὀλυμπιάσι τε καὶ μέχρι τοῦ παρόντος, &c. *Primus*, inquit, *in Circo curſus fuit quadrigarum & bigarum, & equorum ſingularium, qui juncti non eſſent, quod olim Græci ludis Olympiis factitarunt, & hodieque faciunt. In certaminibus autem equeſtribus fuere vetuſtiorum duo maxime inſtituta, quæ in hoc uſque tempus a Romanis ſervantur, alterum in trigis*, περὶ τὰ τρίπωλα τῶν ἁρμάτων, *quod apud Græcos exolevit, antiquum & Heroicum inſtitutum, quo apud Homerum in præliis Græci uſi. Duobus enim equis junctis, quo modo jungitur biga, tertius adjungebatur funalis equus*, σειραῖος, *loramentis adnexus, qui veteribus* παρήορος *dictus eſt, quia ad duos adjugaretur, & illis eſſet quaſi quædam appendix. Alterum inſtitutum fuit, quod hodieque in quibuſdam Græciæ urbibus inter ſacrificia priſci moris ſervatur, curſus deſultorum, qui inter currus ſe interjiciunt. Cum enim certamina finem ceperint, deſilientes ex curribus ii qui cum aurigis vehuntur, quos Poetæ parabatas, Athenienſes epibatas vocant, ipſi inter ſe in ſtadio curſu certant. Perfectis autem equeſtribus ludis, ingreſſi ſunt ii qui proprio corpore certant curſores, pugiles, luctatores, quæ tria certamina priſcis Græcis in uſu fuere.* Subſellia quibus inſidentes ludos ſpectabant, Livium foros appellaſſe ſupra oſtendimus: ejus verba ſunt libro XXIX. *Cenſores Marc. Livius & Cajus Claudius omnia a foro Boario ad Veneris, & circa foros publicos facienda locaverunt.* Lib. LV. *Licinio Conſuli ad quadrigas mittendas aſcendenti tabellarius qui ſe ex Macedonia venire diceret, laureatas litteras attuliſſe dicitur. Quadrigis miſſis Conſul currum conſcendit, & cum per Circum veheretur ad foros publicos laureatas tabellas populo oſtendit.* Item, *pro foris publicis denuntiavit populo.* Apud Feſtum fori ſunt Circenſia ſpectacula: foruli minores, fori minora ſpectacula. Apud Nonium Marcel. fori ſunt ſpatia in navibus, vel locus apertus, ac patens. Virgilius IV. *Georg.* de apibus:

Complebuntque foros, & floribus horrea texent.

Lib. IV. *Æneid.* de ſubſelliis nautarum,

Impleſſemque foros flammis. ———

Lib. VI. de Charonte Æneam accipiente in navim:

Deturbat, laxatque foros, ſimul accipit alveo.

Toto Circi ambitu, qui pyramidis jacentis forma erat ab initio latior, ſub finem anguſtior, mœniana erant tria ex utroque latere, ut videre eſt in veteribus nummis, ex quibus Magiſtratus, & Senatores ſpectabant, narrante Dionyſio. Plinius & S. Rufus Circum ducenta ſexaginta millia hominum cepiſſe ajunt. Sed de Cæſaris Dictatoris Circo loquuntur, cum apud Dionyſium Circus Tarquinii Priſci CL. millia tantum ceperit. In veteri nummo Memmius Ædilis Curulis Cerealia primus fecit ætate Julii Cæſaris. Valerius Maximus libro I. cap. I. ludis Circenſibus in templo Jovis Capitolini poſitum puerum hiſtrionem ſcribit ad excubias agendas. Ludorum Megalenſium & Floralium meminit Arnobius lib. VII. *Ludi vero quos facitis, quibus Floralibus & Megalenſibus nomen eſt, cæterique omnes alii, quos eſſe ſacros voluiſtis, & religionum inter officia deputari. Honorantur his Dii, & ſi quas ab hominibus continent offenſionum memorias illatarum abjiciunt.* Marcellus Donatus magnos ludos apud Livium libro XXII. & XXXVI. negat ludos appellandos fuiſſe, ſed ſacrificium, & libationem ad Deorum iram arcendam: male; quia, ut Tertullianus libro *de Spectaculis* docet, non tantum ſacrificia, & libationes, ſed maxime ludi ad Deorum iram placandam fiebant. Servius ad librum VII. *Æneid.* Cum ludi Circenſes Apollini celebrarentur, ut Hannibal nuntiatus eſt circa portam Collinam urbi ingruere, omnes raptis armis concurrerunt: reverſi poſtea, cum piaculum formidarent, invenerunt in Circo ſaltantem ſenem quemdam, qui cum interrogatus dixiſſet ſe non interrupiſſe ſaltationem, dictum eſt hoc proverbium; *Salva res eſt, ſaltat ſenex.* Legendus Feſtus in verb. *Saltat ſenex*, & S. Auguſtin. libro II. cap. IV. *De Civitate Dei.* Marcellus Donatus exiſtimat, magnos Deos fuiſſe Deos majorum gentium, quorum ſex mares, ſex fœminæ, male. Oſtendimus ſupra ex Aſconio, Deos magnos vocari Lares urbis Romæ.

CAP. VIII.

An magni ludi fuerint iidem cum Megaliacis?

GOVEANUS vir eruditus eoſdem eſſe putat magnos ludos & Circenſes cum Megalenſibus, non tamen eoſdem cum Megaliacis, licet in Circo nonnunquam haberentur, auctore Juvenale ſat. XI.

Interea Megaliacæ ſpectacula mappæ
Idæum ſolemne colunt. ——

Quo argumento Megaliacos ludos eoſdem eſſe cum Romanis, & Circenſibus vult Modius in *Pandectis triumphalibus*, tom. I. lib. III. cap. XVIII. Utrumque parum ex vero, meo judicio, quod Megalenſes A. D. Nonas Aprilis, Romani & magni Circenſes A. D. Nonas Septembris celebrarentur. Sed urget Goveanus, aitque magnos ludos dici, quod magnis Diis ſunt inſtituti, ſicut & ludi Megalenſes, auctore Donato, qui magnos Deos dici vult μεγαλησίους, quaſi μεγάλους σιούς. Æoles enim σιοὺς, θεοὺς vocant. Unde Ariſtoteles, & Servius lib. VI. *Æneid.* Sibyllam dictam volunt quaſi σιοῦ βουλήν. Magnos autem Deos hic accipit Goveanus, non illos Samothracas, qui Dii potes & magni habentur, ſed Deos majorum gentium, quos duodecim numerant. Multa hic ab homine docto peccantur: primum quidem, quod magnos Deos eoſdem eſſe velit cum Diis majorum gentium: deinde, quod magnos ludos faciat eoſdem cum Megalenſibus, non tamen eoſdem cum Megaliacis: cum tamen Megalenſes & Megaliaci, ſeu Megaleſes iidem ſint. Melius Aſco-

nius I. *in Verrem* Deos magnos accipit Lares urbis Romæ. Sic enim Virgil. *Æn.* III.

Cum patribus, populoque, Penatibus, & magnis Diis.

Varro; *Penates, & Dii magni iidem sunt.* Nam & in basi scribitur, magnis Diis. Ab his ludos magnos Asconius appellatos esse vult, quod non tantum Jovi, Junoni, & Minervæ, qui Dii sunt majorum gentium, sed etiam Laribus urbis ludi magni & Romani sacri essent. Et quidem magnos ludos Jovi sacros fuisse ostendit Fest. *Magnos,* inquit, *ludos Romanos vocant, quos in honorem Jovis agunt.* Disertius Cicero V. *in Ver. Mihi ludos antiquissimos, qui primi Romani sunt appellati, maxima cum dignitate ac religione Jovi, Junoni, Minervæque esse faciendos.* Sueton. in *Octavio* cap. XXIII. *Vovit & ludos magnos Jovi opt. Max.* Ludi igitur magni Jovi fiunt, Junoni, & Minervæ; ludi Megalenses, seu Megaleses magnæ Deum matri, quæ μεγάλη σιὰ vocatur. Ludi Romani a Tarquinio Prisco instituti sunt: ludi Megalenses a Junio Bruto. Ludi Romani pridie Non. Septembris; ludi Megalenses A. D. Nonas Aprilis. Quæ singula gravissimis auctoribus probanda sunt, ut omnis dubitatio tollatur. Ludos magnos Jovi fieri supra ostendimus; Megalenses magnæ Deum matri auctor est Varro l. V. *de ling. Lat. Megalesia, quod Pessinunte Megalesium templum magnæ Deæ.* Cicero *de Arusp. respons. Nam quid ego de illis ludis loquar, quos in Palatio nostri majores ante templum, in ipso Matris magnæ conspectu, Megalensibus fieri, celebrarique voluerunt ..... quibus ludis primum ante populi consessum Senatui locum P. Africanus iterum Consul ille major dedit ..... Ita ludos eos quorum religio tanta est, ut ex ultimis terris accersita in hac urbe consederint: qui uni ludi ne verbo quidem appellantur Latino, ut vocabulo ipso, & appetita religio externa, & Matris magnæ nomine suscepta declaretur: hos ludos servi fecerunt: tota denique hoc Æaile Megalesia servorum fuerunt.* Ubi Goveanus inepte ait, Megalesia Megalensibus, id est, ludis Romanis facta, & alia esse Megalesia a Megalensibus, cum e Varrone, Festo, Gellio, aliisque constet eadem esse, & voci Græcæ a Romani literam *n.* additam, ut Megalenses pro Megalensibus dicerentur. Jam vero ludos Romanos a Tarquinio Prisco institutos satis ostensum est. Megalenses instituti sunt anno urbis conditæ IƆXLIX. M. Cornel. Cethego & P. Sempronio Tuditano Coss. A. D. Non. Aprilis. Liv. l. XXIX. *In ædem Victoriæ, quæ est in Palatio, pertulere Deam pridie Non. Aprilis, isque dies festus fuit: populus frequens dona Deæ in Palatium tulit, lectisterniumque & ludi fuere, Megalesia appellati.* Libro tamen XXXIV. aliquot annis post Megalesia facta docet his verbis: *Megalesia ludos scenicos C. Attilius Serranus, L. Scribonius Libo Ædiles Curules primi fecerunt.* Eosdem Ædiles iisdem ludis faciendis edit Pædianus *in Cornelianam.* Lib. XXXVI. Livius factos primum Megalenses a Junio Bruto indicat his verbis: *Per idem tempus ædes Matris magnæ Idææ dedicata est, tredecim annis postquam locata erat. Dedicavit eam M. Junius Brutus, ludique ob dedicationem ejus facti, quos primos scenicos fuisse Valerius Antias auctor est, Megalesia dictos.* Appianus in *Hannibaicis* Megalesia instituta significat, quo tempore Pessinuntius lapis Romam e Phrygia translatus est; sic ille. Cum Scipio in Africam missus est ad Hannibalem ex Italia retrahendum: γιγνομένων ἐν ῥώμῃ σημείων ἐκ διὸς φοβερῶν, οἱ μὲν τὰ σιβύλλεια ἐπισκεπτόμενοι δέκα ἄνδρες ἔφασαν ἐξ οὐρανοῦ τι εἰς πεσινοῦντα τῆς φρυγίας πεσεῖσθαι τῶν δὲ τῶν ἡμερῶν, καὶ δεῖν αὐτὸ εἰς τὴν ῥώμην ἐνεχθῆναι. ἐκομίσθη δὲ τὸ βρέτας, καὶ τὴν ἡμέραν ἑορτάζουσι. Id est, *cum Romæ signa, & prodigia ex æthere terribilia essent, decemviri consuluerunt Sibyllæ libros, dixeruntque e cælo aliquid in Pessinuntem Phrygiæ decidisse per hos dies, idque Romam perferendum esse & magnæ Deæ simulacrum Romam delatum est, quam diem festum habent.* Livius l. XXIX. *Censores interim Romæ M. Livius & C. Claudius ædem Matris magnæ in Palatio faciendam locarunt, Junius Brutus dedicavit, Attilius & libo ludos scenicos dederunt.* De ludorum die quo agebantur, nimium quantum Megalesia a ludis magnis abiunt. Magnos enim pridie Nonas Septembris habitos auctor Cicero I. *in Verrem: Nonne*, inquit, *sunt hodie Kal. Sextiles? hora IX. convenire cœpistis, hanc diem ne numerant quidem: dies sunt ante ludos votivos, quos Cn. Pompejus facturus est. Ii ludi X. dies auferent, deinde Romani continuo consequentur. Ita prope diebus XL. interpositis, tum denique se responsuros ajunt.* Numerato a Kal. Sextilibus ad Septembris octavum diem, pene XL. dies fluxisse comperies: a Kal. enim Sextilibus ad ludos votivos Pompeii numerat decem dies; ludi Pompeii decem diebus agentur. Jam XX. dies confecti sunt: adde alios XX. plus minus, ante quos respondere nefas erit, quod ante eos dies ludi Romani confecti non erunt. Unde conjicio, ludos Romanos ætate Ciceronis duobus tantum diebus actitatos esse. Si enim, ut est in fastis veteribus, & postea celebrati sunt, novem continuos dies a pridie Nonas Septembres usque ad pridie Idus acti essent, fluxissent circiter XLV. dies, antequam illi qui a Verre faciebant respondere tenerentur. Certe ludi Romani primum uno die facti, deinde biduo, demum per novem dies. Liv. l. XXX. *Ludi Romani scenici eo anno magnifice apparatique facti ab Ædilibus Curulibus, biduum instaurati sunt.* Lib. XXIX. *Ludi Romani ter, plebeii septies instaurati.* Lib. XXXIII. *Ludi Romani in Circo, scenaque ter instaurati, plebeii septies.* Megalesia vero pridie Nonas Aprilis agebantur, ut est apud Ovid. l. IV. *Fast.* tertio die post ortum Pleiadum, & Veneris Verticordiæ festum:

Ter sine perpetuo cælum versetur in axe,
Ter jungat Titan, terque resolvat equos.
Protinus inflexo Berecynthia tibia cornu
Flabit, & Idææ festa parentis erunt.
Scena sonat, ludique vocant, spectate Quirites

Unde locus restituendus apud Liv. l. XXIX. *In ædem Victoriæ, quæ est in Palatio, pertulere Deam pridie Nonas Aprilis* (male enim legitur, Idus) *isque dies festus fuit. Populus frequens dona Deæ in Palatium tulit, lectisterniumque & ludi fuere, Megalesia appellata.* Fiebant per novem dies a pridie Nonas Aprilis ad V. Idus. Ælius enim Spartianus III. Idus Aprilis ipsis Megalensibus interemptum Caracallam narrat. Herodian. l. I. veris initio, solemnique die pompam Matri Deum Romani celebrant. Adde quod ludi Romani proprie Circenses fuerunt, quanquam & gymnicos interdum fuisse Livius ait l. I & scenicos l. XXXI. Megalesia vero proprie scenica, ut Ovid. supra:

Scena sonat, ludique vocant. ——

Festus: *Romani ab initio nulla usi artificum opera, sed ubi primum ludos facere cœperunt, tunc acciti artifices ab Hetruscis civitatibus: primi fuere Romani ludi.* Alii ponunt primos Megalenses: quidam populares, id est, plebejos Cereris. Vides alios dici Megalenses a Romanis. Circenses igitur ludi non modo primi fuere, sed & soli ad illud usque tempus quo grassante peste scenicos ludos medicinæ causa advocarunt. Livi. l. VII. *scenici ludi ob pestem dati sunt: ante eos Circi tantum spectaculum fuit. Unde conjicere est, Antiam male sentire, qui Megalenses primos Romæ scenicos ludos esse voluerit, cum multis ante annis ætate*

rii Camilli ludionibus ex Hetruria accitis, scenici dati sint; sed incondite, & sine carmine ullo, ait Livius. Quæret aliquis, an alii sint ludi plebeii a Romanis magnis. De plebeiis Asconius II. *in Ver.* XL. *diebus ludi votivi Romani, & plebeii Victoriæ*. & Livius lib. XXIX. lib. XXXIII. Valer. lib. I. cap. VII. pompa per Circum Flaminium Circensibus plebeiis traducebatur. Britanicus in satyr. III. Juvenal. eosdem esse vult ludos plebejos, & Romanos: parum commode; quod Romani qui patricii fuerunt, in Circo maximo; plebeii in Circo Flaminio agerentur, ut Valer. & Romani pridie Nonas Septemb. plebeii ad XIII. Kal. Novembris per triduum, ut testantur veteres fasti. Asconius I. *in Ver.* plebejos vult institutos exactis Regibus pro libertate plebis, aut pro reconciliatione in monte Aventino. Ludis Romanis Attilii Serrani & Scribonii Libonis Ædilium Senatus primum a populo secretus spectavit, ait Liv. l. v. decadis IV. Cicero, Megalensibus P. Africano auctore, ut supra posuimus. Ludi Romani sæpe vovebantur, ut Cicero de Pompejo ponit, & Liv. l. XXII. magni ludi voti æris CCCXXXIII. millibus triente. Iis ludis congiaria populo interdum data. Livius l. XXIX. Dio in *Halagabalo* ludos votivos, ἐύχωλιμαίυς θέας vocat, Capitolinus in *Marco*, votos dies.

CAP. IX.

Quibus Diis sacer Circus fuerit?

LUDI omnes publici cavea & Circo fuere divisi: vel, ut Pollux l. III. Theatro & palæstra. Pulcre Cicero l. II. *de Legib. Jam ludi publici, quoniam sunt cavea Circoque divisi, sint corporum certationes, cursu, & pugilatione, luctatione, curriculisque equorum usque ad certam victoriam Circo constitutæ.* In Circo naumachiæ, venationes, equorum & curruum agitationes editæ sunt, qui omnes ludi, & a Diis profecti & in Deorum honorem instituti sunt: nonnulli funeribus adhibiti. Tertul. lib. *de Spectac.* erudite, ut omnia, ludos enumerans, qui Romæ solemnes, primo loco Liberalia ponit, deinde Consualia, quæ Romulus Conso dicavit in raptu Sabinarum: tum vero equiria Marti. Reliqui ludorum, inquit, de natalibus & solemnitatibus Regum, & publicis prosperitatibus, & municipalibus fastis, superstitionis causa originem habent: inter quos etiam privatorum memoriæ legatariæ editiones parentant. Olim ludi bifariam censebantur, sacri & funebres, id est, Diis nationum & mortuis. De Diis autem quibus ludi sacri sunt, non inter omnes convenit. Arnobius lib. III. *adversus Gentes*, Mercurium in palæstris coli & honorari, ut Minervam in gymnasiis, Neptunum in Circis, Martem in arenis. Tertullianus l. *de Spectaculis* c. IX. *Sed & gymnicas artes Castorum, & Herculum, & Mercuriorum disciplina prodiderunt*. Cyprianus lib. *de Spectac.* Deos, aut funera ludos genuisse docet his verbis: *Quod spectaculum sine idolo? quis ludus sine sacrificio? quod certamen non consecratum mortuis? Græca illa certamina vel in cantibus, vel in fidibus, vel in vocibus, vel in viribus, præsides suos habent varia dæmonia, & quicquid est aliud quod spectantium aut oculos movet, aut delinit aures, si cum origine sua, aut institutione quæratur, causam præfert aut idolum, aut dæmonium, aut mortuum*. Certe sacra certamina mortuis dicata. Ausonius *Eclog.*

Tantalidæ Pelopi mæstum dicat Elis honorem.

In Pythiæ carmine, ante Herculem Pelops Oenomao instituit ludos, & præmia, tertius Hercules festum celebravit & agonem Pelopi:

—— Θῆκε δ' ἔπειθ' ἑορτὴν, καὶ ἔπαθλα θανόντι
Οἰνομάῳ, τρίτατος δ' ἐπὶ τοῖς παῖς ἀμφιτρύωνος
Ηρακλῆς ἐτέλεσσε ἑορτὴν καὶ ἀγῶν ἐπιμήτρῳ
Ταντααλίδῃ πέλοπι. ——

Sed omnium pulcherrime Lactantius lib. VI. cap. XX. *Ludorum*, ait, *celebrationes Deorum festa sunt: siquidem ob natales eorum, vel templorum novorum dedicationes sunt constituti: & primitus quidem venationes, & quæ vocantur munera, Saturno attributa sunt, ludi scenici Libero, Circenses Neptuno*. Paulatim & cæteris Diis idem honor tribui cœpit, singulique ludi numinibus eorum consecrati. Isidor. lib. XVIII. cap. XXIV. ludi Circenses sacrorum causa, ac Deorum Gentilium celebrationibus instituti sunt. Confessum est apud omnes, ipsis urbis initiis Romulum Conso certamen equorum instituisse. cujus rei origo ab Euandri comitibus profecta est, Dionysio teste lib. I. ἀπέδειξαν δὲ καὶ ποσειδῶνι τέμενος ἱππίῳ, καὶ τὴν ἑορτὴν Ιπποκράτεια μὲν παρ' Αρκάδων, κωνσουάλια δὲ ὑπὸ Ρωμαίων λεγόμενα κατεστήσαντο, ἐν ᾗ παρὰ Ρωμαίοις ἐξ ἔθους ἐλινύουσιν ἔργων ἵπποι καὶ ὄρεις, καὶ στέφονται τὰς κεφαλὰς ἄνθεσι. Id est, *designarunt autem fanum Neptuno equestri, & festum Hippocratea dictum Arcadibus, Consualia Romanis, instituerunt, in quo Romæ de more feriantur equi ab opere & jumenta, & coronantur capita floribus*. Plutarch. in *Romaic.* cap. XLV. Consualibus inquit, καὶ τοὺς ἵππους καὶ τοὺς ὄνους στεφανῶσι, καὶ σχολάζειν ἐῶσι. Varro lib. V. *de ling. Latin. Consualia dicta a Conso, quod tum feriæ publicæ ei Deo, & in Circo ad aram ejus a sacerdotibus fiunt ludi illi, quibus virgines Sabinæ raptæ*. Consum Livius Neptunum facit lib. I. *Romulus*, inquit, *ludos ex industria parat Neptuno equestri solemnes: Consualia vocat*. veteres glossæ Consum filium Isidis ponunt: sic enim, κῶνσος υἱὸς ἴσιδος, nempe Harpocrates filius Isidis posthumus, qui & Sigalion, ut Plutarch. in *Iside*. Ausonius epigr. LXXII. filium Saturni Neptunum,

Cænea convertit proles Saturnia Consus.

Quibusdam videtur Consus vel Cossus ab *adstando*, quia terræ adstat, quomodo eum γαιήοχον vocant; sicuti & assæ ἀναγέτειαι dicuntur, quia assunt obstetrices & nutrices, auctore Nonio. Vel certe a *condo* seu *conso*, ut Tertullianus notat. Attius in Bruto apud Varronem lib. IV. *de lingua Latin. Qui recte consat* (id est, consulit, a Deo Conso consiliorum præside) *Consul fuat*: unde & Ops consiva & Dii consentes, qui Conso adsunt. Hic igitur Consus est Harpocrates, de quo Varro ibid. *Harpocrates digito qui significat, st*. Ausonius epist. XII.

Aut tua Sigalion Ægyptius oscula signet.

Pingebatur enim digito ad os admoto, quæ nota silentii. Cicero lib. VIII. *Familiar. cum manum ad os apposuit*. De causa Consualium & origine Plutarch. in *Romulo* rem ita exponit: διεδόθη λόγος ὑπ' αὐτοῦ πρῶτον ὡς θεοῦ τινος ἀνευρήκοι βωμὸν ὑπὸ γῆς κεκρυμμένον. ὠνόμαζον δὲ τὸν θεὸν κῶνσον, εἴτε βουλαῖον ὄντα, εἴτε ἵππιον ποσειδῶ. καὶ γὰρ ὁ βωμὸς ἐν τῷ μείζονι τῶν ἱπποδρόμων ἐστὶν ἀφανὴς τὸν ἄλλον χρόνον. ἐν δὲ τοῖς ἱππικοῖς ἀγῶσιν ἀνακαλυπτόμενος. οἱ δὲ καὶ ὅλως φασὶ τοῦ βουλεύματος ἀπορρήτου καὶ ἀφανοῦς ὄντος, ὑπόγειον οὐκ ἀλόγως τῷ θεῷ βωμὸν γενέσθαι, ἐτολμήθη μὲν οὖν ἡ ἁρπαγὴ περὶ τὴν ὀκτωκαιδεκάτην ἡμέραν τοῦ τότε σεξτιλίου μηνὸς, αὐγούστου δὲ νῦν, ἐν ᾗ τὴν κωνσαλίων ἑορτὴν ἄγουσι. Id est, *sparsus est rumor, a Romulo primum profectus, quod aram quandam sub terra latentem ipse reperisset. Vocabant eum Deum Consum, vel ut consiliorum*

præſidem, vel equeſtrem Neptunum, etenim hodieque ara reliquo tempore in Circo maximo defoſſa latet, cum ludicrum in Circo datur, in lucem exit. Alii cenſent, quia tectum conſilium fuerit, ſubterraneam non immerito aram fuiſſe. Res geſta eſt octavo circiter & decimo de Sextilis, qui nunc Auguſtus eſt, quo tempore hodieque Conſualia celebrantur. Ea igitur ara per Conſualia refodiebatur, ut ad eam fierent ſacra ludorum. Varro lib. v. *de ling. Latin. Conſualia dicta a Conſo, quod tum feriæ publicæ ei Deo, & in Circo, ad aram ejus ab ſacerdotibus fiunt ludi illi:* id eſt, ſacra ludorum cum decurſione equeſtri. Tertul. Sacrificant apud eam Non. Julii ſacerdotes publici, xv. Kal. Septemb. ita enim legendum, non XII. quia XVIII. Auguſti dies. Plutarchus Dionyſii auctoritate ductus videtur, qui libro II. hæc habet; τὴν δὲ τότε τῷ ῥωμύλῳ καθιερωθεῖσαν ἑορτὴν ἔτι καὶ εἰς ἐμὲ ἄγοντες ῥωμαῖοι διετέλουν κωνσουάλια καλοῦντες, ἐν ᾗ βωμός τε ὑπόγειος ἱδρυμένος παρὰ τῷ μεγίστῳ τῶν ἱπποδρόμων περιχωσθείσης τῆς γῆς, θυσίαις τε καὶ ὑπερπύροις ἀπαρχαῖς γεραίρεται, καὶ δρόμος ἵππων ζευκτῶν τε καὶ ἀζεύκτων ἐπιτελεῖται. κῶνσον ποσειδῶνα σεισίχθονά φασιν εἶναι. ὑπόγειος βωμός ἐστιν, ὅτι τὴν γῆν ὁ θεὸς οὗτος ἔχει. *Celebritatem*, inquit, *a Romulo id temporis conſecratam uſque huc Romani peragunt, & Conſualia vocant, in qua ſubterranea ara in maximo Circo foſſa humo ſacrificiis, & libamentis ad ignem adhibitis colitur, & curſus equis ſubjugis & injugis perficitur. Conſum volunt eſſe Neptunum terræ concuſſorem. Sub terra latet ara, quia Deus hic terram poſſidet.* Cyprian. epiſt. CIII. de ſpectaculis. Romulus Conſo quaſi conſilii Deo Circenſes; reliqui dum urbem fames occupaſſet, ad advocationem populi acquiſiti: ſic ludi ſcenici & Cereri & Libero dicati. Conſualibus igitur non ita equi aſinique feriabantur, ut quadrigariorum curſus & ſingulatorum non eſſet, quod & ex Varrone ſupra poſuimus. Cyprian. *de idolor. vanit.* accedit ad Plutarchum, & Conſum a conſilio dictum autumat, his verbis; *Conſus, quem Deum fraudis velut conſiliorum Deum Romulus coli voluit.* Putem equidem Conſum, quia reconditus ac humo opertus eſſet, appellatum: more tamen Græcorum, Neptuno Circenſes attributos, cui nuſquam gentium ara ſubterranea, Dionyſius auctor. ποσειδῶνι γὰρ ἀφανῆ βωμὸν οὐδαμόθι γῆς, οὔθ᾽ ὑφ᾽ ἑλλήνων, οὔθ᾽ ὑπὸ βαρβάρων καθιδρῦσθαι. Conſentit Dionyſius cum Plutarcho, ut Conſualia XVIII. Auguſti acta ſint: ait enim, ἡ ἁρπαγὴ περὶ τὴν ὀκτωκαιδεκάτην ἡμέραν τοῦ σεξτιλίου ἐγένετο ἐν ᾗ τὴν τῶν κωνσουαλίων ἑορτὴν ἄγουσι. Id eſt, *raptus factus eſt* XVIII. *die Auguſti, qua Conſualia celebrantur.* In veteri Kalendario Conſualia XX. Auguſti ſtatuuntur: mendoſe. Servius in VIII. *Æneidos* vult Conſualibus, id eſt, menſe Martio, Sabinas raptas. Melius ſubjunxit; Conſus, conſiliorum Deus, qui ideo templum ſub tecto in Circo habet, ut oſtendatur tectum conſilium eſſe debere. Iſte Conſus & eques Neptunus dicitur. Tertullianus *de Spectaculis: Conſo conſiliorum Deo in raptu Sabinarum factum eſt, cui ara in Circo defoſſa eſt ad primas metas ſub terra, cum inſcriptione ejuſmodi;* CONSUS CONSILIO, MARS DUELLO, LARES COMITIO POTENTES. *Sacrificant apud eam Nonis Junii ſacerdotes publici,* XV. *Kal. Septembris Flamen Quirinalis & virgines.* Hic mihi nota, alia fuiſſe Neptunalia, quæ celebrabantur menſe Julio ποσειδῶνος σεισίχθονος, alia Conſualia Neptuno equeſtri, quem ἵππιον Arcades vocant, ut eſt apud Pauſan. Pindarus *Pyth.* ode II.

Ὀρσοτρίαιναν, εὐρυβρίαν καλέων θεόν,
Ὅταν ἅρματα καταζευγνύῃ σθένος ἵππειον.

Circus porro non modo Conſo ſeu Neptuno, ſed & Soli, Caſtori, Polluci, Pollentiæ, pluribuſque aliis ſacer eſt. Iſidor. l. XVIII. Neptuno equeſtri, Caſtori & Polluci, ſed & Jovi, & Marti equi Circenſibus quidam conſecrantur, & maximo Deorum Vortumno, ut ex Varrone ſupra ſubdit Iſidorus. Circus Soli ſacer, cujus ædes in medio ſpatio, & effigies de faſtigio ædis emicat: non putarunt ſub tecto conſecrandum quem in aperto habent. Iſidorus e Tertul. hæc exſcripſit. Hinc forte eſt quod Nero deſtinaverat qui Apollinem cantu, Solem aurigando æquiparare exiſtimaretur. Victruvius l. I. Jovi, fulguri, cælo, Soli, Lunæ templa ſub divo & in ὑπαίθρῳ fieri oportet; unde & ludis Apollinaribus, qui Soli tribuuntur, Circenſes dantur. Ariſtides auctor. προαγγέλλει μοί τις ἑορτὴν τοῦ ἀπόλλωνος εἶναι ἀπολλώνια, ἐν ᾗ τὴν ἱπποδρομίαν ῥωμαῖοι ποιοῦσι. Id eſt, *aliquis mihi denuntiat Apollonia eſſe, qua die Romani Circenſe ludicrum præbent.* Veteres pene omnes Neptuno, & Soli Circum tribuunt. De Neptuno Salvianus l. VIII. colitur Minerva in gymnaſiis, Venus in Theatris, Neptunus in Circis, Mars in arenis, Mercurius in palæſtris. De Sole, qui ejus annuum curſum, quadripertitamque temporum varietatem hoc ſpectaculo deſignari aſſeverant. Corippus l. I. *Juſtin.*

Solis honore novi, grati ſpectacula Circi
Antiqui ſanxere patres, qui quattuor eſſe
Solis equos quadam rerum ratione putabant,
Tempora continui ſignantes quattuor anni;
In quorum ſpecie, ſignis, numeriſque, modiſque
Aurigas totidem, totidem poſuere colores.

Cum enim Circus imaginem quandam & anni, & cœli præ ſe ferret, Solemque ducem ac moderatorem cœleſtium orbium eſſe Veteres exiſtimarent, ei ſpectaculum id dicarunt. Vetus poeta;

Circus imago poli, formam cui docta vetuſtas
Condidit, & numeros limitis ætherei.
Namque duodenos oſtendunt oſtia menſes,
Quæque meat curſim aureus aſtra jubar.

Nonnulli legunt, *duo de annigenas.* viderint quam probe: lego, *duodenos.* Ad formam Olympiæ Circum Romanum factum vel ex eo deprehendas, quod in medio fuere Neptuni, Junoniſque equeſtrium aræ: ad columnam autem quæ pro meta fuit, Dioſcurorum, ad carceres Martis & Palladis equeſtrium. Pauſan. in *Eliacis* pag. 162. ὀλυμπίασιν ἵππων ἀφέσει ἐν μέσῳ τῷ ὑπαίθρῳ τῆς ἀφέσεως κατὰ μέσον που μάλιστα ποσειδῶνος ἱππίου, καὶ ἥρας εἰσὶν ἱππίας βωμοί, πρὸς δὲ τῷ κίονι διοσκούρων, τῆς δὲ πρὸς τὸν ἔμβολον καλούμενον εἰσόδου, τῇ μὲν ἄρεως ἱππίου, τῇ δ᾽ ἀθηνᾶς ἱππίας βωμός. Quin etiam ut in Olympia Minervæ currus fuit, item & Romæ. Dio pag. 285 ὁ τῆς ἀθηνᾶς ὀχὸς πρὸς τὸ καπιτώλιον ἐξ ἱπποδρομίας τινὸς ἐπανιὼν συνετρίβη. Id eſt, *Currus Minervæ rediens e quadam decurſione Circenſi, ad Capitolium fractus eſt.* Idem Jovis currum ponit, ut & in Olympia, qui fractus inauſpicatus habitus eſt: pag. 285. Dio ὅτε ὀχὸς τοῦ διὸς ἐν τῇ τῶν ῥωμαίων ἱπποδρομίᾳ συνετρίβη. In Circo fuit & Pollentiæ Deæ ſignum, id eſt, Potentiæ, in quod malus inſtabilis ventorum vi decidit, ait Livius lib. III. Fuerunt & ova Caſtoris, & Delphini Neptuni, & columnæ Seſſiæ, Meſſiæ, Tutelinæ, tres aræ Deorum Samothracum, obeliſcus Soli, Euripus matri Deum, Murciæ Veneri metæ. Tertull. *de Spectac.* & P. Victor ædem

Murciæ non procul ab æde Consi ponit. Varia denique farrago Deorum, in Circum venit. Nam & ad metas ara Larium, ara potentium ac valentiorum Deorum fuit. Ædes item Cereris & Proserpinæ, templum Herculis apud P. Victorem, ædes Liberi & Liberæ, *ὅς ἐστιν ἐπὶ τοῖς τοῦ μεγίστου ἱπποδρόμου τέρμασι, ὑπὲρ αὐτὰς ἱδρυμένος τὰς ἀφέσεις*, ait Dionys. Halicarnas. lib. VI. id est, *quæ est in fine Circi maximi, super ipsos sita carceres*. Festus ponit & ædem Mercurii ad metas Murtias. Aliud templum Mercurii, de quo Ovidius:

Templa tibi posuere patres spectantia Circum,
Idibus ex illo est hæc tibi festa dies.

A Græcia ea res petita, ubi Mercurio, Herculi, & Amori statuæ in gymnasiis. Eustath. ad *ὀδυσσ. θ. διὸ καὶ κατὰ τὰ γυμνάσια ἑρμῆ, καὶ ἡρακλῆ αὐτὸν (ἔρωτα) συνίδρυον. τῷ μὲν λόγου, τῷ δ' ἀλκῆς προεστῶτι. ὧν μιγνύντων φιλία καὶ ὁμόνοια γεννᾶται.* *Ideo in gymnasiis amorem cum Hercule & Mercurio statuunt, quorum alter robori, alter sermoni præest; e quorum copula generatur amor.* Vide Pausan. in *Eliac.* lib. I. & II. Illa Deorum farrago nihil affert, quominus Conso sua res apud Romanos, primusque Circi honor constet. Qua de re postremum hoc subjungemus ex Hieronymo in *Serapione*. Hoc si quidem in Romanis urbibus jam inde servatur a Romulo, ut propter felicem Sabinarum raptum Conso quasi consiliorum Deo quadrigæ septeno currant circuitu, & equos partis adversæ fregisse victoria sit.

Ludi omnes aut ordinarii erant, aut indictivi. Rursus indictivi aut votivi erant, quos *εὐχωλιμαίους* Dio vocat, aut extraordinarii. Hi omnes vel in Deorum cultum fiebant, vel in Magistratuum, aut Imperatorum victoria parta honorem edebantur, vel in mortuorum memoriam, ut Tertull. & Cyprianus *de Spect.* docent, & Lactantius lib. VI. Votivi fiebant in publicis calamitatibus, si pestilens annus esset, si bello clades accepta, ut Deum pacem exposcerent, aut in publica lætitia, si prospere adversus populi Rom. hostem pugnatum esset. Interdum, ut seditio urbana, vel militaris sedaretur, ut plebecula deliniretur, ut prodigia expiarentur, pro valetudine Principis, pro reditu Imperatoris, in dedicatione templorum; quarum rerum exempla ubique apud Livium, & Suetonium prostant. Extraordinarii ludi dabantur in Templorum, Theatrorum, Basilicarum, Amphitheatrorum, & curiarum dedicatione, in victoriis Principum, & natalitiis, adoptionibus, quinquenniis, decenniis, in funere Principum. Sinnius Capito apud Lactantium lib. VI. cap. XX. ludos Circenses Neptuno dicatos esse ait. Minutius Felix in *Octavio* Consum vernaculum Romanorum Deum vocat. Is Neptunus fuit. Ausonius in *Monosyllabis*:

Tunc Jovis & Consi germanus Tartareus Dis.
Item,
Cænea mutavit proles Saturnia Consus.

Sanctus Augustinus lib. II. cap. XVII. *de Civit.* Ad memoriam raptus illius Circensium spectaculum mansit. Hoc ludicrum initio certamen equestre, & Curule fuit; quod Romulus religione aucta, & oblectationem non modo Conso, verum & Marti dicavit; qui ludi dicti equiria, ut Festus & Tertullianus scribunt. Equiriorum dies solemnes in fastis notati sunt IV. Kalend. Martii, & pridie Idus Martii. Numa Pompilius eos ludos Marti Gradivo, & Robigini consecravit, & Robigalia VII. Kalend. Maii celebrari voluit. Tullus Hostilius Veneri Cluacinæ, Ancus Martius reliquorum Deorum multitudini dicarunt. In Circo plura signa Deorum fuere cum columnis. Apud Livium lib. XXXIX. Ludis Romanis, quos Publius Cornelius Cethegus, Aul. Posthumius Albinus faciebant, malus in Circo instabilis in signum Pollentiæ procidit, atque id dejecit. Mali destituebantur in Circo velis sustinendis. Religione moti Patres, ait Livius, diem unum adjiciendum ludorum celebritati censuerunt, & signa duo pro uno reponenda, & novum auratum faciendum. Pollentia & potentia apud Festum idem significant.

CAP. X.

De Circi carceribus.

CIRCUM extitisse nemo ambigit, in partibus Circi controversia est. Carceres primo loco fuerunt, nomenque repererunt, quod illis equi quasi carcere clausi tenerentur. Hanc vocem a Græco vocabulo *κάρκαρος* factam non immerito arbitreris, quod *horribilem* sonat, quanquam a *coercendo* Varro sumit. Alii a *cancro*, vel *cancere*, quæ vox cancellum significat. Festus: *Cancri dicebantur ab antiquis qui nunc per diminutionem cancelli.* Apulejus: *Inter Orci cancros jam ipsos adhæsisti.* A Tarquinio Prisco Romæ primum facti videntur, ad Olympiæ exemplum, quo sæpe hominem Græcum & itasse, & decurrisse consentaneum est. Dionysius lib. III. *ἡ δὲ λοιπὴ τῶν ἐλαττόνων πλευρῶν τοῦ ἱπποδρόμου αἴθριος ἀνειμένη ψαλιδωτὰς ἱππαφέσεις ἔχει, διὰ μιᾶς ὕσπληγγος ἅμα πάσας ἀνοιγομένας.* Id est, *reliqua pars laterum Circi minorum sub dio posita arcuatos carceres habet, qui per unam transennam simul aperiuntur.* Cassiodorus lib. III. *Variar.* omnia ostia simul una machinatione aperiri dixit. Erant igitur fornicati carceres, & una tantum transenna, non multis funibus simul aperti sunt. Constantinopoli quoque fuere arcuati, sed in fornicum vertice quatuor equi ærei auro inducti eminebant. Nicetas pag. 60. *κάτωθεν αἱ τῶν ἐπὶ σταδίου θεόντων ἀφετήριαι εἰς ἀψῖδας παραλλήλους κεχώνασι. ἄνωθεν δ' ἵπποι χαλκήλατοι τέσσαρες, χρυσῷ ἠλειμμένοι.* Id est, *inferius carceres, unde quadrigarii mittuntur in arcus e regione collocatos, & sibi respondentes hiant. Sursum autem quatuor sunt equi ære ducti, auro inducti.* Romæ carceres per initia ex topho lignoque fuerunt, quos marmoreis Claudius permutavit, auctore Suet. in *Claud.* cap. XXI. quod ita nolim accipi, quasi nihil operis & structuræ in iis fuerit. Nam & picti jam olim carceres, & turriti, & mœnibus clausi fuerunt. Quare Ennius pictas fauces vocat:

—— Spectant ad carceris oras
Qua mox emittant pictis e faucibus currus.

Haud scio an verius institutionem carcerum primam Livius lib. VIII. quam Dionysius posuerit; ait enim, anno urbis CCCCXXV. Olymp. CXIII. cum tumultus Gallici fama atrox invasisset, carceres in Circo primum exstructos. Lib. XLI. Censores ait scenam Ædilibus, Prætoribusque præbendam locasse anno urbis DLXXXI. & carceres in Circo, & ova ad notas curriculis numerandas. Eo loco quædam desiderantur, alia corrupta sunt, quæ infra restituemus. Animadverte Dionys. Halic. ponere carceres in fine Circi; sic enim ait lib. VI. *νεὼς δήμητρος ἐστιν ἐπὶ τοῖς μεγίστου ἱπποδρόμου τέρμασιν, ὑπὲρ αὐτὰς ἱδρυμένος τὰς ἀφέσεις.* Sylburgius ita vertit: *Templum Cereris in fine magni circi, super ipsos situm carceres.* Quod si verum est, sicuti in initio & fine Circi metæ, ita & carceres fuerunt: quod ab-

surdum. Sylburgius lapsus est in voce τέρματος, quæ hoc loco primas metas ad carceres sitas significat, ut postea patebit.

CAP. XI.

De variis carcerum appellationibus.

CARCERES variis nominibus apud auctores designantur: *repagula* enim dicuntur, *oppidum*, *alba linea*, *cryptæ*, *claustra*, *septa*. Repagula, tabulata fuerunt ostiis opposita, feris & ære devincta, quibus equi Circo excluderentur. Tabulatis enim carceres hinc inde clausi erant. Oppidum, locus conclusus fuit in speciem oppidi, ob muros & pinnas turritas, unde equi mittebantur, ait Festus. Varro lib. IV. *de ling. Latin.* Carceres vocantur a Nævio oppidum, quod a muri parte pinnis turribusque muniti sint. Nævius:

Dictator ubi currum insidit, pervehitur usque ad oppidum.

Lineam pro carceribus positam sæpe reperias; unde *a linea*, vim proverbii habet, & ab initio significat; sicut re a sacris ducta, ἀπὸ τῆς ἑστίας, *a Vesta*, eodem significatu posuerunt. Suidas, ἀπὸ γραμμῆς, τουτέστι ἀπ' ἀρχῆς, ἀπὸ τῆς τῶν δρομέων ἀφετηρίας καὶ γραμμῆς, ἣν ἄφεσιν καὶ βαλβῖδα καλοῦσι. Harpocration sub exitu viaque equorum hanc lineam ponit, sic enim ait: βαλβὶς λέγεται ἡ ὑπὸ τὴν ὕσπληγγα γενομένη γραμμὴ, διὰ τὸ ἐπὶ ταύτης βεβηκέναι τοὺς δρομέας. Id est, *balbis dicitur linea quæ est sub repagulis, quod cursores super eam gradiantur in stadium erumpentes.* Cursu enim patente super eam egressi ferebantur, cum ad terram in apertione carcerum demissa esset. Aristophanis Interpres βαλβῖδα cum repagulis confundit; vult enim non funiculum, sed lignum transversum esse. βαλβὶς, inquit, τὸ ἐν ἀρχῇ τοῦ δρόμου κείμενον ἐγκάρσιον ξύλον, ὃ ἀφετήρια λέγεται, ὃ ἀφαιρούμενοι σημείου δοθέντος, ἀφίεσαν τρέχειν τοὺς δρομέας. Id est, *balbis,* seu *valva lignum est quod ex transverso in principio curriculi positum est, quo sublato, ubi signum datum est, mittunt in cursum cursores*, unde a flexione καμπτὴρ dicitur; veteres Glossæ carceres, καμπτῆρας. Lignum igitur transversum illud erat, obexque tollebatur cum emitterentur currus. Super lineam cursores lente primum, ac pedetentim ingrediebantur; mox in cursum præcipites effundebantur. De cursoribus id accipe, non quadrigariis, sed iis qui stadium pedibus emetirentur. Sic enim ait idem auctor: βαλβὶς λέγεται ἡ ὑπὸ τὴν ὕσπληγγα γραμμὴ, ἐφ' ἧ οἱ δρομεῖς πρῶτον εἰσέρχονται βάδην, εἶτα τοῦ δρόμου ἄρχονται. βαλβὶς ἀπὸ τοῦ εἰσβάλλεσθαι βάδην. balbida dici vult non a voce βαίνω, sed βάλλεσθαι. Cursores enim & quadrigarii ostiis apertis, sublatisque repagulis curriculum protinus arripiebant, licet non simul exirent, sed ordine, prout sors dedisset. I. *Georg.*

Ut cum carceribus sese effudere quadrigæ,
Addunt in spatia, & frustra retinacula tendens
Fertur equis auriga, neque audit currus habenas.

De valva, seu balbide Damascenus I. *de imaginib.* τοῦ λόγου τὴν βαλβῖδα ἀνέῳξα, καὶ τοῦτον ὥσπερ ἵππον εὐχάλινον τῆς ἀφετηρίας παρώρμησα. *Sermonis repagulum aperui, & hunc sermonem quasi equum freno parentem carceribus emisi.* Alligabatur funiculo βαλβὶς seu repagulum, aut linea, qui ubi laxatus esset, stadium patebat. Lycophron in *Cassandra*.

Ἐγὼ δ' ἄκραν βαλβῖδα μηρίνθου χάσας
Ἄνειμι λοξῶν εἰς διεξόδους ἐπῶν,
Πρώτην ἀράξας νύσσαν ὡς πτηνὸς δρομεύς.

A Id est, *ego autem summum repagulum e funiculo laxans egredior ad diverticula obliquorum verborum, primam pulsans ut alatus cursor metam*; quem locum Canterus vir doctus ita vertit: *Ego vero valvam extremam solvens hunc aggredior obliquorum cursum verborum, prima pulsans tanquam cursor velox repagula.* Melius Josephus Scaliger:

Ego at solutis carcerum repagulis,
Verborum obibo flexuosos tramites,
Primum propulsans oppidum ut cursor celer.

Optime illud quidem ut in carmine; vides tamen longe aliud esse in Circo primum oppidum, quod unum fuit, & primam metam. Lineam hanc a B Chrysostomo *orat. de Circo* λευκῆς vocari arbitror cum ait, οὐκ ἀπὸ λευκῆς ἐπὶ σφενδόνα μιλιοδρομῶν, & σφενδόνην legendum esse infra indicabo: ut sit, *a linea alba ad metam in millio decurrens*; quod initium cursus non a meta ad carceres, sed a carceribus ad metam fieret. Evoluto enim septimo ad metam ultimam spatio, jam nihil erat contentionis. Deinde quod linea alba in carceribus Romanis fuerit, Cassiodorus lib. III. *Variar.* Alba linea non longe ab ostiis in utrumque podium quasi directa regula producitur, ut quadrigis progredientibus inde certamen oriretur; & in Olympiis ipsis C ante quadrigas pro repagulis funiculum extendi moris fuerat, narrante Pausania lib. II. *Eliacor.* tum vero quod λευκὴ non minus accommodate ad Græci sermonis vim & integritatem, *lineam albam* quam *cretam* & *calcem* significet; in vet. gloss. spartum, λευκαία ἐν θεάτροις. Adde quod Græcorum nemo λευκῆς meminit, ut metas indicet, multi linearum. Pollux lib. III. omnia pene vocabula Græcorum de metis & carceribus posuit: ὕσπληγξ, ἄφεσις, γραμμὴ, βαλβίς. Suidas, βαλβὶς ἀπὸ τοῦ ἅλλομαι, id est, *balbis dicitur ab* ἅλλομαι, quod est *salire*, ὥσπερ ἐκ βαλβῖδος τινὲς οἱ τὰ τέθριππα ἀφιέντες ἀλλόμενοι, *qui currus emittunt velut* D *ex quodam fune salientis.* In veteribus glossis dicitur transenna, βρόχος ἐν ἀφετηρίαις τεταμένος, id est, *funis ab uno extremo ad alterum protensus.* Quid si pannus albus fuerit repagulis & tabulatis annexus, qui transversus a podio in podium duceretur? Ea linea cum extenderetur, spectatores qui erant ad spinam Circi in cuneos se cogebant, prius enim quam extenderetur, populus in intermetio ad phalas & delphinos fusus divinos & mathematicos consulebat, aut vagus otiabatur. Ovid. lib. III. *Amor.* eleg. II.

Quid frustra refugis? cogit nos linea jungi.
E *Hæc ex lege loci commoda Circus habet.*

Josephus Scaliger huc refert illud Martial lib. VIII. ep. LXXVIII.

—— nec linea dives
Cessat.

Lineam divitem interpretor, ordinem dierum, quo missilia dabantur populo ab Imperatore, de quibus agit ibid. Martialis; nisi forte qui lineam accipiat pro spectaculis ipsis, quibus missilia dabantur, quia linea cogebantur in cuneos. Quare dicitur ἀπαλλαγὴ veter. glossis transenna, ὕσπληγξ, ἀπαλλαγή, sic lego, non ὑπαλλαγή, quasi dicas F *missionem equorum.* μαππαρίου σημεῖον, non quidem quod mappa, & transenna idem esset, sed quod mappa missa linea statim extenderetur. Lineis dirigendis præerant lineatores, ait Diacon. lib. XVII. ad quas respexisse videtur Tertul. lib. *de anima* cap. XLIII. *Humani vel maxime initii ac finis lineas cottidie agere.* Lib. *adversus Hermogen.* c. III. *lineam extremam habet, si determinatur, quia spatiorum initium & finis lineis notabatur.* De ultima creta, quæ linea & calx dicta est, infra dicemus. Tertul. lib. I. *in*

Marcion. cap VII. *lineis claudere*. Lib. *adversus Judæos* cap. II *lineis certis determinare*. Imo & in ipso scammate lineæ interdum ducebantur, quas certantibus transilire nefas. Tertul. lib. III. *advers. Marcion. Video aliquas etiam nunc lineas producendas, ad quas erit dimicandum*. Cic. paradoxo tertio dixit *lineas transilire*. Clemens lib. V. *Stromat.* πηδᾷ ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα. Homer. *Iliad.* III. χῶρον μὲν πρῶτον διεμέτρεον, *metiebantur locum certamini*, quo excedere nefas, ait Eustathius. Virgil. limen pro linea posuit V. *Æneid.*

—— Signoque repente
Corripiunt spatia audito, limenque relinquunt.

Sic Tertul. *de pudicitia, eundem limitem liminis figimus*. & Statius lib. VI. *Thebaid. liminis ordo*. ἱππάφεσιν, & carceres primus Cleœtas reperisse videtur in Olympia. Testatur epigramma vetus apud Pausaniam in *Eliacis* pag. 199.

Ο τὴν ἱππάφεσιν σοὶ ὀλυμπίᾳ εὕρατο πρῶτος,
Τεῦξέ με κλεοίτας υἱὸς ἀριστοκλέους.

Id est, *qui primus in tua Olympia carceres reperit, Cleœtas filius Aristoclis me fecit*. Sidonius cryptas carceres vocat, quod ut feræ cryptis in Amphitheatro, ita & equi carceribus in Circo clauderentur, & emitterentur. Cancelli fuisse videntur in carceribus, & tabulata quædam, quæ Callisthenes nondum editus in *vita Alexandri* tribuit Olympiæ. ἐξῆλθον αἱ ταυλώσεις τῶν ἵππων, ἠνοίγησαν δὲ ἀφετῆρες τῶν καγκέλλων, προεπήδησαν πάντες ὀξεῖ ἅρματι χρησάμενοι. Id est, *exierunt tabulata equorum, apertaque sunt lora cancellos carcerum laxantia, exsilierunt omnes celeri curru usi*. Callisthenes hic non fuit ille Philosophus Alexandri comes, sed recentior aliquis Græcus, ut ex verbis ejus apparet, quæ sæpe a Latinis mutuatur, contra quam sentit Gesnerus. Non plane mihi liquet an per ταυλώσεις tabulata, an sortitiones quæ fiebant per tesseras & tabellas ligneas significet; tabulata malim. Quæ sequuntur & aliter accipi possunt, ut dicat, *aperti sunt carceres, ante cancellos exierunt omnes*. Quidam metas pro carceribus posuerunt. Apoll. lib. II. *excid. Hierosol.*

Sic cum frenatos astringit meta jugales,
Ordineque emissos jussit decurrere Prætor,
Ire volunt omnes primi, quatit ungula terram
Impatiens, & stare loco vesania nescit.

Carceres vocantur & septa. In equorum egressione signum dabatur, quod quasi vexillum ad cursum tolleret, ut in Olympia delphini prolapsio, aquilæque commotio in oculos aurigarum involantis apud Pausan. in *Eliacis*, argumento est vetus Poeta:

Cardinibus propriis includunt septa quadrigas,
Janua vexillum, qua jubet ire, levans.
aut, *qua juvat ire*.

In Olympia carceres sic exstructi erant, ut proram navis exprimerent, cujus rostrum ad aquas in curriculo sulcandas obversum est; utrumque latus carcerum supra quadringentos pedes longum erat. In iis ædificia quædam, in quæ sortium casu ingrederentur qui curriculum confecturi erant. Ante quadrigas pro repagulis funiculus protendebatur, ad proram carcerum ara lustro quoque fit, in qua machina quædam est, quam movet is qui cursui præest, qua mota signum cursui datur. Pausanias lib. II. *Eliac.* παρέχεται οὖν σχῆμα ἡ ἄφεσις κατὰ πρῷραν νεώς. τέτραπται δὲ αὐτῆς τὸ ἔμβολον εἰς τὸν δρόμον. ἱππαφέσεις, & carceres quibus equi emittebantur, a *coercendo* dicti, ut vult Varro. γραμμὴ in vet. gloss. transenna. βρόχος ἐν ἀφετηρίαις τεταμένος. Item transenna ὕσπληγξ, ἀπαλλαγή, μαππαρίου σημεῖον. Ovidius,

—— Cogit nos linea jungi.

Præter duodecim ostia in carceribus, fuit medium ostium majus, per quod Consules in suas sedes ascendebant. Fuit præterea in latere Circi aliud ostium quartum decimum majus, per quod equi, bigæ, trigæ, quadrigæ, & ludicra pompæ, ut spectaculum sui præberent, inibant, & exibant. Dionysius libro III. carceres a Tarquinio Prisco arcuato opere positos ait. Livius lib. VIII. Lucio Papyrio Crasso secundum, & Lucio Plautio Venone Coss. carceres in Circo primum extructos fuisse prodit. Suetonius in *Claudio* cap. XXI. Claudium ait carceres ex ligneis marmoreos fecisse, & auratas metas. Carceris Circi cancellis clausi erant, ut ex veteribus nummis apparet. Isidorus lib. XVIII. *Origin.* In ostiis illis Circi erant carceres, sive equorum emissiones cancellis clausæ, quibus bigæ, & quadrigæ certantes emittebantur. Ante quas ex utraque carcerum parte duo parva Mercurii simulachra fuere, funem seu catenulam manibus ante carceres tenentia, quibus equi, & quadrigæ apertis jam cancellis, ne ante signum a Magistratu datum currerent, coercebantur. Signo vero dato, ita funes compositi erant, ut ex Hermulatum manibus ministrorum opera statim elaberentur, & equi currerent. De equis ad repagula frementibus Luc. lib. I.

—— quamvis jam carcere clauso
Immineat foribus, pronusque repagula laxet.

Statius libro VI.

—— Impulsi nequeunt obsistere postes,
Claustraque compressæ transfumat anhelitus iræ,
Stare adeo miserum est, pereunt vestigia mille
Ante fugam, absentemque ferit gravis ungula campum.

Sidonius carmine V.

—— Multo qui cæspite Circi
Contempio præmissus erat; cum carceris antro
Emicuit pernix populo trepidante virago.

Carm. II.

—— spectet de carcere Circi
Pallentes Atalanta procos. ——

Sanctus Chrysostom. epist. VII. *ad Olympiad.* carceres βαλβῖδας appellat, ἐξ αὐτῆς βαλβῖδος ἁλλόμενοι κατενέχθησαν, *ex ipsis valvis carcerum exilientes delati sunt*. Pausan. lib. II. *Eliac.* de carceribus Olympiæ, παρέχεται οὖν σχῆμα ἡ ἄφεσις κατὰ πρῷραν νεώς. τέτραπται δὲ αὐτῆς τὸ ἔμβολον εἰς τὸν δρόμον. *Carceres forma similes sunt proræ navis, cujus rostrum ad cursum obvertatur*. δελφὶς δὲ ἐπὶ κανόνος κατ᾽ ἄκρον μάλιστα τὸ ἔμβολον πεποίηται χαλκοῦς, *Delphin æreus in regula factus est ad summum rostrum*. Canon ille, seu regula, vel linea est, funiculus quo repagula laxantur. Statius lib. VI. *Thebaid.*

Ut ruit, atque æquum summisit regula limen,
Corripuere leves spatium. ——

Libet hic adscribere locum Plinii lib. VIII. cap. XLII. difficilem. *Claudii Cæsaris Sæcularium ludorum Circensibus excusso in carceribus auriga albati equi caracem occupavere, primatum obtinuere, opposita effundentes, omnia quæ contra æmulos debuissent peritissimo auriga insistente facientes, cum puderet hominum artes ab equis vinci, peracto legitimo cursu ad metam stetere*. Pro eo quod est, *caracem occupavere*, quidam legunt, *palmam occupavere*, alii, *cursu occupato primatum obtinuere*. Vulgatam lectionem veram censeo, & *caracem* interpretor, seu verius characem, vallum, seu spinam Circi, id est, murum quatuor pedes altum, qui a prima meta ad ultimam ducebatur, & Circum in duas partes æquales dividebat. Qui proxime ad eum murum curreret, cum ad metam ultimam ventum esset, interior & propior erat metæ; & celerius septena spatia quam alii circumagebat. Sic cui hæc minus placent, legat licet me adstipulatore, *cursu occupato primatum obtinuere*.

CAP. XII.

De usu repagulorum, & equis ad repagula.

REPAGULA, ut ex Aristophanis interprete monuimus, proprie transtra erant ostiis opposita, quibus equi frenarentur in ipsis carceribus. Ante fores fuerunt, priusque laxari oportuit quam ad ostia veniretur: nec enim tabulata ostiorum ad terram complanabantur, ut egredientes equi ea calcarent, quod nonnullos velle audio, sed cardinibus reserabantur. Ideo Lucanus repagula laxare dicit, non complanare, & Aristophanis interpres vocat *κείμενον, ἐγκαρσίως ξύλον*. Manil. lib. IV.

Ut cum laxato fugerunt cardine claustra.

Et Lucanus lib. I.

—— quantum clamore juvatur
Eleus sonipes, quamvis jam carcere clauso
Immineat foribus, pronusque repagula laxet.

In Græcia tamen videntur alicubi tabulata ad terram complanata esse, ut stadium pateret. Lucian. libello *de calumnia* indicat, *ὕσπληγγα καταπεσοῦσαν* vocans. Nec tamen repagula ferociores equos a foribus ita dividebant, ut fronte & pede fores non ferirent. lib. V. *Tristium* Ovid.

Utque fores nondum reserati carceris acer
Nunc pede, nunc ipsa fronte lacessit equus.

Dum enim sortitio fieret, equi carceribus clausi fremebant ad repagula, ait Sidonius in *Narbone*:

Illi ad claustra fremunt, repagulisque
Incumbunt simul, ac per obseratas
Transfumant tabulas, & ante cursum
Campus flatibus occupatur absens,
Ardescunt, saliunt, timent, timentur,
Nec gressum cohibent, sed inquieto
Duratum pede stipitem flagellant.

Obseratas tabulas ostia vocat, claustra, repagula, & duratum stipitem transtra transversa opposita ostiis. Vis equos frementes ad cursum intueri? Lucret. lib. II.

Nonne vides etiam patefactis tempore puncto
Carceribus, non posse tamen prorumpere equorum
Vim cupidam tam desubito, quam mens avet ipsa?

Nec minus venuste Statius l. VI. *Thebaid.*

Ora sonat morsu spumisque & sanguine ferrum
Uritur, impulsi nequeunt obsistere postes,
Claustraque compressæ transfumat anhelitus iræ.

Repagulis laxatis puncto temporis fores aperiuntur. Lucian. in *calumnia*: *ἀγαθὸς δρομεὺς ὕσπληγγος εὐθὺς καταπεσούσης*, id est, *bonus cursor, repagulis & tabulatis subito ad terram lapsis, & complanatis*: foribus apertis quadrigæ addunt se in spatia. Virgil. V. *Æneid.*

Non sic effusi bijugo certamine campum
Corripuere, ruuntque effusi carcere currus.

Hanc repagulorum ac forium laxationem, aurigarumque impetum non inscite Manilius expressit lib. IV.

Aut cum laxato fugerunt cardine claustra,
Exagitare feros, pronumque anteire jugales.

CAP. XIII.

De sortitione & ordine cursorum.

FORIBUS apertis ad missum mappæ, quadrigarii & cursores e carceribus erumpebant, & in spatium se dabant. Sed dubitatur an omnibus portis, quæ simul una molitione aperiebantur, omnes simul uno & pari impetu ferrentur,

A ut casus & fortuna locum dederat; an alius alios prior emitteretur uno tantum ostio, aut pluribus, & ante mappæ conjectum loca sortirentur. Nam in Olympia quidem, Pausania teste, fuere ædiculæ in ipsis carceribus ad cursum aliæ aliis commodiores, & propriores, quas aurigæ sortiebantur. Omnes simul prorupisse aliquis existimet prima fronte, cum audit Virgilium canentem *Georg.* I.

Ut cum carceribus sese effudere quadrigæ,
Addunt se in spatia. ——

& alia ejus generis crebra apud Poetas. Certum est tamen, non simul omnes emissos esse, ut arti locus esset, verum sortem primum ac secundum locum, & ita deinceps adjudicasse. *Æneid.* V.

B *Tum loca sorte legunt.*

De nautis loquitur in mari quasi in Circo currentibus: paulo post addit de cursoribus pedibus:

Hæc ubi dicta, locum capiunt, signoque repente
Corripiunt spatia audito, limenque relinquunt.

Videntur eo loco simul exisse ad curriculum; sed loca quæ ceperant alia aliis remotiora fuere, ut in Olympia, ita ut ordine emitterentur trans lineam, seu limen. Verum omnem super ea re dubitandi ansam nobis tollit vetus Poeta:

Ast ubi panduntur, funduntque repagula cursus,
Unus & ante omnes cogitur ire prior.

C quia scilicet sorte & ordine exhibant. Apollon. lib. II. *excidii Hieros.* non minus clare:

Ordineque emissos jussit decurrere Prætor.

Totum hoc sortitionis genus accurate exponit Homerus *Iliad.* Ψ.

Ἂν δ' ἔβαν ἐς δίφρους, ἐν δὲ κλήρους ἐβάλοντο,
Πάλλ' Ἀχιλεύς, ἐκ δὲ κλῆρος θόρε Νεστορίδαο
Ἀντιλόχου, μετὰ τὸν δ' ἔλαχεν κρείων Εὔμηλος.

Id est, *inscenderunt currus, & in urnam aut galeam sortes demiserunt, quas commovit & eduxit Achil-*
D *les, exsilitque sors Antilochi Nestoris filii, deinde sors Regis Eumeli.* in eam rem consule Statium VI. *Thebaidos* & Silium lib. XVI. Callisthenes manu scriptus in eo certamine Curuli, quod ab Alexandro habitum est, sortem usurpatam indicat his verbis, *εἰσῆλθον ἁρματηλάται, ἐτέθησαν τὰ τοῦ ἀγῶνος πάντα, καὶ ἡ κάμπη ἐκληρώθη.* Id est, *ingressi sunt agitatores; omnia quæ certamini opus erant, in medio posita sunt, & flexio agitatioque in sortem venit.* Idem auctor videtur indicare prius tuba signum datum esse, quam sortitio fieret: *ἠλάλαξεν ἡ σάλπιγξ τὸ ἐναγώνιον μέλος, ἐξῆλθον αἱ πυλώσεις τῶν ἵππων.* Id est, *tuba cecinit bellicum, exie-*
E *runt sortitiones equorum.* Stat. lib. VI.

—— Et jam sortitus Proteus versarat abena
Casside, jamque locus cuique est, & liminis ordo.

Ac nequis sorte poeticam hanc fabulam esse putet, a Græcis, non a Romanis usurpatam, idoneos sententiæ meæ dabo adstipulatores. Sidonius de *Narbone*:

Et jam te urna petit, cietque raucæ
Acclamatio sibilans coronæ.

Poetam esse dices; en tibi qui auctoritatem non defugiat. Tertullian. lib. *de spectacul.* *Tardus illi Prætor, semper oculi in urna ejus cum sortibus volutantur.* Prætor enim ex urna quadrigarum missus educebat; hocque editoris munus fuisse vel
F ex Homero conjicias, qui Achilli hoc tribuit. Eleganter, ut omnia, Symmachus in eam rem lib. X. epist. XXII. *Malo fremitum Martiæ vallis exponere, atque illam quadrigarum distributionem, in qua sibi cum fortunatus videretur, cui electionem mox urna tribuebat, par vel potior erat, quem sors fecisset extremum*, cujus rei causam dabimus, cum de flexione metæ sermo. Apud Symmachum lego, *Murtiæ*. In Græcia βραβεὺς &

A ἑλλανοδίκαι sortitioni præerant. Sophocles in *Electra* de ludis Delphicis:

Στάντες δ' ὅτ' αὐτοὺς οἱ τεταγμένοι βραβεῖς
Κλήροις ἔπελον, καὶ κατέστησαν δίφρους
Χαλκῆς ὑπαὶ σάλπιγγος ἦξαν.

Ubi autem Judices eos sorti commiserunt, & currus constituerunt, agitarunt currus tuba canente. Quod genus sortitionis in theatro quoque locum habuit: apud Suet. in *Nerone* c. XXI. Nero *nomen suum in albo citharœdorum profitentium ascripsit, sorticula cum cæteris demissa in urnam intravit ordine suo.* Urnæ in Circensibus adhibitæ sunt, in quas agitatorum nomina conjecta, ut sortis ordine equorum B quadrigæ decurrerent, cujus rei Donatus causam reddit ad hæc verba Virg. l. v. *Æn.*

Tum loca sorte legunt. ——

Ut fieri consuevit in Circo. Non est enim idem labor in singulis locis. Et inde sors adhibetur, ne sit in ordine contentio, aut humanum judicium gratia cujuspiam transducatur. Sed & in cæteris certaminibus sors servata, ut scribit Suetonius in *Nerone* c. XXI. Servius ad lib. II. *Georg.* de palæstricis loquens, Gellius l. v. c. x. Non tantum autem sortiebantur loca, verum & quadrigas, de quarum electione Symmach. l. x. epist. XXII. *Malo fremitum* C *Murciæ vallis exponere, atque illam quadrigarum distributionem, in qua sibi cum fortunatus videretur, cui electionem mox urna tribuebat, par vel potior erat, quem sors fecisset extremum.* Quadrigarum electio raro fuit in usu: loci sors semper adhibita. Loca in Circo erant ostia ipsa primus & secundus locus, primum & secundum ostium. A primo ostio rectum ac brevissimum iter ad metam, ab ultimo longissimum. Vetus inscriptio; DIOCLES SUMMA QUADRIGA, ET OSTIO QUARTO MISSUS VICIT. Græci sortiebantur non tantum quo ordine quis decurreret, verum qui inter aurigas esset. In Olympia enim decem tantum aurigæ decurrebant, qui D numerus legitimus. Illi non judicio, sed sorte eligebantur. Quod improbat Apollonius apud Philostratum cap. ult. lib. v.

CAP. XIV.

De Ostiis.

Pars in carceribus una superest, de carcerum ostiis, sed longe difficillima, de qua nihil pene certi ex auctoribus expiscari possumus. Ostia Romæ XII. fuisse vulgatum est, Constantinopoli IV. τετράθυρον vocat Chrysost. *Orat. de Circo.* Quonam ostio emitterentur quadrigæ adeo controversum est, ut lucem in ea dispicere vix possimus: ut viam ineamus, si qua est, ostia numeremus, sicuti ea E Veteres ponunt. P. Victor *de regionibus urbis* in Circo maximo XII. ostia seu carceres ponit. Cassiodor. l. III. *Variar.* totidem numerat, & una molitione simul omnia aperiri ostendit: ejus verba sunt: *Bissena ostia ad* XII. *signa posuerunt. Hæc ab Hermulis funibus demissis subita æqualitate panduntur.* Dionys. l. III. ἡ δὲ λοιπὴ τῶν ἐλαττόνων πλευρῶν αἴθριος ἀνειμένη, ψαλιδωτὰς ἱππαφέσεις ἔχει, διὰ μιᾶς ὕσπληγγος ἅμα πάσας ἀνοιγομένας. Id est, *reliquum e duobus minoribus latus, quod subdivale est, habet fornicatos carceres, unde equi mittuntur, qui omnes uno clauduntur & aperiuntur repagulo.* Auson. ep. F XVIII. *ad Ursulum*:

Ostia quot pro parte aperit stridentia Circus,
Excepto medium quod patet ad stadium.

Josephus Scaliger singularis doctrinæ & ingenii vir, quinque ostia in alteram partem concedere, septem in alteram notis in eum locum eruditis asseverat. Verum Cassiodorus cum eo pugnat, qui subita æqualitate fores aperiri monet. Hæc æqualitas exigit ut sex in quamque partem discedant: adde quod Ausonii mens eo loco fuit ut senarium numerum reficeret, quod ex ejus epistola patet, ait enim;

Ergo interceptos regale numisma Philippos
Accipe tot numero, quot duo Geryones.
Quot terni bijuges, demptoque triente Camœnæ.

Geryon quippe duplex sex corpora, terni bijuges sex jugales efficiunt: quinam ille numerus ex illa apertione reficietur? Nullo negotio, si ponas sex ostia, quæ in alteram partem abeant, sex quæ in alteram, medium excipias ostium, quod fuit majus in mediis carceribus, quoque Magistratus in cuneos suos ac subsellia itibant. Hoc enim vult, cum ait,

Excepto medium quod patet ad stadium.

Id est, præter ostium illud medium quo Magistratus in suos cuneos ibant. Supra enim medium illud ostium editoris sessio erat, & janua per quam mittebatur mappa, quæ vulgo male pingitur, ut ex Sidonio patebit. Josephus Scaliger ostium istud quod patet ad medium stadium, quartum ostium Circi esse vult, per quod emittebantur quadrigæ; quod non video quomodo defendi possit. Quartum enim ostium e numero sex ostiorum fuit, quæ utrinque subita sigillariorum & Hermularum molitione aperiebantur; nec patuit ad medium spatium, cum quartum esset: sed medium illud ostium quod fuit inter sena ostia, patuit ad medium. Idem Scaliger asserit, quarto tantum ostio missos currus, & veteri inscriptione nititur, qua Diocles agitator dicitur missus ostio quarto: sed quid attinuit ostium quartum notari, si moris fuit, ut quarto omnes ostio mitterentur? Equidem cum apud Corippum legerem l. I.

—— *Qui quattuor esse*
Solis equos quadam rerum ratione putarunt,
Aurigas totidem, totidem posuere colores.

in eam sententiam adducebar, ut quatuor tantum currus, quatuor coloribus distinctos uno missu mitti putarem, quatuorque ad eam rem ostia constituta; quam rationem Constantinopoli, ubi quatuor tantum ostia fuere, tenuisse non dubito. De Circo Romano idem fuit; omnino Romæ singuli missus quatuor quadrigis fiebant, & XXV. missus centum currus continebant. Hoc est quod Virgil. dixit:

Centum quadrijugos agitabo ad flumina currus.

Dicet aliquis, quorsum una machinatione, unoque temporis articulo duodecim ostia aperiebantur, nisi ut simul omnibus portis omnes currus effunderentur? Animadverte, Circensem rationem ab Olympiis petitam, ubi licet utraque pars carcerum simul aperiretur, non tamen aurigæ simul ex duabus partibus, sed ex una tantum emittebantur, per vices summutatis lateribus, ut Pausanias in *Eliacis* docet lib. II. quod in Circo Romano tenuisse mihi persuadeo, ut licet duodecim ostia una molitione simul aperirentur, non tamen simul utrinque currus emitterentur, sed uno tantum ex latere. Imo Romæ sic ex uno latere decurrisse arbitror, ut podium semper ad dextram, meta ad lævam esset: alioqui interior & sinisterior flexus ad metam non ita commendaretur. Initium igitur currendi fiebat primis illis quatuor ostiis, quæ in dextro latere erant, ut currentibus aurigis ad lævam semper essent metæ, ad dexteram cunei: quare cursus sinisterior erat brevior, dexterior longior, & exterior, quem aurigæ cavebant. Virgilius *Æneid.* v.

Quo tantum mihi dexter abis? ——

Non ideo tamen tota dubitatio sublata est: si enim quatuor ostiis emittebantur, cur vetus Poeta dixit?

Unus & ante omnes cogitur ire prior.

& Apollonius;

Ordineque emissos jussit decurrere Prætor.

Respondeo, fuisse in carceribus tentores & moratores, qui curarent ut singuli suo ordine currerent, ut infra ostendemus ex veteribus inscriptionibus. Addo, ostium proximum januæ illi mediæ, qua

Prætor & Magiſtratus ibant in cuneos, fuiſſe propius metæ, quam cætera oſtia: meta enim in medio Circo fuit ſub finem Circi, reſpondebatque medio oſtio Magiſtratuum. Itaque primus locus fuit oſtii proximi januæ Magiſtratuum; ſecundus locus ſecundi, & ſic deinceps: qui enim ſortiti erant oſtia viciniora mediæ januæ, meliori erant conditione quam alii, quos aliquo intervallo antecederent. Themiſtius orat. XII. ſtadiodromos indicat diverſis partibus emiſſos, ut non eundem curſum efficerent: ejus verba ſunt. *ὥσπερ δὲ ὑπὸ τὸν αὐτὸν ἀθλοθέτην ἵενται μὲν ἅπαντες οἱ σταδιεῖς, οὐ μὲν ἅπαντες τὸν αὐτὸν δρόμον, ἀλλ' οἱ μὲν ἔνθεν, οἱ δ' ἔνθεν*. Id eſt, *ut omnes ſtadiodromi ab eodem agonotheta mittuntur in ſtadium, ſed non omnes eundem curſum faciunt; hi enim inde, illi inde currunt*. forte quia januæ aliæ ab aliis ſemotæ eſſent. Jam vero fuiſſe inter ſena illa oſtia quæ utrinque erant in carceribus, oſtium quoddam quo Magiſtratus in ſuos cuneos aſcenderent, intelligimus ex Sidonio in *Narbone*.

Tum qua eſt janua, Conſulumque ſedes,
Ambit quam paries utrinque ſenis
Cryptis carceribuſque fornicatus.

Audis januam fuiſſe qua ſedes ſuas Conſules inirent: audis eam januam ambiri utrinque ſenis cryptis & carceribus ſeu oſtiis: quæ quia prope metam primam, ideo ſellæ curuli locus hic aſſignatur apud Feſtum. Hic autem cryptas non accipio quales in Amphitheatro fuere ſub terram defoſſæ, unde feræ mitterentur: ſed ipſas oſtiorum cameras ac devexiones. Arbitror enim carceribus inædificatas, ac impoſitas porticus & cameras, aut quaſi ſolaria quædam feneſtrata, unde Conſules & editores ſpectarent. Feneſtræ meminit Caſſiodorus lib. III. *Variar.* epiſt. LI. Cedrenus convivium eo loco agitatum docet, quæ opera recentiora fuerunt. Dionyſius enim l. III. ait, latera minora ubi carceres erant ſub divo ſita fuiſſe. Conſtantinopoli Veneta porta dextroverſus Imperatorio throno reſpondet, ait Procopius lib. I. *Perſic.* Nam a coloribus *τετράθυρον* illud, id eſt, quatuor portæ Circi Conſtantinop. appellabantur; ea porta dicta eſt mortua, eodem auctore. Glycas lib. IV. *Annal. Conſtantinopoli*, inquit, *pars Circi dimidia ſellæ Imperatoris oppoſita, mortua dici cœpit, quod ibi ſunt repoſita cadavera eorum qui tumultu Hypatii in Juſtinianum ad* XXXV. *millia cæſi ſunt*. ejus portæ mentio fit lib. IV. *Græcor. epigram.* p. 358.

Καὶ κε πάλιν σταδίοις ποτὶ δείελον ὦ ξεῖνος ἔλθοις,
Ἐγγύθεν ἐγγὺς ἰὼν γείτονος ἐκ θανάτου.

Id eſt, *ubi prandium apud me ceperis, rurſus in tempore ſub crepuſculum redire in ſtadium poteris, e propinquo prope veniens ex vicina morte* (id eſt, ex porta Circi mortua) *quæ a meis ædibus non longe abeſt*. Cum quatuor tantum oſtia eſſent quibus quadrigæ mitterentur, oſtium quod proxime gradus erat, dicebatur quartum, inferius tertium, aliud metas verſus ſecundum, noviſſimum vocatum eſt a pompa. Vetus lapis; DIOCLES MISSUS OSTIO IV. MISSUS III. MISSUS II. MISSUS A POMPA, CX. VICIBUS. Varro lib. IV. *de ling. Lat.* Carceres dicti quod coercentur equi ne inde exeant, antequam Magiſtratus miſit. Ariſtophanes in *Ranis* lampadem mittendis quadrigis ſignum ſacris certaminibus Græciæ fuiſſe oſtendit;

—— *ἀφιεμένην τὴν λαμπάδα ἐντεῦθεν*.

Ubi Scholiaſtes, *ὅτι ἐν τῇ ἀφέσει τῆς λαμπάδος σημεῖον ἦν τοῖς μέλλουσι δραμεῖν, ὡς δεῖ τοῦ δρόμου κατάρξασθαι*. Id eſt, *inde miſſam lampada, quia miſſio lampadis ſignum erat curſoribus, ſpatium & curſum arripiendum eſſe*. Publius Victor Circi maximi duodecim portas fuiſſe ait. Paulinus epiſt. II. januas appellat. vet. gloſſ. carceres, *θύραι ἱπποδρόμου*, *januæ Circi*. Himerius, *ἐκ πυλῶν εἰς νύσσαν δρόμον ἰθύνατε*, *ex portis ad metam curſum dirigite*. Supra mediam portam Circi, quæ utrinque ſenis oſtiis cincta fuit, erat Conſulum ſedes, ut loquitur Sidonius in *Narbone*, Prætorum ſedes & tribunal, ut Suetonius in *Nerone* cap. XII. & in *Auguſto* cap. XLV.

CAP. XV.

De miſſibus.

MAPPA miſſa mittebantur equi. Nonnulli autem putant quatuor tantum miſſus fuiſſe, quia Martialis lib. VIII. epigr. XII. dixit,

Dum te longa ſacro venerantur gaudia Circo,
Nemo quater miſſos currere ſenſit equos.

Sed hoc voluit, ſpectatores ineunte Circum Domitiano avertiſſe oculos ab equorum curſu, ut eum ſpectarent, ſalutarentque. Ita dum populus officium Imperatori, ac venerationem exhibet, quatuor equorum miſſus fuerunt, ad quos populus attentus non fuit. Xiphilinus in *Commodo* ſeptem miſſus e viginti quatuor numerat, *μελλόντων δὲ τὸ ἕβδομον τῶν ἵππων ἀγωνίζεσθαι, πλῆθός τι παιδίων ἐς τὸν ἱππόδρομον εἰσέδραμε*. *Cum ſeptimus equorum miſſus futurus eſſet, turba puerorum in Circum irrupit*. Caſſiodorus lib. III. *Variar.* epiſt. LI. bene XXIV. miſſus numerat his verbis: XXIV. *miſſibus conditio hujus ſpectaculi expeditur*. Idem in *Chronic.* Philippum Aug. ſcribit natali urbis Romæ quadraginta miſſus dediſſe, ut agon mille annorum ageretur. Sed id præter morem. Nam legitimus numerus fuit eodem die XXIV. miſſus. XXV. erat ærarius, ut ſcribit Servius in id Virgil. III. *Georg.*

Centum quadrijugos agitabo ad flumina currus.

Id eſt, unius diei exhibebo Circenſes ludos, quia, ut Varro dicit in libris *de vita populi Rom.* olim XXV. miſſus exhibebant, ſed viceſimus quintus dicitur ærarius, eo quod de collatione populi exhibebatur, qui deſiit eſſe poſtquam conferendæ pecuniæ eſt conſuetudo ſublata: unde hodieque permanſit, ut ultimus miſſus appellaretur ærarius. Centum miſſus peracti ſunt ſub Domitiano, narrante Sueton. in *Domit.* c. IV. *Circenſium*, inquit, *die quo facilius centum miſſus peragerentur, ſingulos a ſeptenis ſpatiis ad quina corripuit*, id eſt, non ſepties metam flectere, ſed quinquies juſſit: quod ipſum habet Servius in III. *Georgic.* Commodus apud Xiphilin. *ἐξαίφνης ποτὲ μετὰ μεσημβρίαν ἐκ τοῦ προαστείου σπουδῇ ἐς τὴν Ῥώμην ἐλάσας, τριάκοντα ἵππων ἁμίλλας ἐν δυσὶν ὥραις ἐποίησε*. Id eſt, *quodam die ſubito e ſuburbio poſt meridiem Romam regreſſus*, XXX. *equorum certamina dedit duarum horarum ſpatio*. Claudius per quinos miſſus interjicere ſolitus venationem. Sueton. cap. XXI. Locus ille Suetonii de centum miſſibus & ſeptenis ſpatiis a nemine, quem mihi videre contigerit, eſt intellectus. Beroaldus miſſus equorum circuitiones interpretatur, dum a carceribus ad metas recurrunt. Turnebus lib. X. cap. XVI. ſpatia ſeptena curricula intelligit. lib. V. c. IV. illud Servii lib. III. *Georg.* affert. *Centum miſſus circenſes ſunt unius diei: centum enim currus mittebantur.* Sic habeto, miſſus dici equorum miſſiones & *ἀφέσεις* e carceribus, qui fuerunt tantum XXV. quatuor portis IV. currus ſingulis miſſibus mittebantur, & currus ſinguli ſemel tantum currebant. Unde apparet centum currus XXV. miſſibus agitatos eſſe. Recte igitur apud Sueton. cap. IV. lib. VIII. centum miſſus interpretamur centum currus. Neque enim fieri potuit, ut centum miſſus uno die fierent, ſi pro equorum miſſione e carceribus accipiatur. Spatia autem illa non pro curriculis accipienda ſunt, ut vult doctiſſimus Turnebus: ſed pro

ſeptenis ſpatiis, quibus meta ſepties circumagebatur ab agitatoribus. Domitianus præcepit, ut quinquies tantum circumageretur, quo facilius centum currus uno die currerent. Ovid. in *Halieut.*

Seu ſeptem ſpatiis Circo meruere coronam.

Alexander ab Alex. lib. v. c. VIII. multa turbat in his miſſibus & ſpatiis. Exiſtimat currus ab ingenuis pueris agitatos: male. Circenſibus illis, quos Prætor ederet, unus fuit miſſus, qui ordinarius dictus eſt: ideo *præda caballorum* Prætor appellatur a Juvenale, quia hordeum illo die a Prætore agitatores equis accipiunt. Hoc ſignificat vetus interpres Juvenalis his verbis: *Quia Circenſibus illis, quos Prætores edunt, unus eſt miſſus, qui ordinarius dicitur; quia hordeum pro illo die aurigæ tollunt equorum; aut quoniam multi equi frangebantur iiſdem Circenſibus*: hæc ille. Malim Prætorem dici prædam caballorum, quia impenſi ſumptus erant illius editionis: neque unius diei hordeum potuit Prætorem bonis evertere, ſi alii ſumptus non fuiſſent. Vide an pro *miſſu ordinario* legendum ſit *hordearius*. Hi omnes miſſus ut facilius explicarentur, ſtatim orto Sole carceres reſerabantur, quod & aliis ludis ſolemne fuit. Statius lib. I.

Vix aurora novos movebat ortus,
Jam bellaria adorea pluebant.

Nero palmarum numerum ampliabat, & ſpectaculum multiplicatis miſſibus in ſerum protrahebat, cum durum eſſet dominis factionum greges aurigarum ducere, niſi ad totius diei curſum. Suet. in *Nerone* cap. XXII. Caligula natali ſuo Circenſibus XXIV. interdum miſſus, interdum XX. dedit, ut Dio pag. 441. καὶ ἵπποι δύο ἡμέραις ἠγωνίσαντο. τῇ μὲν προτέρᾳ εἰκοσάκις, τῇ δ' ὑστέρᾳ καὶ τετράκις, intelligo εἰκοσάκις καὶ τετράκις. Id eſt, *equi duos dies in Circo certarunt: prima quidem die vicies, altera die vicies & quater*: addit deinde, πρότερον γὰρ οὐ πλείω τῶν δώδεκα ἄθλων ἐτίθετο, id eſt, *prius non pluſquam XII. miſſus dabantur*: male hoc poſtremum: p. 469. ὑπὸ πενίας πολλοὶ τῶν ὑπατειῶν ἀπολείπησι διὰ τὰ ἀναλώματα τὰ ἐν ἱπποδρομίαις, τετράκις γὰρ καὶ εἰκοσάκις ἡμιλλῶντο. Id eſt, *ob paupertatem multi abſtinent Conſulatu, quod in Circum nimii ſumptus ſint: vicies enim & quater certabant*. Ob hos ſumptus Prætor dicitur *præda caballorum* a Juvenale ſat. II.

CAP. XVI.

De mappa.

IN accipiendo ſigno magna populi, major agitatorum expectatio fuit. Novel. CV. Juſtinianus jubet VII. ſpectacula dari a Conſule. Primum Kal. Jan. μετ' ἐκείνην δὲ δευτέραν ἄξει θέαν τὴν τῶν ἁμιλλητηρίων ἵππων, ἣν δὴ μάππαν προσαγορεύουσι. πάλιν δὲ θέαν ἵππων ἁμιλλητηρίων ἐπιτελέσει, ἤτοι τὴν καλουμένην μάππαν. τὸ γὰρ μίαν μὲν ἄλλην μάππαν προσεφεύρισκειν. *Alterum ſpectaculum erit Circenſium equorum, quam mappam vocant. Rurſus edet alios Circenſes, quam mappam vocant*: ἑκτὴν ἀγων ταύτην πανήγυριν. *nam unam aliam mappam adinvenere*. Quintilianus mappam Circo uſitatam eſſe dicit. Spectaculum autem Circenſe pomeridianum fuit, interdum & matutinum, Auguſtino teſte l. VIII. *Confeſſionum*, & Caſſiod. l. III. epiſt. LI. & Xiphilino in *Commodo*: in Olympia tamen curſores mane, pentathlum media die, & graviora certamina committebantur, ut eſt apud Pauſan l. II. *Eliac.* Quod ſignum Olympiis daretur, diſces e libro II. *Eliacor.* Pauſan. p. 299. Romæ mappa dejiciebatur in Circum e ſella editoris: cujus originem a Nerone Caſſiodorus ducit l. III. *Variar. Mappa*, inquit, *ſignum dat Circenſibus*: tali caſu fluxit in morem. Nero prandens flagitante populo miſſus, mappam abjici juſſit per feneſtram. Ante mappæ miſſionem Magiſtratus ſuper fornices carcerum eo loco unde ſpectabant, convivium agitaſſe auguror, mappamque in tempore mappario mittendam dediſſe. In hanc ſententiam cum Caſſiodoro Cedrenus me veluti manu ducit p. 139. ἔθος ἦν τοῖς ὑπάτοις ἐπὶ τῶν θεάτρων εὐωχεῖσθαι. μετὰ δὲ τὸ παύσασθαι τῆς εὐωχίας τὸ ἐν χεροῖν ἐκμαγεῖον, ὃ καὶ μάππαν καλοῦσι, ἔξω οὐ καὶ μανδύλια ἔρριπτον. ὅπερ ὑποδεχόμενος ὁ λεγόμενος μαππάριος τὸν ἀγῶνα παρεσκεύασεν. Id eſt, *moris erat Conſulibus in Theatris ipſis convivari: ſublatis epulis, mantile, quæ mappa dicitur, jaciebant: quam excipiens qui dicebatur mapparius, certamen adornabat*. Ut fuerit de epulo in carceribus, hoc ſcio, editores epulum domi viris principibus inſtruxiſſe. Imo publice & privatim convivia agitabantur per ludos: de publicis epulis in Sylla, Agrippa, Caligula, Nerone, Plutarchus, Appianus, Dio docent: de privatis Cicero VIII. *in Verrem*: *Ludis Circenſibus*, ait, *L. Siſenna vir primarius, cum eſſent triclinia ſtrata, argentumque expoſitum in ædibus, domus plena honeſtiſſimorum virorum*. Si quæras quis mapparius ille fuerit, indicabo ex Suetonio, editorem & Magiſtratus mappam per ſe, vel per libertos miſiſſe: ſic ille in *Nerone* cap. XXII. *aliquo liberto mittente mappam, unde Magiſtratus ſolent*. Apud Cedrenum tamen videtur fuiſſe genus quoddam officii humilis; a quo quadrigarii ad curſum compararentur. Olim per ſe ipſos Prætores ſignum mittebant. Martialis lib. XII. epig. XXIX.

Cretatam Prætor vellet cum mittere mappam,
Prætori mappam ſurripit Hermogenes.

Tertul. cap. XXXVI. *in Valentin.* miſſæ mappæ meminit. De mappa fueritne mos ille Nerone antiquior, haud liquido conſtat: hoc conſtat, ſignum mitti ſolitum aliquot ante ſæculis. Ennius:

Expectant velut, Conſul cum mittere ſignum
Vult, omnes avidi ſpectant ad carceris oras.

eo reſpexit Manilius his verbis:

—— mittunt in tempora ſignum.

Nonnulli volunt ante Neronem face accenſa ſignum datum. Ea religio mittendi ſigni fuit, ut ſi Prætor abeſſet, Dictator ſigni mittendi crearetur. l. VIII. Livius: *Dictator creatus, quia Prætor morbo implicitus erat, qui ſignum mittendis quadrigis daret.* Idem l. XXII. *Exitu anni Tit. Quinctius Conſul Dictatore comitiorum, ludorumque faciendorum cauſa creato*: quod ſignum illud fuerit, non liquet, niſi forte tuba: quanquam miſſio ſigni amplius ſignificat. Quid ſi fuit deſcenſus editoris e curru, ut quadrigas mitteret? quadrigis miſſis currum inſcendebat, ut ad foros ac cuneos rediret: non enim a ſedente ſignum illud, quodcunque fuit, ſed de plano datum eſt ante Neronem. Auguror ex Livio l. LV. ubi deſcendit curru Conſul, ut quadrigas mitteret: quadrigis miſſis currum aſcendit, cum per Circum reveheretur ad foros publicos: verba ſic habent: *Cajo Licinio Conſuli ad quadrigas mittendas exſcendenti, tabellarius qui ſe ex Macedonia venire diceret, reddidiſſe laureatas literas dicitur: quadrigis miſſis Conſul currum conſcendit, & cum per Circum reveheretur ad foros publicos*. Admonebo infra curru vectum editorem in Circo: deſcendebat ut quadrigas mitteret, aſcendebat cum miſiſſet. Turnebus *eſcendenti* legit pro *aſcendenti*: miſit enim Conſul quadrigas priuſquam currum aſcenderet, more majorum, deinde quadrigis miſſis currum inſcendit. Non modo editor & Magiſtratus ante ſigni miſſionem epulis operabatur, ſed & quædam conſilii forma habebatur: ſedebat in ſuggeſtu Prætor in fornicatis illis cameris quæ carceribus & oſtiis impoſitæ erant; circumſtabant aſſeſſores & conſiliarii. Cujus rei quædam imago in priſcis numiſmatis expreſſa eſt. Sed ut excitaretur populi expectatio, ante

missum mappæ signum aliquod exigebatur, quo fixo omnes oculum ad mappam quæ mittenda erat vertebant. Chrysost. *orat. de Circo:* ὡς γὰρ ἐν τῷ ἱπποδρομίῳ πάντων οἱ ὀφθαλμοὶ ἐπὶ τὸ μαππάριον πεπηγότος τοῦ σημαντῆρος ἀτενίζουσι, ἐκδεχομένων τῶν ἐν τῇ βουλῇ ἐκείνου τὸ ἄνοιγμα. Id est, *ut enim in Circo omnium oculi feruntur in mappam postquam signum fixum fuit, cum ii qui sunt in consilio editoris signi illius aperiendi potestatem acceperint.* Expectatione signi hujus sic populus erigebatur, ut a carcerum fornicibus oculos non abducerent. Virgil. lib. v. *Æneid.*

Intenti expectant signum, exultantiaque haurit
Corda pavor. ——

Tertullianus lib. *de Spectac. Dehinc ad signum anxii pendent, unius dementiæ una vox est; misit, dicunt, & nuntiant invicem quod simul ab omnibus visum est. Non visum est, missum quid sit, mappam putant.* Silius Italic. lib. xvi.

Fluctuat æquoreo fremitu, rabieque furentum,
Carceribus nondum reseratis mobile vulgus,
Atque fores oculis, & limina servat equorum,
Jamque ubi prolato sonuere repagula signo,
Tollitur in cœlum furiali turbine clamor.

Ennius:

Expectant veluti Consul cum mittere signum
Vult, omnes avidi spectant ad carceris oras,
Qua mox emittat pictis e faucibus currus.

Per initia Romæ Consul signum dabat mittendis quadrigis, aut Dictator, si Consul morbo impediretur, creabatur qui signum daret. Capta Republica Imperatores ipsi mappam miserunt, aut Prætores, qui dicti ἀφέται: locus ἀφετηρία, *carceres;* κύριος τῆς ἀφέσεως, *editor:* ἀφετικὸς τόπος, *locus unde emitteretur.* Apud Lampridium Commodus Dalmaticus in publico processit, atque ita signum Circensibus quadrigis committendis dedit. Apud Livium libro viii. Prætore gravi morbo detento Dictator Megaliacis ludis signum misit. Quintilianus libro i. cap. v. Scholiastes Juvenalis *ad satyr.* x. ad hæc verba: *In tunica Jovis & pictæ Sarrana: Mappam mittentem in Circo Consulem describit Poeta. Nam tunicam Jovis togam palmatam dixit, Tyria purpura confectam, hoc est, Sarrana.* Alia mappa fuit, de qua Seneca lib. iii. *de Ira* cap. xxx. *Ursos leonesque mappa provitat.* Prætores ludos edere, & mappam mittere soliti, qui quia ludis coronati, Martialis lib. viii. epig. xxxiii dixit:

De Prætoritia folium mihi, Paule, corona
Mittis, & hoc phialæ nomen habere jubes.

De mappa Quintilianus libr. i. cap. v. Et mappam quoque usitatum Circo nomen Pœni sibi vendicant. Qui scripsit notas ad Corippum putat lucerna datum signum equis, quia Corippus dixit:

—— *Prænuntius ante*
Signa dedit cursor posita de more lucerna.

Non vidit Corippum agere de lucerna quæ præferebatur Imperatori. S. Chrysostomus mappam vocat μαππάριον. Apud Cedrenum mapparius est is qui mittit mappam. Cursores ipsi non ponebant signum, sed mapparius jussu editoris aut ipse editor signum mittebat.

CAP. XVII.

De signo tubæ.

AD signum redeo, quod non mappa modo dabatur, sed & tuba, quam ludis omnibus præcinere Vegetius admonet. Apulejus lib. x. *At ubi discursus reciproci multimodas ambages tubæ terminalis cantus explicuit,* &c. Quinctilianus in Gladiatore; *sonabant ferali clangore tubæ.* Juvenalis,

—— *Dignissima prorsus*
Florali matrona tuba. ——

Id est, quæ in scenam Floralibus producatur, Plinius lib. ii. *Epist. Qui nunquam castra viderunt, nunquam tubarum sonum nisi in spectaculis audierunt.* Seneca epist. LXXXIV. *Cavea æneatoribus cincta est.* Olympiæ signum tuba dabatur, ut ex Pausania constat lib. ii. *Eliacor.* Sed & cæteris certaminibus. Virgil. v. *Æneid.*

Inde ubi clara dedit sonitum tuba, finibus omnes,
Haud mora, prosiluere suis, ferit æthera clamor
Nauticus. ——

Ubi tuba signum datum erat, omnes curriculum accipiebant. Ovid. x. *Metamorph.*

Signa tubæ dederunt, cum carcere pronus uterque
Emicat. ——

Tubicines in Circo arbitror intra eos parietes fuisse qui carceribus impositi erant, una cum editoribus, ut signum tuba darent eorum arbitrio. Nam & apud Virgilium in nautico certamine tubicines ponuntur in medio aggere, unde quasi ex carceribus solvebant:

Et tuba commissos medio canit aggere ludos.

Sidonius in *Narbone:*

Tandem murmure buccinæ strepentis
Suspensas tubicen vocans quadrigas,
Effudit celeres in arma currus.

Nec canebat modo tuba ante certamen, ut equi prosilirent e carceribus; verum etiam in ipsa decursione, ut animi equi viresque accenderentur. Pausanias pag. 191. *Equa,* inquit, *Phidolæ sessore lapso* περὶ τὴν νύσσαν ἐπέστρεψεν, καὶ ἐπεὶ τῆς σάλπιγγος ἤκουσεν, ἐπετάχυνεν τὸν δρόμον, Id est, *circa metam se circumagebat, & ut audivit tubam, cursum acceleravit.* Athenis, antequam a Tyrrhenis tuba reperta esset, signum cursui lampade dabatur: exclamabant enim spectatores, ut dimitterentur ad cursum. Aristoph. in *Ranis:*

Ἐπειδὰν φῶσιν οἱ θεώμενοι εἶναι.

Ubi Interpres, ἐν τῇ ἀφέσει τῶν λαμπάδων σημεῖον ἦν τοῖς μέλλουσι δραμεῖν.

CAP. XVIII.

De Præconibus.

PRÆCONES ludis omnibus, imo & concionibus adhiberi moris fuit, qui silentium imperarent. Plaut. *Asinaria:*

—— *Face jam tu præco*
Nunc omnem auritum populum.

Polyb. *de legat.* pag. 19. προελθὼν ὁ κήρυξ, καὶ σιωπησάμενος τὰ πλήθη διὰ τοῦ σαλπιγκτοῦ, id est, *procedens præco, & imperans silentium multitudini per tubicinem.* Præcones tamen quidam erant ad res sacras, alii ad certamina, alii ad pompam, alii in foro prædicantes venalia. Pollux lib. viii. Athenis κήρυξ ὁ μέν τις τῶν μυστικῶν, ὁ δὲ περὶ τοὺς ἀγῶνας, οἱ δὲ περὶ τὰς πομπάς, οἱ δὲ κατ' ἀγορὰν τὰ ὤνια προσκηρύττοντες. Sed huic rei alius locus. In Græcia non tubæ modo, sed & præcones fuere qui silentium indicerent Olympiis, missusque nuntiarent. Vetus auctor præconem non tantum homines, sed & omnia animantia, ut in stadium inirent, invitasse ait, ὡς τὸν ἐν ὀλυμπίᾳ κήρυκα, μὴ μόνον ἀνθρώπους τοὺς ἀγωνιουμένους καλεῖν (lego ἐᾶν) ἀλλὰ καὶ πᾶσιν ἐπιτρέπειν τοῖς ζώοις εἰς τὸ στάδιον ἥκειν. Sophocles in *Electra* de præcone:

Οτε ἤσθετο ἀνδρὸς ὀρθίων κηρυγμάτων
Δρόμον προκηρύξαντος, ἦ πρώτη κρίσις.

Id est, *postquam audivit præconem erectum prædicantem cursum, de quo prima erat disceptatio*. P. Faber erudite legit, ὀρθρίων κηρυγμάτων, id est, *matutinorum*, mane enim cursores in Græcia committebantur. Pausan. *Eliac.* lib. II. πρὶν μὲν τὸν ἥλιον ἀνίσχειν συμβαλόντε δρομίας. Philost. lib. VI. *vitæ Apol.* meminit μεσημβρινοῦ κηρύγματος, id est, *meridianæ citationis*. Ea prædicatio fiebat paulo ante quam currus emitterentur, ut coronæ expectatio erigeretur. Chrysost. *orat. de sacro baptismate*: οὐχ ὁρᾶτε ἐπὶ τῶν ὀλυμπίων ἀγώνων, ὅταν ἀγωνοθέτης διὰ τῆς ἀγορᾶς βαδίζῃ, στέφανον ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἔχων, στολὴν ἀναβεβλημένος, ῥάβδον ἐν τῇ χειρὶ κατέχων, ὅση ἡ εὐταξία, τοῦ κήρυκος βοῶντος ἡσυχίαν εἶναι μετὰ εὐκοσμίας; πῶς οὐκ ἄτοπον, ἔνθα μὲν ὁ διάβολος πομπεύει, τοσαύτην εἶναι τὴν ἡσυχίαν; (puto legendum, στολὴν ἀναβεβλημένος πορφυρᾶν.) Is enim agonothetæ habitus fuit, ut Sueton. in *Domitiano* cap. IV. *In stadio vero cursu et iam virgines. certamini præsedit crepidatus* (more Græco scilicet) *purpuraque amictus toga Germanica, capite gestans coronam auream*. Dio lib. LXVIII. de Claudio ἐπεὶ ἔν γε τῇ νεαπόλει ἑλληνικῶς διῃτᾶτο. ἐν μὲν μουσικῆς θεωρίαις ἱμάτιον καὶ κρηπῖδας. ἐν δὲ τῷ γυμνικῷ ἀγῶνι πορφυρίδα καὶ στέφανον χρυσοῦν ἐλάμβανε. *Neapoli Græcanice egit: & quidem in musicis spectaculis pallium & crepidas; in gymnico agone purpuram & auream coronam habuit*. Locus igitur Chrysostomi ita verti potest: *Non videtis Olympicis certaminibus, cum agonotheta per forum ambulat, habens coronam in capite, stola amictus, virgam manu tenens, quanta sit modestia, clamante præcone silentium cum honesto modestoque statu? quomodo non absurdum est, ubi diabolus pompam agit, tantum esse silentium?* At quidem Græci non modo per præconem silentium imperabant; sed & in Circum perinde atque in Theatrum citharœdos & tibicines inducebant. Basil. de Gordio: ἐπὶ δὲ διὰ τῶν κηρύκων σιωπὴ τῷ δήμῳ ἐπεσημάνθη, ἐκοιμήθησαν μὲν αὐλοί, κατεσιγάσθησαν δὲ ὄργανα πολυαρμόνια ἐν τῇ θέᾳ τῶν ἡνιόχων. Id est, *ubi autem per præcones silentium populo imperatum est, tibiæ conquieverunt, conticuerunt instrumenta symphoniaca in spectaculo quadrigarum*. Mirum certe in Græcia silentium imperari, quod in hoc maxime ludicro haberi non potuisse ostendit Silius Italicus lib. VI. de spectatoribus loquens:

Tollitur in cœlum furiali turbine clamor,
Pronique ac similes certantibus ore sequuntur
Quisque suos currus, magnaque volantibus iidem
Voce loquuntur equis.

Sed hac de re infra. Præconis fuit ut sacris adesset, concionem advocaret, dicturos citaret. Demosthen. *de corona*, ἠρώτα μὲν ὁ κήρυξ, τίς ἀγορεύειν βούλεται; *Interrogabat præco, quis dicere pro concione vellet*. Pollux κήρυκας ἑρμηνέας vocari scribit, & interpretes. In tutela Mercurii erant. Apud Sophoclem in *Trachiniis* Lycas præco ait;

Ἑρμοῦ τήνδε πομπεύω τέχνην.

Mercurii hanc artem publice ostendo. Præco item ἀλεκτρύων dictus, quia præconis laus in vocalitate posita; quare Eustath. κήρυκα ἀπὸ τοῦ γαρύειν, *a clamando*, dici putat. Probabantur præcones si uno spiritu prolixum edictum, quem πόδα vocabant, pronuntiarent. Galenus in *Epidemiis*, καθάπερ οἱ κήρυκες ὁ τὸν πόδα λεγόμενον ἐκφράζουσι, *ut præco-*A *nes edictum, cui nomen est pedi, pronuntiant*. Curiones Romæ præconum loco erant in spectaculis, qui jussa Principis, vel populi edicebant. Martialis lib. II. ab initio: *Epigrammata Curione non egent*. Plinius lib. IV. epist. VII. *Scripsit publice, ut e Curionibus eligeretur vocalissimus aliquis ex ipsis, qui legeret eum populo*. Trebellius de Gallieno cap. XII. *Ille per Curionem edici jussit, Taurum toties non ferire difficile est . . . . . Mirantibusque cunctis rem tam ridiculam, per Curionem edici jussit, impostturam fecit & passus est*. Symmach. lib. VI. epist. XII. *per Curionem præfectus urbi ludorum Imperialium die oblationem communem populo publicavit*. Sidoni-B us lib. I. epist. II. Curionem nuntium & interpretem vocat.

CAP. XIX.

De ovis, & Delphinis.

RELIQUÆ Circi partes non temere descriptæ sunt, sed ad universi hujus instar, tum ad aurigarum cursum adjuvandum. Ova quidem Polluci & Castori consecrata, quod eos ovo editos fabulentur Poetæ. Castores Romanos Plinius vocat lib. C VII. cap. XXII. ædes Castorum Trebellius & Capitolinus. Euripid. in *Helena*:

—— Ζεὺς εἰς Λήδαν ἔπτατο
Κύκνου μορφώματα ὄρνιθος λαβών,
Ος δόλιον εὐνὴν ἐξέπραξε ὑπ' αἰετοῦ.

Id est, *Jupiter ad Ledam advolavit Cygni specie, qui concubitum dolosum perfecit sub aquilæ integumento prædam ferens*. Lucianus in *dialogo Deorum* pro insignibus Dioscuris tribuit dimidiatam ovi testam, alba stella illustrem, jaculum in manu, equum utrinque album: τοῦ ᾠοῦ τὸ ἡμίτομον, ait, καὶ ἀστὴρ ὑπεράνω, καὶ ἀκόντιον ἐν τῇ χειρί, καὶ ἵππος ἑκατέρῳ D λευκός. Ipsique cum inter homines agerent, galeis utebantur, quæ dimidiati ovi figuram haberent. Lycophron in *Cassandra*:

Οἷ ὀστράκου στρόβιλος ἐντετμημένος
Κόρσην σκεπάζει ῥύμη φοινίου δορός.

Id est, *quorum caput dividuus conus testæ ovi operit hastæ cruentæ propugnaculum*. Ova igitur in Circo fuerunt Polluci & Castori sacra, non procul ab utrisque metis, imo metis ipsis imposita. In eam rem jocus est elegans Varronis l. I. *de Re R.* c. II. *Nam non modo illud sublatum est, quod ludis Circensibus novissimi curriculi finem facit quadrigis, sed ne illud quidem tum vidimus, quod in Cereali pompa so-*E *let esse primum*. Hoc postremum de ovo cœnæ eo dictum est, quod confectis ludis Circensibus epulum publicum ab Ædile, qui ludos dederat, in templo Telluris præberetur feriis sementinis. Delphinos Romæ & ova non ita fuisse antiqua nonnulli putant, & Agrippæ ejus rei originem tribuunt, auctore Dione lib. XLIX. κἂν τῷ ἱπποδρόμῳ σφαλλομένους τοὺς ἀνθρώπους περὶ τὸν τῶν διαύλων ἀριθμὸν ὁρῶν τούς τε δελφῖνας, καὶ τὰ ᾠοειδῆ δημιουργήματα κατέστησε, ὅπως δι' αὐτῶν αἱ περίοδοι τῶν περιδρόμων ἀναδεικνύωνται. Id est, *& in Circo cum videret homines decipi in numero cursuum ac recursuum, Delphinos, & opera ovata constituit, ut per ea circuitus flexuum indica-*F *rentur*. Circus enim cum longe lateque pateret, Delphinis, variisque columnis distinctus fuit, quibus spatia notarentur, & iter ad metas dirigeretur. Livius l. XLI ova ait ad notas curriculis numerandas posita. Sic accipiendus est Cassiodorus l. III. *Variar.* cum ait: *metarum circuitus ovorum erectionibus exprimitur*. Quibus verbis innuitur, ova metis imposita ab Agrippa, ut cum variæ columnæ in Circo essent, ne erraretur in metis, indicarent ova metam ultimam, quæ & circumflectenda fuit.

Livius autem l. XLI. longe ante Augusti & Agrippæ ætatem ova in Circo ponit, ut supra notavimus. Tertul. l. *de Spectac.* erudite in Circo ponit Solis ædem, ova Castorum, Delphinos Neptuni, columnas sessias a sementationibus, messias a messibus, tutelinas a tutelis fructuum. Segestam Plinius, Macrobius Segetiam vocat. Ante has, tres aræ tribus Diis parent, magnis, potentibus, valentibus, eosdem Samothracas existimant. De Diis Samothracibus hic agendi locus non est; consule Varronem l. IV. *de Ling. Lat.* & *Argonaut.* l. I. p. 444. Apollonium.

Νῆσον ἐς ἠλέκτρας ἀτλαντίδος, ὄφρα δαέντες
Ἀῤῥήτας ἀγανῇσι τελεσφορίῃσι θέμιςας;
Σωότεροι κρυόεσσαν ὑπὲρ ἅλα ναυτίλλοιντο.

Id est, *ad insulam Electræ Atlantidis filiæ Samothraciam, ubi sunt Dii Cabiri, ut scientes leges inviolabiles dulci eventu salvi navigent in mari horrendo*; quo loco legam libens ἀῤῥήτας θέμιςας, quia silentio servabantur, ut mysteria Cereris; sic & apud Orpheum in *Argonauticis* lego, ἄῤῥητα, ubi ait,

—— Ζαθέην σαμοθρῄκην,
Ἔνθα τ' ὄργια φρικτὰ θεῶν ἄῤῥητα βροτοῖσι.

Id est, *Samothracem divinam, ubi fœdera sacramentaque Deorum hominibus non dicenda.* Non video cur Junonis occulta sacra Samothracas Deos nonnulli dici velint, a voce Hebræa סתר *sathar*, quæ *abscondere* significat, cum Veteres omnes eos in Samothracia ponant, & nominatim appellent iis nominibus, quæ in Junonem non cadant. Ad ova redeamus, quorum meminit Isidorus l. XVII. cap XXVIII. *Ova*, inquit, *Castori & Polluci.* Quinetiam Constantinopoli Castoris & Pollucis simulacra in porticibus Circi visuntur, auctore Zozimo lib. II. Sed de columnis illis frumentariorum Deorum alii explicarunt. Plin. lib XVIII. cap. II. Seiam a serendo, Segetiam a segetibus appellatas, ait, quarum simulacra in Circo sunt. Tertiam ex iis nominare sub tecto religio est. Illa religio quæ fuerit, ostendit Macrobius lib. I. *Satur.* cap. XVI. Salutem, Semoniam, Segetiam, Segestam, Tutelinam siquis inauspicato nominasset, is ferias servabat. Alia Tutelina fuit, cui tutela pop. Rom. ut & Tutano Deo, sive Tuturno. Arnobius lib. IV. *adversus Gentes*. Huic Tutelinæ ara in Aventino, de qua Varro in Hercule: tuam fidem Tutelina invoco. Consulatur Augustinus lib. IV. cap. VIII. *de Civit.* Pro *Seia* in manuscriptis legitur *Sesia*, *Seria* & *Setia*, quæ dicitur & *Sessia*. Delphinos autem in Circo positos ab Agrippa, vel potius restitutos, indicavit supra Dio. Delphinis erant cymbala ex ore pendentia ut plurimum, quorum sono dabatur signum, ut eodem momento excurrerent, eodemque spatio, ut ex Victruvio lib. x. cap. XIII. Quod genus ab Olympia desumptum auguror, ubi Delphini locum habuere, sicuti docet Pausanias in *Eliacis*. Cur autem in Circo positi sint si quis roget, equidem Neptuni famulos domino suo ac Deo attributos existimem. Hyginus in *Delphino*: *Qui Neptuno*, inquit, *simulacra faciunt, Delphinum aut in manu, aut sub pede ejus constituunt.* Illis igitur in Circo columnæ assignatæ, super quas Delphini asculpti essent, nisi quis ob miram celeritatem eo loco positos arbitretur, de qua Ælianus *de piscibus*, & Oppianus p. 16. l. I. ἁλιευτικῶν.

Ἀγγελίης δ' ἤνεσσεν ἐυνέας ὥς θεράποντας,
Κλήρῳ δ' ἐν σφετέρῳ πελώριον ὤπασε τιμήν.

Id est, *Neptunus laudavit Delphinos famulos suos morigeros ob hunc nuntium, & in suæ sortis imperio supereminentem dedit eis honorem; plurimum enim hos amat*; & Nonnus lib. II. *Dionysiac.* Nereidas Delphinis vehi ait:

Ὡς δ' ὅτε νηρείδων τις ὑπερκύψασα θαλάσσης
Ἑζομένη δελφῖνι. ——

Id est, *ut cum aliqua Nereis emergens e mari insidens Delphini, sessorem facit.* Lib. I. *Thebaidos* Statius Palæmonem:

—— Curvo Delphine vagantem
Arripuit frenis, gremioque Palæmona pressit.

Has columnas Juven. satyr. VI. *phalas* vocat:

Plebejum in Circo positum est, & in aggere fatum,
Quæ nudis longum ostendit cervicibus aurum.
Consulit ante phalas, Delphinorumque maniplos.

Phalæ, Nonio teste, columnæ vel turres ligneæ, lapideæve fuerunt; sic enim ille: *phalæ sunt & in Circo, quæ apud Veteres propter spectatores e lignis erigebantur.* Ennius:

Malos defindunt, fiunt tabulata, phalæque.

Festus, *Falæ dictæ ab altitudine a falando, quod apud Hetruscos significat cælum.* Apud Plautum milites ferritribaces viri, qui trium nummorum causa subeunt sub falas. Has columnas in Circo privati homines interdum se posituros recipiebant. l. I. C. *de Pollicitat. Si columnas Circensibus promisisti.* Juvenalis Delphinorum maniplos vocat, quia plures erant in Circo. Isidorus lib. XVIII. *Ova*, inquit, *honori Castoris & Pollucis ascribunt.* Cassiodorus lib. III. *Variar.* epist LI. ea imponi metis solita esse ait. Varro lib. I. cap. II. *de re rustica*, ovum ludis Circensibus novissimi curriculi finem facere quadrigis docet. Quidam putant juxta postremas Circi metas fuisse septem columnas, quibus pulvinis superstructus, & ova lapidea septena imposita. Columnæ illæ erant ipsæ metæ. Cum Domitianus septem spatia ad quina revocasset, quinque tantum ova poni cœpere. Locus apud Livium lib. XLII. de ovis mutilus, forte ita suppleri potest. Et carceres in Circo, & ova ad notas curriculis numerandas, & rhedam, & metarum transitus, & caveas ferreas, per quas transmitterentur feræ.

CAP. XX.

De Obeliscis.

ERANT & obelisci in Circo, & euripi. Cassiodorus lib. III. duos obeliscos numerat: *Obeliscorum*, inquit, *prolixitates ad cæli altitudinem sublevantes* (forte *ad cælum*) *sed potior Soli, inferior Lunæ dicatus est; ubi sacra priscorum Chaldaicis signis quasi literis indicantur.* P. Victor in regione XI. ubi Circus maximus, obeliscos duos ponit, quorum alter jacet, alter erectus est; omnes Soli sacros volunt. Cassiodorus Soli & Lunæ. Quid autem sit obeliscus, indicat Marcellinus lib. XVII. cap. IV. *Obeliscus est asperrimus lapis in figuram metæ cujusdam sensim ad proceritatem consurgens excelsam; utque radium imitetur, gracilescens paulisper, specie quadrata, in verticem productus angustum, manu lævigatus artificis, formarum habens innumeras notas, hieroglyphicas appellatas, quas ei undique videmus incisas, initialis sapientiæ vetus insignivit auctoritas.* Metæ ait instar fuisse, unde & pro meta Constantinopoli fuit. Plin. lib. XXXVI. cap. VIII. ait obeliscos factos e lapide Syenite, qui πυῤῥοποίκιλος dictus. Soli sacri sunt, radiorum ejus argumentum in effigie est, & ita significatur nomine Ægyptio. Unus in Circo maximo fuit, alter in campo Martio, priore IX. pedibus minor, a Sesostride factus, cui mirabilem usum Augustus addidit ad deprehendendas Solis umbras. Ibidem cap. X. Primus omnium Rex Ægypti Meseres obeliscum fecit. Indicat Isidorus cap. XXVIII. lib. XVIII. obeliscum Meseres Rex Ægypti primus fecit, qui in Solis urbe regnabat, somnio mo-

nitus Plin. lib. xxxvi. cap. viii. Cum enim Ægyptum Nilus elavisset, iratus Rex sagittam in fluvium misit; oculis captus duos obeliscos Soli sacravit; obeliscus enim sagitta dicitur. Sed ad rem. Obeliscus quem D. Augustus in Circo magno posuit, ætate Pythagoræ excisus a Semneserteo Rege Ægypti, ait Plinius lib. xxxvi. cap. ix. & x. fuit enim sacer Soli. Tertull. *de spectac.* Obelisci enormitas Soli prostituta, scriptura ejus, unde & census de Ægypto superstitio est. Literas hieroglyphicas intelligit, quæ Chaldaica signa vocat Cassiodorus. Plin. lib. xxxvi. cap. viii. *Scalpturæ illæ quas videmus, effigiesque, Ægyptiæ sunt literæ.* Cap. ix. *Inscripti ambo rerum naturæ interpretationem Ægyptiorum opera philosophiæ continent.* Julianus Imperator obelisci cujusdam meminit, qui Antiochiæ fuit; sic enim in epistola quadam *ad Antiochen.* ὄβελον εἶναι παρ' ὑμῖν ἀκέω λίθινον εἰς ὕψος ἱκανὸν, εἰρημένον (leg. ἐρερεισμένον) ἐπὶ τ῀ κίονος, ὥσπερ ἄλλό τι τ῀ ἀτιμωτάτων ἐρριμμένον. ἐπὶ τύτῳ ἐναυπήγησε σκάφος ὁ μακαρίτης κωνςάντιος, ὡς μέγας ὢν (forte, ὡς μέγα ζηλῶν) εἰς τὴν ἐμὴν πατρίδα κωνςαντίνε πόλιν. ἐπεὶ δὲ ἐκείνῳ συνέβη θεῶν ἐθελόντων, ἔνθεν ἐκεῖσε πορδυθῆναι τὴν εἱμαρμένην παρέσαν, ἡ πόλις ἀπαιτεῖ παρ' ἐμοῦ τὸ ἀνάθημα. Id est, *obelum apud vos esse audio justæ magnitudinis, statutum in columna, & ut aliquid vile pro derelicto habitum;* (putem abundare vocem εἰρημένον, seu ἐρερεισμένον.) *ob ejus evectionem navem texuit Divus Constantius, ut magno zelo in patriam meam Constantinopolim affectus. Postquam autem ei contigit Deo volente, ut hinc illuc abiret, fato præsenti, civitas a me donarium illud efflagitat.* Isidorus lib. xviii. cap. xxviii. obeliscus, id est, sagitta Soli in medio Circo, quia per medium mundum Sol currit. Summo obelisco impo ita forma flammæ aurea. Vetus Poeta medium centri summa adire obeliscum ait, quia in medio velut in centro staret, ejusque apicem suo vertice tangeret:

Namque his Euripus quasi magnum intervenit æquor,
Et medius centri summa obeliscus adit.

In medio Circi inter utrasque metas fuit obeliscus longitudine cum basi sua pedum cxxxii. sacris Ægyptiorum literis inscriptus. Ejus vertici pyropus orbiculatus impositus ignes vomens, argumento Solis ignes vomentis. Pyropus autem ille non fuit lapis, sed species aurichalci ære & auro mixti, ut docet Plinius lib. iii. cap. viii. Propert. lib. iv. eleg. iii. de Jove Feretrio:

Picta nec inducto fulgebat parma pyropo.

Ex eo metallo pyropi orbiculati obeliscis impositi erant. In summo obeliscorum vertice rosæ incisæ, teste Ausonio de rosa:

Hæc aperit primi fastigia celsa obelisci,
Mucronem absolvens purpurei capitis.

Alter prope metas obeliscus minor fuit pedum lxxxviii. Lunæ dicatus, & ipse notis hieroglyphicis insculptus. Apud Dionem Nero coronas, qu in Græcia curru victor obtinuerat, obelisco in Circo imposuit. Herodotus lib. ii. obeliscorum inventorem facit Sesostridis filium Pheronem, qui cœcus decennio cum fuisset, oraculo monitus in templo Solis duos obeliscos posuit. Plinius libro xxxvi. cap. viii. *Circa Syenem Thebaidis lapis est Syenites, quam ante pyrrhopœcilon vocabant.* Consule cap ix. x. xi. xii. ibid. & Ammianum Marcel. lib. xvii. qui unum in Vaticano, alterum in hortis Sallustii, duos in Augusti monumento erectos ait. In Circo juxta majorem obeliscum Solis delubrum fuit, & effigies ejus in tympano ædiculæ locata, de qua supra ex Tertulliano diximus. Tacitus lib. xv. Tum decreta dona & grates Diis decernuntur, propius que honor Soli, cui est vetus ædes apud Circum; ab alio obelisci latere erat Isidis, sive Cybeles simulacrum diademate turrito, leoni insidens, altera manu sistrum, altera orbem tenens. Erant & in Circo Pollentiæ & Victoriæ simulacra, auctore Livio lib. xlix. Spartianus in *Severo: Die Circensium cum tres Victoriæ more solito essent locatæ gypseæ cum palmis, media, quæ Severi nomine ascripta orbem palmis tenebat, vento icta de podio stans decidit, & constitit. Ea, quæ Getæ nomine inscripta erat, corruit. Illa vero quæ Bassiani titulum præferebat, amissa palma,* &c. Apud Livium lib. xxxiii. *Luc. Stertinius ex ulteriore Hispania reversus de manubiis duos fornices in foro Boario,* &c. unum, alterum in Circo maximo fecit, & his fornicibus signa aurata imposuit. Cujus Princeps in Circo pegma duxit, in quo fuere argenti pondo cxxiv. ait Plinius libro xxxiii. cap. iii. Supra spinam Circi erant signa, aræ, tripodes, columellæ, ut videre est in veteribus monumentis. Ammian. libro xvii. de obelisco: *Unde Chamulcis impositus, tractusque lenius per Ostiensem portam, piscinamque publicam, Circo illatus est maximo.* Chamulci erant instrumenta rotis versatilibus, quibus obeliscus impositus postrema terram verrens tractus est, non a voce χαμὸς, ut vult Marcellus Donatus, sed a χαμαὶ, quia humi attrahebatur. Vetus Poeta de Constantio:

Hoc decus excisa Thebis de rupe revellit,
Sed gravior Divum tangebat cura vehendi,
Quod nullo ingenio, nisuque, manuque moveri
Caucaseam molem discurrens fama moneret.

Colossum enim ab Ægypto Constantius Romam transtulit. Tertius obeliscus in Vaticano fuit, de quo Plinius lib. xxxvi. cap. xi. Tertius obeliscus Romæ in Vaticano Caji ac Neronis Principum Circo.

Cap. XXI.

De Euripis.

Aquæ emittebantur in Circum ex Euripo qui arenam cingebat. Dio in *Augusto:* θεάς τι ποιῶν ἐς τὸν φλαμίνιον ἱππόδρομον ὕδωρ εἰσήγαγε, καὶ ἐν αὐτῷ ἓξ καὶ τριάκοντα κροκόδειλοι κατεκόπησαν, id est, *in campum Flaminium aquas emisit, ubi crocodili* xxxvi. *occisi.* Plinius lib. viii. cap. xxviii. M. Scaurus Ædilis in temporario Euripo crocodilos primus Romæ ostendit; id autem non in Circo, sed in Theatro. Is Euripus erat subitarius. Seneca epist. ix. *Euripos subito aquarum impetu implet aut siccat.* Euripus autem proprie dicitur pars illa maris Euboici quæ Plinio & Straboni sexies reciprocat aquarum æstum. lib. i. Græcor. epigramm. pag. 51.

Εὐβοϊκῦ κόλποιο παλινδίνητε θάλασσα,
Πλαγκτὸν ὕδωρ, ἰδίοις ῥεύμασιν ἀντίπαλον,
Ηελίῳ κ' ἠδ' νυκτὶ τετυγμένον, εἰς τρὶς ἄπιςον,
Ναυσὶν ὅσον πέμπεις χεῖμα δανειζόμενον;

Id est, *Euboici sinus o mare reciprocans, aqua erratilis, propriis fluctibus contraria, die & nocte facta ter infida & fallax, quantum fluctum fœnore acceptum in naves mittis?* Seneca septies reciprocare ait in *Hercule Oetæo:*

Euripus undas flectit instabiles vagus,
Septemque cursus flectit, & totidem refert.

Livius l. xxviii. numerum non definit. Euripus non septies die temporibus statis reciprocat, sed temere in modum venti, nunc huc, nunc illuc verso mari, veluti monte præcipiti devolutus torrens, rapitur; nec addit numerum. Seneca in *Hercule furente:*

Priusque multo vicibus alternis fugax
Euripus unda stabit Euboica piger.

Ab hoc Euripo reciprocante septies, lacunæ aquarum inertium ac conclusarum in arena vel Circo euripi dicti sunt. In stadiis Græcis non euripus, sed fossa fuit, quam Lucian. in *Anacharsi* ὄρυγμα vocat, ψάμμον ταύτην βαθεῖαν ὑποβαλλόμενοι ἐν τῷ ὀρύγματι, id est, *hunc altum pulverem jacientes in fossa*. Imo fossæ plures vel transiliendæ saltantibus, vel limitis ergo certantibus; unde & *scamma* a σκάπτω, *fodio*, pro stadio & arena ponitur. Hieron. *ad Pammach. Cur tu omissis super quibus pugna est, de scammate & loco certaminis egrediens? Laudi fuit saltu certantibus scamma transiliisse*. Cursu certantibus *scamma prætergredi*, est extra limites, extra oleas currere. Eustath. *Iliad.* VI. ἐστὶ δὲ κυρίως ὑπερβασία τὸ ὑπερβαίνειν τοὺς τεταγμένους ὅρους τῆς γῆς, καὶ οἷον ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα ὅρια πηδᾷν. καταχρηστικῶς καὶ ἐπὶ ἀδικίας ἡ λέξις τίθεται. Id est, *proprie hyperbasia est, limites definitos transgredi, quasi transilire scammata & fossas: improprie pro injustitia ponitur*. In Luciani *Anacharsi* malim legere, ὑπεράλλεσθαι τάφρων id est, *transilire fossas*, quam τάφων, *tumulos*. Sed ad euripum redeamus. *Euripum Circo addidit in gyrum*, ait Sueton. de Julio cap. XXXIX. Euripus enim Circum ambibat præter carceres, ut ait Dionysius lib. III. Successit fluminibus ad quos olim Circenses acti. Plinius lib. VIII. cap. VII. clatris ferreis Circum ait circumdatum, ne feræ eruptionem tentarent; ideo Cæsar Dictator venationem in Circo daturus, euripis arenam circumdedit, quos Nero Princeps sustulit, equiti loca addens. Apud Spartianum Heliogabalus euripis vino plenis navales Circenses exhibuit. Sed in Circo nostro curramus, aut si mavis, in euripo natemus. Euripus a Tarquinio omnium primo in Circum deductus est. Sic enim Dionys. l. III. πέριξ δὲ αὐτοῦ κατά τε μείζους πλευράς, καὶ κατὰ μίαν τῶν ἐλαττόνων εὔριπος εἰς ὑποδοχὴν ὕδατος ὠρώρυκται, βάθος τε καὶ πλάτος δεκάπους. *In ambitu*, ait, *Circi ad latera majora ejus, partem unam angustiorem euripus defossus est, ad excipiendas aquas, altus & latus x. pedes*. Fuit is magnæ matri Deum sacer, auctore Tertul. l. *de spectaculis*. Cassiodorus inductum ait in Circum una cum Neptuno & Delphicis ejus, quia maris vitrei reddit imaginem. Nam & viridis ac gemmeus vocatur a Plinio epist. *ad Caninium Rufum*. In privatorum ædibus erant euripi & Nili. Ipsi etiam lacus ubi naumachiæ habitæ sunt, dicti euripi, quia longiores quam latiores. Euripi situm sic accipito. Primum a carceribus spatium erat patentius, ne in egressu concurrerent quadrigæ; inde angustior campus succedebat, per quem euripus muro duplici circumdatus. Plinius lib. VII. cap. VII. Pompeii altero Consulatu dedicatione templi Veneris victricis pugnavere in Circo XX. elephanti, aut, ut quidam tradunt, XVII. Getulis ex adverso jaculantibus. Universi eruptionem tentavere non sine vexatione populi circumdati clatris ferreis; qua de causa Cæsar Dictator postea simile spectaculum editurus euripis arenam circumdedit. Suetonius in *Cæsare* cap. XXXIX. *Spatium Circi in gyrum euripo addito ab utraque parte produxit*. Plinius scribit, Neronem sustulisse euripum, qui usque ad ea tempora perduraverat, cum locum illum equitibus spectandi causa concessisset. Sidonius carmine XXII. fusilem euripum vocat. Vide Victruvium lib. VII. c. V. Frontinum l. II. de aqua virgine. Ammianum lib. XXII. In Circo fuisse columnas Messiæ, & Tutelinæ diximus. Varro apud Nonium: *Tuam fidem non Tutelinam, quam ego ipse invoco*. Plinius lib. XVIII. cap. II. Seram a ferendo, Segestam a segetibus appellabant, quarum simulacra in Circo videmus. Tertiam ex iis nominare sub tecto religio est, quam lib. I. *Satur.* cap. XVI. Macrobius *Tutilinam* vocat. Ibidem erat & oleæ surculus pacis argumento. Tertullian. lib. *de Spectaculis*; *Nam & rivulus tenuis ex suo fonte, & surculus modicus ex sua fronde qualitatem originis continent*. Ibidem erant Fortunæ & Victoriæ simulacra. Erant & in Circo varia signa. Livius lib. XL. *tempestas signa in Circo maximo cum columnis quibus superstabant, evertit*. Libro XLIX. *Malus in Circo instabilis in signum Pollentiæ procidit*. Sidonius in *Narbone* de Euripo.

Jam vos ex oculis velut volantes
Consumpto spatio patentiore
Campus clauserat arctus arte factus,
Per quem longo humilem, duplamque muro
Euripus sibi machinam tetendit.

Spatium enim Circi a carceribus erat patentius, prope metas angustius, ubi euripus fuit. Chrysostomus *Orat. de Circo*, οὐκ εὐρίπους καὶ καμπτῶν κύκλους τρέχων. Super euripum statuæ fuerunt. Tertullianus in *Hermogene*; *Statuæ super euripum, & obeliscus super omnia ferebatur*.

CAP. XXII.

De Metis & Creta.

META Græcis νύσσα dicitur, καμπτὴρ, τέρμα, βατήρ. Pollux lib. III. ἵνα δὲ παύονται τέλος, καὶ τέρμα λέγεται, καὶ βαλβίς. Id est, *terminus ubi finiunt cursum, dicitur bater*. Pacuvius a fletu campterem vocat;

Extremum intra campterem ipsum prætergreditur
Parthenopæum. ——

Veteres glossæ versuram τροπὴν καμπτῆρα esse volunt. A vetere Poeta axis, obelus, seu veru dicitur Cedreno: Latinis creta, & calx, quæ apta designandis spatiis, ut Isidorus l. XVII. c. XXXVII. & Plinius lib. XXXV. cap. XVII. *Est vilissima creta, qua Circum prædúcere ad victoriæ notam instituerunt majores*. Seneca epist. CVIII. *In Circo cretam vocamus aut calcem, quia calce meta designaretur, aut quia ultima in homine est*. Varro in *Margopoli*:

Nemini fortuna currum a carcere intimo missum levi,
Inoffensum per æquor candidam ad calcem petit.

Metam designat Nonnus Heliopolitanus in *Dionysiacis* p. 189. his verbis:

Στήσας τέρμα δρόμου τανυαὸν ξύλον, ἀντιπόρου δὲ
Πῆξε τύπον βαλβῖδος ἐπ' ἠόνα θυρσὸν ἀείρας.

Id est, *constituens lignum oblongum ut esset terminus cursus; fixit autem formam oppositæ metæ elevans thyrsum in littore*. Item:

—— Σταδίῳ μεμετρημένον οὖδας ὁρίζων,
Διστὰ διχαζομένης διεμέτρεεν ἄκρα κελεύθου,
Ορθώσας δεκάδωρον ἐπὶ χθονὶ σῆμα πορείας.

Id est, *definiens solum ad stadium dimensum, duo extrema mensus est viæ quæ conficiebatur, erigens signum decem palmorum decursionis in solo agitandæ*. τέρμα igitur meta est; dicitur πέρας ab Aristot. lib. I. ἐν τῷ σταδίῳ ἀπὸ τῶν ἀθλοθετῶν ἐπὶ τὸ πέρας ἡ ὁδός ἐστι, *in stadio ab editoribus ad metam via patet*. Linea enim ducebatur circum metas a calce aut creta, quæ flexionem regeret aurigæ, ne interiori gyro ad metam currus allideret, quam *ultimam lineam* Horatius *ad Quintium* vocat:

——*Mors ultima linea rerum.*

Tertul. in *Hermog.* eum ait, *non intelligere ultimam lineam*.

lineam. Terentius, *extrema linea amare*, id est, impendio. Euripides:

—— ἐπ' ἄκρlω ἥκομεν γραμμlω.

Ad ultimam venimus lineam. Et in *Elect.*

Μή μοι τὸ πρῶτον βῆμα ἐὰν δράμῃ καλῶς νικᾷν δοκείτω,
Πρὶν ἂν πέλας γραμμῆς ἵκηται, καὶ τέλος κάμψοι βίου.

Id est, *ne mihi quis, etsi primo ingressu bene decurrit, vicisse putet, priusquam ad lineam venerit, & vitæ finem circumegerit*. Tertul. in *Hermog.* dixit, *ultra lineam*, sicuti Ammian. l. XXII. *ultra plantam evagari, ultra calcem currere*: quod Græci ab Olympicis oleis quibus stadium cingebatur, ἔξω τῶν ἐλαιῶν, id est, *ultra oleas*. Pindarus *Pyth.* ode IX. γραμμlω vocat, quod prius τέρμα, id est, *metam*, dixerat, de Danai filiabus. Hanc lineam quæ ad metas ultimas fuit, cum ambo cursores fessi eodem temporis articulo attingerent, hieram facere dicti sunt, id est, ibi stare: tenebant enim se immobiles, donec pronuntiarentur victores ab Hellanodicis. Seneca epist. LXXXIII. *ad Lucil. Quomodo tamen hodiernum certamen nobis cesserit, quæris? quod raro cursoribus evenit, hieram fecimus. Ab hac fatigatione magis quam exercitatione in frigidam descendi*. Metaphora ducta est a ludo calculorum, in quo e quinque lineis, media hiera dicta est, ubi inciti calculi erant: qui ad hieram redactus erat, ad incitas redactus a Romanis dictus est. κινῶ τὸν ἀφ' ἱερᾶς, id est, res desperata est. Pollux lib. IX. Alii hieram fecisse ajunt eos, quorum esset ex æquo victoria, quia palmam Deo alicui consecrabant. Eustat. *Iliad.* ζ. Fuit & alba linea quæ duceretur in lapide & ligno ad discriben faciendum, sicuti & rubrica. Aristænetus lib. I. epist. XXVI. καθάπερ ἐν λευκῷ λίθῳ στάθμlω λευκlω διατείνων, id est, *quasi in albo lapide lineam albam ducens*. Sophocles:

Οὐ μᾶλλον ἢ λευκῷ λίθῳ λευκὴ στάθμη.

Hanc ob rem Socrates in *Charmide* dicitur omnes λευκῇ στάθμῃ & æque amare. Lucillius satyr. XXIX.

Discrimen non facit, nec signat linea alba.

Plutarch. ἐστὶν ἄτεχνος ἡ λευκὴ στάθμη πρὸς τοὺς λόγους ὁ ἀδολέσχος: ita Gellius albam lineam accipit de eo qui ndiscriminatim omnia probet: fere enim minio aut rubrica utuntur fabri, non creta. Socrates. ἀτέχνως λευκὴ στάθμη εἰμὶ πρὸς τοὺς καλούς. Tzetzes a flexione septies iterata καμπτηρίαν vocat, Chil. VIII. c. CLX. *Equus*, inquit, *qui vehebat parasitum ad prandium*, ἔπεσεν εἰς στήλlω σχήματι καμπτηρίας, καὶ δόξας ἱππικὸν τὸν τόπον πεφυκέναι, μέχρι ἑσπέρας ἐποίει τὰς καμπὰς ῥύμῃ δρόμου, *incidit in columnam metæ forma, & putans Circum esse eum locum, usque ad vesperam circum se flectebat cum impetu currens*. Fuerunt autem duæ metæ in Circo, altera ad carceres, altera ad calcem Circi, quibus ortus Solis & occasus signaretur. Vetus Poeta:

Metarum cogunt circumdare cursibus orbes,
Namque axes gemini ortum obitumque docent.

Isidorus l. XVIII. metarum appellatione proprie terminum ac finem mundi designare volunt, sive ad testimonium orientis occidentisque Solis. Ibidem cap. XXVIII. medio spatio ab utraque meta obeliscus constitutus. Erat enim meta in carceribus una, altera sub finem Circi; quod & Constantinopoli ponit Corippus lib. I. *Justin.*

—— *Circus plenus ceu circulus anni,*
Amplectens geminas æquo discrimine metas,
Et spatium mediæ qua se via pandit arenæ.

Sphendonem locum fuisse ad metam auguror in formam fundæ, & pro meta accipi. Sic enim Chrysostom. interpretor *orat. de Circo*, οὐκ ἀπὸ λευκῆς ἐπὶ σφενδόνα μιλιοδρομῶν, id est, *non a linea alba ad sphendonem in milio decurrens*, ubi lego σφενδόνlω,

A quæ vox est apud Cedrenum in *Theophilo*, ἐν τῇ σφενδόνῃ τοῦ δρόμου, inquit, & Nicetam lib. I. *regni Andronici Comneni*, καὶ διεχεῖτο ἡ φλὸξ κατὰ τῆς τοῦ σταδίου σφενδόνlω, id est, *diffundebatur flamma per fundam Circi*. Cedrenus in *Valent.* Valentinianus, ait, præpositum jussit cremari ἐν σφενδόνῃ. Meo igitur animo fuit locus qui dictus est λεῖος ἱππόδρομος, de quo Eustathius, λεῖος ἱππόδρομος ὁ περὶ τὸ καμπτῆρα τόπος, id est, *lævis Circus est locus circa metam*, quia planus est & æquabilis, nudusque ab omni lapide & salebra. De funda hominem me reperisse arbitror, qui auctoritatem non defugiat: sic enim Cedrenus p. 121. ὁ ῥωμύλος τυποῖ τὸ ἐπὶ τὰς θύρας καμπτῆρα τlω ἀνατολlω, καὶ τὸ ἐπὶ τῇ σφενδόνῃ τlω δύσιν· τὰ δ' ἑπτὰ σπάτια τὸν δρόμον τῶν ἑπτὰ πλανητῶν, τὸν δ' ἀέρα οὐρανόν. Id est, *Romulus per eam metam quæ est ad carceres, ortum designavit, per eam quæ est in funda, occasum: per septem spatia cursum septem planetarum, aerem in quo curritur, cœlum esse voluit*. Admonui supra, verba Senecæ epist. LXXXVIII. esse difficillima, quæ sic habent: *Quod raro cursoribus evenit, hieram fecimus*. Muretus mediam in stadio lineam fuisse ait, ad quam si cursores sibi occurrerent, neuter vicerat. Sed unde mediam hanc in Circo lineam hauserit, ignoro. Alii a ludo calculorum sumunt, in quo quinta linea hiera dicta. Quidam a linea sumi putant, qua meta præducta erat, ubi præmium victori cessurum fuit. Plutarchus serm. *an seni Respublica attingenda*: ἐπειδὴ δὲ πλείστας αἱ πρὸς τοὺς πολιτικοὺς ἀγῶνας ἀποκνήσεις, καὶ μαλακίαι προφάσεις ἔχουσαι, τελευταίαν ὥσπερ τὸν ἀφ' ἱερᾶς ἐπάγουσιν ἡμῖν τὸ γῆρας. *Quia sunt multa quæ deterreant a publicæ rei tractatione, demum nobis senectutem quasi calculum a sacra linea opponunt*. Linea autem alia fuit in carceribus unde spatium arripiebant, alia ad metam, quæ conversionem & spatia aurigarum regeret Arist. in *Acharn.*

Πρόβαινε νῦν, ὦ θυμέ, γραμμὴ δ' αὑτηί.

Progredere nunc, o anime, hæc est linea, Ubi Scholiastes, ἀρχlω ἀφετηρία ἡ λεγομένη βαλβὶς ἐκ μεταφορᾶς τῶν δρομέων. *Principium intelligit, seu lineam in carceribus, unde cursores emitterentur*. Pausanias κανόνα vocat lineam in carceribus lib. II. *Eliac.* Statius libro VI. *Thebaid.* regulam:

Ut ruit, atque æquum summisit regula limen,
Corripuere leves spatium. ——

De linea quæ ad metam Pindarus *Pyth.* ode IX.

Οὕτω δ' ἐδίδου λίβυς ἁρμόζων κόρᾳ
Νύμφιον ἄνδρα, ποτὶ γραμμᾷ μὲν αὐτὸν στᾶσε κοσμήσαις τέλος ἔμμεν ἄκρον,

Sic Lybs dedit puellæ sponsum jungens, ad lineam autem constituit eam ornans, ut esset summus finis. Pollux libro III. ἵνα δὲ παύονται τέλος, καὶ τέρμα λέγεται, καὶ βατήρ, *ubi finiunt cursum, finis dicitur, & meta*. Statius libro VI.

—— *longe ferit ostia metæ*.

Ad eas lineas respexisse videtur Valerius Maxim. libro I. cap. VII. num. VIII. *Propioribus tamen, ut ita dicam, lineis Aterii Rufi equitis Romani somnium certo eventu admotum est*. Seneca epist. L. *Nunc incredibilis cursus apparet, sive quia admoveri lineis sentio, sive quia attendere cœpi*. Fuit alia linea, de qua Cassiodorus lib. III. epist. LI. *Alba linea non longe ab ostiis in utrumque podium quasi regula directa perducitur: ut quadrigis progredientibus inde certamen oriretur, ne dum se propere conantur elidere, spectandi voluptatem viderentur populis abrogare*. Prætor enim signum dabat mittendis equis linea alba ad utrumque podium producta, ut

ſpectatores in cuneos ſe cogerent. Ovidius:

—— *Cogit nos linea jungi.*

Gloſſæ, *βρόχος ἐν ἀφετηρίαις τεταμένος, tranſenna funis in carceribus extenſus*. Vir doctiſſimus vult, funem illum a carceribus ad metas produci; Caſſiodorus vero albam lineam non procul ab oſtiis in utrumque podium quaſi regulam perduci ait: utri fides habenda? Dicitur *ἀπαλλαγὴ*, quia tunc loci capiendi cauſa erat diſcedendum ad cuneos. Cedrenus dixit, *ἐφ' ἅρματος αὐτῦ ἱςαμένυ, καὶ τῆ ὑσπληγγος μελλέσης αἴρεσθαι*, *cum Prætor in curru eſſet, & repagula tollenda eſſent*. Ejuſmodi fuit Athenis funiculus miniatus, cum populus in concionem veniret. Metæ igitur duæ fuere, quarum prima ſub initium ſpinæ dorſi, ultima ſub finem ejuſdem, utraque pari intervallo, quibus impoſita erant faſtigia, ſeu capitella ovorum ſimilitudine, triangulari forma, pari utrinque intervallo collocata. Metæ ſæpe confecto curriculo ſublatæ ſunt, ut venatio facilius ederetur, narrante Suetonio in *Cæſare* cap. XXXIX. *Venationes*, inquit, *in Circo editæ per dies quinque*, &c. *quo latius dimicaretur, ſublatæ metæ, inque earum locum bina caſtra ex adverſo conſtituta ſunt*. Apud eundem Claudius *Circum marmoreis carceribus, auratiſque metis, quæ utraque & tophina, ac lignea antea fuerant, excoluit*, c. XXI. Caſſiodorus ubi ſupra: *Ipſæ metæ ſecundum zodiacos decanos ternas obtinent ſummitates, quas ad inſtar Solis quadrigæ celeres pervagantur*. Ad metam ultimam ſeptem ſimulacra Delphinorum ſeptem columnis impoſita erant. Metam Propertius cretam vocat, quia creta ſignabatur; libro IV. elegia II.

—— *Hæc ſpatiis ultima creta meis.*

Seneca epiſt. CVIII. *Quoniam ſumus ab ipſa calce ejus interpellatione revocati, hanc quam nunc in Circo cretam vocamus, antiqui calcem vocabant*. A meta prima ad ultimam ſpina Circi ducebatur, id eſt, murus lateritius, latus XII. circiter pedes, IV. fere altus, longitudine omnem Circi aream complectens, ſpatio tantum ad utramque metam relicto, quo equi ſepteno circuitu eam circumflecterent.

CAP. XXIII.

De metis Murtiis.

FUERUNT igitur primæ metæ & ultimæ: primæ in carceribus, ultimæ ſub exitum Circi, & calces. Franciſcus Junius exiſtimat metas quaſdam fuiſſe medianas: male. Suetonius in *Julio* cap. XXXIX. *Noviſſime pugna diviſa in duas acies, quingenis peditibus, elephantis vicenis, tricenis equitibus, hinc & inde commiſſis. Nam quo laxius pugnaretur, ſublatæ metæ, inque earum loca bina caſtra ex adverſo conſtituta erant*. Sed unde dictæ ſint metæ Murtiæ ambigitur: alii enim *Murcias*, alii *Murceas*, quidam *Murtias*, nonnulli *Murtheas* volunt. Primas metas Murtias dictas ex Tertulliano ſupra oſtendimus. P. Victor in XI. regione urbis, ubi Circus maximus, ædem Murtiæ conſtituit, vel Murceæ, quam amoris Deam fuiſſe tralatitium eſt. Plin. lib. XV. cap. XXIX. a myrtis dictam aſſerit, quæ arbor Veneri ſacra: ſic enim ille: *Quin & ara vetus fuit Veneri Murteæ, quam nunc Murciam vocant*. Murtiæ igitur a duabus myrtis, ante delubrum Quirini poſitis, nimirum patricia & plebeja, Plinius ibid. Liv. lib. I. Plutarch. in *Problem*. Varro item a murteto lib. IV. *de ling. Lat*. Eadem Dea videtur Verticordia dicta, cujus fanum ad metas Murtias fuit, myrteto conſitum, ut eſt in *Fragmentis* Servii manu ſcriptis. Procilius volebat a murcis, id eſt, figulis urceis dici, quod is locus eſſet inter figulos, ait Varro l. IV. *de ling. Lat*. Tertul. Murtiam a Murtio quodam ſtatuario. Feſtus; Murciæ Deæ ſacellum erat ſub monte Aventino, qui antea Murcus vocabatur: apud eas metas Venus colebatur, & ibi proſtitiſſe meretrices videntur. Apulejus l. VI. *Metamorph. Si quis a fuga retrahere, vel occultam demonſtrare poterit fugitivam Regis filiam Veneris ancillam, nomine Pſychen, conveniat retro metas Murtias Mercurium prædicatorem*: niſi forte quis putet id ex eo dictum eſſe, quod præco poſt metas Murcias ſtaret, qui victores pronuntiaret. Sellæ Curuli proxime ſacellum Murciæ locus erat, unde ſpectabant Magiſtratus, auctore Feſto. Sed & Conſi ara ad metas Murtias fuit, apud Tertullianum. Pub. Victor: Ara Conſi ad metas ad Septentrionem, eratque ea defoſſa, ſicut & ipſe Conſus Deus: ædem ipſam Conſi ſubterraneam facit. Ad Septentrionem quoque fuit Larium ara juxta metas. Item ara potentium & valentium Deorum, ait Pub. Victor, eos Tertullianus Samothracas vocat: ibidem fuit ædes Mercurii, auctore Feſto: quare Apulejus Mercurium prædicatorem ad eas metas ponit. *Meta ſudans* apud Senecam epiſt. LVI. Romæ ad metam ſudantem tibias & tubas experiuntur: ea fuit in decima regione urbis, ubi templum Pacis. Fuit & alia meta ſudans in quarta regione apud Pub. Victorem.

CAP. XXIV.

De forma metæ.

METÆ fuerunt *κωνοειδεῖς*, id eſt, *orbiculatæ ad inſtar coni*, & rotundæ ad cupreſſi formam. Ovidius lib. X. *Metamorph.*

—— *metaſque imitata cupreſſus.*

Interpres Sophoclis in hæc verba, *ὑπ' αὐτὴν ἐσχάτην ςήλην ἔχων· ςῆλαι*, ait, *κυβοειδεῖς λίθοι, ἐπιγράμματά τινων ἔχοντες. ἐσχάτην δὲ λέγει, ἐπεὶ καὶ ἄλλαι ἦσαν ἐν μέσῳ τῦ δρόμυ*, Id eſt, *metæ ſunt lapides cubi inſtar rotundi, epigrammata quorundam habentes: ultimam vero metam dicit, quia aliæ erant in medio curſu*. Erant quaſi turbines inverſi, aut ſtrues *πυραμοειδεῖς*, unde & pyramis, & obelus a Cedreno dicuntur: axes gemini a veteri Poeta: & in Circo Conſtantinopolitano pro meta fuit obeliſcus. Ipſæ metæ a ſolo ad verticem tribus quaſi fulcis æquali ſpatio diſtinguebantur undique, ut metas tres ſimul commiſſas & arctiſſime conjunctas arbitrareris. In eam rem locus eſt Caſſiodori, meo judicio, difficillimus, cui lucem dabo, lib. III. *Variar.* epiſt. LI. *Ipſæ vero metæ ſecundum zodiacos decanos ternas obtinent ſummitates, quas ad inſtar Solis celeres quadrigæ pervagantur*. Zodiaci enim ſingulis ſignis Ptolomæus tres decanos attribuit, id eſt, tres regiones, quæ ſingulæ ſunt X. graduum, per quas Sol & reliqui planetæ feruntur. Ut igitur ſingula Zodiaci ſigna tribus decanis pari ſingulis intervallo notantur; ita & ſingulæ metæ tribus quaſi fulcis diffindebantur, qui ſinguli æquali ſpatio a ſe invicem abeſſent, quaſi tres obeliſci arctiſſime commiſſi ac conjuncti eſſent: & ſicuti ſingulos decanos pari ſpatio Sol decurrit; ita circum illos ſulcos aurigæ pari intervallo ferebantur, tres autem illæ ſummitates metarum erant tria ovorum ſimulacra metis impoſita, ut Iſidorus ſcribit l. XVIII. Cæterum Claudius inauratas metas, carceres marmoreos dedit, quæ utraque & tophina, & lignea antea fuerant, ait Sueton. in *Claudio* cap. XXI.

CAP. XXV.

De ſpina Circi.

TOTUM illud ſpatium, quod a primis metis ad ultimas fuit, intermetium dicitur in gloſſis veteribus, *τὸ μεταξὺ τῶν καμπτήρων*, id eſt, *il-*

lud quod intermedium est inter utramque metam. Corippus dixit:

Et spatium mediæ qua se via pandit arenæ.

πέλμα Cedreno: a Latinis spina, quod ad instar spinæ dorsi produceretur per campum Circi, qui per initia latior, sub finem angustior fuit, ut Sidonius in *Narbone*. Cassiodorus lib. III. epist. LI. *Spina*, inquit, *infelicium captivorum sortem designat, ubi duces Romanorum supra dorsum hostium ambulantes, laborum suorum gaudia perceperunt*. Spina murus erat lateritius a prima meta ad ultimam. Hoc equidem eo dictum interpretor, quod expressæ essent in spina Circi tabulis & picturis populi Romani victoriæ: aut certe quia Constantinopoli & Romæ desinente Repub. hostes victi in Circo triumphabantur, ut e Zonara in *Justiniano* disces, ubi Bellisarii triumphum in Circo describit, in *Heraclio*: & Diaconus lib. XXI. *Per dippium eos in Circo pompavit*. Spina igitur totum illud spatium fuit inter utramque metam (ait vetus interpres Juven. satyr. VI.) ubi sæpe harioli sedebant: proprie spina murus lateritius fuit IV. pedes altus a prima meta ad ultimam, quia erat instar spinæ dorsi. Duas in Circo metas fuisse, primam prope carceres, ultimam sub finem Circi, docet Cedrenus his verbis p. 121. Τὸν δὲ ἐπὶ τὰς θύρας καμπτὴρ τὴν ἀνατολὴν, καὶ τὸν ἐπὶ τὴν σφενδόνην τὴν δύσιν, *metam ad carceres designare orientem, metam ad fundam, occasum*. Metæ primæ ad carceres dictæ Murtiæ. Fest. sellæ Curuli proximæ sacellum Murciæ locum fuisse ait, unde spectarent Magistratus. Varro Circum intimum vocat ubi oppidum & carceres fuere. Tertull. *l. de Spectac.* c. v. *Nunc ara Conso illi in Circo defossa est ad primas metas sub terra*. Idem cap. VIII. *Consus apud metas sub terra delitescit. Murciam quoque idolum fecit*. Optimæ doctissimus Scaliger ita legit; *Consus apud metas sub terra delitescit Murcias: has quoque idolum fecit*. Male tamen putat omnes Circi metas dici Murcias, cum solæ primæ metæ dictæ sint Murciæ. Varro lib. IV. *de ling. Lat.* primum Circum, & intimum Circum ad Murtim ponit, his verbis: *In Circo primo, unde mittuntur equi, nunc dicuntur carceres*. Nævius oppidum appellat. Carceres dicti quod coercentur equi, ne inde exeant antequam Magistratus misit; oppidum, quod a muri parte pinnis, turribusque carceres cincti olim fuerunt. Scripsit Poeta;

Dictator ubi currum insidit, pervehitur usque ad oppidum.

Intimus Circus ad Murtium vocatus, ut Procilius ajebat, ab urceis, quod is locus esset inter figulos. Alii esse dicunt a murteto declinatum, quod ibi id fuerit, cujus vestigium manet, quod ibi sacellum nunc Murtiæ Veneris. Apulejus: *Si quis a fuga retrahere vel occultam demonstrare poterit, fugitivam Regis filiam, Veneris ancillam, nomine Psychen, conveniat retro metas Murtias Mercurium prædicatorem*. Ibi enim præcones fuere, qui jussu Magistratuum victores renunciarent. Cæterum equi carceribus emissi cum ex uno tantum latere decurrerent ad ultimam metam, versus eam Circi partem quæ in semicirculum desinebat, ferebantur, ubi metam septeno spatio circumflectebant; mox alio Circi latere ad carceres & primam metam pro carceribus positam recurrebant; ut is victor renuntiaretur qui ante alios septimum spatium confecisset. Horatius lib. I. satyr. I.

Ut cum carceribus missos rapit ungula currus,
Instat equis auriga suos vincentibus. ——

Varro apud Gellium libro III. cap. x. *Ludorum Circensium curricula solemnia septem sunt*. Arnobius libro VII. Cantherios de velocitate certantes replicantes gyros septem, victor proxime primam metam curru desiliens in spinam Circi insiliebat, & gradibus quibusdam in locum præmiis dicatum conscendebat, ut præmium acciperet. Dum agitatores metam circumflecterent, Circensium ministri singula ova erigebant, & septem spatia septem ovis erectis annotabant, Cassiodorus loco cit. *quod metarum circuitus ovorum erectionibus exprimatur*. Livius libro XLI. *Ova ad notas curriculis numerandas*. Dio lib. XLIX. Agrippa cum videret homines decipi in numero cursuum, Delphinos & opera ovata constituit, ut per ea circuitus, flexusque notaretur. Viginti autem & quinque missus fuisse, cum singulis missibus quatuor currus emitterentur, supra ostendimus. Dio lib. LVIII. de Caligulæ ludis Heroum Augusto dicatis: Οἱ ἵπποι δύο ἡμέραις ἠγωνίσαντο, τῇ μὲν προτέρᾳ εἰκοσάκις, τῇ δὲ ὑστέρᾳ καὶ τετράκις διὰ τὸ τὰ γενέθλια αὐτοῦ τὴν ἡμέραν ἐκείνην εἶναι· ἦν γὰρ ἡ τελευταία τοῦ αὐγούστου· καὶ τοῦτο μὲν καὶ ἐπ' ἄλλων πολλῶν, ὥς που καὶ ἔδοξεν αὐτῷ, ἐποίησε. πρότερον γὰρ οὐ πλείω τῶν δώδεκα ἄθλων ἐτίθετο. *Et equi duobus diebus certarunt, priore vicies, posteriore Natali ipsius pridie Kalend. Septembris vicies & quater. Idque post hæc etiam Cajus quoties voluit, fecit, cum antea duodecies tantum certaretur*. Fallitur Dio numero, cum XXV. missus essent. Eodem loco scribit, sumptus ludorum Circensium immodice excrevisse, quia vicies quater certabatur. Domitianus centum etiam missus peregit, apud Suetonium cap. IV. Septem igitur gyris Circi agon peragebatur, qui septimo præibat victor renuntiabatur, quamvis prioribus spatiis posterior fuisset. Quare equorum vires dispensabant, & initio moderatius currebant, ne ante septimum spatium deficerent. Inde apud Ausonium Prosphorus equus,

Improperanter agens primos a carcere currus.

Sic apud Sidonium in *Narbone* victus quidam est;

Quod velocibus imperans quadrigis,
Exhaustos sibi senserat jugales.

Ideo Chrysostomus epist. VII. *ad Olympiadem* dixit, σὺ δὲ μυριάκις τὴν ἐσχάτην περιελθοῦσα καθ' ἕκαστον δρόμον τὸ βραβεῖον ἥρπασας. *Tu sæpius ultimam circumflectens bravium in singulis cursibus rapuisti*.

CAP. XVI.

De forma decursionis.

FORMA decursionis Romæ hæc fuit. Cum pompa ducta esset, primum certamen quadrigarum fuit, & bigarum, & singulatorum, quod & Olympiæ factum. Romæ item trigæ illæ Heroici temporis actæ sunt, quod genus apud Græcos exolevit. Duos enim equos junctos quomodo bigæ junguntur, tertius funarius loro devinctus consequitur, quem παρήωρον Veteres dixere, id est, *suspensum*. Alterum in Græcia, cum Diis prisco more faciunt, nostro sæculo tenet, ut aliqui se injiciant, & interserant in currus, ut confecto equestri certamine, pedibus ipsi currant. Cum enim curule certamen finitum est, desilientes e curribus ii qui vehuntur prope aurigas, quos Poetæ *sessores* & *parabatas* dicunt, Athenienses *apobatas*, stadium corripiunt, cursuque pedites contendunt. Cum autem cursus equitum finem ceperit, in Circum cursores pedites & athletæ inducuntur: hæc e Dionys. l. VII. sub finem: λοιπὸν δ' ἐστί μοι καὶ περὶ τῶν ἀγώνων, οὓς μετὰ τὴν πομπὴν ἐπετέλουν, ὀλίγα διελθεῖν, &c. Paucula tibi annotabo. συνωρίδας vocat bigas ἀζεύκτους ἵππους, *equos injuges singulatorum*, τὰ τρίπολα τῶν ἁρμάτων (lege, τρίπωλα) id est, *trigas*: παρήωρον ἀπὸ τοῦ παρηωρῆσθαι καὶ συνεζεῦχθαι dici vult, quia fune tertius equus funalis ad duos alios equos recto temone junctus adjungeretur, & quasi suspenderetur. Quod de cursoribus peditibus subjungit, notavit Plinius l. VII c. XX. *Nunc quidem in Circo quosdam* cursores CLX. *millia*

passuum tolerare non ignoramus; neque enim tantum fuit equorum cursus, sed & hominum, ut in Olympia. Suetonius in *Augusto* cap. XLIII. *In Circo aurigas cursoresque, & confectores ferarum*. Addo, victos interdum populi clamore in stadium rediisse: jactatis enim togis populus eos revocabat. Ovid. lib. III. *Amor.* eleg. II.

Jamque patent iterum reserato carcere postes,
Nunc saltem supera. ——

Etiam inter oppugnandum oppida Romani ludicrum hoc usurpabant. Livius lib. XLIV. p. 335. *Mos erat nondum hac effusione inducta bestiis omnium gentium complendi, varia spectaculorum conquirere genera, nec semel quadrigis, semel desultore misso vix unius horæ tempus utrumque circulum complebat.* Aurigæ vero ita victoriæ studiosi fuere, ut sæpe magicas artes advocarent. Ammian. Marcell. l. XVIII. *Ad aurigam confugit audentem omnia, eumque ut veneficum curat urgeri*, Arnobius *adversus Gent.* lib. I. *Magicis artibus in curriculis equos debilitare, incitare, tardare.* Cassiodorus l. III. *Variar.* epist. LI. *Frequentia palmarum eum dici faciebat maleficum, inter quos magnum præconium videtur esse ad talia crimina pervenire; necesse est enim ad perversitatem magicarum referri, quando victoria equorum meritis non potest applicari.* Hieronym. in *vita Hilarionis*: *Hic itaque æmulo suo habente maleficum, qui dæmoniacis quibusdam imprecationibus hujus impediret equos, & illius incitaret, carcerem, repagula, stabulum, equos suos, aurigas, rhedam aspersit aqua Hilarionis, is qui Circenses equos alebat.*

CAP. XXVII.

De Agitatorum industria.

BONIS equis uti, fortunæ erat aut gratiæ, docilibus industriæ, peritis usus & exercitationis, quam in Olympia exigebant Hellanodicæ his verbis: *εἰ πεπόνηται ὑμῖν ἐπαξίως τοῦ ἐς ὀλυμπίαν ἐλθεῖν, καὶ μηδὲν ῥάθυμον, μηδ' ἀγεννὲς εἴργασθε, ἴτε θαρροῦντες.* Id est, *si labore vestro consecuti estis, ut merito in Olympiam intretis, & nihil desidiosum aut ignobile egistis, ite fidentes.* Isthmiis dicebant, *ἴτε ἐς τὸ στάδιον, καὶ γίγνεσθαι ἄνδρες οἷοι νικᾶν.* *Ite in stadium, & estote viri, quales vincere possunt*, ait Philostrat. lib. V. *Apollonii.* Boni agitatoris fuit, non effuso impetu temere per Circum ferri, sed vim equorum dispensare, & in fructum ac commodum impendere; ubi flagello & incitatione opus erat, incitare; ubi moderandum, moderatione uti, ad metam flectere, nec offendere, naufragium ab adversariis, aut a meta, aut a se cavere. Cum enim in omnibus certaminibus arti locus esset, maxime tamen in Circo, ait Eustath. *in Iliad.* Ψ. *εἶτα πιστούμενος ἐπαγωγικῶς διὰ δρυτόμου, καὶ κυβερνήτου, καὶ ἡνιόχου, καὶ πάντα βουλῇ καὶ τέχνῃ κατορθοῦσθαι.* *Fidem faciens Nestor per inductionem frondatoris, magistri navis, aurigæ, omnia consilio & arte bene succedere.* Artem epigrammata Græca *σοφίαν* vocant lib. V. *Anthol.*

Πρέσβυς ἔτι σφριγάοντας ἐν ἱπποδάμῳ πλέον ἀλκᾷ
Νικήσας, γεραρὲς δ' ὢν νέος ἐν σοφίᾳ.

Quia senex vincens juvenes lascivientes magis virtute domandi equos, & gloriosos, juvenem in hac ostendens te esse.

Τοῦτο γέρας σοφίης μνῆμα καὶ ἠνορέη.

Hoc præmium est monumentum sapientiæ & roboris. Ælianus lib. II. *Variæ Histor.* cap. XXVII. Aniceris Cyneræus voluit artis suæ specimen Platoni dare; *ζεύξας οὖν τὸ ἅρμα περιήλασεν ἐν ἀκαδημίᾳ δρόμους παμπόλλους, οὕτως ἀκριβῶς φυλάττων τοῦ δρόμου τὸν στοῖχον, ὡς μὴ παραβαίνειν τὰς ἁρματροχίας, ἀλλ' ἀεὶ κατ' αὐτὸν ἰέναι.* Id est, *juncto curru multos cursus circumequitavit, adeo exacte servans versum cursus, ut non discederet ab orbitis, sed semper eodem tenore iret.* Magnum certe specimen artis & non pœnitendum, si non apud Platonem. Studium agitatorum in ipso curriculo apparebat cum se attollerent, deprimerent, inflecterent, voce & flagello equos accenderent, quod expressit apposite Virgilius III. *Georg.*

Jamque humiles, jamque elati sublime videntur
Aera per medium ferri, atque assurgere in auras,
Nec mora, nec requies. ——

Homerus *Iliad.* Ψ.

Οἱ δ' ἅμα πάντες ἐφ' ἵπποισι μάστιγας ἄειραν,
Πέπληγον θ' ἱμᾶσιν, ὁμόκλησάν τ' ἐπέεσσιν.
Ἐσσυμένως· οἱ δ' ὦκα διέπρησσον πεδίοιο.

Id est, *illi autem omnes super equos flagella sustulerunt, & loris cædebant voce animantes cum impetu. Illi autem velociter per campum currebant.* Videres eos pronos & anhelantes in ipsa juga pendere, aut in axes ipsos referri, ut cursum equorum adjuvent. Sidonius:

Instant verberibus simul regentes,
Jamque & pectora prona de covino
Extensi rapiuntur, & jugales
Trans armos feriunt vacante tergo,
Nec cernas cito cernuos magistros,
Temones mage sufferant an axes.

Statius lib. VI.

—— *Nunc avidi prono juga pectore tangunt,*
Nunc pugnante genu pressis duplicantur habenis.

quibus verbis indicat, eos pectore aut jugum, aut genua sua tetigisse. Virgil. V. *Æneid.*

Nec sic immissis aurigæ undantia lora
Concussere jugis, pronique in verbera pendent.

Idem III. *Georg.*

—— *Illi instant verbere torto,*
Et proni dant lora, volat vi fervidus axis.

Qui sine flagello agerent equos, & vincerent, eorum illustrior victoria fuit. In veteri lapide, Diocles cum sine flagello vicisset, inter miliarios agitatores primum locum obtinuit. Apud Dionem, Caracalla flagello deorsum summisso editores venerabatur aliorum aurigarum more. Martialis lib. XIV. epig. LV.

Proficies nihil, hoc cædas licet usque flagello,
Si tibi purpureo de grege currit equus.

Idem lib. VI. epig. XLVI.

Vapulat assiduo Veneti quadriga flagello,
Nec currit, magnam rem, Catiane, facit.

Aurigæ nobiles apud Asconium, Boculus, apud Plinium, Felix, in veteri inscript. Diocles, Avilius, Terentius, Thallus, Ruffati, Communis, Venustus, Pontius, Epaphroditus Venetæ factionis, Scorpus, & Musclosus, prasinati. De Scorpo Martialis lib. X. epigr. LIII.

Ille ego sum Scorpus, clamosi gloria Circi

De Incitato idem lib. XI. epigr. I.

Sed cum sponsio, fabulæque lassæ
De Scorpo fuerint, & Incitato.

De Passerino & Tigre lib. VII. epigr. VII.

Ut ipsa magni turba nesciat Circi,
Utrumne currat Passerinus, an Tigris.

Victoriæ usque adeo cupidi fuere, ut sæpe magicas artes advocarent. l. IX. Codic. *de malefic.* Cassiodorus lib. III. epist. LI. Hieronymus in *Hilarione*, Ammianus lib. XXVI. ab Aproniano præfecto urbi Romæ capite damnatum Hilarium aurigam scribit, convictum, ac confessum, filium suum venefico tradidisse docendum artium nefariarum secreta legi-

bus interdicta, ut nullo conscio adminiculis juvaretur internis.

CAP. XXVIII.

De septeno spatio ad metas.

PINDARUS in sacris certaminibus duodeno circuitu metam circumactam esse ostendit ode III. *Olymp.* strophe III.

Τῶν νιν γλυκὺς ἵμερος ἔσχε
Δωδεκάγναμπτον περὶ τέρμα δρόμυ
Ἵππων φυτεῦσαι.

Quarum arborum eam dulce desiderium cepit, ut circa XII. *flexus habentem metam cursus equorum flecteret.* δρόμυς lego. Controversum tamen est, an eadem meta septies lustranda esset, an septem metæ septies flectendæ. Dubitationi ansam dedit Cassiodorus lib. III. *Variar.* epist. LI. *Septem*, inquit, *metis omne certamen peragitur in similitudinem hebdomadis reciprocæ.* In hebdomade certe Sol idem eodem spatio septenos dies, non eosdem, sed diversos circumagit. Adde quod in Græcia septem metæ cursu ambiendæ uno ordine fuerunt, ut quidam putant, qui tamen ex *Electra* Sophoclis argui possunt, ubi de ἐσχάτῃ στήλῃ, id est, de extrema meta agens, ait eandem septeno circuitu circumactam:

——ἐκ δ' ὑποστροφῆς
Τελῶντες ἕκτον, ἕβδομον τ' ἔτι δρόμον.

Id est, *ex reversione & occursu conficientes sextum & septimum cursum circa eandem metam:* quanquam in media arena plures metas orbiculatas fuisse eo loco tradit interpres vetus. Callisthenes in *Alexandro* certamen Olympicum plures metas habuisse testatur, quæ flecti & circumagi deberent; ait enim, πρῶτον καμπτῆρα, δεύτερον, καὶ τρίτον, καὶ τέταρτον περιέκαμπτον, id est, *primam metam, secundam, tertiam, & quartam circumflectebant*; nisi quis eo loco καμπτῆρα, non pro meta, sed pro flexione accipiat, ut Cassiodorus, quod malo. In Græcia igitur forte plures metæ fuere, Romæ unam septeno circuitu flectendam demonstrabo. Sed primum omnium hic mihi nota, flexionem illam spatium vocari. Seneca epist. XXX. quomodo manifestior notari solet agitatorum lætitia, cum septimo spatio metæ appropinquant. Disertissime Cedrenus p. 139 οὐ πλέον δὲ τῶν ἑπτὰ κύκλων, οὓς σπάτια οἱονεὶ, στάδια καὶ μίσσους ἀντὶ τῶν ἄθλους περὶ τὴν πυραμίδα, ἣν νῦν ὀβελὸν καλοῦσι, διεπληκτίζοντο οἱ ἀγωνισταὶ, διὰ τὸ τοσούτους εἶναι πλανητῶν πόλους. Id est, *non amplius quam septem circuitus, quos spatia velut stadia & missus circum metam, quæ nunc obeliscus dicitur, conficiebat aurigæ, quod totidem essent erronum cæli.* Cum eo sentit Isidorus l. XVIII. *Septem spatia currunt quadrigæ ob septem planetas, quorum finis est creta.* Seneca epist. XXX. *Agitatorum lætitia, cum septimo spatio palmæ appropinquant.* Lactantius lib. VII. *Instit. Quoniam decursis propositi operis septem spatiis, ad metam provecti sumus.* Propertius diserte metam eandem species lustratam ostendit lib. II. eleg. XV.

Aut prius infecto deposcit præmia cursu,
Septima quam metam triverit ante rota.

Ausonius epitaphio equi:

Prosphore clamosi pannosa per æquora Circi,
Septenas solitus victor obire vias.

ita lege. Cave referas ad septenum spatium p. 379. illud Xiphilini in *Commodo*: μελλόντων δὲ τὸ ἕβδομον τῶν ἵππων ἀγωνίσασθαι, sub Cleandro. Id est, *cum equi septimum certaturi essent*, id est, septima vice carceribus emittendi. Ovidius in *Halieut.*

A *Seu septem spatiis Circo meruere coronam.*

Domitianus tamen quo facilius centum missus peragerentur, non septies metas, sed quinquies modo flecti voluit, ut Suetonius cap. IV. *Domiti.* unde septena illa spatia ad metas ultimas in funda Circi evoluta esse liquet. Quorsum igitur metæ primæ? ad ornatum Circi. Sidonius in *Narbone:*

Quinto circite non volens sequentum
Pondus ferre, prior retorquet axem,
Quod velocibus imperans quadrigis,
Exhaustos sibi senserat jugales,
Jam sexto reditu perexplicato,
B *Jamque & præmia flagitante vulgo.*

Hinc est quod Varro apud Gellium lib. III. cap. X. vult *curricula ludorum Circensium solemnia septem esse.* Septimo spatio ad metam confecto victor rediit altero Circi latere ad primam metam, ubi victor renuntiabatur; ut Solinus cap. LVII. indicat. Ingenia equorum & Claudii Cæsaris Circenses probarunt, cum effuso rectore quadrigæ cursus æmulos non minus astu quam velocitate præverterent, & post decursa legitima spatia ad locum palmæ sponte consisterent, velut victoriæ præmium postularent. C Plinius lib. VIII. cap. XLII. hoc idem narrat: *Peracto legitimo cursu ad metam stetere.* Ambrosius *in Psalmum* CXVIII. serm. V. ostendit, eos confectis septem spatiis ad metas primas recurrisse, ut illic renuntiarentur victores, & coronarentur; quod verum est: ait enim; *Pantomimum aspicis, vanitas est: luctantes aspicis, vanitas est, quia cernis eos de viridi luctantes coronari: equos currentes aspicis, vanitas est; recursus ipse te doceat, quia vane currunt, qui non directum conficiunt iter, obliviscentes superiora, & ea quæ posteriora sunt appetentes.* Id ipsum colligi potest ex iis quæ Philo scribit pag 201. ἑξῆς ἐστὶ πνεῦμα ἀναστρέφον ἐφ' ἑαυτό. E ἄρχεται μὲν γὰρ ἀπὸ τῶν μέσων ἐπὶ τὰ πέρατα τείνεσθαι. ψαῦσαν δὲ ἄκρας ἐπιφανείας ἀνακάμπτει πάλιν, ἄχρις ἂν αὖθις ἀφίκηται τὸν τόπον, ἀφ' οὗ τὸ πρῶτον ὡρμήθη. Id est, *deinceps spiritus est rediens in idipsum; incipit enim a mediis ad fines tendere: cum autem attigerit summam superficiem, reflectit se iterum, donec rursum venerit in locum, unde primum erupit.* Sed & apud Homerum *Iliad.* Ψ. & Virgilium l. V. *Æneid.* Statium l. VI. *Thebaid.* redeunt victores ad carceres, ut coronentur. Certe diaulodromi paulisper ad metas, quas attigerant, morabantur, ut respirarent, ac resumpto spiritu rapidius recurrerent ad carceres. Isidorus Pelusiota; D ὥσπερ γὰρ ἐν τοῖς σταδίοις στάσις καὶ ἐφηρέμησις τὴν ἐναντίαν τίκτει κίνησιν. εἰ μὴ γὰρ σταίη, οὐκ ἂν εἰς τοὐναντίον χωρήσειεν. De agitatoribus Olympicis clare Pausanias l. II. *Eliac.* Phidolæ equam excusso domino cursum continuasse, metam, ut decuit, circumobiisse, audito tubæ sono, qui post ultimum flexum dabatur, ad Hellanodicas recurrisse, ibique constitisse. Certe in Circo Romano evoluto ad metam sexto spatio, palmam victori populus flagitabat. Sidonius in *Narbone:*

Jam sexto reditu perexplicato,
F *Jamque & præmia flagitante vulgo.*

CAP. XXIX.

De flexione metæ.

FLEXIO ad metam a Tzetze & Callisthene καμπὴ & καμπτηρία, a Chrysostomo κάμπος, a Pacuvio καμπτὴρ dicitur; a Cicerone *flexus*, orat. *pro Cœl. In hoc flexu ætatis.* Ars autem omnis & indu-

A ſtria aurigæ in eo fuit, ut tuto, ſcienter, prompte, ſiniſteriore gyro metam circumageret, in quo periculum fuit ne vel alliſæ ad metam rotæ effringerentur, ſi propius in ſiniſtrum flecteret; vel ne dexterior longius a meta ad podium recederet. quod utrumque peccatum notat in aurigis Sidonius in *Narbone*:

Hic compendia flexuoſa metæ
Unas dum premit incitatus a te,
Elatas ſemel impetu quadrigas
Juncto non valuit plicare gyro,
Quem tu, quod ſine lege præteriret,
Tranſiſti remanens, ab arte reſtans.

B Id eſt, ille cum inhibere curſum quadrigarum non poſſet, longius abductus eſt, & ſine lege præteriit metas: tu artis ſcientia manens ac reſiſtens, metam circuiſti. Deinde ſubjicit alterius peccatum alterum:

Alter dum popularitate gaudet,
Dexter ſub cuneis nimis cucurrit.

Hanc flexionis peritiam attigit Virgilius *Æneid.* v.

Hic viridem Æneas frondenti ex ilice metam
Conſtituit ſignum nautis pater, unde reverti
Poſſent, & longos ubi circumflectere curſus.

Statius lib. vi. *Thebaid.*

Flectere ſi poſſet circum compendia metæ.

C Ars ſub finem ſepteni ſpatii maxime ſpectabatur. Sophocl. in *Electra*.

Ηλαυνε δὲ ἔσχατος μὲν, ὑςέρας δ' ἔχων πώλυς
Ορέςης, τῷ τέλει πίςιν ἔχων.

Id eſt, *agitabat ultimus Oreſtes poſtremos habens equos, ſpem ſuam in fine curſus ponens.* Sidonius in *Narbone*.

Tu conamine duplicatus ipſo
Stringis quadrijugos, & arte ſumma
In gyrum bene ſeptimum reſervas.

Et certe periti aurigatores per initia ſtadii moderabantur equis ſuis, ut in ſeptimum gyrum vim equo-
D rum integram reſervarent: ſuſtinebantque equos, cum ad finem venirent. Cicero l. iv. *Academ. Ego enim ut agitator callidus, priuſquam ad finem veniam equo ſuſtinebo.* Lucilius:

Suſtineat curſum ut boni ſæpe agitatores, equoſque.

unde apud Silium lib. xvi.

At quis interior cura, & prudentia Circi
Altior, effuſas primo certamine voces
Damnare, & caſſis longe increpitare querelis
Indiſpenſato laſſantem corpora niſu

Reſervabant igitur ſe in ſeptimum maxime curſum. Et hinc fortaſſe eſt quod Symmachus dixit, eum qui forte extremus emitteret equos, priore potio-
E rem eſſe, quia cæteros præ oculis habens, videret quod iter commodius eſſet, vim equorum & impetum quomodo diſpenſaret, nec in periculum frangendi currus veniret; quare identidem reſpectabant poſt tergum, ne imprudentes a ſequentibus opprimerentur. Plautus *Menæchmis*:

Næ tu eſſes agitator probus,
Ne tu uxor ſequatur reſpectas identidem.

Si metam axis attingeret, naufragium in Circo fiebat. Nonnus p. 612. *Dionyſ.*

Αλλὰ λίθον πεφύλαξο, μὴ ἄξονι νύσσαν ἀράξας
Εἰν ἑνὶ δηλήσαιο καὶ ἅρματα, καὶ σέθεν ἵππυς.

F Id eſt, *ſed cave tibi a lapide, ne axe metam ſtringens, uno ictu lædas curras, & equos tuos;* apud Homerum *Iliad.* ψ. Neſtoris præcepta ad filium hæc ſunt:

Τῷ σὺ μάλ' ἐγχρίμψας ἐλάαν σχεδὸν ἅρμα καὶ ἵππυς,
Αὐτὸς δὲ κλινθῆναι ἐϋπλέκτῳ ἐνὶ δίφρῳ,
Ηκ' ἐπ' ἀριςερὰ τοῖιν. ἀτὰρ τὸν δέξιον ἵππον
Κένσαι ὁμοκλήσας, εἶξαι τε οἱ ἡνία χερσίν.
Εν νύσσῃ δέ τοι ἵππος ἀριςερὸς ἐγχριμφθήτω,
Ως ἄν τοι πλήμνη γε δοάσσεται ἄκρον ἱκέσθαι
Κύκλυ ποιητοῖο, λίθυ δ' ἀλέασθαι ἐπαυρεῖν.

Id eſt, *cui tu appropinquans age prope currum, & equos, ipſe autem inclinare in curru affabre facto, aut ad lævam horum. Cæterum dexteriorem equum ſtimulato, hortans voce, & ei laxato habenas ad metam autem lævus equus tibi appropinquet, donec modiolus videatur tibi ad ſummum venire circuli affabre facti; & lapidem fuge attingere, ne equos vulneres, & rumpas currus.* Sophocles in *Electra* Oreſtem ait naufragium feciſſe, quod interior equus ad metam alliſiſſet:

Επειτα λύων ἡνίαν ἀριςερὰν
Κάμπτοντος ἵππυ λανθάνει ςήλην ἄκραν
Παίσας. ἔθραυσε δ' ἄξονος μέσας χνόας,
Κάξ ἀντύγων ὤλισθε.

Id eſt, *Oreſtes poſtea ſolvens habenas ſiniſteriores flectente ſe equo imprudens ferit ſummam columnam: rupit autem axis mediam fiſtulam quæ ſubit modiolum, & ex orbe cecidit.* Apud Homerum & Nonnum ſiniſterior equus erat interior, & ad metam propius ferebatur, ideoque dexteriores habenæ aliquantulum erant laxandæ. Nonnus p. 742.

Δοχμώσας ὅλον ἵππον ἀριςερὸν ἐγγύθι νύσσης
Δεξιτερὸν κάμψειε παρειμένοισι χαλινῦ.

Id eſt, *incurvans totum equum ſiniſteriorem prope metam, flecteret dexteriorem laxatis habenis.* eodem pertinent illa Ehocriti Idyl. xxxi.

Ιππυς δ' ἐξελάασθαι ὑφ' ἅρματι, καὶ περὶ νύσσαν
Ασφαλέως κάμπτοντα, τρόχῳ σύριγγα φυλάξαι.

Equis proſpicere ut periculum vitent ſub curru, & circum metam tuto flectentem rotæ modiolum cuſtodire docebat Amphitruo Herculem filium ſuum. Huc reſpexit Cicero *pro Cælio*: *In hoc flexu ætatis fama adoleſcentis hæſit ad metas.* Inflexione igitur metæ ſiniſterior equus fuit interior, qui breviori gyro metam circumageret; dexterior laxioribus habenis, ſpatioque remotiori ferebatur. Silius lib. xvi.

Sed lævo interior ſtringebat tramite metam.

hoc vult Horatius ſat. vi. lib. ii.

—— Seu bruma nivalem
Interiore diem gyro trahit.

Virgilius *Æneid.* v.

—— Dum proram ad ſaxa ſuburget
Interior, ſpatioque ſubit Sergeſtus iniquo.

Interiorem ſiniſteriorem vocat xi. *Æn.*

—— Magnumque agitata per orbem
Eludit gyro interior. ——

Vides interiorem, ſiniſteriorem, ac brevem in idem incidere. Non enim cum e carceribus erumperent, ita currebant, ut metam quæ ſub finem Circi fuit medio in loco, & pari intervallo ad utrumque podium, haberent ad dexttram, ſed ad ſiniſtram; propiuſque in curſu accedebant ad dextrum podium quam ad ſiniſtrum. Apud Ovidium lib. iii. *Amorum* eleg. ii. admonet fautor aurigam ſuæ factionis, ut interiore gyro flectat:

Me miſerum, metam ſpatioſo circuit orbe,
Quid facis? admoto protinus axe ſubi.

& infra;

Nunc ſtringam metas interiore rota.

Item,

Tende precor valida lora ſiniſtra manu.

Longior in hac flexione ſum, quia video viros eruditos in alia omnia hoc loco diſceſſiſſe: ſed audiant Senecam *de Tranquillitate*: *Non in curſu tantum, Circique certamine, ſed in his ſpatiis vitæ interius flectendum eſt.* In ambulando interior eſt qui medius incedit inter exteriorem comitem & parietem, ſive dextram, ſive ad lævam. Ovidius:

Et medius juvenum non indignantibus illis
Ibat, & interior, si comes unus erat.

id est, si duo essent in comitatu, medius erat ut honoratissimus: si unus tantum, erat interior; qui minus honoratus erat, dignioris latus tegebat, ut Horatius loquitur lib. II. sat. v.

Visne tegam spurco Damæ latus? ——

At in Circo dexteriores a meta abibant, & ad podium tendebant, quod infimos gradus coronamento quodam pinnisque murorum vallabat, finisteriores ad metam. Sidonius in *Narbone:*

Curæ est id mediis, ut ille primus
Pressus dexteriore concitatu,
Partem si patefecerit sinistram,
Totas ad podium ferens habenas,
Curru prætereatur intus acto.

Lucanus lib. VIII. diserte:

—— *Nec sic moderator equorum*
Dexteriore rota lævum cum circuit orbem,
Cogit inoffensæ currus accedere metæ.

In Circo interior lævus erat; quia metæ currentibus ad lævam erant, & in lævam ad eas flexus. Si ad dextram meta esset, & in dextram flexus, interior erat dexter, & sinister exterior; quod accidit in illa quadriga, quam narrat Solinus cap. XLVI. excusso auriga Jovem Tarpejum terna dextratione lustrasse. Cicero in *Arato* de Felice & cynosura:

Nam cursu interiore brevi convertitur orbe.

Interiorem dexteriorem vocat, quia cæli motus polum perpetua dextratione circumagit. In ambulando interior dicitur is qui medius incedit inter comitem & parietem, sive ad dextram, sive ad lævam. Ovidius:

Et medius juvenum non indignantibus illis
Ibat, & interior, si comes unus erat.

Item,

—— *Ne tamen illi tu comes exterior.*

Horatius,

Visne tegam spurco Damæ latus?

Male Lipsius exteriorem esse vult qui paulum præiret interiori, ut erudite Jacobus Sirmundus vir doctissimus *ad Sidonium* adnotavit. Juvenalis satyr. III.

Divitis hic servi claudit latus.

Vetus Scholiastes; id est, in medium servum mittit, aut in sinistrum ambulat. Seneca epist. II. *Nudum erit latus, incomitata lectica.* Nudum vocat latus quod exterior nullus comes claudat. Minutius in *Octavio*: *Et cum dicto ejus assedimus, ut me ex tribus medium lateris ambitione protegerent.* Medii latera ab utroque teguntur. Medius est qui inter comitem & murum, sive aliud quid, quod latus claudit, ambulat. Sed ut ad metæ flexionem redeamus. In Circo alii dextro latere, quod spina Circi quasi pariete intergerino a sinistro dividebatur, quatuor ostiis primis currebant; interdum quatuor sinistri lateris ostiis decursio fieri potuit. Si dextro Circi latere currerent, ut moris fuit, sinistro, seu interiori equo habenas contrahebant, dextro, sive exteriori laxabant; si vero sinistro Circi latere decursio fieret, quod raro factum, dextro, seu interiori equo habenas adducebant, sinistro, seu exteriori laxabant, quæ dextratio dicta. Nonnus lib. XXXVII. de sinistro equo:

—— Σφίγγε κυβερνητῆρι χαλινῷ.

Stringe habena gubernatrice equum. Ovidius lib. III. *Amor.* elegia II.

Tende precor valida lora sinistra manu.

Nonnus libro XXXVII. de dexteriori equo;

Ἀθλιβέος μεθέποντα παρειμένα κύκλα χαλινοῦ.

Sequentem laxos freni non triti circulos. Ovidius loco cit. & Propertius eleg. XV. lib. II. *stringere metam* dixerunt. Seneca *de Tranquillitate* cap. IX.

A Non in cursu tantum, Circique certamine, sed in his spatiis vitæ interius flectendum est. Silius:

Sed lævo interior sinuabat devius axem.

Manilius,

—— *Nunc dextros ire per orbes*
Fidentem campo, nunc meta currere acuta.

Homerus,

Ἐν νύσσῃ δέ τοι ἵππος ἀριστερὸς ἐγχριμφθήτω.

Ad metam sinisterior equus propius accedat. Solinus cap. LVII. excusso quoque auriga, Ratumenam nominabant, relicto certamine ad Capitolium quadriga prosiluit, nec ante substitit, quamlibet obviis occursibus impedita, quam Tarpejum Jovem B trina dextratione lustrasset.

Cap. XXX.

De naufragio Circi.

In Circi voluptate nihil oculis gratius fuit, quam cum equi currusque naufragium facerent. Demosth. in *Erotico*: πολλῶν θρυλλούντων ὡς ἐν τοῖς ἱππικοῖς ἀγῶσι ἥδιστον παρέχεται τὰ ναυαγοῦντα. Id est, *multis dicentibus quod in curulibus certaminibus pulcherrimum spectaculum præbent currus fracti & C naufragi.* Naufragium illud aut ad metam fiebat cum detegerentur rotæ, ad saxum, aut in spina Circi, cum currus & equi forte inter se concurrerent, & quasi arietarent. De naufragio ad metam in *Oreste* Sophoclis exemplum modo recitavimus; de incursu equorum in equos Silius lib. XVI.

Donec confisus primævæ floræ juventæ
Durius obliquum conversus pronus habenis
Opposuit currum, atque eversum propulit axem
Atlantis senio invalidi.

subjungit:

—— *Perfracto volvitur axe*
Cernuus, ac pariter fusi miserabile campo
E *Discordes sternuntur equi.* ——

Rem ex Callisthene non vulgatam hoc loco subjiciam, ut Alexandri scientiam in aurigatione recognoscas: οἱ μὲν ὑστεροῦντες ἠτόνησαν τῶν ἵππων λειποψυχησάντων, πεσόντων τῶν πρῶτον ἐλαυνόντων ὑπ' ἀλλήλων, Ἀλέξανδρος συνεχώρησε Νικόλαον παρελθεῖν αὐτόν. ὁ δὲ Νικόλαος ἤλαυνε πρῶτος. μετὰ δὲ δύο καμπτῆρας σπονδυλίζει ὁ δεξιὸς ἵππος τοῦ Νικολάου ἐπὶ τῷ ἅρματι τῷ πρώτῳ πεσόντι, καὶ συμπεσόντων τῶν ἵππων καταπίπτει ὁ Νικόλαος. στεφανοῦται δὲ ὁ Ἀλέξανδρος, καὶ διαβαίνει τὸν νικητήριον ἐστεμμένος. στεφανοῖ γὰρ αὐτὸν Ὀλύμπιος ὁ βραβεὺς τὸν κότινον D στέφανον παρὰ τῷ Ὀλυμπίῳ Διί, καὶ λέγει αὐτῷ ὁ τοῦ Διὸς μάντις, Ἀλέξανδρε προμηνύει σοι ὁ Ὀλύμπιος τὸν κότινον στέφανον παρὰ τῷ Ὀλυμπίῳ Διί. θάρσει, ὥσπερ Νικόλαον ἐνίκησας, οὕτω πολλοὺς νικήσεις ἐν πολέμοις. ὁ δ' Ἀλέξανδρος λαβὼν τὴν κληδόνα ταύτην ἔχαιρεν. Id est, *Illi quidem tardiores defecerunt cum eorum equos spiritus desereret, & ii qui priori loco currebant in se mutuo incurrentes cecidissent; Alexander passus est Nicolaum ante vertere: Nicolaus autem primus agitabat; post duo spatia confecta offendit dexterior equus Nicolai ad currum, & cum prior equus cecidisset, aliique cum eo, cecidit & Ni-* F *colaus. Coronatur autem Alexander, & transit per stadium victorum more coronatus.* (legerem τὸ νικητήριον, nisi τὸν νικητήριον subaudias στέφανον.) *Coronat autem eum Olympius judex oleastri corona apud Jovem Olympium, & dicit ei vates Jovis: Alexander, denuntiat tibi Olympius oleastri coronam apud Jovem Olympium: confide* (per Olympium dantem coronam accipio eum qui Olympiis præerat, designator ac judex) *ut vicisti Nicolaum, sic multos vinces bello. Alexander hoc omine lætus abiit.* Romæ quidem cum equorum aurigarumve vitio

currus fracti essent, alii clamore populi deposcebantur. Plutarchus in *Sylla*: ἐκκρούσαντες ἅρματα μετὰ γέλωτος ῥωμαῖοι, ἄλλα ᾔτουν, ὥσπερ εἰώθασι ἐν ταῖς θεατρικαῖς ἱπποδρομίαις. Id est, *cum evertissent currus Romani cum risu, alios petebant, ut solent, curulibus spectaculis*; quod usu veniebat aurigis qui bonitate equorum freti ad tria aut quatuor præmia aspirarent: alios enim currus quibus compararentur deposcebant. Ex composito currus adversæ factionis aurigæ evertere conabantur, eo maxime loco unde sedens spectaret Imperator. Chrysost. sermone *de humanitate*: *Aurigæ*, inquit, *præter cursu totius populi Theatro, contendunt eo loci adversariorum currus subvertere, ubi Regem viderint sedentem, & unum oculum tot vultibus digniorem putant*. In eam rem plura pete ab Homero *Iliad.* Ψ. Statio lib. VI. Silio XVI. Virgilio lib. V. *Æneid.* de casu cursorum & navium errore, ac naufragio. Hoc interim adjuvo ex Sidonio in *Narbone*:

Hic te incautius assecutus hostis
Transversum venit impudens in axem.
Incurvantur equi, proterva crurum
Intrat turba rotas, quaterque terni
Arctantur radii, repleta donec
Intervalla crepent, volubilisque
Frangat margo pedes: ubi ipse quintus
Curru præcipitatus obruente
Montem multiplici facit ruina,
Turpans prociduam cruore frontem.

Arnobius lib. VII. *Qui cantherios frustra, & sine ulla ratione currentes spectatum proficiscantur e cælo, gaudeant quæ ex his alios transiri pronos, & cernuos ruere cum curribus, resupinos vehi, trahi alios debiles, & cruribus claudicare præfractis*. Si qui forte curru excussi ac obtriti essent, fimo aprugno sanabantur, ait Plin. lib. XXVIII. cap. XVII. *Cinerem aprugni fimi reverentiores ex aqua bibunt. Feruntque & Neronem hac potione recreari solitum, cum sic quoque se trigarium vellet approbare*.

CAP. XXXI.

De aspersione equorum.

CURSU confecto equos sudore oblitos halantesque spiritu mox requieto, ac sedato aquæ aspersione reficiebant. Statius lib. IV. *Thebaid.* Alpheum in Olympia sudorem equis abluisse ait:

—— Et Eleis auriga laboribus actos
Alpheo permulcet equos. ——

Spartor dicitur in vet. inscript. qui equis aquam spargit; apud Callimachum Minerva pulverem excutit equis fumantibus, inde aquis Oceani eos lavat; sic in *hymno Palladis*:

Οὐ πόκ' ἀθαναία μεγάλως ἀπενίψατο πήχεις,
Πρὶν κόνιν ἱππειᾶν ξελάσαι λαγόνων.

Id est, *non ante Minerva ingentes cubitos lavat, quam pulverem ex equorum latere deterserit*.

—— αὐχένας ἵππων
Λυσαμένα, παγαῖς ἔκλυσεν Ὠκεανῶ
Ἱδρῶ καὶ ῥαθάμιγγας. ——

id est, *colla equorum solvens, fontibus abluit Oceani sudorem & guttas*. Oleo inunctos ostendit Homerus post lotionem *Iliad.* Ω.

—— ἵπποις πολλάκις ὑγρὸν ἔλαιον
Χαιτάων κατέχευε, λοέσσας ὕδατι λευκῷ.

Id est, *in jubas equorum effundebat sæpe humidum oleum, ubi abluisset aqua pura*. Nasiterna dictum est vas illud, quo equos perfunderent, auctore Festo, quasi vas esset trium nasorum; sic enim Martialis & Juvenalis ansas vocant; ἀρδάνιον Græcis dicitur, quæ vox latius patet. Eustathius: ἀρδάνιον ἀγγεῖον ἐν ᾧ ἄρδουσι καὶ ποτίζουσι τοὺς ἵππους καὶ τὰ θρέμματα. Cortina vas fuit aquæ non perfun-

A dendis equis in Circo, sed ferendæ per cuneos ac vendendæ sitienti popello. Plautus *Pœnulo*:

Itaque replebo atritate, atrior multo ut fiet
Quam Ægyptii, aut qui cortinam ludis per Circum ferunt.

Cortina proprie dicitur lebes vestibus tingendis Varroni, a forma cortis, unde cæli cortina Ennio, & tripus Delphicus cortina dicta. Cæterum qui aquam equis spargebant non erant infames. D. lib. III. leg. IV. tit. II. *De his qui not. infam.* S. Hieronymus scribit, Italicum aurigam stabulum & equos aqua sparsisse quam a Sancto Hilarione acceperat. In Circo non tantum fuere qui bigis & qua-
B drigis, verum & qui pedum celeritate certarent, cujusmodi apud Virgilium lib. V. *Æneid.* Euryalus, & Nisus, & alii apud Homerum in funere Patrocli, & Statius VI. *Thebaid.* Cursoribus is honor habitus, ut diluculo primi omnium in arenam a præcone ac tubicine citarentur, ut docet Sophocles in *Electra* de Oreste ad ludos Delphicos progresso, qui cursu diaulo vicerit:

Κεῖνος γὰρ ἐλθὼν εἰς τὸ κλεινὸν Ἑλλάδος
Πρόσχημ' ἀγῶνος, Δελφικῶν ἄθλων χάριν,
Ὅτ' ᾔσθετ' ἀνδρὸς ὀρθίων κηρυγμάτων
Δρόμον προκηρύξαντος, οὗ πρώτη κρίσις.

C *Ille enim cum venisset in illustrem Græciæ certaminis amplitudinem, ut præmia Delphica reportaret, ubi sensit matutinam* (lego cum Fabro doctissimo, ὀρθρίων) *prædicationem præconis cursum denuntiantis, cujus prima est denuntiatio*. Ubi Scholiastes; εἰσήγετο γὰρ ὁ δρόμος πρῶτος τῶν ἄλλων ἄθλων, πυγμῆς, πάλης, δίσκου, ἅλματος· τοῦτο δὲ ἐγίνετο διὰ τὸ πάντας τοὺς ἀγῶνας πορείας δεῖσθαι. ἔστι δὲ ὁ δρόμος οὐκ ἄλλό τι ἢ μόνον πορεία, καὶ τάχος ποδῶν. *Inducebatur enim cursus ante alia certamina, pugilatum, luctam, discum, saltum, quia omnes agones incessu egent. Cursus autem non est aliud,*
D *quam incessus, & velocitas pedum*. Cursores autem, ut pugiles, inungi soliti erant. Statius lib. VII. de Parthenopæo:

Ipse tamen formæ laudem aspernatur, & arcet
Mirantes, tunc Palladios non inscius haustus
Incubuit, pinguique cutim fuscatur olivo.
Proximus & forma, nec multum senior Idas
Cursibus, atque ævo juxta prior. ——

In Circo & ipsi arena injecta currebant. Lucianus in *Anacharsi*: τῶν γυμνασμάτων δὲ τούτων τὸ μὲν
E ἐν τῷ πηλῷ ἐκείνῳ πάλη καλεῖται, οἱ δὲ ἐν τῇ κόνει παλαίουσι καὶ αὐτοί, καὶ ὁ δρόμος οὐ πρὸς στερρὸν ἀντίτυπον, ἀλλὰ καὶ ἐν ψάμμῳ βαθείᾳ, ἔνθα οὔτε βεβαίως ἀπερεῖσαι τὴν βάσιν, οὔτε ἐπιστηρίξαι ῥᾴδιον ὑποσυρομένου πρὸς τὸ ὑπεῖκον τοῦ ποδός. *Harum exercitationum ea quæ est in luto dicitur lucta, ipsi autem in pulvere luctantur, & cursus non fit supra solidum quod resistat, sed in arena alta, ubi neque firmiter pedem figere, neque firmare gradum facile est, subducto pede ad id quod cecidit*. Romæ in Circo ex quatuor cursoribus unus ex singulis factionibus sumebatur,
F qui circum metas Circi currerent, & ille qui primus omnium certa curricula confecisset, palmam obtinebat, ut is qui apud Græcos primus stadii metam attigisset. In Græcia cursores ab iisdem carceribus progressi non idem, sed contrarium iter tenuerunt, ut ad metas obviam alii aliis fierent, dum ad Athlothetas reverterentur. Themistius orat. XII. ὥσπερ δὲ ὑπὸ τὸν αὐτὸν ἀθλοθέτην ἵενται μὲν ἅπαντες οἱ σταδιεῖς, οὐ μὲν ἅπαντες τὸν αὐτὸν δρόμον, ἀλλ' οἱ μὲν ἔνθεν, οἱ δὲ ἔνθεν, ἀπάντη δὲ

ἀγέρα-

ἀγέρασος ὁ ἡττώμενος, &c. Id eſt, *ut omnes curſores mittuntur ab eodem Athlotheta, non tamen omnes eundem curſum conficiunt, ſed hi ex hac, illi ex illa parte currunt, & ubique qui vincitur ſine præmio eſt. Ita exiſtimas unum tantum eſſe verum Agonothetam, ad quem non una via eatur.* Curſores item antequam ſerio currerent, proluſionis gratia membra inflectebant, agitabant, & pedes ad curſum comparabant, quo pertinet illud Statii libro VI.

—— Tunc rite citatos
Explorant, acuuntque gradus, variaſque per artes
Exſtimulant docto languentia membra tumultu.

Iſidorus lib. XVIII. cap. XX. ait, eos nudos cucurriſſe recto ſpatio. Dionyſius lib. VII. ſub finem ſcribit, curſorum Romæ duo genera fuiſſe, quorum alii parabatæ, qui cum ab aurigis curru vecti eſſent, deſiliebant, ut pedibus currerent. Alii fuere, qui curru non veherentur, ſed ſolis pedibus fiderent, de quibus Suetonius in *Auguſto* cap. XLIII. *In Circo auriga curſores, confectoreſque ferarum nonnunquam ex nobiliſſima juventute produxit.* Curſores Ælii Veri alati ad curſum ad Circenſes referri poſſunt, aut ad eos qui literas, aut mandata Principis ferrent apud Spartianum, ut alibi oſtendimus, in veteribus inſcriptionibus annotabis, alios primas, quoſdam ſecundas, nonnullos tertias in curſu pedeſtri tuliſſe. In veteri lapide: AQVILON AQVILONIS VICIT CXXX. SECVNDAS TVLIT LXXXVIII. TERTIAS XXXVII. In alio lapide: HIRPINVS N. AQVILONIS VICIT CXIV. SECVNDAS TVLIT LVI. TERTIA TVLIT XXXVI. Apud Græcos erant diaulodromi, & ſtadiodromi. Diaulon eſſe volunt geminum curſus ad eandem ſtadii partem retracti ſpatium. Diaulodromi, qui cum ad metam perveniſſent, flectentes rurſus recurrebant unde curſum inierant. Ariſtot. lib. II. *de generatione*; ὥσπερ τῆς φύσεως διαυλοδρομούσης, καὶ ἀνελιττομένης ἐπὶ τὴν ἀρχὴν ὅθεν ἦλθεν, *ut natura recurrente, & revoluta ad principium unde iverat.* Domitianus apud Dionem edidit ſpectaculum quo virgines curſu decertaverunt. Alexander Severus curſorem nunquam niſi ſervum ſuum dedit, dicens ingenuum currere niſi in ſacro certamine non debere. Onuphrius ſcribit, Suidam meminiſſe cujuſdam generis curſus, quod δίαυλον, hoc eſt, *per duo ſtadia* vocat; fugit eum ratio. Verba Suidæ ſic habent: διαυλος ὁ διττὸν ἔχων τὸν δρόμον ἐν τῇ περείᾳ τὸ πληρῶσαι τὸ στάδιον, καὶ ὑποστρέψαι. *Diaulus qui duplicem curſum habet in decurſu, ut impleat ſtadium, & recurſu.* Cucurrere interdum in Græcia armati. libro IV. *Æthiop. Hiſtor* de Theagene in Agone Pythio: παρελθὼν τε εἰς μέσους, τοῦ δρόμου τὴν χώραν ἐκληρῶτο, καὶ τὴν πανοπλίαν ἐνδύς, ἐφειστήκει τῇ βαλβίδι τὸν δρόμον ἀσθμαίνων, καὶ ἀπὸ παρὰ τῆς σάλπιγγος ἐνδόσιμον ἄκων, καὶ μόγις ἀναμένων. *Progreſſus in medio, ſortitus eſt locum curſus, & cataphractus inſtitit carceribus, curſum anhelans, & tubæ ſignum invitus, & ægre expectans.* Pauſanias in *Corinthiacis*: θύουσι ἀργεῖοι τῷ Διΐ, καὶ ἐν τῇ νεμέᾳ τῷ νεμείῳ Διὶ ἱερέα αἱροῦνται, καὶ δὴ καὶ δρόμου προτιθέασιν ἀγῶνα ἀνδράσιν ὡπλισμένοις. *Argivi ſacrificant Jovi, & in Nemea, & eligunt Nemei Jovis Sacerdotem, & curſus proponunt certamen viris armatis.* Granianum Sicyonium diaulum cum clypeo decurriſſe, ac victorem fuiſſe ſcribit Pauſanias ibid. vocantur ὁπλιτόδρομοι. In *Phocicis* vocat ὁπλίτην δρόμον. Romæ curſores Principum nudis pedibus currebant, in Græcia calceati, ut Pollux lib. III. c. XXX. τὰ τῶν δρομέων ὑποδήματα ἐνδρομίδες ἐκαλοῦντο, *curſorum calcei dicti endromides.* Pauſanias lib. II. *Eliac.* κνημῖδας ἐπὶ τοῖς ποσί, *ocreas in pedibus.* Stadiodromi autem cum metas attigiſſent, ibi pauliſper conſtitiſſe videntur, ut bravium acciperent, ut & diaulodromi cum reverſuri ad carceres eſſent, unde curſum inſtituerant, ad metas paululum morabantur, ut interquieſcerent. Iſidorus Peluſiota libro I. epiſt. CXLIV. ὥσπερ γὰρ ἐν τοῖς σταδίοις στάσις, καὶ ἠρέμησις τὴν ἐναντίαν τίκτει κίνησιν, εἰ μὴ γὰρ σταίη, οὐκ ἂν εἰς τοὐναντίον χωρήσειεν. *Ut in ſtadiis ſtatio, & quies contrariam parit motionem; niſi enim ſtaret, non in contrarium iret.* Apud Græcos curſus, & leviora certamina antemeridianis horis fiebant, quinquertio lucta, pugilatus pomeridianis, ut docet Pauſanias lib. II. *Eliac.* Poſt renovatum ab Iphito agonem Olympicum curſus primum præmia propoſita, quæ Corœbus victor reportavit. Deinde circa Olympiadem XIV. additus diaulus. Plutarchus quæſt. V. lib. I. *Sympoſiac.* τοῖς δὲ ὀλυμπίοις πάντα προσθήκη πλὴν τοῦ δρόμου γέγονε. *In Olympia antiquiſſimum certamen curſus fuit, cætera ſunt ejus additamenta.* Strabo lib. VIII. μέχρι τῆς ἕκτης καὶ εἰκοστῆς ὀλυμπιάδος ἀπὸ τῆς πρώτης ἐν ᾗ Κόροιβος ἐνίκα στάδιον, *uſque ad viceſimam ſextam Olympiadem a prima in qua vicit ſtadium Corœbus.* Pauſanias in *Meſſenicis*: τετάρτην ὀλυμπιάδα ἦγον ἠλεῖοι, καὶ ἀγώνισμα ἦν σταδίου μόνον. *Quartam Olympiadem agebant Meſſenii, & ſolum ſtadii, ſeu curſus certamen erat.* In Græcia tres curſus fuere, ut ait Plato. l. VIII. *de leg.* ἓν παιδικῶν ἓν ἀγενείων, ἓν δὲ ἀνδρῶν, *unum puerorum, alterum imuberum, tertium virorum.* Teletias puer Cleonenſis coronatus eſt apud Plutarchum lib. *de tarda Dei vindicta.* idque Pythiis ludis. Cum tantus curſoribus honor ludis Græciæ haberi ſolitus eſſet, non mirum Ladam, Philippidem, Aniſtium, & alios curſores velociſſimos fuiſſe. Plinius lib. VII. cap. XX. & Solinus cap. V. Cucurriſſe mille ducenta XL. ſtadia ab Athenis Lacedæmonem, biduo Philippidem, magnum erat, donec Aniſtius Lacon curſor Lacedæmonius, & Philonides Alexandri M. a Sicyone Elim uno die MCC. ſtadia cucurrerunt. Polymneſtor Mileſius puer cum a matre locatus eſſet ad caprarios paſtus, ludicro leporem conſequutus eſt, & ob id ſtatim productus a gregis domino Olympiade XLVI. victor in ſtadio meruit coronam, ait Boetius. Subjicerem hic de Athletis qui in Circo dati, niſi hanc partem Petrus Faber Toloſani Senatus princeps, & Mercurialis accurate pertractaſſent. Adſcribam locum S. Ambroſii, qui pertinet ad naufragium Circi in *Apologia David. Pleriique*, inquit, *equorum cum ceciderint, ſe jactare conſueverunt, & quos caſus non læſerit, jactando ſe debilitant, & frangunt. Alii, qualis Curulium equorum fertur natura, cum in certamine Curuli eliſi fuerint, vel fortuito ceciderint, nequaquam movere ſe conſueverunt & quandam tenent quietis & patientiæ diſciplinam. His ſi caſus non nocuit, quies prodeſt; certe non acerbatur offenſio.*

CAP. XXXII.

De cavea & porticibus Circi.

CAVEA, auctore Servio *in* VIII. *Æneid.* dicitur ubi populus ſpectat. Plautus in *Amphit.*

Ut conquiſitores ſinguli in ſubſellia eant per totam caveam.

Quidam caveam ad Theatrum referunt, eamque a Circo diſtinguunt: alii etiam ad Circum. Cicero lib. II. *de legib. Jam ludi publici, quoniam ſunt cavea circoque diviſi* Prudentius lib. I. & Statius lib. VI. *Thebaid.* caveam de Circo dicunt. Erant eæ caveæ fornicatæ, ne qui in ima cavea ſederent, officerent eorum lumini, qui in media & ſumma. Caſſiodorus pag. 107. caveas illas Theatri ſaxis pendentibus abſidatas ita juncturis abſconditis conveniſſe, ut cryptas montis, non arte, ſed natura. Amphitheatri cunei ſpeciem ovi reddebant; Circus in

ambitu porticibus extructus erat, & ædificiis ingentibus, unde populus spectaret. De gradibus, cuneis, podio, subselliis, hic aliquid apponerem, nisi Lipsius accurate eam partem executus esset. Paucissima, quæ ille, in alieno scilicet argumento, non attigit, & ad Circum accommodata dabo. Sellæ Curuli ac Magistratibus locus spectaculo fuit ad metas Murtias: populi corona in ambitu Circi, & porticibus per subsellia diffundebatur: Equitum ac Senatorum subsellia propius ad Circum accedebant, quam popularia, quibus anteponebantur, ait Tacitus lib.XV. quod a Nerone institutum. In ambitu Circi januæ fuerunt frequentes, quibus in cuneos populo aditus pateret, ait Dionysius Halicarnasseus lib III. Quis autem Circum ornarit subselliis, non est absque controversia: ante ætatem Tarquinii Prisci nullas sedes ubi populus sederet, in spectaculis fuisse Dionysius autumat, sed in tabulatis stantes spectasse, cum hastæ oblongæ scenis ac tabulis ligneis impositæ essent, ad æstum & pluviam, ut interpretor, arcendam, umbraculis extructis; sic enim lib.III. ὁ Ταρκύνιος ἐν τῷ ἱπποδρόμῳ πρῶτος ὑποστέγους περὶ αὐτὸν ποιήσας καθέδρας. τέως γὰρ ἑστῶτες ἐθεώρων ἐπ' ἰκρίων, ὀρθῶν ξυλίνοις σκηναῖς ἐπικειμένων· καὶ διελὼν τοὺς τόπους εἰς τριάκοντα φράτρας, ἑκάστῃ φράτρᾳ μερίδα ἀπένειμε μίαν, ὥστε ἐν τῇ προσηκούσῃ χώρᾳ καθεζόμενον ἕκαστον θεωρεῖν. Id est, *Tarquinius Priscus in Circo tectas in ambitum extruxit cathedras; ante id enim tempus stantes spectabant in tabulatis, cum hastæ umbraculis & scenis ligneis insiderent, & loca dividens in XXX. tribus, singulis tribubus partem unam attribuit, ita ut quisque suo loco sedens spectaret*. Livius lib.X. paulo aliter: *A Tarquinio*, inquit, *loca divisa Patribus Equitibusque, ubi spectacula sibi quisque facerent, fori appellati*. Spectavere furcis duodenos ab terra spectacula alta sustinentibus pedes; hoc differunt Livius & Dionysius, quod ille ætate Scipionum populo in spectaculis data subsellia; hic cathedras populo a Tarquinio extructas ait: ille Patribus Equitibusque divisa loca, hic XXX. curiis attributas sedes. Fori dicta sunt ea subsellia. Festus: *Fori dicuntur Circensia spectacula, ex quibus etiam minores forulos dicimus*. Virgilius VI. *Æneid.*

—— *Impletque foros.*

id est, vectorum sedes. Livius lib. XLV. cum per Circum reveheretur ad foros publicos. Post euripum exædificavit Tarquinius porticus ternis tabulatis tectisque extructas: e quibus cum tres essent aliæ aliis impositæ, quæ planæ fuerunt & solum attigerunt, lapideas habuerunt, sicut in Theatris, cathedras, modicum a terra elatas; quæ in sublimi contignatione fuerunt, veluti cænacula, lignea subsellia habuerunt. In idem vero & unum conveniebant, majoresque porticus inter se devinciebantur sub minore, formamque circularem ac conclusam efficiebant, ita ut ex tribus fieret porticus una, instar Amphitheatri stadiorum VIII. quæ XV. hominum millia capere posset: reliqua pars laterum minorum sub divo sita carceres habebat. Assertorem huic rei dabimus Dionysium l.III. μετὰ δὲ τὸν εὔριπον ᾠκοδόμηνται στοαὶ τρίστεγοι. τούτων δ' αἱ μὲν ἐπίπεδαι λιθίνας ἔχουσι, ὥσπερ ἐν τοῖς θεάτροις, ὀλίγον ὑπερανεστηκυίας καθέδρας, αἱ δ' ὑπερῷοι ξυλίνας. συνάγονται δὲ εἰς τὸ αὐτό, καὶ συνάπτουσι ἀλλήλαις αἱ μείζους ὑπὸ τῆς ἐλάττονος, μηνοειδὲς ἔχουσαι τὸ σχῆμα συγκλειόμενον, ὥστε μίαν ἐκ τῶν τριῶν γενέσθαι στοάν, ἀμφιθέατρον ὀκτὼ σταδίων, ἱκανὴν ὑποδέξασθαι πέντε καὶ δέκα μυριάδας ἀνθρώπων· ἡ δὲ λοιπὴ τῶν ἐλαττόνων πλευρῶν αἴθριος ἀνειμένη, ψαλιδωτὰς ἱππαφέσεις ἔχει. Ad ætatem tamen usque Tarquinii Superbi Circus nihil extra basim habuit projecturæ, nullas culcitas aut thoros ubi populus sub tecto assidere posset. Tarquinius Superbus omnium primus cubis quibusdam ac segestribus ab aeris imbriumque injuria tectis concludere aggressus est, ait idem Dionysius lib.IV. τὸν δὲ ἀμφιθέατρον ἱππόδρομον οὐδὲν ἔξω τῶν κρηπίδων ἔχοντα, παστάσιν ὑποστέγοις παραλαβεῖν ἤρξατο. quæ verba mihi dubitationem movent; dixerat enim lib. III. Tarquinium Priscum in ambitum Circi subsellia tecta tribubus triginta posuisse, dixerat tres porticus conclusas & tectas ab eo extructas cum cathedris: quinam igitur extra basim & crepidinem Circi ad Superbi ætatem nulli thori tecti fuerunt? Hæc verba sic audio, podium a Superbo in circuitum Circi cum lectulis positum esse, tecto undique comprehensum. In ipsa enim crepidine & basi Circi, ubi podium fuit, thorulos & sedilia undique tecta & clausa extruxit Superbus. Zozimus lib.II. in Circo Constantinopolitano porticus fuisse commemorat. Fuit & in ambitum Circi extrinsecus alia porticus unius tecti, officinis referta, tabernisque inferius, sursum habuit ædificia quædam & habitationes, per quam porticum patet aditus & ascensio spectatoribus ad quamque officinam, ut tot hominum millia vel ineuntia, vel decuntia sibi nihil molestiæ afferant. Sic enim Dionysius; ἔστι δὲ καὶ περὶ τὸν ἱππόδρομον ἔξωθεν ἑτέρα στοὰ μονόστεγος ἐργαστήρια ἔχουσα ἐν αὐτῇ, καὶ οἰκήσεις ὑπὲρ αὐτά, δι' ἧς εἰσιν εἴσοδοί τε καὶ ἀναβάσεις τοῖς ἐπὶ τὴν θέαν ἀφικνουμένοις παρ' ἕκαστον ἐργαστήριον, ὥστε μηδὲν ἐνοχλεῖσθαι τὰς τοσάσδε μυριάδας εἰσιούσας τε καὶ ἀπολυομένας. De his ædificiis Varro loquutus est lib.IV. *de Ling. Lat.* Circus maximus dictus, quod circum spectaculis ædificatus est, id est, foris & subselliis. Sedebat autem populus in leuconio, quod & luconicum dicitur, & gnaphalium Circense, e concisis arundinibus. Plinius lib.XXVIII. c.X. *Gnaphalium, alii* χαμαίζηλον *vocant: cujus foliis albis mollibusque utuntur pro tomento.* Martialis lib.XI. epig. XXII. de leuconico:

Culcita leuconico quam viduata suo.

Seneca lib. *de Vita beata* cap.XXVIII. Circense tomentum vocat: *Super Circense*, inquit, *tomentum per suturas veteris lintei effluens incubabo*. Martialis, lib.XIV. epigr.CLX.

Tomentum concisa palus Circense vocatur:
Hoc pro Lingonico stramine pauper emit.

Erant ad cuneos præcinctiones, & quem *baltheum* Tertullianus vocat, & cancelli, quibus sedilia separata erant, quibus pedes transmitti possent. Ovidius lib.III. eleg.II. *Amorum:*

Sed pendent tibi crura, potes, si forte juvabit,
Cancellis primos inseruisse pedes.

In cuneis ita sedebant, ut superioris genua dorsum inferius sedentis attingerent. Ovidius I. *de Arte:*

—— *Post nos quicunque sedebit,*
Ne premat opposito mollia terga genu.

Videnturque in ipsis cuneis fuisse scamna quædam humilia & cava, quæ pedibus subjici possent; nec enim verosimile est, viros ejusmodi scamnula secum in Circum intulisse. Ovidius ibidem:

Et cava sub tenerum scamna dedisse pedem.

nisi forte fœminæ per servos ea scamna intulerunt. Porticus, in quibus gradus & cunei, fornicatæ erant etiam Constantinopoli. Marcellinus Comes: *Gradus*, ait, *Circi septemtrionalis sua cum fornice sunt incensi sub Anastasio*. Podium, id est, murus in pede graduum humilior cuneos munibat, & solum attingebat. Sidonius in *Narbone:*

Totas ad podium ferens habenas.

Ex quo loco aurigæ coronati spectabant. Sidonius lib.VIII. *Epistol.* Nostrum pulverem spectans veluti coronatus auriga de podio, eoque loco sæpe sta-

tuæ, ſimulacra, & imagines Deorum ponebantur. Spartianus in *Severo:* Victoria de podio ſtans decidit; id quidem maxime in pompa.

C A P. XXXIII.

De popularibus & equeſtribus in Circo.

SED in ſeſſione quæramus quinam ordo fuerit; num ut in Theatro media cavea, ſumma, ima? num equeſtria? num popularia? de quibus agere pluribus non eſt animus, quod Lipſius vir eruditiſſimus in *Amphitheatro ſuo* cæteris anſam ſcribendi præciderit; ea tantum attingam quæ ad Circum. Theatra Romæ inchoata ſunt a Meſſala & Caſſio Cenſoribus; ſed auctore Scipione Naſica omnis apparatus operis eorum haſtæ ſubjectus eſt; Senatuſconſulto cautum ne quis in urbe, propiuſve paſſus mille ſubſellia poſuiſſe, ſedenſve ludos ſpectare vellet. Per DLVIII. annos Senatus populo mixtus ſpectaculo interfuit: ſed hunc morem Attilius Serranus,& Lucius Scribonius Ædiles ludos matri Deum facientes, ſuperioris Africani ſententiam ſecuti,diſcretis Senatus & populi locis ſolverunt, ait Valer Maximus lib. I. Quid hoc ad Circum? inquies. maxime, inquam, & proprie facit. Livius enim lib.v. decadis IV. ludis Attilii Serrani & Luc. Scribonii loca Senatus, & populi Rom. diſcreta indicat, eoſque ludos Romanos, id eſt, magnos,& Circenſes fuiſſe. Poſtea lege Othonis plenius diſcreta ſunt. De lege Othonis & XIV. ordinibus conſule Petrum Fabrum libro II. *Semeſtr.* cap.VIII. Quatuordecim illi gradus equites omnes capere non poterant, ut indicat Seneca lib IV. *de Benefic.* c.XII *Non mentiar, ſi dicam me habere in equeſtribus locum. Sed cum in Theatrum veni, ſi plena ſunt equeſtria, & jure habeo locum illic, quia ſedere eſt mihi liberum, & non habeo, quia ab his, cum quibus jus mihi loci commune eſt, occupatus eſt.* Interdum loca equitum occupantur a plebeiis, quos excitari mos fuit. Quintilianus lib.III. cap.VI. *Inſtitut. Si accuſabitur theatrali lege, depulſio erit rei. Si excitatus fuerit de ſpectaculis,& aget injuriarum.* Appianus l.v *Civilium* ſcribit, Cæſarem ſuſcitaſſe militem qui in equeſtribus ſederat, καὶ ὁ καῖσαρ τὸν στρατιώτην ἀνέστησεν. Qui jus ſedendi haberent, ſi excitati eſſent, agebant injuriarum. Erant & gratuita loca, quæ de nocte occupabantur a plebecula. Suetonius in *Caligula* cap.XXVI. *Inquietatus fremitu gratuita in Circo loca de media nocte occupantium, omnes fuſtibus abegit.* Deſignatores, quos Græci ἀποδεικτὰς vocant, loca demonſtrabant, & populo ſerius venienti locabant, quos & *locarios* aliqui vocant. Deſignatori in ludis toga pretexta fuit, lictoribus ſagula punicea, ut vult Joſephus Scaliger. Sed non perſuadet, quia de deſignatoribus dubitatum, an artem ludicram facerent. l. 4. D. *de iis qui not. infam.* Deſignatores autem, ait Ulpianus, quos Græci βραβευτὰς appellant, artem ludicram non facere Celſus probat quia miniſterium, non artem ludicram exerceant. Petronius *equeſtria* vocat gradus in quibus Equites jus ſedendi habent: *In equeſtribus*, inquit, *ſedeo*. In cuneis autem viæ fuere circa balthea quæ Theatrum cingebant, & in popularibus per proclivum. Viri enim nobiles loca diſtincta habebant, & cardinibus obſepta, ne vulgus irrumperet: popularia vero non ita occluſa erant. Tertullianus libro *de Spectaculis* cap.III. *Nam apud ſpectacula & in via ſtatur.* Vias enim vocant cardines baltheorum per ambitum,& diſcrimina popularium per proclivum. Martialis libro v. epig.XIV.

Et hinc miſer dejectus in viam.

Illis ipſis initiis Circi Livius lib.I. loca Patribus, Equitibuſque diviſa monet, unde equeſtria, ſenatoria, popularia. Nec enim cum Lipſio ſentio, qui ad ætatem Auguſti Senatum, Equitem, plebem indiſcretos ſpectaſſe putat ob religionem ludorum, & antiquitatem, cum Livius a Tarquinio loca diviſa Patribus Equitibuſque dicat (ut ſupra monuimus) & ludis Circenſibus Senatorum loca ſedilibus plebis antepoſita ætate Scipionis Africani. deinde mos irrepſit in Circum, ut mixti Patres plebeiis ſpectarent; quod ægre ferens Auguſtus, Cornelio Cinna & Valerio Meſſala Coſſ. mutavit. Dio lib. LV. καὶ τὰς ἱπποδρομίας χωρὶς μὲν οἱ βουλευταὶ, χωρὶς δ' οἱ ἱππεῖς ἀπὸ τοῦ λοιποῦ πλήθους εἶδον ὃ καὶ νῦν γίγνεται. Seorſum ut ſpectaret Senatus & Eques a plebe, edixit Auguſtus, non tamen certa loca attribuit; poſtea, teſte Suetonio in *Claudio* cap.XXI. Claudius *propria Senatoribus conſtituit loca, promiſcue ſpectare ſolitis*, integrumque fecit eis, ut quocunque loco vellent ſpectare poſſent, etiam in veſte privata. Dio pag. 459. καὶ προσέτι τοῖς ἐθέλουσι σφῶν ἱερωθῆναί που, ἐξ οὖν γε ἰδιωτικῆ θεάσασθαι ἐπέτρεψε. Plinius lib.IX. *Epiſtol. Narrabat* (Cornelius ſcilicet Tacitus Senator) *ſediſſe ſe Circenſibus proximum equiti Rom. in veſte privata.* Ipſe Nero equitum Romanorum locos ſedilibus plebis antepoſuit apud Circum, ait Tacit. lib.XV. *Ann.* namque ad eam diem indiſcreti inibant, quia lex Roſcia nihil niſi de XIV. ordinibus ſanxit. Roſcius enim legem tulerat, ut Equitibus Rom. in Theatro XIV. primi gradus aſſignarentur. De Circo cautum nihil, ait Livius in epitome lib. XCIX. ſed & Julia theatralis de ſcena tantum caverat. Plinius lib.VIII. cap.VII. *Euripos Nero ſuſtulit, equiti loca addens.* Claudius enim Senatui loca aſſignarat, auctore Dione his verbis: ἐν δὲ τῷ ἱπποδρομίῳ ἑώρων μὲν πρότερον ἰδίᾳ καὶ κατὰ σφᾶς ὡς ἕκαστος, τό τε βουλευτικὸν, καὶ τὸ ἱππικὸν, καὶ ὁ ὅμιλος, ἀφ' οὗπερ τοῦτο ἐνομίσθη· οὐ μέντοι τι καὶ τεταγμένα σφίσι χωρία ἀπεδέδεικτο, ἀλλὰ τότε ὁ Κλαύδιος τήν τε ἕδραν τὴν νῦν οὖσαν τοῖς βουλευταῖς ἀπένειμε, καὶ προσέτι. Id eſt, *In Circo ſpectabant prius ſeparatim & per ſe ſinguli ordines, Senatus, equites, plebes, jam inde ex quo id inſtitutum eſt: non tamen certæ illis ſedes conſtitutæ erant, ſed tunc Claudius ſpectacula quibus nunc utitur, Senatui ſecrevit, non tamen equiti.* Nero equiti aſſignavit. Sueton. in *Ner.* cap. XI. *Circenſibus loca equiti ſecreta a cæteris tribuit.* Ante Neronem & Claudium Caligula Senatoribus pulvillos decrevit, ut ne in nudis tabulatis aſſiderent. Dio lib.LVII. τά τε προσκεφάλαια τοῖς βουλευταῖς, ὅπως μὴ ἐπὶ γυμνῶν σανίδων καθίζονται. Auguſtus Circenſes ex amicorum fere libertorumque cænaculis ſpectabat: interdum e pulvinari; id enim temporis quiſque in Circo ſibi cænacula exſtruebat, cum loca certa Senatoribus & plebi nondum deſcripta, ait Sueton. cap. XLV. Idem primum ſubſelliorum ordinem Senatoribus aſſignavit; quod in Circo ſervatum non eſt ante Claudium, niſi ſi forte patriciis ac principibus viris locus in prima fronte ſpectaculorum nominatim daretur. Patet ex eo quod Auguſtus noluerit Claudium adoleſcentem ſtolidum, qui poſt Imperator fuit, ſpectare Circenſes ex pulvinari, ne expoſitus in prima fronte ſpectaculorum conſpiceretur. Trajanus in Circo æquavit plebis, ac Principis loca, locorum quinque millia adjecit; editores autem locum in Circo & foro dabant amicis & tribulibus. Nam & a Muræna ſpectacula ſunt tributim data, ut ſuffragia a populo eblandiretur, ait Pædianus *pro Muræna:* & Cicero viros primarios in Circo totas tabernas tribulium cauſa comparaſſe ſignificat.

CAP. XXXIV.

De viis, baltheis, cathedris cuneorum.

HANC partem Lipſius erudite exequutus eſt, ut tanto viro dignum fuit. Pauca tamen hic apponere nihil vetat, in quibus non uſquequaque cum eo nobis convenit. Viam in cuneis triplicem fuiſſe conjicio. Unam tranſverſam in podio quo arena cingebatur, ubi ſedebant Magiſtratus, qua per ambitum euntibus iter fuit. Alteram circum gradus ipſos & cuneos, quæ diſcrimina populárium vocat Tertullianus, ut eſſet initus ad gradus & exitus. Tertiam veluti per proclivum aſcendentibus in popularia, aut in equeſtria, orcheſtramque deſcendentibus. Ambitus orcheſtræ baltheis & cardinibus diſtinctus fuit; balthei diſcrimina fuere, quibus ordines diſtincti erant, ut commode ſpectare poſſent; ſingulis autem baltheis ſui erant cardines, id eſt, fores verſatiles cardinibus impactæ, ad utramque viam bini, quibus hinc & inde inibant ſpectaturi, & ingreſſi claudebant, ut alii excluderentur; conſulatur Victruvius lib. v. cap. VI. VII. Tertullian. *de Spect.* Nam apud Spectacula & in via ſtatur: vias enim vocant cardines baltheorum, per ambitum & diſcrimina populárium per proclivum. Cathedra quoque nominatur ipſe in anfractu ad conſeſſum ſitus. Calpurnius tamen cathedras pro ſubſelliis poſuit:

Inter fæmineas ſpectabat turba cathedras.

Martialis ſellas, ſubſellia, ſcamna. lib. v. ep. XIV.

Et hinc miſer dejectus in viam tranſit,
Subſellioque ſemifultus extremo,

Epig. XXVII. ejuſdem libri:

Bis ſeptem tibi jam non ſunt ſubſellia tanti,
Ut ſedeas viſo pallidus Oceano.

Non dubito ſellas illatas in cuneos & gradus. Victruvius lib. v. gradus ubi ſubſellia componantur. Juvenalis:

—— & duo fortes
De grege Mœſorum, qui me cervice locata
Securum jubeant clamoſo inſiſtere Circo.

Suetonius in *Nerone* cap. XXVI. geſtatoriam ſellam vocat.

CAP. XXXV.

De ſeſſione & gradibus.

POPULUS aliquandiu ſtans ludos ſpectavit, ait Livius lib. XLVIII. aut ſi fuere gradus exiſtimem cæſpititios per initia fuiſſe, ut Ovidius I. *de Arte*.

In gradibus ſedit populus de cæſpite factis,
Qualibet hirſutas fronde tegente comas.

aut ſubitarios gradus. Tacitus lib. XIV. Erant qui Pompejum accuſarent, quod manſuram Theatri ſedem poſuiſſet. Nam antea ſubitariis gradibus, & ſcena in tempus ſtructa ludos edi ſolitos: vel ſi vetuſtiora repetas, ſtantem populum ſpectaviſſe. Sed conſultum parſimoniæ, quod perpetua Theatro loca ſint. Certe ante Cartaginem deletam, cum Theatrum a Cenſoribus locatum exſtrueretur, Cornelio Naſica auctore, tanquam inutile & nociturum publicis moribus, ex Senatuſconſulto deſtructum eſt, populuſque aliquandiu ſtans ludos ſpectavit; ait Livius lib. XLVIII. Idem pene narrat Auguſtinus lib. I. *de Civit.* c. XXXI. Naſica Pontifex maximus caveam Theatri conſtruere molientem compeſcuit perſuaſitque ne Græcam luxuriem virilibus patriæ moribus pateretur obrepere: Senatus etiam ſubſellia quibus ad horam congeſtis in ludorum ſpectaculo jam uti civitas cœperat, deinceps prohiberet apponi. Cap. XXXII. quia populo bellicoſo, & ſolis antea ludis Circenſibus aſſueto, ludorum ſcenicorum delicata ſubintravit inſania. Cn. Pompejus ædem Victoriæ dedicavit, cujus gradus in vicem Theatri eſſent, Gellio auctore lib. x. cap. I. Theatro enim ſuo, ne deſtrueretur, Veneris ædem ſuperpoſuit, & ad dedicationem populum vocans, non Theatrum, ſed Veneris templum vocavit, cui ſubjecit gradus ſpectaculorum, ait Tertul. lib. *de Spectac.* Cum igitur nulli eſſent Theatri gradus ante Pompejum, niſi forte ſubitarii & repentini, an promiſcue ſpectabant Senatores cum plebe, an Senatoria loca diſcreta a popularibus? Livius l. XXXIV. auctor eſt, ludis magnis S. Ælium Pætum, & C. Cornelium Cethegum, Ædilibus curulibus imperaſſe (eos ludos poſtea Romanos vocat) ut loca Senatoria ſecernerent a populo; nam antea ſpectabant in promiſcuo. Idem Pædianus in oratione *pro Cornelio* pag. 92. Megaleſia ludos ſcenicos C. Attilius Serranus, & L. Scribonius Libo Ædiles primi fecerunt. Horum Ædilium ludos Romanos primum Senatus a populo ſecretus ſpectavit; ait Livius, ad quingenteſimum octavum annum in promiſcuo ſpectatum eſſe. Sed Equitum an habita ratio? non putem ante legem Roſciam, quæ Equitibus integræ famæ & fortunæ quatuordecim primos gradus attribuit. Cicero II. *Philip.* Sediſti in XIV. ordinibus; cum lege Roſcia decoctoribus certus locus conſtitutus, quamvis fortunæ vitio decoxiſſent. Plutarchus in *Cicerone* Othonem narrat XIV. primos gradus Equitibus attribuiſſe. Verum lex illa ſæpe neglecta, ſæpe reſtituta ab Imperatoribus; ideo frequenter in jus vocati, qui in XIV. ſederent, ſæpe excitati a lictoribus. Suetonius in *Julio*: ludis Decimus Laberius Eques Rom. mimum ſuum egit; ſeſſum in XIV. e ſcena per orcheſtram tranſiit. Lex fuit; ne ſedeat in XIV. ordinibus, qui ludicram artem exercuerit: qui ſe Prætori in hortis oſtenderat, neque erat productus (in ſcenam) ſed in XIV. ordinibus. Si accuſabitur theatrali lege, ſi excitatus fuerit de ſpectaculis, & aget injuriarum; vide Quintilianum in id argumentum. Eam legem prolapſam reſtituit Domitianus, plebe promiſcue loca Equitum occupante. Martialis l. v. epig. VIII.

Edictum Domini, Deique noſtri,
Quo ſubſellia certiora fiunt,
Et puros eques ordines recepit,
Dum laudat modo Phaſis in Theatro,
Illas purpureas & arrogantes
Juſſit ſurgere Lectius lacernas.

Epigr. XXV. ejuſd. libri:

Quadringenta tibi non ſunt, Chæreſtrate, ſurge,
Lectius ecce venit, ſta, fuge, curre, late.

Epig. XXIII. ibid.

Jura theatralis dum ſiluere fori.

Eadem conticuiſſe ſub Juliano Didio videntur etiam in Circo. Spartianus: Ad Circenſe ſpectaculum itum eſt; ſed occupatis indifferenter omnium ſubſelliis, populus geminavit convicia in Julianum. Martialis ibid. epig. XIV.

Sedere primo ſolitus in gradu ſemper,
Tunc cum liceret occupare, Nannejus,
Bis excitatus terque tranſtulit caſtra,
Et inter ipſas pene tertius ſellas,
Poſt Cajumque Luciumque conſedit.

Lictores miniſtri deſignatorum excitabant occupantes, quorum e numero fuere Lectius & Oceanus. Martialis ibid. ep. XXVII.

Bis ſeptem tibi jam non ſunt ſubſellia tanti,
Ut ſedeas viſo pallidus Oceano.

Formula enim qua lictores excitarent, fuit, *Surge*, ut ſupra oſtendimus e Martialis l. v. ep. VIII. & epig.

xxv. Lipsius designatores, lictores, locarios, eosdem fuisse censet; pace tanti viri dixerim, hic obdormivit aliquantulum, aut ego vigilans dormio. Honoratum enim officium designatorum fuit in funeribus & spectaculis, qui principibus viris loca certa assignarent, ut discimus e l. IV. ff. *de his qui notant. infamia*. Designatores autem, quos Græci brabeutas appellant, artem ludicram non facere Celsus probat, quia ministerium, non artem ludicram exerceant; & sane locus iste hodie non pro modico beneficio datur. Designatori lictores adhibiti, ut in ordinem cogerentur, si qui reluctari vellent. Horatius l. I. epist. VII.

—— Dum ficus prima calorque
Designatorem decorat lictoribus atris.

Plautus *prologo Pœnoli*:

Neu lictor verbum aut virgis mutiant,
Neu designator præteriens obambulet.

Locarios autem esse putem homines paupertinos, qui loca commoda spectaculis in popularibus occuparent, quæ deinde locarent ditioribus; apud Varronem l. IV. *de ling. Lat.* locarium quod datur in stabulo, & taberna. Quid si locarii sint ii qui redimebant a Censoribus officinas quæ erant in porticibus Circi, & cænacula quæ deinde spectatoribus locarent? Martialis ibid. epigr. XXIV.

Hermes divitiæ locariorum,

Dicas forte, quæ igitur fuerunt gratuita in Circo loca, de quibus in *Caligula* Suetonius c. XXVI. *Inquietatus fremitu gratuita in Circo loca de media nocte occupantium, omnes fustibus abegit.* Certe equestria & senatoria gratuita fuerunt, quæ fœminis & maritis etiam gratuita. Aliquid Romæ solutum designatoribus aut lictoribus pro locario, non memini me legere; gratuita libenter accipiam ipsa popularia, quæ primo occupanti concessa, unde pretium reficere soliti tenuiores, si cederent tarde adventantibus. Dices, quo igitur pertinet illud Plautini prologi?

Servi ne obsideant, liberis ut sit locus,
Vel æs pro capite dent: si id facere non queunt,
Domum abeant. ——

Putem cum gradus essent subitarii, æris aliquid exactum ab iis qui promiscue spectarent; tum enim & fœminæ prope viros assidebant, ut acciderat Syllæ apud Plutarchum: *οὔπω δὲ τῶν τόπων διακεκριμένων, ἀλλ' ἔτι τοῦ θεάτρου συμμιγοῦς ἀνδράσι καὶ γυναιξὶν ὄντος, ἔτυχε πλησίον τοῦ Σύλλα καθεζομένη γυνή. Cum loca nondum discreta essent, sed in Theatro promiscue viri fœminæque spectarent, forte prope Syllam sedit mulier.* Maritis autem loca fuisse attributa ostendit Gellius l. XI. c. XV. post legem Pappiam Poppæam multa quæ senibus honoris causa deferri solita erant, ad maritos translata. Martialis:

Sedere in Equitum an tibi liceat scamnis
Videbo, Dindyme, non licet maritorum.

De fœminis ex Ovidio supra ostendimus, olim promiscue in Circo cum viris spectasse, quod vetuit Augustus. Calpurnius in venatione Carini:

Venimus ad sedes ubi pulla sordida veste
Inter fœmineas spectabat turba cathedras.

Propertius:

Colla cave inflectas ad summum obliqua Theatrum.

Seneca *de Tranquil.* cap. XI. *Verba ad summam caveam spectantia*, id est, ad fœminas. Equites exclusi XIV. ordinibus ob turbam in popularibus sedebant, & forte locariis aliquid numerabant. Seneca *de Beneficiis* l. VII. c. XII. *Equestria si plena sunt ab equitibus, jure locum in equitibus habeo, nec habeo si tardius veni.* Orchestra Senatoribus assignata. Ausonius *ludis Sapientum*, in *Chilone*:

—— Tu qui orchestræ proximus,

A *Gradibus propinquus in quatuordecim sedes.*

quatuordecim gradus prope orchestram fuere; in orchestra Senatores. Suet. in *Aug.* c. XLIII. *Parthorum obsides tunc primum missos per arenam mediam ad spectaculum induxit, superque se subsellio secundo collocavit.* Subsellium secundum supra orchestram interpretor; nam in orchestra legatos sedere vetuit Augustus, permisit Claudius, apud Sueton. in *eod.* c. XXV. *Germanorum legatis in orchestra sedere permisit .... quod in popularia deducti jam animadvertissent Parthos & Armenios sedentes in Senatu.* Sessionem in Senatu, & in orchestra, pro eodem accipit Cicero *de Provinciis*: *Nunc in orchestra belluantur, antea post siparium:* id est, jam inter Senatores sedet, qui prius histrioniam fecerat. Juvenalis *trascurria patriciorum* vocat, quia patricii ad orchestram transiere. Sed audiendus Suetonius in *Augusto* c. XLIV. *Romæ legatos liberarum sociarumque gentium vetuit in orchestra considere, cum quosdam etiam libertini generis mitti deprehendisset. Militem secrevit a populo: maritis e plebe proprios ordines assignavit: prætextatis cuneum suum, & proximum pædagogis, sanxitque ne quis pullatorum media cavea sederet. Fœminis ne gladiatores quidem, quos promiscue spectare solemne olim erat, nisi e superiori loco spectare concessit.* Orchestram igitur primum subselliorum ordinem accipio, secundum ubi legati supra orchestram. Petron. satyr. *Ex hac nota Domina est mea; usque ab orchestra XIV. transilit, & in extrema parte quærit quod diligat.* Suetonius in *Augusto* c. cit. *Facto igitur decreto Patrum, ut quoties quid spectandum usquam publice ederetur, primus subselliorum ordo vacaret Senatoribus.* Primum ordinem intelligo, in quo Imperator ipse sederet cum Senatoribus, ut Suetonius in *Augusto* c. XLIII. *Secundo enim supra se subsellio collocavit obsides.* Imo & orchestram, & podium ipsum, primum subsellium interpretor; sed in podio seu primo subsellio alia aliis loca fuere digniora, ubi suggestus Imperatoris, tribunal editoris, & sella Vestalium esset: ideo Prudentius podii meliore in parte sedentes eas ait spectare. Imperator igitur in orchestra primo subsellio inter Magistratus & Senatores, ubi suggestus exstructus instar tribunalis. Suet. in *Julio* c. LXXVI. *Suggestum in orchestra.* Idem in *Augusto* c. XLIV. *Solis virginibus Vestalibus locum in Theatro separatim, & contra Prætoris tribunal dedit.* Cap. XLIV. *Ipse Circenses ex amicorum fere libertorumque cænaculis spectabat, interdum e pulvinari*, id est, e prima fronte subselliorum, ut interpretatur Suetonius in *Claudio* c. IV. Pulvinar illud & suggestus Imperatoris dicitur cubiculum a Suetonio in *Nerone* c. XII. *Icarus*, inquit, *primo statim conatu juxta cubiculum ejus decidit, ipsumque cruore respersit.* Plinius in *Panegyr. Trajani*: *Nec magis proprius spectandi Cæsaris suggestus, quam propria quæ spectet. Licebit ergo civibus tuis invicem contueri; datur non cubiculum Principis, sed ipsum cernere in publico in populo sedentem.* Sed quid est apud Suetonium in *Nerone* l. c. *accubantem parvis foraminibus spectare?* an cubiculum illud conclusum, fenestris distinctum? Puto suggestum velo inclusum, quod retrahi aut contrahi potuit. Nero enim primum parvis foraminibus, deinde toto podio adaperto spectare consueverat. Græci vocant οὐρανίσκους & κωνώπεια. Plutarchus in *Alexandri vita*: *καθίσαντος αὐτοῦ πρῶτον ὑπὸ τὸν χρυσοῦν οὐρανίσκον ἐν τῷ βασιλικῷ θρόνῳ.* ubi nota, solium ipsum non dici proprie οὐρανίσκον, sed velum illud convexum instar fornicis & cameræ, quod ipsum solium obtegebat, sicuti cœlum terram tegit, & obumbrat: ideo cubiculum dictum existimato, quia sit cameratum & testudinis specie fornicatum. Tzetzes οὐρανὸν vocat in Chiliade de Chosroe:

ἐν τ[illegible] οὐρανὸν ἔχων τεχνικῶς εἶπε, [illegible] ται, καὶ κεραυνοὶ μηχανητοὶ, καὶ ὄμβροι [illegible] πρέσβεων [illegible] θάμβος. Id est, *Chosroes [illegible] regia cœlum babuit artificiose elaboratum, unde tonitrua, fulmina, pluviæque machinatione quadam erumperent ad stuporem omnium, cum legati exterarum gentium ad mensas accumberent*. Cœlum illud opinor conopeum fuisse, aut cubiculum aut tentorium, οὐρανίσκον. Plutarchus in *Themistocle* vocat σκιάδα χρυσῆν, [illegible]. De conopeo Propertius l. III.

Fœdaque Tarpejo conopea tendere saxo.

Fuit tentorium regium belli, domique. Judith c. v. accipitur pro lecto in tricliniis, imo & pro lecto cubiculari, aut certe velo quo tegeretur. Sed ad rem, suggestus Imperatorum in spectaculis aureus fuit. Dio in *Tiberio*: δίφρους τε ἐπιχρύσους ἐς τὰ θέατρα ἀμφοῖν εἰσέφερον, Sejano & Tiberio. Casaubonus, vir eruditus & judiciosus, primam frontem spectaculorum, seu primum subsellium, quod in Theatro diximus in orchestra fuisse, in Circo euripum esse censet, qui medium stadium cingeret, & locus honoratissimus esset. Equidem existimem euripum, ut supra ex Sidonio indicavi, a medio Circo post metas ultimas pertinuisse, deinde euripum ipsum podio conclusum undique, unde spectarent Imperatores, & Magistratus e pulvinari; nam auctore Festo, sellæ Curuli proxime sacellum Murtiæ locus erat, unde spectabant Magistratus: Augustus ex amicorum cænaculis spectabat, non ut Nero postea accubans, sed sedens; quod & a Tiberio factitatum est. Dio l. LVII. καὶ τούς γε τῶν ἱππικῶν ἀγῶνας ἐξ οἰκίας [illegible] τῶν ἀπελευθέρων πολλάκις ἑώρα. Cænacula fuere in suprema ædium parte, imo, ut loquitur Livius lib. XXXIX. supra ædes; fuisse enim docuimus ex Dionysii lib. III. in ambitum Circi porticum alteram unius tecti, ubi officinæ essent & cænacula supra officinas, unde spectarent ii qui conduxissent a locariis, quibus Censores locabant. Ita forte & in Theatro, & in amphitheatro fuere cænacula, quæ cænaculariam facientes & locarii locarent, auctoribus Censoribus. Sicuti autem Romæ primus subselliorum gradus Magistratibus attributus est, & Senatoribus, ita in Græcia προεδρία. Aristophanes in *Equitibus*:

Νῦν δ᾽ ἐὰν μὴ προεδρίαν φέρωσι, καὶ τὰ σιτία, οὐ μαχεῖσθαί φασι.

Id est, *nunc autem nisi antesessio eis dabitur, & cibi, non pugnaturos se ajunt*; ubi Scholiastes. τιμῆς καὶ ἄτερος τρόπος· ἐξ ἀρχῆς δὲ τῆς τιμῆς ταύτης τυχοῦσι, ἐν βουλευτηρίῳ, καὶ ἐν ἐκκλησίᾳ, καὶ ἐν θεάτρῳ, καὶ ἐν ἄλλῳ παντὶ συλλόγῳ τοὺς προλαμβάνοντας, οἵτινες ἦσαν ἐξεγείροντας αὐτοὺς εἰς τὸν ἐκείνων τόπον καθίσαι. ubi mihi nota, vocem *excitandi* seu *suscitandi* natam a Græcis. Appianus in *Augusto* ἀνιστάναι dixit. καὶ ὁ καῖσαρ τὸν στρατηγὸν ἀνέστησε. Juvenalis lib. I. satyra III.

—— *Et de pulvino surgat equestri,*
Cujus res legi non sufficit. ——

Adde Senatoribus pulvillos suppositos in subselliis, ne in nudis asseribus sederent; id Romæ a Caligula primum: Dio. τὰ προσκεφάλαια τοῖς βουλευταῖς· ὅπως μὴ ἐπὶ γυμνῶν τῶν σανίδων καθίζωνται, πρῶτον τότε ὑπέστρωσε, καὶ πίλους σφίσι τι Θετταλικὸν τρόπον ἐς τὰ θέατρα φορεῖν ἐπέτρεψε. quod & a Græcis mutuatos arbitror. Theophrastus in *Charact.* κόλαξ τοῦ παιδὸς ἐν τῷ θεάτρῳ ἀφελόμενος τὰ προσκεφάλαια, αὐτὸς ὑποστρῶσαι. Fuere togati in spectaculis: si ruerent imbres, lacernati. Lampridius in *Commodo*, qui contra consuetudinem penulatos jussit spectatores, non togatos ad munus convenire, quod funeribus solebat, ipse in toga pulla præsidens. Xiphilin. in *Commodo*: μέλλων αὖθις μονομαχήσειν [illegible] αὐτὸν ἔν τε τῇ στολῇ τῇ ἱππικῇ, [illegible] θέατρον εἰσελθεῖν. ὃ μὲν οὐκ ἄλλως ποιοῦμεν εἰσιόντες εἰς τὸ θέατρον, εἰ μή τις αὐτοκρατόρων μεταλλάξειε. Viri ludis tenuiores veste prasina, aut viridi, lautiores conchyliatis lacernis Martialis [illegible].

Herbarum fueras indutus, Basse, colores,
Jura theatralis dum siluere fori.
Quæ postquam placidi Censoris cura renasci
Jussit, & Oceanum certior audit eques:
Non nisi vel cocco madida. ——

Epigr. VIII. ejusdem lib.

Illas purpureas & elegantes
Jussit surgere Lectius lacernas.

Equites enim se conchyliatis lacernis mentiebantur. Lib. II. epig. XXIX.

—— *Vides illum subsellia prima tenentem,*
Quæque Tyron toties epotavere lacernæ.

Lib. V. epigr. XXIV.

Non si vel cocco madida, vel murice tincta
Veste nites, & te sic dare verba putas.

Si tamen Imperator vestem pullam in Theatrum aut Circum inferret, non fuit integrum populo veste conchyliata uti. Dio in *Tiberio* pag. 103. πολλοὶ ἐσθῆτι ἁλουργεῖ [illegible] πανηγύρει τινὶ γενομένῃ ὁ τιβέριος φαιὰν μανδύαν· ἐπενέδυ. κἀκ τούτου [illegible] ἔτι οὐδεὶς ἄλλο [illegible] ἔπλυνε. *Multi*, inquit, *utebantur veste conchyliata, cum autem quodam spectaculo pluvia esset, Tiberius nigram penulam induit; ex eo nullus alia veste uti ausus est.* Ludis publicis Principes, Senatores, Virgines Vestales, sacerdotes, aut præsidebant, aut loco illustri sedebant. Arnobius lib. IV. *Sedent in spectaculis publicis sacerdotum omnium, Magistratuumque collegia, Pontifices maximi, maximi Curiones, XV. Viri laureati, Viales cum apicibus, Flamines, Augures, interpretes divinæ mentis, & voluntatis, castæ virgines perpetui ignis nutrices & conservatrices; sed & cunctus populus, & Senatus, Consularibus functi Patres, Diis proximi, & augustissimi Reges*. Spectabant interdum coronati. Livius l. X. *Lucio Papyrio, & Sp. Carvilio Coss. coronati primum ob res bello bene gestas ludos Romanos spectaverunt*. Spectabant togati, Suetonius in *Augusto* cap. XXXIX. *Negotium Ædilibus datum, ne quem post hæc paterentur in foro Circove, nisi positis lacernis, togatum consistere*. Fæminæ pileatæ ad ludos ferebantur, apud eundem Livium lib. V In re læta populus nitidis vestibus ornatus spectavit, narrante Plutarcho in *Paulo Æmilio*. Julio Cæsari datum ut e Tribunitio subsellio cum Tribunis ludos spectaret, ait Dio lib. XLIV. Augustus ex amicorum libertorumque cænaculis fere spectabat, interdum e pulvinari, ait Suetonius in *eod.* cap. XLV. Idem in *Claudio* cap. IV. ex epist. Augusti ad Liviam: *Spectare* Claudium *Circenses e pulvinari non placet nobis. Expositus enim in prima sede spectaculorum conspicietur*. Juvenalis lib. I. satyra III.

—— *Et de pulvino surgat equestri,*

In Circo Constantinopolitano erant cancelli, quibus viri principes spectantes incumberent. Ammianus lib. XXI. *Postridie ludis Circensibus idem ex adverso Imperatoris ubi consueverat spectans, repentino clamore sublato, cum certamen inopinatum emitteretur, diffractis cancellis quibus una cum pluribus incumbebat, cunctis cum eo in unum excussis, læsisque leviter paucis, interna compage disrupta, efflasse spiritum repertus est solus*. Oportuit eum spectasse e porticu quæ carceribus im-

posita erat, &, ut Romæ loquebantur, Senatoribus attributa oppido incumbebat.

CAP. XXXVI.

De honore in Circo viris fortibus delato.

JAM pridem viris fortibus locus in Circo spectaculis exceptus est. Super cæteros enim honores locus in Circo Valerio Dictatori, posterisque ad spectaculum datus, sella in eo loco Curulis posita, auctore Livio. Festus ea de re: Sellæ, ait, Curuli locus datus est Valerio Dictatori, posterisque ejus honoris causa, ut proxime sacellum Murtiæ spectarent, unde aspiciebant spectacula Magistratus. Plerisque datum est honoris causa, ut corona aurea in Circo uterentur. Titus Ampius & Titus Labienus Tribuni plebis legem tulerunt, ut ludis Circensibus corona aurea, & omni cultu triumphantium Cneus Pompejus magnus post bellum Mithridaticum uteretur, scenicis etiam prætexta, coronaque aurea, ut scribit Vellejus lib. II. Dio lib. XXXVII. ait, decretum esse post victoriam Mithridaticam, ut Pompejus omnibus ludis solemnibus lauream gestaret. Apud Vellejum pro *corona aurea*, legendum putem, *laurea*; quod idem datum esse Julio Cæsari Dio scribit lib. XLIII. ut laurea corona uteretur, & omnibus ludis vestem triumphalem gestaret. Lib XLIV. Datum Cæsari, ut ludis in Tribunitio subsellio cum iis qui Tribunatum id temporis gererent, sederet. Lib. LI. ut in hymnis juxta Deos immortales ipse adscriberetur. Lucius Piso tradit, Papyrium Massonem, qui primus in monte Albano triumphavit de Corsis, myrto coronatum ludos Circenses spectare solitum, auctore Plinio lib. XV. cap XXIX. Statuæ illustrium virorum in Circo positæ apud Xiphilinum in *Severo* pag. 397. formis Commelini; & fœminarum in Theatro, ut Faustinæ, ibidem pag. 371. Capitolinus in *M. Antonino*: *Jussitque ut statua tantummodo filio mortuo decerneretur, & imago aurea Circensibus per pompam ferenda, & ut Saliari carmine nomen ejus inscriberetur*. Idem in *Antonino*: *Post mortem meruit & Circenses, & flaminem & templum, & sodales Antoninianos*. Funeribus enim Circenses dati. Festus, indictiva funera quibus adhibentur non ludi modo, sed etiam desultores. Viri etiam fortes non per interludia modo (Dionys. p. 354. formis Stephani, *ἐν τοῖς διὰ μέσου τῶν ἀθλημάτων χρόνοις*) laudabantur, eorumque quorum beneficia in populum constitissent, coronæ ostendebantur: sed & coronati procedebant in Circum. Plinius *de Viris illustribus*. L. Æmilio qui Perseum Macedonum Regem vicit, datum fuit a Senatu, ut ludis Circensibus triumphali veste uteretur. Patercul. I. volum. Labienus Tribunus plebis legem tulit, ut ludis Circensibus corona laurea, & omni cultu triumphantium Pompejus uteretur; *lauream* reposuit Lipsius, scite; ex Dione lib. XXXVII. *δαφνοφορεῖν τε αὐτὸν διὰ πάσας τὰς πανηγύρεις, καὶ τὴν στολὴν τὴν μὲν ἀρχικὴν ἐν πάσαις μὲν αὐταῖς, τὴν δ' ἐπινίκιον ἐν τοῖς τῶν ἵππων ἀγῶσιν ἐνδύνειν*. Id est, *ipsum ferre laurum in capite per omnes ludos, & togam prætextam: triumphalem autem per ludos Circenses*. Quinetiam in Circo viris fortibus vita functis honos habebatur, eorum imaginibus aut in Circum ferendis, aut sella Curuli ornandis. Dio pag. 351. *τῷ μαρκέλλῳ δίφρον ἀρχικὸν ἐς τὸ θέατρον ἐν τῇ τῶν ῥωμαίων πανηγύρει εἰσφέρεσθαι*. *Marcello*, inquit, *sellam Curulem in Theatrum Romano spectaculo inferri placuit*. Primo omnium Julio Cæsari Senatus decrevit sedem auream in curia & pro tribunali, thensam & ferculum Circensi pompa, auctore Suetonio. Unde mos natus, Principum imagines in pompa Circensi cum simulacris Deorum inferendæ, in thensa & ferculo, sicut imagines Deorum solent. Germanico mortuo decreti honores, ut nomen ejus Saliari carmine caneretur, ludos Circenses eburnea effigies præiret, narrante Tacito lib. II. *Ann.* Suetonius in *Tito* cap. II. qui *statuam* Britannico *auream in palatio posuit, & alteram ex ebore equestrem, quæ Circensi pompa hodieque præfertur, dedicavit*. Severus Imperator auream imaginem Pertinacis in curru elephantum in Circum induci, & in reliqua Theatra, & sellas tres inauratas ipsi inferri jussit. Herodianus lib. IV. *προσέταξε χρυσῆν εἰκόνα περτίνακος ἐφ' ἅρματος ἐλεφάντων εἰς τὸν ἱππόδρομον εἰσάγεσθαι, καὶ εἰς τὰ λοιπὰ θέατρα, θρόνους τε τρεῖς καταχρύσους αὐτῷ εἰσκομίζεσθαι*. Die Circensium cum tres Victoriæ more solito essent locatæ gypseæ cum palmis, media, quæ Severi nomine adscriptum orbem cum palmis tenebat, de podio stans cecidit, ait Spartianus in *Severo*. Senatores ipsi dignitatem Probi consecrandam vultibus, ornandam templis, celebrandam ludis Circensibus judicarunt, ut est apud Vopiscum in *Probo*. Hic addam, Constantinopoli duas in Circo fuisse porticus, unde Senatores spectarent; nec enim tantum ima cavea, sed tota porticu a populo distinguebantur. Sic enim Marcellinus Comes: Regium vestibulum, priscumque in eo solium ob aspicienda probandaque in Circo certamina structum, victor Justinianus Princeps eminentius clariusque quam fuerat, fecit, & utramque Senatorum ex more spectantium, porticum solita magnanimitate redintegravit; respondebat solium Imperatoris in Circo portæ mortuæ.

CAP. XXXVII.

De reliquo ornatu Circi.

HABES universum Circum a Veteribus depictum; hoc addo, auro Circum ab Imperatoribus quibusdam, minioque constratum magnificentiæ causa. Suetonius in *Caligula* cap. XVIII. *Caligula minio & chrysocolla constrato*. *Circo*- Nero chrysocolla stravit arenam Circi, cum ipse concolori panno aurigaturus esset, introducta opificum turba, teste Plinio lib. XXXIII. cap. V. quod & Heliogabalus fecit, doluitque quod electri ramentis sterni non posset, ait Lampridius. Vulgo Circus maximus ramentis lapidis candidi sternebatur. Plinius lib. XXXVI. cap. XXII. *Invenere & alium usum in ramentis quoque lapidis candidi, Circum maximum ludis Circensibus sternendi, ut sit in commendatione candor*.

CAP. XXXVIII.

De pompa Circi.

AD ornatum Circi pertinent imagines, victoriolæ, thensæ, ac cætera pompæ ornamenta, quæ ante cursum in Circum induci solita erant, de quibus Varro l. IV. *de Ling. Lat.* Circus maximus, inquit, dicitur, quod ibi circum metas pompa fertur, quæ populo ingrata fuit, quia ludis mora. Seneca *præfat. Controvers.* non ignoras quam sit odiosa Circensibus pompa. Quis ornatus pompæ fuerit, e Dionysio lib. VII. sub finem plenissime disces. Hic pauca summatim delibabo ex aliis auctoribus, quæ ad Circum proprie faciant. Deorum exuviæ thensis, id est, sacris vehiculis ferebantur ad pulvinar in Circum; vehicula thensarum ex ebore & argento fuerunt. Festus: thensa vehiculum est quo

exuviæ Deorum ludis Circensibus in Circum ad pulvinar feruntur. Fuit ex ebore & argento. Ovidius lib. III. *Amor.* eleg. II.

Sed jam pompa venit, linguisque animisque favete,
Tempus adest plausus, aurea pompa venit.
Prima loco fertur sparsis victoria pennis.

Plautus in *Milite*:

Quæ me ambæ hodie obsecraverunt, ut te hodie quasi pompam ducerem.

Deinde imagines aliorum numinum ponit, Neptuni, Martis, Apollinis, Dianæ, Minervæ, Cereris, Bacchi, Pollucis & Castoris:

Plaudite Neptuno nimium qui creditis undis,
Plaude tuo Marti miles, nos odimus arma.
Auguribus Phœbus, Phœbe venantibus adsit,
Artifices in te verte Minerva manus.
Agricolæ Cereri, teneroque assurgite Baccho,
Pollucem pugiles, Castora placet eques.

Apud Suetonium Augustus e pompa Circensium Neptuni imaginem sustulit, quia naufragium fecerat. Imagines illæ Deorum sacris vehiculis ferebantur. Circo *de Ar[illegible] qui vehiculis thensarum solemnes cœtus ludorum initis.* Alii legunt, *ire jussistis*, minus bene. Ovidius l. IV. *Fastorum*:

Circus erit pompa celeber, numeroque Deorum,
Primaque ventosis palma petetur equis.

Erant in ea pompa currus, armamaxæ, thensæ, coronæ, sedes, exuviæ Deorum. Pontifices, flamines, augures, sacerdotes, & sacrificuli omnes sequebantur pompam, ut Dionys. l. VII. Equi Soli sacri in pompa circumducebantur, qui πομπικοὶ, vel ἀφετήριοι, vel ἀποπομπαῖοι dicti; eos Curopalates συρτὰς vocat; in pompa Solis a Curtio ponuntur apud Suetonium in *Julio* cap. LXXXI. Tacitus l. III. *Annal.* sed tum supplicia Diis ludique magni ab Senatu decernuntur, quos Pontifices, & augures, & quindecim viri cum septemviris, & sodalibus augustalibus ederent. Coronas sumebant cum palmatis togis ad deducendas thensas, ait Tertullianus lib. *de corona militis*, sed erudite lib. *de Spectaculis*: Circensium paulo pompatior suggestus, quibus proprie pompa præcedit, probans ipsa quorum sit de simulacrorum serie, de imaginum agmine, de curribus, de thensis, de armamaxis, de sedibus, de coronis. de exuviis: quanta præterea sacra, quanta sacrificia præcedant, intercedant, succedant, quot collegia, quot sacerdotia, quot officia moveantur, sciunt ipsi; & si unam thensam trahat, Jovis tamen plaustrum est; ideoque cum pompa veheretur, honos Diis reverentiaque habita est: aut si quid tetri dirique fuisset, instaurari ludos oportuit. Valerius cap. VII. l. I. Jupiter significavit, cum servus a domino per Circum sub furca ductus esset, sibi non placuisse præsultorem illum, ludos instaurari oportuit. Macrobius l. I. *Saturnal.* cap. XI. in Circensibus erat dies instauratitius ob servum, qui a domino per Circum verberibus affectus fuit. Deorum igitur imagines pompa Circensi thensis vehebantur, & ferculis ferebantur. Cicero I. *de Offic. Ne pomparum ferculis similes esse videamur, si tarditatibus utamur in ingressu mollioribus.* In eo Deorum numero fuit & Apollo Heliopolitanus, ait Plutarchus. In Circo Atheniensi equitum pompæ fiebant. Xenophon in *Hippiatr.* ὅπως τὰς πομπὰς ἐν ταῖς ἑορταῖς ἀξιοτάτας [illegible] ἐπιδ[illegible] δεῖ τῇ πόλ[illegible] κάλλιςα ἐπιδείξῃ· ταῦτα ἐν ἀκαδημίᾳ, καὶ τὰ ἐν λυκείῳ, καὶ τὰ ἐν φαλαροῖς, καὶ τὰ ἐν τῷ ἱπποδρόμῳ, &c. Id est, *ut faciat pompas in festis spectatu dignas. præterea & alia quæ civitati ostendenda sunt, quam fieri possit pulcherrima exhibeat: tum quæ in Academia, Lyceo, phaleris, ac Circo. Ac pompas quidem arbitror Diis & spectatoribus fore gratissimas, si ab Hermis incipientes in orbem circa forum circum equitent, quotquot Deorum templa & simulacra sunt in foro.* ubi mihi nota, ætate Socratis Circum Athenis fuisse. Ne quid desideretur, placet e Dionysio pompæ ordinem hic apponere. Priusquam ludorum inirentur certamina, viri penes quos summa erat potestas, pompam Diis a Capitolio per forum deducebant in Circum maximum; in qua præibant filii eorum pubertati proximi, qui jam per ætatem pompæ interesse possent, equisque vehebantur ii, quorum patres in Equitum censu erant: cæteri pedites incedebant, qui aliquando in pedestrem militiam accensendi essent, illi per alas & turmas distincti, hi per classes & ordines distributi, perinde ac si ludum literarium peterent, ut cernerent hospites quam insignis forma & numero pubes brevi in virilem ætatem transitura esset. Hos sequebantur quadrigarii, bigarii, & injugum equorum agitatores: post quos athletæ graviorum, leviorumque certaminum, nudi cætera, pudenda tantum tecti subligaribus campestribus, qui mos Romæ mansit ad mea usque tempora, sicut olim fuit in Græcia, in qua nunc antiquatus est, orto a Lacedæmoniis initio. Primus autem nudavit totum corpus, nudusque in Olympico stadio decurrit, Acanthus Lacedæmonius, Olympiade quintadecima. Antea vero turpe habebatur apud omnes Græcos, totum corpus in certaminibus nudare, sicut colligere licet ex Homero testium omnium gravissimo & antiquissimo, dum succinctos inducit heroas. Certe Ajacis & Ulyxis luctam ludis in Patrocli honorem funebribus narrans, sic ait:

Hi duo succincti medium in certamen iere.

atque etiam manifestius idem indicat in *Odyssea*, ubi Iri, & Ulyxis luctam exponens, sic ait:

—— Et cunctis laudantibus acer Ulyxes
Pannis præcinxit genitalia, magna venustaque
Enudans femora, & pectus validosque lacertos,
Ac latos humeros. ——

Mendicum porro metu tergiversantem introducens sic canit:

His dictis Iro deferbuit ardor: at illi
Invitum cogunt, cinguntque pavore trementem.

Hunc igitur priscorum Græcorum morem dum hodieque servant Romani, satis apparet illos eum a nobis, non posteriori tempore desumpsisse, sed ne mutasse quidem, ut nos progressu temporis. Porro athletas sequebantur saltatorum chori divisi trifariam, primo virorum, deinceps impuberum, postremo puerorum. Post quos tibicines inflantes antiqui moris tibias breves, quarum hucusque permansit usus, citharistæque pulsantes eburneas septem fidium lyras, & quæ vocantur barbyta: quorum vetus apud Græcos usus meo tempore desiit, apud Rom. vero adhibentur omnibus antiquis sacris. Saltatorum habitus erat tunicæ puniceæ baltheis æreis astrictæ, gladiis dependentibus: gestabantque breviores mediocribus lanceas, viri vero etiam æreas galeas insignibus cristis & pinnis exornatas. Quemque chorum præcedebat unus vir, qui præibat cæteris saltationis formulas, repræsentans bellicos ac concitatos motus rythmis plerumque proceleusmaticis. Id genus exercitii apud Græcos olim cumprimis erat celebre, armata saltatio, quæ vocatur Pyrricha: sive id Minervæ inventum est, quæ post deletos Titanas in victoriæ lætitia fertur prima cum armis saltavisse, choreasque duxisse: sive prius etiam institutum a Curetibus, dum Jovem, quem nutric-

nutriebant, mulcerent armorum ſonitu rythmicoque membrorum motu, ut habent fabulæ. Quem ipſum quoque morem priſcis Græcis vernaculum fuiſſe indicat Homerus cum alibi ſæpe, tum in cælatura clypei Achilli a Vulcano donati, fingens enim in eo duas civitates, alteram pace florentem, alteram bello divexatam, feliciorem illam deſcribit feſtos dies agentem, vacantemque nuptiis (ut fieri ſolet) atque hilaritatibus: carmen ſic habet:

In gyrum ſaltat pubes, quos flatilis inter
Tibia cum cithara modulamina dulcia fundunt,
Stant in veſtibulis nuptæ ſpectantque choreas.

Rurſus alium chorum Creticum conſtantem ex virginibus & juvenibus, in eodem clypeo pari elegantia cælatum indicans, ſic ait:

Atque chorum varia cælarat Mulciber arte,
Formoſæ qualem celſa Minois in arce
Effinxiſſe ferunt Ariadnæ Dædalon olim.
Illic florentes juvenes, nitidæque puellæ
Saltabant, alterna manu ceu vincla tenentes.

Deinde ornatum chori deſcribens, ut mares armatos ſaltaſſe intelligamus, hæc ſubjicit:

Atque has ornabant radiantia ſerta, ſed illos
Faſcia ab argentea dependens aureus enſis.

Saltationis etiam duces, qui & choreas inciperent, & ſaltandi modulos præirent cæteris, his verbis introducit:

Circumfuſa chorum ſpectabat turba, duoque
In caput atque manus lepide ſaltare periti,
Exorſi modulos, cibant medio agmine gyros.

Nec tantum e meditata iſta certaminibuſque apta chororum ſaltatione, qua in cæremoniis pompiſque Romani utebantur, eorum cum Græcis perſpicitur cognatio; verum etiam e ſcurrili & ludicra. Poſt armatos enim choros im pompa ſequebantur chori ſatyriſtarum, ſicinnem referentes Græcanicam; e quibus qui Silenos repræſentabant, amicti erant tunicis villoſis, quas quidam appellant ſcorteas, amiculiſque conſertis ex omni florum genere: qui vero ſatyrorum ſpeciem induerant, hircinis ſe pellibus incinxerant, horrenteſque in capite gerebant ſetas, & alia his ſimilia. Hi ſerios illos motus ludicra imitatione magis in riſum detorquebant. Sed & triumphorum deductio arguit, Romanis jam olim vernaculos fuiſſe ſcurriles iſtos & ſatyricos luſus: permittitur enim victores deducentibus, jambos & dicteria jacere in clariſſimos viros & ipſos Imperatores, quemadmodum Athenis ſolebant pompam in plauſtris ducentes, & ſcommatibus obvios impetere: nunc autem extemporalia canunt poemata. Quin & in illuſtrium virorum funebribus pompis inter cæteros feretrum præcedentes, vidi choros ſatyricos qui ſicinnen ſaltarent, maxime in divitum exequiis. Luſus autem ſatyricos, & ſaltationes ſatyricas, non Ligurum, nec Umbrorum, nec aliorum barbarorum Italiam habitantium, ſed Græcorum eſſe inventum, ſi prolixius evincere velim, vereor ne moleſtus aliquibus eſſe videar, cum res ſit in confeſſo. Poſt hos choros tranſibat agmen cithariſtarum ac tibicinum: poſt quos alii geſtantes acerras argenteas aureaſque, tum ſacras, tum publicas. Extremum pompæ agmen claudebant Deorum ſimulacra, quæ humeris bajulabantur a viris, eamque præferebant formam qua finguntur apud Græcos, eundem etiam habitum, eademque inſignia: munera item, quæ ſinguli inveniſſe, atque hominibus donaſſe traduntur: nec ſolum Jovis, Junonis, Minervæ, Neptuni, aliorumque, quos Græci inter XII. Deos numerant, ſed antiquiorum etiam, e quibus duodecim illos fabulantur ortos, ut Saturni, Opis, Themidis, Latonæ, Parcarum, Mnemoſynes, & cæterorum omnium, quorum fana & aræ exſtant apud Græcos: tum eorum qui poſtea, ex quo ſcilicet Jupiter accepit imperium, exorti perhibentur; Proſerpinæ, Lucinæ, Nympharum, Muſarum, Horarum, Gratiarum, Liberi, ſemideorumque, quorum animæ relictis corporibus mortalibus, in cœlos aſcendiſſe, Diiſque pares honores adeptæ eſſe perhibentur; Herculis, Æſculapii, Caſtorum, Helenæ, Panis, & aliorum innumerorum. Atqui ſi barbari fuiſſent Romæ conditores, & feſti hujus inſtitutores, quorſum attinebat Græcanicos Deos genioſque omnes colere contemptis patriis? aut oſtendat nobis aliquis præter Græcos nationem aliam cui ſacra hæc ſint domeſtica, & tum demum probationem hanc ut putidam calumnietur. Certe ex iis apparet ordo pompæ, de quo Athenæus lib. VI. ſub finem, aut potius de ſacrificiis; ὁδοὺς τε γὰρ πορευόμεθα τεταγμένας καὶ ὡρισμένας, καὶ τεταγμένα φέρομεν, καὶ λέγομεν ἐν ταῖς εὐχαῖς. *Certis enim quibuſdam viis nos incedimus ac præfinitis: præſtituta quædam geſtamus, & dicimus in precibus.* De ordine pompæ Græcanicæ idem auctor lib. V. in enarratione pompæ Philadelphi: ἐπόμπευσαν δὲ καὶ θρόνοι πολλοὶ ἐξ ἐλέφαντος καὶ χρυσοῦ κατεσκευασμένοι, ὧν ἐφ᾽ ἑνὸς ἔκειτο στεφάνη χρυσῆ· ἐπ᾽ ἄλλου δὲ κέρας χρυσοῦν, ἐπ᾽ ἄλλου δὲ ἦν στέφανος χρυσοῦς, καὶ ἐπ᾽ ἄλλου δὲ κέρας ὁλόχρυσον. ἐπὶ δὲ τὸν Πτολεμαίου τοῦ σωτῆρος θρόνον στέφανος ἐπέκειτο, ἐκ μυρίων κατεσκευασμένος χρυσῶν. *Omnium*, inquit, *quotquot apud homines vel creduntur, vel dicuntur eſſe Dii aut dæmones, atque adeo heroum ſimulacra geſtabantur. In Bacchica pompa ante omnes prodierunt Sileni quidam lanis purpureis induti, alii phœniceis turbam arcentes. Evectæ ſunt & in pompa ſellæ regiæ multæ ex auro & ebore compactæ: ſuper una harum jacebat aurea corona.* Locus ille eſt locupletiſſimus. Sit mihi ſatis adnotaſſe: ſtudioſi perquirant. Arnobius lib. IV. *Commiſſio contracta eſt piaculi, ſi curſu in ſolemnibus ludis curriculiſque divinis per imprudentiam quis deerraverit, commiſſum ſtatim in religiones clamatis ſacras: ſi ludius conſtitit, aut tibicen repente conticuit, aut ſi patrimus ille qui dicitur puer, omiſit per ignorantiam locum, aut thenſam tenere non potuit.* De ludiis Apulejus lib. X. *Nam pueri puellæque, virenti florentes ætatula, forma conſpicui, veſte nitidi, inceſſu geſtuoſi, Græcanicam ſaltantes pyrrichen, diſpoſitis ordinationibus decoros ambitus inerrabant, nunc in orbe rotarum flexuoſi, nunc in obliquam ſeriem connexi, & in quadratum patorem cuneati, & in catervæ diſſidium ſeparati: at ubi diſcurſus reciproci multimodes ambages tubæ terminalis cantus explicuit.* Aliud habes de pompa lib. XI. *Ecce pompæ magnæ paulatim procedunt anteludia, vocibus cujuſque ſtudiis exornata pulcherrime: hic incinctus baltheo militem gerebat.* Conſulatur. Et pompæ meminit Herodianus lib. I. ἦρος ἀρχῇ ἑκάστου ἔτους ὡρισμένης ἡμέρας μητρὶ θεῶν πομπὴν τελοῦσι Ῥωμαῖοι, καὶ πάντα ἴσα παρ᾽ ἑκάστοις πλούτου σύμβολα τοῦ θεοῦ προπομπεύει, Id eſt, *initio veris, ſingulis annis, die dicta Romani matri Deum pompam ducunt, & ante pompam ex æquo ab omnibus omnia opum argumenta feruntur.* Conferebant igitur privati ſi quid in auro, aut argento haberent, ut pompæ matris Deum præiret. Juvenes autem Volſci, de quibus Dionyſius loquitur, ſunt ii, de quibus Ovidius I. *de Arte:*

Dumque rudem præbente modum tibicine Thuſco
Ludius æquatam ter pede pulſat humum,
Rex populo prædæ ſigna petenda dedit.

Ludii, adoleſcentes imberbes, impuberes, glabri, tunicis amicti inſignibus, galeas, parmas, gladios geſtantes, in pompis theatralibus ordinatim incedebant, & in numerum ſaltabant, ut Salii. Nonius. Qui etiam in pompa triumphi adhiberi ſo-

liti, ut indicat Appianus pag. 33. in *Libicis*: *αὐτοῦ δὲ ἡγοῦνται τοῦ στρατηγοῦ ῥαβδοῦχοι φοινικοῦς χιτῶνας ἐνδεδυκότες, καὶ χορὸς κιθαριστῶν τε καὶ τιτυριστῶν, ἐς μιμήματα τυρρηνικῆς πομπῆς, περιεζωσμένοι τε, καὶ στεφάνην χρυσῆν ἐπικείμενοι, ἴσα τε βαίνουσι ἐν τάξει μετ᾽ ᾠδῆς, καὶ μετ᾽ ὀρχήσεως, λυδοὺς αὐτοὺς καλοῦσιν, ὅτι, οἶμαι, τυρρηνικοὶ λυδῶν ἄποικοι. τούτων δέ τις ἐν μέσῳ πορφύραν ποδήρη περικείμενος, καὶ ψέλια, καὶ στρεπτὰ ἀπὸ χρυσοῦ, σχηματίζεται ποικίλως ἐπὶ γέλωτι, ὡς ἐπορχούμενος τοῖς πολεμίοις.* *Lictores*, inquit, *in triumpho coccinati viam Imperatori præeunt, & chorus citharœdorum & tityristarum, in speciem Tyrrhenicæ pompæ, cincti balteis, & corona aurea tecti, æquo passu ingrediuntur ordine cum carmine & saltatione. Lydos vocant eos, opinor, quia Tyrrheni Lydorum sunt coloni. Horum autem aliquis in medio purpuram talarem gerens, & viriolas, & torques aureas, varie ad risum formatur, ut illudens hostibus.* Id genus saltationis quo usi Ludii, Cureticum fuit: erat enim vernacula Romanis, & valde honorata saltatio Curetica, ut licet intelligere cum ex aliis rebus multis, tum maxime e Circensibus, atque theatralibus pompis ac spectaculis. In his enim omnibus pubescentes pueri decoris induti tuniculis, cum galeis, ensibus, & parmis incedunt ordine: suntque hi pompæ ductores, & ex ludicro a Lydis (ut videtur) invento, ludiones a Romanis appellantur, referentes, mea sententia, quandam Saliorum imaginem: nam Curetas non æque imitantur ut Salii, nec cantu, nec saltatu. Et oportebat eos esse ingenuos atque indigenas, patrimosque ac matrimos, cum illi qualiscunque fortunæ essent: de quibus quid opus est plura scribere? Dionysius Halicarnas. l. II. *ἐπιχώριον δὲ ῥωμαίοις, καὶ πάνυ τίμιον ὁ κουρητισμός, ὡς ἐκ πολλῶν μὲν καὶ ἄλλων ἐγὼ συμβάλλομαι, μάλιστα δὲ ἐκ τῶν περὶ τὰς πομπάς, τάς τε ἐν ἱπποδρόμῳ, καὶ τὰς ἐν τοῖς θεάτροις γινομένων, ἐν ἁπάσαις γὰρ αὐταῖς πρόσηβοι κοῦροι χιτωνίσκους ἐνδεδυκότες εὐπρεπεῖς, κράνη τε καὶ ξίφη, καὶ πάρμας ἔχοντες, στοιχηδὸν πορεύονται. καὶ εἰσὶν οὗτοι τῆς πομπῆς ἡγεμόνες, καλούμενοι πρὸς αὐτῶν ἐπὶ τῆς παιδιᾶς τῆς ὑπὸ λυδῶν ἐξευρῆσθαι δοκούσης λυδίωνες, εἰκόνες, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, τῶν σαλίων. ἐπεὶ τῶν γε κουρητικῶν οὐδὲν, ὥσπερ οἱ σάλιοι δρῶσιν οὔτ᾽ ἐν ὕμνοις, οὔτ᾽ ἐν ὀρχήσει. ἐχρῆν δὲ αὐτοὺς ἐλευθέρους τε εἶναι, καὶ ἀμφιθαλεῖς. οἱ δ᾽ εἰσὶν ἐξ ὁποίας δήποτε τύχης* Ad pompam aliqua ex parte pertinet quod scribit Capitolinus in *M. Antonino*; quo quidem tempore sane & Imperatoris filius ad triumphalem currum in Circo cucurrit. Quanquam autem pompa & de aliis dicitur, proprie tamen de Circo; ejus series a Tertulliano ita enarratur: Primo Deorum simulacra: deinde agmen imaginum quæ ad Deorum historiam pertinerent: tertio currus: quarto thensæ loro trahuntur, tenduntur que sine opera jumentorum: quinto armamaxæ manibus & humeris circumferuntur (apud Herodotum lib. VII. de eo qui ex curru in armamaxam deponebatur:) sexto sedes in quibus simulacra interquiescerent: septimo coronæ victoriarum insignia: octavo exuviæ de hostibus.

Dictæ sunt thensæ quod ante eas tenduntur lora, auctore Asconio tertia *in Verrem*, quæ gaudent manu tenere & tangere religionis ergo qui eas deducunt ipsi, absque jumentorum opera. Plaustrum vocat, quo vehuntur exuviæ Deorum ludis Circensibus in Circum ad pulvinar, ut Sisinnius Capito apud Festum exponit. De thensis quas religiosissimas fuisse docet Liv. pag. 477. *Thensæ vehicula cum ducuntur, ornatur forum ab Ædidibus*. Cicero V. *in Verrem*: *Qui ex thensarum orbitis prædari sit ausus*. Et III. *in Verrem*: *A signo Vertumni in Circum maximum venit: quam tu viam thensarum atque pompæ ejusmodi exegisti*. Tantæ religionis fuit thensas ducere, ut Augustus votivis Circensibus correptus valetudine, lectica cubans thensas duceret. Suetonius in *Augusto* cap. XLIII. effigies arguta & loquax ridiculi gratia in pompa circumfertur, quæ citeria dicitur. Festus ex Catone; quem credo in pompa vectatum in ludis pro citeria. Imo & petreja dicta quæ pompam præcedens, aut in municipiis imitabatur anum ebriam, ab agri vitio petra.

Monuimus e Suetonio, Cæsari imaginem decreto Senatus in pompa Circi thensa & ferculo gestatam: adstipulatur Dio in *Julio*: *καὶ ἐν ταῖς ἱπποδρομίαις ὄχον εἰσάγεσθαι ἐψηφίσαντο*, *in aurigationibus thensam induci decreverunt*. Nam & de Vestalibus quæ in Circum curru, sicut imagines Deorum, vectæ, Prudentius *in Symmachum*:

Fertur per medias ut publica pompa plateas,
Pilento residens molli. ——

Sed quæ mens Tertulliani cap. X. lib. *de Spectaculis*? *Nam a templis & aris, & illa infelicitate thuris & sanguinis, inter tibias & tubas itur, duobus inquinatissimis arbitris funerum & sacrorum, dissignatore & aruspice*. Hoc vult, meo animo, ludos non edi nisi auspicato, & a templis pompam in Circum duci inter tibias, quæ sacrorum fuerunt, & tubas, quæ ludorum. Quare aderat aruspex, ut exta inspiceret, dissignator, ut loca ludis assignaret, qui assignare solebat in funeribus: tibiam enim ad sacra adhibitam vel ex eo apparet quod Plutarchus *de Poet. leg.* *θυσίας* quasdam *ἀχόρους καὶ ἀναύλους* esse ostendit. Idem II. *Sympos.* *τοῦ ἱστμίων τῇ θυσίᾳ προσαυλοῦντος οὐ καλλιερεῖ*. Velabantur autem ea loca per quæ pompa duceretur, ne sacra profanorum oculis paterent. Macrobius lib. I. *Saturn.* c. VI. Circensium die puer de cænaculo pompam despexit, & patri retulit quo ordine secreta sacrorum in arca pileati composita vidisset. Placuit velari ea loca per quæ pompa duceretur. Multus sim omnino, si quæ de pompa dici possunt, huc omnia congeram. Consulatur Diodorus Siculus in pompa Philippi p. 558. libri Henrici Steph. *ἅμα δὲ ἡμέρᾳ τῆς πομπῆς γενομένης εἴδωλα τῶν δώδεκα θεῶν ἐπόμπευε, ταῖς τε δημιουργίαις περιττῶς εἰργασμένα*, &c. Adeatur item Demosthenes *in Midiam*, ubi Ulpianus, *ἔθος ἦν ἐν ταῖς πομπαῖς προηγεῖσθαι τοὺς ἄρχοντας*. in verbis Demosthenis, *ἵππαρχον ὀρχεῖσθαι διὰ τῆς ἀγορᾶς ταῖς πομπαῖς οὐ δυνάμενον*, legendum *ὀχεῖσθαι*. In Græcia plaustris ferebantur in pompis, ut dicteria jacerent. Dionysius lib. VII. pompæ celebritatem bello Latino pro restituendis Tarquiniis victoria parta, & per Castorem & Pollucem, ut creditum est, nuntiata, institutam esse tradit, quæ anniversariis, ac solemnibus sacris, ludisque Idibus Quintilibus celebraretur. Aliis tamen ludis plerisque pompa in Circum inducta est. Livius lib. XXX. *Ita abundavit Tiberis, ut ludi Apollinares in Circo Veneris Erycinæ parati sint. Cæterum ludorum ipso die serenitate subito orta, pompa jam cœpta ad portam Collinam revocata, deductaque in Circum est, cum decessisse inde aquam nuntiatum esset*. Festus: *Bellicrepam saltationem dicebant quando cum armis saltabant, quod a Romulo institutum est, ne simile pateretur quod fecerat ipse, cum in ludis Sabinorum virgines rapuit*. Livius lib. XXII. *A porta Carmenta e jugario vico in forum venere, in foro pompa constitit, per manus reste data, virgines sonum vocis pulsu pedum modulantes incesserunt*. In pompa post satyricos erant manduci, de quibus Festus: Manducus effigies in pompa antiquorum inter cæteras ridiculas, formidolosasque ire solebat,

magnis malis late dehiſcens, & ingentem dentibus A
ſonitum faciens, de qua nos libro *de Theatro* pluribus agimus. De ferculis pompæ Macrobius lib. I *Saturn. Vehitur ſimulacrum Dei Heliopolitani ferculo, veluti vehuntur in pompa ludorum Circenſium Deorum ſimulacra*. De thenſis Feſtus; *Thenſam ait vocari Siſinnius Capito vehiculum, quo exuviæ Deorum ludicris Circenſibus in Circum ad pulvinar vehuntur*. Fuit & ex ebore, ut eſt apud Titinnium in *Barbato*, & ex argento. Apud Livium lib. v. *Per Gallorum irruptionem qui Curules geſſerant*
Magiſtratus, ut in fortunæ priſtinæ, bonorumque, B
aut virtutis inſignibus morerentur, quæ auguſtiſſima veſtis eſt thenſas ducentibus, triumphantibuſve, & veſtiti mediis ædibus, eburneis ſellis ſedere, Cicero *de Aruſpicum reſponſis: Te appello, Lentule, tui ſacerdotii ſunt thenſæ, curricula, præcentio, ludi, libationes, epulæque ludorum publicorum*. Auguſtus votivis Circenſibus correptus valetudine lectica cubans thenſas deduxit, narrante Suetonio cap. XLIII. Dio in *Caracalla*: *Romæ ludis Circenſibus ſimulacrum Martis quod erat habitu triumphali, decidit*. Lib. XLVII. *Currus Minervæ ad Capitolium ex Curuli quodam certamine revectus confra-*
ctus. Idem prodigii loco habitum ait, quod then- C
ſa Jovis Curulibus ludis Romanis eſt fracta. Apud Suetonium in *Jul. Cæſ.* cap. LXXVI. Circenſi pompa Cæſar thenſam cum reliquis Deorum imaginibus obtinuit. Ibidem cap. XXXVII. Cæſar *Pontico triumpho inter pompæ fercula trium verborum prætulit titulum, veni, vidi, vici*. Acron fercula interpretatur pulpita ſuper quæ Deorum imagines reponebantur in pompa Circenſi. Cicero lib. I. *Offic. Cavendum ne tarditatibus utamur in ingreſſu mollioribus, ac ſimiles pomparum ferculis eſſe videamur.* De reliquo pompæ ornatu lege Dionyſium Halicar-
naſſ. ſub finem lib. VII. Circenſes Conſtantinus ma- D
gnus non ſuſtulit, pompam certe ſuſtulit, quo ſuperſtitioſe Deorum ſimulacra thenſis, & vehiculis ſacris ferebantur, ut ſcribit Zozimus lib. II. Circenſes ludi Conſtantinopoli dati uſque ad Alexium Comnenum. In pompa Circi victoria cum aliis Deum ſimulacris præferri ſolita. Ovidius:

Prima loco fertur ſparſis victoria pennis.

Ab Apulejo graphice pingitur *Mileſ.* II. *Atria longe pulcherrima, columnis quadrifariam per ſingulos angulos ſtantibus attollebant ſtatuas palmaris Deæ: facies quaque pinnis explicitis ſine greſſu pilæ volubilis inſtabile veſtigium plantis roſcidis decitantes*, id eſt, decorantes. Victoriæ ſimulacrum erat in Se-
natu. Lampridius in *Severo: Pater eadem nocte* E
in ſomnis vidit aliſ ſe Romanæ victoriæ, quæ eſt in Senatu, ad cælum vehi. Claudianus *in* VI. *Conſulatu Honor.*

—— Quæ divite penna
Patricii reverenda fovet ſacraria cœtus.

Auſonius:

Hoc mihi præpetibus victoria nuntiet alis.

Claudianus lib. III. *Stiliconis*: F

—— Cum totis exſurgens ardua pennis
Ipſa duci ſacras victoria panderet ædes.

De ſimulacris quæ in pompis Romanorum & Græcorum ferebantur, vide Gellium cap. VI. lib. VI. Demoſthenem *de falſa legat.* Plutarchum in *Dione*, Ariſtidem in *Exorchumenis*, Dionem Chryſ. in *Tharſico* II. Clement. Alexand. lib. II. *Pædag.* c. III. Ulpian. *in Mediam*, οἱ πομπεύοντες τῷ διονύσῳ κατ μίμησιν, τ περὶ αὐτ θεραπείας ἐπόμπευον, οἱ μὲν τὸ τ σατύρων σχῆμα σώζοντες.

C A P. XXXIX.

De Circenſium ſtudio.

MAGNUM in populo Circenſium ſtudium fuit, maximum in Principibus. Auctor libri *de cauſis corruptæ eloquentiæ*: *Jam vero propria & peculiaria huic urbi vitia. Pene in utero matris concipi mihi videtur hiſtrionalis favor, & gladiatorum, equorumque ſtudia, quotumquemque inveneris, qui domi quicquam aliud loquatur?* Nero quidem equorum ſtudio vel præcipue ab ineunte ætate flagravit, plurimuſque illi ſermo, quanquam vetaretur, de Circenſibus erat, ait Sueton. cap. XXII. De illa Circi inſania & equorum ſtudio Lucianus in *Nigrino*: εἰ δὲ τούτων ἀποστὰς τῶν ἄλλων αὖθις ἀνθρώπων ἐμέμνητο, καὶ τὰς ἐν τῇ πόλει ταραχὰς διεξῄει, καὶ τ ὠτισμὸν αὐτῶν, καὶ τὰ θέατρα, καὶ τ ἱππόδρομον, καὶ τὰς τῶν ἡνιόχων εἰκόνας, καὶ τὰ τ ἵππων ὀνόματα, καὶ τὰς ἐν τοῖς στενωποῖς περὶ τούτων διαλόγους. Id eſt, *quod ſi inde digreſſus, aliorum hominum meminiſſet, turbas, quæ in urbe, commemorabat, & tumultus, ac impulſus, & theatra, & Circum, & aurigarum imagines, & equorum nomina, & ſermones de iis apud angiportus*. Tantum fuit equorum ſtudium, ut multi per ſolam Hipponam, quæ præerat equis, jurarent. Juvenalis Satyra VIII.

—— Jurat
Solam Eponam, & facies olida ad præſepia pictas.

eo quod mirifice Circenſibus oblectarentur. quare Tertullianus lib. I. *in Marcionem* voluptates vocat Circi furentis, caveæ ſævientis, ſcenæ laſcivientis. Idem *de pudicitia*: *In ſpectaculum quadrigarii furoris, & gladiatorii cruoris, & ſcenicæ fœditatis.* Ad hos ludos ſi pecunia deeſſet, populus conferebat. Plinius lib. XXXIII. cap. X. in ludos *ſtipem ſpargere cœpit populus Romanus Spurio Poſthumio, Q. Martio Coſſ. Tanta abundantia pecuniæ erat, ut eam conferrent L. Scipioni, ut is ludos daret.* Ex eo ſtudio multis res ad raſtrum rediit. Cyprianus l. *de opere & eleemoſ. Rebus ſuis vel obligatis in muneris apparatione, vel venditis: ac niſi editio bona ſucceſſerit, conviciis & ſibilis ejiciuntur, & furore populari nonnunquam fere lapidantur.* Libro *de Spectacul.* hanc inſaniam exaggerat his verbis: *Quam vana ſunt iſta certamina, lites in coloribus, contentiones in curribus, gaudere quod equus velocior fuerit, mœrere quod pigrior, annos pecoris computare, Conſules noſſe, ætates diſcere, proſapiam deſignare, avos ipſos atavoſque commemorare.* Vide Claudianum VIII. *Panegyrico.*

C A P. XL.

De Editoribus.

HESYCHIUS, ἀθλοθέτης ὁ μόνα γυμνικά: ἀγωνοθέτης ὁ τὰ μουσικὰ ἀκροάματα διατιθέμενος. proprie in Circo ἀφέτας, ut eſt in vet. Gloſſ. quia ſignum mittendis quadrigis darent; βραβευταὶ, deſignatores. Clemens lib. VII. *Stromat.* ἀγωνοθέτης ὁ θεὸς, ὅτε βραβευτὴς υἱὸς θεοῦ, θεαταὶ δὲ οἱ ἄγγελοι. Judicem hoc loco intelligo βραβευτὴν: ut & in *Protreptico*: ἐν τῷ σταδίῳ γνησίῳ ἀγωνιζόμεθα, βραβεύοντος μὲν τοῦ λόγου τοῦ ἁγίου, ἀγωνοθετοῦντος δὲ τοῦ δεσπότου τῶν ὅλων. *In legitimo*, inquit, *ſtadio certamus, judice & cognitore verbo Dei, editore univerſi hujus Domino*. Tertullianus *de Spectaculis* auctores & adminiſtratores ſpectaculorum vocat ἀγωνοθέτας καὶ βραβευτάς. in vet. Scholiaſte ἀφετηρία carceres dicuntur; editores, κύριοι τῆς ἀφέσεως: a quo planetæ apud Mathematicos ἀφέται, καὶ κύριοι τῆς ἀφέσεως, quaſi dominos dicas, qui ſignum dant mittendis equis: οἱ κυρίαν

τῆς ἀφέσεως λαβόντες ἀςέρες, *astra quæ dominantur*. In Olympia ludi curabantur ab agonothetis, qui & ἀθλοθέται, quos nonnulli cum ἑλλανοδίκαις & βραβευταῖς eosdem esse volunt. Eos Pausanias in *Eliacis* primum duos, deinde novem, tum decem constitutos narrat. Pollux in *Onomast.* ἀγωνοθέται, ἀγώνων διαθέται, ἄθλων ἐπιμεληταί. Homer. *Odyss.* Θ. αἰσυμνητὰς, quos Eustathius ἀγῶνος ἐπισκόπους, καὶ βραβευτὰς interpretatur. Asiatici ἀλυτάρχας, οἱ μαςιγοφόροις προΐςανται. Suetonius curatores muneris. Editores, munerarii, brabeutæ in stadio humi assidebant: ac si qua paria longius recessissent, in medium manu retrahebant. Sueton. in *Nerone* cap. LIII. Circenses autem dabantur natalibus Principum, quinquenniis, decenniis, vicenniis, ut & cætera lætitiæ documenta. Dio in *Domitiano* scribit, eum Titi fratris sui natalium Circenses sustulisse. ἀμέλει καὶ τὴν ἱπποδρομίαν τὴν τῶν γενεσίων αὐτοῦ κατέλυσε. In *Augusto*: ἀγῶνα μουσικὸν, καὶ γυμνικὸν, ἱπποδρομίας τε, πεντετηρικὸν ἱερόν. (οὕτω γὰρ τοὺς τὴν σίτησιν ἔχοντας ὀνομάζουσι.) Id est, *Augustus edidit certamen musicum, & gymnicum, Circenses, quinquennale sacrum. (sic enim vocant agones quibus visceratio præbetur.)* Quod si verum est, fallitur Suetonius in *Nerone* c. XII. *Instituit & quinquennale certamen primus omnium Romæ, more Græco triplex, musicum, gymnicum, equestre, quod appellavit Neronia.* Dio p. 400. libri Steph. docet etiam in castris natali Cæsaris Circenses editos. ἐν τοῖς ςρατοπέδοις τὰ τοῦ Αὐγούςου γενέθλια ἑορτάσαντες, καί τινα ἱπποδρομίαν ἐν αὐτοῖς διὰ τῶν ἑκατοντάρχων ποιήσαντες, ἐπανῆλθον. Id est, *in exercitu cum natales Augusti celebrassent, & Circensium aliquod genus per centuriones edidissent, abierunt.* Lib. LV. LVII. LVIII. Augusti natalibus Circenses in perpetuum decreti sunt. ἐς δὲ τὰ γενέθλια ἱπποδρομίαν ἀΐδιον ἔλαβε. Deorum festis edidit Circenses, ut ludis Apollinaribus, Saturnalibus, & aliis. Dio p. 253. ἐν τῇ τῶν Ἀπολλωνείων ἱπποδρομίᾳ ἄνδρες ἐς τὴν ἱππάδα τελοῦντες θηρία κατέβαλον. *Circensibus*, inquit, *Apollinaribus equites aliquot Romani cum feris depugnarunt.* De Saturnalibus, aut potius de Circensibus ante Saturnalia Xiphilinus in *Severo*: ἦν μὲν γὰρ ἡ τελευταία πρὸ τῶν κρονίων ἱπποδρομία, καὶ συνέδραμεν ἐς αὐτὸ ἄπλετόν τι χρῆμα ἀνθρώπων. Id est, *erant enim ultimi Circenses ante Saturnalia, & eo convenit infinita vis hominum.* Pag. 406. libri Commelini. Si ludi in multam noctem protraherentur, editor abeuntibus faces præferri jubebat. Dio de Sejano, qui ut Tiberium Calvum irrideret, per pueros calvos faces præferentes, abeuntes deducebat. φῶς τοῖς ἀπιοῦσιν ἐκ τοῦ θεάτρου διὰ πεντακισχιλίων παίδων ἀπεξυρημένων παρέσχε. Quod si aquis occuparetur Circus, extra portam Collinam ad ædem Erycinæ Veneris equi currebant. Livius lib. XXX. Imperatores cum ludos ederent, epulum sæpe populo dederunt, narrante Suetonio in *Caligula* cap. XVIII. Sed & libera Repub. & postea oppressa populus sub meridiem surgebat, ut cibum caperet. Dio l. XXXVII. in anno DCXCVII. καὶ ὁ δῆμος ἀπαυςὶ μέχρι τότε τὰς ὁπλομαχίας θεώμενος ἐξανέςη τε μεταξὺ τοῦ ἔργου, καὶ ἄριςον εἵλετο, καὶ τοῦτο ἐκεῖθεν ἀρξάμενον, καὶ νῦν ὁσάκις ὁ τὸ κράτος ἔχων ἀγωνοθετεῖ γίνεται. *Et populus post Ciceronis Consulatum, qui gladiatorum certamina ad id usque tempus sine intermissione spectaverat, surrexit inter hæc, & sumpsit jentaculum, qui mos ex eo cœptus servatur hodie, quoties Princeps ludos edit.* Editores ludis peractis ad amicos absentes munuscula mittebant, quæ Symmachus vocat *apophoreta* libro II. epist. LXXXI. lib. IX. epist. ult. lib. X. epist. C. Dona quæstoria, diptycha, apophoreta, auro circumdatum diptychum ad Imperatorem misit, eburneos pugillares, canistellos argenteos: lib. I. C. Theod. *de expens. ludor.* Imperator ipse in spectaculis sæpe præsidebat, ut Augustus apud Suet. c. XLV. Nero cap. XVIII. Claudius apud Tacitum libro XII. Herodianus in *Commodo* dixit προκαθίσαι ἐν τῇ βασιλείῳ ἕδρᾳ, *præsidere in sella Imperatoria*, quæ fuit inter duos Consules, ut ait Dio libro LIII. & LIV. Editionum autem fuere tanti sumptus, ut plerisque res ad rastrum per eam magnificentiam rediret; quare appetente editionum tempore urbe abibant ob gravitatem sumptuum. Nihilominus si Prætores, aut Quæstores designati non adessent, quo tempore ludos populo exhibere tenebantur, condemnatione triticaria plectebantur: lib. I. & II. C. Theodos. *de Prætor. & Quæstor.* fiscus eorum nomine expendebat sumptus, quos absentes postea refundere cogebantur: lib. VI. ibidem. Lactantius libro VI. cap. XI. *Munerum editores populari levitate ducti opes vel magnis urbibus suffecturas impendebant.* Cyprianus libro *de opere & eleemos. Rebus vel obligatis, vel venditis in muneris apparitione, nisi editio bona succedebat, conviciis ac sibilis ejiciebantur.* Basilius *in Psal.* CXVI. ὁ δεῖνα δὲ τὸν πλοῦτον ἑαυτοῦ θηριομάχοις προσαναλίσκων, καὶ τῇ ματαίᾳ τῶν δήμων φωνῇ ἐπαγαλλόμενος φυσᾶται τοῖς ἐπαίνοις. *Iste opes suas in bestiarios expendens, & vanis populi vocibus exultans laudibus tumet.* Sumptus tamen definiti l. I. C. *de spectat.* lib. XXI. C. *de Prætor. & Quæst.* C. Theodos. lib. II. *de expens. ludor.* C. Theodos. nulli ludi minoris stetere septingesies, aut millies H-S. Ambrosius ser. LXXXI. *Magistratus in Theatris, mimis, athletis, gladiatoribus, aliisque hujusmodi generibus hominum, totum patrimonium suum largitur, & prodigit, ut unius horæ favorem vulgi acquirat.* Editores ludorum Græci vocant ἀγωνοθέτας, ἀθλοθέτας ἀγώνων, διαθέτας ἄθλων, ἐπιμελητὰς, ἐφόρους, ἐπόπτας, προςάτας, ἐπισκόπους, ait Pollux libro III. cap. XXX. quia bravia constituunt, certamina instituunt, præmia procurant, ludorum præsides, censores, inspectores, speculatores. Arnobius libro VII. Magistratum appellat ludorum exhibitorem. Imperatores ludis præsidere soliti erant. Augustus sæpe totos dies aberat petita venia, commendatisque qui sua vice præsidendo fungerentur, ait Suetonius cap. XLV. Neque Caligula spectaculis semper ipse præsedit, sed interdum aut Magistratibus, aut amicis præsidendi munus injunxit, eodem auctore cap. XVIII. Claudius præsedit nonnunquam spectaculis in Caii vicem, auctorante populo, ut prodit Suetonius in *Claudio* cap. VII. Apud Cassiodorum sub Regibus Gotthis cura spectaculorum ad præfectum urbis pertinuit. l. VI. in *formula præfect. urb.* Caligula edidit Circenses plurimos a mane ad vesperam, narrante Suetonio cap. XVIII. Sanctus Augustinus libro VIII. *Confess.* spectaculum Circensium pomeridianum vocat: quanquam & sæpe matutinum fuit. Apud Tacitum lib. I. *Annalium*, decretum ut Tribuni plebis ludis Augustalibus per Circum triumphali veste uterentur, curru vehi haud permissum. Tribuni enim plebis ludos Augustales celebrabant, ait Dio libro LVI. Editores e longinquis provinciis aurigas in Italiam terra marique arcessebant, & ante studiose erudiebant, quam publice spectandos se præberent, ut populi studia conciliarent. Symmachus lib. VI. epist. XLII. *Aurigas nostros, & aliquot scenicos navi impositos, & secundum præceptum meum missos ad Campaniam nuntiavit: longe ante ludos & ipsos jungendis equis erudire debemus, & novitate eorum favorem plebis allicere.* Idem libro II. epist. LXXIX. scribit, ut gratiam populi inirent, plerosque curulibus stabulis urbis quina, aut plura mancipia largitos esse. Idem libro VII. epist. XXI. editionem muneris vocat. Libro IX.

ep CXXIII. editionem ludorum. Lib. VII. ep. CVI. editionem prætoriam, ut & Cassiodor. lib. v. *Var.* epist. XLII. Symmach. ep. LXI. lib. IV. curule certamen. Lamprid. in *Halagabalo*: *Primo in certamine curuli socios habuit*. Ammian. lib. XXI. *Edito curuli certamine cum gaudio plebis*. Arnob. lib. II. *Quid cursores, quid pugiles, quadrigarios, desultores, quid bigarios?* Ii omnes dabantur ad favorem populi eliciendum. Servius *ad librum* v. *Æneid. In sacris taciturnitas, in ludis necessarius est favor.* lib. II. Cod. Theod. *de expensis ludor.* admonentur cuncti Judices, ut ludis eliciant populi favorem. lib. IV. epist. XII. Symmachus vocat plausus, & læta vocum suffragia. Verus Imperator frequenter provincialibus literas causa Circensium & misit, & accepit, apud Capitolinum, ut equos curules pareret. Symmachus eod. lib. IV. ep. LXIII. scribit, tanto studio Circenses actitatos Antiochiæ, ut sæpe Antiochiensium summates ad mercandas quadrigas usque in Hispaniam mitterentur. Editores & ipsi etiam Imperatores Circum, ut alia spectacula intrantes, populum adorabant. Imo & Principes eos qui ludos ederent voce & manu venerabantur. Sueton. in *Claudio* cap. XII. *Consules spectacula edentes surgens & ipse cum cætera turba voce ac manu veneratus est;* quo respexit Claudian. Panegyr. VI. *Cons. Honorii:*

Consensuque cavæ sublatus in æthera vallis
Plebis adoratæ reboat fragor. —

Adoratam plebem vocat quæ a Principe adoraretur. Tacit. lib. XVI. de Nerone, histrioniam faciente, alia mente dixit, & cœtum illum manu veneratus, sententias operiebatur ficto pavore. Caracalla apud Dionem editores flagello venerabatur, & victor aureos ab iis petebat: *ἀγωνοθέτην γὰρ ἢ τῶν ἐξελευθέρων τινὰ, ἢ τῶν ἄλλων τῶν πλουσίων ἐκάθισεν, ἵνα καὶ ἐν τούτῳ ἀναλίσκηται, καὶ προσεκύνει αὐτοὺς κάτωθεν τῇ μάστιγι, καὶ χρυσοῦς ὥσπερ τις τῶν ταπεινοτάτων ᾔτει, καὶ ἔλεγε κατὰ τὸν ἥλιον τῇ ἁρματηλασίᾳ χρῆσθαι. Caracalla editorem aliquem ex suis libertis, aut aliis qui valde divites essent, faciebat, ut hos sumptus sustinerent, & adorabat eos ex loco inferiori flagello suo, & aureos petebat pro bravio ut aliquis infimæ sortis, dicebatque se Solis exemplo aurigari.*

CAP. XLI.

De Circensibus privatis.

FUERE & Circenses privati, quos Imperatores, cæterique editores in hortis intra privatos parietes ederent. Lampridius in *Heliog.* cap. XXIII *Fertur in euripis vino plenis navales Circenses exhibuisse, pallia de œnanthio fudisse, & elephantorum quatuor quadrigas in Vaticano agitasse, dirutis sepulcris quæ obsistebant: junxisse etiam camelos quaternos ad currus in Circo privato spectaculo*, Sidonius in *Narbone*:

Mos est Cæsaribus die bis uno,
Privatos vocitant, parare ludos.

Lampridius in *Helogab.* c. XXVII. *Quadrigas Circensium in tricliniis, & in porticibus sibi semper exhibuit, pransitans & cænitans.* Item: *Inde itum est in hortos, ubi varius invenitur, certamen aurigandi parans.* Sed & in Circo privatum fuit interdum spectaculum, ut eodem loco scribit Lampridius. Ludis illis privatis, non modo publicis, ut plurimum intererat Prætor, veluti curator. Quintilianus lib. III. *Instit.* c. VI. Qui artem ludicram exercuerint, in XIV. primis ordinibus ne sedeat; qui se Prætori in hortis ostenderat, neque erat productus (in scenam scilicet, aut arenam) sedit in XIV. ordinibus. Sueton in *Nerone* c. XXI. non dubitavit etiam in privatis spectaculis operam inter scenicos dare, quodam Prætorum H-S. decies offerente. Item flagitantibus cunctis cælestem vocem, respondit quidem in hortis se copiam volentibus facturum. In hortis accipe, in privato. Sic apud Tacit. lib. XV. *Annalium.* nam adhuc per domum aut hortos cecinerat Juvenalibus ludis. Publicos autem ludos curari a Prætore, scitum est e Plutarcho in *Bruto*, & l. 1. C. *de Prætoribus*.

CAP. XLII.

Qui Circenses ederent.

PER initia Romæ, celebritate pompaque Deorum Circense ludicrum a Regibus, post a Prætore curabatur, qui si abesset, Dictator, qui signum mittendis quadrigis daret, creabatur. Cum Romanum nomen augustius jam esset, victores Imperatores, Consules, Proconsules, Ædiles, cæterique viri principes, qui plebeculam emereri vellent, editores fuerunt. Ipsi etiam sacerdotes apud Tertullian. *de Spect.* Plin. l. VII. *Epist.* ludos sacerdotales, in *Augusto* Sueton. c. XLIV. ludi pontificales; apud Lamprid. in *Alex.* ærarii editores. Deinde lapsu temporis oppressa unius dominatu Rep. Imperatorum illud munus pene singulare fuit, aut certe virorum illustrium. Corippus lib. I.

Christus ubi est natus, tunc munere Solis adempto,
Principibus delatus honos, munusque Latinis,
Et jucunda novæ Circensia munera Romæ.

Sueton. in *Calig.* c. XVIII. *Commisit & subitos, cum e Gelotiana apparatum Circi prospicientem pauci ex proximis mœnianis postulassent.* Munera Circensia vocat Corippus, ut Lactantius lib. VI. cap. XX. venationes quæ vocantur munera, cum tamen munera de gladiatoribus proprie dicantur. Proprium fuit Ædilium curulium sub Consulibus, ut ludos omnes populi Romani procurarent. Cicero V. in *Verrem*: *Mihi ludos sanctissimos maxima cum cærimonia Cereri, Libero, Liberæque faciendos, mihi Floram matrem populo plebique Rom. ludorum celebritate placandam, mihi ludos antiquissimos, qui primi Romani sunt appellati.* Et sub extremis pene Imperatoribus Romæ ab Ædilibus munera & ludi edebantur. Capitolinus in *Gordiano* cap. III. *Ædilitatis suæ tempore* XII. *populo Rom. munera, id est, per singulos menses singula, de suo exhibuit.* Liv. lib. XXXIII. ludi Romani ab Ædilibus in Circo scenaque. Et quidem Ædiles ludos suis sumptibus faciebant; unde multi abstinebant petitione ædilitatis ob sumptus ludorum; auctor Cicero lib. II. *Offic.* Boetius lib. III. *de Consolatione*. Imperatores cum darent ludos, non semper ipsi spectaculis præsidebant, sed interdum aut amicis, aut Magistratibus præsidendi munus injungebant. Sueton. in *Caligula* cap. XVIII. in *Augusto* cap. LXV. *commendatisque, qui suam vicem præsidendo fungerentur.* Imperatores raro suo nomine ludos faciebant: alieno nomine, si qui onus ferre non possent, aut abessent, sæpe. Sueton. in *Augusto* cap. XLIII. Augustus Cæsar fecisse ludos se ait suo nomine quater; pro aliis Magistratibus, qui aut abessent, aut non sufficerent, ter & vicies. Munus igitur Ædilium fuit, ut ludos darent; & quidem Varro cum Ædilis Circenses ageret, eximia facie puerum histrionem ad excubias tenendas posuit in Jovis Max. templo, ait Valerius Max. lib. I. cap. I. Sub imperatoribus, quia Consulum opes ludis exhaustæ essent, utut amplæ, omnes clarissimi, quoties Romæ ludi haberentur, confluebant, ut in sumptum ludorum aliquid conferrent: si qui abessent, fiscus pendebat; illi cum rediissent, fisco rependebant. Designabanturque quotannis aliqui ad edendos ludos, qui si loco ac tempore Romæ non comparuissent L. millia modiorum tritici urbis Romæ horreis solvebant lib. VI. Cod. Theodos. tit. IV. *Omnes clarissimi*, ait, *qui per diœcesim tuæ sublimitatis*

degunt, *Romam veniant cum impensis suis*, *ubi ludi scenicorum*, *vel Circensium*, *vel muneris ratio poscit*. Sumptus enim omnibus ludis maximi sustinendi; quare Symmachus lib. v. epist. LVII. *Multum*, ait, *rebus omnibus additurus quas civium voluptati animoso impendio præparamus* l. I. C. *de spectaculis*: *Ut integra sit voluptas quæ volentium celebratur impensis*. Martialis,

Das gladiatores sutorum Regule cerdo,
Quodque tibi tribuit subula, sica rapit.

Ab Imperatore adjuti editores apud Symmachum lib. II. epist. XLV. lib. IV. epist. XII. quod enim in venatione obtinuit, & in aurigatione servatum est, ubi non minores sumptus. *Honorio*, inquit, *divinæ stirpis Augusto, benefaciendi semper addis calorem, docesque invictum Principem, Senatorum mediocritatem muneribus incitare*. Item: *In futuros Magistratus imperialem etiam provocas largitatem*. Cum privatorum pecuniæ non sufficerent ad ludos edendos in Magistratu, provinciæ aliquid pendebant: imo certum æs erat constitutum provinciis. Cicero *Epist. ad Quint. fratrem*: quanta pecunia penderetur, si omnium nomine qui Romæ ludos facerent, quod erat institutum, erogaretur? Ab amicis etiam in ludorum impensam, si oneri essent impares, pecuniam accipiebant. Seneca lib. II. *de Benefic.* cap. XXI. Chrysost. *de Circo* μισαφέτας vocat, qui solvant aliquid ad Circenses, ut juvent Prætorem. Editores vocantur iidem lib. VI. Cod. Theod. tit. IV. leg. VII. Certe ludi omnes magnorum sumptuum fuerunt, ait Laertius in *Solone*: ἀθληταὶ δὲ καὶ ἀσκούμενοι πολυδάπανοι, καὶ νικῶντες ἐπιζήμιοι, καὶ στεφανοῦνται, κατὰ πατρίδος μᾶλλον ἢ κατ' ἀνταγωνιστῶν. *Athletæ & qui exercentur magnas faciunt impensas, & ut vincant multantur, coronanturque magis in detrimentum patriæ quam adversariorum.* Jam olim multi abstinebant Consulatu, ne ludorum magnificentia res iis ad rastrum veniret. Dio pag. 469. ὑπὸ πενίας πολλοὶ τὴν ὑπατείαν ἀπολείπουσι, διὰ τὰ ἀναλώματα τὰ ἐν ταῖς ἱπποδρομίαις. Id est, *ob paupertatem multi Consulatum omittunt, ob sumptus Circensium*. Justinianus in *Novella* CV. sumptus contraxit, ac definivit: καὶ ἐπειδὰν καὶ τοῖς πρὸ ἡμῶν ἐν μεσότητι τὸ βέλτιστον ἔδοξεν εἶναι, ὡς τῶν ἐφ' ἑκατέρων ἄκρων κινδυνευόντων εὐθὺς εἰς ἀμετρίαν ἐκβῆναι, ᾠήθημεν καὶ ἡμεῖς περὶ τούτου διορίσασθαι τὸ πρέπον, ὥστε μηδὲ ἄμετρον, μηδὲ ἄτακτον εἶναι, μηδὲ τῶν ἡμετέρων νόμων ἀνάξιον. Id est, *quia visum est superioribus Imperatoribus mediocritatem esse tenendam, quasi ii qui in altero extremo essent, peccarent, putavimus nobis ea de re constituendum esse quod decet, ut nihil sit immodicum, aut inordinatum, aut legibus nostris indignum.* Voluit a Consule septem dari spectacula: primum Kal. Januariis: alterum ἁμιλλητηρίων ἵππων, οὓς δὴ μάππων λέγουσι. Tacitus lib. IV. *Ann.* monet, Tiberium cavisse ne quis gladiatorium munus ederet, cui minor quadringentorum millium res. Antoninus Pius & Marcus Philosophus sumptibus munerariorum modum posuerunt. Martianus cavit ne Consules missilia darent. *Novell.* CV. Dio lib. LIV. τοῖς μὲν στρατηγοῖς συνέταξεν τὰς πανηγύρεις πάσας, ἔκ τε τοῦ δήμου δίδοσθαι τι αὐτοῖς κελεύσας, καὶ προσαπειπὼν μήτε εἰς ἐκείνας οἴκοθεν τινα πλέον τοῦ ἑτέρου ἀναλίσκειν, μήτε ὁπλομαχίαν, μήτε ἄλλως, εἰ μὴ βουλὴ ψηφίσαιτο, μήτε αὖ πλεονάκις ἢ δὶς ἐν ἑκάστῳ ἔτει. *Prætoribus*, inquit, *assignavit curationem omnium editionum, præcepitque, ut eis aliquid a populo daretur, vetans ne alius alio plus in ludos de suo impenderet: neque gladiatorium munus daretur, nisi ex decreto Senatus, neque amplius quam bis quoque anno.* Alias idem Augustus arbitratu editoris sumptus fieri permisit. Idem ibid. καὶ τοῖς βουλομένοις τῶν στρατηγῶν τριπλάσιον τοῦ παρὰ τοῦ δημοσίου σφίσιν εἰς τὰς πανηγύρεις διδομένου προσαναλίσκειν ἐφῆκε. Id est *permisit Prætoribus si vellent impendere triplum de suo supra id quod de publico in ludos conferebatur.* L. LV. τὸ ἀργύριον τοῖς στρατηγοῖς τοῖς τὰς ὁπλομαχίας ποιοῦσιν ἐκ τοῦ δημοσίου διδόμενον, ἐκώλυσε μηκέτι ἀναλίσκεσθαι. Id est, *vetuit, ne Prætoribus gladiatores edentibus de publico in posterum sumptus sufficerentur.* Claudius legem tulit, ut unum tantum diem equi secundo currerent; re ipsa hoc ipsum, ut nimium, prohibuit. Dio p. 459. νόμῳ μὲν ἔταξε μίαν ἡμέραν τοὺς ἀγῶνας τῶν ἵππων δεύτερον γίγνεσθαι. ἔργῳ δὲ καὶ τοῦτο, ὡς πλήθει, ἐπέσχεν.

CAP. XLIII.

De habitu editoris.

JAM tibi magnificum Prætoris habitum cultumque ludos edentis dabo, ut novum in eo triumphatorem recognoscas. Curru Prætor in Circo vehebatur, non vulgari toga, sed picta, & tunica palmata eburneum sceptrum, in vertice cujus erat aquila, manu gerebat. In eodem curru servus publicus capiti editoris quasi triumphantium coronam auream imponebat, aut suspensam potius tenebat. Juvenalis satyr. X.

Quid si vidisset Prætorem curribus altis
Extantem, & medio sublimem in pulvere Circi
In tunica Jovis, & pictæ Sarrana ferentem
Ex humeris aulæa togæ, magnaque coronæ,
Tantum orbem quanto cervix vix sufficit ulla?
Quippe tenet sudans hanc Publicus, & sibi Consul
Ne placeat, curru servus portatur eodem.
Da nunc & volucrem sceptro quæ surgit eburno,
Illinc cornicines, hinc præcedentia longi
Agminis officia, & niveos ad frena Quirites.

In Olympia agonothetæ purpurea veste insignes erant, ait Lucianus in *Anacharsi*: τεκμαίρομαι δὲ τῇ πορφυρίδι τῶν ἀρχόντων τινὰ τούτων εἶναι. Chrysostomus coronatum editorem esse, virgamque manu tenere ait; vestem purpuream, coronam auream fuisse supra monuimus. Xiphilinus in *Commodo*: εἰσιὼν δ' ὁλοπόρφυρον χρυσῷ καταπαστον, χλαμύδα θ' ὁμοίαν, τὸν ἑλληνικὸν τρόπον λαμβάνων, καὶ στέφανον ἔκ τε λίθων ἰνδικῶν, καὶ ἐκ χρυσοῦ πεποιημένον, κηρυκεῖον τε τοιοῦτον φέρων ὁποῖον ἑρμῆς. *Iniens autem tunica amictus tota purpurea, & chlamyde simili more Græco, sumens coronam auream gemmis insignem, caduceumque ferens, qualem Mercurius.* Virga enim editoris caducei instar erat. Plutarchus in *Antonio*, qui μετὰ τῶν γυμνασιάρχων ῥάβδων ἐν ἱματίῳ καὶ φαικασίοις προῄει. *Antonius cum virgis gymnasiarchæ in pallio, & phæcasiis præcedebat, ut moderator agonis.* Juvenalis satyr. XI.

—— similisque triumpho
Præda caballorum Prætor sedet.

sic lege, non *prædonem*, quia ludicro Circensi bonis claverat. Hoc habitu cultuque curru insidens, sive is Prætor esset, sive Dictator mittendis quadrigis, sive Ædilis, ad oppidum usque prope metas primas pervehebatur. Varro: *Dictator ubi currum insidit, pervehitur usque ad oppidum.* Supra ex Chrysostomo ludis Olympicis, seu Circensibus magnifico cultu inambulantem editorem tibi notavimus. Caligula ludicro Circensi prodiit in Circum sejugibus vectus, quod non ante visum erat: utque nulla excusatio esset, qua Circo abesse liceret, judicia retulit in alium diem, & luctus omnes. Dio p. 442. τὸ ἅρμα τὸ ἱππικὸν ἐφ' οὗ ἤχθη ἓξ ἵπποι εἷλκυσαν, ὃ μὴ πώποτε ἐγεγόνει. ὅπως τε μηδεμιᾷ τινι τοῦ μὴ συμφοιτᾶν εἰς τὰ θέατρα πρόφασις εἴη, τάς τε δίκας ἁπάσας ἀνεβάλετο, καὶ τὰ πένθη πάντα ἐπέσχεν. Moris tamen fuit, ut bigis ferretur per Circum editor, non quadrigis, aut sejugibus. Symmach. lib. IV. ep. IV. *Natali urbis*, ait, *suffectum Consulem currus quo vehebatur evolvit per ferociam bigarum quæ triumphum vehebant.* Editori currus negatus est sub Augusto,

toga palmata, tunica picta & triumphalis conceſſa. Tacitus *Ann.* lib. I. *Tribuni petiere, ut proprio ſumptu ludos Auguſtales ederent, utque per Circum triumphali veſte uterentur.* Curru vehi haud permiſſum; decreta pecunia ex ærario. Dio fine lib. LV. καὶ τῇ ἐσθῆτι τῇ ἐπινικίῳ ἐν τῇ ἱπποδρομίᾳ ἐχρήσαντο, οὐ μέντοι καὶ τοῦ ἅρματος ἐπέβησαν. Id eſt, *Tribuni qui præerant ludis Auguſtalibus, triumphali veſte in Circo uſi ſunt; non tamen currum inſcenderunt.* Sub aliis Imperatoribus curru vecti ſunt. Plinius *Panegyrico*: *Nos auguſtior ſolito currus accipiet, nos inter ſecunda omina & vota certantia quæ præſenti tibi conferentur* (ludis iis qui natali Trajani erunt) *vehemur alacres, & incerti ex utra parte major auribus noſtris accidat clamor.*

CAP. XLIV.

De familia quadrigaria.

EDITOREM in campum una cum triumpho deduximus, jam miniſtros editionis, & univerſam familiam quadrigariam intueamur; in veteribus inſcriptionibus ea deſcripta eſt. Familia quadrigaria Titii Capitonis, mulio, villicus, conditor, ſellarius, agitator, ſucconditor, medicus, ſutor, tentor, auriga, ſpartor (an ſtrator) morator, viator, ſarcinator, aurigator. Et pag. 47. 48. Vipſanio mulioni, aurigatori, ſucconditori, villico, conditori, ſellario, agitatori, primo, medico, tentori, ſutori, moratori, viatori, fulloni, ſarcinatori. Quadrigarum dominus apud Plinium lib. x. cap. XXIV. *Cæcinna Volaterranus equeſtris ordinis quadrigarum dominus, comprehenſas in urbem ſecum afferens victoriæ nuncias amicis mittebat, in eundem nidum remeantes illito victoriæ colore, de hirundinibus.* Alibi, medicus factionis Venetæ. Turnebus tentores vult eſſe ἀφέτας. Male; nam ἀφέται ſunt editores, quos & Chryſoſtomus θυρεπανοίκτας vocat; tentores fuerunt qui equos curruſque tenebant antequam vices curſus eorum veniſſent. De quibus Sidonius in *Narbone*:

Veſtra inſignia continent miniſtri,
Ora & lora manus jubaſque tortas
Cogunt flexilibus latere nodis,
Hortanturque obiter, juvantque blandis
Ultro plauſibus, & voluptuoſum
Dictant quadrupedantibus furorem.

De iiſdem videtur accipiendus Statius lib. VI.

Circumſtant fidi, nexuſque & torta jubarum
Expediunt, firmatque animos, & plurima monſtrant.

Mulio, ὀρεοκόμος. Seneca epiſt. LXXXVI. *Mulio excalceatus non propter æſtatem. Quid ad rem pertinent mulæ ſaginatæ, unius omnes coloris?* Moratores dicti ſunt, qui morabantur: agitatores ne curſum anticiparent, ſed ſuo ordine currerent: viatores erant miniſtri qui curſitabant huc illuc juſſu agitatorum. Conditor in veteri gloſſ. dicitur πιπτῶν ἀλείπτης, qui inungit oleo aurigas, aut equos, ſi opus eſt. Subconditor qui conditori paret, ut ſubmulio qui eſt ſub mulione farraneo, Plinius. male Turnebus ſubconditores accipit qui ſub jugum & currum ſe conderent, ſi forte male inuncti eſſent equi. Conditor factionis eſt magiſter, & dominus gregis, ut alibi oſtendo. Apud Suetonium miniſtrator unus fuit e familia quadrigaria, cap. XVII. in *Vitel.* miniſtratorem auriganti Cajo cum exhiberet villicus, qui familiæ veluti procurator præerat vice domini. Agitator, aurigator pro eodem accipiuntur. Equidem agitatorem quadrigarium ipſum in Circo decurrentem exaudio; aurigatorem & agitatorem facio eoſdem. Apud probatos auctores auriga, aurigator, agitator, quadrigarius, unum & idem ſonant. Spartor is eſt qui ſparto ſellam & ephippia inſtruit, forte an ſtrator. Deſignator, vel, ut aliubi eſt, diſſignator, a Chryſoſtomo dicitur διατάκτης. Sic enim ille in Circo: μὴ ἀγωνιάσῃς· ἔχεις γὰρ τὸν διατάκτην Θεόν, καὶ ἰατρὸν τὸν Χριστόν· ἔχεις ἀλείπτην τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. μηδ' ἱδρῶτα φοβοῦ· ἔχεις γὰρ τὸ ὕδωρ ἐπὶ σέ. Id eſt, *ne animum deſpondeas: habes enim Deum deſignatorem, & medicum Chriſtum: habes conditorem & aliptam Spiritum ſanctum; ne ſudorem metuas: habes enim eum qui aquam in te fundat.* Ut enim equis, ita & ſibi aquam dabant. Deſignatores dicuntur βραβευταὶ Græcis, nec iidem ſunt cum editoribus, ſed qui decurſionem ordinant, & cuneos, cæteraque in Circo comparant ac diſponunt; non tamen coronam & præmium victoribus addixere Romæ, ut in Olympia, βραβευταὶ καὶ ἑλλανοδίκαι. Lib. III. ff. tit. 2. l. 4. Deſignatores autem, quos Græci βραβευτὰς appellant, artem ludicram non facere, quia miniſterium, non artem ludicram exerceant. Et ſane locus iſte hodie a Principe non pro modico beneficio datur. Procuratorem dromi in veteribus inſcript. accipio curatorem & exercitorem curſus publici, aut Circenſis. Unus erat deſignator in Circo, quatuor erant procuratores dromi. In veteribus enim inſcript. dicitur procurator dromi factionis Venetæ; ſicut & quatuor erant tribuni quatuor factionum, de quibus ſupra attigimus, quos putem tribunos fuiſſe non quadrigariorum modo, ſed plebeculæ factioſæ quæ in partes diſceſſerat. Erant & magiſtri ac domini factionum. Suetonius in *Nerone* cap. XXII. Domini factionum aurigarum greges ducere dicuntur in Circum. Lampridius in *Commodo*: *Circenſes multos addidit libidine potius quam religione, ut dominos factionum ditaret.* In veteri inſcript.

MAGISTRO. ET. SOCIO. DOMINO. ET. AGITATORI. FACTIONIS. VENETÆ.

Putem has partes datas exercitato & veteri alicui agitatori, qui rei Circenſis peritiſſimus eſſet. Inſcriptio illa poſita eſt ab aliquo domino factionis Venetæ, & collega ac ſocio defuncti. Conſtantinopoli fuit ampliſſimus Magiſtratus procurator dromi publici, non Circi, quem & Romæ ponit Symmachus lib. x. epiſt. XXXVI. Zonaras pag. 128. λογοθέτης τοῦ δρόμου, ἐπίτροπος τοῦ βασιλέως, id eſt, *procurator curſus publici, tutor Imperatoris.* In familia quadrigaria varii miniſtri fuere, Quæſtores, qui pecunias cujuſque gregis adminiſtrarent. Medici, conditores, ac ſucconditores, qui curarent gregem. Procuratores dromi, qui curricula curarent. Margaritarii, qui gemmas agnoſcebant, quas aurigæ ad ornatum emebant. Moratores ludi, qui equos ad finem certaminis ſiſtebant. Sellarii, ſellarum opifices. Tentores, qui currus tenerent. Spartores, qui aquam equis aſpergerent. Sutores, ſarcinatores, viatores, qui aurigas accibant, villici; quæ nomina miniſtrorum ex vet. inſcriptionibus petes. Erant & qui ova erigerent, qui controverſias de victoria inter aurigas dijudicarent, qui curricula numerarent. In veteribus lapidibus multæ ſunt inſcriptiones quæ ad factiones, & aurigas pertineant, ubi magiſtri, domini, ſocii, agitatores, patres factionum laudantur, cujuſmodi hæ ſunt:

A

A	M. AVRELIO LIBERO	G
R	PATRI, ET MAGISTRO	E
A	ET SOCIO, DOMINO	N
M	ET AGITATORI FACTIONIS	T
A	PRÆSINÆ	I
N	AVRELIVS CÆCIL. PLANETA	NI
T	PROTOGENES OB III. PAL-	C
I	MAS HOC DONVM VOVIT	A
NI	NATIONE AFR.	
CA		

Id eſt, Aram antinica, gentinica, βωμὸν ἀντὶ νίκης. Aram pro victoria genti victrici poſuit. Alia:

B

CL AVRELIO POLYPHEMO DOMINO, ET AGITATORI FACTIONIS RVSSATÆ TOGENI (forte DIOGENI) CÆSARIVS, SVI TEMPORIS PRIMO ET SOLO FACTIONARIO OB GLORIAM.

Onuphrius has inſcriptiones habet. C. Appulejus Diocles agitator factionis Ruſſatæ Hiſpanus Luſitanus annorum XXXII. menſ. VII. DXXIII. agitavit in factione Alb. Acibio Aviola,& Cornelio Panſa Coſſ. Ibidem dicitur agitaſſe ſumma quadriga,viciſſe præmia majora, ſejuges, ſeptejuges agitaſſe, equos

C

centenarios feciſſe, omnium agitatorum eminentiſſimus fuiſſe, omnium factionum agitatores præceſſiſſe. Merito annotatum eſt, quod uno anno alieno principio duobus introjugis Cotyno & Pompejano vicit. Tres agitatores miliarios factionis Venetæ vicit. Novis coactionibus, & nunquam ante titulis ſcriptis Diocles eminens, quod una die ſejuges LTS. XL. miſſus bis utraque victor eminuit. Idem primus ſeptem equos agitaſſe, inter ſingulares viciſſe dicitur. In veteri lapide. C. Appulejus Diocles ſumma quadriga agitavit annis XXIV. Summa quadriga dicebatur, quæ ſpinæ Circi & metis propior eſſet; ima quæ remotior, ad podium & gradus

D

magis pertineret. Summa meta erat difficilior, & minus commoda propter metæ viciniam, ad quam ſæpe naufragium factum. Curſu ſingularum vincere dicebantur, cum ex provocatione duo agitatores, aut tres ſimul aurigarentur. Diebus enim ſolemnibus quatuor factionum agitatores currebant: cum ex provocatione certarent ſæpe duo. In veteri lapide. Diocles curſu ſingularum vicit. Inde præmia majora vicit. Præmia majora erant XXX. aut XXXII. millia nummorum, id eſt, nongentorum aureorum noſtratium. Binarum quadrigarum certamine vicit, cum duas quadrigas provocaſſet. Ternarum quadrigarum certamine vicit, cum ternas

E

quadrigas provocaſſet. Præmia igitur aurigarum ampliſſima fuere; unde & ditiſſimi evaſerunt. Juvenalis ſatyra VII.

Si libet, hinc centum patrimonia cauſidicorum,
Parte alia ſolum ruſſati pone Lacertæ.

Martialis lib. X. ep. LXXIV.

Cum Scorpus una quindecim graves hora
Ferventis auri victor auferat ſaccos.

Qui gregibus aurigarum præerant, præfecti, magiſtri, domini, & conditores, factionum & gre-

F

gum dicebantur. Suetonius in *Nerone* cap. XXII. Domini factionum non dignabantur niſi ad totius diei curſum greges ducere. Vet. inſcriptio:

D. M. C. POMPEIO EVSCENO CONDITORI FACTIONIS RVSSATÆ PATRONO BENE MERITO, OPTIMO ET PIENTISSIMO, LIBERTI ET HÆREDES FECERVNT DE SVO.

A

Alius lapis:

D. M. CLAVDIA HELICE FECIT L. AVIL. L. DIONYSIO CONDITORI GREGIS RVSSATI, CONIVGI DIGNISSIMO.

Alius lapis:

M. AVRELIO LIBERO, PATRI, ET MAGISTRO, ET SOCIO, ET AGITATORI FACTIONIS PRASINÆ, AVRELIVS CÆCILIVS PLANETA PROTOGENES OB III. PALMAS HOC DONVM VOVIT NATIONE AFR.

B

CAP. XLV.

De Spectatoribus.

CIRCENSIBUS ita capti ſunt Romani, ut tres interdum dies in eo ſpectaculo ſomni ædiumque obliti funalibus accenſis poſuerint. Imo & ſolidum diem ſine cibo frequenter aſſedere: anno tamen urbis conditæ frangere diem cœperunt, divertentes ad epulum ab editore datum. Dio lib. XXXVII. καὶ ὁ δῆμος ἀπαυςὶ (lego ἀπαςὶ) μέχρι τό-

C

τε τὰς ὁπλομαχίας θεώμενος ἐξανέςη τε μεταξὺ τοῦ ἔργου καὶ ἄρισον εἵλετο. καὶ τοῦτο ἐκεῖθεν ἀρξάμενον, καὶ νῦν ὁσάκις αὖ ὁ τὸ κράτος ἔχων ἀγωνοθετεῖ, γίνεται. *Et populus ſine cibo uſque adhuc munera ſpectans exſurrexit in medio ſpectaculo, & prandium cepit; & ab eo principio, quoties Imperator editor eſt, hodieque idipſum fieri aſſolet.* Sidonius lib. III. epiſt. ult. *Poſtridie juſſit Auguſtus, ut epulo ſuis Circenſibus ludis intereſſemus. Primus jacebat cornu ſiniſtro Conſul ordinarius.* De frequentia Cicero *pro Sext. Equidem exiſtimo nullum tempus eſſe frequentioris populi quam illud gladiatorium, neque concionis ullius, neque vero ullorum Comitiorum.* Item:

D

Id autem ſpectaculi genus erat, quod omni frequentia, atque omni genere hominum celebratur, quo multitudo maxima delectatur. Ammian. Marcellinus lib. XXVIII. cap. IV. mirum in modum eum furorem exaggerat his verbis: *Nunc ad otioſam plebem veniamus, in qua nitent & nominibus cultis quidam calceorum expertes, Cimeſſores, Statarii, Semicupæ, & Serapini, & Cicimbricus cum Gluturino, & cum Trulla, & Lucanicus cum Pordaca & Salſula, ſimileſque innumeri; hi omne quod vivunt, vino & teſſeris impendunt, & luſtris, & voluptatibus & ſpectaculis: eiſque templum, & habitaculum, & con-*

E

cio, & ſpes omnis, Circus eſt maximus . . . . Clamitant Remp. ſtare non poſſe ſi futura concertatione quem quiſque vindicat, carceribus non exſiluerit Princeps, & circumflexerit metam. Exoptato die equeſtrium ludorum illuceſcente, nondum Solis puro jubare, fuſius omnes feſtinant præcipites, ut velocitate currus ipſos anteeant certaturos; ſuper quorum eventu diſciſſi votorum ſtudiis, anxii plurimi agunt pervigiles noctes. Item: *Ut in uno ſpectaculo, exodiario cænatori* (forte, *ſcenico*, niſi exodiarius iſte cænator comedendo riſum moveat) *aurigæ clametur aſſidue, Per te ille diſcat.* Ob hunc populi concurſum ſcuti in Græcia conciones in Theatro habebantur; ita &

F

Romæ in Circo, ſi fides Herodiano lib. VIII. qui docet, Romanos ubi de Maximi morte nuntius allatus, protinus ad aras & templa iviſſe: ſed ut lymphati gratantes invicem in Circum veluti futura concione concurrebant: οὔτε γὰρ ἡλικία τις ἦν ἣ μὴ πρὸς τοὺς βωμοὺς τε καὶ τὰ ἱερὰ ἠπείγετο, οὔτε τις ἔμενεν οἴκοι, ἀλλ' ὥσπερ ἐνθουσιῶντες ἐφέροντο συνηδόμενοί τε ἀλλήλοις, καὶ ἐς τὸν ἱππόδρομον συνθέοντες, ὥσπερ ἐκκλησιάζοντες, χωρίῳ (ἐν τῷδε τῷ χωρίῳ.) Lib. II. enarrans militum odium in Julianum: ἐς τε τὸν ἱππό-

δρο-

δρομον ὅπου μάλιστα τὸ πλῆθος συνιὸν ἐκκλησιάζει. τὸν ἰουλιανὸν ἐβλασφήμουν. nisi forte quis ἐκκλησιάζει pro conventu populi accipiat, licet nulla oratio habeatur. Chrysostomus quoque hanc insaniam exagitat his verbis homil. *de eccles.* καὶ ἐν μὲν ἱπποδρόμῳ οὐκ ὀρόφου ἐπικειμένου τούτου στέγοντος, οἱ πλείους πολλῶν ὄμβρων καταφερομένων ἑστήκασι μαινόμενοι: *& in Circo ubi tectum non est, & si ruit imber, stant furentes ac perdurant.* Sed hoc metu, afferebant umbellas, lacernas, gausapinas, quibus defenderent imbres. Martialis lib. XI. epigr. LXXIII.

Umbellam luscæ, Lygde, feras Dominæ.

aut causiam Macedonicam. Plautus in *Persa:*

Cape tunicam, atque zonam & chlamydem afferto, & causiam.

Græci tholium vocant & sciadium. Pollux lib. VII θόλια (forte θόλιον) πλέγμα τι θολοειδὲς, ᾧ ἀντὶ σκιαδίου ἐχρῶντο αἱ γυναῖκες. Id est, *tholium, reticulum quoddam fastigiatum ac fornicatum, quo pro umbella mulieres utuntur.* Eustathius anthelia & paropia vocat, quæ Soli opponuntur, ut umbra captetur. τὰ χάριν σκιᾶς προβεβλημένα τῶν προσώπων τοῖς ἡλιαζομένοις. Aristophanes in *Equitibus:*

Τὰ δ' ὦτα νὴ Δία ἐξεπετάννυτο ὥσπερ σκιάδιον.

Interpres: σκέπασμά τι ἔχουσι γυναῖκες θέουσαι, ὑπὲρ τοῦ μὴ καίεσθαι τὰς ὄψεις ὑπὸ τοῦ ἡλίου. ἐκτείνεται ἢ καὶ συστέλλεται πρὸς τὸν κατεπείγοντα χρόνον. Martialis in *Apophoret.* epig. XXVIII.

Accipe quæ nimios vincant umbracula Soles,
Sit licet & ventus, te tua vela tegent.

Juvenalis satyr. IX.

En cui tu viridem umbellam, cui grandia mittas
Succina. ——

Illud Martialis in *Apophoret.* ep. XXIX.

In Pompejano tectus spectabo Theatro,
Nam populo ventus vela negare solet.

Lipsius eruditissimus de causia accipit: vulgata lectio verior de gausapa, seu birro, id est, ut interpretatur Juvenalis vetus interpres, lacerna, fimbriato pallio, seu penula. Vopiscus in *Carino: Donati sunt ab Atrebaticis birri petiti, donati birri canusini.* Ita igitur perdurabant spectaculis, ut qui ante alios exiret, aut surgeret, colaphis cæderetur: quod ætate Philippi accidisse legimus. Eam populi insaniam carpsit Juvenalis satyr. III.

Si potes avelli Circensibus, optima Soræ,
Aut Fabrateriæ domus, aut Frusinone paratur.

Nam ne rebus quidem putidiusculis ac pudendis, quarum necessitas incumbit, ut discederent adducebantur: aquam enim per canaliculos in oculis omnium non modo in Amphitheatro, sed & in Circo petebant. Tertullianus *de Spectac. Sic evenit, ut qui in publico vix necessitate vesicæ tunicam tenet, idem in Circo aliter non exultet, nisi totum pudorem in faciem omnium intentet.* Hac turpitudine furoreque offensi aliquot Imperatores, raro spectaculis interfuerunt, aut aliud inter spectandum egerunt. Julius Cæsar epistolas subinde lectitabat, ait Suetonius. Julianus perfuga quidem a fide & desultor, sed philosophicæ gravitatis studiosus, infrequens in Circo fuit, neque totum ibi diem ponere sustinuit. In *misopogon.* de se testatur: ὀλιγάκις εἰς ἱπποδρομίας φοιτῶν ἐν τῇ ἑορτῇ τῶν θεῶν, οὐδὲ διημερεύω καθάπερ εἰώθεσαν ὅ τε ἀνεψιὸς ὁ ἐμὸς, &c. Id est, *raro in Circum venio Deorum celebritatibus, neque totum diem ago, ut soliti erant patruelis meus, & pater ejus: ubi spectavi sex missus, abeo.* ἓξ δὲ τοὺς πάντας θεώμενος δρόμους, ἀπαλλάττομαι. Confluebat igitur populus singulari alacritate in Circum: & si qua re opus esset, illud summa libertate ab Imperatoribus flagitabant. Illi ut plerumque populo gratificabantur. Josephus lib XIX. cap. I. ῥωμαῖοι συνιᾶσι προθύμως εἰς τὸν ἱππόδρομον, καὶ ἐφ' οἷς χρήζοιεν, δέονται τῶν αὐτοκρατόρων κατὰ πλῆθος συνελθόντες. οἱ δὲ ἀναντιλέκτως τὰς δεήσεις κρίναντες οὐδαμῶς ἀχαριστῶσι. Id est, *Romani conveniunt prompte in Circum, & si quid volunt, rogant Imperatores multi simul collecti. Illi autem ita de iis quæ rogantur judicant, ut contradicere nefas sit, nunquam tamen populo non gratificantur.* Tertullianus *in Marcion. Quid? non in omnem libidinem ebullis? non frequentas solemnes voluptates Circi furentis, & caveæ sævientis, & scenæ lascivientis?* Salvianus lib. VI. *Quicquid immoderationis in Circo, quicquid furoris in caveis.* Illud in insaniente populo studium Circensium mirifice expressit Juvenalis satyr. XI.

Totam hodie Romam Circus capit, & fragor aurem
Percutit, eventum viridis quo colligo panni.
Nam si deficeret, mœstam attonitamque videres
Hanc urbem, veluti Cannarum in pulvere victis
Consulibus: spectent juvenes, quos clamor, & audax
Sponsio, quos cultæ decet assedisse puellæ.

Spectatores omnes, maxime Constantinopoli, eo colore cui faverent, induebantur, & hirundines ac columbas in Circum inferebant, quibus domum victoriam alligato filo, aut panno indicii causa denuntiarent. *Cæcinna Volaterranus equestris ordinis quadrigarum dominus, comprehensas hirundines in Circum secum auferens, victoriæ nuntias amicis mittebat, in eundem nidum remeantes illito victoriæ colore,* Plinius lib. X. cap. XXIV.

CAP. XLVI.

An pileati & discalceati spectarint?

SUB Caligula mos inductus, ut in Circo, sicut in Theatris, pileos ferrent ad aeris, vel Solis inclementiam arcendam. Romæ quippe, & Constantinopoli, & ubique gentium Circi erant sine tecto. Chrysostomus, *Quod non sit contemnenda Ecclesia:* καὶ ἐν μὲν ἱπποδρόμῳ οὐκ ὀρόφου ἐπικειμένου τούτου στέγοντος, οἱ πλείους πολλῶν ὄμβρων καταφερομένων, καὶ ἀνέμου τὸ ὕδωρ εἰς ὄψεις ῥιπίζοντος ἑστήκασι μαινόμενοι: *& quidem in Circo ubi non est tectum, maxima pars imbres deciduos ferunt, & ventum a quo imber in vultum ventilatur.* Omnibus certe celebritatibus pileati Romani fuerunt: unde *pileatam Romam* Saturnalibus Martialis vocat libr. XI. epig. VI.

Permittis, puto, pileata Roma.

De causiis in Theatro Dio p. 442. πίλους τὸν θετταλικὸν τρόπον εἰς τὰ θέατρα φορεῖν, ἵνα μὴ τῇ ἡλιάσει ταλαιπωρῶνται ἐπετράπη. καὶ εἴ γέ ποτε εἰς ὑπερβολὴν ἐπέφλεξε, τῷ διριβιτωρίῳ ἀντὶ τοῦ θεάτρου ἰκριωμένῳ ἐχρῶντο. Id est, *Caligula Senatoribus causias Thessalicas in Theatra ferre permisit, ne insolatione torquerentur: & si quando æstus esset intolerabilior, utebantur diribitorio pro Theatro.* Et p. 459. non pileati modo si nimius ardor esset, verum & discalceati cum ad aucupandum frigus, tum ad delicias in Circum ibant. Idem lib. LVII. ἐξῆν καὶ ἀνυποδήτοις βουλομένοις θεάσασθαι, νομιζόμενόν που ἀπὸ τοῦ πάνυ ἀρχαίου, καὶ δικάζειν τινὰς ἐν τῷ θέρει, καὶ πολλάκις, καὶ ὑπὸ τοῦ αὐγούστου ἐν ταῖς θεριναῖς πανηγύρεσι γενόμενον, ἐκλειφθὲν δ' ὑπὸ τιβερίου. Id est, *licebat iis qui vellent discalceati spectare, qui mos jam olim tenuerat, & judicia exercere per æstatem: quod ab Augusto in celebritatibus æstivis servatum erat, sed a Tiberio plane omissum.* ἀνυποδήτους cave intelligas nudis plane pedibus, sed more Græco soleatis, aut crepidatis. Sic apud Plut. Cato ἀνυπόδητος am-

bulasse dicitur *crepidatus*. Tacitus Germanicum ait *intectis pedibus*. Tertullianus *de Pallio: Aut pedes nudi*; magis certe virile quam in calceis. Ex hoc loco Suetonii Franciscus Modius ostendere conatur, Circenses per plateas & fora vulgo celebratos; male, meo animo. Quamquam enim cœnacula proprie dicuntur superiores domus contignationes, pauperum domicilia, non tamen inde efficitur in plateis & foris vulgo Circenses habitos, cum varii Circi Romæ fuerint, in quibus decursiones curules e cænaculis ædificiorum urbis prospici possent. Equidem cænacula pro foris & spectaculis libertorum & amicorum Cæsaris, id est, locis quæ ad spectandum sibi extruxerant, accipio. Cænacula item pauperiorum fuere. Prudentius:

Omnis qui celsa scandit cænacula vulgus.

Juvenalis;

—— Rarus venit in cænacula miles.

Horatius;

Quid pauper? ride, mutat cœnacula.

Cænationes divitum, apud Senecam epist. LXXVIII. & XC. In Circo & Theatro, quia sine tecto fuere, inducebant lacernas adversus injuriam frigoris aut pluviæ. Martialis libr. XIV. epigram. CXXXVII.

Amphitheatrales nos commendamur ad usus,
Cum tegit algentes nostra lacerna togas.

Tertullianus in *Apologet. Video & Theatra nec singula satis esse, nec nuda. Nam ne vel hyeme voluptates impudicæ frigerent, primi Lacedæmonii penulam ludis excogitarunt*. Ideo Sole fatiscere, & pluviis Romanos in Circo ait Ammianus libro XIV. *Quod est*, inquit, *studiorum omnium maximum, ab ortu ad vesperam Sole fatiscunt, vel pluviis præmia aurigarum equorumque velut præcipuas delicias scrutantes*: quod idem ostendit Chrysostomus homil. *ad eos qui deserunt synaxes*: ὅταν πᾶσα ἡ πόλις πρὸς τὸν ἱππόδρομον μεταστῇ, καὶ οἰκίαι, καὶ ἀγοραὶ εἰς τὴν παράνομον θεωρίαν ἐκινηθησαν ἐκείνην· ἐκεῖ δὲ οὐ τὸν ἱππόδρομον μόνον, ἀλλὰ καὶ ὑπερῷα, καὶ οἰκίας, καὶ δώματα, καὶ κρημνοὺς, καὶ μυρίους ἑτέρους ἄνωθεν καταλαμβάνουσι τόπους. ἐκεῖ δὲ καὶ ἥλιον γυμνῇ δεχόμενοι τῇ κεφαλῇ, καὶ πατούμενοι. *Cum omnis civitas transierit in Circum, & domus, & fora ad spectaculum illegitimum commota sint. Illic autem non tantum Circum, sed & cænacula, & domos, & cacumina, & infinitos alios in excelso capiunt locos. Ibi autem Solem nudo capite excipientes, & obtriti.*

CAP. XLVII.

De Circi clamoribus.

Miri erant in spectatoribus animorum motus pro varietate, casuque certaminis. Nam & manus movebant, & togas jactabant, & clamabant, ac tumultuabantur præmia flagitantes ante victoriam, si forte aliquem jam victorem spe præciperent. De manuum agitatione Varro l. II. *de Re Rustic. Manus movere malunt in Circo & in Theatro, quam in segetibus*. Philostratus lib. II. βοῶσι γοῦν ἀναπηδήσαντες τῶν θάκων, καὶ οἱ μὲν τὼ χεῖρε ἀνασείουσι, οἱ δὲ τὴν ἐσθῆτα, οἱ δ' αἴρονται ἀπὸ τῆς γῆς, οἱ δὲ τοῖς πλησίον ἱλαροὶ προσπαλαίουσι. *Clamant exilientes sedibus, & alii manus movent, alii vestem, alii tolluntur a terra, alii alacres luctantur cum propinquis*. Gregorius Nissen lib *de vita Mosis: Ut qui certamen equorum non sine voluptate spectant, etsi nihil ad cursum diligentiæ illi prætermittant quos vincere optant; oculis tamen cursum ipsorum solliciti prospicientes, clamant atque hortantur, incitareque ac efficere se putant, ut velocius equi pervolent, cum huc atque illuc una cum equis flectantur, & manum quasi flagellum in ipsos extendant, atque incutiant*. De jactatione togarum maxime cum aurigam aliquem ad cursum revocarent, Ovidius lib. III. eleg. II. *Amorum*:

—— Sed eum revocate Quirites,
Et date jactatis undique signa togis.

De præmii flagitatione Silius lib. XVI.

Evolat ante omnes, ventos post terga relinquit:
Conclamant, plausuque fremunt, votique peractam
Majorem credunt præcepto limite partem.

Plato lib. VII. *de Legibus* ait exclamasse spectatores in ipsis agonibus, & non sine victoris laudibus, victorem appellasse, non expectata tubicinis aut præconis renuntiatione; ἐν ὀλυμπίᾳ θεόντων ὅπως ἵππων ἢ δολιχοδρόμων ἀνδρῶν διανοούμεθα πέρι, καὶ προσηγορεύομεν τὸν μὲν τάχιστον, ὡς βραδύτατον, τὸν δὲ βραδύτατον, ὡς τάχιστον, ἐγκώμιά τε ποιοῦντες. *In Olympia cogitamus de currentibus equis, & de viris stadium sexies obeuntibus, & appellamus celerrimum, ut tardissimum, tardissimum, ut celerrimum, encomia facientes*. Disertius Sidonius in *Narbone*:

Jam sexto reditu perexplicato,
Jamque & præmia flagitante vulgo.

Juvenalis:

—— & duo fortes
De grege Mœsorum qui me cervice locata
Securum jubeant clamoso insistere Circo.

Item;

—— exultat rauco victoria Circo.

Eustathius *Iliad.* ψ. παρακολούθημα καὶ αὐτὸ ἀγῶνος ὡς τῶν θεάτρων συναγωνιώντων τοῖς τοιούτοις οἱ συνδιατιθέμενοι ἐρίζουσι, ἰάχουσι, σιωπῶσι αὖθις, ἥδυ γελῶσι, ἄχθονται, παιανίζουσι, καὶ ὅλως παντοῖοι γίνονται. Dio Chrysost. in *Cyneg.* οἱ δὲ ἄρχοντες εἰς τὸ θέατρον ἐβάδιζον, ὅ ἐστιν ὥσπερ φάραγξ ἐξ ἡμίσους, οὐκ αὐτόματον, ἀλλ' ᾠκοδομημένον λίθοις. ὁ ὄχλος ἐβόων ποτὲ μὲν πρᾴως καὶ ἱλαρῶς πάντες, ἐπαινοῦντες τινάς, ποτὲ δὲ σφόδρα καὶ ὀργίλως. Vide Ciceronem II. *Philip.* in stadio cursores exclamant quam maxime possunt, faciunt idem cum exercentur athletæ. De Circi clamore qui toto curriculo frequentabatur, maxime vero inter laxandum repagula, res mira, usque adeo ut furor & insania, non clamor, appellaretur. Tertullianus *de habitu mulier. Circi furoribus, arenæ atrocitatibus, aut scenæ turpitudinibus*. Et in *Apologetico*: *Nihil est nobis cum insania Circi, cum impudicitia Theatri, cum atrocitate arenæ, cum xysti vanitate*. Vide quam belle & accomodate singulis sua tribuat. Sed eleganter ac jucunde lib. *de Spectaculis: In Circo proprie furor præsidet; aspice populum ad id spectaculum jam cum furore venientem, jam tumultuosum, jam cæcum, jam de sponsionibus concitatum; tardus est illi Prætor, semper oculi in urna ejus cum sortibus volutantur*. Furorem igitur vocat Tertullianus, insaniam Arnobius lib. VIII. *Ludis curulibus quis non horreat populi in se rixantis insaniam*? Lactantius lib. VI. cap. XX. tria vitia Circi ponit, insaniam, levitatem, vanitatem. Sic enim ait: *Circensium enim ludorum ratio quid aliud habet nisi levitatem, vanitatem, insaniam? tanto namque impetu concitantur animi in furorem, quanto illic impetu curritur, ut jam plus spectaculi exhibeant qui spectandi gratia veniunt, cum exclamare, & efferri, & exsilire cœperint*. Sponsiones, convicia, rixæ fervebant ac fremebant. De sponsionibus nuper Tertullianus auditus: apud Homerum lib. XXIII. *Iliad.* Idomeneus ira percitus Ajacem sic appellat:

Αἶαν νείκει ἄριστε, κακόφραδες, ἄλλα τε πάντα
Δεύεαι ἀργείων, ὅτι τοι νοός ἐστιν ἀπηνής.
Δεῦρο νῦν ἢ τρίποδος περιδώμεθον, ἠὲ λέβητος,
Ἴστορα δ' ἀτρείδην ἀγαμέμνονα θείομεν ἄμφω
Ὁππότεροι πρόσθ' ἵππον, ἵνα γνοίης ἀποτίνων.

Id est, *Aiax convicio fortis, inconsulte, in aliis omnibus infimus es Græcorum, quia tibi animus est immoderatus, agedum certemus sponsione aut tripodis, aut lebetis, & Atridem cognitorem & arbitrum constituamus, utri equi sint priores in cursu, ut quod est noris impensa tua.* Rem attigit Martialis lib. XI. ep. I.

Sed cum sponsio fabulæque lassæ
De Scorpo fuerint, & Incitato.

Sponsionibus igitur certabant, conviciis, tumultu, rixis. Virgilius V. *Æneid.*

Tum plausu fremituque virum, studiisque faventum
Consonat omne nemus, vocemque inclusa volutant
Littora, pulsati colles clamore resultant.

Nazianzenus pag. 184. conqueritur de Episcopis: *οὐ φέρω τοὺς ἱππικοὺς ἡμῶν, καὶ τὰ θέατρα, καὶ τὴν ἀντίῤῥοπον ταύτην μανίαν, σύν τε δαπανήμασι καὶ σπουδάσμασι μεταζεύγνυμεν, ἀντιζεύγνυμεν, ἀντιφρυασσόμεθα, μικροῦ καὶ τὸν ἀέρα παίομεν, ὥσπερ ἐκεῖνοι, καὶ βάλλομεν κόνιν εἰς οὐρανὸν, ὥσπερ ἐξεστηκότες, καὶ ὑπ' ἄλλοις προσώποις τὰς ἡμετέρας ἐκπληροῦμεν φιλονεικίας.* *Non fero,* ait, *curules nostros ludos, & Theatra, & furorem hunc contra ponderantem in sumptu & studio: simul jungimus equos, contra jungimus, contra ferocimus, & parum abest, quin ut theatrici, aerem verberemus, & jaciamus pulverem in aerem, ut extra nos rapti, & sub alienis personis nostras explemus æmulationes.* De conviciis Tertull. *de Spectac.* Inde (post missam mappam) maledicti convicia, odii suffragia sine merito amoris: nam ne ab ipsis quidem Senatoribus in Circo abstinebant. Cassiodorus lib. I. *Variar.* a populo quæ vel Senatoribus in Circo dicteria figuntur, non vindicantur. Imo Deos ipsos conviciis lacerabant, ait Dio Chrysostomus oratione *ad Alexandrinos*: *ἀλλ' ὅταν εἰς τὸ στάδιον ἔλθητε, τίς ἂν εἰπεῖν δύναιτο τὰς ἐκεῖ κραυγὰς, καὶ θόρυβον, καὶ ἀγωνίαν, καὶ σχημάτων μεταβολὰς, καὶ χρωμάτων, καὶ βλασφημίας.* Id est, *cum in stadium veneritis, quis dicere possit clamores, & tumultus, contentiones, gestuum mutationes, & colorum, & convicia?* mox ubi Rhodios docuit sine tumultu ac rixa spectare, subjungit: *ἡμεῖς δὲ πηδῶντες, μαινόμενοι, παίοντες ἀλλήλους, ἀπόῤῥητα λέγοντες, καὶ τοὺς θεοὺς αὐτοὺς πολλάκις λοιδοροῦντες, καὶ γυμνοὶ βαδίζοντες ἀπὸ τῆς θέας ἐνίοτε,* id est, *nos autem exsilientes, furentes, cædentes in vicem, fanda & infanda dicentes ore opico, & Deos ipsos sæpe conviciantes, nudique interdum e Circo exeuntes.* Et cum in varia studia distracti fremerent ac digladiarentur, favere dicebantur. Plinius lib. IX. *Epist. Nunc favent panno, studium favorque transivit, & repente agitatores relinquent illos equos quorum clamitant nomina.* Favor is interdum pretio redimebatur. Hieronymus epist. LXXXIII. *Favorem populi in aurigarum morem pretio redimere:* unde & favorabilem aurigam Ammianus Marcellinus lib. XXIX. cap. III. *Athanasius favorabilis tunc auriga suspectus ei (Valentiniano) vulgari levitate, ut vivus incendi juberetur, si quid tentasset hujusmodi,* id est, si equos militares publicos mutasset. Favor dicitur Martiali lib. X. epig. L.

Plange favor sæva pectora nuda manu.

Vide & epig. LIII. In cursu quidem faventes regebant clamorem pro fortuna currentium. Sidonius in *Narbone*:

Instabant alii manu, atque voce
Passim, & deciduis in arva guttis
Rectorum alipedumque sudor ibat:
Raucus corda ferit fragor faventum.

sic lege:

Atque ipsis pariter viris equisque
Fit cursu calor, & timore frigus.

Clamorem illum cum repentina res, aut victoria naufragiumve accidisset, mire attollebant. Sidonius:

Miscet cuncta fragor resuscitatus
Quantum non cyparissifer Lycæus,
Quantum non nemorosa tolli tossa,
Crebras inrequieta per procellas.

Ita lege: Ipsi equi veniebant ad partes, & clamoribus incendebantur. Hieronymus l. II. ep. XVIII. *Equorum cursus favore pernicior* (non perniciosior) *cum fit, pugilum fortitudo clamoribus incitatur.* Plinius l. VIII. cap. XLII. *Nam in Circo ad currus juncti non dubie intellectum adhortationis & gloriæ fatentur* equi. Seditiones in Circo frequentes fuisse ostendimus ob studia fautorum. Cassiodorus lib. I. epist. *ad Albinum & Avienum* XX. *Partis Prasinæ insinuatione comperimus seditiones turbulentas a quibusdam scelestissimis incitari, & causam lætitiæ publicæ ad furoris certamina prorupisse.* Idem eodem lib. epist. XXVII. *ad Speciosum*: *Mores graves in spectaculis quis requirat? Ad Circum nesciunt convenire Catones: quicquid illic populo gaudente dicitur, injuria non putatur. Locus est qui defendit excessum. Quorum garrulitas si patienter accipitur, ipsos quoque Principes ornare monstratur. Respondeant nobis certe qui talibus studiis occupantur, si tranquillos optant adversarios suos? Certe nolunt eos esse victores, quando ad injurias tunc prosiliunt, cum se superatos turpiter erubescunt.* Epist. XXXI. *Spectacula voluptatum lætitiam esse volumus populorum.* Epist. XXXII. *ad Agapitum præfectum urbis: Circumspicere te decet, ne qua in spectaculis seditionum causa nascatur.* Statius libro V. *Sylvarum* ad uxorem:

—— *Nec aut rapidi mutent te prælia Circi.*

Fautorum erant factiones, *αἱρέσεις*. Pollux *πράξεις* vocat: *ἐφ' ἣν καταπιθέντες τὴν σφαῖραν ἑτέρας δύο γραμμὰς κατόπιν ἑκατέρας τῆς πράξεως καταγράψαντες.* *In quam lineam deposita pila duas lineas pone utramque factiones non descripserint;* factores in ludo pilæ fuere. Plautus in *Curcul.*

Tum isti qui ludunt datatim servi scurrarum in via,
Datores, & factores omnes subdam sub solum.

Factiones dictæ & partes. Martialis epigr. XX. *Amphitheatri*:

Dum peteret pars hæc Myrinum, pars illa triumphum.

Cassiodorus epist. XXXII. lib. I. *spectaculorum studia, partesque.* Tacitus *Annal.* I. *certamina.* Veteres Ecclesiæ Patres ob impudentiam, & factionum certamina, ludos Circi, Theatrique improbarunt. Cyrillus Catech. I. *πομπὴ δὲ διαβόλου ἐστὶ θεατρομανίαι, καὶ ἱπποδρομίαι, κυνηγέσια,* &c. *μὴ περισπούδαστος σοι ἔστω ἡ θεατρομανία, ἔνθα τὰς ἀσελγείας τῶν μίμων ὄψῃ ὕβρεσι πεπραγμένας,* &c. *Pompa est diaboli Theatri insania, Circi cursus, venationes. Ne studio tibi sit furor Theatri, ubi conspicias mimorum petulantias omni contumelia & impudicitia refertas, & virorum effæminatorum choreas secteris. Nec illos admireris qui ut ventri serviant, efferatis bestiis se exponunt.* *φεῦγε καὶ τὰς ἱπποδρομίας τὸ ἐμμανὲς θέαμα, καὶ ψυχὰς ἐκτραχηλίζον:* *fuge & equorum curricula, spectaculum furiosum, quod animas quasi ruptis cervicibus perdit.* Ad Circenses tamen ludos quanto studio Christiani ipsi ferrentur, vide apud S. Basilium in *Gordio*: *πᾶσα ἡ πόλις ἑορτὴν ἄγουσα φιλοπολέμῳ δαίμονι, κατειλήθει θέαν ἀγῶνα ἱππικὸν θεωμένη. οὐ ἰουδαῖος ἀπῆν, οὐκ ἕλλην, καὶ χριστιανῶν δὲ πλῆθος. ἀλλὰ καὶ δούλους ἀνῆκαν δε-*

σπόται, καὶ παῖδες ἐκ διδασκαλείων πρὸς τὴν θέαν ἔτρεχον. pag. 205. *Omnis civitas festum celebrans Marti bellatori, convenerat spectatura curule certamen. Judæus non aberat, non Græcus, & multi erant Christiani. Sed & domini servos remiserant, & pueri ex ludis literariis currebant ad spectaculum.* Fuere igitur fautores in Circo, a quibus clamores & rixæ. Ovidius lib. III. *Amor.* eleg. II.

Cui tamen ipsa faves, vincat ut ille precor.

Libro I. *Artis*:

—— *Quisquis erit cui favet illa, fave.*

Tertullianus libro *de Spectaculis* cap. XXV. *Ipsa in favoribus aut conspiratio, aut dissensio inter se de commercio scintillas libidinum conflabellant.* Plinius libro IX. epist. VI. *Favent panno, pannum amant, & si in ipso cursu, medioque certamine, hic color illuc, ille huc transferatur, studium favorque transibit.* Corippus:

—— *Studiorum jurgia cessent,*
—— *Studiorum gaudia surgunt.*

Vetus inscriptio:

Factionis Venetæ Fusco sacravimus aram,
De nostro certe studiosi, & bene amantes.

Alia inscriptio:

Favisti vivo forsitan ipse mihi.

Claudianus *de sexto Consulatu Honorii*:

—— *Flagrans studiis concordia vulgi,*
Consensuque cavæ sublatus in æthera vallis
Plebis adoratæ reboat fragor. ——

Libro II. *de laudibus Stiliconis*:

—— *quoties vallis tibi Murcia ducet*
Nomen Aventino, Pallantæoque recessu.

Lucanus libro IV.

—— *Vires in valle retentat.*

Ovidius lib. II. *Fastorum*:

Quaque jacent valles, maxime Circe, tuæ.

Plinius libro II. cap. XLIV. libro XV. Cassiodorus lib. III. epist. LI. Ausonius de ναὶ καὶ οὔ.

Hinc fora dissultant clamoribus, hinc furiosi
Jurgia sunt Circi, cuneati hinc læta Theatri
Seditio. ——

Tertullianus libro *de Spectac.* cap. XXI. *Nunquid ergo & extra limites Circi furori studemus; & extra cardines Theatri impudicitiæ intendimus, & insolentiæ extra stadium?* Idem: *In Circo aliter non exultet, nisi totum pudorem in faciem omnium intentet.* Ad comprimendas populi turbas ludis statio militum excubabat, qui stationarii milites dicti. Prætor interdum factiosos in carcerem compingebat. Tacitus *Ann.* lib. XIII. *Vibullius Prætor immodicos fautores histrionum in vincula duxerat, comprobavere Patres.* Item, fine anni statio cohortis adsidere ludis solita demovetur, quo major species libertatis esset, utque miles theatrali licentia non permixtus incorruptior ageret. Suetonius in *Nerone* cap. XXI. *Sed adjuvante vulgi preces militum statione quæ tunc excubabat.* Ulpianus de officiis præfecti urbis: *Debet dispositos milites stationarios habere ad tuendam popularium quietem.* Popularia, loca intelligit populi in media cavea. Ammianus libro XXVIII. *Exoptato die equestrium ludorum illucescente nondum Solis puro jubare fusius omnes festinant præcipites, ut velocitate currus ipsos anteeant certaturos, super quorum eventu discissi votorum studiis anxii plurimi agunt pervigiles noctes.* Lactantius in Epitom. *Circus innocentior æstimatur, sed major hic furor est.* Siquidem mentes spectantium tanta feruntur insania, ut non modo in convicia, sed etiam in rixas, nec non & in prælia, & contentiones sæpe consurgant. Seneca epist. *Ecce Circensium obstrepit clamor, subita aliqua & immensa voce feruntur aures meæ.*

CAP. XLVIII.

De Factionibus.

IN Circo tot factiones fuere quot colores, id est, quatuor, qui quatuor anni tempestates signarent, δήμους vocant, αἱρέσεις, συναιρέτας, Quadrigarii ipsi in veteribus inscriptionibus dicuntur boni factionarii. Sui temporis primus, & unus factionarius. In ludo item pilæ factiones, & factores. Latini partes. Ovidius de nuce:

Ac cum maturas fisso nova cortice rimas
Nux agit, ad partes pertica sæpe venit.

Greg. Nazianzenus pag. 192. ὁρᾶτε τοὺς περὶ τὰς ἱπποδρομίας ἐσπουδακότας τούτους, οἳ ἀπὸ τῶν χρωμάτων ὀνομάζονται, καὶ τῶν μερίδων αἷς συνεστήκασι. *Videte eos qui student Circo, eos, inquam, qui nominantur a coloribus, & a partibus a quibus faciunt.* Juvenalis satyr. IV.

—— *& est mihi sæpe vocandus*
Ad partes. ——

In veteribus Glossis partiosus, φαῦλος, nimirum ut factiosus. Capitolinus in *Pertinace*, *a partibus remotus est*: id est, a societate. Poetæ ubique hoc frequentant. Seneca in *Thebaide*:

Placidæque amantem pacis
Ad partes vocat. ——

Ovidius lib. III. *de Ponto* eleg. I.

—— *& ad partes prima venire tuas.*

παραιρέται dicuntur qui sunt contrariæ partis. καθυποτάκτας vocat Chrysost. orat. *de Circo.* Ovidius v. *Metamorph.*

Quandoquidem in partes (ait) abstrahor, accipe
Phineu.

Philo in Flaccum. Alexandriæ sunt synodi, & κλῖναι, seu θίασοι factiosorum, in quibus ὁ πρωτεῖα φέρων dicitur συμποσίαρχος, κλινάρχης, παραξίπολις. pag. 676. ἀλειφόβιοι, οἳ τὰς καταβοήσεις, ὥσπερ ἐπ' ἀγορᾶς, πιπράσκοντες. Ab illis partibus factiones ac rixæ in Circo ad multum sanguinem non semel exortæ sunt, de quibus explicavit erudite Lipsius in *Amphitheatro*. Hoc tamen e Manassis politicis haud adhuc vulgatum afferam de seditione Circi notissima sub Hypatio, qua supra hominum millia XXXV. perierunt: αὐτὸν δὲ τὸν ἄνακτα μέλλοντα κινδυνεύειν, καὶ τὴν ἀρχὴν, καὶ ζωὴν ἀθλίως ζημιοῦσθαι, μέσων ἀφήρπασε χειρῶν τοῦ στασιώδους ὄχλου, ἡνίκα συγζευγνύουσιν ἵππους ἁρματοστρόφους, καὶ δρόμους ἐρεθίζουσι προσαμιλλητηρίους, βοὰς ἀφῆκαν κατ' αὐτοῦ τοῦ κρατοῦντος. κακοῖς κατὰ δὲ προστιθεὶς, ἐλάττοσι τὰ μείζω, καὶ κράτος προσβάλλεται, δεικνύων αὐτοκράτορα πατρίκιον ὑπάτιον ἄνδρα τῶν ἐπισήμων, ἀναστασίῳ προσγενῆ τῷ προβεβασιλευκότι. ἐνταῦθα βελλισάριος πίμπραται τὴν καρδίαν, καὶ δορυφόρων σὺν πολλοῖς ἀλκίμοις ὑπερθύμοις τοῦ μωραίνοντος λαοῦ συνέκοψε τὸ σμῆνος. τῶν γὰρ πεσόντων ἡ πληθὺς εὑρέθη πεσουμένη εἰς πέντε πρὸς τριάκοντα χιλιάνδρια ὅλα. Id est, *ipsum autem Imperatorem periculo proximum ne Imperio & vita misere multaretur, Bellisarius e mediis manibus seditiosæ turbæ eripuit, quando conjungunt equos a quibus currus vertuntur, & cursus exercent certatores, voces emiserunt contra ipsum Imperatorem. Populus autem malis mala addens, minoribus majora, etiam potestatem Imperatoris novi contrariam opponit, ostendens patricium Hypatium virum de gente Anastasii Dicori qui prius imperarat, & eum Imperatorem salutant. Ibi Bellisarius uritur in corde, & cum multis protectoribus fortibus ac audacibus insani populi examen dissecuit; numerus eorum qui ceciderunt* XXXV. *millia hominum.* Procopius lib. I. *Persic.* Mulieres, quamvis alias in Theatrum Constantinopolitanum non ineant, maritos tamen ad factiones Prasinas & Venetas sequuntur: tribus diebus

signum hoc sibi dedere, vince. Illa gravis & atrox concertatio fuit, joculares ut plurimum cum inter se temere spectatores contenderent pro coloribus & aurigis. Tertullianus *de Spectacul. Pacem habebit cum amico contendens pro auriga*. Nemo melius hunc populi æstum exponit Cassiodoro lib. III. epist. LI. *Is enim* (inquit de Thoma quodam) *frequenter victor per diversorum ora volitavit, plus vectus factus favore quam curribus, suscepit partem populi protinus inclinatam*. Deinde subjungit: *Spectaculum expellens gravissimos mores, imitans levissimas contentiones, evacuator honestatis, fons irriguus jurgiorum*. Et paulo post: *Stupendum est quod illic supra cætera spectacula fervor animorum inconsulta gravitate rapiatur: transit Prasinus, pars populi mœret: præcedit Venetus, & potior turba civitatis affligitur; nihil proficientes ferventer insultant, nihil patientes graviter vulnerantur, & ad inanes contentiones sic descenditur, tanquam de statu periclitantis patriæ laboretur*. Eas factionum commotiones sæpe accendebant ad cædem usque Imperatores. Josephus lib. XIX. cap. III. *οἰκοδομὰς στάσεων τοῦ ἱππικοῦ* vocat, id est, *substructiones seditionum Circi*, ad quas acuendas Caligula manum militarem adornabat: *εὔτυχος ἡνίοχος τοῦ καλουμένου πρασίνου περισπούδαστος γαΐῳ, καὶ περὶ τὰς οἰκοδομὰς τῶν στάσεων τοῦ περὶ ἐκεῖνον ἱππικοῦ τὸ στρατιωτικὸν ἐτρίβετο ἀτίμοις ἐργασίαις ἐπικείμενον*. Id est, *Eutychus auriga Prasinæ factionis Cajo carus, & circa molitiones seditionum illius Circi milites tempus terebant inhonestis operibus occupati*. Caligula enim Prasinæ factioni ita addictus erat, ut cœnaret in stabulo assidue, & maneret. Incitato equo equile marmoreum, præsepe eburneum instruxit, auctor Suetonius in *Calig.* cap. LV. Dio aliquid amplius habet pag. 446. *καὶ ἕνα γε τῶν ἵππων, ὃν ἰγκίτατον ὠνόμαζε, καὶ ἐπὶ δεῖπνον ἐκάλει, χρυσᾶς τε αὐτῷ κριθὰς παρέβαλλε, καὶ οἶνον ἐν χρυσοῖς ἐκπώμασι προὔπινε, καὶ προσυπισχνεῖτο καὶ ὕπατον αὐτὸν ἀποδείξειν*. Id est, *Caligula unum e suis equis, quem Incitatum appellavit, ad prandium vocabat, & inauratum ei hordeum apponebat, & vinum propinabat in aureis poculis, & pollicebatur Consulem se renuntiaturum*. Vitellius Venetæ factioni sic addictus erat, ut eos qui partes alias foverent, aut Venetis obtrectarent, occidi juberet. Caligula & Nero dediti Prasinæ. Caligula sestertium vicies agitatori Euthyco contulit. Caracalla, cum in aurigam, cui studebat, populus cavillatus esset, exercitum immisit, & pœnas exegit. Alterius insaniam accipe, usque eo provectam, ut in rogum aurigæ Russati, cui favebat, se conjiceret, Plinio teste lib. VII. cap. LVII. Prasinos Imperatores in deliciis & amoribus pene semper habuere. Nero quidem Prasino habitu aurigabatur: Caligula in stabulo Prasinorum cœnitabat. De Nerone Xiphilinus; *ὁ νέρων ἡρματήλατε τήν τε στολὴν πράσινον ἐνδεδυμένος, καὶ τὸ ἡνιοχικὸν περικείμενος*. Id est, *Nero agitabat indutus vestem viridem, & galea aurigantium tectus*. Ubi observato, fuisse quoddam capitis tegmen aurigis solemne, quod galeæ instar esset. De Caligula Dio lib. LVII. *ἰσχυρῶς τῷ τὴν βατραχίδα ἐνδυόντι προσέκειτο, καὶ διὰ τοῦτο ἀπὸ τοῦ χρώματος τοῦ πρασίνου λεγομένου, ὥστε καὶ νῦν γαϊανὸν ἀπ᾽ αὐτοῦ τὸ χωρίον ἐν ᾧ τὰ ἅρματα ἤσκει καλεῖσθαι*. Id est, *Caligula bene animatus erat in eum qui viridi panno uteretur, qui & a colore Prasinus dicebatur, ita ut hodieque locus ab ipso dicatur Cajanus ubi currus exercebat*. Verus Imperator hunc colorem sic adamarat, ut Volucris Prasini equi aureum simulacrum fecerit, in cujus equi gratiam primum cœperunt equi aurei, vel bravia postulari, ait Capitolinus in *Vero*. Sed a quibus postularentur, non indicat; a populo puto, nisi si forte ab aurigis. Verum & plebecula in eo panno insaniebat. Juvenalis satyr. XI.

> *Totam hodie Romam Circus capit, & fragor aurem*
> *Percutit, eventum viridis quo colligo panni.*

Unde Circensibus virides umbellæ. Juvenalis satyra IX.

> *En cui tu viridem umbellam, cui grandia mittas*
> *Succina.* ——

πράσον porrum esse, unde prasinus color dictus sit viridis, vulgo scitum est. Dioni *βατραχίδα ἐνδύνων* dicitur, qui prasino colore utitur.

CAP. XLIX.

De Coloribus.

COLORES Diis & elementis attributi sunt; russei equi Soli (sic legendum apud Isidor. cap. XVII non rosei) id est, igni, albi aeri, prasini terræ, veneti mari. Item russeos æstati currere voluerunt, albos hyemi & Zephyris, veri prasinos & floribus, venetos aquis, Marti luteos, & croceos igni & Soli, purpureos Iri, ait Isidorus. Luteos, croceos, purpureos, pro russeis accipe; nam quatuor hi tantum in Circo fuere colores. Si vis *roseum* legere apud Isidorum, ut purpureum & russum intelligas, non prohibeo: maxime cum apud Corippum & Cassiodorum ita legatur. Tertullianus russeum æstati ob Solis ruborem. Solis equi apud Martialem & Fulgentium lib. x. *Mythol.* russeum colorem sonant. Hic enim quatuor ponit, Erythræum, Æthona, Lampum & Phlogea. Cedrenus p. 121. paulo aliter colores interpretatur: *ἐπέθηκε τοῖς μέρεσι τὰ ὀνόματα ταῦτα. τῇ γῇ τὸ πράσινον ὅ ἐστι χλοῶδες. τῇ θαλάσσῃ τὸ βένετον, καθὸ εἰσι τὰ ὕδατα. τῷ πυρὶ ῥούσιον, καὶ τῷ ἀέρι τὸ λευκόν· τὸ δὲ πράσινον ἐκάλεσε ἀπὸ μεταφορᾶς τοῦ πρεσσόντου* (lego, *τοῦ πράσου*, quod *porrum* significat, unde *πράσινος porraceus* ac *viridis*.) *ἴδιον γὰρ τῆς γῆς τὸ χλοῶδες διὰ παντός. τὸ δὲ βένετον ἀπὸ τῆς βενετίας. καὶ προσεκόλλησε τῇ γῇ τὸ λευκόν, τουτέστι τὸν ἀέρα. διότι ἑκάτερα τῆς ἀλλήλων συγκράσεως δέονται*. Id est, *Romulus imposuit partibus ista nomina; terræ viride & porracem: mari venetum, quia aquæ sunt cæruleæ: igni russeum, & aeri album. Prasinum vocavit a metaphora porri; proprium enim est terræ ut herbis vireat. Venetum dicitur a venetia; & conjunxit album cum viridi, id est, aerem cum terra, quia inter se misceri ac temperari utraque debent; itidem russeum subjunxit cæruleo, quia igni aqua supposita est*: sic enim hæc lego: *ὁμοίως τὸ κύανον τῷ ῥουσίῳ ὑπέταξε, διότι τὸ ὕδωρ ὑπόκειται τῷ πυρί*. Coloris purpurei meminit Cedrenus in *Tiberio Justini*, qui vetuit factiones purpureo colore uti: *γενεθλίου δὲ τοῦ ἱππικοῦ ἀγομένου, καὶ τῶν μερῶν φορούντων στολὰς σωληνωτὰς ἀπὸ βλαττίου ὀξέος, καὶ χλαμύδας παραπλησίας τοῦ βασιλικοῦ, ἔπαυσε ταύτας φορεῖν ὁ τιβέριος*. Id est, *Cum ageretur natalis Circi, & partes ferrent vestes canaliculatas purpureas, & chlamydes Imperatoriis assimiles, Tiberius vetuit ne eas ferrent*. Cassiod. l. III. *Variar.* suo modo colores hos interpretatur, nec usquequaque cum aliis sentit. *Colores*, ait, *in vicem temporum quadrifaria divisione funduntur. Prasinus virenti verno, venetus nubilæ hyemi, roseus* (russeum intelligo, aut lego) *æstati flammeæ, albus pruinoso autumno dicatus est, ut quasi per duodecim signa digrediens annus integer signaretur*. Quid si locus corruptus sit, & legendum? *Venetus nubilo autumno, roseus æstati flammeæ, albus pruinosæ hyemi dicatus est*. Vetus auctor vult rubentem dici a rubo, russum a russo virgulto. Vide Tertullianum lib. *de resurrect. carnis* c. XII. Duobus versiculis & colorum, & equorum, & ipsam aurigæ significationem expressit vetus Poeta:

Tempora cornipedes referant, elementa colores,
Auriga ut Phœbus quattuor aptat equos.

In Dioclis inscriptione: οἱ λευκῇ, καὶ πυῤῥῇ σκευῇ χρώμενοι, καὶ τῇ πρασίνων, καὶ βενετίων. A Dione dicuntur βενέτων, πρασίνων, ῥουσίων, λευκῶν μέρη, καὶ δῆμοι. Plinius in *Epist.* diversorum colorum tunicas, στόλας πέπλας Græci. Corippus lib. I. *Justinian.*

Et fecere duas studia in contraria partes,
Ut sunt æstivis brumalia frigora flammis.
Nam viridis vernis campus ceu concolor herbis,
Pinguis oliva comis, luxu nemus omne virescit,
Æstatis roseus, rubra sic veste refulgens,
Ut nonnulla rubent ardenti poma colore,
Autumni venetus ferrugine dives & ostro,
Maturas uvas, maturas signat olivas,
Æquiparans candore nives, hyemisque pruinam,
Albicolor viridi socia conjungitur urna.

Olim duo colores, albus & russeus hyemi & æstati: postea russeum Marti, ait Tertullian. *de Spectaculis*, album Zephyris, prasinum terræ matri vel verno, venetum cœlo & mari. Domitianus duos colores addidit, argenteum & aureum. Xiphilinus p. 219. τοῖς δ' ἁρματηλάταις δύο γένη, ἕτερα τὸ μὲν χρυσοῦν, τὸ δ' ἀργυροῦν ὀνομάσας προκατέστησε. Suetonius cap. VII. Domitianus *duas Circensibus gregum factiones aurati purpureique panni ad quatuor pristinas addidit*. Non conspirant Dio & Suetonius; hic enim purpureum, ille argenteum a Domitiano institutum ait; sed ii colores paulo post interciderunt; rediit purpureus ætate Tiberii, & in reditu ipso extinctus est, ut est apud Cedrenum. Martialis notat, in Circum a fautoribus illata coccina, quæ media quodammodo inter viridem & cæruleum essent, ut pro alterutro accipi possent; illi, si vinceret Venetus, se Venetos clamabant: si viridis, se Prasinos. Martialis.

Si Veneto Prasinove faves qui coccina sumis,
Ne fias ista transfuga veste vide.

Capitolinus: Verus Imperator Circensium tantam curam habuit, ut frequenter provincialibus literas causa Circensium & miserit & acceperit. Denique etiam præsens, & cum Marco sedens, multas a Venetianis est passus injurias, quod turpissime contra eos faveret; nam & Volucri equo Prasino aureum simulacrum fecerat, quod secum portabat. Longe ante Verum Nero Prasino favit. Martialis lib. XI. epig. XXXIV.

Sæpius ad palmam Prasinus post fata Neronis
Pervenit, & victor præmia plura refert.
I nunc, livor edax: dic te cessisse Neroni.
Vicit nimirum, non Nero, sed Prasinus.

Prasini & Veneti non modo Romæ & Constantinopoli, sed & per Orientem ac Ægyptum volitabant, seditionesque ac tumultus sæpe excitabant. Paulus Diaconus lib. IV. *Langobard. histor.* hujus tempore Prasini & Veneti per Orientem civile bellum fecerunt, ac se mutua cæde prostraverunt. Licet autem quatuor colores essent, & totidem factiones, duæ tantum ubique pene factiones notantur, aut ut palmariæ, aut quia, ut interpretor, albus cum viridi sæpe conjungeretur, russeus cum veneto, ut ex Cedreno & Corippo supra posuimus. Antoninus Imperator in *Vita sua* duarum modo meminit: τὸ μήτε πράσινος, μήτε βενετιανός, μήτε παρμουλάριος. Et ut Romæ Principes addicti Prasinæ, ita & alii Venetæ, eo usque ut equos principes viri in veneta veste sæpe fricarent. ὃν ἠπίστατο τοὺς ἀγωνιστὰς ἵππους ἐν τῇ βενετίῳ ἐσθῆτι ψήχοντα, ait Xiphilin. in *Vitellio*. Ea factionum natio eo usque processerat, ut tota pene Constantinopolis in Venetam & Prasinam divisa esset, ait Zonaras in *Justin.* ὁμονοήσαν ἄμφω τὰ μέρη τό τε βένετον, τό τε πράσινον, καὶ τὰ ἀεὶ ἀλλήλοις ἐναντιούμενα, καὶ στάσεως ἤρξατο. Ju-

A stinianus in Theatrum ἱππήλατον concionem vocavit, ut ad populum verba faceret, & tumultum sedaret. Id est, *factio Veneta & Prasina, quæ semper sibi adversantur, tunc temporis concordarunt, & seditionem inchoarunt*. Eas enim partes sibi semper oppositas fuisse indicat epigramma l. V. *Epigr. Græc.*

Οἱ βένετοι πρασίνοισιν ἐναντίοι αἰὲν ἐόντες.

Theodoretus lib. II. cap. VII. *Histor.* duas tantum factiones numerat Constantinopoli. διχῇ γὰρ διαιρεῖσθαι τοὺς θεατὰς ἀπὸ τῶν χροιῶν τὰς ἐπωνυμίας ἔχοντας, id est, *spectatores dividi bifariam a coloribus nomina sortitos*: quod e Græcis epigrammatis jam liquebit.

B Alba tamen & russata Constantinopoli vigebat, sed obscurius, aut conjunctim cum duabus aliis. Epigram. Græc. pag. 409.

Λευκῆς χρόας τέθριππον ἕλκων εὐστρόφως,
Λευκοῦ μεθέλκων ἡνίας κωνσταντῖνος,
Τοὺς τρεῖς ἐνίκα πρῶτος αἰθέρα φθάνων.

Id est, *quadrigas trahens perite albi coloris, albas habenas adducens Constantinus, tres vicit adversarios primus per aerem anticipans*. Unde manifestum est quatuor colores tum in cursu fuisse: nec enim minus unquam e quatuor portis, quam quatuor currus emittebantur ad septem spatia. Agitatores petaso, vel galea, alba, viridi, russa, veneta distinguebantur alii ab aliis; petasum vocat Athe-

C næus lib. V. Xiphilinus in *Heliogabalo* κράνος; currus ipsi coloribus & pannis distincti erant. Ibidem russati fit mentio,

—— μεθέλκων ῥουσίου τὰς ἡνίας.

Quatuor colores diserte ponit Cedrenus Constantinopoli in *Michaele Theodoræ filio*: ἐνεδέδυτο τὸ βένετον, καὶ πράσινος ἦν ὁ λογοθέτης τοῦ δρόμου κωνσταντῖνος, λευκὸς δὲ χέλας, καὶ ῥούσιος κράσσος. In veteribus inscriptionibus Diocles agitavit primo in factione prasina, postea albata, russata. Sidonius:

Micant colores, albus, vel venetus, virens,
Rubensque.

Aurigæ quidam fuere quos ob artem & peritiam u-

D traque factio sibi deposceret, quique velut ἀλλοπρόσαλλοι, ab utraque parte per vices facerent. Lib. V. *Græc. Epigr.*

Πολλάκι δ' ἀμφοτέρων μέρεων ἔρις ἔμπεσε δήμῳ
Τίς μιν ἔχοι. ——

Id est, *sæpe contentio fuit inter utrasque factiones de auriga illo quem sibi quæque deposcebat*. Duarum tantum partium meminit ibidem:

—— Καὶ νῷ δόσαν κρίσιν ἐκ δύο πέπλων,
Ἀμφοτέροις εἷς μοῦνος ἀεισδούσας παρὰ δήμοις.

Id est, *illum judicarunt e duobus pannis, in utraque factione solus vicit*. factiones illæ δημάρχους, & tribunos suos habebant. Zonaras in *Phoca* δήμαρ-

E χον βένετον vocat. Diaconus lib. XVII. Demarchi utriusque partis Venetorum ac Prasinorum Constantinopoli δήμους vocabant factiones. Lib. I. *Epigram.* pag. 403.

Ἔνθεν ἐλευθερόπαις βενέτων σέο πήξατο δῆμος
Δοιά, τὰ μὲν τέχνης ἆθλα, τὰ δὲ σθένεος.

Id est, *inde puer ingenuus cum his qui senes vicisti, factio Veneta duo fixit tibi præmia, altera artis, altera roboris.* Non modo autem locum habuerunt in Circo hi colores, sed & in Theatro. Cassiodorus lib. I. *Variar.* ep. II. XXVII. XXXIII. *Partis Prasinæ insinuatione comperimus, quoniam hoc introductum est, ut po-*

F *puli de colore vocitentur, seditiones turbulentas a quibusdam sceleratissimis incitari, & causam lætitiæ publicæ ad furoris certamina prorupisse; quapropter a vobis Prasini pantomimus constituatur*. Apud Dion. l. LIX. Cajus Prasina factione summopere delectabatur, ita ut locus in quo aurigaretur hodieque ab eo Cajanus appelletur: ἰσχυρῶς γὰρ τῷ τῆς βαφῆς χ[ρ]ώματι ἐνδύνοντι, καὶ διὰ τοῦτο ἀπὸ τοῦ χρώματος τῷ πρασίνῳ καλουμένῳ προσέκειτο, ὥστε καὶ νῦν ἔτι γαιανὸν ἀπ' αὐτοῦ τὸ χωρίον ἐν ᾧ τὰ ἅρματα ἤσκει καλεῖσθαι. Commodus quoque

domi prasino ornatu currus agebat, narrante Xiphilino. Halagabalus apud eundem currus agitabat prasino vestitu domi. Juvenalis satyr. xi.

Totam hodie Romam Circus capit, & fragor aurem
Percutit, eventum viridis quo colligo panni.

In veteribus inscriptionibus multa de Prasina factione, & aliis coloribus adnotabis. Plin. lib. vii. cap. iv. *Invenitur in actis Felicis Russati aurigæ, jam igne illato in rogum ejus unum e faventibus injecisse se.* Vetus inscriptio Præneste:

CAIO APPVLEIO DIOCLI AGITATORI PRIMO FACT. RVSSAT. NATIONE HISPANO, FORTVNÆ PRIMIGENIÆ D. D. CAIVS APPVLEIVS NYMPHIDIANVS ET NYMPHIDIA FILII.

Plinius lib. viii. cap. xlii. *Claudii Cæsaris sæcularium ludorum Circensibus excusso auriga Albani equi cursu occupato primatum obtinuere, opposita effundentes, omnia quæ contra æmulos debuissent peritissimo auriga insistente facientes. Cum puderet hominum artes ab equis vinci, peracto legitimo cursu ad metam stetere.* Venetus color dictus est cæruleus a mari Veneto; unde & apud Lampridium in *Halagabalo*, pisces veneta conditura cocti dicuntur in marina aqua cum colore suo, quasi vivi in aquis maris adhuc essent. Verba sic habent: *Pisces semper quasi in marina aqua cum colore suo coctos conditura veneta comedit.* Apud eundem Halagabalus æstiva convivia coloribus exhibuit, ut hodie prasinum vitreum, alia die venetum, & sic deinceps exhiberet; ubi venetum a vitreo & ὑαλοειδεῖ diversum facit. Vegetius lib. ii. nautas veste veneta indui debere ait, & vela navium exploratoria cum colore veneto esse pingenda, ut similitudine coloris marini facilius lateant. Apud Dionem Caracalla ἡρματηλάτει τε τῇ οὐενετίῳ στολῇ χρώμενος, *currus agebat ornatu veneto usus.* Septemjuges equi raro adhibiti sunt. In veteri lapide Diocles septem equis in se junctis nunquam ante hoc numero equorum certamine victor eminuit. Purpurei panni, quem Domitianus instituerat, meminit Martialis lib. xiv. epigram. lv.

Proficies nihil, hoc cædes licet usque flagello,
Si tibi purpureo de grege currit equus.

Vulgo Romæ in Circo quatuor tantum currus quatuor ostiis per singulos missus emittebantur; sub Commodo sex etiam currus missos esse docet Dio in *Severo*. In veteri inscript. pannus Chelidonius est viridis seu prasinus, quia chelidon hirundo veris amica est. Quam addictus Nero fuerit Circensibus ab ineunte ætate, indicat Suetonius in *eod.* cap. xxii. *Equorum studio vel præcipue ab ineunte ætate flagravit, plurimusque illi sermo, quanquam vetaretur, de Circensibus erat, &c. Sed cum inter initia Imperii eburneis quadrigis quotidie in abaco luderet, ad omnes etiam minimos Circenses commeabat secessu, primo clam, deinde propalam, ut nemini dubium esset eo die utique affuturum.* Ita & Lampridius Heliogabalum sibi in triclinio quadrigas pransitantem, & cænitantem semper exhibuisse. Auctor *de causis corruptæ eloquentiæ: Jam vero propria, & peculiaria hujus urbis vitia pene in utero matris concipi mihi videntur, histrionalis favor, & gladiatorum equorumque studia.* Lucianus in *Nigrino*: καὶ τὰς ἐν τῇ πόλει ταραχὰς διεξῄει, καὶ τὸν ὠθισμὸν αὐτῶν, καὶ τὰ θέατρα, καὶ τὸν ἱππόδρομον, καὶ τὰς τῶν ἡνιόχων εἰκόνας, καὶ τὰ τῶν ἵππων ὀνόματα, *& turbas seditionesque in urbe commemorabat, & impulsus, ictusque si qui fuerant, & Theatra, & Circum, & aurigarum statuas, & equorum nomina.* Nero Prasino favisse dicitur apud Suetonium in *eod.* cap. xxii. *Et quondam tractum Prasinum agitatorem inter condiscipulos querens*, id est, conquestus, & ægre ferens, quod Prasinus agitator tractus, & vulneratus in Circi naufragio esset. Ita Plin. lib. xxviii. cap. xvii. tractos quadrigis agendis, rotave vulneratos dixit. Neque dissimulabat Nero velle se palmarum numerum ampliare. Cum enim tria palmarum genera Circensibus essent, ut supra ostendimus, primæ, secundæ, tertiæ, voluit quartas addere. Vetus lapis: VICIT CXXX. SECVNDAS TVLIT LXXXVIII. TERTIAS TVLIT VII. Sextus Rufus in lib. *de Region. Urbis*, in nona regione urbis, ubi Circus Flaminius fuit, stabula quatuor factionum ponit. Tacitus lib. i. *Histor.* Vitellius sola perdendi cura, stabula aurigis exstruere intentus. Aurigæ autem ut plurimum servi, aut liberti, aut advenæ fuere. Xiphilinus de Trajano, ἐπεὶ οὖν τε θέᾳ βοῶν ὁ δῆμος ἁρματηλάτην τινὰ ἐλευθερωθῆναι ἐδεῖτο, ἀντεῖπε διὰ πινακίου γραφῆς, &c. *Cum spectaculo quodam clamans populus rogaret eum, ut agitator libertate donaretur, per libellum recusavit, scripsitque; Non decet vos aut a me petere, ut alienum servum manumittam, aut dominus ejus id facere cogatur.* Quemadmodum autem greges vænalitiorum, sic & aurigarum dicebantur. Suetonius in *Nerone*: Domini factionum non dignabantur nisi ad totius diei cursum greges ducere. Apud Sidonium in *Narbone*, privatis ludis Aulici, seu Augustales currus agitant. Alexander Severus dicebat, ingenuum currere, nisi in sacro certamine, non debere, narrante Lampridio. Aurigæ non sunt infames. D. *de his qui notant. infam.* l. *athletas.* Apud Lampridium Alexander dicebat, & venatores, & scenicos, & aurigas sic alendos quasi servos nostros, aut venatores, aut muliones, &c. Item, venatores domesticos, amphitheatrales, muliones, aurigas Circenses. In Actis Concil. Arelat. i. de Circissariis agitatoribus qui fideles sunt, placuit eos quamdiu agitant, a communione removeri. Agitandi munus vocatur lib. vii. C. Theodos. *de scenicis.*

Cap. L.

Aurigæ an infames?

Aurigæ, ait Isidorus lib. xviii. dicti sunt quasi currigæ, sive quod feriant junctos equos; nam *haurit, ferit* dicimus, ut,

—— *latus haurit apertum.*

Malim quasi oreigas, vel aureigas, quia aureæ & oreæ freni sunt apud Festum, quibus equorum aures religantur; & aurea dicitur auriga, seu ἡνίοχος, aut quasi ὀρείγας. ὄρεος enim *mulum* significat. Olim infames fuere, ut scenici ac gladiatores. Theophilus enim ἡνίοχον & κυνηγέτην famosos facit in suis *Instit.* & Xiphilinus in *Nerone*: εἰς τὸν ἱππόδρομον εἰσῆλθον ὥσπερ ἀτιμώτατοι, καὶ ἵππους ἤλασαν ἱππεῖς καὶ βουλευταί. Id est, *in Circum inierunt ut vilissimi quique, & equos agitarunt Equites & Senatores* Lib. ii. Cod. tit. 40. l. 4. inhonestæ personæ vocantur, his verbis: *Si quis publicis porticibus, vel in his civitatum locis in quibus nostræ solent imagines consecrari, pictura pantomimum veste humili, & rugosis sinibus agitatorem, aut vilem offerat histrionem, revellantur ex honesto loco inhonestæ personæ.* In veteri Ecclesia cœtu piorum arcebantur. Clemens lib. viii. *Constit.* εἴ τις πρόσκειται ἢ κυνηγίοις, ἢ ἱπποδρόμοις ἀποβαλλέσθω, ἢ παυσάσθω. *Qui spectat venationes, aut Circenses, ejiciatur, aut ludis valedicat.* In aditu vero Circi, vel in Theatri prosceniis imagines aurigarum poni possunt. Non infames modo, sed quadruplatores aurigæ. Ammia-

nus Marcellinus lib. XXVIII. *Alius si creditorem suum flagitare molestius adverterit debitum, ad aurigam confugit audentem omnia prælicenter, eumque ut veneficum curat urgeri; unde non nisi reddita cautione dispendioque afflictus gravi discedit.* Ulpianus tamen l. 4. D. *de iis qui not. infam. Agitatores*, inquit, *non sunt inter famosos*. Paulo post athletas ait artem ludicram non facere, ut neque thymelicos, neque xysticos, neque agitatores, neque qui aquam equis spargunt. Certe in Jure pro infamibus non habentur, nec in eos præfectus urbis, ut in viles personas, si quid in Circo peccaverint, animadvertere potest. Lib. II. Cod. tit. 41. l. 3. *Præfectus urbis eos qui agitandi munus exercent, propter Circense certamen nullis afficiat suppliciis.* Eos tamen infames facit Tertullianus l. *de Spectac. Quadrigarios, scenicos, xysticos, arenarios, damnant ignominia, & capitis minutione, arcentes curia, rostris, Senatu, equite, cæterisque honoribus omnibus simul ac ornamentis; quanta perversitas? amant quos multant, depretiant quos probant: artem magnificant, artificem notant*, &c. Fabius lib. III. cap. VI. *qui artem ludicram exercuerit, in* XIV. *primis ordinibus non sedeat*. Rebus quidem Imperatorum vitio prolapsis, Equites & Senatores, ipsi etiam Principes quadrigarii fuere, non Romæ modo, sed & Constantinopoli, ultimis etiam pene temporibus. Quodque flagitiosius est, Patriarcha repertus est, sed ex aula, qui currus in Circo ageret, & rem divinam ad pullos equæ invisendos interrumperet, ut ex Zonara & Cedreno comperies. Senatores certe jam olim currus agitarunt. Asconius *in orat. contra Antonium* verba Ciceronis habet ita literata: *Antonium in exercitu prædonem, in introitu gladiatorem, in victoria quadrigarium. Cum enim*, ait Pædianus, *Sylla victor Circenses faceret, Antonius & honesti homines quadrigas agitarunt*. Suetonius in *Augusto* cap. XLIII. *In Circo aurigas cursoresque, & confectores ferarum, & nonnunquam ex nobilissima juventute produxit*. Antonius redemptas habebat ab ærario vectigales quadrigas, quam redemptionem Senatori habere licuit per legem. Nero etiam decemjugem aurigavit in Olympiis, ait Suetonius in *Nerone* cap. XXIV. & pallio Græco amictus est in cursu sic enim locum illum Xiphilini accipio pag. 176. *ἱμάτιον ἀνέβαλλεν ἐν τοῖς δρόμοις*. Quam studiosi viri principes agitationis fuerint, vel ex his Juliani Apostatæ disces in encomio Eusebiæ, quod nondum in vulgus exiit: *παραπλήσια πέπονθεν ἀνδρὶ σφόδρα ἀπείρως ἡνιοχικῆς ἔχοντι, εἶτα ἀναγκαζομένῳ καλοῦ καὶ γενναίου κομίζειν ἅρμα ἡνιόχου πολλὰς μὲν συνωρίδας, πολλὰ δ' οἶμαι τέτρωρα τρέφοντος, καὶ ἅπασι μὲν ἐπιβεβηκότος διὰ γενναιότητα, ἔχοντος οἶμαι τὰς ἡνίας πάντων ἐγκρατῶς, εἰ καὶ ἐπὶ τῆς μιᾶς ἄντυγος μένοι, οὐ μὴν ἀεί γε ἐπ' αὐτῆς μένοντος, μεταφερομένου δὲ πολλάκις ἔνθεν ἐκεῖσε, ἀμείβοντος δίφρον ἐκ δίφρου, εἴ ποτε τοὺς ἵππους πονουμένους, ἢ καὶ ὑβρίσαντας αἴσθοιτο· ἐν δὲ τοῖς ἅρμασι τοῖς δὲ κεκτημένου τέτρωρον ὑπ' ἀμαθίας καὶ θράσους ὑβρίζον, πιεζόμενον τῇ συνεχεῖ ταλαιπωρίᾳ; οὐ δεχόμενον ἄλλως ἐπὶ τὸν ἡνίοχον πορεύεσθαι, ἀλλ' εἰ μὴ καὶ αὐτὸν ὁρῴη διὰ τέλους, χαλεπαίνων, ἢ τόγ' ἔλαττον, στολὴν οὐχ ἡνιοχικὴν ἀνθρώπου φέροντα· ὁ δ' οἶμαι παραμυθούμενος αὐτοῦ τὴν ἄνοιαν ἄνδρα ἐπέστησε, δοὺς φέρειν τοιαύτην ἐσθῆτα, καὶ σχῆμα περιβαλὼν ἡνιόχου σεμνοῦ καὶ ἐπιστήμονος*. Id est, *itidem ei accidit, atque viro artis agitandi imperito, deinde coacto regere currum boni & generosi aurigæ, qui multas bigas, multas quadrigas; alit & omnes inscendit, ac insidet, quia generosus est, & omnium habenas fortiter tenet, licet in uno tantum orbe maneat, non tamen in eodem semper manentis, sed transeuntis sæpe ex hoc in illum, summittentis currum ex curru, si forte equos fessos aut calcitrantes sentiat. Inter hos autem currus habet quadrigas ob indocilitatem & audaciacontumaces, & assidua vexatione pressas, non sustinentes aliter ire ad aurigam quam si eundem semper videant, indignantes si magis aut minus videant aliquem veste aurigæ tectum* (lego, *εἰ τόγε μεῖζον ἢ ἔλαττον στολὴν ὄντινα*.) *ille opinor peritus auriga consolatus imperiti illius aurigæ stultitiam, eum in currum evehit, dans eandem vestem ut ferat, & amiciens eum habitu aurigæ honesti & periti*. Comparat regnum Julianus cum quadrigis illis equorum indomitiorum, Constantium cum veteri auriga & perito: se, qui missus in Gallias Cæsar appellatus sit, cum rudi novitioque agitatore. Xiphilinus: *ἐν μὲν τῷ δημοσίῳ οὐδαμόθεν ἅρματα ἤλασεν, πλὴν εἰ μή ἐν ἀσελήνῳ νυκτί· ἐπιθυμήσας δὲ καὶ δημοσίᾳ ἁρματηλατῆσαι, αἰσχυνθεὶς δὲ καὶ ὀφθῆναι τοῦτο ποιῶν οἴκοι συνεχῶς τοῦτο ἔπραττε, τῇ πρασίνῃ σκευῇ χρώμενος*. *Commodus in publico currus non agitabat, nisi forte nocte illuni; cupiens autem & publice currum agere, pudore deterritus, domi aurigabatur, prasino habitu*. Nero tamen aurigarios mercede palmarum fraudabat. Erant igitur equorum & Circensium studiosi, & sibi belli videbantur qui eo genere, quod equorum gloria viguisset, prognati essent, ut Basilius in *Julitta*, quem locum alibi recitamus.

CAP. LI.

An equis de publico uterentur?

ANIMADVERTO equos publicos fuisse quibus aurigæ uterentur. Cod. lib. II. tit. 40. l. 2. 3. *Qui equos Circenses in suos usus converterit, unius libræ auri multam ferat*. Addo & quasdam provincias fuisse quæ vectigales equos, ac quadrigas populo Romano penderent, quod vectigal non redimebant modo equites, sed & Senatores. Asconius in oratione *contra Antonium: Antonius*, inquit, *redemptas habebat ab ærario vectigales quadrigas, quam redemptionem Senatori habere licuit per legem*. Putem equidem interdum, & ut plurimum equos ab editoribus datos esse, interdum ipsos quadrigarios habuisse equos proprios, quos ad cursum probe instituissent; in Olympiis suis aut alienis equis certabant. Pausanias *Eliac.* I. *ἦν δ' ἄρα ἐκ παλαιοῦ καθεστηκὸς ἀγωνίζεσθαι καὶ ἀλλοτρίοις ἵπποις*. *Erat autem integrum ab antiquo alienis equis certare*. Hieronymus *in Hilar. Circenses equos nutrire functio publica, ad quam cogitur qui nutrit*. Certe singulis factionibus sui erant equi, licet de publico. De editoribus dubium non est, maxime cum illi non equos modo, sed interdum ursos, camelos, & alias feras ad cursum darent. Dionysius pag. 459. *ἐν δὲ τῷ ἱπποδρόμῳ κάμηλοι ἅπαξ, καὶ ἵπποι δώδεκα ἠγωνίσαντο, ἄρκτοι τριακόσιαι, καὶ λιβυκὰ θηρία*. Id est, *in Circo cameli semel, & equi* XII. *certarunt, & ursi* CCC. *& leones ex Lybia*. Imo hæ maxime partes editorum erant, ut equos conquirerent; quam in rem evectiones a Principe petebant, quibus possent tuto & libere ex Italia, Hispania, Cappadocia cæterisque regionibus præstantes equos convehere. Symmachus lib. IV. epist. VI. *Evectionem impetravi, amicos in Hispaniam misi ob curulium equorum coemptionem*. Epist. LX. LXI. ab Hispania equos quadrigarios Quæstores & Prætores arcessisse comperies: sed & laudicianos equos; epist. LXIV. & CV. lib. VII. impetratas dicit a comite evectiones in adminiculum prætoriæ functionis; diem proximum functionis vocat editionis. epist. LXXXI. Motiva officia editionis quæstoriæ; a Cappadocibus arcessebantur equi a villa Pampati.

pati. Vetus Itinerarium sub Constantino. In Cappadocia mansio Andavillis, ubi est villa Pampati, unde veniunt equi curules prope Tyanam. Plinius equos Italicos, qui vernaculi dicti sunt, in Circo probatissimos fuisse ait lib. ult. cap. ult. *Ne equos quidem in trigariis præferri ullos vernaculis animadverto.* Ut igitur Ædiles olim, aliique editores suis sumptibus ludos cæteros curabant: ita & Circenses Constantinopoli equos fuisse publicos reor ab Imperatore ad eam rem attributos; imo & Romæ. Symmachus lib. XII. epist. LXXVII. quæstor curulibus stabulis urbis æternæ quina mancipia largitus est sponte. Cod. lib. XI. tit. XLI. l. II. *Qui equos Circenses in suos usus converterit, unius libræ auri multam ferat.* Ante quinquennium equi in Circum non inducuntur; alias bini subjugantur; a Circo post vicesimum annum mittuntur ad sobolem reparandam. Proprios habuisse putem viros illustres & copiosos, quos vel ipsi agitarent, vel aurigis agitandos darent, ut constat ex Hieronymo in *vita Hilarionis*, & Plin. lib. X. cap. XXIV. quia Cæcinnam Volaterranum equitem quadrigarum dominum fuisse ait. Item e Juliani verbis quæ supra posuit, quod Olympiis servabatur, ut nemo nisi suis aut amicorum equis curreret. Plutarchus in *Alcibiade*: Aurigæ præstantes, ne bonitati equorum victoria tribueretur, sæpe cum adversa factione summutabant equos. Lib. V. Epigram. Græcorum;

A —— ἤμειψε μὲν ἵππους ἀντιπάλοις.

Id est, *mutavit equos cum suis adversariis*, Et pag. 398.

Ὃς καὶ ἑοὺς ἵππους καὶ ὁμόφρονος ἡνιοχῆος
Ἐξ ἑτέρων ἑτέρους αἰὲν ἀμειβόμενος.
Ὀλβίη ἡ Βενέτων πανελεύθερός ἐστι γενέθλη,
Ἥ σε μέγας βασιλεὺς δῶρον ἔνδωσεν ἔχειν.

Id est, *qui suos equos & aurigæ secum facientis ex aliis alios semper commutabat. Beata est Veneta natio plane ingenua, cui te magnus Imperator dono dedit.* B Hic mihi nota, bonos agitatores interdum ab Imperatore certis factionibus addictos. Ibidem:

—— Ἀμφοτέραις ἀμειβόμενος ἐπὶ πώλοις
Κυδιάει νίκαις οἷς πόρεν, οἷς ἔλαβεν.

Id est, *Porphyrius in suis & adversæ partis equis currens honoratus est victoria equorum ope, quos dedit, & quos accepit.*

Πολλάκι δὲ νικήσας ἑοὺς πόρεν ὠκέας ἵππους,
Λάζετο δ᾽ ἀντιπάλων, καὶ πάλιν ἐστέφετο.

Id est, *sæpe victor suos equos celeres dedit, & accepit equos adversariorum, & rursum coronabatur.* C Pro equis interdum elephantos in Circum induxerunt. Suetonius in *Claudio* cap. XI. Lampr. in *Heliogabalo*. Nero commisit camelorum quadrigas. Suetonius. Plura nomina equorum Circensium in veteri inscriptione leges, quam ex Onuphrio hic adscripsi.

Fragmentum veteris Inscriptionis, quæ in Basilica Principis Apostolorum de Urbe in tabula marmorea Romæ visitur, in qua multorum equorum Circensium nomina inscripta sunt ita.

NITIDO. ALB. LVP. H. TVSCO. CIN. FEST. II. DECORATO. B. PINN. II. ITEM. AFRIS. DLXXXIIII.
RAPTORE. R. IVN. I. PVGIONE. B. QVAR. I. VIRILE. R. FVLV. I. ROMANO. R. SEN. I. PASSARINO. N. POMP. I.
SVPERBO. B. PRIM. I. BVBALO. R. ROM. I. POMPEIANO. B. HER. I. POLYNICE. N. R. APOLL. I. ROMVLO. B. | P.
CRESC. I ADSERTORE. R. ITEM. ARMATO. N. DAT. I. ADSERTORE. N. DAT. I. DRAVCO. R. ANDRIC. I.
VASTATORE. N. ITEM. II. DERECTORE. B. QVINT. III. PVGIONE. B. THALL. III. VALENTINO. N. THAR. IIII. | R.
HILARO. R. CATVLL. I. FASTIDIOSO. F. CAT. III. LIBERO. B. VICT. I. POMPEIANO. N. VICT. III. VALENTINO.
N. HEREN. N. MVRINO. M. P. EROT. I. FLORIDO. R. EROT. IIII. SÆCLARE. B. ANT. VI. PETVLANTE. N. | V.
FORT. II. PECVLIARE RK. FORT. IIII. VICTORE R. HERM. II. TIBERE. R. HERM. IIII. FRVENDI. FELICISSIMO.
N. I. IVVENE. B. I. LVCIDO. B. I. TYRRHENO. F. III. ITEM. CELS. FRVGIFERO. B. I. CVPIDINE. R. II. EXORIENTE.
R. II. DELICATO. R. II. ITEM. SATVRO. B. I. SANCTO. R. I. PATRONO. R. I. GENTILE R. II. HILARO. R. IIII.
ONES. I. MARONE. B. I. VALENTINO N. I. FLORIDO. B. II. FELICE B. VII. DELICATO. B. MATVR. XV.
LOLL. VIRILE. R. I. BARBARO. B I. VICTORE. R. I. HEDERATO. B. I. PVRPVRIONE. H. II. SVPERBO. B. III.
GEMMVLA R. VII. SVA. LYBIO. N. I. PRÆSIDIO. B. XV. IVVEN. CIRRATO. R. II. SIGNIFERO. RVFO. XVI.
FELIC. TVRRHENO. F. I. AVNARA. B. I. PONTIFICE. B. XI. ADSERTORE. R. XII. TELESP. COTYNO. B. I.
BARBARO. B. IIII. ÆGYPTO. N. IIII. POMPEIANO. N. XVI. LICENTIOSO. R. XI. P. XXXV. LEON. LVIII.
MVRRA. N. B. I. ARISTA. B. V. NITIDO. M. R. VI. NITIDO. M. R. VIII. OCEANO. B. VIII. COTYNO. B. XXX.
FAVST. CXXVIII. VALENTINO. N. I. CALLIDROMO. R. I. LVCIDO. B. I. CIRRATO. R. II. CENTAVRO. B. III.
MVRRA. R. XXI. EMINENTE. B. XXVIII. CALLINICO. B. LXXI. OLYMP. CLII. COTYNO. B. III. MAVRO.
N. X. VIRILE. R. XXIII. INDO. N. CXVI. ITEM. HISP. ∞ CCCLXXVIII. NOTATO. B. GAI. I.
CALLINICO K. GAI. I. ACCEPTORE. BK. CALL. I. CHRYSIPPO. R. SEST I. REGALE. B. SABIN. I. PALLADIO. BK.
BASILL. I. MVRINO. M. P. BASILL. III. NOBILE. B. HEBEN. I. DECORATO. R. HVMEN. I. ROMVLA. R. PRISC. II.
PARATO. K. PRISC. V. PHÆDRO. N. FVSC. VI. SIRICO. R. TYR. VII. AMORE. K. AVIT. X. ITEM. REBVR. XXV.
NORICO. R. I. MYSTICO. R. IIII. ACEREO. B. XX. IT. ACHILL. XXI. NICOLAO. K. I. GELOTE. R. I. PERDICE. R. I.
PALMATO. CIN. I. CELTIBERO. K. XVII. IT. MARC. LVI. INCLVTO. R. I. I. LICENTIA. N. I. LVPERCO. N. K. I.
DOMITIO. N. K. I. LATINO. N. K. IIII. GARRVLO N. K. X. INGENVO. B. XXXVIII. ITEM. RELIQVOS. MAGN.
SVPEDES. IPSIVS. PERLEGES.

Hanc tabellam, quo facilius percipiatur, ita descripsimus, ut primum equi nomen, deinde colorem, postea domini aurigæ appellationem, novissime præmiorum notas adjunxerimus.

In Circo singulatores fuere & desultores, bigarii, trigarii, quadrigarii, sejuges currus, septemjuges, decemjuges. Apud Suetonium *in Nerone* cap. XXIV. Camelos item junxere, & elephantos. Suetonius in *Nerone* cap. XI. *Commisit camelorum quadrigas ludis quos pro æternitate Imperii susceptos appellari maximos voluit*. Lampridius in *Halagabalo*: *Junxisse etiam ferunt camelos quaternos ad currus in Circo privato spectaculo*. Suetonius ibidem: *Notissimus eques Romanus elephanto supersedens per catadromum decurrit*. Halagabalus fertur elephantorum quadrigas quatuor in Vaticano agitasse, ait Lampridius. In veteribus nummis aurigarum currus singularis equus antecedit, ut aurigis forte hortamento esset. De desultoribus Livius lib. XLIV. *Nam Circensi ludicro semel quadrigis, semel desultore misso, vix unius horæ tempus utrumque curriculum complebat*. Imperatores dabant equos & elephantos ad cursum, Symmachus epist. XXII. lib. X. Ergo cum expectari munera Principum soleant, nunc accita venerunt. Præterea illum diem quo elephantos regios per conferta agmina equorum nobilium pompa præcessit. Malo fremitum Murciæ vallis exponere, atque illam quadrigarum distributionem. Equos arcessebant ex Hispania, Sicilia, Africa, & aliis locis ad cursum, sed non nisi bona venia Principis, qui tractorias dabat, id est, diplomata quibus concessa facultas movendi equos duplicis cursus; apud Symmachum lib. IX. epist. XXIII. & C. Theodos. *de tractoriis & stativis*. Cassiodorus lib. IV. epist. XLVII. cursualem tractum vocat. Tractoriis illis definiebatur commeatus in itinere præstandus lib. IX. C. Theodos. *de cursu publico*; qua de re vide, si tanti est, quæ scripsimus libris *de Imperio Romano*. Quatuor stabula equorum fuere. Vetus inscript. *Hic in quatuor stabulis agitavit*. Equi autem quinquennes non ante certamen inibant in Circum, narrante Plinio lib. VIII. cap. XLII. Idem libro ult. cap. ult. nullos equos in trigariis præferri vernaculis, id est, Italicis scribit. Alii petebantur ex Hispania, apud Symmachum libro IV. epist. LX. & LXIV. Apulejus *Milesia* IV. de velocitate equorum curulium: *Cursu me concito propero, ut Hercule ipse sentirem me non asinum, verum etiam equum curulem, nimia velocitate refectum*. A Phrygia equi curules plerumque petebantur. l. XIX. C. Theod. *de prætor. & quæst. Sanciunt dari maximarum editionum Prætoribus satos de Phrygiæ gregibus equos quadrigis Circensibus subjugandos*. Ubi mihi nota, maximas editiones Prætoribus tribui. Symmachus libro IV. epist. VIII. de equis ob natalem Domini nostri Honorii & invictissimi Principis largiendis opinor votum meum non potuisse reprehendi. Equi curules dicuntur C. Theod. tit. *de equis curulib.* & a Symmacho lib. IV. epist. LXI. Festus quadrigales equos appellat, alii Circenses. Epist. LX. quadrigarum curulium nobilitatem præparandam esse ait. Ammian. lib. XIV. XVI. & XXVIII. equestres ludos. Erant hordeariæ quadrigæ ex eo dictæ, ait Servius, quod victori agitatori hordeum daretur. Vetus Scholiastes Juvenalis *ad satyr.* XI. Circensibus illis quos Prætores edunt est missus qui hordearius dicitur:

—— *Infundit jumentis hordea lassis*.

Hordearios gladiatores a cibo vocatos scribit Plinius lib. XVIII. cap. VII. Ideo præda caballorum Prætor a Juvenale dicitur, quia hordeum, ut ait vetus Scholiastes *ad satyram* XI. pro illo die aurigæ tollunt equorum. Supra ostendimus, non tantum equos, sed & elephantos, & camelos agitatos. Lampridius Halagabalum scribit elephantorum IV. quadrigas in Vaticano agitasse dirutis sepulcris quæ obstiterant; junxisse etiam camelos quaternos in Circo privato spectaculo, ut supra monuimus.

CAP. LII.

De Agitatoribus miliariis.

QUÆRI potest qui sint agitatores miliarii, de quibus in veteribus inscriptionibus:

TRES AGITATORES MILIARII FACTIONIS VENETÆ, NOVIS COACTIONIBVS, ET NVNQVAM ANTE TITVLIS SCRIPTIS.

Equidem eos a milio, seu milliario Constantinopolitano dictos arbitror, quorum novæ coactiones dicuntur, quia Constantinopoli Romani evocati sunt titulis nunquam ante scriptis, quod prius Romæ miliarii agitatores visi, aut scripti non essent; quæ res, quia obscura, & a fronte remota, penitius inquirenda est, & e situ ac pulvere eruenda. Video enim hac in parte viros eruditos cæcutire, nec quid sit *μιλιοδρομεῖν* apud Chrysostomum, satis intelligere. Milium aut milliarium aureum Romæ fuisse nemo est vel e literionum plebe qui nesciat, in quod omnes viæ, quæ per totam Italiam ferrent, convenirent. Plutarchus in *Galba*: *ἐν ἀγορᾷ εἱστήκει κίων, εἰς ὃν αἱ τετμημέναι τῆς ἰταλίας ὁδοὶ πᾶσαι τελευτῶσι*. Id est, *in foro Romano stabat columna, in quam omnes viæ Italiæ sectæ desinunt*. Hanc columnam auream, aut, quod vero propius est, inauratam Augustus statuit, unde viæ ducerentur. Dio p. 357. *μίλιον χρυσοῦν ἔστησεν ὁ σεβαστὸς*, id est, *Augustus statuit milliarium aureum*. Fuit sub æde Saturni. Suetonius in *Othone* cap. VI. *In foro Saturni ad milliarium aureum*. Ejusmodi milium in foro Constantinopolitano fuisse mihi persuadeo prope *ὡρεῖον*, qod horreum esse ajo in Basil. car. VII. eclog. VIII. & LVI. statuis ornatum, ac ludis & quadrigis accommodum; quemadmodum & Romæ ludos in foro sæpe habitos animadvertimus. Nam aliud fuisse milium a Circo vel e verbis Suidæ discas: *ὅτι ἐν τῷ μιλίῳ ἐν τετράσιν ἵπποις πυρίνοις ἅρμα ἱπτάμενον παρὰ δύο στηλῶν ἐκ παλαιῶν τῶν χρόνων ὑπῆρχεν, ἔνθα εὐφημήθη κωνσταντῖνος μετὰ τὸ νικῆσαι ἀζώτιον. ἐπειδὴ καὶ βοήσας ἐκεῖσε εὐφημήθη. κατενεχθὲν δὲ τὸ ἅρμα ἐν τῷ ἱπποδρομίῳ δορυφορούμενον, ἔνθα στηλίδιον καινὸν παρὰ κωνσταντίνου παρασκευασθὲν ὑφ' ἡλίου φερόμενον, τύχη πόλεως εἰς τὸ στόμα εἰσήει*, &c. Id est, *in milio erat ab antiquo currus quatuor equis igneis, a duabus columnis volans, ubi Constantino acclamatum est victo Azotio; eo enim profectus vocibus bene ominatis acceptus est; delatus currus in Circum spiculatoribus Constantini comitatus, ubi statua parva nova a Constantino præparata in Sole agitata, in os Fortunæ urbis ingressa est, & coronata egressa. Posita est autem in Senatu usque ad natales urbis. Julianus hanc statuam in scrobem defodit, quia in ejus capite Constantinus Crucem exsculpendam curarat*. Imerius Chartularius in suis fragmentis nondum vulgatis hæc ipsa verba habet, paucis immutatis, & additis: ait enim: *ἐν τῷ ὡρείῳ μιλίῳ ἡλίου, διὸς ἅρμα ἐν τετράσιν ἵπποις πυρίνοις ἱπτάμενον παρὰ δύο στηλῶν ἐκ παλαιῶν χρόνων ὑπάρχον, ἔνθα κωνσταντῖνος ὁ μέγας εὐφημίσθη κράζοντος τοῦ βενέτου μέρους, εἷλες καὶ ἱμάσθλην· ὡς δὲ δὶς ἡβήσας, μένε ἐν σταδίῳ, τοῦ δὲ πρασίνου μέρους λέγοντος, οὐ ῥήσομεν σαλουέ, οἱ θεοὶ ἀνώτεροι αὐτοῦ εἶλον*. Ita lego, non ut est in manuscripto, *οὐ χρήσομεν σελουέ*. Id est, *in oreo miliario Solis, Jovis currus in quatuor equis igneis volans a duabus columnis est ex antiquo, ubi Constantino magno acclamatum est, clamante Veneta factione, accepisti sta-*

gellum: ut autem bis pubescens mane in stadio, viridi panno dicente, non dicemus, salve, Dii ipso majores salve nostrum acceperunt. Contrariæ igitur factiones contraria exclamabant, ut quibus inter se convenire non posset. Quid fuerit illud oreum Constantinopoli, disces e Suida in voce ὠρεῖον, cujus hæc verba sunt; ὠρεῖον τὸ ταμεῖον. ἐν τῷ καλουμένῳ ὠρείῳ ὅ ἐστι μόδιος, ἔνθα νῦν ἵστανται κίονες πρὸ τοῦ οἴκου τοῦ Κρατερῖ, ὃς νῦν ἐστὶ τοῦ Μυρελέου ἵστατο μόδιος χαλκοῦς. Item, Μαναὶμ στρατηγὸς ὁ νικήσας τοὺς Σκύθας, οὗ ἡ στήλη ἵστατο ἐν τῷ καλουμένῳ ὠρείῳ ὅ ἐστι μόδιος. *Horreum, conditorium; proprie est modius, ubi nunc stant columnæ ante Crateri ædes, qui nunc est Myrelei. Modius erat æreus justa mensura triticum vendentium.* ἣν δὲ δίκαιον μέτρον, ὡς αὐτῷ τῷ χωρήματι αὐτοῦ πωλῶσι πάντες οἱ σιτοπρᾶται, καὶ ἀγοράζουσιν οἱ σιτῶναι. Omnino vox *horrei* Latina est, & non modium proprie significat, sed tritici conditorium. Putavit, opinor, Suidas *oreum* dictum ab ὠρέω, *custodio*, quare & ταμεῖον interpretatur ærarium, seu conditorium, & modium; in Imerio lege, ἐν τῷ ὠρείῳ μιλίῳ; ærarium enim illud ὠρεῖον erat in foro juxtim miliarium; & forte ὠρεῖον ab ærario dictum est, corrupta voce; quid si legas ὠρέῳ μιλίῳ? quod Constantinopoli, ut Romæ, vocaretur aureum milliarium? Milium igitur erat ornatum statuis, ut & septimum milliarium, cujus fit mentio l. *sancimus*. C. *de sacros. Eccles.* l. 30. C. *de fideicom.* Id vero palatium fuit in suburbio Constantinopoleos, quod & simpliciter septimum dicitur lib. 34. C. *de donat.* a quibusdam Septimilium. Imerius; ἄνωθεν τῆς χαλκῆς ἐν τῷ μιλίῳ τῷ πρὸς ἀνατολὴν, Κωνσταντίνου καὶ Ἑλένης στῆλαι ἄνωθεν τῆς καμάρας (deerat vox στῆλαι) ἔνθα καὶ σταυρός. ἐν τοῖς πλησίον τοῦ μιλίου Ἀρκαδίου καὶ Θεοδοσίου υἱοῦ αὐτοῦ στῆλαι ἔφιπποι, ὅτε καὶ σιτηρέσια ἐδόθη πολλὰ, ἐξαιρέτως δὲ τῷ πρασίνῳ μέρει, κράζοντος, τοῦ δήμου, ὁ γόνος Θεοδοσίου Κωνσταντῖνον ἐνίκησεν. Id est, *supra æream portam in parte millii quæ est ad ortum, Constantini & Helenæ statuæ sunt infra fornicem, ubi & Crux: non procul a milio, Arcadii & ejus filii Theodosii statuæ equestres, quo tempore frumenti largitio magna facta est, maxime factioni Prasinæ, clamante populo; filius Theodosii Constantinum vicit.* Meminere & alii harum statuarum. Cedrenus pag. 265. ἐπάνω τοῦ μιλίου ἁψῖδος ἵσταντο στῆλαι δύο, τοῦ τε μεγάλου Κωνσταντίνου, καὶ τῆς μητρὸς αὐτοῦ ἔχουσαι σταυρὸν, ὄπισθεν Τραϊανὸς ἔφιππος ἔχων συνεγγὺς τὸν Αἴλιον Ἀδριανὸν ἱππότην. Id est, *super Circum milii stabant statuæ duæ Constantini magni, & matris ejus habentes Crucem: pone erat Trajanus eques habens proxime Ælium Hadrianum equitem.* Suidas, ἐν τῇ καμάρᾳ τοῦ μιλίου στῆλαι ἵστανται Κωνσταντίνου, καὶ Ἑλένης, ἔνθα καὶ ὁ σταυρὸς, καὶ ἡ τύχη τῆς πόλεως, καὶ ἐν τῷ αὐτῷ Σοφίας τῆς γυναικὸς τοῦ Ἰουστινιανοῦ, καὶ Ἀραβίας τῆς θυγατρὸς αὐτῆς, καὶ Ἑλένης τῆς ἀνεψίας αὐτῆς, Ἀρκαδίου τε καὶ Θεοδοσίου τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ πλησίον Θεοδοσίου στήλης, ἔφιπποι ἀμφότεροι. Id est, *in fornice milii stant statuæ Constantini, & Helenæ, ubi & Crux & fortuna urbis: ibidem Sophiæ uxoris Justini* (lego, Ἰουστίνου) *& Arabiæ filiæ ejus, & Helenæ consobrinæ ejus, Arcadii & Theodosii filii ejus prope statuam* (lego, πλησίον στῆλαι ἔφιπποι) *duæ, utraque equestris.* In veteri manuscripto ἀνωνύμῳ legi, ἐν δὲ τῷ λεγομένῳ μιλίῳ Θεοδοσίου στήλη ἵστατο ἐφίππου χαλκῆ, ἣν ἀνεγείρας πολλὰ σιτηρέσια τῇ πόλει προσέθηκεν. Id est, *in milio Theodosii statua ærea equitis, quam cum posuit frumenti copiosam largitionem urbi fecit.* Addit Imerius, in milii altero fornice fuisse impii Maxentii simulacrum; de quo cum vilis plebecula ignoraret, opinio quasi Dei cujusdam equestris ac Circi præsidis fuit: τὸ δ' ἐν τῇ δευτέρᾳ καμάρᾳ γεγονὸς ἀθέσμον οὐ σιωπήσομεν, τὸ τοῦ μοιχοῦ Μαξεντίου εἴδωλον ἐκεῖσε προσεκυνεῖτο λατρευόμενον, καὶ τοῖς πολλοῖς εἰδωλολάτραις ἀγνοούμενον θεὸς ἱππόσυνος ἐλατρεύετο. Id est, *quod autem infandum fuit in altera camera non tacebimus, idolum mœchi Maxentii eo loco adorabatur, & a multis idololatris ignoratum ut Deus equestris colebatur.* In illis fragmentis plausuum & acclamationum sæpe fit mentio, quæ a factionibus Veneta & Prasina fiebant Imperatoribus: πρῶτος ὕπατος ἐν τῷ φόρῳ Καλλίστρατος ἐτιμήθη, καὶ ἕως βασιλείας Κωνσταντίνου ὕπατοι κωδικέλλους ἐν τῷ φόρῳ ἐλάμβανον. ὁ δὲ Καλλίστρατος ὕπατος μεγάλως ἐτιμήθη ἐν τῷ φόρῳ, ὡς πρῶτος τὴν ἀξίαν ὑπάτου δεξάμενος, τοῦ πρασίνου μέρους βοῶντος, Καλλίστρατος εὐτυχὴς, καὶ εἰς ἄλλο προκόψει. ὁ δὲ φεύγων γίγνεται ἐπίσκοπος. Id est, *primus Callistratus in foro Consul honoratus est, & usque ad Imperium Constantini Consules in foro codicillos accipiebant. Callistratus autem Consul valde honoratus est in foro, ut qui primus Consulis dignitatem consequutus sit, clamante Prasina factione. Callistratus felix, & alio progredietur; ille autem territus in templum fugiens Episcopus factus est.* Verba illa, ἕως βασιλείας Κωνσταντίνου, sic audio, ut significent, *& jam inde a Constantini Imperio.* Hoc certe voluit Imerius: nam ante Constantinum magnum nulli Consules Byzantii. Quod autem acclamationibus factionis Prasinæ territus in templum fugit, eo factum est, quod acclamationes jam tum, & deinceps solis Imperatoribus darentur; timuit autem Callistratus, ne affectati Imperii aut majestatis reus ageretur. De acclamationibus illis alius historiæ vetus auctor nondum editus, in partibus civitatis recensendis: τὰ δὲ τείχη τῆς δύσεως τῶν μεγάλων πορτῶν ἐπὶ Λέοντος τοῦ μεγάλου κατέστησαν, καὶ λιτάνευσαν, καὶ τὸ Κύριε ἐλέησον μ. ἐβόησαν, καὶ ὁ δῆμος τοῦ πρασίνου ἔκραξεν, Λέων Κωνσταντῖνον εἰς κράτος ἐνίκησεν. Id est, *mœnia magnarum portarum quæ ad occidentem pertinent, sub Leone magno extructa sunt, ubi precationes publicæ fuerunt, populusque quadragies exclamavit, Kyrie eleison, factioque Prasina acclamavit, Leo Constantinum potentia vicit.* Clamor enim ille dabatur Imperatori in omnibus locis illustribus, & publicis, in foro, Theatro, Amphitheatro, Circo, & aliis. De Amphitheatro seu κυνηγίῳ, ut vocat Suidas, sic Imerius: ὁ κτίσας ἐν τῇ Κωνσταντίνου πόλει τὸ κυνήγιόν ἐστι Μαξιμιανὸς, καὶ Ἀριστείδης ὁ καταμετρήσας, ὅτε (forte, ἔνθα) Βασιλίσκος ἔστεψε τὸν ἀδελφὸν Βερίνης κράζοντος τοῦ πρασίνου μέρους, Βερίνης ὀρθοδόξου Ἑλένης πολλὰ τὰ ἔτη. Id est, *Maximianus Constantinopoli, quod tunc Byzantium fuit, Amphitheatrum condidit, Aristides mensus est, in quo Basiliscus Verinæ Imperatricis fratrem diademate regio coronavit, Prasina factione clamante, Verinæ orthodoxæ Helenæ multos annos.* Hunc clamorem Imperatores tanti fecerunt, ut in acta publica diem ac clamorem plausumque populi referendum curarent; hæc enim quæ adhuc ex Imerio & aliis historicis veteribus, ex actis publicis sumpta sunt. Factiones illæ non tantum acclamabant Imperatoribus, aut in Circo currebant; verum & in palatio Imperatorum saltationes obibant, ut Imerius docet: ἐν τῷ παλατίῳ τῷ τριβουναλίῳ Εὐδοκίας γυναικὸς Θεοδοσίου τοῦ ἐκγόνου Θεοδοσίου, ἔνθα καὶ ὀρχήσεις πλεῖσται ἕως Ἡρακλείου, τοῦτε πρασίνου καὶ βενέτου μέρους. Id est, *in palatio tribunalis Eudociæ uxoris Theodosii nepotis Theodosii magni, ubi saltationes plurimæ Prasinæ & Venetæ partis usque ad Heraclium.* Hæc quidem omnia ad Circum in parte faciunt, & digna fuere quæ in hominum manus oculosque venirent. De foro Constantinop. idem pene fuisse putem, quod de milio. Imerius enim, ἐν τῷ φόρῳ μ. ἡμέρας Κωνσταντῖνος ἐδοξάσθη, καὶ εὐφημίσθη παρὰ τοῖς μέρεσι καὶ τοῖς ἄρχουσι τῆς αὐτῆς πόλεως. Id est, *in foro XL. dies Constantinus laudatus est, & ei acclamatum a factionibus & Magistratibus urbis.*

CAP. LIII.

De Insignibus agitatorum.

AGITATORES habuerunt insignia quædam & velut argumenta, quibus alii ab aliis internoscerentur, & uterentur velut ornamentis. Sidonius in *Narbone*:

Vestra insignia continent ministri,
Ora & lora manus, jubasque tortas
Cogunt flexilibus latere nodis;
Hortanturque obiter. ——

Insignia puto gentis vel familiæ fuisse, qualia sunt quæ nostratibus arma dicuntur, qui mos antiquissimus. Virgilius XII. *Æneid.* de Circe:

—— *Cui tempora circum*
Aurati bis sex radii fulgentia cingunt,
Solis avi specimen. ——

Æschylus in VII. *Thebis*:

Ἔχει δ' ὑπέρφρον σῆμ' ἐπ' ἀσπίδος τόδε,
Φλέγονθ' ὑπ' ἄστροις οὐρανὸν τετυγμένον.

Habet hoc insigne superbum in clypeo, cælum stellis ardens expressum. Virgilius VII. *Æneid.*

—— *Clypeoque insigne superbum,*
Centum angues.

Argumentum vocat sub finem lib. VII.

At lævem clypeum sublatis cornibus Io
Auro insignibat, jam setis obsita, jam bos,
Argumentum ingens, & custos virginis Argus.

CAP. LIV.

De Elogiis agitatorum, & de jugis.

IN veteribus inscriptionibus elogia agitatorum in basi ita concepta sunt; vicit sejuge, septejuge, bigas, trigas, uno anno, alieno principio, duobus introjugis. Diocles præcedens cum introjugis tribus. Diocles septem equis in se junctis nunquam ante hoc numero spectato equorum certamine, sine flagello, aliis certaminibus vicit, inter singulares vicit. Dio tamen XII. equos decurrisse notat pag. 459. Sed quod sine flagello cucurrit, insolens erat, ut supra ostendimus. Elogia illa vocantur tituli in veteribus inscriptionibus, novis actionibus, & nunquam ante titulis scriptis. In veteribus inscriptionibus elogia præclara, quibus victorum memoria consecrabatur in basi lapidum & statuarum, quæ in Circo: non enim victoribus modo bravia, præmia, coronæ, sed & statuæ, & tituli, ac elogia, victoriæ indicio decernebantur. De statuis Martialis epig. XXVI. lib. V.

Quam non sensuro dare quadringenta caballo,
Aureus ut Scorpi nasus ubique micet.

Significat equites Scorpo statuas equestres æreas posuisse: lego *æreus*: de Scorpo lib. X. epigr. LIII.

Ille ego sum Scorpus, clamosi gloria Circi,
Plausus Roma tui, deliciæque breves.

Sub Vero Imperatore primum dati sunt equis aurei. Lib. V. *Epigram. Græcor.*

Ἔστησαν νίκης ἐγγύθι πορφύριον.

Ut plurimum enim prope Victoriæ simulacra, statuæ ponebantur victorum, aut victoriolæ cum titulo.

Τοῦτό σοι ἠϊθέῳ νίκη γέρας.

Id est, *victoria tibi hoc præmium honoris peperit*: aut, *victoriola hæc tibi juveni honorarium.*

Οἱ νίκης παῖδες πορφύριον βένετον ἄνθεσαν.

Id est, *filii Victoriæ Porphyrio Veneto statuam posuerunt.* Sed eæ statuæ non in foro & porticibus publicis, locisque illustribus, at in aditu Circi collocabantur: quod edictis Imperatorum cautum.

A Lib. XI. Cod. tit. XL. leg. IV. *Si quis in publicis porticibus, vel in his civitatum locis in quibus nostræ solent imagines consecrari, pictura pantomimum veste humili, & rugosis sinibus agitatorem offerat, revellatur: neque unquam posthac liceat inhonestas in loco honesto adnotare personas. In aditu vero Circi, vel in Theatri prosceniis ut collocentur non vetamus.* lib. XV. tit. VII. lib. XII. Cod. Theodos. & tit. V. lib. III. Hoc interim mihi nota, in veteribus inscriptionibus tria juga vocari tres equos tribus introjugis, id est, equis tribus subjugalibus, nullo funario. Ausonius:

Funis eat, quartum det tibi Castor equum.

B Id est, si funali currere licet, addat Castor tibi Cyllarum funalem, quia erant tres subjugales: & ita potius trigæ currunt, quam quadrigæ: sic enim apud Ausonium legendum.

CAP. LV.

De Præmiis.

AURIGARUM industriæ honor propositus, & fructus vulgaribus aurigis solidus unus vel alter menstruus fuit jussu Principis, ait Cas-
C siodorus pag. 37. *Variarum.* In Olympia coronabantur domini equorum, licet absentes, tum etiam agitatores præsentes, qui alienis usi equis. Pausanias lib. II. *Eliac.* auctor est, Lycham Lacedæmonium nomine Thebanorum Olympicis ludis emisso curru coronasse ipsum aurigam suum victorem. Lib. I. Iolaus equis Herculis victor ab Hercule coronatus. Hieron absens sæpe coronatus, ut Plutarchus in *Themistocle*. Cynisca Lacæna coronata, ait Pausanias in *Lacon.* item Euryleonis Lacæna, & Belisticha Macedo, teste Pausan. in *Eliac.* Per initia tamen præmia ampla & honesta priusquam inirent cursum, in carceribus ex-
D ponebantur. Homerus XXIII. *Iliad.*

Ἱππεῦσιν μὲν πρῶτα ποδώκεσιν ἀγλαὰ ἄεθλα
Θῆκε, γυναῖκα ἄγεσθαι ἀμύμονα, ἔργ' εἰδυῖαν,
Καὶ τρίποδ' ὠτώεντα δύο. ——

Id est, *Achilles agitatoribus primum pernicibus illustria munera posuit, mulierem inculpatam abducere, operum scientem, & duos tripodas auritos.* Virgilius in medio Circi proponi ait:

Munera principio ante oculos, Circoque locantur
In medio, sacri tripodes, viridesque coronæ,
Et palmæ, pretium victoribus. ——

E Statius lib. VI. Silius lib. XVI. consulantur. Statuæ ponebantur victoribus, ut superiori capite monuimus, & Plinius lib. XXXIV cap. IV. in Olympia statuæ fuere equestres: consule Suetonium in *Nerone* cap. XXIX. Sed & supplicationes decretæ, teste Philostr. lib. V. cap. III. in *vita Apoll.* hoc tamen in Nerone singulare fuisse auguror. Postulabat sæpe populus præmium victori seu bravium. Capitolinus in *Vero*. Constantinopoli aurigis præmia proposita. Chrysostomus homil. LV. *in Matth.* Imperatores in equorum certamine & cursu coronas, vestes, cæteraque munera in ipso agone ante oculos certantium ponunt. Olympiæ corona victori orna-
F mento fuit, & honor renuntiationis in consessu totius Græciæ, jusque solenne triumphi cujusdam cum in suas urbes victoria læti redirent: muri enim disjecti qua curru vectus Hieronica urbem iniret, faculæ prælatæ tubicine præeunte. Ælianus l. XII. *Variar.* Victruvius præfatione l. IX. Suetonius in *Nerone* cap. IX. dicebantur εἰσελαύνειν. Ælianus loco cit. unde Plinio εἰσελαστικὸν certamen. Sacri autem agones fuere aut thematici, seu ἀργυρῖται, ait Pollux lib. III. cap. XXX. aut stephanitæ, imo simul

thematici & coronarii fuerunt. Dabantur enim præmii loco ænea vasa, argenteæ phialæ, clypei, vestis mollicina. Pindarus *Nem.* ode x.

Σικυωνόθεν δ' ἀργυρω-
θέντες σὺν οἰνηραῖς φιάλαις ἐπέβαν,
Ἐκ δὲ Πελλάνας ἐπιεσσάμενοι
Νῶτον μαλακαῖσι κρόκαις.
Ἀλλὰ χαλκὸν μυρίον ἐ δυνατὸν, &c.

E Sicyone argento donati cum vinariis phialis processerunt, ex Pellene autem induti tergum mollibus filis; at infinitum æs Tegea. Apud Scribas calix victori in cursu datus. Athenæus lib. xi. ὁ νικήσας λαμβάνει κύλικα τὴ λεγομένην παντάπλοον. Clemens lib. ii. *Pædag.* ἐν τοῖς ἀγῶσι πρῶτον ἡ τῷ ἀθλητῇ δόσις ἦν, δεύτερον δ' ὁ ἐπιγερμὸς, τρίτον ἡ φυλλοβολία, τελευταῖον ὁ στέφανος. *In certaminibus primum largitio erat in athletas, deinde plausus, tertio foliorum conjectus, postremo corona post Medos in acie victos.* Chrysostomus in orat. *de Circo* δόσεως meminit, item Pindarus ode viii. *Pythior.* & x. Tacitus lib. xii. *Annal.* stipes vocat, ubi de ludis Juvenalibus loquitur; dabanturque stipes, quas boni necessitate, intemperantes gloria consumerent. Tertullianus in *Scorpiaco*, dotes. *Nemo tamen agonis præsidem suggillans erit, quod homines violentiæ objectet, injuriarum actiones extra stadium. Sed quantum livores illi, & cruores & vibices negotiantur, intendis coronas scilicet, & gloriam, & dotem, privilegia, publica stipendia civica, imagines & statuas:* nota mihi locum illum. Heroum ætate tripus victori datus. Strabo lib. viii. Statuæ cum ponerentur, erant æquales statu & proceritate aurigis, non majores. Lucianus *de imaginibus* ἰσομετρήτας vocat, & Plato in *Phædro*; Plinius & Suetonius iconicas vocant imagines, hic in *Caligula* cap. xxii. ille l. xxxiv. cap. iv. & cap. v. Cleosthenes primus equestrem statuam Olympiæ posuit victor, ait Pausanias lib. ii. *Eliac.* In basi statuæ nomen victoris & patria scribebantur, auctor Dionysius Halic. in *Protrept.* athlet. Status, habitus, cultusque victoris statua exprimebatur. Consule lib. iv. *Epigr. Græc.* tit. ἀγωνιστῶν. Addo non homines modo coronatos, sed & equos victores; quos Homerus ἀθλοφόρους ideo vocat. Plutarchus *Sympos.* ii. καὶ τῶν ζώων μόνῳ τῷ ἵππῳ μετουσία στεφάνου καὶ ἀγῶνος: quare Plato l. vi. *de Legib.* agonosticen hominum & equorum esse ait. Theocritus Idyl. xvi. equos στεφανηφόρους vocat. Pollux lib. i. cap. xi. ἀθλητὰς ἵππους, ἀγωνιστὰς, ἁμιλλητηρίους, νικηφόρους dici ait. Honos sepulturæ iis equis datus, qui ter Olympiis vicissent. Ælianus lib. xii. *de animantib* cap. xl. Plutarchus in *M. Catone*. Quinetiam statuæ iconicæ positæ. Ælianus lib. ix. *Var. hist.* c. xxxii. καὶ αἱ κίμωνος δὲ ἵπποι χαλκαῖ καὶ αὗται ἀθλῶσιν εἰκασμέναι, ὅτι μάλιστα τῇ κίμωνος ἵπποις εἰστήκεσαν. Imo & equis nimio cursu debilibus assignata ex horreis fisci alimenta. l. i. C. Theodos. *de equis curulibus*. Ab omni civili munere immunitatem hieronicis Alexander Imperator constituit. Cod. lib. x. *de Athlet.* leg. i. Sed Romæ moris fuit victoribus aurigis aurum postulare, quod postea etiam equis victoribus cœptum postulari. Capitolinus in *Vero Imp.* cap. vi. *Volucri equo Prasino mortuo sepulcrum in Vaticano fecit. In hujus equi gratiam primum cœperunt equis aurei vel bravia postulari* (non equi.) *In tanto autem equus ille honore fuit, ut & ei a populo Prasinianorum sæpe modius aureorum postularetur.* Suetonius in *Claudio* cap. xxi. *Nec ullo spectaculi genere communior aut remissior erat, adeo ut oblatos victoribus aureos prolata sinistra pariter cum vulgo, voce digitisque numeraret.* Scholiastes Juvenalis in illud,

—— *Victori populus quod postulat aurum*:
Ut in Theatro, inquit, *solent petere quinque aureos: nam non licet amplius dare.* Igitur editores ingentia præmia ludis omnibus dare soliti iis qui operas locarent. Xiphilinus in *Commodo*: ἐκεῖνοι μὲν ὀλίγον τι λαμβάνοντες εἰσιᾶσι. τῷ δὲ δὴ κομμόδῳ πέντε καὶ εἴκοσι μυριάδες καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐκ τῶν μονομαχικῶν χρημάτων ἐδίδοντο. *Alii gladiatores in arenam descendentes exiguum aliquid accipiunt. Commodo e pecuniis gladiatoriis singulis diebus aureorum decem millia dabantur*, ut interpres Xiphilini. Putem tamen xxv. myriades efficere tantum ccc. sestertia, quæ summa ad septem millia aureorum nostratium vix mihi videtur assurgere. Vopiscus in *Carino*: *Non tantum aurum, sed & vestes datas ostendit.* Vide Cassiodorum lib. v. cap. xlii. *Sed vos quibus necesse est talia populis exhibere, largitate manus fundite præmia, ut hæc miseris faciatis esse votiva.* Consules alloquitur, & editores de venatorum præmiis. Dabantur interdum aurigis equi ad cursum utiles post alia præmia. Marcellinus Comes: *Numerosos præterea phaleratosque in Circo caballos jam donatis quoque impertivit aurigis, una duntaxat, ultimaque mappa insanienti populo denegata.* Donabatur & palma. Ovidius lib. iv. *Fastor.*

Primaque ventosis palma petetur equis.

Plutarchus *Sympos.* viii. cap. iv. omnibus certaminibus palma data. Lib. iv. ode ii. Horatius:

Quos Elea domum reducit
Palma cælestes.

Lampridius in *Commodo*: *Tantum palmarum gladiatoriarum confecerat, ut mille contingeret.* Cicero *pro Roscio*: *Multas ejus esse infames palmas, hanc primam lemniscatam.* Post illa munera & palmas ii quando artem desinerent, zonam solvebant. lib. v. *Græcor. Epigram.*

Πορφύρεον λήξαντα πόνων, λήξαντά τε μίτρην.

Coronæ igitur ludis omnibus victori fuere & palmæ, quarum mercede in Prætura aurigarios Domitius Neronis pater fraudavit, ut est apud Suetonium cap. v. quo loco & de Dominis factionum agit. Coronarum mentio fit in *Epigram. Græcis*;

—— ἵππους
Λάζετο δ' ἀντιπάλων, καὶ πάλιν ἐστέφετο.

Tertullianus *de Spectac.* *Auriga ut sacerdos coronatus, vel coloratus ut leno.* Ammianus Marcellinus lib. xiv. cap. xi. *Coracis aurigæ capiti coronam Cæsar imposuit.* Editores enim, aut in Græcia judices & Hellanodicæ ac brabeutæ victorem renuntiabant, & coronabant; mox a præcone in concione populi renuntiabantur. Callisthenes supra docuit in Alexandro. Hesychio ῥαβδονόμος βραβευτὴς, qui victori præmium dabat. Imperatores alienis ludis præmia plerumque dabant & corollaria. Suetonius in *Augusto* cap. xlv. *Itaque corollaria & præmia alienis quoque muneribus ac ludis, & crebra & grandia de suo offerebat.* Sacris certaminibus victores e Republica perpetua vita constitutis vectigalibus fruuntur, ait Victruv. præfat. lib. vi. Plin. lib. x. epist. cxxii. *ad Trajanum*: *Athletæ, Domine, ea quæ pro Iselasticis certaminibus constituisti, deberi sibi putant statim ex eo quo sunt coronati: nihil enim referre quando sint in patriam invecti; sed quando certamine vicerint, ut invehi possint.* Sidonius:

Hic mox præcipit æquus Imperator
Palmis serica, torquibus coronas
Conjungi, & meritum remunerari,
Victis ire jubens satis pudendis,
Villis versicoloribus tapetas.

Hic tamen adverte, ſecundum & tertium locum in victoria honori habitos: neque enim tantum renuntiabatur is victor qui primo loco VII. ſpatia confecerat, ſed & qui ſecundo, & tertio, ut Ariſtides in *Panath.* ὅτι χρὴ καὶ πρώτην, καὶ δευτέραν, καὶ τρίτην αὐτὴν ἐν τοῖς Ἕλλησι κηρύττειν, ὥσπερ ἐν ἅρματι. *Debet prædicari prima, ſecunda, tertia apud Græcos, ut in Curuli certamine fieri ſolet.* Aurigis victoribus in Olympia hic honor habitus eſt, ut coronati disjecta muri parte in ſuas urbes redirent, qui ter viciſſet iconica ei imago ex membrorum eius ſimilitudine expreſſa poneretur, ait Plinius. Apud Philoſtratum lib. I. *de Vita Apollonii* Nero victor ſibi per urbes ſupplicationes decerni voluit. Victores e Republica perpetua vita conſtitutis vectigalibus fruuntur, ut ſcribit Victruvius in præfat. lib. VI. Apud Suetonium Nero præmia quæ prius omiſerat, contentus ſolis coronis, ſoloque honore victoriæ, pecuniis exhauſtus cœpit repetere. Iſelaſtici agones dicti, cum Hieronicæ parte murorum dejecta in ſuas urbes intrarent. Vetus inſcript.

IMP. CÆS. D ADRIANI FILIO, D. TRAIANI PARTHICI NEPOTI, D. NERVÆ PRONEPOTI, T. ÆLIO HADRIANO ANTONINO AVG. PIO PONTIF. MAX. TRIB. POT. V. IMPER. II. CONS. III. P.P. CONSTITVTORI SACRI CERTAMINIS ISELASTICI SOCII, LICTORES, POPVLARES, DENVNTIATORES PVTEOLANI.

Plutarchus lib. II. *Sympoſ.* II. quæſt. τὸ τοῖς νικηφόροις ἐλαύνουσι τῶν τειχῶν ἐφίεσθαι μέρος διελεῖν, καὶ καταβαλεῖν, *quod qui victores urbem ſuam ineunt pars iis murorum dejicitur*, eam ſententiam habet, non opus eſſe muris urbi, quæ viros habet pugnare, & vincere ſuetos. Victruvius lib. IX. *Olympionicæ cum revertuntur in ſuas civitates quadrigis in mœnia invehuntur*. Suetonius de Nerone: *Neapolim, quod in ea primum artem protulerat, albis equis introiit disjecta parte muri*. Plinius lib. X. epiſt. CXXIII. *Iſelaſticum tunc mihi primum videtur incipere, cum ingreſſus quis in ſuam civitatem eſt*. Romæ aurigis victoribus datæ coronæ, aurei nummi, veſtes ſericæ: l. I. C. Theodoſ. vetitum ne veſtes ſericæ, oloſericæ, ſubſericæ victoribus in ludis darentur. Ammianus libro XXIII. Non tantum ii qui primo loco viciſſent, ſed & qui ſecundo, aut tertio, palmam accipiebant. Vetus inſcript. Vicit CXXX. Secundas tulit LXXXVIII. Tertias tulit VII. Nero ampliare voluit numerum palmarum, ut eſt apud Suetonium cap. XXII. & cap. V. de patre Neronis, qui tantæ perfidiæ fuit, ut in Prætura mercede palmarum aurigarios fraudaverit, id eſt, auro quod præter palmas aurigariis dabatur. Vetus inſcript. de Diocle agitatore; centum victorias conſequutus eſt victor cap. III. ſingularum vicit LXXXIII. Adhuc augens gloriam tituli ſui: præceſſit Thallum factionis ſuæ, qui primus in factione Ruſſata. Item; factionis Praſinæ victor ∞ XXV. Et Flavius Scorpus victor II. XL. VII. Martialis libro IV. epig. LXVII.

Prætor ait, ſcis me Scorpo, Thalloque daturum.

Statuæ equeſtres agitatoribus poſitæ. Martialis ibid.

Quas non das equiti, vis dare, Prætor, equo.

Victores aurigæ coronati manu editoris. Ammianus l. XIV. *Ingreſſus Conſtantinopolim Gallus tanquam de rebus proſperis, & ſecuris, editis equeſtribus ludis capiti Coracis aurigæ impoſuit coronam ut victoris*. Sidonius epiſt. IX. lib. VIII. aurigam coronatum vocat. l. *commodis*. D. *de re judicata*. *Commodis præmiorum quæ propter coronas ſacras præſtantur, condemnato placuit interdici*. Paradoxi, id eſt, aurigæ victores de podio coronas accipiunt. Servius ad hæc verba Virg. V. *Æneid.*

Puniceis ibant evincti tempora palmis.

Omnes qui vicerant ſcilicet puniceis tæniis, id eſt, vittis roſeis, evincti erant: & ſignificat lemniſcatas coronas, quæ ſunt de frondibus, & diſcoloribus faſciis. Feſtus: lemniſci, id eſt, faſciolæ coloriſſæ dependentes ex coronis. Idem: Donaticæ coronæ dictæ quod his victores in ludis donabantur. Æmil. Probus in *Alcibiade* coronas commemorat ſacras. Paradoxi dicebantur qui vicerant, quaſi admirabiles. Victores autem meridiano tempore a præcone renuntiabantur. Philoſtratus cap. IV. lib. VI. *de Vita Apoll.* ἀθληταὶ παραμένουσι τὸ μεσημέρινον κήρυγμα. *Athletæ victores meridianum præconis vocem expectant*. Virgilius lib. V. *Æneid.*

Victorem magna præconis voce Cloanthum
Declarat, viridique advelat tempora lauro.

Vetus lapis:

MARC. AVRELIVS POLYNICES NAT. VERNA QVI VIXIT ANNOS XXIX. MENSES IX. DIEBVS QVINQVE, QVI VICIT PALMAS N. DCCXXXIX. SIC IN RVSSEO N. DCXXXV. IN PRASINO LV. IN VENETO XII. IN ALBO XVII. PRÆMIA XXX. N. III. XX. XXVI. PVRA N. XI. OCTOIVGE N. VIII. DECEMIVGE N. VIII. SEIVGE N. III.

Alter lapis:

M. AVRELIVS MOLLICIVS TATIANVS NAT. VERNA QVI VICIT ANN. XX. MENS. VIII. DIEBVS VII. QVI VICIT PALMAS CXCV. SIC IN RVSSEO XCIX. IN PRASINO XXIII. IN VENETO N. V. IN ALBO N. VII. PRÆMIA XXX. N. II.

Senatus inter alios honores Cæſari delatos decrevit ut in omnibus equeſtribus certaminibus præmia victoribus diſtribueret, ait Dio libro XLIII. qui & Neronem ſcribit præmia equis poſuiſſe ludis Circenſibus. Contra Severus Alexander apud Lampridium ſpectacula frequentavit cum ſumma donandi parſimonia, dicens ſcenicos, venatores & aurigas ſic alendos quaſi ſervos noſtros. Nerva jam olim ludorum ſumptus imminuerat, narrante Dione. Commodus Circenſes multos addidit, ut Dominos factionum ditaret, auctore Lampridio. Dio lib. LVI. ſub fin. de Auguſto: ἐψηφίσθη ὅπως αὐτοῦ τὰ γενέσια οἱ ὕπατοι ἐξ ἴσου τοῖς ἀρηείοις ἀγωνοθετῶσι, οἱ δήμαρχοι τῇ ἐσθῆτι τῇ ἱπποδρομίᾳ ἐχρήσαντο. *Senatus decrevit ut Conſules ludos, & præmia darent natali Auguſti ex æquo, cum natali Romuli Tribuni triumphali veſte Circenſibus uſi, curru abſtinuerunt.* Livius lib. X. Sp. Carvilio, Lucio Papyrio Coſſ. coronati primum ob res bello bene geſtas ludos Romanos ſpectaverunt, palmæque tum primum tranſlato e Græcia more victoribus datæ. Suetonius in *Nerone* cap. XXII. *Neque diſſimulabat Nero velle ſe palmarum numerum ampliare*. De coronis conſule Plinium libro XXI. cap. II. apud Xiphil. Nero ἐν τοῖς ὀλυμπιονίοις ἅρμα ἐλάσας καὶ πεσὼν ἐξ αὐτοῦ, καὶ ὀλίγου δεῖν συντριβεὶν ὅμως ἐστεφανώθη, *in Olympia cum aurigaretur cecidit, & pene obtritus, tamen ab Hellanodicis coronatus eſt*. Præconium victoriæ his verbis enuntiabatur; Nero Cæſar victor hujus certaminis coronat populum Romanum, & ſuum orbem terrarum. Auguſtus apud Suetonium cap. XLV. corollaria, & præmia alienis quoque muneribus, & ludis, & crebra, & grandia de ſuo offerebat. In veter. inſcriptionib. Diocli, Scorpo, & aliis aurigis victoribus ſæpe XXX. XL. aut LX. millia nummorum donata, quæ præmia majora dicta. Vidimus proxime Conſulatum Furii Placidi tanto ambitu in circo editum, ut non præmia dari auri-

gis, ſed patrimonia viderentur, cum darentur tunicæ ſubſericæ, lineæ paragaudæ, darentur equi, ait Voſpicus in *Aureliano*. Plutarchus in *Alcibiade* ait, eum viciſſe, & primum, ſecundum, & tertium cucurriſſe.

Πρῶτα ϛ δραμεῖν, ϗ δεύτερα, ϗ τρίτα.

Iſocrates in orat. *de Cur.* πρῶτος, ϗ δεύτερος, ϗ τρίτος ἐγένετ' ὁ ἀλκιβιάδης. *Primus, ſecundus & tertius fuit Alcibiades*, quia ex ejus equis alii primam palmam, alii ſecundam, & tertiam reportarunt. Qui autem ſumptus in editione Circenſium fierent, oſtendunt literæ Valeriani apud Voſpicum in *Aureliano* cap. XII. *Valerianus Auguſtus Ælio Xiphidio præfecto ærarii. Aureliano, cui Conſulatum detulimus ob paupertatem, qua ille magnus eſt, cæteris major, dabis ad editionem Circenſium aureos Antoninianos trecentos, argenteos Philippeos minutulos tria millia, in ære* H-S. *quinquagies, tunicas multicias viriles decem, lineas Ægyptias* XX. *mantelia Cypria paria duo, tapetia Afra decem, porcos centum, oves centum; convivium autem publicum edi jubebis Senatoribus, & Equitibus Romanis*. Dubito an omnia ad Circum pertineant: forte argentei, & ærei iſti nummi ad miſſilia in populum ſpargenda.

CAP. LVI.

De miſſibus Circi, ſcortis, Mathematicis, furtis.

HOC caput pauca quædam ad Circum pertinentia ſimul infarciet. Nuces mittebantur Cerealibus, id eſt, miſſilia in Circo: nuces enim diliguntur ſupra alia miſſilia, præſertim flamma cum ſint uſtæ, quæ ſparguntur, ait Feſtus. Plautus in *Pœnol.* frictæ nuces populo vendebantur, ſicut & aqua, & a ſervis circumferebantur, ut & cicer, lupini, & fabæ. Horatius lib. II. ſat. III. ab editoribus donari innuit:

In cicere, atque faba bona tu, perdaſque lupinis,
Lætus ut in Circo ſpatiere, aut æneus ut ſtes.

Martialis lib. I.

—— *Quod otioſæ*
Vendit qui madidum cicer coronæ.

Perſius ſatyr. V.

—— *Vigila, & cicer ingere large*
Rixanti populo. ——

Martialis:

Aſſe cicer tepidum conſtat, & aſſe Venus.

Horatius in *Arte*:

Nec ſi quid fricti ciceris probat, aut nucis emptor.

Idem ſatyr. VI. lib. II.

—— *Neque ille*
Sepoſiti ciceris, neque longæ invidit avenæ.

Plautus coctum ſeu toſtum ſeu toſtum cicer. Varro ſexageſi. qui nobis miniſtrarunt pueri diebus feſtis cicer viride: frictum cicer, toſtum, coctum, madidum, tepidum, Duſa pro cocto accipit. Putem cicer viride interdum datum, ſæpe coctum, nonnunquam frictum: lib. I. *Epiſt.* Cicero *ad Attic.* epiſt. I. locus eſt elegans in hanc rem: *Quæ cum erit abſoluta, ſane facile tum & libens ter thermum ciceri cuſili accuderim.* Reſtituit hunc locum Boſius Lemovix, cicer cuſile accipit pro Conſulatu, luditque in voce *thermi*, quæ Græcis lupinum eſt. Hoc vult; quæ via cum erit abſoluta, mihi Conſuli facile Thermum Conſulem adjecerim. Propius ad verba loci hujus corrupti accedit, ſi legas; *Sane facile tum & libens thermum ciceri cuſili accuderim*. Ludit in voce *Ciceronis* Acro in lib. II. ſatyr. Horat. Cicer, faba, & lupini a Magiſtratibus ludis Floralibus jactabantur, vel in Circo ab Ædilibus. Excidit mihi ſupra de aqua in Circo illud Luciani in *Peregrino*: ὕδωρ ἐπήγαγέ τις ἀνὴρ πλούσιος

A

ὀλυμπία, (cum Epictetus viveret) ϗ ἔπαυσε δίψη τοὺς πανηγυρισὰς ἀπολλυμένους. Id eſt, *vir quidam opulentus induxit aquam in Olympiam, & ſitim coronæ ſedavit*. Plinius lib. XXXV. XXXIII. XIX. Cn. Pompejus ante omnes aquæ per ſemitas decurſu æſtivum minuit fervorem (in Theatro.) Ut autem in Theatro, ſic & in Circo proſtibula fuerunt. Vetus Poeta:

Deliciæ populi, magno notiſſima Circo
Quintia. ——

Lampridius in *Vero*: *Omnes de Theatro, de Circo,*

B

de ſtadio, & omnibus locis, & balneis meretrices collegit. In cellis antriſque ſubterraneis proſtabant ad metas maxime Murtias; unde ganea quaſi γῄινα. Hieronymus *in cap.* II. *Iſai.* Inter ſcorta quoque in fornicibus ſpectaculorum pueri ſteterunt, publicæ libidini expoſiti, donec ſub Conſtantino Imperatore turpitudo deleta eſt. Certe ad omnia pene gymnaſia, & ſpectacula erant popinæ & ganeæ utrique Veneri, maſculæ & fœmineæ. Ganea pathicorum ἐφηβία dici videtur lib. II. cap. IV. *Mach.* ἐὰν ἐπιχωρηθῇ διὰ τ ἐξουσίας αὐτοῦ γυμνάσιον, ϛ ἐφηβίαν αὐτῷ συστήσασθαι. quem locum Hieronymus ita vertit: *ſi poteſtati ejus* (Jaſonis) *concederetur*

C

gymnaſium, & ephebiam ſibi conſtituere, & eos qui Hieroſolymis erant, Antiochenos ſcribere. ἀσμένως γὰρ ὑπ' αὐτὴν τ ἀκρόπολιν γυμνάσιον καθίδρυσε, ϗ τοὺς κρατίστους τῶν ἐφήβων ὑπὸ πέτασον ἦγεν. Hieronymus hæc ita reddit: *Etenim auſus eſt ſub ipſa arce gymnaſium conſtituere, & optimos quoſque epheborum in lupanaribus ponere*. Lyranus ἐφηβίαν *lupanar* vertit. Heſychius πέτασον εἶναι τῶν ἐφήβων φόρημα monet, ut Romæ flavus galerus in proſtibulis fuit. Juvenalis ſatyr. VI.

Et nigrum flavo crinem abſcondente galero,
Intravit calidum veteri centone lupanar.

D

Heſychius alio loco πέτασον ῥιπίδα ἐκ σχοίνων vocat: *flabellum* interpretor, aut *galeram ex viminibus*. Forte umbella fuit, aut cauſia Macedonica, quam recentiores Græci καμελαύκιον vocarunt, ἀπὸ τοῦ ἐλαύνειν τὸ καῦμα, quod mollitiem cynædicam arguit. Cedrenus pag. 139. ἐστὶ δὲ ϗ ἑτέρα κατασκευὴ σπυρίδος ἀντὶ πίλου τῇ κεφαλῇ τιθεμένη, καλεῖται δὲ παρ' ἰταλοῖς καμέλα, ἐξ οὗ καμελαύκια: forte pathicis his petaſus ob mollitiem datus. Malim tamen ἐφηβίαν eſſe gymnaſium quo juvenes confluerent ad palæſtram: id enim verba lib. II. cap. IV. *Machabæorum* evincunt: petaſum autem palæſtritarum galerum: nam & hoc extorquet vox, κρατίστους τῶν ἐφήβων, id eſt, *fortiſſimos ephebborum*:

E

non enim dixit, καλλίστους τῶν ἐφήβων, quod in cynædis aptius fuit. Sed & in Circo Mathematici, & divinaculi. Juvenalis,

Conſulit ante phalas. ——

Horatius l. I. ſatyr. VI.

Aſſiſto divinis. ——

Acro *divinaculis* interpretatur: olim quippe ad metas Samardæ & Mathematici ſteterant. *Samardicis*, ait Acro, *aſſiſto aut ſortilegis*. Vetus interpres Juvenalis ait, eos ſtetiſſe in ſpina Circi. Cicero l. I. *de Divinat.* *Non vicanos aruſpices, non aſtrologos de Circo, non Iſiacos conjectores, non interpretes*

F

ſomnium. Et in Circo res furto ſubtractæ ſub crepuſculum veniebant. Acro in id Horat. ſatyr. VI. l. I.

Fallacem Circum, veſpertinumque pererro
Sæpe forum. ——

unde homo de Circo vilis dicitur. Sueton. in *Auguſto* triviales ex Circo ludios vocat, ut alii multi diobolares, quia privato carerent, in Circo morabantur. Apud Ciceronem homo de Circo dicitur vilis & infimæ ſortis. Nicetas de Circo Conſtantinopol. ἐν ᾧ δ' ὁ ζιντζιφίτζης ἀνδράγειον εἰ δέχθατον τῷ τ σαδιοδρόμων ἵππων ἀμφὶ περιστρεφόμενον ἄντυξι. *Zintziphit-*

zes

zes erat homuncio deformis, qui circa rotas curulium equorum versabatur.

Dio lib. XXXVII. in anno DCXCVII. scribit, Pisone & Messala Coss. cum populus olim ludos ἀπαυςὶ & sine intermissione spectaret, anno ab urbe condita DCXCVII. morem introductum, ut sub meridiem interquiesceret, & prandium sumeret. Arianus in *Epicteto* vocat κιρκήσια δῦναι, καὶ σπυρίσι δειπνῆσαι, *Circenses ludos dare, & sportulis prandere.* Caligula sparsit missilia variarum rerum, & panaria cum obsonio viritim divisit; qua epulatione equiti Romano contra se hilarius, avidiusque vescenti partes suas misit, ait Suetonius cap. XVIII. Apud eundem Cæsar Dictator adjecit epulum, ac visceratione, & post Hispaniensem victoriam duo prandia, cap. XXXVIII. Aurelianus apud Vopiscum: *Convivium*, inquit, *publicum edi jubebis Senatoribus, & Equitibus Romanis.* Non fuerunt epulæ publicæ. Ita & Sidonius epist. XI. lib. I. Postridie jussit Augustus, ut epulo suo Circensibus ludis interessemus, quia, ut loquitur Donatus ad lib. V. *Æneid.* spectaculorum gratiam debet etiam refectio corporum sequi. Ludis funebribus epulum datum esse docet Dio lib. XXXVII. qui Faustum Syllam ludicro patris funebri λαμπρῶς εἰςίασε. Item in triumphis. Suetonius in *Tiberio* cap. XIX. prandium deinde populo mille mensis. Lucullus apud Plutarchum post triumphum τλώτε πόλιν εἰςίασε λαμπρῶς, καὶ τὰς περιοικίδας κώμας, *urbi & vicis epulum splendidum dedit.* Apud Dionem libro LVIII. A Tiberio Senatus cum uxoribus, & populus εἰςιάθη, θέαιτε παντοδαπαὶ ἐγένοντο, *epulo acceptus est, & omnis generis spectacula data.* Apud Suetonium in *Domitiano* cap. IV. Domitianus inter spectacula muneris largissimum epulum dedit. Claudius meridie dimisso ad prandium populo spectaculis præsidebat, apud eundem c. XXXIV. Dio lib. LVIII. παρὰ τὸ τῦ ἀρίςυ καιρὸν interpretatur. Athenis per ludos in Theatris edebant bellaria, ut Aristoteles lib. X. *Ethic.* cap. V. Romæ olim, ut ait Acro ad librum Horat. *de Arte poet.* ubi pauperiores erant Romani, nuces & cicer dabantur, & spargebantur in vulgus ab his qui ludos Florales exhibebant. Sicinnius Capito nuces pro omnibus missilibus dici ait, quia inter omnia missilia hæa populo diliguntur, præsertim flamma cum sint ustæ. Plautus in *Pœnolo*:

Obsecro Hercule ut mulsa loquitur?
Nihil nisi laterculos, papaveremque, triticum,
& frictas nuces.

Cicer dabatur aut tostum, aut elixum, ut supra monuimus.

CAP. LVII.

De singularibus Equis.

IN Circo singulares equos cucurrisse diximus, quos Castori, & Neptuno sacros esse volunt, a quibus singulatores dicti. Seneca lib. II. *de Benefic.* c. XXIII. *pararii in beneficiis, & singulatores.* A Græcis celetes dicti sunt equi singulares, quæ vox frequens apud Pindarum. Festo celsus equus dicitur celes, id est, μονάμπυξ, freno uno ductus, non jugatus: κέλης ἵππος μονάμπυξ, καὶ δρομικὸς, ὃς νῦν σελλάριος λέγεται, ait Scholiastes Græcus, id est, *celes equus non jugatus, sed cursor, qui nunc sellarius dicitur.* In veteribus Glossis, aura exsolitarius, ἱππαςὴς, lego, aureax solitarius; singulator caballarius, κέλης ἱππεὺς. Aristophanis Interpres in *Pace*, μονάτορες ἵπποι κέλητες, id est, *singulares equi celetes.* Pollux μονίππυς vocat l. I. Papias in *Vocabulario*, aureax equus solitarius. Tertullianus *de Spectacul.* res equestris retro simplex de dorso agebatur, id est, singuli sessores singulis equis sine sella dorso nudo insidebant; ibid. Itaque Castori & Polluci deputatur hæc species, quibus equos a Mercurio distributos Stesichorus docet. Theocr. ἄμφω ἱππῆες κιθαρισταί. Equi singularis domituram & agitationem alias posuimus, & de Totila mira narravimus; a Silio lib. XVI. videtur depictus multis ante annis:

Milite non illo quisquam felicius acri
Insultarat equo, vel si resupina citato
Projectus dorso ferret cum membra, vel idem
Si nudo staret tergo, cum rapta volucri
Transigeret cursu sonipes certamina campi.

Fuit enim industriæ equestris in equi currentis dorso consistere immotum, aut ad terram manum demittere, festucas equo currente legere ab humo, quæ Totilas mira varietate faciebat. Manilius lib. IV.

—— *& stabiles poterit defigere plantas*
Per quos vadit equos, ludit per terga volantum,
Aut solo vectatur equo.

Firmicus lib. VIII. cap. VI. *Ast erit auriga aut equorum domitor, aut qui saltu quadrigas transeat, vel qui in dorso stans equorum mirifica se moderatione sustentet, atque apprime vectus equo militares armaturas exerceat.* Equis singularibus in Olympia locus fuit & præmia. Plato lib. VIII. *de Legib.* μονίπποις τ' ἆθλα τιθέντες, πώλοις τ' ἀβόλοις. τοξότης δ' ἀφ' ἵππων κρὴς ὐκ ἄχρηςος, ὐδ' ἀκοντιςής. Id est, *equis singularibus præmia ponentes, & pullis qui nondum ediderunt dentes. Sagittarius autem ex equo non inutilis est Creticus, neque inutilis jaculator.* Equitare antiquis fuit publicum equum mereri, ait Festus. Sed celetibus alius locus.

CAP. LVIII.

De paribus Equis.

PARES equi dicti sunt equi duo, quibus desultores usi; nam pares pro duobus usurpatur, ut notat Servius in id Virgilii,

—— *& in cælum paribus se sustulit alis.*

Unde pararii qui paribus equis vehuntur, apud Senecam lib. II. *de Benefic* & pararium æs dictum, quod equitibus duplex stipendium pro binis equis datur, ait Festus, quibus usi Romani in prælio, ut altero deficiente transilirent in recentem: ἅμιπποι dicuntur Hesychio: ἁμίππυς ἐκάλυν δύο ἵππυς συνεζευγμένυς, id est, *hamippos vocant equos pares conjunctos, sine jugo tamen.* Suidas, ἄμφιπποι οἱ ἐπὶ δυοῖν ἀςρώτοιν ἵπποιν συνδεδεμένοιν ὀχύμενοι, οἳ μεταπηδῶσι ἀπ' ἄλλυ ἐπ' ἄλλον ὅταν ἡ χρεία καλεῖ. Id est, *hamippi dicuntur, & desultores, qui duobus equis junctis sella & ephippiis carentibus vehuntur, qui transiliunt ab alio in alium cum res vocat.* Suetonius in *Julio* cap. XXXIX. *Circensibus spatio Circi ab utraque parte producto, & in gyrum euripo addito, quadrigas, bigasque, & equos desultorios agitaverunt nobilissimi juvenes.* In hamippis auriga in altero equo sedebat, in paribus equis miles: παρόχυς ἵππυς vocat Sozomenus lib. V. *Historiæ*, quasi qui ad manum sint & in promptu: ἔν τινι τῶν παρόχων ἵππων ἐπιβιβάσας τῆς μάχης ὑπεξήγαγε. Desidente Republica combinatos equos vocarunt qui & in Circi prolusione adhibiti. Chrysost. *de Circo*: μὴ τερπέτω σε τὰ προϊππικὰ κομβινεύματα, ἵνα μὴ καταλάβῃ σε τὰ πρὸ κρίσεως κινδυνεύματα, εἰ βύλει κομβινεύειν καὶ διαπαίζεσθαι. Id est, *ne te prolusio paribus in equis delectet, ne ante judicium, legitimumque certamen in discrimen venias, si paribus equis currere vis.* August. *Confessionum* l. VIII. c. VI. Treveris cum Imperator pomeridiano Circensium specta-

culo teneretur, atque illic ut forte combinati spatiabantur; combinatos dixit par ambulantium. Desultores vocati sunt & vertumni. Propertius lib. IV. eleg. II.

Est etiam autumni species vertumnus, & ejus
Trajicit alterno qui leve pondus equo.

Id genus exercitationis eo animo suscipiebatur, ut milites ab equo desilire & transilire in hostium equos aut suos recentiores ac siccos possent. Desultorii & desultores inde appellati. Livius lib. XXIII. Numidæ in dextro cornu collocati, sed quibus desultorum in modum binos trahentibus equos inter acerrimam sæpe pugnam in recentem equum ex fesso armatis transsultare mos erat; tanta velocitas ipsis, tamque docile equorum genus est. Lib. XXX. pag. 109. equites binos secum trahentes equos. Lib. XXVIII. armatus eques frenatos stratosque teneret equos. Seneca in *Suasor.* desultorium bellorum civilium Deillium vocat, qui a Dolabella ad Cassium, a Cassio ad Antonium, ab Antonio ad Cæsarem transierit. Cicero *pro Muræna: Tanquam desultorius equus in quadrigarum currum incurristi.* Interdum enim desultores qui in Circum ad nuntiandos missus præmissi erant, in quadrigarum currus incurrebant, magno suo & occurrentium periculo. Desultores pileatos præmissos in Circum qui nuntiarent missus, indicat Cassiodorus lib. III. qui de sultatorios equos vocat (legerem libentius *desultorios*) quibus non honestissimi aurigæ, sed Circensium ministri missus denuntiarent exituros. Sub Julio Cæsare *equos desultorios agitaverunt nobilissimi juvenes.* Suetonius in *Julio* cap. XXXIX. Castoribus erant sacri desultores, & alternis ex equo in equum transiliebant, ut alternis e cœlo ad inferos euntes ac redeuntes Castores, sedemque per vices summutantes ostenderent. Hyginus fabula LXXX. Pollux stellam quam a Jove acceperat, cum fratre communicavit, ideoque dicitur Castor alterna morte redemptus; unde etiam Romani servant institutum, cum desultorem mittunt, unus duos equos habet, pileum in capite, ex equo in equum transilit, quod ille sua & fratris vice fungatur. Id genus equitum ætate Homeri, atque adeo Heroum in usu fuit. *Iliad. o.*

Ὡς δ᾽ ὅτ᾽ ἀνὴρ ἵπποισι κελητίζειν εὖ εἰδώς,
Ὅς τ᾽ ἐπεὶ ἐκ πολέων πίσυρας συναείρεται ἵππους,
Σεύας ἐκ πεδίοιο μέγα προτὶ ἄστυ διώκει
Λαοφόρον καθ᾽ ὁδὸν, πολέες τε ἐθηήσαντο
Ἀνέρες ἠδὲ γυναῖκες. ὁ δ᾽ ἔμπεδον ἀσφαλὲς αἰεὶ
Θρώσκων, ἄλλοτ᾽ ἐπ᾽ ἄλλον ἀμείβεται, οἱ δὲ πέτονται

Id est, *ut cum vir equo celete equitare peritus, qui ubi ex urbibus quatuor congregavit equos, agitans e campo ante magnam urbem insequitur per viam militarem. Ille autem firmiter usque saliens ex alio in alium alternat, illi vero volant*; ait eum per conquaternatos equos volasse. Manilius lib. IV.

Nec non alterno desultor sidere tergo
Quadrupedum.

Quod Hesychius supra posuit equos hamippos συνεζευγμένους, fraudi fuit nonnullis, qui jugales hamippos esse voluerunt eosdem cum synoride & biga. Sed audiant illi Eustathium Hesychio lucem dantem: ἅμιπποι κέλητες ἵπποι ὁμοῦ συνεζευγμένοι ἄνευ δίφρου, id est, *hamippi sunt equi celetes simul juncti sine curru*; quæ sequuntur apud Eustathium ab aliis dissentiunt: ait enim, ἐφ᾽ ὧν ὁ μέν τις ἡνιοχῶν, ὁ δ᾽ ὡπλισμένος ἐκάθητο. οἱ καὶ αὐτοὶ διὰ τὸ χωρὶς ἑκάτερος ἱππεύειν, ἅμα δ᾽ ὅμως ἅμιπποι. Duos sessores facit, unum famulum inermem, alterum dominum armatum. Sic & Gallos olim tres equos in prælia, vel plures duxisse Pausanias docet, quibus famuli inermes insidebant. Interdum tamen unus & idem equo insidens alterum, aut tertium adjunctos loro trahebat. Suidas: οἱ δέ φασι ὅτι ζεύγνυνται μέν τινες ἵπποι. καὶ ὁ ἐπελαύνων αὐτοὺς, τοὺς μὲν ἐποχεῖται, τοὺς δὲ παρέλκεται, πεζοὺς δὲ τοὺς ἁμίππους ὁ Θουκυδίδης, καὶ Ξενοφῶν δηλοῦσι, ἢ μή ποτε πρόδρομοί τινες εἰσὶν, οἱ ἅμα τοῖς ἱππεῦσι τεταγμένοι. Id est, *alii dicunt jungi solitos aliquot equos, quorum uni sessor insidebat, alteros adjunctos loro trahebat. Thucydides tamen dixit hamippos, & Xenophon: vide an præcursores aliqui sint, qui simul cum equitibus describerentur in ordines.* Quid si Thucydides dixerit hamippos, quia vir virum legat, & sociatis animis in bella eant? Cum Eustathio sentit Callisthenes, atque morem eum ætate sua servatum ait apud Afros zeugitas, ut famulus inermis in altero, eques armatus in altero sederet; sic ille in *Alexand.* καὶ τὸ παλαιὸν ἐλέγοντο δύο ἵπποι συνεζευγμένοι τῷ τραχήλῳ ἅμιπποι. ἦν δ᾽ ἐπὶ μὲν τοῦ ἑτέρου ἡνίοχος, ἐπὶ δὲ τοῦ ἑτέρου ὁπλίτης. καὶ νῦν δὲ χρῶνται περὶ ἀρχῆς οἱ Λίβυες οἱ προσαγορευόμενοι ζευγῖται. Id est, *& quidem olim equi duo per collum conjuncti dicebantur hamippi: erat autem in altero auriga, in altero miles armatus; & hodieque utuntur Libyes zeugitæ hoc equorum genere studiose.*

CAP. LIX.

De funariis Equis.

QUADRIGARUM currus olim duplici temone erant, perpetuoque, & quod omnibus equis injiceretur, jugo: postea funarii adhibiti, qui fune per foramina jugi transmisso in fronte cum duobus jugalibus vincirentur. Heroes trigis maxime usi sunt, quibus duo equi adjuncti sub jugum mitterentur, tertius funarius; funes enim per foramina jugi ad vinciendos equos transmittebantur. Dicitur ab Homero ζυγὸς ὀμφαλόεις. Eustathius umbilicum jugi vocat umbonem quendam ac tumorem in medio jugo, aut sculpturam animantium umbilico non absimilem: ὀμφάλιον ζυγὸν ἔχοντ᾽ ἐξοχὴν κατὰ τὸ μέσον, ἢ γλύμμα ἀνάλογον τῷ τῶν ζώων ὀμφαλῷ? Quid si legas apud Eustathium ὀμφαλόεντα ζυγόν? umbilicus quippe dictus est foramen illud. Varro lib. VI. *de Lingua Lat.* Delphis foramen est thensarum specie, quem ὄμφαλον vocant. Equus funarius παρήορος παράορος, παράσειρος dicitur, qui extra currum currit, ὁ ἐκ τοῦ ἅρματος (lego ἔξω) τρέχων, ait Hesychius. Dionysius Halicarn. sub finem libri VII. duos, inquit, equos jungunt, quomodo bigæ junguntur, tertius funarius loro devinctus, aut fune consequitur, quam παρήωρον Veteres dixerunt, quasi dicas suspensum, ἀπὸ τοῦ παρηωρῆσθαι καὶ συνεζεῦχθαι, quia fune tertius equus funalis ad duos alios recto temone junctos adjungeretur, & quasi suspenderetur. Funalem παρεζευγμένον τοῖς ζυγίταις interpretatur Eustathius, id est, *fune alligatum ad jugales.* Funes e jugo ducti, quibus funalis equus vincitur, dicuntur παρηορίαι παρηρτημέναι τῷ ζυγῷ σειραὶ εἰς δεσμὸν τοῦ παρηόρου ἵππου, ut loquitur Eustathius. Ad παρήορον illum, & quasi suspensum apposite allusit Statius lib. VI. *Thebaidos*:

—— Flavus Arion
Stat, sociumque jugi, comitesque laboris
Secum alte suspendit equos.

Funales posuit Ausonius in epitaphio equi Prosphori:

Pegasus hinc dexter currat tibi, lævus Arion,
Funis, & ad quartum det tibi Castor equum.

Lege, *funis eat.* Interdum enim unus tantum erat funarius, duo jugales, a quibus equorum trigarios Plinius lib. II. vocat. Interdum duo jugales, totidem funarii: τετραόρας vocat Eustathius, id est, τετρασείρας ἵππους. Suidas jugales & παρασείρας opponit, id est, funarios; sic enim ille, ζύγιοι ὑποβαλλόμενοι τῷ τῶ ἅρματος ζυγῷ, τουτέστιν ὁ μέσος ἀριστερὸς, καὶ μέσος δεξιὸς, καὶ ἁπλῶς ὁ μὴ παράσειρος οὕτως λέγεται. Id est, *jugales sunt qui jugo subjiciuntur, id est, medius dexterior, & medius sinisterior, & omnino qui non est funarius dicitur jugalis.* Erant currus in quibus sub jugum equi duo venirent, pone currum equi duo sequerentur, quomodo hodieque in lecticis ac basternis fœmineis, quæ ante & retro ab equis sustentantur; qui mos non nuperus & novitius, sed Homeri ætate frequens: ait enim *Iliad.* ω.

Πρόσθε μὲν ἡμίονοι ἕλκον τετράκυκλον ἀπήνην,
Τὰς Ἰδαῖος ἔλαυνε δαΐφρων, αὐτὰρ ὄπισθεν
Ἵπποι τὰς ὁ γέρων ἔφεπεν μάστιγι φαεινῇ.

Fieri potuit, ut hi equi quos Priamus insederat, non pone ad temonem juncti essent, sed sine temone a Priamo agerentur. Tu locum expende. Verba sonant, *in fronte quidem muli trahebant currum rotas habentem quatuor, quos Idæus prudens auriga agebat; sed pone erant equi, quos Priamus senex agitabat flagello insigni.* Unde conjicias duos fuisse temones quibus equi jugarentur, duas sedes duobus agitatoribus, quatuorque in curru rotas. Auriga tamen in temone aliquando sedit. Claudianus,

Jungit amor, lætamque vehens per nubila matrem
Gemmato temone sedet.

Eques ut plurimum currum comitabatur, qui πάριππος dictus: de quo Chrysostomus orat. *de Circo.*

CAP. LX.

De studio alendorum Equorum.

IN Græcia olim in pretio erant ii qui studiosi equorum essent. Laertius in *Empedocle*: οἰκίας ἱπποτροφούσας λαμπραὶ ἦσαν, id est, *familiæ quæ alerent equos erant illustres.* Vitio vertebatur si quis equos nullius pretii aleret: unde Isæus pag. 55. οὐ γὰρ πώποτε ἐκτήσω ἵππον πλείονος ἄξιον ἢ τριῶν μνῶν id est, *nunquam equum habuisti pluris quam trium minarum.* Talento Romæ generosi equi emebantur. Varro, sesquiulisse nunc emunt trossuli nardo nitidi vulgo Attico talento equum. Mille assibus publicus equus æstimatus. Varro lib. VII. *de Ling. Lat.* equum publicum mille assariorum esse. Nec dubito alios pluris, alios minoris fuisse pro bonitate equorum. Equitum Romanorum equi probabantur a Censoribus, ut notum est; hoc autem studium honori fuisse, vel ex eo discas, quod jam olim non viri modo, sed & fœminæ nobiles Spartæ & aliis in urbibus equos alerent, qui Olympiis currerent, qualis fuit illa Pherenice apud Ælianum lib. x. *Variar.* cap. I. quæ præter morem mulierum Olympiis spectavit. Hoc nomine illustris fuit Alcibiades, ut est apud Thucydidem & Plutarchum; nec enim alius meliores equos aluit, aut septies Olympiis cucurrit, vicitque, secundusque & quartus fuit: ἑπτὰ γὰρ ἄλλος οὐδεὶς καθῆκεν ὀλυμπιάσι ἰδιώτης, οὐδὲ βασιλεὺς, μόνος δ' ἐκεῖνος; καὶ τὸ νικῆσαι δὲ, καὶ δεύτερον γενέσθαι, καὶ τέταρτον. Euripides sic ea de re:

Κάλλιστον ὃ μηδεὶς ἄλλος Ἑλλήνων,
Ἅρματι πρῶτα δραμεῖν, καὶ δεύτερα, καὶ τρίτα,
Βῆναι δ' ἀπόνητι δὶς στεφθέντα ἐλαίᾳ,
Κάρυκι βοὰν παραδοῦναι.

Id est, *pulcherrimum est in eo, quod in nullo alio Græcorum, curru victorem esse, ac primo loco, secundo, & tertio currere, ireque nullo labore, bis coronatum olea, præconi clamorem dare.* Uterque locus difficilis; alicui enim videri possit, Alcibiadem ter aut quater Olympiis vicisse. Ego sic interpretor, ut iisdem ludis Olympiis equi ejus primi, secundi, & tertii fuerint variis cursibus. Plutarchus enim ait: αἱ ἱπποτροφίαι περιβόητοι μὲν ἐγένοντο, καὶ τῷ πλήθει τῶν ἁρμάτων, id est, *aluit equos cum splendore & nomine, etiam ob multitudinem curruum.* Hujus studii admiratione plurimum ei vel hostes ipsi detulerunt. Ephesii enim tabernaculum ei pulchre instructum adornarunt, pabula equis, & hostiarum copiam Chiorum urbs, vinum Lesbii. Plutarchus: τοῦτο μέν τοι τὸ λαμπρὸν ἐπιφανέστερον ἐποίησαν ἡ τῶν πολεμίων φιλοτιμία. σκηνὴν μὲν γὰρ αὐτῷ κεκοσμημένην περιπρεπῶς ἔστησαν Ἐφέσιοι, τροφὰς δ' ἵπποις, καὶ πλῆθος ἱερείων παρεῖχον ἡ Χίων πόλις, οἶνον δὲ Λέσβιοι. Nimis efflictim deperiit equum Prasinum Verus Imperator, de quo Capitolinus in *Vero.* Nam & Volucri equo Prasino aureum simulacrum fecerat, quod secum portabat, cui quidem passas uvas, & nucleos in vicem hordei in præsepe ponebat, quem sagis fuco tinctis coopertum, in Tiberianam ad se adduci jubebat: cui mortuo sepulcrum in Vaticano fecit. Sic & Adrianus canibus & equis sepulcra posuit. Spartianus. Ipsi principes viri equilia sedulo pascebant, unde equos antiquæ & generosæ notæ ac nominis, & ad Circum, & ad bella haberent. Cassiodorus libro I. *Variarum.* Tanta patrimonii ubertate gloriatus est, ut inter reliqua bona equinis gregibus Principes vinceret; & ii cum in Græcia, tum in Italia nobilissimi habebantur, quorum majores alendis equis famam quæsissent. Basilius in *Julitta*: ἀνιᾶται ὅτι μὴ ἀπατρίδης, μηδ' ἑπτὰ πάππους ἔχειν ἀριθμεῖν εἰς ἄνω ἱπποτρόφοις ἢ μονομάχοις τὸν βίον ἐξαναλώσαντας. Id est, *dolet, quia non est patricia, neque septem e majoribus suis numerare potest, qui fortunas omnes alendis equis aut gladiatoribus exhauserint.* Nonnulli etiam greges equorum de suo nomine appellabant, ut ad posteros sui memoriam equorum propagatione transmitterent, tantus aurigandi furor fuit. Basilius pag. 48. ἤδη δέ τινες καὶ ἀγέλαις ἵππων τὰς ἑαυτῶν προσηγορίας ἐνσημηνάμενοι, ἐπὶ πολὺ συμπαρακαταθέσθαι τῷ βίῳ τὴν μνήμην αὐτῶν ἐπενόησαν. Arbitrabantur se ornamento esse festivitatibus, sacris certaminibus, ac conventibus publicis, cum equos bene curatos producerent & citos, ait Philo *de Agricultione.*

Desultor est qui cum ad cursum venit, desilit, & de equo in equum transilit, ait Servius. Ovidius lib. I. *Amor* eleg. IV.

Non mihi mille placent, non sum desultor amoris.

Gloss. desultor, μεταβάτης, ζεύξιππος. Livius lib. XXXIII. *quibus desultorum in modum binos trahentibus equos inter acerrimam pugnam in recentem equum ex fesso armatis transultare mos est.* Varro l. II. *de Re Rustic. Peritus belli alios eligit, atque alit, ac docet, aliter quadrigarius, ac desultor.* Ulpianus lib. XXXII. ad edict. *Apud Labeonem quæri, si tibi equos vænales experiendos dedero, ut si in triduo displicuissent redderes, tuque desultor in his cucurreris, & viceris, deinde emere nolueris.* Livius lib. XLIV. *Nam Circensi ludicro semel quadrigis, semel desultore misso, vix unius horæ tempus utrumque curriculum complebat.* Omnino quidam singulatores fuere qui præmio currerent, alii qui nullo victoriæ præmio quadrigas ut ministri, & adhortatores comitarentur.

In nummis & marmoribus, bigis & quadrigis Circi præcurrit singulator eques palmam, aut coronam manu elatam demonstrans. Is autem eques non fuit desultor, contra quam putat Marcellus Donatus, quia desultores ipsi certabant. Singulator uno equo utebatur, desultor duobus. Alii fuere παραβάται, & ἀποβάται apud Dionysium Halicarn. lib. VII. qui de quadrigis desiliebant. Vetus inscriptio;

PVBLIO ÆLIO DECIMINO B. M. MIL. A. XVIII. EQVITI SINGVLATORI AVGVSTI.

Alia inscriptio:

M. VLPIO VIATORI EQVITI SINGVLATORI AVGVSTI.

Alia:

TITO HORTENSIO MVCRONI NATIONE MARSO Q. V. A. XXXV. ÆLIVS VERNVS ARM. CVS. EQVES SINGVLATOR AVGVSTI.

Alia:

M. VLPIVS EQVES SINGVLATOR AVGVSTI.

Videntur fuisse equites Augustales singulatores Glossæ *combinare* ζδυγνύειν esse volunt: προίππικα τῶ ζδξίππων, *præludia desultorum*. Ælianus apud Istros desultores ponit, τὰς περὶ ἴστρον βαρβάρους μεταβαίνειν ἀπὸ ἵππων εἰς ἄλλους ἵππους, *barbaros ad Istrum ex equo in equum insilire*. Apud Homer *Iliad.* o.

—— Ὁ δ' ἔμπεδον ἀσφαλὲς αἰεὶ
Θρώσκων ἄλλοτ' ἐπ' ἄλλον ἀμείβεται, οἱ δὲ πέτονται.

Ille firmiter saliens ex equo in equum alternat, equi autem volant. Valerius Flacus libro VI. comites equos vocat, Romani pares:

—— *Comitumque celer agitator equorum*
Mœsus. ——

Plinius libro XXXIV. cap. v. celetas commemorat singulares equos; verba sic habent: *Sed illi celetas* (non *celatas*, ut vulgo legitur) *tantum dicabant in sacris victores*. Supra monui, equos Curules mercari, feras ad venationes coemere, sine Imperatoris permissu neminem potuisse, ut docet Capitolinus in *Gordiano*. Equos Siculos centum permittentibus Imperatoribus factionibus divisit. Symmachus lib. VII. epist. CXXII. Nobiles equos in Vaticano sepultos docet Capitolinus in *Vero*. Generosos equos in Hirpinis fuisse ostendit Juvenalis satyr. VIII. versu LVII.

Quis generosa putet nisi fortia? Nempe volucrem
Sic laudamus equum, facili cui plurima palma
Fervet, & exultat rauco victoria Circo.
Nobilis hic, quocumque venit de gramine, cujus
Clara fuga ante alios, & primus in equore pulvis.
Sed vænale pecus Corithæ, posteritas &
Hirpini, si rara jugo victoria sedit.

Denique alii equi bello utiles fuere, alii Circo, ut docet Varro lib. II. *de Re Rust.* Horatius lib. II. ode XVII.

Tibi tollit hinnitum
Apta quadrigis equa.

Equi in Circo ad currus juncti non dubie intellectum adhortationis & gloriæ fatentur, ait Plinius lib. VIII. cap. XLVI. Solinus cap. XLVI. Voluptatem equis inesse Circi spectacula prodiderunt. Quidam enim equorum cantibus tibiarum, quidam saltationibus, quidam colorum varietate, nonnulli etiam accensis facibus ad cursum provocantur. Ingenia equorum Claudii Cæsaris Circenses probarunt cum effuso rectore quadrigæ cursu æmulos non minus astu quam velocitate præverterunt, & post decursa legitima spatia ad locum palmæ sponte constiterunt, velut victoriæ præmium postularent. Columella lib. VI. *de Re Rust.* Equinum pecus tripartito dividitur. Est enim generosa materies quæ Circo, sacrisque certaminibus equos præbet. Statius lib. V. *Sylvarum*, Protreptico ad Crispinum;

—— *Qualis per jugera Circi*
Cum pulcher visu, titulis generosus avitis
Expectatur equus, cujus de stemmate longo
Felix demeritos habet admissura parentes,
Illum omnes acuunt plausus, illum ipse volantem
Pulvis, & incurvæ gaudent agnoscere metæ.

Equi Circenses olim a Censoribus sedulo prospiciebantur. Livius lib. XXIV. *Cum Censores M. Atilius Regulus, P. Furius Philus ob inopiam ærarii se jam locationibus abstinerent, ædium sacrarum tuendarum, curuliumque equorum præbendorum, ac similium bis rerum, convenere ad eos frequentes qui hastæ hujus generis assueverant*. Principes aliquot privatos equos habuere, Caligula Incitatum apud Suetonium C. LV. Verus Imp. Volucrem apud Capitolin. Sub Commodo fuit equus nomine Pertinax Prasinæ factionis, narrante Dione. Sed equorum varia nomina ex veteri inscriptione supra posuimus Huic *de Circo* Libello visum est tractatum perbrevem de Equis subjicere, ut plenius tota res equestris accipiatur.

TRACTATUS DE EQUIS.

CAP. I.

De Equo.



ENEROSUM animal equus, & homini haud paulo utilius, quam oliva, a quo Scythæ potum in siti, & cibum in fame sumunt; quare & injuriam Neptuno factam putes, cujus equus infra olivam Minervæ habitus sit. Equus domi, belli, ad feria, ad ludicra, in otio, in negotio, in Scythia, in Græcia utilis est; oliva non omnium gentium, ut nec accipenser, omnium hominum, quæ nulla in plerisque regionibus, equus ubique, omni hominum generi prope domesticus & familiaris est, quo & ad vecturam, ad pugnam, ad cibum, potumque pleræque gentes utuntur.

CAP. II.

De Equis marinis, & fluviaticis.

EQUORUM autem alii sunt marini, quos Neptuno tribuunt, alii fluviatiles, quidam terrestres. Equi marini dicti hippocampi, de quibus Philostr. in *Neptuno*: ἐνταῦθα δὲ ἱππόκαμποι τὸ ἅρμα ἔφυδροι τὰς ὁπλὰς, καὶ νηκτικοὶ, καὶ γλαυκοὶ, καὶ νὴ Δία ὅσοι δελφῖνες. *Ibi autem hippocampi currum Neptuni trahebant, quorum ungulæ in aqua erant, ipsi*

A *natantes & cærulei per Jovem quales Delphines*. Ibidem marinos equos vocat epirotas: χαλκόποδας ὠκυπέτας, ὃς μάστιγι πλήττεσθαί φησι, *æripides pernices, quos flagello verberari ait*. Idem in *Pelope* equos epirotas Neptuno tribuit. Festus: *Campas equos marinos dicunt, & omnia cetacea*. Menander hippocampum pro hippopotamo dixit, a flexu caudarum, apud Nonium Marcellum. Nævius: *Citius Delphino junctis vehiculis, hippocampisque asperis*. Dioscorides hippocampum minutum animal esse prodit. Apud Plinium l.XXXV. c.V. Nereides supra Delphinos, & hippocampos sedent. Statius
B l.II. *Thebaidos* de Neptuni equis:

Illic Ægæo Neptunus gurgite fessos
In portum deducit equos, prior haurit habenas
Ungula, postremi solvuntur in æquora pisces.

Aurigam Neptuni esse vult Palæmonem Nonnus l.VIII. *Dionysiac.*

—— θαλασσαίοιο δὲ δίφρυ
Δέξεται ἡνιοχῆα παλαίμονα κυανοχαίτης.

Currus marini aurigam Neptunus cærulea coma insignis Palæmonem accipiet. Idem Melicertam Neptuno currum jungere, Ἴσθμιον ἅρμα, Tritonem buccina canere, Glaucum aurigam esse ait lib. XLIII
C pag.739.

Καὶ διερῇ μάστιγι θαλασσαίῃ παρὰ φάτνῃ
Ζεύξας ὠκυπόρῳ πεφορημένον ἅρμα θυέλλῃ
Γλαῦκος, ἀνιπτοπόδων λοφίην ἐπεμάστιεν ἵππων.

Et humido flagello ad præsepe æquoreum jungens currum qui fertur præcipiti turbine Glaucus, jubas equorum quibus pedes madidi non sunt, flagellavit. Apollonius l.IV. *Argon.*

Ἐξ ἁλὸς ἤπειρον δὲ πελώριος ἔκθορεν ἵππος
Ἀμφιλαφὴς χρυσέῃσι μετήορος αὐχένα χαίταις.

D *Ex mari in continentem ingens exsiluit equus utrinque jubatus, cervices aureis jubis attollens*. Ita & Homerus *Iliad.* XIII. de Neptuno:

Ἔνθ' ἐλθὼν ὑπ' ὄχεσφι τιτύσκετο χαλκόποδ' ἵππω,
Ὠκύπετα χρυσέοισιν ἐθείραις κομόωντε.

Eustachius Eriolen, Glaucum, Enceladum, Sthenarum equos Neptuni esse ait. Certe in Illyrico quattuor equos in mare nono quoque anno Neptuno Hippio jacere soliti erant, ut ait Festus. Fuerunt equi fluviatiles quos hippopotamos vocant. Isidorus lib.XII. *Origin. Hippopotamus est equo similis dorsi juba & hinnitu, sed dentibus apri, cauda tortuosa*, &c. Plutarchus in χερσαίοις equos fluviatiles ait
E patres occidere, ut cum matribus coeant, ἵπποι ποτάμιοι πατέρας ἀποκτιννύουσι, ὅπως μητέρας ὀχεύωσι. Equum fluviatilem describit Diodorus Siculus l.I. p.22. τετράπους ὤν, καὶ δίχηλος τὰς χηλὰς ὁδόντας ἔχει μείζους τῶν ἀγρίων ὑῶν, ὦτα δὲ, καὶ κέρκον, καὶ φωνὴν ἵππῳ παρεμφερῆ. *Quadrupes est bisulcus, seu ungula scissa, dentes exertos majores habet dentibus aprorum, aures, caudam, vocem equo similem*. Auctor manuscriptus: ἱπποπόταμος ἵππου μὲν τοὺς πόδας ἔχει καὶ τὴν γαστέρα, τὸ δ' ὅπλον σχιστὸν, ἥδιστον δὲ οὐ ῥαῦ παχεῖαν, καὶ ψιλὴν τριχῶν, ὅτι καὶ τὸ πᾶν τοῦ σώματος οὕτως ἔχει, κεφαλὴν περιφερῆ μικρὸν τοῦ ἵππου παριὰς ἔχει κοιλότατον μυκτῆρα πυρώδη καπνὸν ὡς ἐκ
F καμίνου τροχίοντα. γένυν πλατεῖαν, μέχει γὰρ τῶν κροτάφων ἀνοίγει τὸ στόμα, ὀδοῦσι δὲ ἔνδον τειχῶς πεπύκνωται, ἔχων πρὸς τούτοις δύο ὀδόντας ἐπικαμπεῖς ὡς συός, ἔστιν ἀδηφαγώτατον, ὅλον λήιον ποιεῖται τροφήν. βοὸς ἔχει τὸ μέγεθος. ἐπιπηδῶσιν αὐτοῦ τὰς διατριβὰς, καὶ ὄρυγμα ποιοῦσι, καὶ καλάμην αὐτῷ στεγάζουσι, καὶ ἐπιχωννύουσι ψάμμον, καὶ ξύλον ἰσῶσι. Nicander:

Ἦ ἵππου τὸν νεῖλος ὑπὲρ σαΐ αἰθαλόεσσαν
Βόσκει, ἀρούρῃσι δὲ κακὴν ἐπιβάλλεται ἅρπην.

Aut equi quem Nilus super Saim æstuosam & exustam alit, & falcem exitialem agris immittit. Nonnus lib.XXVI. *Dionysiac.* de fluvio Indiæ Hydaspi loquens pag.453.

Κεῖθι μελαμψήφιδι διαξύων ῥόον ὁπλῇ
Νήχεται ὑδατόεις ποταμήιος ἵππος ἀλήτης,
Οἷος ἐμοῦ νείλοιο θερειγενὲς οἶδμα χαράσσων.

Ibi fluviatilis equus sulcans fluctum nigra ungula natat vagus, qualis equus ille qui mei Nili æstivam aquam findit.

CAP. III.

De Equis Deorum.

Equum non oliva modo, verum & bove utiliorem homini esse Carthaginenses existimarunt, qui cum de urbe condenda cogitarent, & bovis caput in fundamentis jaciendis reperissent, augurium pacifici animalis aversati sunt, cum equi caput effodissent, quia bellicosum animal, auspicatum esse censuerunt. Equi autem non tantum Neptuno, verum & Soli, & Marti, aliisque Diis tribuuntur. Ovidius de Solis equis lib. I. *Metamorph.*

Interea volucres Pyrois, Eous, & Æthon
Solis equi, quartusque Phlegon. ——

Vide Hyginum fab. CLXXXIII. Eustathius, ἵππος τῷ ἡλίῳ ἀνάκειται ὡς ταχυτάτῳ ταχύτατος, καὶ τοῖς ποταμοῖς ὠκείωται διὰ τὴν ταχύτητα. Ovidius:

Placat equo Persis radiis Hyperiona cinctum,
Ne detur celeri victima tarda Deo.

Virgilius Marti bijuges equos tribuit:

Talis Amyclæi domitus Pollucis habenis
Cyllarus, & quorum Graii meminere Poetæ,
Martis equi bijuges, & magni currus Achillis.
Talis & ipse jubam cervice effudit equina
Conjugis adventu pernix Saturnus. ——

Quare & Romani equum Octobrem Marti immolarunt. Plutarchus in *Romaic.* Idibus Decembris Marti equum immolari ait. ἱπποδρομίας γενομένης ὁ νικήσας δεξιὸς ἱερὸς ἄρει θύεται. qua de re consule Festum in equo Octobri. Sed & auroræ dantur equi λάμπων, & φαέθων, quidam Pegasum tribuunt. Eustathius συνωρίδα vocat, quia ut Lunæ, sic & auroræ dant bigas. Lib.VII. *Æneidos*:

Aurora in roseis fulgebat lutea bigis.

Sed & nocti bigæ dantur, lib.V. *Æneid.*

Et nox atra polum bigis subvecta tenebat.

Lunæ bigis equum alterum album, alterum nigrum adjugabant, quod de die, & de nocte appareat. Bigas a Phrygibus repertas Plinius scribit lib. VII. cap.LVI. Isidorus a Cyristhene Sicyonio. *Jugo*, inquit, *primus Cyristhenes Sicyonius equos jugavit, eosque singulos ex utraque parte simplici vinculo applicavit, quos Græci seiraphoros, Latini funales vocant a genere vinculi quo prius alligabantur*. Dexterioris vero bigæ victor Marti immolari solebat. Plinius lib.XXXIV. cap.V. *Non vetus bigarum celebratio fuit in iis qui Prætura functi curru vecti essent per Circum*. Isidorus trigas Diis inferis sacras esse ait, quod ex tribus ætatibus hominum raperentur infantes, juvenes senes. Tertullianus Romulum trigas Romæ primum ostendisse prodit. De Ericthonio Plinium lege lib.VII. cap. LVI. & lib.VIII. c.XLII. Sejuges Jovi sacri fuere. Olympiis Nero decemjugem aurigavit, narrante Suetonio cap. XXIV. Plinius lib.VII. cap.LVII. equo vehi primum Bellerophontem docet, Pelethronium frenos & strata equorum invenisse. Isidorus lib.XVIII. c.XXXVIII. *Orig.* quadrigas Soli, bigas Lunæ, trigas inferis, sejuges Jovi, desultores Lucifero, & Hespero sacros esse scribit. Fulgentius de Lunæ tauris bijugis:

Astrigeroque nitens diademate Luna bicornis
Bullatum bijugis conscenderat æthera tauris.

Tertullianus lib. *de Spectac.* c.IX. *De jugo vero quadrigas Soli, bigas Lunæ sanxerunt*. Claudianus quadrigam Diti. Manilius:

Quadrigis ut Phœbus equis, & Delia bigis.

Cassiodorus l.III. *Variar.* equos desultorios Lucifero, alii juvencas Lunæ tribuunt. Ausonius:

Jam succedentes quatiebat Luna juvencas.

Prudentius:

Nunc bijugas frenare boves. ——

Alii mulas Lunæ, quidam tauros; Claudianus cervos:

—— *Cervi currum subiere jugales.*

Lucretius l.V. singulatores bigariis, & triariis priores esse scribit:

Et prius est armatum in equi conscendere costas,
Et moderarier hunc frenis, dextraque ciere,
Quam bijugo curru belli tentare pericla,
Et bijugo prius est quam bis conjungere binos,
Et quam falciferos inventum ascendere currus.

Veteres stapedæ, seu stapedis, usu cum carerent, insiliebant in equos, vel a stratore attollebantur. Xenophon lib. *de re equestri*, stapedis non meminit. Hippocrates lib. *de aere, aquis, & locis* ostendit, equites, quod tibiæ pendeant, articulorum dolores sæpe experiri. Suetonius l.IV. scribit, Germanicum ut crurum gracilitatem emendaret, a cibo statim equitare solitum, ut pendentes tibiæ intumescerent. Stapedes ætate Hieronymi fuere in usu; ait enim in *Epist.* se equum conscensurum jam pedem habuisse in bistapia. Romæ vetus est inscriptio:

D. M. QVISQVIS LECTVRVS ACCEDIS CAVE SI AMAS, AT SI NON AMAS PENSICVLA. MISER QVI SINE AMORE VIVIT, DVLCE EXIT NIHIL. AST EGO TAM DVLCE ANHELANS ME INCAVTE PERDIDI, ET AMOR FVIT. EQVO DVM ASPECTVI FORMOSISSIMÆ DVRMIONIÆ PVELLÆ VIRGVNCVLÆ SVMMA PVLVORIA PLACERE CVPEREM, CASV DESILIENS PES HÆSIT STAPIÆ, TRACTVS INTERII. IN REM TVAM JAM MATVRE PROPERA. VALE.

Alii stapedem, stapedam, stapham, bistapiam, streppam, stapiam, vocant, Græci ἀναβολέα optime.

CAP. IV.

De Equis terrestribus, & eorum inventore.

NEptunum e terra primum equum excitasse ferunt. Virgilius,

—— *Tuque o cui prima frementem*
Fudit equum magno tellus percussa tridenti.

Quare Pamphos vetus Poeta apud Pausaniam p.227. Neptunum vocat ἵππωντε δοτῆρα, νεῶντ' ἐϊθυδέμνων. Et qui per Neptunum jurarent, equorum jubas attingere soliti erant. Homerus lib. XXIII. *Iliad.*

Ἵππων ἁψάμενος γαιήοχον ἐννοσίγαιον
Ὄμνυθι.

Eum equum alii Arionem, quidam Scythium, nonnulli Schirionem dictum volunt, ut Servius *ad l.I. Georg.* quidam in Arcadia, nonnulli in Thessalia, unde & a Thessalis dictus ἵππιος ποσειδῶν. Pausanias pag.257. Neptunus in equum mutatus e Cerere in equam mutata equum Ariona suscepit. Alii Saturno equum pro Neptuno devorandum, ut be-

A tulum lapidem pro Jove datum scribunt. Antimachus:

—— ἀρείονα θελπουσαῖον
Τόν ῥά τε γαῖ' ἀνέδωκε σέβας θνητοῖσι ἰδέσθαι.

Statius lib.VI. *Thebaid.*

—— *Rutilæ manifestus Arion*
Igne jubæ, Neptunus equo, si certa priorum
Fama patet, primus teneris læsisse lupatis
Ora, & littoreo domitasse in pulvere fertur.

Apollodorus l.III. de Diis, ἀρείονα ἐκ ποσειδῶνος ἐγέννησε δημήτηρ εἰκασθεῖσα ἐριννύι κατὰ τὴν συνουσίαν. Primum in Thessalia equum extitisse docet Lucanus a Neptuno editum l.VI.

B *Primus ab æquore a percussis cuspide saxis*
Thessalicus sonipes bellis feralibus omen
Exiliit, primus chalybem frenosque momordit,
Spumavitque novis Lapithæ domitoris habenis.

Virgilius l.III. *Geor.*

Primus Ericthonius currus, & quatuor ausus
Jungere equos, rapidisque rotis insistere victor.
Frena Pelethronii Lapithæ, gyrosque dedere
Impositi dorso, atque equitum docuere sub armis
Insultare solo, & gressus glomerare superbos.

Servius Centauros dictos esse ait, quia equis vecti κεντοῦντες ταύρους, *stimulabant boves*. Lysias orator scribit, primas Amazonas equis usas, quod & docet C Ammianus Marcell. lib.XXII. Lysias in *Epitaph.* Amazones πρῶται τῶν πάντων ἐφ' ἵππους ἀναβᾶσαι, οἷς ἀνελπίστως ᾕρουν φεύγοντας, ἀπέλιπον τοὺς διώκοντας. Aristides in *Panathenaico* Palladem Athenis primam currum prodidisse ait: ἀθλῶν ἵππων καὶ ἁμιλλητηρίων πολεμιστηρίων ἔφηνεν ὀχήματα, καὶ ζεύγνυσι ἐν τῇ γῇ πρῶτος ἀνθρώπων ὁ τῆς δὲ τῆς θεοῦ πάρεδρος ἅρμα τέλειον σὺν τῇ θεῷ, καὶ φαίνει πᾶσι τὴν τελείαν ἱππικήν. Alii Triptolemum a Cerere curru vectum per totum orbem ajunt sementi docendæ, Hesychius Barcæos primos currum junxisse a Neptuno doctos. φασὶ βαρκαίους πρώτους ἅρμα ζεῦξαι διδαχθέντας ὑπὸ ποσειδῶνος. τὸ δὲ ἡνιοχεῖν ὑπ' ἀθηνᾶς. Hy-
D ginus l.II. scribit, Triptolemum primum omnium rotam unam currui adjunxisse. Theon Arati Scholiastes Trochilum Argivum Callitheæ sacerdotis Junonis filium primum quadrigas junxisse scribit, quem Eusebius in *Chronicis* Argilum, Tertullianus Acrosilum, Hyginus Orsilochum, alii Argulum vocant, Theon: οἱ δὲ μυθολόγοι τὸν ἡνίοχον λέγουσιν εἶναι εἴδωλον βελλεροφόντου, ἢ τροχίλου τοῦ καλλιθέας παιδὸς τῆς πρώτης ἐν ἄργει γενομένης ἱερείας, ἅρμα πρώτου ζεύξαντος. Pausanias in *Atticis* ὕστερον δὲ τρόχιλον τὸν ἱεροφάντην φυγόντα ἐξ ἄργους κατ' ἔχθος ἀγήνορος ἐλθεῖν φασὶν εἰς ἀττικὴν, καὶ γυναῖκα ἐξ ἐλευσῖνος γῆ-
E μαι, καὶ γενέσθαι οἱ παῖδας εὐβουλέα, καὶ τριπτόλεμον

CAP. V.

De regionibus Equorum feracibus.

MUltæ regiones equis generosis nobiles fuere, Thessalia, Venetia, Hispania, Argolis. Horatius:

Aptum dicit equis Argos,

F Sanctus Hieronymus Tomo V. Equitatu gaudent Persæ, & Chaldæi. Eustathius, νισαῖοι ἵπποι μέγιστοι, καὶ ἄριστοι, *Nisæi equi maximi, & optimi*, quibus utitur Rex Persarum, ut Herodotus, Arrianus, & Q.Curtius. Xenophon, πονηρόν ἐστι νυκτὸς στράτευμα περσικόν. οἱ γὰρ ἵπποι αὐτοῖς δέδενται. Suidas, τοῖς πέρσαις ὡς ἐπὶ πολὺ οἱ ἵπποι πεπεδισμένοι εἰσὶ τοῦ μὴ φεύγειν. Nicetas Choniates pag.93. Arabum equi in præliis περιηρτημένους ἔχοντες κώδωνας ἠχητικοὺς, &c. Strabo libro VIII. laudat equos

Thessalicos, Arcadicos, Argolicos, Epidaurios. Oppianus l. I. *Cyneget.* comendat velocitate Siculos, Armenios, Parthos:

Ὅσσοι θ' ἱππαλέοισιν ἀριστεύουσιν ὁμίλοις
Τυρσηνοὶ, σικελοὶ, κρῆτες, μάζηκες, ἀχαιοὶ
Καππαδόκαι, μαῦροι, σκυθικοὶ, μάγνητες, ἐπειοὶ,
Ἴονες, ἀρμένιοι, λίβυες, θρήϊκες, ἐρεμβοί.

Oraculum apud Suidam,

Ἵππον θεσσαλικὴν, λακεδαιμονίην τε γυναῖκα.

Equos Thessalicos laudat Varro lib. II. *de Re Rustic.* Lucanus l. VI. Trogus l. IX. scribit, Philippum Macedonem devictis Scythis sub Rege Athea XX. millia nobilium equarum ad genus propagandum in Macedoniam e Scythia traduxisse. Erembi equi sunt Arabici. De Venetis equis Hesychius, ἐνετίδας πώλους στεφανηφόρους ἀπὸ τῆς περὶ τὴν ἀδρίαν ἐνετίδος διαφέρουσι γὰρ ἐκεῖ. Eustathius, ἔθνος ὅθεν ἐνετίδες ἵπποι. Virgilius de Epiroticis, *Georg.* III.

Et patriam Epirum referat, fortesque Mycænas,
Neptunique ipsa deducat origine gentem,

Varro l. II. *de Re Rustica* c. VII. *In Græcia Thessalici equi nobiles a terra Appuli, ab Rosea, Roseani, Hispani.* Plinius l. IV. c. XXII. Circa Olyssiponem & Tagum equæ sine ulla admissura a solo Favonio concipiunt. Idem scribit Silius l. XVI. de vectonibus & Peloro equo:

—— *Memorabile dictu,*
Nullus erat pater, ad Zephyri nova flamina campis
Vectonum eductum genitrix effuderat Harpe.
—— *Genitore, Pelore.*
Te Zephyro eductum nunc nunc ostendere tempus.

Aristoteles dixit equas ἐξανεμοῦσθαι. Varro lib. cit. *In Lusitania ad Oceanum in ea regione ubi est oppidum Olysippo, monte sacro quædam e vento concipiunt certo tempore equæ.* Virgilius l. III. *Georg.* de equabus Lusitaniæ:

Ore omnes versæ in Zephyros stant rupibus altis.

Eustathius, ἵπποι συλλαμβάνουσαι πρὸς βορρᾶν τετραμμέναι, ὅτι κάλλιστα τίκτουσι, διὸ καὶ τῷ ἀνέμῳ συγγίνεσθαι μυθεύονται. Alii, non ad Boream, sed ad Favonium, & Zephyrum concipere ajunt. Agrigenti complures equorum tumuli pyramides habent. Universus Sibaritani exercitus equitatus ad symphoniæ cantum saltatione quadam movetur, ait Plinius l. VIII. c. XLII. Thessali cum tauros fugientes apprehendere non possent, insilierunt in equos, & stimulis foderunt tauros, unde Centauri dicti, ait Palæfatus lib. I. & Hippocentauri. Absyrtus de variis diversarum gentium equis hæc habet cap. ειε. Οἱ πάρθοι μεγάλοι, καὶ εὐμεγέθεις, θυμοειδεῖς τε, καὶ εὐγενεῖς τῷ εἴδει τοῖς ποσὶ χρηστοὶ διαφεράντως, οἱ μῆδοι τῷ μεγέθει ὑπερβάλλοντες, ἀρμένιοι καὶ καππάδοκες βαρυκέφαλοι, οἱ σπάνιοι δὲ μεγάλη τῇ ἕξει τοῦ σώματος, εὔρυθμοι, ὄρθιοι, εὐκέφαλοι, εὔτομοι, οὐκ εὐισχίοι, ἰσχυροὶ ἐν ταῖς ὁδοιπορείαις, καὶ μὴ ἰσχναινόμενοι τῷ σώματι, εὔδρομοι, καὶ ἄκεντροι ἐν τῇ ἱπποστασίᾳ. εἰσὶ δὲ καὶ εὐηθεῖς ἀπὸ τῆς γενέσεως, ἄχει τοῦ καταρτισμοῦ, τὸν λοιπὸν δὲ χρόνον πονηροὶ καὶ δηκταί. ἑλλαδικοὶ δὲ εὔποδες, εὐμεγέθεις, εὐκέφαλοι, ὄρθιοι τὴν προτομὴν, καὶ εὔρυθμοι, οὐκ εὐίσχιοι, θυμοειδεῖς, καὶ δρομικοί. ἐν ὅλῃ δὲ τῇ ἑλλάδι διαφέροντες οἱ θετταλοί οἱ ἠπειρωτικοὶ, καὶ δηκταί. θρᾶκες δὲ &c. Thraces turpes corpore ligneo, demissis, humeris, curvi spina, blæsi, parum ambulationi apti, aut cursui. Cyrenaici magni sunt, restrictis ilibus, & lateribus parvis, pernices, bonis pedibus, prolixo anhelitu inter equitandum. Istrii firmis pedibus, ingentes, turpi corpore, spina infecti, & cavi, cursores. Sarmatæ grati, & bene compositi, pernices, simplices, capite & collo firmo, proceri. Argolici bonis pedibus, infirmis femoribus, bono capite, spina infecti, & cavi, quorum alii proceri, alii breves τοὺς δὲ ἀετογενεῖς τῶν ἵππων ἐν τοῖς ὤμοις, καὶ τῷ κόκκῳ παραλαμβάνουσιν οἱ σάρμαται, ὡς ἀγαθοὺς εἰσὶ δὲ καὶ δρομικοί παρ' αὐτοῖς. *Qui aquilas habent in humeris, & dorso, eos Sarmatæ sumunt, ut bonos & pernices: eos qui aquilas habent in femoribus aut cauda, respuunt,* pro κόκκῳ; lego νώτῳ. Oppianus l. I. *de Venatione,* ubi equum generosum descripsit:

Τυρσηνοὶ τοῖοι, ἠδ' ἀρμένιοι, καὶ ἀχαιοὶ,
Καππαδόκαι τε κλυτοὶ, ταύρου προπάροιθε νέμονται.

De Cappadocibus:

Κραιπνότεροι δ' τελέουσιν ὅσῳ μάλα γηράσκουσι.
Ἵππων δὲ ὅσα γενέθλα τεθήλατο μυρίος αἶα,
Ὠκύτατοι σικελοί.
Κραιπνότεροι σικελῶν δὲ παρ' εὐφρήταο ῥοάων
Ἀρμένιοι, πάρθοι τε βαθυπλόκαμοι τελέθουσι.
Ἀλλ' ἄρα καὶ πάρθοισι μέγα προφέρουσι ἴβηρες,
Μαύρων δ' αἰόλα φῦλα πολὺ προφέρουσιν ἁπάντων,
Καὶ λίβυες μετὰ τοὺς δολιχὸν δρόμον ἐκτελέουσι.
Κάλλεϊ δ' ἐν πάντεσσι πέλεται πανυπείροχος ἵππος
Νισαῖος τὸν ἄγουσι ἐϋκτέανοι βασιλῆες.

Tales enim Tyrrheni, & Armenii, & Achivi, & Cappadoces qui ad Taurum pascuntur, qui quo magis senescunt evadunt velociores. Siculi ad Lilybæum omnium equorum citissimi sunt. Excipe Armenios ad Euphratem, & Parthos jubis prolixis, qui Siculis perniciores sunt. Iberi Parthis velociores, & varia sæcla Maurorum omnibus præstant, secundum Mauros Libyci longum curriculum conficiunt, Nyssæus equus omnium pulcherrimus est, quem Reges opulenti ducunt.

CAP. VI.

De Equorum ingenio.

Equi matrum concubitus refugiunt, & hanc reverentiam naturæ deferunt. Incredibile est quod in agro Reatino usu venit. Cum equus matrem ut saliret adduci non posset, & eum capite obvoluto peroriga abduxisset, & coegisset matrem inire, cum descendenti dempsisset ab oculi velum, ille impetum fecit in eum, ac mordicus interfecit, ait Varro. Equum adamatum a Semiramide usque ad coitum Juba auctor est. Scythæ quidem equitatus & equorum gloria strepunt. Occiso denique ipsorum Regulo ex provocatione dimicante, hostem, cum victor ad spoliandum venisset, ab equo ejus ictibus morsuque confectum. Docilitas tanta est, ut universus Sibaritani exercitus equitatus ad symphoniæ cantum saltatione quadam moveri solitus inveniatur. Iidem præsagiunt pugnam, & amissos lugent dominos lacrymasque interdum desiderio fundunt. Interfecto Nicomede Rege equus ejus inedia vitam finivit. Equus Antiochi occisi Centaretum e Galatis ovantem indignatione succensus domitis frenis, ne regi posset, præcipitem in abrupta tulit, & una exanimatus est, ait Plinius lib. VIII. cap. XLII. Oppianus:

—— αἰὲν γινώσκουσι ἑὸν φίλον ἡνιοχῆα,
Καὶ χρεμέθουσιν ἰδόντες ἀγακλυτὸν ἡγεμονῆα,
Καὶ πολέμοισι πεσόντα μέγα στενάχουσιν ἑταῖρον.

Semper cognoscunt suum aurigam, & hinniunt eo viso, & si in bello ceciderit lamentantur. Ælianus lib. XII. *de Animalib.* cap. XLIV. λιβύων ἵππους ἐς τοσοῦτον αἱρεῖ ἡ αὔλησις, πραΰνονται, καὶ ἡμεροῦνται, &c. *Libycos equos tantum capit tibiarum cantus, ut ad homines mansuescant, & insultare, ac lædere desinant*

& quocumque eos cantiuncularum blanditiæ invitaverint, eo pastorem consequantur. Euripides scribit, pastores Hymenæos ad tibiam canentes ad Venerem equos ad saliendas fæminas incitare: Julius Africanus in *Cestis*, Sibaritæ Neptuni Tæraxippo faciunt, ὅτι εἰς τὸ συμπόσιον τοὺς ἵππους εἰσῆγον. οἱ δὲ ἀκούσαντες αὐλήματος ἀνίσταντο ἐπὶ τῶ πόδε, καὶ προσθίοις ὥσπερ χειρονομοῦντες ὠρχοῦντο. l.III.c.VIII. Ælianus. Pullos equarum quos matres imbecillos deseruerint, aliæ equæ miseratæ cum sobole propria alunt. Darius equas a partu recentes relictis domi pullis adversus Alexandrum duxit. Lib.VI. c.XLVIII. Equarum impetus ad Venerem juba detonsa sedatur. Equisonem cum equa coeuntem pullus equæ laceravit. Lib.IV. c.VIII. Lenei equus jussu Serapidis oculo fomentis redintegrato saltans, hinniens, ante aram se volutans, medico suo gratias egit. Lib.XI. c.XXXI. l.VI. c.X. Equus cum freni crepitum, & strata videt, fremit, ungulis supplaudit, & ex eorum conspectu quasi quodam furoris afflatu ad iter incenditur. Voce equisonis excitatur, aures erigit, naribus anhelat. Sibaritarum equi instituti erant, ut inter epulas ad tibias saltarent. Crotoniatæ tibicines adversus eos in prœlium ducunt, quibus auditis equi Sibaritani saltant, & dominis cladi ac exitio sunt. Lib.XVI. c.XXIII. Lycospades equi rostrum habent breve, simum, contortum, Græcos amant, palpantibus se præbent, barbaros calcibus feriunt, aut refugiunt. Lib. eod. c.XXIV. Equi tela humi collecta equiti porrigunt, ait Plinius l.VIII. Amissa parente in grege armenti reliquæ fœtæ educant orbum; quo quis acrior est, in bibendo profundius nares mergit.

CAP. VII.

De generosis Equis.

Generosum equum graphice pingit Virgilius,

Continuo pecoris generosi pullus in arvis
Altius ingreditur, & mollia crura reponit,
Primus & ire viam, & fluvios tentare minaces
Audet, & ignoto sese committere ponti.
Nec vanos horret fremitus. Illi ardua cervix
Argutumque caput, brevis alvus, obesaque terga,
Luxuriatque thoris animosum pectus, honesti
Spadices, glaucique color deterrimus albis.

Varro l.II. *de Re Rust.* c.VII. Equi boni futuri signa sunt, si cum gregalibus in pabulo contendit in currendo, aliave qua re, quo potior sit, si cum flumen travehendum est gregi, in primis prægreditur, ac non respectat alios; si caput habet non magnum, nec membris confusis, si est oculis nigris, naribus non angustis, auribus applicatis, non angusta juba, crebra, fusca, subcrispa, subtenuibus setis, implicata in dexteriorem partem cervicis pectus latum, & plenum, humeris latis, ventre modico, lumbis deorsum versum pressis, scapulis latis, spina maxime duplici, sin minus non extanti, cauda ampla, subcrispa, cruribus rectis & æqualibus, genibus rotundis, nec magnis, nec introrsus spectantibus, ungulis duris, toto corpore, ut habeat venas quæ animadverti possint. Oppianus:

Βαιὸν ὑπὲρ δειρῆφι μετήορον ὕψι κάρηνον
Αείροι μέγας αὐτὸς ἐὼν περιηγέα γῆα,
Ὕψι κάρα, νεάτην δὲ γένυν ποτὶ δειράδα νέοι,
Εὐρὺ πέλοι, φαιδρόντε μεσόφρυον, &c.

Argutum supra cervices, arduum, sublime caput erigat, magnus ipse teretibus membris, alto capite, extremam genam ad collum inclinet, amplum sit, latumque intercilium, ex capite circa frontem densæ quatiantur capronæ, oculus sit ei torvus, flammeus, superciliis truculentus, latæ nares, os amplum, breves aures, reflexum collum sit hirsutis cervicibus, equi latum pectus, oblongum corpus, latum dorsum, ex spina duplici in medio coxas pinguefaciens procurrat, prolixa a tergo, & pilosa cauda, femora bene compacta, musculosa, at inferne rectæ prolixæque pedum tibiæ, qualia sunt pernicibus cervis, & talus inclinet, currat, rotunda ungula alte admodum a terra, densa, cornea, firma. Pollux l.I. ὁπλαὶ κοῖλαι ὡς εἶναι ἐν βάθει τὴν ψελιδόνα, ἢ μηδὲν αὐτὴν τῶν ἐκ τοῦ ἐδάφους λυπεῖν. ἡ γὰρ τοιαύτη ὁπλὴ ὥσπερ κύμβαλον πρὸς τὸ δάπεδον ψοφεῖ. κυνήποδες κνῆμαι ἄσαρκοι, ἔγκοιλοι, γόνυ λαγαρὸν πρὸς τὴν συγκοπὴν, σκέλη ὑγρὰ ὀσφὺς διπλῆ, ἀμείνων ὁ ἵππος ὁ μὴ ἐναλλὰξ, ἀλλὰ διὰ πολλοῦ τὰ σκέλη διαφέρων. vide Pollucem. Virgilius lib. III. *Georg.*

—— & solido graviter sonat ungula cornu.
Carpere mox gyrum incipiat, gradibusque sonare
Compositis, sinuetque alterna volumina crurum.

Xenophon lib. *de Re Equestri*; ἵππου πόδας καὶ ὄνυχας πρῶτον δεῖ σκοπεῖν, &c. *Primum inspicere oportet pedes & ungues equi. Ungues crassi, & solidi meliores sunt tenuibus, altæ ungulæ quæ longe a terra testudinem habeant. Ossa sint supra ungulas, infra* κονήποδας, *tibias graciles instar canum, clunibus latior, & profundior.* Vide Xenophontem. χελιδὼν Xenophontis non est concavitas ungulæ, sed qui ranunculus Vegetio dicitur. *Deme equo soleam, præsto occurrit chelidon, seu ranunculus.* Vult Xenophon ranunculum longe a terra extare, quod non accidit nisi ungulis alte a terra extantibus, & eminulis, quæ sunt argumenta κοιλόπτης, & concavitatis, quæ in ungula equi requiritur. Bonum equum Virgilius l.VII. *Æneid.* vocat exsortem, egregium, eximium. Lib.IX. *Thebaid.* Statius:

Colla sedent nodis, & castigata jubarum
Libertas, nemorisque notæ sub pectore primo
Jactantur, niveo lunata monilia dente.

Virgilius:

Densa juba & dextrum jactata recumbat in armum.

Propertius lib.IV.

Ille equus, ille meos in castra reponet amores,
Cui Tatius dextras collocat ipse jubas,

Ovidius lib.II. *Metamorph.*

—— Crines
In dextras abiere jubas.

Festus: capronæ equorum jubæ a capite pronæ.

CAP. VIII.

De nomine ἵππου, caballi, feri.

Vetus glossa veturium κτῆνος vocat, animalia veterinaria, a vehendo dicta. ἵππος Græcis dicitur ἀπὸ τοῦ ἵπτασθαι τοῖς ποσί. *quia pedibus volet:* caballus ἀπὸ τοῦ καταβάλλειν τὰς ὁπλάς, *quod dejiciat alte in terram ungulas.* Hesychio καβάλλης ἐργάτης ἵππος, *caballus equus operosus.* Glossæ, cantherius καβάλλης μηχανικός, *caballus mechanicus, pistrinarius.* Hesychius., γίννον τὸν καβάλλην ἵππον. Achmes dixit καβαλλικεύειν, *equitare.* Glossæ Isidori, caballarius alaris. Lucillius l.II.

Succussatoris tetri, tardique caballi.

Varro in *Parmenone*: *Alius caballum arboris ramo in humili alligatum reliquit.* Virgilius l.VII. *Æneid.* cornipedem equum. Silius l.VII.

—— Jam nullis cursibus instat
Prendere cornipedis.

Virgilius sonipedem;

Stat sonipes, & frena ferox spumantia mandit.

Juve-

Juvenalis bellatorem pro equo posuit. Vet. Gloss. veredus, πῶλος, veterina bestia ὑποζύγιον. Juvenalis:

—— Atque ipse feroci
Bellatore sedens.

Dicuntur & feri. Prudentius hymno XI.

Martyris ad pœnam verbera, vincla, feros,
Instigant subitis clamoribus, atque flagellis.

Junius Pannonius:

Nec nisi duratum lambro thoraca volebam,
Nec nisi ferrato ferreus ire fero.

Quadrupes pro equo. Ovidius lib. I. *de Arte*,

Quadrupedem ferula dum malus urget eques.

Silius lib. I.

Queis inter geminas per ludum mobilis aures
Quadrupedem flectit non cedens virga lupatis.

Equitem pro equo dixit Virgilius:

—— Atque equitem docuere sub armis
Insultare solo.

Dicitur & veredus Martiali lib. XII. ep. XIV.

Parcius utaris moneo rapiente veredo.

Et lib. XIV. ep. LXXXVI.

Stragula succincti venator sume veredi:
Nam solet a nudo surgere ficus equo.

Quanquam enim veredus a vehenda rheda dictus, tamen pro equo celere, & solitario accipitur. Varro cap. VII. lib. II. *de re Rust.* Cantherii equi castrati ut sint quietiores. Cato vehebatur cantherio cum ippoperis, ut secum utilia ferret; quia ut Scythæ, ita & Romani equos, ut magis dociles haberent, castrabant. Strabo lib. VII. δι' ἀπειθίας χάριν ἐκτέμνουσιν ἵππους σκύθαι.

CAP. IX.

De Equis, quibus nota inusta.

ANACREON, ἐν ἰσχίοις μὲν πυρὸς χάραγμα ἔχουσι. *Equis generosis in femore candenti forcipe nota inuri solita.* Itaque alii Bucephali, Samphoræ, Coppatiæ dicti. Hesychius, βουκέφαλος ἵππος ἐγκεχαραγμένος ἔχων τοῖς ἰσχίοις βούκρανον. *Bucephalus equus cui inustum esset bovis caput.* γλαυκοφορβίδας ἵππους δυγενεστάτους, *glaucophorbidas equos maxime generosos*, quasi equos Neptuni intelligas, quos Glaucus alat. Equus Alexandri Bucephalus cum ephippiis, & phaleris ornatus esset, non alium sessorem admisit, quam Alexandrum, eos calcibus, & dentibus quos Alexander feriret, lacerabat. Ejus simulacrum Lysippus ære dedit. Statius lib. I. *Sylvar.*

Cedat equus Latiæ qui contra templa Diones
Cæsarei stat sede fori, quem tradere es ausus
Pellæo Lysippe duci, mox Cæsaris ora
Aurata cervice tulit.

Arrianus in *Alexand.* Bucephalo Alexandri σημεῖον ἦν βοὸς κεφαλὴ ἐγκεχαραγμένη, *signum erat bovis caput inustum.* Alii dicunt, ὅτι λευκὸν σῆμα εἶχεν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς μέλας ὢν αὐτὸς ἐς βοὸς κεφαλὴν μάλιστα εἰκασμένον, *quia cum ipse niger esset, signum in capite habuit capiti bovis non absimile.* Callisthenes in *Alexandro*: ἐκλήθη δὲ βουκέφαλος, ἐπειδὴ ἐν τῷ μηρῷ εἶχεν ἔγκαυμα βοὸς κεφαλὴν, ὃν ὁ πατὴρ ἐνέκλεισε διὰ τὸ ἀνθρωποφάγον εἶναι. *Dictus Bucephalus, quia in femore habuit inustum bovis caput, quem Philippus pater ejus inclusit, quia homines comedebat.* Cum domari non posset, quia domitores eum ad Solem obverterant, Alexander a Sole aversum domuit, ut scribit Plutarchus. Plinius lib. VIII. cap. XLII. *Bucephalum eum vocarunt sive ab aspectu torvo, sive ab insigni taurini capitis armo impressi. Sedecim talentis ferunt ex Philonici Pharsalii grege emptum. Neminem hic alium quam Alexandrum regio instratu ornatus recepit in sedem, alios*

A *passim rejiciens. . . . . . Nec Cæsaris Dictatoris quemquam alium recepisse dorso equus traditur, idemque humanis similes pedes priores habuisse hac effigie locatus ante Veneris genitricis ædem.* Suetonius in *Jul. Cæs.* c. LXI. *Utebatur autem equo insigni pedibus prope humanis, & in modum digitorum ungulis fissis, quem natum apud se cum aruspices Imperium orbis terræ significare Domino pronuntiassent, magna cura aluit, nec patientem sessoris alterius primus adscendit.* Manasses in *Chronico*: ἵππος βοείαις ἐγκολαῖς τοὺς πόδας ὡπλισμένος, μόνον δ' αὐτὸν ἐδέχετο γαΐον ἀναβάτην, καθάπερ τὸν ἀλέξανδρον ἵππος ὁ βουκέφαλος. *Equus bovis sculptura pedes armatos habens, solum*
B *Cajum sessorem ferebat, ut Alexandrum Bucephalus.* Non video cur pedes equi Cæsaris sculptura bovis armatos dicat, nisi pedes pro femore posuit, & ἐγκολὰς ἀντὶ ἐγκολαμμάτων. Melius de Bucephalo Plutarchus, tu eum consulito. Samphoræ autem dicti equi, quibus litera, σ, inusta esset, quia, ut Hesychius, σ, σὰν dixerunt, κοππατίας quibus κόππα, vel κάππα. Scholiast. Aristoph. in *Nebulis*: κοππατίας ἵππους ἐκάλουν οἷς ἐγκεχάρακται τὸ κάππα στοιχεῖον, σαμφόρας τοὺς ἐγκεχαραγμένους τὸ σίγμα. ἵπποι βουκέφαλοι διὰ τὸ οὕτως κεχαράχθαι. vide Suidam in verbo κοππατίας, τὸ, σ, καὶ τὸ, υ, χαρασσόμενον σὰν ἔλεγον, καὶ συζευγνύμενον
C τὸ, κ, τῷ, σ, τὸ σχῆμα τοῦ ς. ἀριθμοῦ κατανοεῖσθαι δίδωσι, οὗ προηγεῖται, κ, καὶ λέγεται κόππα, Hesychius, κοππατίας ἵππος ἐντετυπωμένον ἔχων σημεῖον τὸ κόππα, ὅ ἐστι ἀπεστραμμένον, ρ, καὶ σ. Lucianus *ad indoctum*: ἵππος μῆδος, ἢ κενταυρίδης, ἢ καππο φόρος. *Centaurides equus, cujus femori Centaurus asculptus esset.* Equi Lycospades fuere, alii Lycophrori, de quibus Strabo l. v. Eustath. λυκοσπάδες ἵπποι πίνοντες κατιᾶσι τὸ ἥμισυ προσώπου εἰς τὸ ὕδωρ. Lycospades dictos vult Ælianus, quod cum lupus a rusticis captus a quodam redemptus, & liberatus esset, is ad domum redemptoris gregem equorum compulerit, qui dicti Lycospades. Idipsum scribit
D Strabo lib. v. Equis illis vir ille φιλέγγυος qui se vadem præbuerat, lupi καυτήριον inussit. Hesychius, ἔνδυες ἵπποι ἐν τῷ ἀδρίᾳ, καὶ λυκοσπάδες, καὶ λυκοφόροι. forte ἔνετοι, *Veneti*, vel ἐνέτιδες. Nonnulli existimant, si pes lupi appendatur e collo equi, fieri citissimum. Julius Africanus in *Cestis*: περισπούδαστον ἱππόταις κτῆμα λύκου πόδες, καὶ ἀπαρτηθεὶς ἀστράγαλος τοῦ αὐτοῦ θηρίου ἐπισομίζει τρέχοντα. *Equites studiose conquirunt talum lupi qui suspensus ex equo eum currentem retinet.* οἱ κυνόδοντες λύκου ζῶντος ἐξαιρεθέντες τοῖς περιδερραίοις ἐμπλέκονται, καὶ εἰς ἀμφότερα συμβάλλονται, ἀνύποπτός τε εἶναι ταχεῖς βοήθεια, καὶ φαλάρων κόσμος ἐναγωνίων. καλὸν
E μὲν οὖν εἰ τῷ τετραγώνῳ τὶς παντὶ προσαρτήσειεν. *Canini dentes lupi viventis avulsi monilibus equorum implicantur, & prosunt in utramque partem, cum ad cursum occulte juvent, & phaleris ornatum præbeant. Pulcrum si quadrangulo cuique appendantur.* Plutarchus *Sympos.* scribit, equos a lupis lacessitos esse animosiores, ἐπιχειρηθέντας ὑπὸ τῶν λύκων, & vocari Lycospades.

CAP. X.

De Equis bonis, aut malis.

F UT quidam equi generosi sunt, ita & quidam timidi, succussatores, nullius pretii. Hesychius: κραυγίας ἵππος ὑπὸ κραυγῆς, καὶ ψόφου ταρασσόμενος. *Equus craugias qui sonitu turbatur.* Virgilius:

—— Color deterrimus albis,
Et gilvo, tum si qua sonum procul arma dedere,
Stare loco nescit, micat auribus, & tremit artus,
Collectumque premens volvit sub naribus ignem.

Hesychius, *πεδαωειστὴς ἵππος φρυγματίας, equus pavidus; ἀδδηφάγους τοὺς τελείους ἵππους ἔλεγον ἀθηναῖοι πρὸς τῶν κώλων διάκρισιν. Addefagos perfectos equos Athenienses dixere ad membra discernenda. χαλάμβρειοι ἵπποι ἀπὸ τοῦ τόπου λιβύης. Chalambrii equi ex quodam loco Libyæ.* Gelani equi ex duobus generibus, qui ad bellum sunt inutiles; *εἶδος ἵππων δύο γενῶν, οἱ εἰς πόλεμον οὐκ ἐπιθέτων. τέρυας ἵππους λέγουσι ὅσοι ἀδδηφάγοι. Teryas vocant equos manducones. προωχὴς ἵππος ὁ ἐκ τοῦ ὄπισθε μετέωρος, ἢ τῷ ἀναστήματι. Prooches equus pone sublimis, aut statu, καὶ τῇ ἱππασίᾳ, insurgendo, & currendo. ἵπποι ζύγιοι ὑποβαλλόμενοι τῷ τοῦ ἅρματος ζυγῷ, τουτέστι μέσος ἀριστερὸς, καὶ μέσος δεξιὸς, καὶ ἁπλῶς ὁ μὴ παράσειρος οὕτω λέγεται.* Suidas: *Equi jugales qui jugo adjugantur, id est, medius lævus, aut dexter, & absolute qui non est funalis, dicitur jugalis.* Hesychius, *παρήορος, σειραφόρος, παρασειραῖος ὁ ἐκ τοῦ ἅρματος τρέχων* (malim, *ἔξω τοῦ ἅρματος.*) *Funalis qui extra currum currit.* Eustathius, *στομίας ἵππος ὁ τῷ στόματι ἀντερείδων, τετράσειροι, τετράοροι ἵπποι.* Lucillius:

Hic strigosus, bovinatorque ore improbus duro.

Equus gradarius. Lucillius:

Si omne iter evadit, stadiumque accline tolutim.

Tolutarius, qui tolutim badissat. *Thieldones* Plinius vocat, Germani *Telleners*; *tellen* est numerare: forte *Tellones*. Plinius lib. VIII. cap. XLII. *In eadem Hispania, Gallaica gens, & Asturica, equini generis, quos Thieldones vocamus, minori forma appellatos asturcones, gignunt, quibus non vulgaris in cursu gradus, sed mollis, alterno crurum explicatu glomeratio; unde equis tolutim capere incursu traditur arte.* Plautus in *Asinar.* *tolutim ni badissas.* Varro: *Nam ut equus qui ad vehendum est natus, tamen hic traditur magistro, ut equiso doceat tolutim.* Martialis lib. XIV. ep. CXCIX.

Hic brevis, ad numerum rapidos qui colligit ungues,
Venit ab auriferis gentibus Astur equus.

CAP. XI.

De Equis vietis, & pistrinariis.

FUERE & equi pigri, aut senio fracti, qui relegabantur in pistrinum. Ausonius ep. XXI.

Cui subjugabo de molarum ambagibus
Qui machinali saxa volvunt pondere,
Tripedes caballos terga ruptos verbere.

Catullus:

Et non pistrino traditur, atque asino.

Lucianus *de iis qui docent mercede*: *τοῖς γεγηρακόσιν ἵπποις οὐδὲ τὸ δέρμα ὁμοίως χρήσιμον. Senibus equi, pellis non est æque utilis.* Vetus verbum est:

Ἵππῳ γηράσκοντι τὰ μείονα κύκλ' ἐπίβαλλε.
Equo senescenti minorem circulum admove.

Pollux lib. VII. *τοῖς ἀπηγορευκόσι τῶν ἵππων βαλλόμενον σημεῖον τρύσιππον. Equis defectis rotula e ferro candenti injiciebatur.* Hesychius, *γλοιὰς ἡ κακοήθης ἵππος, glœas equa maligna.* Magistratus equis defectis notam inurebant, ne in bello peccarent. Hesychius, *τοῖς γεγηρακόσιν ἵπποις ἐχάραττον ἐπὶ τὴν γνάθον σημεῖον τροχοῦ σχῆμα ἔχον, ἐκαλεῖτο δὲ καὶ τρυσίππιον. ἵπποι στομίαι ἀπειθοῦντες τοῖς χαλινοῖς. Equi stomiæ qui frenis non parent*: qui parent dicti *κεντρηνεκεῖς, πειθόμενοι τοῖς κέντροις*, ait Eustathius. Clemens Alexandrinus in *Protrept.* *κύνες πεπλανημένοι ὀδμαῖς ῥινηλατοῦντες ἐξιχνεύουσι τὸν δεσπότην, καὶ ἵπποι τὸν ἀναβάτην ἀποσεισάμενοι ἑνί που συρίγματι ὑπήκουσαν τῷ δεσπότῃ. Errabundi canes olfactu vestigia domini sectantur, & equi excusso domino uno sibilo eum audiunt.* Hesychius: *τρυσίππιον τὸν χαρακτῆρα τὸν ἀπὸ τῆς βουλῆς ἐν ταῖς δοκιμασίαις, τοῖς ἀδυνάτοις, καὶ τετρυμμένοις, ἵνα μηκέτι στρατεύωνται.*

CAP. XII.

De Desultoribus.

DESULTORES dicti qui ex equo in equum insilirent. Vet Gloss. Desultor, *μεταβάτης, ζεύξιππος.* Seneca in *Suasor.* desultorem bellorum civilium Deillium vocat, qui a Dolabella ad Cassium, a Cassio ad Antonium, ab Antonio ad Cæsarem transierat. Cicero: *Quasi desultorius in quadrigarum currum incurristi.* Habuerunt equos pares in bello, & in Circo. Vet. Gloss. Caballarius, *κέλης, ἱππεὺς, singulator*; aureax, eques solitarius. Scholiastes Aristoph. in *Pace*: *κέλητες ἵπποι μονάτορες.* Suidas, *ἄμιπποι οἱ ἐπὶ δυοῖν ἀστρώτοιν ἵπποιν συνδεδεμένοιν ὀχούμενοι, οἱ μεταπηδῶσι ἀπ' ἄλλου ἐπ' ἄλλον, ὅταν ἡ χρεία καλῇ. Hamippi desultores qui ex equo non strato in alium minime stratum insiliunt.* Festus: aureax, auriga. Isidorus in *Glossis*, aureax, eques solitarius. Vet. Gloss. singulator, *ἱππαστὴς, κέλης.* Pueri Athenis *ἐκελήτιζον*. In Acropoli in sphæristra statua fuit Isocratis pueri *κελητίζοντος*. Vertumnus desultor. Festus, pararium æs, quod equitibus duplex pro binis seu paribus equis datur. Propertius lib. IV. eleg. II.

Est etiam aurigæ species vertumnus, & ejus
Trajicit alterno qui leve pondus equo.

Hesychius *ἀμίππους δύο ἵππους συνεζευγμένους* interpretatur *ἀμφίππους.*

CAP. XIII.

De Equorum gregibus, & de innis, mannis.

ITALI sub Gotthis equos studiose alebant, ut equorum greges inter divitias non postremum locum tenerent. Cassiodorus lib. I. epist. *Tanta patrimonii ubertate gloriatus est, ut inter reliqua bona equinis gregibus Principes vinceret.* Sanctus Basilius hom. X. *in Exaemer.* *ἤδη δέ τινες καὶ ἀγέλαις ἵππων τὰς ἑαυτῶν προσηγορίας ἐνσημηνάμενοι ἐπὶ πολὺ συμπαρατεῖναι τῷ βίῳ τὴν μνήμην ἑαυτῶν ἐπενόησαν. Jam autem & aliqui greges equorum nominibus suis insignientes excogitarunt, ut memoriam suam diu multumque vitæ prorogarent.* Hesychius: *ἵππον ἀμφιδέξιον τὴν ἑκατέροις μέρεσι τῆς μήτρας ἄρρεν, καὶ θῆλυ γεννᾶν δυναμένην. Amphidexium equam vocant quæ utraque parte vulvæ marem & fæminam generare possit; ἰννὸς ὁ πῶλος ὁ ἐξ ἵππου πατρὸς καὶ ἡμιόνου. Innus pullus ex equo patre & matre asina.* Aristoteles vocat *ἰννὸν ἡμίονον ἄρσενα, τουτέστι ὀρέα τὸν ἐπὶ θηλείας ἀναβαίνοντα, innum asinum qui fæminas salit.* Alii innum *ἡμίονον, ἢ ἵππαρον ἀναυξὲς, mulum, aut equum pusillum.* Alii hinnulum *τὸν ἐξ ἵππου καὶ ὄνου.* Optime Varro lib. II. *de Re Rustica*: *Muli & hinni bigeneri, atque insititii non suopte genere ab radicibus. Ex equa enim & asino fit mulus, contra ex equo & asina hinnus.* Asinos illos Latini vocant burdones. Hinnus minor quam mulus, corpore plerumque rubicundior, auribus ut equinis, jubam, & caudam similem asini habens. Seneca epist. LXXXVII. *Partem equi sarcinæ dependentes ab utroque latere occupabant mannis obesis, asturconibus, & tolutariis.* Manni, & mannuli sunt equi pusilli, ex eo dicti quod manum sequuntur, ut Acron ad epod. IV. Horat.

Et Appiam mannis terit.

Martialis lib. XII. ep. XXIV.

Nusquam est mulio, mannuli tacebunt.

Plinius epist. II. lib. IV. *Habebat puer mannulos multos, & junctos, & solutos.* Nonnulli burdones mulos esse volunt. Ulpianus *de legatis* 3. l. *item legato.* Jumenta, vel lectica, vel sella, vel burdones. Græci, *τῷ λεγάτῳ τῶν βουρδονίων καὶ αἱ μοῦλαι περιέχονται. Legato burdonum & mulæ continentur.* Sanctus Hie-

ronymus lib. II. Reg. *ut tollam onus duorum burdonum*. Porphyrio mannos burdos, & buricos eosdem esse vult. Paulinus: *macro & viliore asello burico sedentem*. Hieronym. *ad Pammachum* de obitu Paulinæ; *ferventes buricos mannos*. Vetus Glos. mannis, βυρίχοις. Musimones dicuntur Lucillio. Publius Consertius: *omne peregrinum si quidem id jam receptum est, ut Gallorum manni*: vult vocem esse Gallicam. Eustathius: ἄβολος ἵππος μήπω ἐκβεβληκὼς τὸ γνώμονα ὀδόντα. *Abolus equus qui nondum ejecit dentem quo ætas cognoscitur*. πρωτόβολος ἵππος ἀντίκειται τῷ λειπογνώμονι. *Equus protobolus opponitur ei qui gnomonem abjecit*. Erant & equi admissarii. Virgilius lib. III. *Georg.*

—— *quos in spem statuis submittere gentis.*

Item:

Quem legere ducem, & pecori dixere maritum.

Varro lib. II. *de Re Rustica*: *Equum admissarium, asinum admissarium amplissimum, formosissimumque ex Reatino agro.* Vetus Glos. mannus equus brevior, quem vulgo brunitium vocamus. Suidas: ἀστράβη ὄνος, ἢ ἡμίονος, *astrabe asinus, aut mulus*. τάχα δὲ καὶ πᾶν ὑποζύγιον ἐφ᾽ ὃ οἱ ἄνθρωποι ὀχοῦνται, οὕτως ἐκαλεῖτο. *Forte & omne jumentum quo utuntur homines, dicitur astrabe*. τὸ νωτοφόρον ὑποζύγιον, *dorsuarium jumentum*, οἱ δὲ τὸ σωματηγὸν ἡμίονον ἀστράβην λέγουσι. *Alii multum qui corpora fert, vocant astrabem*. Astrabe dicitur & lignum in equor, quod sessores tenent, τὸ ἐπὶ τῶν ἐφ᾽ ἵππων ξύλον ὃ κρατοῦσιν οἱ καθεζόμενοι.

CAP. XIV.

De pretio Equorum.

ROMANI ad Reges cum scipione eburneo phaleratum equum mittere soliti erant, ut alibi docuimus. Regis Persarum dona quæ fuerint, ostendit Xenoph. p. 196. κῦρος ἐκείνῳ δίδωσι δῶρα ἃ νομίζεται παρὰ βασιλεῦσι τίμια, ἵππον χρυσοχάλινον, καὶ στρεπτὸν χρυσοῦν, καὶ στολὴν περσικήν. *Cyrus illi dona dedit quæ pretiosissima habentur apud Reges, equum auro phaleratum, & torquem aureum, & vestem Persicam*. Equos talento emptos ostendit Varro in *sesquiulisse*: *Nunc emunt trossuli nardo nitidi vulgo Attico talento equum*. Idem lib. II. *de Re Rust.* unam equorum quadrigam Romæ quadringentis millibus scribit emptam. Isæus ridet eum, qui equum non pluris quam tribus minis emerat; ἐγὼ πώποτε ἐκτήσω ἵππον πλείονος ἄξιον ἢ τριῶν μνῶν. Bucephalum equum a Philippo Macedone XVI. talentis emptum supra ostendimus. Vetus Glos. dorsuaria, νωτοφόρα; equus cernuus, καπωμισής, *qui cadit in faciem*. Equus nobilis & generosus describitur lib. I. *Anthol.* cap. XXXIII.

Ο πρὶν ἀελλοπόδων λάμψας πλέον αἰετὸς ἵππων,
Ο πρὶν ὑπαὶ μίτραις κῶλα καθαψάμενος.

Equus ob velocitatem aquila dictus, qui inter volucres equos velut aquila splendebat, cujus membra vittis & coronis devincta erant. Generosos tamen illos equos, ubi senuissent, pistrino damnabant. In *Anthol.*

Νῦν κλοιῷ δειρὴν πεπεδημένος οἷα χαλινῷ
Καρπὸν ἐλᾷ δηοῦς ὀκρυόεντι λίθῳ.

Item:

Νῦν δὲ βάρος πέτρης νισυρήτιδος ἔγκυκλον ἕλκω
Λεπτύνων δηοῦς καρπὸν ἀπ᾽ ἀσταχύων.

Veteres habuerunt equos Diis sacros. Suetonius in *Jul. Cæs.* cap. LXXXI. *Proximis diebus equorum greges, quos in trajiciendo Rubicone flumine consecrarat, ac vagos & sine custode dimiserat, comperit pertinaciter pabulo abstinere*. Eustathius ad lib. *Odyss.* XIII. ἀγέλας ὅλας ἡμέρων ζώων οὕτως ἀφιέρων δαίμοσι, ὧν οὐκ ἦν θεμιτὸν ἅπτεσθαι τινάς. dicebantur ἄφετα ζῶα. Ovidius lib. II. *Amorum* eleg. VII.

Mittitur in saltus carcere liber equus.

Virgil. lib. III. *Æneid.*

Quatuor hic, primum omen, equos in littore vidi
Tondentes campum late, candore nivali.

Plutarchus in *Lucul.* boves Dianæ Persicæ ultra Euphratem sacras lampadis nota insignitas scribit; & apud Homerum fuere boves Solis.

CAP. XV.

De ornatu Equorum.

EQUI stragulis purpureis, monilibus, frenis aureis, gemmis ornabantur. Statius lib. IX. *Thebaid.*

—— *Venator equus, quem discolor ambit*
Tigris, & auratis adverberat unguibus armos.

Claudianus in *Epigramm.*

Sanguineo virides morsu vexare smaragdos,
Et Tyrio dignum terga rubere croco.

Item:

—— *Virides spumis perfunde smaragdos,*
Luxurient tumido gemmata monilia collo,
Nobilis auratos jam purpura vestiat armos,
Et medium te zona liget, variata colorum
Floribus, & castæ manibus sudata Serenæ.

Silius libro XVII.

—— *Nullo decorare tapete*
Cornipedem Nomas assuetus.

Virgilius VII. *Æneid.*

Instratos ostro alipedes, pictisque tapetis,
Aurea pectoribus demissa monilia pendent,
Tecti auro fulvum mandunt sub dentibus aurum.

Apulejus lib. X. *phaleris aureis, fucatis ephippiis, purpureis tapetis, frenis argenteis, pictilibus baltheis, tintinnabulis perargutis exornatum equum*. Virgilius III. *Æneid.*

—— *ostroque insignis, & auro*
Stat sonipes.

Homerus *Iliad.* IV.

Ως δ᾽ ὅτε τίς τ᾽ ἐλέφαντα γυνὴ φοίνικι μιήνῃ
Μῃονὶς, ἠὲ κάειρα παρήϊον ἔμμεναι ἵππων.
Κεῖται δ᾽ ἐν θαλάμῳ, πολέες τέ μιν ἠρήσαντο
Ιππῆες φορέειν. βασιλῆϊ δὲ κεῖται ἄγαλμα.

Ut cum mulier Mæonis, aut Caria ebur purpura tinxit, ut equi maxillis ornamentum esset. Jacet autem in thalamo, multi autem id cupierunt ferre equites. Sed Regi positum est insigne. Dicitur. παραγναθίδιον, ἢ χαλινάριον. Codicis lib. II. tit. 12. *Nemini licere in frenis equestribus, sellis, & baltheis margaritas, smaragdos, & hyacinthos aptare. Aliis autem gemmis frena, sellas, & baltheos suos privatos exornare permittimus; de cucurmiis omnes gemmæ amoveantur*. Hesychius, δερρίστηρ περιδέρραιον ἵππου. Plutarchus in *Gamicis*, ἵππων περιδέρραια.

CAP. XVI.

De Frenis.

FRENA dicuntur oreæ. Cæcilius in *Ariolo*, *deprandi leonis obdas oreas*. λύκος, *ferrum uncum*: lupi, frena. Ovidius:

—— *& duros accipit ore lupos.*

τρίβολος τοῖς ἵπποις ἐν τοῖς χαλινοῖς ἐντιθέμενος. *Tribulus equis in frenis appositus*, ait Hesychius. Fest. Aureas dicunt frenos quibus equorum aures religantur: orias frena quibus ora religantur. Ælianus lib. XIII. τοῦτο γὰρ αὐτοῖς ἐστὶν ἐν ἔθει χαλινῷ ἄρχειν αὐτῶν, καὶ ῥυθμίζειν αὐτοὺς, καὶ ἰθύνειν, κημοῖς δ᾽ ἄρα κεντρωτοῖς ἀκόλαστον ἔχουσι τὴν γλῶτταν, καὶ τὴν ὑπερῴαν ἀβασάνιστον. *Indi freno equos susti-*

A *nere, regere, & moderari aſſueverunt, & quamquam nullis lupatis aculeatis os, & palatum eorum urgeant, cogunt tamen eos utcunque effrenes equeſtris tractationis bene periti in gyrum circumagi.* Apud Pindarum *Olymp.* ode XIII. Minerva dixit Perſeo cum Pegaſum equum inſcenderet, ἄγε φίλτρον τόδ᾽ ἱππεῖον δέκευ, καὶ δαμαίῳ μιν θύων ταῦρον ἀργὸν πατρὶ δεῖξον, *hoc philtrum & amatorium equinum accipe, & domitori Patri mactans taurum candidum oſtende.* Frenum idem vocat δαμασίφρονα χρυσὸν, *aurum domans animos.* Bellerophon ἔλαβε φάρμακον πραῢ τείνων ἀμφὶ γένει. *Accepit pharmacum, & extendit circa genam lenem.* Vide Pollucem
B lib. I. cap. XXXV. XXXVI. Virgilius lib. III. *Georg.*

Frena Pelethronii Lapithæ, gyroſque dedere.

Silius lib. I.

Quadrupedem flectit non cedens virga lupatis

CAP. XVII.

De aliis Equorum instrumentis.

FUERUNT & alia varia inſtrumenta, quibus equi procurati. Camus, proſtomis, chiloter, an-
C thelia, ſoleæ, antella, calcaria, flagellum, pauſicape, κύνες. De camo Heſychius, ὁ περιτιθέμενος τοῖς ἵπποις κημὸς, εἰς ὃν αἱ κριθαὶ βάλλονται. *Camus qui equis circumponitur, in quo hordeum jacitur.* αὐλωτοὶ φιμοὶ οἱ κημοὶ ἀπὸ τοῖς κημοῖς κώδωνας προσῆφθαι, εἰς οὓς ἐμφυσῶντες οἱ ἵπποι φωνὴν τῆς σάλπιγγος προΐεντο. *Capiſtra fiſtuloſa cami, quibus appenſa ſunt tintinnabula, in quæ inſpirantes equi vocem tubæ mittunt.* Apud Nonium proſtomis dicitur ferrum, quod ad cohibendam equorum tenaciam naribus, vel morſibus imponitur. Calliſthenes in *Alexandro*, ὁ φίλιππος ἐκέλευσε τοῖς ἐπὶ τοῖς ἵπποις αὐτοῦ ποιῆσαι σιδηροῦν κάγκελλον, καὶ βουκέφαλον ἐγ-
D κλεῖσαι ἀχαλίνωτον. *Philippus juſſit equorum præfectis ut clatrum ferreum facerent, & Bucephalum ſine freno includerent.* Quærendum an ferreus ille clatrus fuerit pro capiſtro, an pro præſepi. Euſtathius, αὐλωτοὶ φιμοὶ οἷς κώδωνες προσήπτοντο, οἷς ἐμφυσῶντες οἱ ἵπποι αὐλῶν ἔμφασιν ἐνεποίουν τοῖς ἀκούουσι. *Fiſtulati cami habuere adjuncta tintinnabula, quibus inſpirantes equi ſonitum tibiarum edidere.* φιμὸς παραστόμιον. Suidas, οἱ πάρθοι στρέφουσιν ὀπίσω τοὺς ἵππους περὶ τοῖς αὐτῶν αὐχέσι τὰς κάμακας ἑλίξαντες. *Parthi retro flectunt equos circa eorum colla involventes perticas.* χειλωτὴρ vero eſt τὸ τοῖς
E ὑποζυγίοις ἀπὸ κορυφῆς ἐξαρτώμενον, ἐν ᾧ ἡ τροφή. *Chiloter* eſt ferrum quod in os equi inditur, ut quidam volunt; ſed ut Suidas, eſt *capiſtrum a capite ſuſpenſum, in quo cibus ponitur.* φορβειὰ, φορβιὰ, φόρβιον, *capiſtrum.* Vetus Gloſ. ἀγωγεὺς, ſeu ῥυτὴρ, *ductarium;* poſtilena, ἱμὰς ὁ ἐκ τοῦ ἐφιππίου ἢ σάγματος ὑπὸ τὴν οὐρὰν εἱρόμενος, *lorum e ſella ſub caudam tractum.* Leo conſtituit. VI. pag. 10. meminit ſelopuggii, quod eſt ſellæ marſupium. εἰς δὲ τὰς σέλας τὰς δύο σιδηρᾶς σκάλας, καὶ λωρόσακκα, πέδικλον καὶ σελοπούγγιον, ἐν ᾧ καιροῦ καλοῦντος δυνατὸν ἐστὶ καὶ τριῶν καὶ τεσσάρων ἡμερῶν δαπάνην χωρῆσαι. καὶ τουφία δὲ εἰς τὰς ὀπισθελίνας τέσσαρα, καὶ κο-
F ρυφάδην τοῦ ἵππου τουρὸν καὶ ὑπογένειον ὁμοίως. *Ad ſellas duas ferreas ſcalas, & loroſacca & pediclum, & ſellæ marſupium, &c.* Heſychius, παρώπια τὰ τοῖς ἵπποις παρατιθέμενα δέρματα, ἅ τινες αὐθήλια λέγουσι παρὰ τοῖς ὀφθαλμοῖς. *Paropia pelles quibus oculi equorum teguntur, quæ dicuntur anthelia.* Euſtathius, αὐθήλιον καὶ παρώπιον δέρμα περὶ τὰς ὄψεις τῶν ἵππων τιθέμενον. Pollux lib. X. ἐν τοῖς μονίπποις δεῖ τὶς ἔχειν σάγην. *In equis ſolitariis opus ſago, ſeu ſellis, ephippio, fimo, freno, phaleris aureis, ocularibus, calcaribus,* ἔποχον, ἐφίππιον, φιμοὺς, πνιγέας, φάλαρα, παρώπια, ἀντήλια, ἐγκεντρίδας τοῖς ποσί. Strigiles, ψήκτρα, σκορακὶς, ἡνία, *frenum, habenæ,* φορβειὰ, *capiſtrum,* κρύφαλος, ῥυταγωγεὺς, *ductarium.* Euripid. in *Rheſo,* χρυσῇ δὲ πλάστιγξ αὐχένα χρυσοφόρων ἵππων ἔκληε. *Libella aurea cervices equorum claudebat.* Γοργὼ χαλκῆ μετώποις προσδέτη ἱππικοῖσι πολλοῖσι σὺν κώδωσι ἐκτυπεῖ φόβον. *Gorgo ærea alligata fronti cum multis tintinnabulis terrorem facit.* Lucillius:

—— Proſtomis huic ingens de naribus pendet.

Pollux lib. I. τὰ ἀπὸ τῶν ῥυμῶν ἀπηρτημένα, τὰ ὑπὸ τοὺς αὐχένας τῶν ἵππων ἑλιττόμενα, λέπαδνα, ὧν τὰ ἄκρα λεπαδνιστῆρες, τὰ δὲ ὑπὸ τοὺς ὤμους τῶν ἵππων μασχαλιστῆρες. ὁ δὲ ὑπὸ κορυφῆς τοῦ ἵππου ἐκτεταμένος ἱμὰς ἐπὶ τὸν χαλινὸν κορυφαία, ὁ δὲ περὶ τὰς γένυς, γενειαστήρ. Vide librum primum cap. XXVIII. apud eundem cap. XXVII. vide de partibus curruum. Induebant ſoleas equis, ne ungulam corrumperent. Plinius lib. XXXIII. cap. XI. Poppea conjux Neronis ſoleas aureas jumentis ſuis induebat. Catullus:

—— In gravi derelinquere cœno,
Ferream ut ſoleam tenaci in voragine mula.

Artemidorus, ἔδοξέ τις ὑποδήματα ἵππου ὑποδεδέσθαι. Xiphilinus, τὰς ἡμιόνους σπαρτία ἐπίχρυσα ὑποδεδέσθαι. Pollux lib. I. πέδην κρικωτὸν, *vinculum annulatum* inter inſtrumenta equi ponit. Heſychius, μακκούρα χεὶρ σιδηρᾶ, ᾗ χρῶνται πρὸς τοὺς ἵππους. *Maccura manus ferrea, qua utuntur ad equos deſtringendos.* Calcaria, κέντρα. Virgilius *Æneid.* XI. calcem dixit:

—— Equum ferrata calce fatigat.

Statius lib. V. *Sylvar.*

—— Vexantemque ilia nudo
Calce ferocis equi, vultu dextraque minacem,

Græci, πρὸς κέντρα λακτίζειν. Uſi & flagello, vel virga. Martialis lib. XI. ep. XXIII.

Et Maſſylæum virga gubernet equum.

Agathias lib. III. ſcribit, ducem Perſarum fugientem μάστιγι τὸν ἵππον ἐλάσαι, *flagello equum incitaſſe.* Procopius lib. I. *Perſic.* Perſa flagellum quo equum impellebat, ſublatum quatiens ad certamen eum provocabat. Ovidius I. *Artis:*

Quadrupedem ferula dum malus urget eques.

Valerius Maximus lib. III. cap. II. *Craſſus virgam qua regebat equum in unius barbari oculum direxit.* Herodotus lib. VII. νομάδες χαλινῶν ἄνευ ῥάβδῳ μόνῃ τὸν δρόμον τῶν ἵππων κυβερνῶσι. lib. VI. *Antholog.*

—— οἰσυΐνην ῥάβδον, τὴν τ᾽ ἐπὶ νώτων
Μάστιγα ῥοίζου μητέρα θαρσαλέην.

Virgam vimineam, non συΐνην, ut vulgo legunt. Plutarchus de Sylla, ruens in hoſtes ἱπποκόμου μαστίξαντος τὸν ἵππον. Oppianus lib. IV. *de Venat.* ait, Afros virga regere equos. Alii facibus uſi. Seneca lib. II. *de Ira*: *Equos tarde conſurgentes ad curſum ſtimulis, facibuſque ſubditis concitamus.* Herodotus pag. 340. ſcribit, φάτνην τῶν ἵππων Μαρδονίου χαλκέην πᾶσαν, καὶ θέας ἀξίην, τὴν περιέφερε σὺν τῇ σκηνῇ, *præſepe equorum Mardonii æreum, quod ille circumferebat cum tabernaculo.* Papias in *Vocabulario*: *Antella ornamentum equi ante ſellam poſtella poſt ſellam.* ἀναβολεὺς interdum *ſtatorem*, ſeu *ſtratorem* ſignificat, interdum *ſtapedam*, ſeu *ſtapedem, ſtapham.* Suidas, ἵππου χωρὶς ἀναβολέως ἐπέβαινε, *equum ſine ſtratore aſcendebat.* Plutarchus in *Craſſo*: ἀναβολεῖς αὐτὸν ἀράμενοι περιεβίβασαν. *Stratores Craſſum in equum extulerunt.* Euſtathius, ἀναβολεὺς εἰς ὃν ἐντιθέντες τοὺς πόδας ἔφιπποι γινόμεθα. *Anaboleus ſtapeda, in quam poſito pede inſilimus in equum.* ἀρδάνιον ἀγγεῖον ἐν ᾧ ἄρδουσι, ἢ ποτίζουσι τοὺς ἵππους, καὶ τὰ θρέμματα. *Ardanium vas quo lavant, aut potant equos, aut pecora.* Suidas: παυσικάπην μηχάνημα τρο-

χοῖς ἐμφερὲς δι' ὃ τὸν τράχηλον διεῖρον τῶν ὑποζυγίων ὥστε μὴ ἐσθίειν. *Pausicape machina rotæ similis quam inserebant collo animalium ne comederent*. Vet. Glos. mandibulum, φάντωμα, ubi comedunt. Xenophon *de Re Equestri*: ὁπλίζειν δεῖ τὸν ἵππον προμετωπιδίῳ, καὶ προστερνιδίῳ, καὶ παραπλευριδίοις. *Armare oportet equum frontali, pectorali, & munimento laterum*. ἐποχον ὡς τὴν ἕδραν τοῦ ἵππου μὴ σίνεσθαι, *sellam impone, ut dorso equi consulas*. Hesychius: κωύες τοῦ ἵππου τῆς ὁπλῆς μέρος, καὶ ἧλοι, *Canes, equi ungulæ pars, & clavi*. Cingula in instrumento equestri fuit, qua sella equo subcingebatur. Ovidius I. *de Remed.*

Aspicis ut prensos urant juga prima juvencos,
Et nova velocem cingula lædat equum.

Claudianus:

Et medium te zona liget, variata colorum
Floribus, & castæ manibus sudata Serenæ.

CAP. XVIII.

De morbis Equorum, & medicis.

MEDICOS veterinariæ rei peritos Firmicus lib. VIII. *Astronom.* vocat equitarios, & mulomedicos. Vet. Glos. equitarius, ἱπποκόμος. Varii autem equorum morbi fuere. Hesychius. μαλιὴ τὸ περὶ τὰ ὑποζύγια πάθος, ὃ τε βήττει. *Malia jumenti morbus, qui dicitur & tussis*. θερμόπλα ἵππου νόσημα περὶ τοὺς πόδας. *Thermopla equi morbus, ungularum calor*. Vet. Glos. Pantex, ἕλκος κτηνώους ἐπιτραχήλιον, pantices, ἕλκη κτηνώων ἐν τραχήλῳ. *Pantex ulcus jumenti in collo*. vulgo male *panceps*. Petumen, κτηνώους ἕλκος. Suidas, νοσοῦσι οἱ ἵπποι ποδάγρᾳ, εἰλεῷ, τετάνῳ, ἐμπυήσεσι, κριθιάσει, τουτέστι ὠμότητι μετὰ στρόφου. τέτανος σπασμός, εἰλεώδης νόσος, κοιλιακὴ διάθεσις, ἐμπύησις ἀπόστασις ἐν ὑπογαστρίῳ. *Laborant equi podagra, ileo, quæ ventriculi affectio est, tetano, qui est spasmus, & contractio nervorum, empuesi, quæ est suppuratio saniosa, seu abscessus in abdomine. & crithiasi, quæ est cruditas cum vertigine*. Pollux lib. I. οὗτος καθαιρέτω τὴν χελιδόνα, καὶ τὴν κοιλότητα τῆς ὁπλῆς θεραπευέτω, καὶ τὴν κνήμην τριβέτω κατὰ τὴν φύσιν τῆς τριχός. Vide longe pulcherrima apud Pollucem lib. I. cap. XXXVII. XXXVIII. XXXIX. XL. & Absyrtum Basileæ Græcis typis excussum anno MDXXXVI.

CAP. XIX.

De coloribus Equorum.

EQUORUM varii colores, quorum alii probantur, alii damnantur. Virgilius:

—— Honesti
Spadices glaucique, color deterrimus albis,
Et gilvo. ——

Palladius lib. IV. *de Re Rust. Colores equorum præcipui, badius, aureus, albinus, russeus, mureus, cervinus, gilvus, scutulatus, albus guttatus, candidissimus, niger pressus, sequentis meriti varius cum pulcritudine, nigro, vel albineo, vel badio mistus, canus cum quovis colore, spumeus, maculosus, mureus obscurior*. Isidorus lib. XII. *Origin.* Cervinus, gilvus, glaucus, scutulatus, canus, candidus, albus, guttatus, niger. Varius dicitur ex nigro, badioque, badius, id est, spadix, gilvus, melinus color subalbinus. Scutulatus propter orbes quos habet candidas inter purpuras. Cervinus vulgo gauraneus, æraneus, id est, æreus, myrteus pressus in purpura, dosinus, id est, cinereus. Equi badii quasi balii varii, vel ἀπὸ τῶν βαΐων, *a ramis palmarum*, qui colorem spadiceum referunt. Aureus, roseus, myrteus. Hesychius, ἱερικὰν, ἵππος οἰνωπὸς χρώματι. παρωαὶ ἵπποι τινὲς τὸ χρῶμα πυῤῥοί, γαλονὶς χρῶμα ἵππων τὸ ὀνοειδές. Albis equis triumphavit Camillus apud Plutarch. Plautus *Asinar.*

Nunquam pol indipiscet quadrigis albis.

Propertius lib. IV. eleg. I.

Quattuor hinc albos Romulus egit equos,

Horatius satyr. VII. lib. I.

—— Barros ut equis præcurreret albis.

CAP. XX.

De hinnitu, equili, & aliis.

HINNITUM Hesychius μιμιγμὸν vocat, φωνὴν ἵππου, hippitare, hippicare. Fest. *anhelitum vehementem edere; ilia ducere* Horatio. In equili Hippona Dea picta. Apulejus *Milesia* III. *Respicio pilæ mediæ quæ stabuli trabes sustinebat in ipso fere meditullio Hipponæ Deæ simulacrum residens ædiculæ*, vel, ut vult Lipsius, *sediculæ*. Arnobius lib. IV. *quod si haberent in sedibus suis proprios præsides*. Tertullianus lib. *de Spectac. Cæterum & plateæ, & forum, & balneæ, & stabula, & ipsæ domus nostræ sine idolis non sunt*. Juvenalis satyr. VIII.

—— Facies olida ad præsepia pictas.

CAP. XXI.

De Equitibus, & Equorum domitoribus.

EPOREDICAS Galli bonos equorum domitores vocant, ait Plinius lib. III. cap XVII. Xenophon lib. *de Re Equestri*: πωλοδάμνον, ἱπποκόμον. Hesychius, apud Lacones ὠιοχαράτης διδάσκαλος ἱππικῆς τῶν νέων. Virgilius lib. III. *Georg.*

Tum demum crassa magnum farragine corpus
Crescere jam domitis sinito, namque ante domandum
Ingentes tollent animos, prensique negabunt
Verbera lenta pati, & duris parere lupatis.
Primus equi labor est, animos atque arma videre
Bellantum, lituosque pati, tractuque gementem
Ferre rotam, & stabulo frenos audire sonantes:
Tum magis atque magis blandis gaudere magistri
Laudibus, & plausæ sonitum cervicis amare.

Vet. Glos. aureax, eques solitarius; singulator, ἱππαστής, μεταβάτης, ζεύξιππος, desultor. Hesychius Regum filios ait olim impositos arietibus equitare solitos, ἐπιβήτορες, ἐφιππιστῆρες. οἱ γὰρ τῶν βασιλέων υἱοὶ πρῶτον ἐπὶ τῶν κριῶν ἱππεύειν ἐμάνθανον. Xenophon lib. *de Hippice*: πρῶτον μὲν τὸν ῥυταγωγέα χρὴ ἐκ τῆς ὑποχαλινιδίας, ἢ ἐκ τοῦ ψαλίου ἠρτημένον εὐτρεπῆ εἰς τὴν ἀριστερὰν χεῖρα λαβεῖν. ἱππασίαν δὲ ἐπαινοῦμεν τὴν πέδην καλουμένην. ἐπ' ἀμφότερα γὰρ τὰς γνάθους στρέφεσθαι ἐθίζει. ἐπαινοῦμεν δὲ καὶ τὴν ἑτερομήκη πέδην μᾶλλον τῆς κυκλοτεροῦς. πέρσαι καὶ ὀδρύσαι ἅπαντες τὰ κατάντη ἁμιλλώμενοι, οὐδὲν ἧττον τῶν ἑλλήνων ὑγιεῖς ἵππους ἔχουσι, &c. *Primum quidem oportet habenas sub freno aptatas, vel ex armilla manu læva commodas, & versatiles apprehendere: laudamus autem equitationem quæ dicitur pede, quæ in utramque partem maxillas flectere equum assuefacit. Nobis autem magis probatur ea pede, quæ in longum ducitur, quam quæ in circulum. Persæ, & Odrysæ omnes agitantes equos in declivia, & prona non minus sanos, & integros equos habent, quam Græci. Hippastices primum caput est, ut eques spatium arripere, & velut in circo, aut stadio directum cursum decurrere sciat, deinde ut facile, quoties lubet, equum sistat, & in utramque partem levi freno flectat, tum in gyrum lævum agere sciat; denique ut erigere priores pedes adversus hostem, aut saltu in hostem erectis pedibus involare equum doceat. Nam illæ succussationes, & subsultationes, quas hodie polodamni usurpant, frangunt equum, & sunt inutiles.* χρὴ οὐ μεῖον δυοῖν χαλινοῖν κεκτῆσθαι, τούτων δὲ ἔστω ὁ μὲν λεῖος τοὺς τροχοὺς εὐμεγέθεις ἔχων, ὁ δὲ ἕτερος τοὺς μὲν τροχοὺς καὶ βαρεῖς, καὶ

ταπεινὰς, τὰς δὲ ἐχίνους ὀξεῖς, ἵνα ὁπόταν μὲν τοῦτον λάβῃ ἀχάλλων τῇ τραχύτητι διὰ τοῦ ἀφίῃ, ὅταν δὲ τὸν λεῖον μεταλάβῃ τῇ μὲν λειότητι αὐτοῦ ἥδηται, ἃ δὲ ὑπὸ τοῦ τραχέος παιδευθῇ. ταῦτα καὶ ἐν τῷ λείῳ ποιῇ, &c. *Oportet non minus duobus habere frenis, quorum aliud læve sit, rotas ingentes habens, alterum rotas graves, & humiles, & erinaceos, seu aculeos acutos, ut quoties illud ceperit offensus asperitate dimittat, cum autem læve apprehenderit, ejus lævitate oblectetur, & in eo faciat quæ in aspero didicit. Quod si crebro spreta lævitate illud commanducabit, lævi freno magnas rotas addimus, ut hiare coactus dimittat lupatum.* Vide Xenophontem. Idem ait, *ἵππον ποππυσμῷ ἐγείρειν, καὶ κλωσμῷ πραΰνειν, popysmate excitare equum, & mitigare sibilo, aut sclopo.* Pollux lib. I. dixit, *κλωγμῷ ἐξεγείρειν τὸν ἵππον, καὶ ῥοιζῷ, ποππυσμῷ παριστᾶναι καὶ καθιστᾶναι.* Vide ibidem c. XXXVII. XXXVIII. XXXIX. lib. I. quomodo sit formandus equus. Suidas, *ποππύσματα εἰς τοὺς ἀδαμάστους ἵππους κολακεῖαι.* Xenophon pag. 367. *ἱπποκόμοι ψήχοντες τοὺς ἵππους ψόφον ἐποίουν.* Ausonius in *gratiarum act. Cum idem arcum intenderes, & habenas remitteres, aut equum segnius euntem verbere concitares, vel eodem verbere intemperantiam coerceres.* Suidas: *καὶ τοὺς ἵππους προσελαύνειν προσέταξεν ὡς διαλύοιτο αὐτοῖς τὸ ὑπὸ τοῦ παραπλοῦ ἐναρκηκὸς ὑπ' ἀκινησίας.* Hesychius, *κάλπις ἵππος βαδιστής, καὶ εἶδος δρόμου.* Dicitur & *κάλπη*, quæ vox *motum temperatum & compositum* significat. Leo Consti. VII. §. XXXVII. *ἐπελαύνειν ἀτάκτως κινήματι συμμέτρῳ τῷ λεγομένῳ κάλπᾳ, καὶ μὴ βιαίως τρέχειν, procedere composito gradu, qui dicitur calpe, & non violenter currere.* Suidas: *καλπάζειν τὸ ἁβρῶς βαδίζειν, molliter & suspenso pede incedere.* Interdum *παρακαλπάζειν*, est *ad latus equi procurrere.* Plutarchus in *Alexandro*: *μικρὰ δὲ οὕτω παρακαλπάσας, καὶ καταψήσας, ὡς ἑώρα πληρούμενον θυμοῦ, καὶ πνεύματος ἀπορρίψας ἡσυχῇ τὴν χλαμύδα. Alexander statim accurrens ad equum Bucephalum accepta habena convertit ad Solem, & ita paulum a latere equi procurrens, & palpans cervices, ut vidit plenum ardore, & spiritu, abjecta sensim clamyde, & seipsum attollens insiluit.* Pelagonius Mulomedicus *δρόμῳ τῷ διὰ κάλπης γύμναζε, ἤτοι τῷ λεγομένῳ τριπόδῳ. Sessore in equum imposito eum cursu calpes, aut tripedo exerce.* Pausanias in *Eliacis*, *μήτε κάλπης τοῦ λοιποῦ, μήτε ἀπήνης ἔσεσθαι δρόμον, neque calpes, neque vehiculi cursum fore.* In eo cursu eques desiliebat ex equo, & apprehenso freno pariter cum eo currebat. Agathias lib. II. *Decurrere Narses milites suos jubebat, & in equos agiliter insilire, armatosque tripudiis agitari.* Procopius lib. III. *Gotthic. Totilas in orbem equum agiliter agebat, obequitando telum in auras sursum versus apte diverberans, & ad terram delatum impigre excipiens, momentoque exceptum vibrans supinando se super equum, & utrinque inclinando ad terram, & vicissim in latera.* Silius lib. X.

Milite non illo quisquam felicius acri
Insultarat equo, vel si resupina citato
Projectus dorso ferret cum membra, vel idem
Si nudo staret tergo, cum rapta volucris
Transfigeret cursu sonipes certamina campi.

Virgilius VII. *Æneid.*

Ante urbem pueri, & primævo flore juventus
Exercentur equis.

Pollux lib. I. *αὐθιπποδρόμων ἑτέροις ἀκοντίοις ἐσφαιρωμένοις κέχρηνται, καὶ δόρατι ὁμοίως πεπραγματευμένῳ σφαιρωτῷ, ὥστε εἶναι τὴν πληγὴν ἀσινῆ. Contra equitans aliis jaculis præpilatis utere, & hasta præpilata, ut ictus sit sine vulnere.* Xenophon in *Hippic.* de jaculis præpilatis agit. Fuit quoddam prœlii genus datis, & acceptis tergis, de quo Silius lib. IV.

Nunc Itali in tergum versis referuntur habenis,
Aut illi dextros lunatis flexibus orbes,
Aut illi lævos sinuant in cornua gyros,
Ac cædem refugam cedentes arte resolvunt.

De puerorum exercitatione, quod Trojanum ludicrum dicitur, Virgilius lib. V. *Æneid.* Dio p. 148. *παῖδες τὴν ἱππασίαν τὴν Τροίαν καλουμένην οἱ εὐπατρίδαι κατὰ τὸ ἀρχαῖον ἐποιήσαντο, καὶ ἐφ' ἁρμάτων οἱ νεανίσκοι ὁμότιμοι αὐτοῖς ἡμιλλήσαντο. Sub Julio Cæsare pueri nobiles veteri more Trojam in equis decurrerunt, & juvenes patricii curribus certarunt.* Suetonius lib. I. cap. XXXIX. lib. II. cap. XLIII. Dio lib. XLVIII. & LI. Erant & equestres decursiones in castris, de quibus Suetonius in *Tiberio* cap. LXXII. Claudianus *de sexto Consulatu Honorii*:

Hic & belligeros exercuit alea lusus,
Armatos hic sæpe choros, certaque vagandi
Textas lege fugas, inconfusosque recursus,
Et pulcras errorum artes, jucundaque Martis
Cernimus.

Fuit & Mæander genus equitationis apud equorum domitores. Hesychius, *μαίανδρος εἶδος ἱππασίας παρὰ ἱπποδαμασταῖς.* In campo Martio exercebantur equis. Horatius *Carm.* lib. I. od. VIII.

— *Patiens pulveris atque Solis.*
Cur neque militaris
Inter æquales equitet.

Virgilius VII. *Æneid.*

Ante urbem pueri, & primævo flore juventus
Exercentur equis, domitantque in pulvere currus,
Aut acres tendunt arcus, aut lenta lacertis
Spicula contorquent.


Fœminæ equitabant olim, non ut viri divaricatis tibiis amplexæ sellam equi, sed insidentes sellæ, subjecto assere suppedaneo pedibus sustinendis. Nicetas p. 31. *θήλειαι οὐ συμβάδην τὴν ἐφεστρίσι τὼ πόδε διαχαλῶσαι, ἀλλὰ περιβάδην ἀνέδην ἐποχούμεναι. Fœminæ sellis insidentes non conjungebant simul pedem utrumque, sed impudenter divaricatis feminibus amplectebantur equum.* In Italia alterum pedem ligno suppedaneo committunt, alterum in cervice equi reponunt. Ita Gubazes apud Agathiam lib. II apposito pede cervicibus equi insidebat. Apud Homerum equi vino procurantur, *Iliad.* IX.

Οἶνον τ' ἐγκεράσασα πιεῖν ὅτε θυμὸς ἀνώγει
Ἵπποις.

Diodorus Siculus lib. VI. cap. XV. scribit, a Neptuno, qui *ἐλάτης* Atheniensibus dictus, omnium primo equum domitatum, & artem equitandi traditam; unde Equiria Romæ in campo Martio celebrata, ut nos lib. *de Circo* ostendimus. Plato in *Menone*: Themistocles Cleophantum filium *ἱππέα μὲν ἐδιδάξατο ἀγαθόν. ἐπέμενε γοῦν ἐπὶ τῶν ἵππων ὀρθὸς ἑστηκὼς καὶ ἠκόντιζεν ἀπὸ τῶν ἵππων ὀρθός.* De exercitatione cum contis præpilatis vide Platonem lib. VIII. *de Legib.* & Xenophontem *de Hippice*. Ericthonius ad pedum deformitatem velandam primus quadrigam invenit, ut scribit Plinius lib. VII. cap. LVI. Isidorus lib. XVIII. cap. XXXIV. Hyginus in *Auriga*.

JULII CÆSARIS BULENGERII *JULIODUNENSIS*, DOCTORIS THEOLOGI, DE VENATIONE CIRCI, ET AMPHITHEATRI, LIBER UNICUS.

CAP. I.



VENATIO Circi ut horrida inſtituto, ſic antiquitate, & ludicro nobilis, a multis tentata, a pluribus promiſſa, a plurimis expectata, a nemine adhuc præſtita eſt. Vellem equidem homines excellentibus ingeniis, qui literas elegantes noſtro ſæculo colunt & ornant, hanc Juventuti gratiam feciſſe, ut ex opulento ſuo penu, & divite copia qua redundant, aliquid etiam in hanc partem derivaſſent. Sed graviora, opinor, animo verſantes, & arma, imperia, magiſtratus, aliaque antiquitatis monumenta ingenio & ſtylo digerentes, obliti polliciti ſui forte hic obdormiſcunt: quibus ego me neque parem, neque ſubſeſſorem ac ſuccedaneum eſſe duco, quaſi derelictam a cæteris provinciam, ultro ac temere occupare velim; ſed dum alia omnia principes in literis viri cogitant, aut hanc partem veluti minus arduam negligunt, Juventuti hanc operam commodare inſtitui, ut de nocte ſalvis cruribus in Circo venari, quam deſcobinatis in ſylva de die currere malint, maxime cum e tenebris lucem hic aliquam diſpicere poſſint. Multa ſciens omitto, plura forte neſciens, ut hoc exemplo moniti viri omni eruditione antiſtites priſtinum induſtriæ morem requirant, & quod a nobis ſubitario partu ante legitimos menſes, imo ante exactum menſem editum eſt pene prius quam conceptum, in lambendo reforment. Quod ego non æquo tantum animo feram, ſed etiam gratias agam, & eorum induſtriæ plurimum me debere profitebor.

CAP. II.

De Venatione ſylvatica.

QUATUOR maxime venationum genera fuiſſe comperio: Sylvaticam, Perſicam, Avium prædatricum, & Amphitheatri. Sylvatica, fovea, igni, pennis in lineam contextis, canibus, venabulo, jaculo, ſagitta conficitur. De fovea Lucretius lib. v.

Nam fovea atque igni prius eſt venarier ortum,
Quam ſepire plagis ſaltum, canibuſque ciere.

Foveas intellige aſſeribus, virgultis, aut paleis tectas, in quas prædæ ſpes feras trahit. De linea variis avium pennis contexta, quam formidinem appellant, audiendus Lucanus libro IV.

—— Sic dum pavidos formidine cervos
Claudat odoratæ metuentes aera pennæ,
Aut dum diſpoſitis attollat retia varis,
Venator levis ora tenet clamoſa Moloſſi.

A Varos vocat ſtipites, quibus retia plagæque inſidiis aptantur. Omnium optime formidinem expreſſit Nemeſianus in *Cyneget.*

Linea quin etiam magnos circundare ſaltus
Quæ poſſit, volucreſque metu concludere prædas,
Digerat innexas non una ex alite pinnas.
Dat tibi pinnarum terrentia millia vultur,
Dat Libye magnarum avium fœcunda creatrix.

Virgilius III. *Georgic.*

Puniceæne agitant timidos formidine pennæ?

Generoſius venabantur, qui venabulo, aut jaculo feras appeterent, qualis Atalanta fuit, Meleager, & Lacones, qui omnium primi venabulis uſi ſunt.
B Gratius *de Venatione*, de Decreto Lacone:

Ille etiam valido primus venabula dente
Induit.

quare Dorica venabula Martialis Laconica vocat *de Spect.* epig. XXIII.

Dorica quam certo venabula dirigit ictu.

Sic enim malo, quam Græcanica, licet a Piſco Græco homine Plinius venabula reperta velit lib. VII. cap. LVI. Uſi ſunt & verutis bifidis. Gratius ibidem:

—— tum ſtricta verutis
Dentibus, & gemina ſubiere baſtilia furca.

C De ſagittis illud modo e Virgilio apponam lib. I. *Æneid.*

Namque babilem de more humeris ſuſpenderat arcum
Venatrix.

In Cornelio Nepote conſiſtamus, ne res longius ducatur. Nec enim plura de ſylvatica venatione ſunt hujus temporis. Sic autem ille lib. II. Daretis, ſi tamen ejus eſt:

Ocyus exciti qui caſſe, vel ore, vel aure,
Fraude ſono, ſenſu, ludentes prælia, caſſe
Fallunt, ore cient, veſtigant aure, ſimulque
D *Invadunt ſaltus.*

CAP. III.

De Venatione Perſica.

PARADISI Regii fuere in Perſis arboribus conſiti, in quibus feræ omnis generis alerentur, ubi Reges animi corporiſque robur experiri, equites, & pedites, jacula, ſagitta, aut venabulo poſſent. Id genus autem venationis aliud fuiſſe a ſylvatico ex eo apparet, quod Reges in Peroſi montibus vulgare illud & ſylvaticum venationis E genus agitarent, auctore Strabone lib. XIII. *βασιλικὴ θήρα ἐν τοῖς ὄρεσι πειρῶσιν.* in hortis autem qui ad palatia Regum appliciti erant, quales fuere Babylone horti penſiles, feras conficerent: docet Xenophon l. I. *Cyroped.* *ταχὺ δὲ ἐν τῷ παραδείσῳ θηρία ἀνηλώκει διώκων, καὶ βάλλων, καὶ κατακαίνων. παράδεισος μέγας ἀγρίων θηρῶν πλήρης, ἃ ἐκεῖνος ἐθήρευεν ἀφ' ἵππου ὁπότε γυμνά-*

σαι βάλοιτο ἑαυτόν. *Cyrus*, inquit, *confestim in paradiso feras absumebat persequens, & feriens, & conficiens: paradisus enim ingens erat feris agrestibus refertus, quas ille ex equo venabatur exercitationis causa*. Latinis dicta *vivaria*, Varroni *leporaria*, Scipioni *roboria*, id est, septa quibus feræ vivæ pascuntur, Gellio teste lib. II. cap. XX. quanquam alebant feras Romani, non ad venationem modo, & voluptatem, sed ad quæstum, ut altiles & numerosas haberent; neque in hortis & arboretis modo, sed in locis ut plurimum conclusis. Sub Imperatoribus tamen plane vivaria pro paradisis Persicis fuerunt. Marcellinus lib. XXXI. *Gratianus*, inquit, *intra septa quæ appellantur vivaria, sagittarum pulsibus crebris dentatas conficiens bestias*. Plinius lib. VIII. cap. LII. *Vivaria ferarum, cæterarumque sylvestrium, primus togati generis invenit Fulvius Hirpinus, qui in Tarquiniensi feras pascere instituit; nec diu imitatores fuere L. Lucullus & Q. Hortensius*. Consulatur Curtius lib. VIII. Ammianus lib. XXXI. Diodorus Siculus lib. XIII. postremum hoc esto ex Philostrato lib. I. *de Vita Apollonii*: μέλλων δέ ποτε πρὸς θήραν γίγνεσθαι τῶν ἐν τοῖς παραδείσοις χωρίων, εἰς οὓς λέοντες ἀπόκεινται βαρβάροις, καὶ ἄρκτοι, καὶ παρδάλεις. *Cum autem*, inquit, *aliquando venatum iturus esset in eos hortos, ubi leones, ursos & pardales barbari alunt*. Sed & Scythæ, Curtio teste lib. VIII. sylvas muris sepiunt, leones ferasque includunt, turres collocant. Græci ζωγρεῖα proprie vivaria piscium, ut Eustath. χοιροκομεῖα aprorum vocant. Plautus in *Pœnolo*:

Ita vinariorum habemus nostræ delectum domi.

lege, *vivariorum* Vivaria vocat homines saginantes. Horatius vivaria dixit de piscibus:

Plures annabunt thunni, & vivaria crescent.

Vivarium Romæ fuit prope portam Prænestinam, apud Procopium lib. I. *Gothico*. ὀρνιθῶνες Latini aviaria vocant, περιστερεῶνες columbaria, leporaria λαγωτροφεῖα. Qui in leporaria, aut vivaria varia animantium genera cornu, aut buccina convocant, Orphei dicuntur Varroni libro III. *de Re Rustica* cap. XIII. Apros posse haberi in leporario captivos, & cicures, qui ibi nati sunt: vidisti ad buccinam inflatam certo tempore apros, & capreas convenire ad pabulum, cum e superiore loco apris e palæstra effunderetur glans, capreis vicia. Non leporarium, sed θηριοτροφεῖον erat. Quintus Orphea vocari jussit, qui cum eo venisset cum stola & cithara, & cantare esset jussus, buccinam inflavit. Romæ vivarium ubi leones, & aliæ feræ alerentur, fuit prope portam Prænestinam, narrante Procopio lib. I. *Gothico*. *Huic muro*, inquit, *alterum foris brevem veteres Romani adjecerant, non ad tutelam, sed ad delicias, ut leones in eo loco coercitos, & alias bestias asservarent, unde & vivarium is locus dictus est*. Apud Plinium lib. VIII. cap. LII. *Vivaria animalium primus togati generis invenit Fulvius Hirpinus, qui in Tarquiniensi feras pascere instituit; nec diu imitatores fuere L. Lucullus, & Quintus Hortensius*. Opinor in caveis, & cryptis fuisse, non in vivario saginatas feras, de quibus Suetonius in *Cajo* cap. XXVII. *Cum ad saginam ferarum muneri præparatarum carius pecudes compararentur, ex noxiis laniandos adnotavit, & custodiarum seriem recognoscens, nullius inspecto elogio, stans tantummodo intra porticum mediam a calvo ad calvum duci imperavit*. In veteribus Glossis ὀρνιθοτρόφος, altiliarius dicitur, qui curaret aves altiles. Scholiastes vetus; χοιροκομεῖον τὸ καλούμενον ζωγρεῖον κανωτόν, ὅπου οἱ χοῖροι τρέφονται, *vivarium canistratum aut cancellatum apris alendis, aut porcis*.

CAP. IV.

De Aucupio.

AUCUPIUM Plato in *Protagora* ὀρνεοθηρευτικὴν, Athenæus lib. I. ὀρνεοθηρευτικὴν vocat. Ad aucupia autem Veteres usi sunt laqueis, visco, calamis, avibus illicibus & prædatricibus. Aves illices παλεύτριαι, παλεύειν, *illicere*. Includebant retibus pascentes aves. Manilius lib. III.

Pascentemve super surgentia ducere lina.

De avibus prædatricibus, quia Budæus in *Pandectis*, & Brodeus negant, admonebimus quod Aristoteles lib. X. *Histor. animantium* posuit, Thraces jam olim aquilis & falconibus ad aucupium usos esse, qui cum prædæ aliquid cepissent, ad aucupum pedes dejiciebant, ut partem inde aliquam ferrent. οἱ μὲν ἱέρακες ὅταν λάβωσί τινα τῶν ὀρνίθων, καταβάλλουσι τοῖς θηρευταῖς. Oppianus lib. I. *de Venatione*: καὶ μὴν ἰξευτῆρσι πόνος γλυκύς, οἷσι γὰρ ἐπ' ἄγρην ὠκὺς ἐπὶ δρυμὰ συνέμπορος ἕσπετο κίρκος, καὶ δολιχαὶ θώμιγγες. *Aucupi*, inquit, *labor dulcis est, cum enim celer falco in querceta comes venationis sequitur, & longæ plagæ*. Hoc voluit Plautus in *Captivis*:

I modo, venare leporem, nunc cirim tenes.

Falco enim venatur, cirim, quæ nobis est egretta. Martialis lib. XIV. ep. CCXVI.

Prædo fuit volucrum, famulus nunc aucupis; idem
Decipit, & captas non sibi mæret aves.

Sidonius Paneg. III.

Quid volucrum studium, dat quas natura rapaces
In vulgus prope cognatum? quis doctior isto
Instituit varias per nubila jungere lites?
Alite vincit aves, celerique per æthera plausu,
Hoc nulli melius pugnator militet unguis.

In numero avium prædatricum Firmicus lib. V. cap. VII. *Astronom.* ponit accipitres, falcones, astures (inde nata vox Gallica, *Autour*) & aquilas, his verbis: *Accipitres tamen, falcones, astures, aquilas, & aves hujuscemodi, equosque ad venandum*. Videntur quoque adhibiti canes in aucupio, qui perdices excitarent, & asturibus objicerent. Cap. IX. ibidem: *Equorum nutritores, accipitrum, falconum, cæterarumque avium, quæ ad acupia pertinent, canum vertagorum, qui sunt ad venationes accommodati*. De vertago cane Martialis lib. XIV. epigr. CC.

Non sibi, sed domino venatur vertagus acer.

vertagum canem vocant qui vertit, & agit feram. Imo & cornices, & corvi adhibiti ad aucupia, non avium modo, sed & leporum. Ctesias in *Indicis* p. 14. οἱ πυγμαῖοι λαγωοὺς καὶ ἀλώπεκας θηρεύουσι, οὐ τοῖς κυσὶ, ἀλλὰ κόραξι, καὶ ἰκτῖσι, καὶ κορώναις, καὶ ἀετοῖς. *Pygmæi*, ait, *venantur lepores & vulpes, non canibus, sed corvis, & accipitribus, & cornicibus, & aquilis*. Ætate Plinii Romæ id genus aucupii minime viguisse videtur: sic enim ille l. X. c. VIII. Ex accipitribus *alii non nisi ex terra rapiunt avem: alii non nisi circa arbores volitantem: alii sedentem in sublimi: aliqui volantem in aperto*. In Thraciæ parte super Amphipolim homines atque accipitres societate quadam aucupantur, hi ex sylvis & arundinetis excitant aves, illi supervolantes deprimunt, rursus captas aucupes dividunt cum iis. Paulo aliter Ælianus l. II. c. XLII. οἱ μὲν ἄνθρωποι τὰ δίκτυα ἁπλώσαντες ἡσυχάζουσιν. οἱ δὲ ἱέρακες ὑπερπετόμενοι, καὶ φοβοῦσι τὰς ὄρνεις, καὶ συνωθοῦσιν εἰς τὰ τῶν δικτύων περιβολάς. *Homines*, inquit, *retia tendentes quiescunt, accipitres autem supervolantes, & terrent aves, & compellunt in retium ambitus*.

bitus. Non est absimile quod notat idem lib. II. cap. VIII. λόγοι φασὶ τῶν εὐβοέων τὲς ἁλιέας τὲς ἐκεῖσε τοῖς δελφῖσι τοῖς ἐκεῖσε ἰσομοιρίαν τῆς θήρας ἀπονέμειν. *Sermo hic apud Eubœos percrebuit, piscatores indigenas cum Delphinis partiri piscium capturam*. Apud eundem l. XII. c. IV. *de natur. animal.* Varia sunt genera accipitrum prædatorum. ὁ μὲν περδικοθήρας καὶ ὠκύπτερος Ἀπόλλωνός ἐστι θεράπων φησί. φήνην δὲ καὶ ἅρπην ἀθηνᾷ προσνέμουσι. ἑρμῇ δὲ φασσοφόντην ἄθυρμα εἶναι. *Perdicotheres & ocypterus Apollinis sunt famuli. Minervæ phenem & harpen tribuunt. Mercurio fassophontem ludicrum, in quo acquiescat faciunt*. Ælianus l. VIII. c. XXIV. ἀργοῦς τὸ ὄνομα τὴν φύσιν πτηνὸς, τῷ μέλει τῶν ἄλλων ὀρνέων αἱρεῖ τὰ ἁπαλὰ προσπετόμενα τῇ τῆς εὐμουσίας θέλξει. *Venator qui dicitur avis natura volatilis, suavitate carminis teneras aves advolantes arripit musica illectos*. Aquilæ apud Ælianum lepores venantur, & hinnulos, & anseres e corte. lib. IX. c. X. ἀετοὶ λαγὼς ἁρπάζουσι, καὶ νεβρὸν, καὶ χῆνα ἐξ αὐλῆς, καὶ ἄλλα. Ctesias apud Photium in *Bibliotheca* pag. 68. scribit, Pygmæos Indiæ λαγωὺς τε καὶ ἀλώπεκας θηρεύειν κόραξι, καὶ ἰκτῖσι, καὶ κορώναις, καὶ ἀετοῖς, *lepores & vulpes venari corvis, vulturibus, cornicibus, & aquilis*. Demetrius Constantinopolitanus librum scripsit *de Re Accipitraria*, quem tu consule, item epistolam Symmachi & Theodotionis ad Ptolemæum Regem Ægypti: *Corticem*, ait Demetrius, *de ceraso arbore detractum scite in tenuem membranulam extenuant, & quasi tenuem tunicam efficiunt, in quam inserunt calamum ad numeros temperatum, accurata lingua illud instrumentum tangunt, per quod ducto & reducto spiritu vehementiori similem accipitris voci mittunt vocem, patrumque artificiose sonum imitantur, ut pullos accipitrum doli imprudentes fallant, & capiant*. Ennodius lib. VIII. *Epist.* Clericos avibus venantes commemorat. Blondus lib. *de Ital. Illust.* ducentis annis ante suam ætatem falconis avis aucupium incognitum fuisse scribit. Falco Hetruscis olim dictus Capis; unde Servius Capuam ab augurio falconis appellatam esse ait, quod Hetrusci ejus urbis conditores Capim, id est, falconem inaugurantes viderint. Plinius lib. X. cap. VIII. inter accipitres circon, triorchen a numero testium, buteonem, seu æsalona ponit. In Thraciæ parte super Amphipolim homines, atque accipitres societate quadam aucupantur, quod idem scribit Aristoteles lib. IX. *de Histor. animal.* Banduellus Dominicanus in *oratione funebri in Principem Mantuanum*, aves scribit aucupio natas, accipitres videlicet, falcones, gyrofalcos, peregrinos, montanos, gibbosos, astores, quos Pausanias astorgios vocet, Fridericum Ænobarbum primum omnium longe in Italiam postliminio advexisse, & cicures effici docuisse. ἱερακοσόφιον vocant vulturum institutionem, ut κυνοσόφιον canum. Manilius lib. V.

Ipse quoque aerios populos, cæloque dicatum
Alituumque genus, studium censusque vocabit.

Lege Demetrium περὶ τῆς τῶν ἱεράκων ἀνατροφῆς τε, καὶ θεραπείας.

CAP. V.

De Venatione Amphitheatri.

QUartum venationis genus esse diximus Amphitheatrale, quod & olim in Circo datum est, ubi vel inter se pugnabant feræ, vel cum bestiariis & contificibus, vel in aliud voluptatis genus erudiebantur. Quamquam munus vulgo de gladiatoribus exauditur, interdum tamen ad venationem refertur. Apulejus IV. *Milef.* *Præter cæteram speciosam muneris supellectilem, totis utrimque patrimonii viribus immanis ursæ comparabat numerum copiosum*. Sanctus Augustinus lib. I. *contra Academic. Si te edentem munera ursorum*. Prosper Aquitanicus libro *De Promissionib. In munere habe Danielem sanctum Leones non ferro, sed orationibus vincentem*. Paulus Diaconus l. XI. quos etiam bestiis, cum magnificum spectaculum muneris parasset, objecit. Cassiodorus in *Chronicis*: *Muneribus amphitheatralibus diversi generis feras exhibuit*. A munere munerarium dictum editorem qui gladiatores daret, vulgo scitum est. Vetus auctor vitæ Sanctæ Mariæ: *Fuit Augustorum Pontifex, præterea munerarius civitatis*.

CAP. VI.

De origine Venationum.

A Suppliciis ortæ sunt venationes Amphitheatri, aut certe a funeribus, sicut & gladiatores, qui tamen venatorio ludo antiquiores. Utriusque rei originem Tertullianus lib. *de Spectaculis* edisserit his verbis. *Munus dictum est ab officio, quoniam officium etiam muneris nomen est. Officium autem mortuis hoc spectaculo facere se Veteres arbitrabantur, postea quam illud humaniore atrocitate temperaverunt. Nam olim quoniam animas defunctorum humano sanguine propitiari creditum erat, captivos, vel malo ingenio servos mercati in exequiis immolabant, postea placuit impietatem voluptate adumbrare. Itaque quos paraverant armis, quibus tunc, & qualiter poterant eruditos tantum ut occidi discerent, mox edicto die inferiarum apud tumulos erogabant. Ita mortem homicidiis consolabantur. Hæc muneris origo: sed paulatim provecti ad tantam gratiam, ad quantam & crudelitatem, quia ferrum voluptati satis non faciebat, nisi & feris humana corpora dissiparentur. Quod ergo mortuis litabatur, utique parentationi deputabatur*. Ludi quippe omnes per initia funebres fuere, non Romæ modo, verum & in Grecia, unde Romam influxerunt. Ausonius Eclogario ult. *de quatuor Græciæ certaminibus*:

Tantalidæ Pelopi mæstum dicat Elis honorem,
Archemori Nemæa colunt quinquennia Thebæ,
Isthmia defuncto celebrata Palæmone notum,
Pythia placando Delphi statuere Draconi.

Apud Homerum in funere Patrocli ab Achille Troes mactantur. Apud Virgilium ab Ænea Rutuli ad tumulum Pallantis. Ausonius.

Tres primas Thracum pugnas, tribus ordine sellis,
Juniadæ patrio inferias misere sepulcro.

Lib. II. *Machab.* lecta Ptolemæi epistola, elephantes in Circum Alexandriæ inducti sunt ad obterendos Judæos. Poetæ quidem jam olim Hesionem & Andromedam objectas ingentibus belluis commemorant. Sed ea res, quia Poetas authores habet, minus possidet fidei; vero propior est Cassiodorus, qui ludicri hujus cruenti ortum ab Atheniensibus arcessit l. V. ep. XLII. *Hunc ludum*, inquit, *crudelem Athenienses primum ad civitatis suæ perduxere culturam, justitia permittente divina*. Nec ab ea sententia Lucianus abhorret, qui narrat in *Toxari*, ætate Solonis & Anacharsis bestiarios Athenis datos, sic enim ille: παραλαβὼν γάρ με, ὡς ἐπὶ τερπνόν τι καὶ παράδοξον θέαμα τῶν ἑλληνικῶν ἄγει εἰς τὸ θέατρον. καὶ καθίσαντες ἑωρῶμεν τὸ μὲν πρῶτον θηρία κατακοντιζόμενα, καὶ ὑπὸ κυνῶν διωκόμενα, καὶ ἐπ' ἀνθρώπους δεδεμένους ἀφιέμενα, κακούργους τινας, ὡς εἰκάζομεν. Id est, *assumens enim me, ut ad gratum & insperatum spectaculum Græ-*

canicum, inducit in Theatrum; & ubi consedimus, vidimus primum omnium feras sagittis confici, & a canibus lacerari, aut immitti in homines vinctos, noxios, ut interpretabamur. Imo omnia certamina panegyres, celebritates Athenis ortum habuere, ait Aristides in *Panathenaico*: ἀγῶνες, πανηγύρεις, καὶ τελεταὶ ἐν Ἀθήναις πρῶτον. Pausanias lib. I. Lisimachum Alexandri jussu in caveam leonis inclusum ad prædam & lacerationem testatur. Carthaginensibus solemne fuit hoc pœnæ genus, ut sontes feris objicerent. Polybius l. I. τῶν δὲ πολεμίων ὅς ποτε κρατήσειε, τοὺς μὲν χειρῶν νόμῳ, τοὺς δὲ ζωγρείᾳ πρὸς αὐτὸν κομισθέντας ὑπέβαλλε τοῖς θηρίοις. *Qui autem ex hostibus in manus ejus venissent, eos vel extemplo occidi jubebat, vel vivos ad se adductos feris objici*. Hoc supplicii genere in transfugas Africanus minor usus est, auctore Valerio lib. II. c. II. *Posterior*, inquit, *Africanus everso Punico Imperio exterarum gentium transfugas in edendis populo spectaculis feris bestiis objecit*. L. Paulus Perse Rege superato ejusdem generis & culpæ homines elephantis proterendos substravit. Luc. Florus in *Epitome* lib. LI. *Scipio exemplo patris ejus Æmilii Pauli, qui Macedoniam vicerat, ludos fecit, transfugasque & fugitivos bestiis objecit*. Baldus item Quæstor cum esset Gadibus, bestiis cives Romanos objecit. Auctor Pollio l. X. *Epist.* Ciceronis *ad familiar.* epist. XXXII.

CAP. VII.

Quibus Diis sacra?

CUM venatio omnis Dianæ sacra esse dicitur, tum vero Amphitheatralis; non illi venatrici, seu Tauricæ singulariter attributa est, quod ad ejus aram in Scythia Græci immolarentur. Sanguine enim humano placari solitam vel ex Aricini nemoris religionibus discas, quibus regnum Aricinum nonnisi duello & cæde dabatur. Suetonius in *Calig.* c. XXV. *Nemorensi Regi quod multos jam annos potiretur, validiorem adversarium subordinavit.* Statius l. III. *Sylv.*

Jamque dies aderat profugis cum Regibus aptum
Fumat Aricinum, Triviæ nemus, & face multa
Conscius Hippolyti splendet lacus, ipsa coronat
Emeritos Diana canes, & spicula torquet,
Et tutas sinit ire feras.

Sed paulo clarius Valerius Flacc. lib. II. de Thoante patre Hypsipyles:

—— delubraque sæva Dianæ
Advenit, hic illum tristi Dea præficit aræ,
Ense dato, & soli non mitis Aricia Regi.

Sed de Diana Amphitheatri præside diserte Cassiodorus l. V. c. XLII. *Spectaculum tantum fabricis clarum sed actione deterrimum, in honorem Scythicæ Dianæ repertum, quæ sanguinis effusione gaudebat.* Tertullianus lib. *de Spectac. Martem & Dianam utriusque ludi* (gladiatorii & venatorii) *præsides novimus*. Eruditissimus Lipsius, *præsidem* legit: viderit ipse quam bene lectio vulgata verior est. Cæteri pene omnes consentiunt venationem Circi Dianæ sacram. Martialis epigr. XII. lib. I.

Inter Cæsareæ discrimina sæva Dianæ.

Epig. XIII. ejusd. libri:

Experta est numen moriens utriusque Dianæ,
Quaque soluta parens, quaque perempta fera est.

Claudianus Panegyr. Mallii:

Amphitheatrali faveat Latonia pompæ.

Prudentius *in Symmach.* venandi studium in Diana notat:

A *Nunc etiam volucres caprearum in terga sagittas*
Spargere, terque suas eadem variare figuras.

Lactantius l. VI. c. XX. *Primitus venationes quæ vocantur munera, Saturno sunt attributa.* Eruditus Lipsius legit, *venationes, & quæ vocantur munera*; feliciter. Venationes tamen & naumachiæ munera dicuntur. Martialis l. I.

Quisquis ades longis serus spectator ab oris,
Cui lux prima sacri muneris ista fuit.

Et Victruvius in exordio l. X. Saturno autem sicut sanguinario Deo coccinatum pallium, & Galaticum ruborem tribuit Tertullianus lib. *de testim. animæ*, & lib. *de Pallio*. Nec audiendi sunt, qui B *Galeticum* reponunt: coccum enim nascitur in Galatia, non in Hispania tantum, auctore Plinio l. IX. c. XLI. l. XVI. c. VIII. *Coccum*, inquit, *Galatiæ rubens granum*. Imo & Jovi sacra venatio, auctore Tertulliano in *Apologet. Romæ Jupiter quidam, quem ludis suis humano proluunt sanguine, sed bestiarii, inquitis*. Ille, si bene auguror, est Jupiter, de quo Cyprianus ep. CIII. *de Spectacul. Inter quæ nonnunquam & homo fit hostia, latrocinio sacerdotis, dum cruor etiam de jugulo calidus exceptus patera, quasi sitienti idolo in faciem jactatus crudeliter propinatur*. Latrocinium sacerdotis vocat, quod sanguinem e jugulo victimæ fluentem excipiens patera C sacerdos, quasi sufuraretur, aut veluti latro crudelis, jugulum hominis cultro confoderet. Putet aliquis legendum, *patrocinio sacerdotis*, quod sacerdos ejus impietatis sit patronus & fautor. Salvianus lib. VI. in arenis coli Martem ait. Putem equidem ludos gladiatorios Saturno sacros esse, venationem Dianæ, arenam ipsam, seu locum Amphitheatri, ubi gladio & cultro res geritur, Marti armorum pugnarumque præsidi. Jupiter ille qui Romæ sanguine humano proluitur, Saturnus intelligi potest. Nam & Babylone Belus, Saturnus Jupiter a quibusdam pro uno & eodem accipiun- D tur: nisi forte intelligas iis ludis, qui in honorem Jovis Latiaris haberentur, arenarios datos esse, aut hominem mactatum. Tertullianus *in Gnostic. Sed enim Scytharum Dianam, Gallorum Mercurium, Afrorum Saturnum victima humana placari apud sæculum licuit, & Latio ad hodiernum diem Jovi media in urbe humanus sanguis ingustatur*. Minutius Felix: *Jupiter cum Latiaris dicitur, de cruore perfunditur*. Item: *hodieque a Romanis Latiaris Jupiter homicidio colitur, & quod Saturni filio dignum est, mali & noxii hominis sanguine saginatur*. Prudentius *in Symmach.* Dianæ venationes, Diti gladiatores tribuere videtur l. I.

E *Incassum arguere jam Taurica sacra solemus,*
Funditur humanus Latiari in munere sanguis,
Consessusque illic spectantum solvit ad aram
Plutonis fera vota sui.

Prius dixerat:

Hæ sunt deliciæ Jovis infernalis, in istis
Arbiter obscuri placidus requiescit Averni.

Certe in ea hæresi fuere Romani, ait Labeo apud August. lib. *de Civit.* cap. II. ut Deos malos propitiandos sanguine cædibus, tristibus supplicationibus: bonos obsequiis lætis, ludis, conviviis, le- F ctisterniis esse putarint. Diana, quæ Hecate, inter Deos inferos & noxios cum Dite & Saturno numeratur.

CAP. VIII.

Venatio unde dicta?

VEnationem Græci θήραν appellarunt a feris, quas θῆρας dicunt: Latini, quia a subterraneis specubus damas, lepores, cuniculos excirent canum sagacitate, & quasi terræ venas

rimarentur, venari dixere, quæ vox ad contificia Circi traducta. Suetonius in *Julio* cap. XXXIX. *Venationes editæ per dies quinque*. Firmicus lib. VIII. cap. X. *Nascentur venatores arenarii, & qui in conspectu populi cum feris per caveas pugnent, gladiatores etiam, & tanta corporis velocitate muniti, ut lepores videantur cursu posse comprehendere*. Gladiatores a venatoribus arenariis distinguit, unde apparet tollendum incisum, quod nonnulli post vocem (*venatores*) apponunt, quasi venatores ab arenariis hoc loco distinguantur. Tertullianus lib. II. *ad Martyr.* venatorum taureas vocat, scuticas e tergore tauri, quibus cæderentur bestiarii. *Ad ignes*, inquit, *se quidam auctoraverunt, ut certum spatium sub tunica ardente se conficerent, alii inter venatorum taureas patientissimis scapulis inambulaverunt*. Trebell. in *Gallienis*, *venationem ludicram*. Lampridius in *Maxim. venatum*. Marcellinus l. XIV. *ludicra cruenta*. Ulpianus l. XVIII. *de pœnis*, *ludum venatorium*. Capitolinus in *M. Antonino*: *Fuit ea vitæ indulgentia, ut cogeretur nonnunquam vel in venationes pergere, vel in Theatrum descendere, vel spectaculis interesse*. Ibidem: *Verus armis se gladiatoriis & venatibus exercuit*. L. *respiciendum*. ff. *de pœnis* dicitur *ludus bestiarum*. Prudentius in *Symmachum*:

Nam quid vesani sibi vult ars impia ludi?
Quid mortes juvenum? quid sanguine pacta voluptas?

qui locus & de ludo gladiatorio intelligi potest. Tertullianus in *Apologet. scholas bestiarum* vocat, ubi nonnulli parum scite *bestiariorum* reponunt. Locus enim ubi erudirentur feræ vel ad mansuetudinem, vel ad crudelitatem, scholarum nomine censeri potuit. Certe ubi publice feræ alerentur, catabolus dictus est. Sic enim in Actis Marcelli Papæ & Martyris: *Maxentius jussit catabuli bestias in Ecclesiam transferri* (male vulgo legitur, *catabuli*.) Item *Maxentius misit Marcellum in catabolum*, ut bestiarum quæ publice alerentur curam sustineret. Sic enim interpretor, servos pœnæ cataboli feras aluisse, ut ministros, non ut mansuetarios. Dio & Eusebius *κυνηγέσια* vocant ipsa venatorum spectacula, & locum ubi ederentur. Salvianus lib. VI. lusoria, sicut & vetus interpres Juvenalis satyr. IV. *in lusorio Cæsaris juvenis iste quasi venator sæpe ursos occidit*. Cassiodorus lib. V. epist. XLII. *Theatrum venatorium*; Dio, *θέατρον κυνηγετικόν*.

CAP. IX.

De loco ubi Venationes editæ.

LUdi publici cavea, Circoque divisi sunt, ait Cicero l. II. *de Legib.* a quo facit Varro l. II. *de Re Rustica*: *Manus*, inquit, *movere maluerunt in Theatro, ac Circo patres-familias, quam in segetibus ac vinetis*. Nec id Romæ modo verum & in Græcia, auctore Polluce, lib III. *Onomast.* *τῶν ἀγώνων, οἱ μὲν γυμναστικοί, οἱ δὲ καλούμενοι σκηνικοί. χωρία δὲ, τῶν μὲν στάδιον, τῶν δὲ θέατρον*, *Agonum*, inquit, *alii gymnastici, alii scenici; loca ludis, stadium & Theatrum*. In Circo autem non equi tantum currebant, verum & venatio dabatur ante Amphitheatri usum. Livius lib. XLIV. Mos erat tum nondum hac effusione inducta bestiis omnium gentium Circum implendi, qui mos bello secundo Punico introductus; tum enim & transfugæ bestiis objecti, & in Circo venationes editæ: ante id tempus S. C. fuerat vetus, ne liceret Africanas in Italiam advehere. Cn. Aufidius Tribunus plebis permisit Circensium causa importare. Haud scio, an is fuit qui Consulatum po-

A stea cum P. Lentulo gessit anno urbis DCLXXXIV. ut est in *Chronico* Cassiodori. Hoc scio, longe ante id tempus Scipionis Nasicæ Ædilis Circensibus XL. ursos, LXIII. Africanas, XL. elephantes missos, narrante Livio lib. XLIV. Interponebantur enim venationes Circensibus, ut est apud Dionem lib. XXXIX. de Pomp. & Suetonius in *Caligula* cap. XVIII. *Edidit*, inquit, *& Circenses plurimos a mane usque ad vesperam, interjecta modo Africanarum venatione, modo Trojæ decursione*. Idem cap. XXI. *de Claudio*: *frequenter etiam in Vaticano Circenses commisit, nonnunquam interjecta per quinos missus venatione*: cum enim populus varietate
B gauderet, per interludia, aut funambulum, aut ursum, aut par gladiatorum postulabat. Horatius lib. I. epist. I.

Si discordet eques media inter carmina, poscunt
Aut ursum, aut pugilem ——

Certe venatio sæpe gladiatorii muneris accessio fuit sæpe Circensis spectaculi, nonnunquam & sola sine gladiatoribus, aut equis data; tum autem præscribi solita ad certum diem, ut e Cicerone *ad Atticum* lib. XVI. apparet; interdum primo loco ante aurigas & gladiatores, nonnunquam per interludia, detergendi fastidii causa. Claudianus IV. *Paneg.*

C *Nec solis his cursus equis, assueta quadrigis*
Cingunt arva tigres, subitæque aspectus arenæ
Diffundit Libycos aliena valle cruores.

Xiphilinus in *Severo*: *καὶ μονομάχων ἀγῶνες ἐγένοντο, ἐν οἷς τά τε ἄλλα, καὶ τίγρεις δέκα ἅμα ἐσφάγησαν*, *Gladiatorum*, inquit, *agones fuere, quibus & tigres decem simul occisæ*. Quare notatum a Suetonio quasi aliquid singulare & insolens c. XXI. Claudium gladiatores sine venatione dedisse: & c. XLIII. ab Augusto quandoque nihil editum præter venationem in Circo, aut septis, interdum post naumachiam & gladiatores datæ venationes, quod a
D Tito factum narrat Suetonius c. VII. *Dedit & navale prælium in veteri naumachia: ibidem & gladiatores, atque uno die quinque millia omne genus ferarum*. Dio paulo aliter venationem ait primo loco datam, tum gladiatores & naumachiam, & in *Severo*, cætera spectacula præterit, unius venationis, ut palmariæ, meminit. Postea tamen gladiatores primo loco ponit, deinde venatores. *καὶ τὰς θέας πολυτελεῖς καὶ παντοδαπὰς συνεχῶς ἐπετέλει, καὶ θηρίων ἑκατοντάδα ἀνεῖλε πολλάκις, τῶν ἀπὸ πάσης γῆς ἡμετέρας τε καὶ βαρβάρου*, ait Herodianus. *Etenim spectacula magnifica omnis generis continenter edebat, & feras sæpe centum edidit, conquisitas ex uni-*
E *verso orbe*. Ibidem alio loco; *ἐν ταύταις δὲ θέαις καὶ πλαυτιανοῦ σύες ἑξήκοντα ἄγριοι ἐπάλαισαν ἀλλήλοις ὑπὸ παραγγέλματος, ἐσφάγησαν δὲ ἄλλα τε πολλὰ τε θηρία, καὶ ἐλέφας, καὶ κροκότας*. Id est, *in istis spectaculis & Plautiani apri* LX. *certarunt inter se signo dato, multæque aliæ bestiæ confectæ sunt, inter quas elephas & crocota*. Contra in Commodo primo loco venationem, deinde gladiatores. Existimem igitur sub Consulibus Circensium venationem fuisse accessionem. Sub Imperatoribus autem, non minor huic quam illi dignatio. Varro in *Meleagro*: *Sin autem*
F *delectationis causa venamini, quanto satius est salvis cruribus in Circo expectare, quam hic descobinatis in sylva currere?* Et Varrone antiquior Plautus in *Persa*:

Vola curriculo. Istud marinus passer per Circum solet.

Edebantur ab Ædilibus, auctore Varrone lib. III. cap. XIII. *de Re Rustica*, in Circo maximo Ædilium venationes, non sine Africanis bestiis; editæ sunt & ab Augusto. Suetonius cap. XLII. *In*

Circo aurigas, cursoresque & confectores ferarum, & nonnunquam ex nobilissima juventute produxit. Mortuo Caracalla Amphitheatrum conflagravit, quare in Circo multos annos & venationes & gladiatores exhibiti. Dio *d. l.* γαι. τὸ θέατρον κυνηγετικὸν κατεφλέχθη. ὅθεν ἡ θέα τοῖς μονομάχοις ἐν τῷ σταδίῳ πολλὰ ἔτη ἐτελέσθη. Et postremis Imperatoribus editæ in Circo feræ. Cassiodorus in *Chronic. Æmiliano & Aquilino Consulibus, millesimus annus Romæ expletus est, ob quam solemnitatem innumerabiles Philippus cum filio suos bestias in Circo magno interfecit.* Ammianus Marcellinus l.XIV. pugiles & ludicra cruenta in Circo data esse a Constantio docet.

CAP. X.

De Amphitheatro.

Post Amphitheatri usum raro in Circo venationes editæ, sed in Amphitheatro, quod idcirco a Dione κυνηγέσιον dicitur, quasi magis venationi quam gladiatorio muneri sit exstructum. Scauri Theatrum, omnium maximum opus, pro Amphitheatro fuisse non dubito, ubi venationes editæ sint, cum primus omnium Scaurus Ædilitate sua varias CL. universas miserit, auctore Plinio l.VIII. c.XVII. l.IX. c.V. Theatrum item Pompeii venationes habuit, quare & a Plinio Amphitheatrum dicitur l. XXXVI. c. XV. *Cavea*, inquit, *ipsa (Theatri M. Scauri) cepit hominum* LXXX. *millia, cum Pompeii Amphitheatri, toties multiplicata urbe, tantoque majore populo, sufficiat large* (lego *ægre*) XL. *millibus*. Gradus intelligo ad ædem Veneris, qui pro Theatro & Amphitheatro fuerunt, ut libro *de Circo* indicavi. Itidem & Amphitheatrum Curionis feras accepit, apud Plinium l.XXXVI. c.XV. Sed ut in Theatro venationes subinde editæ sint, primus tamen omnium Julius Cæsar Asia, & Ægypto domitis Theatrum venationi exstruxit, quod Amphitheatrum appellatum, quia sedes absque scena in ambitum haberet. θεατρόν τε κυνηγετικὸν ἰκριώσας, ὃ καὶ ἀμφιθέατρον ἐκ τοῦ πέριξ πανταχόθεν ἕδρας ἄνευ σκηνῆς ἔχειν προσερρήθη. Deinde Statilius Taurus in campo Martio lapideum suis sumptibus exædificavit. Dio l. LXI. καὶ τὸ θέατρον ἐν τῷ ἀρείῳ πεδίῳ κυνηγετικὸν λιθινὸν ἐξετέλεσε τοῖς ἑαυτοῦ τέλεσι καὶ καθιέρωσε. Publius Victor in regione Circi Flaminii collocat, quod arsisse sub Nerone Xiphilinus auctor est. Tertium Titi fuit, de quo Eutropius l. VII. κατασκευάσας δὲ ῥωμαίοις ἀμφιθέατρον ἀπήρξατο τῆς ἐν αὐτῷ θέας, πεντακισχίλια μὲν ἐγκατασφάξας τῷ τόπῳ θηρία. Id est, *cum exstruxisset Romæ Amphitheatrum, inchoavit in eo spectaculorum primitias, & quinque millia ferarum interfecit*. De eo Ammianus Marcellinus; *Amphitheatri moles*, inquit, *solidata lapidis Tiburtini compage, ad cujus summitatem ægre visio humana conscendit*. Consulendus ea de re Dio in *Tito*. Describitur Amphitheatri cavea a Prudentio in *Hymnis*:

Intrant interea locum rotunda
Conclusum cavea, madens ferarum
Multo sanguine quam furor cruentat.
Hic flammante pyra niger minister,
Ardens supplicium parare jussus,
Construxit facibus rogum supremis.

In Circo enim & Amphitheatro supplicia fieri solita. Unum addam e Cassiodoro l.V. ep.XLII. de Titi Amphitheatro: *Hoc Titi potentia principalis divitiarum profuso flumine cogitavit ædificium fieri, unde caput urbium potuisset, cum Theatrum, quod est hemisphærium, Græce dicatur Amphitheatrum, quasi in unum juncta visoria, recte constat esse nominatum. Qui speciem ejus arena concludens, ut concurrentibus aptum daretur spatium, & spectantes omnia* A *facilius viderent, dum quædam prolixitas universa collegerat.*

CAP. XI.

De Causa.

Duabus maxime de causis gladiatores & bestiarii dati sunt, ut Manibus litarent, & animos civium ad cædem assuefacerent, exemploque servorum ad laudis & victoriæ cupiditatem accenderent. Primam attigit supra Tertullianus lib. *de Spectaculis*; alteram Plinius in *Panegyrico* B *Trajani: Visum est spectaculum inde non enerve, nec fluxum, cum in servorum noxiorumque corporibus amor laudis & cupido victoriæ cerneretur.* Idem pene de gladiatoribus admonet Cicero II. *Tusculana: Cum vero sontes ferro depugnabant, auribus fortasse multæ, oculis quidem nulla poterat esse fortior contra dolorem, & mortem disciplina.* Tertiam causam addit Capitolinus in *Maxim.* & *Balbino*. Unde autem mos tractus sit, ut proficiscentes ad bellum Imperatores munus gladiatorium, & venatus darent, breviter dicendum est. Multi dicunt apud Veteres hanc devotionem contra hostes factam, ut civium sanguine litato, specie pugnarum, se Nemesis, id C est, vis quædam fortunæ satiaret. Alii hoc literis tradunt, quod verisimilius credo, ituros ad bellum Romanos debuisse pugnas videre, & vulnera, & ferrum, & nudas inter se cohortes, ne dimicantes in bello armatos hostes timerent, aut sanguinem perhorrescerent. Lipsius *(nudos inter se coortos)* legit. Vulgata lectio recta est, qui enim e matutino spectaculo supererant, quasi per turmas & cohortes nudi inter se committebantur. Quarta potest addi voluptas Imperatorum, aut populi; sub Imperatoribus enim, cum jam cives, qui Romæ agerent, onere militiæ exempti ac liberi essent, spectacula magis ad voluptatem quam ad animos audacia D & fortitudine roborandos exhibebantur. Lampridius in *Heliogabalo*: *Stravit sibi triclinium in summo lusorio, & dum pranderet, noxios & venationes sibi exhibuit.* Lipsius legit (*ibi exhibuit.*) probe, quanquam privatæ fuere istæ venationes, sicut & inter epulas privati gladiatores. De voluptate populi testatur Capitolinus in *M. Antonino Philosopho: Absens populi Romani voluptates curari vehementer præcepit per ditissimos editores.* quos Suetonius in *Caligula* cap.XXVII. curatores venationum vocat his verbis: *Curatorem munerum ac venationum per continuos dies in conspectu suo catenis* E *verberatum non prius occidit.* Certe genus quoddam officii fuisse videtur infra editorem curator venationum, sed de populi voluptatibus Symmachus lib.II. epist.XLVI. *In bonam partem trabo, quod Saxonum numerus morte contractus intra summam decretam populi voluptatibus stetit.* Libro X. epist.XIX. *Curules ac scenicas voluptate Circo, ac Pompejanæ caveæ suggeratis.* Voluptati enim populi ludis omnibus consulebatur, unde & Tribunus voluptatum l. ult. C. Theodos. tit. *de Scenicis*: & apud Cassiodorum lib. V. epist. XXV. lib. VI. formula XIX. his verbis *Et cum lascivæ voluptates recipiant Tribunum, hoc non meretur habere prima-* F *rium.* Lib. VII. epist. X. *Quapropter Tribunum te voluptatum per illam indictionem nostra facit electio. Administranda est enim sub quadam disciplina exhibitio voluptatum*, quo loco videtur ejus procuratio ad Scenicos modo pertinere. Alius meo animo fuit is de quo agit Suetonius cap. XLII. *Tiberius novum instituit officium a voluptatibus præposito equite Romano, & Censorio Prisco.* Eum enim intelligo qui voluptates Imperatoris, non populi curaret; nam & ei qui genus aliquod novæ voluptatis repe-

risset in cibo, potu, & Venere, præmia instituit. Petronius Arbiter voluptati Neroni fuit. Tacitus lib. XVI. *Inter paucos familiarium Neroni assumptus est elegantiæ arbiter, dum nihil amœnum & molle affluens putat, nisi quod ei Petronius approbavisset; unde invidia Tigillini quasi adversus æmulum & scientia voluptatum potiorem.* Sed ut ad Venationem redeamus, Vopiscus in *Aureliano*: *Sequentibus diebus*, inquit, *datæ sunt populo voluptates ludorum Scenicorum, Circensium, Venationum.* Martialis in Epitaph. Paridis lib. XI. epig. XIII.

Urbis deliciæ, salesque Nili,
Ars & gratia, lusus & voluptas.

Pollio in *Gallienis*: *Ne diutius Theatro & Circo addicta Rep. per voluptatum deperiret illecebras.* Tertullianus *de habitu mul. Nam & omnes istæ prophanæ spectaculorum sæcularium voluptates, ipsa etiam idololatria ex rebus Dei constat.* Symmachus l. V. epist. LVII. de venatoribus loquens: *Iis rebus quas civium voluptati animoso impendio præparamus.* Primam venationem in Circo datam fuisse Verrius tradit, L. Cæcilio C. F. Metello Pontifice Maximo, & Cajo Furio C. F. Pacilo Coss. an. urbis conditæ quingentesimo secundo, ut scribit Plinius l. VIII c. VI. in qua pugnaverunt elephanti CXLII. qui victoria L. Metelli Consulis in Sicilia de Pœnis captiratibus transvecti fuerant, quas doliorum in sextis ordinibus imposuerunt. Eos Verrius Flaccus jaculis interfectos prodit penuria consilii, quoniam neque ali placuisset, neque donari Regibus. L. Piso inductos duntaxat in Circum, atque ut contemptus eorum incresceret ab operariis hastas præpilatas habentibus per Circum totum actos. Apud Plinium lib. VIII. cap. VII. Fenestella tradit primum omnium in Circo, Claudii Pulchri Ædilitate curuli, Marco Antonio, A. Posthumio Coss. anno urbis sexcentesimo quinquagesimo quinto. Item post annos XX. Lucullorum Ædilitate curuli adversus tauros, &c. Asconius *ad orationem in Lucium Pisonem* scibit, ludis Pompeii Magni quos secundo Consulatu suo in dedicatione Theatri a se fabricati dedit, ipsum elephantorum pugnam primum omnium in Circo dedisse; male, ut supra ostendimus. Livius lib. XXXIX. anno urbis DLXVIII. ludis, quos Marcus Fulvius M. F. Nobilior bello Ætolico voverat, in Circo venationem leonum, & pantherarum pro posterioris sæculi copia, & varietate datam fuisse narrat. Idem libro XLIII. ludis Circensibus Pub. Cornelii Scipionis Nasicæ & Pub. Lentuli Ædilium curulium LXIII. Africanas & XL. ursos, & elephantos lusisse commemorat. Plinius vero libro VIII. cap. XVI. Leonum simul plurium pugnam primum Romæ in Circo dedisse Quint. Mucium Pub. F. Scævolam tradit. Consule Solinum c. XXVII. XXVIII. XXIX. & Suetonium in *Julio* cap. X. & LXXV. Plinium l. VIII. c. XVII. & cap. XXVI. Solinum cap. XXIV. & XXVI. qui scribunt Marcum Scaurum in Ædilitate ossa ejus monstri marini, cui Andromeda in Syria exposita fuit, inter alia miracula Romæ publicasse, cujus costæ excesserunt singulæ pedes XL. Solinus cap. XXXII. Sub Pompejo Magno Romæ exhibita monstra sunt, Cephos appellant, quorum posteriores pedes crure & vestigio humanos artus mentiuntur, priores perinde hominum manus referunt. De venationibus Cæsarum lege Suetonium. Dio scribit Trajanum Dacico confecto spectacula magnifica per centum & XXIII. dies Romæ edidisse, in quibus cæsæ sunt cum feræ, tum mansuetæ bestiæ mille, interdum decem millia. Apud Spartianum Adrianus mille feras natali suo edidit. Athenis quoque mille ferarum venationem in stadio exhibuit.

CAP. XII.

Christianos abhorruisse ab hoc spectaculo.

CHRISTIANI, & homines paulo humaniores ab hujus spectaculi sævitia abhorruerunt, ut apparet ex Athenagora in *Apol. pro Christianis*: οὓς γὰρ ἴσασιν οὐδ' ἰδεῖν κἂν δικαίως φονευόμενον ὑπομένοντας, τούτων τίς ἂν κατείποι ἢ ἀνδροφονίαν; ἀλλ' ἡμεῖς πλησίον εἶναι τὸ ἰδεῖν τὸν φονευόμενον τῷ ἀποκτεῖναι νομίζοντες, ἀπηγορεύσαμεν τὰς δι' ὅπλων ἀγωνίας, καὶ διὰ καὶ θηρίων, ἢ ἀνθρωποβορίαν; τὰς τοιαύτας θέας. *Quos enim sciunt ne spectaculum quidem ferre posse hominis qui merito ac jure capite plectatur, quis eos aut homicidas, aut carnis humanæ voratores accusare possit? Sed nos existimantes cernere cædem affine esse homicidio, prohibemus gladiatoria munera, & venationes, & hujusmodi spectacula.* Tertullianus *Apol* cap. IX. *Minus autem & illi faciunt, qui libidine feræ humanis membris inhiant, quia vivos vorant: minus humano sanguine ad spurcitiam consecrantur, quia futurum sanguinem lambunt: non edunt infantes plane, sed magis puberes.* Exaggerat sævitiam spectantium l. *de Spectacul.* c. X. *In Amphitheatro derosa, & in suo sanguine squallentia corpora patientissimis oculis desuper incumbere.* Canone LI. & can. LXII. Synodi Quinisextæ Mimi & venationes vetantur. Lactantius l. VI. c. XX. *Hos tamen ludos vocant, in quibus humanus sanguis effunditur. An possint pii & justi homines esse, qui constitutos sub ictu mortis, ac misericordiam deprecantes, non tantum patiuntur occidi, sed efflagitant, feruntque ad mortem crudelia & inhumana suffragia, nec vulneribus satiati, nec cruore contenti? quin etiam percussos jacentesque repeti jubent, & cadaverum ictibus dissipari?* Indignabatur enim populus, injuriamque putabat, si ferrum, aut feram arenarii refugerent, ictus repeti, flagella admoveri jubebat. Hinc nimirum est quod Seneca populum e spectatore in adversarium converti ait, lib. *de Ira*: *Ut injuriam putet populus, quod non libenter pereunt, & contemni se judicat, & vultu, gestu, ardore, de spectatore in adversarium vertitur.* Ambrosius ministerium crudelitatis vocat *in Psal.* CXVIII. serm. VIII. *Inutiles*, inquit, *venatores qui capiant bestias, quæ in pompam spectaculo populari præbeant ministerium crudelitatis.* Gravius enim morte putabant expleri ferarum alvos humanis carnibus. Salvianus lib. VI. *In spectaculis summum deliciarum genus est mori homines, aut, quod morte gravius acerbiusque, lacerari, expleri ferarum alvos humanis carnibus, comedi homines cum circumstantium lætitia, hoc est, non minus pene hominum aspectibus, quam bestiarum dentibus devorari.* Item de omnibus Amphitheatris, odeis, lusoriis, pompis, athletis, petaminariis, pantomimis, Prudentius lib. II. *in Symmach.* sub finem:

Nullus in urbe cadat cujus sit pœna voluptas,
Nec sua virginitas oblectet cædibus ora,
Jam solis contenta feris infamis arena,
Nulla cruentatis homicidia ludat in armis.

Cassiodorus lib. V. epist. XLII. vocat hunc ludum crudelem, sanguinariam voluptatem, religionem impiam, humanam, ut ita dixerim, feritatem. Cic. l. VIII. ep. I. *Quæ potest esse homini politico delectatio, cum aut homo imbecillus a valentissima bestia laniatur,* &c. Viri honesti adeo abhorruerunt ab his voluptatibus, ut sæpe uxoribus nuntium remiserint, quod arenariis oblectarentur. Cod. l. VIII. *de repud. Nec ullo modo uxorem expellet, nisi adulteram, vel Circensibus, vel Theatralibus, vel arenarum spectaculis, se prohibente, gaudentem.* Christiani Imp. cruenta spectacula sustulerunt. L. XI. Cod. tit. 43. *Cruenta spectacula in otio civili, & domestica quiete*

non placent; quapropter gladiatores esse omnino prohibemus, ait Constantinus magnus, a quo venationes vetitæ sunt, non tamen sublatæ. Nam & Constantius filius ejus ludicris cruentis delectabatur, ut Ammianus Marcellin. lib. XIV. qui vetita certamina vocat, quod a Constantino vetita sint, & contra naturam hominis edantur.

CAP. XIII.

Qui Venationem ediderint?

EDITORES Græci ἀγωνοθέτας vocant, Latini munerarios & muneratores. Ælianus lib. VI. cap. ult. τὸν διδόντα τὰς θέας. Edebatur autem venatio non ad supplicia modo, aut funeris honorem, verum & ad populi voluptatem. Tertullianus lib. *de Spectac.* cap. XII. *Licet transierit hoc genus editionis ab honoribus mortuorum ad honores viventium, quæsturas dico, & magistratus, & flaminia; & sacerdotia.* Dictatores, Consules, Prætores, Ædiles, Quæstores, tum vero maxime Imperatores utriusque ludi munera dedere. Dictatores Sylla & Julius Cæsar, Consules Augustus, multique alii. Salvianus lib. VI. Et cum hæc omnia ipsi agant qui annis nomina tribuunt, quibus anni ipsi exordium sumunt, credimus nobis bene annos posse procedere. Consules accipe, quorum nominibus fasti, & anni signabantur. Augustus Cæsar, quod est læti vel amœni animi, oblectabatur omni genere spectaculorum, præcipue ferarum incognita specie, & infinito numero, ut Victor in *Augusto*. In lapide Ancyrano Augustus de se ait, venationes se dedisse, quibus confecta sunt bestiarum circiter tria millia & quingentæ. Dedit & ad lychnuchos venationes Domitianus apud Suetonium c. IV. De Prætoribus Spartianus in *Adriano*: Prætor factus est Sura bis, Serviano iterum Cos. cum sextertium vicies ad ludos edendos a Trajano accepit; & extremis temporibus Reip. Romanæ. Symmachus l. IX. ep. CXVI. *Ludos Prætorios præparamus, quorum ornatus peregrina animalia desiderat, ut novo cultu Romana splendescat editio.* De Ædilibus, quorum propria fuit ludorum editio stante Rep. testis est Plinius l. VII. qui M. Æmilii Scauri munus Ædilitium magnificentissimum fuisse narrat, in quo pantheræ CL. & crocodili V. Leonum simul plurium pugnam Romæ Princeps dedit Q. Scævola, P. filius, in curuli Ædilitate. Centum autem jubatorum primus omnium L. Sylla, qui postea Dictator fuit, in Prætura. Plinius l. VIII. c. XVI. De Quæstoribus Victor lib. *de Viris Illustribus*: *L. Lucullus nobilis, disertus, & dives, munus quæstorium amplissimum dedit.* Lampridius in *Alexandro Severo*: *Quæstores candidatos ex sua pecunia jussit munera populo dare, sed ut post Quæsturam, Præturam acciperent, & inde provincias regerent. Ærarios vero instituit, qui de ære fisci ederent munera, eademque parciora.* De Imperatoribus passim exempla prostant apud Dionem, Herodianum, & alios. Imo & privati pecunia sua ludos dedere impetrata a Principe editione. In veteri inscript.

IMPETRATA EDITIONE AB INDVLGENTISSIMO M. P. DIEM GLADIATORVM, ET OMNEM APPARATVM PECVNIA SVA EDIDIT.

Idque plurimis de causis. In funere virorum aut fæminarum nobilium. Dio in *J. Cæsare*: ἐπὶ τῇ θυγατρὶ καὶ θηρίων σφαγάς, καὶ ἀνδρῶν ὁπλομαχίας ἐποίησεν. *In filiæ funere*, inquit, *& ferarum cædem, & virorum certamen fecit.* Suetonius in *eod.* cap. XXVI. gladiatorum modo meminit: *Munus*, inquit, *populo, epulumque in filiæ memoriam pronuntiavit, quod ante eum nemo fecit. Pronuntiavit*, id est, proscripsit, seu, edixit. Edicere enim ludos ad certum diem solebant, ut est apud Ciceronem lib. XVI. *ad Atticum*: *Venationem, quæ postridie ludos Apollinares futura erat, proscriberent III. Idus Quintiles.* Seneca l. *de brevitate vitæ*, edictum diem muneris ait, & populum velle transire medios dies. Epist. CXIX. *Nemo qui parturienti filiæ obstetricem accersit, edictum & ludorum ordinem perlegit.* Dati quoque ob salutem Principis. In veteri inscript.

QVOD PRO SALVTE ET INDVLGENTIA IMPERATORIS ANTONINI PII FELICIS AVGVSTI MVNVS FAMILIÆ GLADIATORIÆ EX PECVNIA SVA EDIDISSET.

Dio tamen lib. ult. narrat, vetuisse Claudium ne pro salute sua ludi aut scriberentur, aut dicerentur. ὑπὲρ ἑαυτοῦ σωτηρίας ἀγῶνας γράφεσθαι, ἢ λέγεσθαι. Ob victoriam & triumphum. Suetonius in *Julio* c. XXXIX. post Asiam, Ægyptum, & Africam debellatas a Julio Cæsare venationes editæ per dies quinque: *ac novissime pugna edita in duas acies, quingenis peditibus, elephantis vicenis, tricenis equitibus hinc & inde commissis.* Jullus Antonii filius natales Augusti celebravit Prætor ludicro Circensi, & cæde ferarum. Dio lib XLI. τά τε γενέθλια τοῦ αὐγούστου ὁ ἴουλλος ὁ τοῦ ἀντωνίου παῖς στρατηγῶν, καὶ ἱπποδρομίᾳ, καὶ σφαγαῖς θηρίων ἑόρτασε. Deinde addit, natales Augusti & in Circo & in urbe multis locis honoratos esse cæde ferarum: καὶ τὰ γενέθλια τὰ τοῦ αὐγούστου, καὶ ἐν τῷ ἱπποδρόμῳ, καὶ ἐν τῇ ἄλλῃ πόλει πανταχόθι θηρίων σφαγαῖς ἐτιμήθη. Unde colligas, non in Circo modo, sed in septis & foro venationes editas. Spartianus in *Adriano*: *Gladiatorium munus per sex dies continuos exhibuit, & mille feras natali suo edidit.* Varia item spectacula edita ob reditum Severi commemorat Dio apud Xiphilinum, decenniis principatus ejus, ob victorias quas reportarat, quibus apri Plautiani sexaginta inter se commissi sunt, cæsæque plurimæ feræ, cum primis elephas & crocota: ἐγένοντο δὲ καὶ θέαι τηνικαῦτα παντοδαπαί: ἐπί τε τῇ ἀνακομιδῇ τοῦ σεβήρου, καὶ ἐπὶ τῇ δεκετηρίδι αὐτοῦ, καὶ ἐπὶ τῇ νίκαις. In dedicatione ædis venationem editam auctor Dio in *Pompejo*: κἀν ταῖς αὐταῖς ἡμέραις ὁ πομπήϊος τὸ θέατρον, ᾧ καὶ νῦν λαμπρυνόμεθα, καθιέρωσε, καὶ λέοντες ἐν αὐτῷ πεντακόσιοι ἐν πέντε ἡμέραις ἀναλώθησαν, καὶ ἐλέφαντες ὀκτὼ καὶ δέκα πρὸς ὁπλίτας ἐμαχέσαντο. *Sub idem tempus Pompejus Theatrum, quo hodieque nobilitamur, dedicavit, & leones in eo quingenti quinque diebus consumpti sunt, & elephantes duodeviginti cum viris armatis depugnarunt.* De Tito idem auctor scribit in hæc verba: τὸ δὲ δὴ θέατρον τὸ κυνηγετικὸν, τό τε βαλανεῖον τὸ ἐπώνυμον αὐτοῦ καθιερώσας, πολλὰ καὶ θαυμαστὰ ἐποίησε, γέρανοί τε πρὸς ἀλλήλοις ἐμαχήσαντο. *Titus Amphitheatrum venationibus, & balnea suo nomine dedicavit, tum ibi multa & admirabilia fecit; grues enim inter se depugnarunt.* Augustus Q. Tuberone, Maximo Coss. IV. Non. Maii Theatri Marcelli dedicatione tigrin primus omnium Romæ ostendit in cavea mansuefactam. D. vero Claudius simul quatuor, ait Plinius lib. VIII. cap. XVII. Imperatores & Consules dignitatis & voluptatis ergo magnificentissimos ludos ediderunt. Dio in *Nerone*: καί ποτε θηρία ἀποκτείνας, ὕδωρ τε εὐθὺς ἐς τὸ θέατρον ἐπωχέτευσε, καὶ ναυμαχίαν ἐπετέλεσε, καὶ μετὰ τοῦτο ὕδωρ ἀφεὶς μονομαχίαν ἐπιδιέθηκε. τέλος εἰσάγων αὖθις δεῖπνον δημοσίᾳ πολυτελὲς ἐδείπνησεν. Justinianus item Consulatum nobilissimum præ cæteris Orientalibus edidit. (sic lege apud Marcellinum Comitem, non *addidit*.) nam CCLXXX. solidorum H-S libera Consulum profecta munificentia in populum, inque spectacula, sive specta-

culorum achimam distributa sunt; xx. leones, xxx. pardos, & alias feras simul exhibuit, ait Spartianus; ab urbe nunquam ullum venatorem, aut scenicum avocavit; in Circo multas feras, & sæpe centum leones interfecit. Hoc postremum admonebo, integrum fuisse testatori pecuniæ summam civitati legare in venationem & munus, quamquam & in alios usus conferri potuit, si e re populi esset. ff. *de legat.* I. l. 122. Civitatibus legari potest etiam quoad honorem, puta quod ad munus edendum, venationemve, ludos Scenicos, ludos Circenses relictum fuerit. Tamen l. 4. ff. *de administrat. rer. ad civit.* Senatus in eas causas erogare vetuit, & pecuniam eo legatam in id quod maxime necessarium municipibus videatur, conferre permittitur. Item municipio pecunia legata, ut ex reditu ejus venatio aut spectacula edantur. Olim Ædiles, postea Prætores, Consules, Imperatores venationes in Circo ediderunt. Præsidebant in palmata, ut Juvenalis satyr. x.

In tunica Jovis, & pictæ Sarrana ferentem
Ex humeris aulæa togæ. ——

Apud Dionem Claudius, & Nero, aliique Principes, præsederunt in chlamyde auro texta, vel purpurea. Herodianus de Commodo dixit, *προκαθίσαι ἐν τῇ βασιλείῳ ἕδρα, præsidere in Imperatoria sella.* Marsilius putat editores præsedisse venatorio habitu. Debuit aliquem hujus rei auctorem proferre. Certe apud Vopiscum in *Floriano* hæc leges de Tacito: *Imago ejus posita est in Quintiliorum in una tabula quincuplex, in qua semel togatus, semel chlamydatus, semel armatus, semel palliatus, semel venatorio habitu.* Sed verba illa non vincunt venatorio habitu Principes præsedisse. Multi certe Principes ex podio feras confecere, ut alibi ostendo. Non tantum autem editores, verum etiam venationum curatores fuere. Suetonius in *Cajo* c. XXVII. *Curatorem munerum ac venationum per continuos dies in conspectu suo catenis verberatum,* &c.

CAP. XIV.

De sumptu Venationum, & de Venatoribus.

MAGNOS ludis omnibus sumptus fuisse indicat Cicero lib. II. *de Officiis: Prodigi,* inquit, *qui epulis, & viscerationibus, gladiatorum muneribus, ludorum venationumque apparatu pecunias profundunt.* Consule Plinium l. XXXVI. c. XV. de Scauri, & Curionis ludis. Maximi vero sumptus ludicra venatione edenda fuere, non modo quod feræ ex ultimo orbe conquirendæ, convehendæ, alendæ essent, verum etiam confectores pretio alliciendi, qui sanguinem & vitam non temere nisi summo pretio addicebant. Quare editores sæpe a Principibus adjuti, sæpe modus editioni definitus. Feras ex ultimo orbe conquisitas indicat Symmachus lib. II. ep. XLVI. *Nostros, quibus ursorum lectio, & comparatio jampridem credita est, pervectos ad te temporis æstimatione non ambigo, sed si cursualium præpositorum avaritia retardantur, erit beneficentiæ tuæ, moras quibus tenentur, abrumpere.* Unde ab Imperatore cautum legimus ne bestiæ quæ ad comitatum ab omnibus limitum ducibus transmittuntur, plus quam septem dies intra singulas civitates retinerentur. Cod. lib. 2. tit. 45. Ursi e Caledonia, & Pannonia, leones & tigres ex Africa, crocotæ & rhinocerotes ex India, crocodili ex Ægypto advehebantur, ut Plinius lib. VIII. Ad eas captandas venatores fuere publici, quo numero Macrinus olim, postea Imperator apud Capitolinum. Et in Severo venatores principum virorum fuisse notat Lampridius, sed qui feras conficerent. Sozomenus lib. VII. cap. XXIII.

A δὲ αὐ[illegible] ἐλθὼν ἐπὶ τὴν πόλιν ᾗ τὰς θῆρας εἰσῆγον ἔλαθε, καὶ συνεσελθὼν τοῖς κυνηγοῖς: *Ambrosius veniens in urbem qua feras inducebant, latuit, & simul cum venatoribus ingressus est.* Certe occidendorum leonum (qui cladem afferrent agris) cunctis potestas facta est, lib. 3. Cod. tit. 45. Emi & leones moris fuit. Ambrosius ep. VII. *Emptores leonum, si exasperatos eos excutere cervice toros viderint, fugiunt, & delitescunt.* Sed ea coemptio nonnisi venia ab Imperatore impetrata fieri potuit. Symmachus l. VII. ep. CXXII. *Adde,* inquit, *si placet quod a me postulatum tenes, ut aliarum Libycarum mihi emptio sacra auctoritate præstetur; quo*
B *impetrato, omnium perceptionum donum putabo.* In ea coemptione ab Imperatore sæpe adjutos editores, testis est Symmachus l. II. ep. XLV. (cum aut feræ, aut pecuniæ de domo Imperatoris præberentur;) sic enim ille; *Velimque si tam facile factu est, hanc munificentiam Principis Libycarum largitione mutari:* quare se Stiliconi plurimum debere agnoscit, cujus opera Imperatoris beneficentiam expertus sit. Lib. IV. ep. XII. *Ego in filii mei editione testabor, cum Romanam caveam leopardorum cursus impleverit, cui justior plausus & læta suffragia debeantur.* Deinde addit; *Honorio divinæ stirpis Augusto benefaciendi semper addis calorem, docesque in-*
C *victum Principem Senatorum mediocritatem muneribus incitare.* Lib. VI. ep. XII. *In futuros magistratus Imperatoriam provocas largitatem.* Confectores autem si noxii erant, emi necesse non fuit: si mercede operas locarent, aut manum ad cultrum, pecunia numeranda fuit. Cic. *ad Q. fratrem: Ille vindex gladiatorum & bestiariorum emerat de Cospinio & Pomponio bestiarios:* utrique enim emebantur. Quintilianus in *Gladiatore: Certæ enim arenæ destinabar victima, nemo munerario vilis steterat.* Quare hæc voluptas volentium celebrari impensis dicitur l. I. C. *de spectac.* In venatoribus authoran-
D dis sæpissime intercedebat Judicum auctoritas in æstimatione pretii & delectu. Symmachus l. V. ep. LVII. *Quapropter quæso te, ut venatorum potissimos auctoritate Judicis & fratris amore concedas, multum rebus omnibus additurus, quas civium voluptati animoso impendio præparamus.* Unde conjicere est, venatores in Imperio Romano fuisse percelebres, qui auctoritate Judicis certo pretio invitarentur. Certe Macrinus fuisse venator in Africa dicitur; Capitolinus enim in *Macrino* sic ait: *Plerique gladiatoriam pugnam eum exhibuisse dixerunt, & accepta rudi ad Africam isse, venatorem primo, post etiam tabellionem fuisse, deinde Advocatum fisci.*
E Spartianus in *Adriano* ait certos venatores Romæ destinatos esse, qui raro inde alio avocarentur. Cyprianus l. I. c. I. *Feris objiciunt se quos nemo damnavit ad bestias, ætate integra, honesta satis forma, veste pretiosa viventes in ultroneum funus adornantur. Pugnant ad bestias non crimine, sed furore, spectant filios suos patres, frater in cavea & soror præsto est.* E venatoribus enim alii emptitii, alii gratuiti, sicut & e gladiatoribus. Livius l. XXVIII. gratuita omnis pugnantium opera fuit; l. 9. ff. *de offi. Proconf.* in fragment. Pithoei; *qui jaculandi causa* (id est, ad feras jaculo figendas) *ad urbem*
F *peregre missus est, famosus non est,*

CAP. XV.

De largitionibus, & reliquo sumptu in Venatores.

GRATUITIS venatoribus, qui bene rem gessissent, largitionem ab editoribus factam esse non dubito; imo & emptitiis. Audiendus Cassiodorus l. V. ep. XLII. *Sed vos, quibus necesse est talia populus exhibere, largitate manus fundite præ-*

mia, ut hæc miseris faciatis esse votiva: alioqui violenta compulsio est, solemnia dona subtrahere, & mortes detestabiles imperare. Et ideo quicquid in longam consuetudinem antiqua liberalitate pervenit, sine aliqua dilatione concedite supplicanti, quia homicidii reatus est, illis esse tenacem, quos editio vestra invitavit ad mortem. Heu mundi error dolendus! si esset ullus æquitatis intuitus; tantæ divitiæ pro vita mortalium deberent dari, quantæ in mortes hominum videntur effundi. Symmachus lib. v. ep. LVII. *Et ideo de venatoribus exhibendis repeto postulatum; dies muneris nostri tempori admovetur, cui largitas candidati sola non sufficit, si lautioribus arenariis defraudatur. Inepta est enim liberalitas quæ præstatur indignis.* Certe magnis pretiis emebantur venatores, maximis honorabantur victores. Juvenalis satyr. VII. de agitatoribus:

Accipe victori populus quod postulat aurum.

Suetonius in *Augusto* cap. XLV. *Corollaria, & præmia alienis quoque muneribus ac ludis de suo offerebat.* In *Claudio* cap. XXI. *Nec ullo spectaculi genere communior, aut remissior erat, adeo ut oblatos victoribus aureos, prolata sinistra pariter cum vulgo, voce digitisque numeraret.* Lipsius *comiorem* legit; vulgata proba, adstipulatore Dione, qui μάλα κοινὸν, καὶ ἐπιεικῆ interpretatus est. Dabantur & vestes. Vopiscus in *Carino*: *Junius Messala patrimonium suum Scenicis dedit, hæredibus abnegavit, matris tunicam dedit Mimæ, lacernam patris Mimo.* Xiphilinus in *Commodo*: ἐκεῖνοι μὲν ὀλίγον τι λαμβάνοντες ἐστίασι. τῷ δὲ δὴ κωμῳδῷ πέντε καὶ εἴκοσι μυριάδας καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐκ τῶν μονομαχικῶν χρημάτων ἐδίδοντο. Huc referendum putem quod ait Chiliade XIII. cap. CCCCLXXV. Tzetzes: εἰσὶ δὲ ἀγῶνες στεφανῖται, δωρῖται. οἱ ἀθληταὶ γὰρ λαμβάνειν τι χρήζοντες τοῖς ἀγῶσι, μὴ λείρια, καὶ ἄνθη δὲ καὶ βοτανῶν στεφάνους νικήσαντες διέτρεχον τὴν ἄγυριν τὸ πλῆθος, καὶ οὕτω συνηράνιζον χρήματα τῇ ἀγύρει, ὅθεν ἀγύρται. *Agones*, inquit, *aut corona, aut muneribus honorantur; athletæ quippe exprimere aliquid a spectatoribus cupientes in certaminibus, non lilia, aut flores, aut coronas herbaceas, discurrebant per caveam & consessum, & hoc pacto pecunias corradebant, unde agyrtæ dicti.* Imperatores certe cum interessent spectaculis, aliquid victoribus erogabant, alii parcius, alii cumulatius. Lampridius in *Alexandro*: *Spectacula frequentavit cum summa donandi parsimonia, dicens & scenicos, & venatores, & aurigas sic alendos quasi servos nostros, aut venatores, aut muliones, aut voluptarios.* Quo loco mihi duo genera venatorum nota, alios arenarios, alios sylvaticos: ad usum dominorum fuere tamen, qui venatoribus aliquid supra alios indulgendum esse putarint, quia caput dimicationi objectant. Cassiodorus lib. v. epist. XLII. *Si Consularem munificentiam provocant, qui præuncta corporum flexibilitate luctantur, quo munere venator explendus est, qui ut spectantibus placeat, suis mortibus elaborat? Voluptatem præstat sanguine suo, & infelici sorte constrictus, festinat populo placere, qui eum non optat evadere.* Non autem aurei tantum certaminibus dati, verum etiam & vestis serica, & alia id genus munera. Vopiscus in *Carino*: *Græcis artificibus, & gymnicis, & histrionibus, & musicis aurum & argentum, donata est vestis serica.* Sed hæc omnia nescio quantum ad populum gratiæ habeant, nullius certe momenti apud Principes bonos. Diocleriani dictum fertur, cum ei quidam largitionalis suis editionem Cari laudaret, dicens multum placuisse Principes illos causa ludorum Theatralium & Circensium: *Ergo*, inquit, *bene risus est Imperio suo Carus.* Magnitudo sumptuum, qui editori sustinendi erant, movit Tiberium, ut S. C. caveret, ne quis gladiatorium munus ederet, cui minor quadringentorum millium res esset, ait Tacitus lib. IV. & Antoninum Pium, Marcumque Philosophum, ut sumptibus munerariorum modum ponerent; imo & Justinianum ipsum Novella CV. Dio de Nerva; πολλὰς ἱπποδρομίας, ἄλλας τέ τινας θέας κατέλυσε, συστέλλων ὡς οἷόν τε δαπανήματα. *Multos*, inquit *Circenses, & alia quædam spectacula sustulit, contrahens quantum fieri potuit sumptus.* Atque adeo, ne Præsides, aut Proconsules editionibus suis provinciales obtererent, edixit Cæsar, neu quis Magistratus aut Procurator qui provinciam obtineret, spectaculum gladiatorum, aut ferarum, aut quod aliud ludicrum ederet, ait Tacitus lib. XIII. nam ante non minus tali largitione, quam corripiendis pecuniis subjectos affligebant.

CAP. XVI.

De captura ferarum.

FUERE venatores publici, qui feras in Africa, Ægypto, Caledonia, Pannonia, cæterisque gentibus ad spectacula venarentur, ut e Lampridio & Capitolino docuimus. Captabantur, aut indagine canum, de qua Tibullus lib. IV.

—— Claudam densos indagine colles,
Et demam celeri ferrea vincla cani.

Tædis item & fossis. Claudianus l. III. *Stiliconis*:

Non illos tædæ ardentes, non fracta superne
Lapsuro virgulta solo, non vocibus hœdi
Pendentis stimulata fames, non fossa fefellit.

Aut si eques a tergo instans in lineas & retia compelleret. Seneca l. I. *de Clementia* c. XII. *Si feras lineis & pinnis clausas contineas, easdem a tergo eques incessat, tentabunt fugam per ipsam formidinem:* aut si formido ipsa e pennis conserta terriculo esset, & in insidias ageret. Quod genus a Seneca notatur lib. II. *de Ira* cap. XII. *Maximos ferarum greges linea pennis distincta continet, & in insidias agit.* Virgilius III. *Georgic.*

Puniceæque agitant timidos formidine pennæ.

Æneidos XII.

—— puniceæ septum formidine pennæ
Venator cursu canis.

Puniceam vocat, quia color pennarum varius erat, ut Nemesianus notat lib. II. *de Venatione*:

Namque ursos magnosque sues, cervosque fugaces
Terrificant, linique vetant transcendere septum.
Has igitur vario semper fucare veneno
Cura tibi, niveisque alios miscere colores.

Gratius *de Venatione*:

Sunt quibus immundæ decerptæ vulture plumæ
Instrumentum operis fuit, & non parva voluptas,
Tantum inter nivei jungantur vellera cygni.

Odore & colore terrebantur. Ibidem:

—— a vulture dirus avaro
Turbat odor sylvas.

Aut subsidebant irruentibus feris, easque venabulo excipiebant: sed non cum feras ad venationem captarent. Ausonius in *Epist.*

———— Cervos
Circumdas maculis, aut multa indagine pinnæ,
Aut spumantis apri cursum clamoribus urges,
Subsidisque fero.

Nihil accommodatius afferri potest ea venatione quæ describitur a Claudiano lib. III. *Stiliconis*: sic enim inducit Dianam de editione Stiliconis loquentem:

Circensi

Circensi & Scenica. ——
—— *Cernitis quantos Neptunus equorum*
Donet ab urbe greges, laudi quam multa canendæ
Fratris plectra vacent. ——

Deinde agit de venatione, quæ lineis & retibus fieret, sine sagittis, aut venabulo, ut feræ ad spectacula servarentur integræ:

—— *non spicula poscit*
Iste labor, maneant clausis nunc sicca pharetris,
Omnis & a solitis noster venatibus arcus
Temperet, in solam cruor hic servetur arenam,
Retibus & claustris dilata morte tenendæ
Ducendæque feræ. ——
Consulis in plaustrum casuris parcite monstris.

Ut feras allicerent, cervorum aut hinnulorum pelle tegebantur, sicuti aucupes avium plumis, cavebantque ne coccinati tauris, albati elephantis apparerent. Plutarchus *de fort. Alexand.* ζῶα θηρεύοντες ἄνθρωποι δορὰς ἐλάφων περιτίθενται, καὶ πτερωτοῖς ἀμπέχονται χιτωνίσκοις, ἄγρας ἐπιχειρῶντες ὀρνίθων, καὶ φυλάττονται ταύροις ἐφθῆναι φοινικίδας ἔχοντες, ἐλέφασι δὲ λευκοὺς χιτῶνας. quales fuere Mænades apud Virgilium *Æneid.* VII.

Pampineasque gerunt incinctæ pellibus hastas.

Dionysius *de Situ orbis:*

Ζώματα, καὶ νεβρίδας ἐπὶ στήθεσι βαλόντες,
Εὐοῖ βάκχε λέγοντες.

Alia mente Nero apud Eusebium Christianos pellibus ovium tectos leonibus objecit. Postremum hoc esto de indagine, & venabulis e Statio lib. II. *Sylvar.*

Occidis altarum vastator docte ferarum,
Non grege Massylo, curvaque indagine clausus,
Non formidato supra venabula saltu,
Incitus, aut cæco foveæ deceptus hiatu.

Consule Nemesianum, Gratium, Oppianum, Ælianum, Plinium, Aristotelem de Venatione, & natura animantium. Mira usi sunt in capiendis feris diligentia. Mar. Cœlius Ædilis curulis Ciceroni Proconsulatum Ciliciæ gerenti negotium capiendi pantheras dedit, his verbis: *Turpe erit Patiscum Curioni decem pantheras misisse, te non multis partibus plures, quas ipsas Curio mihi, & alias Africanas decem donavit, ne putes illum tantum prædia rustica dare scire. Tu si modo memoria teneres, & Cybiratas arcessieris, itemque in Pamphyliam literas miseris, nam ibi plures capi ajunt, quod voles efficies.* Ad quem Cicero rescribit in hæc verba: *De pantheris per eos qui venari solent, mandato meo diligenter.* Apud Gellium lib. V. cap. XIV. Appion Plistonices hæc Romæ se vidisse testatur: *In Circo maximo venationis amplissimæ pugna populo dabatur*, &c. *Multæ ibi sævientes feræ magnitudine bestiarum excellentes, omniumque inusitata erat, aut forma, aut ferocia. Sed præter alia omnia leonum*, inquit, *immanitas admirationi fuit, præterque omnes cæteros unius. Is unus leo corporis impetu, & vastitudine terrificoque fremitu, & sonoro, toris, comisque cervicum fluctuantibus animos, oculosque omnium in se convertit. Introductus erat inter complures cæteros ad pugnam bestiarum Dacus servus viri Consularis. Ei servo Androcli nomen fuit*, &c. Leones capere ardui quondam operis erat, foveisque maxime. Principatu Claudii casus rationem docuit pudendam pene talis feræ nomine, pastoris Getuli sago contra ingruentis impetum objecto, quod spectaculum in arenam protinus translatum est, vix credibili modo torpescente tanta illa feritate, quamvis levi injectu operto capite, ita ut devinciatur, non repugnans, videlicet omnis vis constat in oculis, ait Plinius libro VIII. cap. XVI.

CAP. XVII.

De Caveis.

PRIMUM oportuit feras retibus teneri, deinde claustris ligneis, aut ferreis claudi, tum plaustris Romam advehi. Interim alebantur, & a mansuetariis arte tractabantur. Cœlius lib. VIII. *Epist. ad famil.* epist. IX. *Nam simul atque erunt captæ, qui alant eas & deportent, habes eos quos ad Sitianam syngrapham misi.* Cavearum autem varia genera, variæque fuere acceptiones: notum enim est interdum poni pro gradibus, & cuneis unde populus spectaret. Cic. *de Senect. Ut Turpione Ambivio magis delectatur, qui in prima cavea spectat* (quæ & ima dicitur) *quam qui in ultima* (quæ summa dicitur, fœminis attributa, sicuti media plebi. Interdum pro arena. Salvianus lib. VI. *Quicquid immoderationis in Circo; quicquid furoris in cavea.* Apulejus lib. IV. *Metamorph. consæptum caveæ* vocat. Symmachus lib. IV. epist. XII. *Cum Romanam caveam leopardorum cursus impleverit.* Marcellinus lib. XXIX. *Amphitheatralem caveam.* Interdum pro caveis quibus includerentur feræ, quarum duo genera: aliæ enim advehendis feris, aliæ in arena coercendis. Priores fuerunt ilignæ, aut fagineæ, quas fabri texerunt, & frondibus inumbrarent, ut sylvarum aspectu bestiæ fallerentur. Claudianus lib. III. *Stiliconis:*

Hæc laqueis innexa gemunt, hæc clausa feruntur
Ilignis domibus. Fabri nec tigna polire
Sufficiunt: rudibus fagis texuntur & ornis
Frondentes caveæ. ——

Apulejus lib. IV. *Metamorph. caveis feræ in editoris ædes feruntur.* ζωγρὰ vocantur a Basil. serm. IX. in *Exam.* ὥσπερ δὲ τῶν θηρίων τὰ μισανθρωπότατα, ἐπειδὰν τοῖς ζωγροῖς ἐναποκλεισθῇ, περιβρύχεται τοῖς κυλίνδροις, τὸ μὲν πικρὸν καὶ ἀνήμερον τῆς φύσεως ἐνδεικνύμενα. ἐκπληρῶσαι δὲ τὴν μανίαν οὐκ ἔχοντα. Id est, *sicuti autem ex feris immaniores, postquam caveis inclusæ fuerint, rugiunt ad cylindros, exercentes naturæ sævitiam, cum furorem explere non possint.* ζωγρεῖα fuere vivaria, ut vetus Scholiast. χοιροκομεῖον, τὸ καλούμενον ζωγρεῖον κανωτὸν, ὅπου οἱ χοῖροι τρέφονται. *Vivarium canistratum aut cancellatum apris alendis aut porcis.* Imo & ferreis caveis Romam advehebantur, ne lignea septa diffringerent. Symmachus lib. II. epist. LXXVI. *Ut nunc septem Scoticorum canum probavit oblatio, quos prolusionis die ita Roma mirata est, ut ferreis caveis putaret advectos.* Imo & per urbem circumferebantur, ut Apulejus, & Plinius lib. VIII. cap. XVII. D. Augustus Theatri Marcelli dedicatione Tigrin primus omnium Romæ ostendit in cavea mansuefactam; D. vero Claudius simul quatuor. Putem ad ejus instar eas expressas esse, de quibus Statius lib. II. *Sylvarum:*

Connexusque ebori virgarum argenteus ordo,
At tibi quanta domus rutila testudine fulget?

Hoc accipe de cavea quæ aves caperet, de qua & Martialis lib. XIV. Aliæ fuere caveæ ferreæ, aut lapideæ in ipsa arena Amphitheatri, quales videre me apud nostros Pictavos memini, amplo aditu, fornicatæ, saxis pendentibus, sub ipsis gradibus & caveis, quæ & cryptæ. Herodianus ὑπόγαια vocat lib. I. λεόντων ἐξ ὑπογαίων ἐκεῖθεν ἀναρριφθέντων. Cyriacus Anconitanus in *Itinerario*, cubata & antra: *Et nunc*, inquit, *conspicitur locus rotundus arenæ, per totum magnis saxis undique structus, &, ut ita dicam, perflatus, cum intus cubatis & antris multiformiter redimitus sit.* Antra ejusmodi nusquam esse opinor integriora quam in Amphitheatro Pictaviensi: sub cuneis undique ad mediam us-

que caveam, aditu ingenti, quem ferreis portis clathratis occlusum olim fuisse non dubito. Cryptas appellatas arbitror; qua voce utitur Juvenalis satyr. v. licet alio significatu:

Et solitus mediæ cryptam penetrare suburræ.

De his Statius lib. II.

—— stat cardine aperto
Infelix cavea, & clausis circum undique portis,
Hoc licuisse nefas pavidi timuere leones.

Obstructæ enim erant ferreis portis & ligneis, prout animalium impetus ferebat. Plautus in *Persa*:

Ex porta ludis cum emissus est lepus.

Portam caveæ intelligo, sive antrum subterraneum exaudias, sive caveam ligneam qua includerentur, & circumferrentur feræ. Hanc portam Varro cochleam vocat lib. III. cap. V. *de Re Rust. Ostium*, inquit, *humile & angustum, & potissimum ejus generis quod cochleam appellant, ut solet esse in cavea, in qua Tauri pugnare solent*. Vulgatam enim lectionem retineo, & caveam pro arena exaudio. Lipsius legit (*ex qua*) deinde addit, perticas transversas modicis intervallis gradatim annexas ad speciem cancellorum scenicorum ac theatralium. Hac enim specie fuisse ut plurimum, & cancellos habuisse densos, ut feræ anhelitum ducerent, ne forte præcluso spiritu suffocarentur, argumento est Basil. serm. X. in *Exam.* λέοντα ἐν μικρῷ ζωγρῷ κατακεκλεισμένον. τίς ὁ τῇ ἀραιοτάτῃ τῶν στημόνων ἐκείνων τῶν ξυλίνων τὴν ἀναπνοὴν τῷ θηρίῳ παρασκευάσας, ὡς μὴ ὑποπνῖξαι αὐτὸ τῷ ἰδίῳ ἄσθματι; Hesychio ζωγρὸς dicitur τόπος ἐν ᾧ θηρία ἐκβάλλονται. puto legendum ζωγρόν. Id est, *leonem angusta cavea clausum: quis ille est qui feræ viam expedivit anhelitus ducenti per angustissima illa stamina, ne inopia spiritus suffocetur?* Columella vocat specus in cochleam retortos. Caveas istas ligneas portatiles existimo varias fuisse, alias majusculas, alias minusculas pro varietate animantium. Capitolinus in *Gallienis*: *Cum quidam gemmas vitreas pro veris vendidisset uxori ejus, surripi quasi ad leonem venditorem jussit, deinde cavea Caponem emitti*. Qui locus admonet non omnes portas fuisse cancellatas: alioqui enim expositi essent oculis Capones. Sed de qua egit cavea Suetonius in *Caligula*, cum dixit, *quosdam bestiarum more cavea coercuit*? Non antrum Amphitheatri intelligo, sed caveam; qua feræ circumferrentur: quomodo Callisthenes Philosophus Alexandri jussu apud Arrianum in caveam ferream inclusus dicitur. Athenæus, ὁ δὲ Λυσίμαχος ἐμβληθῆναι αὐτὸν ἐκέλευσεν εἰς γαλεάγραν, καὶ δίκην θηρίου περιφερόμενον, οὕτως ἐποίησε ἀποθανεῖν. *Lysimachus*, inquit, *eum jussit in caveam compingi, & feræ instar circumlatum ibidem necavit*. Dio tamen de specubus illis subterraneis forte exaudiendus est, cum ait in *Caligula*: τόν τε παρ' αὐτοῦ μηδὲν ἀδικήσαντα εἰς τὴν γαλεάγραν, ὥσπερ καὶ ἄλλους συχνοὺς καθεῖρξε, κἀνταῦθα διέφθειρεν. Item, πολλοὺς εἰς γαλεάγρας καθεῖρξε. Herodianus lib. I. εἰς τὴν γαλεάγραν ἄλλους συχνοὺς καθεῖρξε. Id est, *Caligula eum qui nihil in se deliquerat, cavea, ut alios multos coercuit, & ibi necavit. Commodus plerosque cavea clausit*. lego, παρ' αὐτοῦ, vel κατ' αὐτοῦ, id est, *contra illum*. Diogenes Laertius de Diogene Cynico, qui ἰδὼν γυναῖκα ἐν φορείῳ, οὐ κατὰ τὸ θηρίον ἐν γαλεάγρᾳ. *Videns*, inquit, *fœminam in lectica, non in cavea, ut feræ*. Item, ἐν σιδηρᾷ περιήγετο γαλεάγρᾳ φθειριῶν καὶ ἀκόμιστος. *In cavea ferrea circumferebatur squallidus & incultus*.

A præ imbalnitie & illuvie. Unde Suidas arbitratus est γαλεάγραν ὄργανον εἶναι τιμωρητικόν. recitatque illud e prisco auctore; καὶ τελευτῶντες εἰς γαλεάγραν σιδηρᾶν ἐμβαλόντες, περόναις σιδηραῖς διειργμένην, πάσαις ἐν δυσχωρίαις ἐκύλιον. Item, ὁ δὲ ἐν γαλεάγρᾳ σιδηρᾷ βαλὼν ἀπέκτεινε. Id est, *tandem in caveam ferream compingentes, fibulis ferreis distinctam in omni labore volvebant*. Item, *ille cavea ferrea clausum necavit*. Caveas putem habuisse vertebras & cardines, quibus converterentur portæ cum aperirentur. Vet. Gloss. ruptus, στροφεὺς γαλεάγρας, καὶ ἀποχήκτιον. Putem etiam cavearum aditus alicubi ingentes, alicubi mediocres fuisse,
B & cochleas portas humiles, ut Varro significat, sub gradibus. Seneca lib. *de Ira*: *Curriculi rotarum versata facies leonem redigit in caveam*. Frequentes fuisse innuit Vopiscus in *Probo*, in hæc verba: *Immissi deinde per omnes aditus struthiones mille, mille cervi, mille apri*. Imo e media arena feris nonnunquam emersisse putem. Calpurnius *Bucol.* VII.

Ah miseri quoties nos discedentis arenæ
Vidimus in partes; ruptaque voragine terræ
Emersisse feras, & iisdem sæpe latebris
Aurea cum croco creverunt arbuta libro!

Discedentis accipio, quomodo Poetæ dicunt, di-
C scessisse cælum, & Cicero ipse, discessisse terram. De iisdem caveis agit vetus auctor apud Suidam: ἦσαν παραπλήσιον καθήμενοι, καὶ ἀναβρυχώμενοι τὸ πάθος τοῖς ἐπὶ θέᾳ κυνηγεσίων κατακεκλεισμένοις θηρίοις, ὧν ὁ μὲν θυμὸς φλογώδης καὶ τραχὺς, ἀφ' ὧν πάσχουσι, ἡ δὲ ἐνέργεια τῷ κατέχοντι τῆς βίας ἀσθενεστέρα. *Erant*, inquit, *sedentes & rugientes sicuti feræ clausæ ad venationem Amphitheatri, quarum animus asper & incensus ob ea quæ patiuntur, efficacia autem imbecillior ea vi qua tenentur*. Emittebantur autem e cavea feræ vel singulæ, ut apud Cassiodorum l. V. ep. XLII. & Martialem l. VIII. epigr. LV.

Auditur quantum Massyla per avia murmur,
Innumero quoties sylva leone fremit.
D *Tantus in Ausonia fremuit modo terror arena.*
Quis non esse gregem crederet? unus erat.

Vel simul plures. Ammianus Marcellinus lib. XXXI. *centum leones in Amphitheatrali circulo simul emissos*. Vopiscus in *Probo*: *Edidit alia die in Amphitheatro una missione centum leones jubatos*. Plinius lib. VIII. cap. XVI. *Leonum simul plurium pugnam dedit Q. Scævola*. Egredientium autem e cavea magnus impetus fuit. Vopiscus in *Probo*: *Neque erat bestiarum impetus ille, qui esse egredientibus e
E cavea solet*. Hic est impetus, de quo Seneca epist. XLI. *Aliter leo aurata juba nitet, dum contrectatur, & ad patientiam recipiendi ornamenta cogitur fatigatus: aliter incultus, integri spiritus: hic scilicet impetu acer, qualem illum esse natura voluit, speciosus ex horrido*. Ferocissimi erant cum diffractis caveis erumperent. Ammianus Marcellinus lib. XXXI. *Barbari tamen velut diffractis caveis bestiæ per spatiorum amplitudines fusius jactati*. Verebantur ergo ne caveis diffractis effugerent. Martialis lib. IX. epigr. LXXXIX.

De cavea fugiat ne male pastus aper.

F Ibidem epigr. LVIII.

Nec rasum cavea latus bisontis.

Pro cavea fuit & navis sutilis e trabibus texta eo artificio, ut facile dissolvi posset, unde velut ex equo Trojano feræ erumperent. δεξαμενὴν Dio vocat, quasi cisternam, aut lacum dicas. Xiphilinus in *Severo*: τῆς δὲ δεξαμενῆς ἁπάσης τῆς ἐν τῷ θεάτρῳ εἰς πλοίου σχῆμα κατασκευασθείσης, ὡς τετρακόσια θηρία καὶ δέξασθαι, καὶ ἀφεῖναι ἀθρόως, ἔπειτα ἐξαίφνης διαλυθείσης ἀνέθορον ἄρκτοι καὶ λέαιναι. *Cum arca omnis quæ in speciem navis in Theatro erat, ut*

trecentas feras & accipere & dimittere posset, subito soluta esset, exsiluerunt ursi, &c. Ejusmodi navim in Theatro cum vidisset Nero, quæ per se nullo administro dissoluta feras emisisset, rursum in se rediret, in eam speciem jussit texi navim, qua mater ejus mergeretur. *ναῦν ἰδόντες ἐν τῷ θεάτρῳ διαλυομένην αὐτὴν ἀφ' ἑαυτῆς, καί τινα θηρία ἀφιεῖσαν, καὶ συνιςαμένην αὖ πάλιν, ὥστε καὶ ἐρρῶσθαι.* Interdum feræ inclusæ retibus in arenam illatæ sunt, ubi jaculis conficerentur. Xiphilinus in *Commodo*: *τὰ ἐν δικτύοις αὐτῷ προσφερόμενα.*

CAP. XVIII.

De advectione ferarum.

FERÆ cum captæ, caveisque clausæ essent, aut retibus, Romam advehebantur plaustris, aut ratibus. Utrumque genus attigit Claudianus lib. III. *Stiliconis*:

—— ratibus pars ibat onustis,
Per freta, vel fluvios exsanguis dextera torpet
Remigis, & propriam metuebat navita mercem.
Per terram pars ducta rota, longoque morantur
Ordine plaustra vias, montanis plena triumphis,
Et fera sollicitis vehitur captiva juvencis.

Rem mire exaggerat sub finem ejusdem libri:

—— caudamque a puppe retorquens,
In proram jacet usque leo: vix sublevat unum
Tarda ratis, fremitus stagnis auditur in imis.

Senatores nullum portorium pro advectione ferarum pendebant: ab aliis vectigal quinquagesimæ exigebatur. Symmachus lib. V. epist. LXVI. Quæstores ordinis nostri nunquam ferarum suarum portorium contulerunt: ab aliis ursorum negotiatoribus vectigal quinquagesimæ exigebatur. Lib. IV. epist. LVI. docet e Dalmatia vehiculo ursos Romam devehi solitos. Consulatur *Epist.* Cœlii lib. VIII. epist. IX. *ad Famil.* In arcessendis feris, & venationibus exhibendis magnos sumptus editores sustinebant. Sanctus Basilius *in Psalmum* LXI. *ὁ δεῖνα τὸν πλοῦτον ἑαυτοῦ θηριομάχοις προσαναλίσκων, καὶ ταῖς ματαίαις τῶν δήμων φωναῖς ἐπαγαλλόμενος, φυσᾶται τοῖς ἐπαίνοις, καὶ μέγα φρονεῖ τὴν δόξαν ἔχων ἐν τῇ αἰσχύνῃ αὐτοῦ, ὅς γε καὶ ἔγγραφον ἐν τοῖς περιφανέσι τῆς πόλεως τὴν ἑαυτοῦ ἁμαρτίαν ἐπὶ τῶν πινάκων δείκνυσι. Iste opes suas in bestiarios, & contifices dilapidans, & inani populi plausu, ac voce exsultans, intumescit laudibus, & magnifice de se sentit, gloriam ex suo dedecore captans, qui tabulis pictum peccatum suum in oculatissimis urbis locis exponit.* Feras ad ludos emere sine Principis auctoritate non licuit. Symmachus libro VII. epist. CXXII. *Ut aliarum Libycarum mihi emptio sacra auctoritate præstetur.* Epist. LIX. gratulatur de leopardis qui sibi sacris literis concessi erant. Lib. II. ep. XLVI. precatur Flavianum ut loco Saxonum gladiatorum potius impetret a Principe Libycas. Cod. Theodos. lib. I. *de venat. ferar. quandoquidem occidendi feras, non venandi, venundandique licentiam dederimus.* Feræ transmittebantur a limitum ducibus, & a Duciano officio: transductioni ferarum homines deputabantur: l. II. ibidem: *Ideoque præcipimus bestias quæ ad comitatum ab omnibus limitum ducibus transmittuntur, non plus quam septem diebus intra singulas civitates retineri.*

CAP. XIX.

Quæ feræ ederentur?

IN Circum & Amphitheatrum omne genus feras induci moris erat, alias spectandi causa, ut phœnices & crocodilos; alias pugnæ, ut leones,
A tigres; alias voluptatis, ut lepores, damas; alias herbaticas, mansuetas alias, crudivoras, solidungulas, dentatas, cornigeras; de quibus Varro lib. II. *de Re Rustica*. Cervi palmati, *πλατυκέρωτες*, quia in palmos digitosque cornua facta sunt; vulgo *chamois*: & Ælianus his verbis: *Animantium alia dicuntur dentibus serratis prædita esse, quæ dentes teretes & acutos habent, ut lupus, canis, leo, panthera, hæc eadem carnes vorant. Alia sunt utrinque dentata, ut homo, equus, asinus, & sane adipem habent. Dentibus continuis sunt bos, ovis, capra. Dentes exertos habent quæ extra dentes emi-*
B *nentes ostendunt, aper, talpa: nam Elephanti cornua dicenda potius quam dentes. Amphibia, equus fluviatilis, lutra, castor, crocodilus; Squamosa, lacertus, salamandra, testudo, crocodilus, serpens, Cornipeda, equus, asinus. Bisulca, bos, cervus, capra, ovis, sus. Multifida, ut homo, canis. Solipeda, planipeda, cygnus, anser. Uncinatis unguibus sunt, quibus est incurvum rostrum, ut accipitres, aquilæ.* lib. XI. cap. XXXVII. *καρχαρόδοντα δὲ, στρογγύλους ἔχοντα τοὺς ὀδόντας, ὀξεῖς, λύκος, κύων, λέων, πάρδαλις. ταῦτα μέν τοι καὶ σαρκῶν ἐσθίει. ἀμφώδοντα δὲ, ἄνθρωπος, ἵππος, ὄνος, ἅπερ οὖν πιμελὴν ἔχει. συνώδοντα δὲ, βοῦς, πρόβατον, αἴξ. χαυλιόδοντα δὲ,*
C *τὰ ὑποφαίνοντα ἔξω τοὺς ὀδόντας, ὗς ἄγριος, σπάλαξ. τὸν γὰρ ἐλέφαντα οὔ φημι ὀδόντας ἔχειν, ἀλλὰ κέρατα. ἀμφίβια δὲ, ἵππος ποτάμιος, καὶ ἔνυδρος, καὶ κάστωρ, καὶ κροκόδειλος. φολιδωτὰ δὲ σαῦρος. μώνυχα δὲ, ἵππος. δίχηλα δὲ, βοῦς,* &c. *πολυσχιδῆ δὲ, ἄνθρωπος. στεγανόποδα δὲ καὶ πλατυώνυχα, κύκνος, γαμψώνυχα δὲ, οἷς καὶ ῥάμφος ἐπικαμπὲς, ἱέρακες,* &c. Ex omni autem genere feræ in Amphitheatro edebantur, ut Claudianus indicat lib. III. *Stiliconis*:

—— sed luxuriantis arenæ
Delicias, pompam nemorum, quodcumque tremendum
E *Dentibus, aut insigne jubis, aut nobile cornu,*
Aut rigidum setis capitur, decus omne timorque
Sylvarum, non caute latent, non mole resistunt.

Edebantur igitur ursi. Claudianus in *Panegyrico Mallii*:

Ipsa truces fœtus, captivaque ducat ab antris
Prodigia, & cædis sitientem deserat arcum.
Conveniant ursi, magno quos mole ruentes
Torva Lycaoniis Elice miretur ab astris.

Symmachus lib. II. epist. LXXV. *Interea nos ursis sæpe promissis & diu speratis sub ipso articulo muneris indigemus: vix enim parvos catulos maceratos inedia & labore suscepimus.* Sed non abs re quæritur quid
D velit Poeta his verbis,

Effultum spoliis & pelle Libystidis ursæ.

Plinius enim lib. VIII. cap. XXXVIII. & Solinus c. LVIII. negant ursos in Africa reperiri, cum multi alii contra sentiant: nam & apud Plinium lib. VIII. cap. XXXVI. *Annalibus notatum est M. Pisone, & M. Messala Coss. ad XIV. Kal. Oct. Domitium Ænobarbum Ædilem curulem ursos Numidicos centum, & totidem venatores Æthiopas in Circo dedisse. Miror adjectum Numidicos esse, cum in Africa Ursos non gigni constet.* Martialis ursos Numidicos agnoscit libro I. epigr. CV.

F *Quod fræno Libyci domantur ursi.*

Et quod Suetonius dixit in *Claudio* cap. XXI. *Africanas conficiente turma equitum Prætorianorum, ducibus Tribunis, ipsoque Præfecto*; Xiphilinus de ursis interpretatur. *ἄρκτους τετρακοσίους μεθ' ἑτέρων λιβυκῶν θηρίων.* Videtur tamen distinguere a feris Libycis p. 126. *ἄρκτους πεντακοσίους, καὶ τῇ μετὰ ταύτην θέᾳ ἴσα λιβυκὰ θηρία διέφθειρεν. Ursos quingenos confecit, & altero spectaculo totidem feras Libycas.* p. 150. *τετρακοσίους ἄρκτους, καὶ τετρακοσίους λέοντας, quadringentos ursos, & totidem leones.* Symmachus

item lib. II. epist. LXXV. Libycam congressionem de leonibus accipit, his verbis: *Et de leonibus fama continuit, quorum adventus posset efficere ut ursorum defectum congressio Libyca repræsentaret*. Lib. VI. epist. LXXVI. *Libyca congressio leonum est.* Omnino ursi alii sunt a feris Africanis. Livius lib. XLIV. *Scipionis ludis Circensibus* XL. *ursos*, LXIII. *Africanas*, XL. *elephantos misisse*: quamquam in Africa fuere ursi, ut alibi ostendo. Porro Africanæ non tantum dicuntur leones, sed & tigres, pantheræ, leopardi. Auguror e Plinio lib. VIII. cap. XVII. *Fuit vetus S. C. ne liceret Africanas in Italiam advehere. Primus Scaurus Ædilitate sua varias* CL. *universas misit, deinde Pompejus Magnus* CCCCX *D. Augustus* CCCCXX. Suetonius in *Caligula* cap. XVIII. Africanarum venationem vocat. Meminit Cœlius l. VIII. *Epist. ad fam.* ep. VIII. *Me tractat liberaliter Curio, & mihi suo munere negotium imposuit. Nam si mihi non dedisset eas quæ ad ludos ei advectæ erant Africanæ, potuit supersedere. Tibi curæ sit ut aliquid istinc bestiarum habeamus*. Epist. IX. *Fere tibi literis omnibus de pantheris scripsi, alias Africanas Cybiratas arcesseris.* Proprie Africanæ de leonibus dicuntur, quos Libycos fœtus vocat Claudianus lib. III. *de laudib. Stiliconis*:

Jamque pererratis Libyæ flagrantibus oris
Legerat eximios Phœbi germana leones
Hesperidas, qui sæpe fugant, ventoque citatis
Terrificant Atlanta jubis.
Tyrrhenas Libycos fœtus amplexa per undas.

In *Panegyrico Mallii*:

Perfossique ruant populo pallente leones,
Quales Mygdonio curru frænare Cybele
Optat.

Leonum simul plurium pugnam Romæ princeps dedit Q. Scævola P. filius in curuli Ædilitate. Centum autem jubatorum primus omnium Sylla, qui postea Dictator fuit, in Prætura. Post eum Pompejus Magnus DC. ac in iis jubatorum CCCXV. Cæsar Dictator CCCC. Author Plinius lib. VIII. c. XVI. Vopiscus in *Probo*: Editi deinde centum leopardi Libyci, centum deinde Syriaci, centum leænæ, & ursi simul CCC. quarum omnium ferarum magnum magis constat fuisse spectaculum quam gratum. Claudianus lib. III. *Stiliconis*:

Tum virides pardos, & cætera colligit Austri
Prodigia.

In *Panegyrico Mallii*:

Obvia fulminei properent ad vulnera pardi
Semine permisto geniti, cum forte leænæ
Nobiliorem uterum viridis corrupit adulter.

Feræ illæ immanes, nimirum pardi, pantheræ, leones, tigres, condito in corporis vaginas unguium mucrone ingrediuntur, ne refringantur hebetenturque, aversis falculis currunt, nec nisi appetendo prætendunt. Plinius lib. VIII. Varro lib. IV. *de lingua Latina*: *Alexandria nuper advecta camelopardalis, quod erat figura ut camelus, maculis pantheræ*. Consule Diodorum lib. II. Dionem in *Julio*. Camelopardalis certe Dictatoris Cæsaris Circensibus ludis primum visa Romæ, ait Plinius lib. VIII. cap. XVIII. Ea dicitur Nabis Ægyptiis, ovis fera, collo similis equo, pedibus & cruribus bovi, albis & rutilis maculis, ait Plinius. *τότε πρῶτον εἰς τὴν ῥώμην εἰσήχθη* Cæsaris triumpho. Dio lib. XLIII. quam ibidem graphice depingit. Pompeii Magni primum ludi ostenderunt chaum, quem Galli paphium vocabant, effigie lupi, pardorum maculis. Idem ex Æthiopia quas vocant Cephos, quarum pedes posteriores pedibus humanis, & priores manibus fuere similes. Hoc animal postea Roma non vidit. Plinius lib. VIII. cap. XIX. Apri palæstritæ Martiali lib. III. epig. LXXXII.

Partitur apris glandulas palæstritis.

Varro lib. III. *de Re Rustica*: cum ex palæstra apris effunderetur glans. Ursi quoque & bisontes exhibiti. Martialis *de Spectac.* epigr. XXIII.

Illi cessit atrox bubalus atque bison.

Aliæ feræ editæ ornatu maximo. Gallieni enim pompa & ludis agnæ candentes ab utraque parte ducentæ præcesserunt, & ducenti elephanti, qui tunc erant Romæ MCC. gladiatores pompaliter ornati, cum auratis vestibus matronarum, mansuetæ feræ diversi generis ducentæ, ornatu quam maxime affectæ. Res prius inaudita gladiatores in pompa veste aurata muliebri procedere. Pollio in *Gallieno*: Fuerunt sub Gordiano Romæ elephanti XX. & XI. quorum ipse miserat XII. Alexandriæ X. Alces, Tigres X. Leones mansueti LX. Leopardi mansueti XXX. Belbi, id est, Hyænæ X. Gladiatorum fiscalium paria mille, Hippopotamus & Rhinoceros unus, Archileontes X. Camelopardali X. Onagri XX. (Josephus Scaliger legit *agrioleontes*) equi feri XL. quæ omnia Philippus ludis sæcularibus vel dedit, vel occidit. Has autem omnes feras mansuetas, ac præterea efferas parabat ad triumphum Persicum: nam omnia hæc Philippus exhibuit sæcularibus ludis & muneribus, atque Circensibus. Capitolinus in *Gord.* ubi Archileontes vocat leones jubatos. Ægypto in provinciæ formam redacta Cleopatræ morte, Augustus Cæsar ludos edidit multis diebus, & equus fluviatilis & Rhinoceros tunc primum inducti sunt in Theatrum. Rhinoceros autem Elephanti aliqua ex parte similis est, cornu eminens habet in nare. Dio lib. LI. *καὶ καῖσαρ μὲν ἐπὶ τούτοις ἑορτάς ἦγε ἐφ' ἡμέρας συχνάς, καὶ ἵππος ποτάμιος καὶ ῥινόκερως τότε πρῶτον εἰσήχθησαν εἰς τὸ θέατρον. ὁ δὲ ῥινόκερως ἐλέφαντι πῇ προσέοικεν, κέρας δέ τι κατ' αὐτὴν τὴν ῥῖνα προέχει*. Aliud est Monoceros, de quo Ælianus & Tzetzes Chiliade V. cap. VII. *θηρίον ὁ μονόκερως τύγχανει φυλόδωδες*. Fera est boni odoris amans, quam ut capiant, juvenem fortem ac validum aromatis cumulant. Unicornis odore illecta cornu manuleis juvenis implicat, ille astringit, alii cornu abscindunt. Gregorius in *Moralibus* ait, virginis odore & habitu ad arborem alligatæ captam in sinu ejus obdormire solitam, a qua fune devinciatur. Advolant venatores, & feram domant. De Rhinocerote Martialis lib. XIV. epig. LIII.

Nuper in Ausonia domini spectatus arena,
Hac erit ille tibi, cui pila taurus erat.

Epig. IX. lib. I.

Præstitit exhibitus tota tibi Cæsar arena,
Quæ non promisit prælia Rhinoceros.

Et epig. XXII.

Namque gravem gemino cornu sic extulit ursum,
Jactat ut impositas taurus in astra pilas.

Geminum cornu inest Rhinoceroti, alterum majus, alterum minus, sed supra illud ingens. Pausanias l. IX. *σφίσιν ἐπ' ἄκρᾳ τῇ ῥινὶ ἓν ἑκάστῳ κέρας, καὶ ἄλλο ὑπὲρ αὐτό, οὐ μέγα*. *In illis singulis in summa nare est cornu, & aliud supra illud, non magnum*. Bodinus parum commode exiguum istud sub majori ponit; Marsilius vir eruditus a Pausania discedit, ut in humero Rhinocerotis cornu collocet, Calderino Frigido auctore. Edebantur elephanti, quos *Italia primum vidit Pyrrhi Regis bello, & boves Lucas appellavit in Lucanis visos anno urbis* CCCCLXXII. *deinde anno* DII. *centum quadraginta duo fuere transvecti ratibus, quas doliorum consertis ordinibus disposuerant. Verrius eos pugnasse in Circo, interfectosque jaculis tradit, penuria consilii, quoniam neque ali placuisset, neque donari Regibus. L. Piso inductos dumtaxat in Circum, atque ut contemptus eorum incresceret, ab operariis hastas præpilatas

habentibus per Circum totum actos. Plinius lib. VIII. cap. VI. Pompejus primus in Circo Elephantorum duodeviginti pugnam edidit commissis more prælii noxiis hominibus, & tot miserorum hominum catervas sub alio cœlo natas belluis objecit. Seneca lib. *de brevit. vitæ* cap. XIII. XIV. idque editionis suæ die ultimo, teste Cicer. lib. VII. *Epist. ad famil.* elephantorum extremus dies fuit. Plinius lib. VIII. cap. VII. *Inducti in Circum elephanti pugnaverunt, & jaculis confossi sunt. Universi eruptionem tentavere, non sine vexatione populi circumdati clathris ferreis, quare Julius in Circo spectaculum editurus euripis arenam circumdedit, quos Nero sustulit equiti loca addens*. Vulgare Tigrium spectaculum fuit post Augustum. Martialis lib. VIII. epig. XXVI.

Non tot in Eois timuit Gangeticus arvis
Raptor, in Hircano qui fugit albus equo.
Quot tua Roma novas vidit, Germanice, Tigres,
Delicias potuit nec numerare suas.

Ferarum autem spectaculum non modo Romanis in amoribus fuit, sed & Græcis. Julianus in epist. pro Argivis: *Corinthii*, inquit, *ad agones musicos instituendos, aut gymnicos non multa egent pecunia, ad venationes autem quæ in Theatris sæpe fiunt, Ursos emunt & Pardalos, quos sumptus facile ferunt ut opulenti*. ὐδὲ γὰρ ἐς χορήγησιν ἀγώνων γυμνικῶν ἢ μουσικῶν οἱ κορίνθιοι τῆς πολλῶν δέονται χρημάτων. ἐπὶ δὲ τὰ κυνηγέσια τὰ πολλάκις ἐνίοις θεάτροις μὲν εἰκότως φέρουσι διὰ τὸν πλοῦτον. Scoticos canes prolusionis die quæstor Symmachus exhibuit. Lib. VI. epist. LXXVI. idem epist. CXV. lib. IX. *Addaces igitur & Pygargos mihi opto præstari, quorum copiam limen vobis finitimus administrat*. Plinius meminit Addacis lib. XI. cap. XXXVII. lib. X. cap. III. Pygargos esse genus aquilæ scribit Juvenalis satyra XI.

—— Pygargus
Et Scythicæ volucres.

Alii sunt Pygargi e caprearum sylvestrium genere apud Plinium lib. X. cap. II. *Allatus est & in urbem Phœnix Claudii Principis censura anno urbis D. & in Comitio propositus, quod actis testatum est, sed quem falsum esse nemo dubitaret:* Ex ea ferarum in Amphitheatro varietate factum arbitror, ut feræ in amoribus Romanis essent. Martialis lib. VII. epig. LXXXVII.

Si meus aurita gaudet glaucopide Flaccus;
Si fruitur tristi Canius Æthiope;
Publius exiguæ si flagrat amore catellæ;
Si Chronius similem cercopithecon amat;
Delectat Marium si perniciosus ichneumon;
Pica salutatrix si tibi, Lause, placet;
Si gelidum collo nectit Gracilla draconem;
Lusciniæ tumulum si Telesina dedit:
Blanda Cupidinei cur non amet ora Labycæ,
Qui videt hæc oculis monstra placere suis?

Lupum cervarium e Gallia in Pompeii Magni arena spectatum ait Plinius lib. VIII. cap. XXII. Primus hippopotamum & quinque crocodilos Romæ Ædilitatis suæ ludis M. Scaurus temporario euripo ostendit. Cap. XXVI. Crocodilum describit Cedrenus in *Mauricio*, pag. 328. ventre albo, cum reliquo corpore colorem nigri lapidis referat; os hians ad humeros usque patet. *Solebat* (Augustus) *etiam intra spectaculorum dies, si quando quid inusitatum dignumque cognitu advectum esset, id extra ordinem quolibet loco publicare, ut Rhinocerotem apud septa, Tigrim in Scena, anguem quinquaginta cubitorum pro Comitio*. Suetonius in *Augusto* cap. XLIII. Pompeii Magni ludis Rhinoceros visa unius in nare cornu. Plinius lib. VIII. cap. XX. non modo feræ ipsæ & ingentia cete in arenam inferebantur, sive animata essent, sive exanima; verum & earum simulacra ad naturam expressa: sub Severo enim simulacrum ceti cujusdam immanis Romam est advectum, quod quingentos Ursos caperet. Xiphilinus: πρὸ δὲ τούτου κῆτος ὑπερμέγεθες ἑάλω, καὶ τὸ μίμημα αὐτοῦ εἰς τὸ κυνηγέσιον εἰσαχθὲν πεντήκοντα ἄρκτους εἰσεδέξατο. Beluæ, cui dicebatur exposita fuisse Andromeda, ossa Romæ apportata ex oppido Judææ Joppe, ostendit inter reliqua miracula in Ædilitate sua M. Scaurus longitudine pedum XL. altitudine costarum Indicos Elephantos excedente, spinæ crassitudine sesquipedali. Plinius lib. IX. cap. V. Crocodili non spectaculi modo causa, sed & pugnæ editi. Titus Amphitheatro dedicato thermisque juxta celeriter exstructis, in veteri naumachia dedit uno die quinque millia omne genus ferarum. Suetonius in *Tito* cap. VII. Antoninus Pius edidit munera, in quibus elephantes & crocodilos etiam atque hippopotamos, & omnia ex toto orbe terrarum cum Tigridibus exhibuit, ait Capitolinus. Dio in *Severo*: κροκότας ζῶον ἰδικὸν, καὶ τότε πρῶτον εἰς τὴν ῥώμην, ὅσα καὶ ἐγὼ ἐπίσταμαι, εἰσήχθη. ἔχει δὲ χροίαν μὲν λεαίνης τίγρει μεμιγμένης. εἶδος δὲ ἐκείνων (ἐκείνου) τε καὶ κυνὸς, καὶ ἀλώπεκος ἰδίως πῶς συγκεκραμένων. Crocotas, inquit, animal Indicum, tunc primum Romam, quod ego sciam, inductum est; habet autem colorem Leænæ Tigri mixtæ. Species ejus canis & vulpeculæ in unum coeuntium. Hæ omnes feræ ex Ægypto, Africa, Gallia, Alpibus. Claudianus *Panegyrico Mallii*:

Quicquid monstriferis nutrit Getulica campis,
Alpina quicquid tegitur nive, Gallica si quid
Sylva timet, jaceat, largo ditescat arena
Sanguine.

Item e Dalmatia, Pindo, Germania, Apennino, Gargano, Hispania. Claudianus lib. III. *Stiliconis*:

Dalmatiæ lucos, abruptaque brachia Pindi
Sparsa comam Britomartis agit, tu Gallica cingis
Lustra Leontodame, Germanorumque paludes
Eruis, & si quis defensus arundine Rheni
Vastus aper nimio dentes curvaverat ævo.
Nubiferas Alpes, Apenninique recessus,
Garganique nives Hecaerge prompta fatigat,
Speluncas canibus Thero rimatur Iberas.

E Sicilia item, Cirno, montibus Pyrenæis. Idem ibidem:

—— & quos jam frigore segnes
Pyrenæa tegit latebrosis frondibus ilex,
Cyrnæis, Siculisque jugis venata virago, &c.

Salvianus lib. VI. *Adeuntur enim loca abdita, lustrantur invii saltus, peragrantur sylvæ inexplicabiles, conscenduntur nubiferæ Alpes, penetrantur niviferæ valles, & ut devorari possint a feris viscera hominum, non licet naturam aliquid habere secretum.* Struthiocameli, seu struthiones in Circo exhibiti sunt. Capitolinus, Alces X. Tauri Cybiratici centum, struthiones Mauri miniati triceni. Herodianus de Commodo: λαβὼν οὖν ποτὲ βέλη ὧν αἱ ἀκμαὶ ἦσαν μηνοειδεῖς τὰς μαυρουσίας στρουθοὺς ὀξύτατα φερομένας, καὶ ποδῶν τάχει, καὶ κολπώσει πτερῶν κεφαλῶν ἀφῃρημένας ὁρμῇ τοῦ βέλους ἔτι περιθεῖν αὐτὰς ὡς μηδὲν παθούσας. *Commodus acceptis jaculis, quorum cuspides erant lunatæ, struthiones Mauros confixit celerrime currentes velocitate pedum & alis sinuatis, quibus cum capita decisa essent, nihilominus impetu jaculi currere perseverabant, quasi nihil passi essent.* Passer simpliciter dicitur struthio, vel passer marinus. Vetus inscriptio:

ÆDILITATEM LAUDABILITER ADMINISTRAVIT, ET DIEM FELICISSIMVM III. IDVS IANVAR. NATALEM DEI PATRIS NOSTRI VENATIONE PASSERIS, DENIS BESTIIS, ET IV. FERIS DENTATIS, ET IV. PARIB. FERRO DIMICANTIBVS, CÆTEROQVE HONESTISSIMO APPARATV LARGITER EXHIBVIT.

Claudianus in *sexto Consulatu Honorii* de Circo loquens.

Nec solis hic cursus equis, assueta quadrigas
Cingit rava tigris, subitæque aspectus arenæ
Diffundit Libycos aliena valle leones,
Hic & belligeros exercuit area lusus.

Quæsitum an sint ursi in Libya; negat Plinius libro VIII. cap. LVIII. *Africa autem nec apros, nec cervos, nec capreas, nec ursos* gignit. Contra Herodotus in *Melpomene* de Libya ad ortum, καὶ οἱ λέοντες κατὰ τούτους εἰσὶ, καὶ οἱ ἐλέφαντες, καὶ ἄρκτοι. Solinus cap. XXIX. Numidici ursi forma cæteris præstant, rabie duntaxat ac villis profundioribus. Juvenalis:

Profuit ergo nihil misero quod cominus ursos
Figebat Numidas.

Martialis,

Quot fræno Libyci domantur ursi.

Strabo de Mauris, τὰς δὲ τῶν λεόντων, καὶ παρδάλεων, καὶ ἄρκτων δορὰς ἀμπέχονται. Lipsius per Libycos ursos Leones intelligit; male. Virgilius,

—— pelle Libystidis ursæ.

Pellibus leonum, pardaleon, & ursorum Mauri amiciuntur, ait Strabo. Feræ Africanæ fuere Leones, Pantheræ, Leopardi, Tigres, quas & varias vocant. Livius lib. XL. & jam magnificentia crescente notatum est ludis Circensibus Pub. Cornelii Scipionis Nasicæ, & Pub. Lentuli Ædilium curulium LXIII. Africanas fuisse. Plinius lib. VIII. cap. XVII. *Senatus Consultum fuit vetus, ne liceret Africanas in Italiam advehere. Contra hoc tulit ad populum Cn. Aufidius Tribunus plebis, permisitque Circensium gratia importari. Primus autem Scaurus Ædilitate sua varias* CL. *universas misit.* Suetonius in *Caligula* cap. XVIII. *Edidit & Circenses plurimos a mane usque ad vesperam, interjecta modo Africanarum venatione.* De Ursis consule Symmachum lib. II. epist. XLVI. & LXXVI. libro IV. epist. LVI. lib. V. epist. LXV. lib. X. epist. IX. XI. De eorum pugna cum venatoribus arenariis Cassiodorus lib. V. epist. XLII. *Primus fragili ligno confisus currit ad ora belluarum, & illud quod cupit evadere magno impetu videtur appetere. Pari in se cursu festinat & prædator, & præda, nec aliter tutus esse potest, nisi huic, quem vitare cupit, occurrerit. Tunc in aere saltu corporis elevato quasi vestes levissimæ supinata membra jaciuntur, & quidam arcus corporeus supra belluam libratus, dum moras descendendi facit, sub ipso velocitas ferina discedit.* Edebantur & Crocodili ex Ægypto advecti. Symmachus lib. VI. epist. XLIII. Crocodilos theatrali spectaculo publicatos scribit. Illi secundis ludis congressionum more confecti sunt. *Licet*, inquit, *eos cibi abstinentia longum vivere posse non spondeat. Nam pertinaciter cibo abstinent.* Libro IX. epist. CXXII. lib. X. epist. XIV. Spectaculum illud, quia rarum, populo gratum fuit. Ammianus lib. XXII. eas monstruosas raritates in belluis suæ ætatis inveniri nusquam posse ait, uti regionum incolæ conjiciebant insectantis multitudinis tædio ad Blemmyas migrare compulsas. Editæ & crocutæ & hippopotami. Capitolinus in *Antonino Pio*: *Edita munera, in quibus Elephantos, Crocutas, & Tigrides, & Rhinocerotes, & Crocodilos, atque hippopotamos exhibuit.* Plinius libro VIII. cap. XXX. crocutam ex hyæna & leæna Æthiopica natam putat. Xiphilinus ait, eam Romæ primum sub Severo visam; figura est quasi conflata sit ex cane & vulpe, color leænæ permixtæ cum tigri. Ælianus lib. VII. *de Animal.* cap. XXII. corocottam vocat, quam ait φθέγγεσθαι ἀνθρωπίνῃ, *loqui humana voce*, & nominatim frondatores appellare, ut devoret. Erant autem animalia quædam herbatica, ut Vopiscus appellat, Aristoteles ποηφάγα, καρποφάγα, ῥιζοφάγα, quædam ὠμοβόρα, σαρκοφάγα, ut Leones, Ursi, & Crocodili. Θῆρα Græci proprie Leonem vocant, ut vult Galenus, ideo Homerus Idam μητέρα θηρῶν appellat, id est, *matrem Leonum*. Horatius:

Nec Jubæ tellus generat Leonum
Arida nutrix.

Feras Libycas fuisse Leones & Leopardos docet Symmachus libro II. epist. XLVI. libro VII. epist. CXXII. Vopiscus in *Probo*: Gordianus feras Libycas uno die centum exhibuit: Ursos uno die mille, ait Capitolinus. Paulinus in *vita Sancti Ambros. Dimissi Leopardi graviter laniatos reliquerunt.* Petronius in *Satyr.*

Quæritur in sylvis Mauris fera, & ultimus Ammon
Afrorum excutitur, ne desit bella dente
Ad mortes pretiosa suas, premit advena classes
Tigris, & aurata gradiens vectatur in aula,
Ut bibat humanum populo plaudente cruorem.

Salvianus lib. VI. *In spectaculis primum deliciarum genus est mori homines, impleri ferarum alvos humanis carnibus cum circumstantium voluptate. Atque ut hoc fiat orbis impendium est.* Rhinocerotes sæpe Romæ exhibiti, quibus Strabo lib. XVI. nasum esse dicit cornu aduncum omni ense firmius; ἡ ῥὶς κέρας σιμὸν στερεώτερον ὀξέυ παντός; describitur a Pausania lib. IX.

CAP. XX.

De ferarum vocibus.

IN cavea magni fuere Leonum, ferarumque rugitu; *tonitrua Leonum* vocat Vopiscus, *fragosa murmura* Claudianus libro III. *de Laud. Stiliconis*:

—— quorumque impune fragosa
Murmura pastores nunquam excepere per auras.

Ita lego, non *per aures*. Martialis lib. VIII. epigr. LV. *murmur* appellat:

Auditur quantum Massyla per avia murmur.

S. Basilius βρυγμὸν, *fremitum*. Aliarum animantium voces variis vocabulis exprimuntur, quorum pleraque hic adscribo. Hirrire, & ringi canum est. Festus *R.* literam caninam vocat. Persius:

—— sonat hic de nare canina
Littera.

Lucillius:

Irritata canis quod homo quam planius effert.

Hirriunt & ringunt, cum jam restringunt dentes; mutiunt, cum incipientes irritari *mu* edunt. Plautus, cum latranti nomine; in vet. Gloss. *billus*, φωνὴ κυνός. puto, *birrus*: aut legendum *bylus*; unde hylax nomen canis; baubari, gannire, voces canum. Lucretius lib. V.

Irritata canum cum primum magna Molossum
Mollia victa fremunt duros nudantia dentes,
Longe alio sonitu rabie districta minantur,
Longe alio pacto gannitu vocis adulant,
Ac cum deserti baubantur in ædibus.

Aristophanes in *Pace*, canes σεσηρότες. Ovidius in *Philomela*:

Tigrides indomitæ raucant, rugiuntque Leones,
Panther caurit amans, Pardus biando felit.
Dum Lynces orcando fremunt.

Vet. Gloss. ἔλαφος κράζει, *bardit, rugit*. Avium voces, ἀετοὺς κλάζειν, γερανοὺς κλαγγάζειν, ἱέρακας ῥύζειν, ἀλεκτρύονας ᾄδειν, κόκκυγας κοκκύζειν, πέρδικας τιττιβύζειν, ἢ κακκαβύζειν, ὄρτυγας γρυλίζειν, κύκνους ᾄδειν, τρυγόνας τρύζειν, περιστερὰς γογγύζειν, κορώνας κρώζειν, κολοιοὺς κλώζειν, ἢ κολιᾷν, κοψίχους σίζειν, τέττιγας τερετίζειν, μελίττας βομβεῖν, ἔποπας ποπίζειν, γλαύκας ὑΐζειν, μελεαγρίδας κακκάζειν, νυκτερίδας τετριγέναι, κίττας κιτταβίζειν, χελιδόνας ψιθυρίζειν, ἀηδόνας ᾀσομεῖν, χῆνας παπάζειν, δράκοντας συρίττειν. Elephas barrit, Fest. Ursus uncat, Aper frendet, Barrus barrit, Cervi glocitant & Onagri, quirritat Verres, Asellus oncat, blacterat Aries, Asinus rudit, Hircus mutit, Vulpes gannit, Catulus glaucitat, Lepus vagit, Mus mintrat, Mustela dintrit, Grillus grillat, desticat Sorex, Turdus trutilat, Passer pippit & pipilat, Sturnus pisitat, Perdix cacabat, Anser gratitat, plausitant Palumbes, Anas tetrinit, Grues gruunt, Cygni rensant, Accipiter pipat, Milvus lipit, cucurrit Gallus, Gallina gracillat, pupillat Pavo, trinsat Hirundo, clangunt Aquilæ, Vultur pulpat, Gracculus frigulat, Ciconia glotorat, Cuculi cuculant, fritinit Cicada, bombilat Apis, aviculæ omnes minuriunt, μινυρίζουσι, bubulat Bubo, Noctua cucubat, Vespertilio stridet, Butio bubit, Regulus zinzilulat. Fest. Cameli blaterant βλάζ. gingriunt Anseres, unde tibiæ exiguæ gingrinæ, gingriator, glocire & glocitare Gallinarum cum ovis incubituræ sunt. Ingere Milvi dicuntur cum vocem emittunt. Vet. Glos. ingit, ἰκτὶν βοᾷ. Varro, ingere volitans Milvus aquam e nubibus tortam indicat fore. Pollux lib. x. cap. XIII. κυνῶν ὑλακτεῖν, κνυζᾶσθαι, ἀράζειν, ῥύζειν, σκυζᾷν. λύκων ὠρύεσθαι. λεόντων βρυχᾶσθαι. ἵππων χρεμετίζειν. συῶν γρυλλίζειν. αἰγῶν φριμάττεσθαι. ὄνων βρωμᾶσθαι, ὀγκᾶσθαι. Diversæ animantium voces belle exprimuntur, appellanturque a Nonno Heliopolit. lib. II. *Dionysiac.*

Ὠρύγη κελάδησε λύκων, βρύχημα λεόντων,
Ἆθμα συῶν, μύχημα βοῶν, σύριγμα δρακόντων,
Παρδαλίων θρασὺ χάσμα κορυσσομένων γένυν ἄρκτων,
Καὶ βλοσυρῶν μέγα χάσμα διαπτύξασα γενείων
Ἄρκτος.

Id est, *ululant lupi, Leones rugiunt, balant sues, mugiunt boves, sibilant dracones, biant pardales, rabunt canes, biant ursi*. Varro in *Aboriginibus*: mugit bos, ovis balat, equi hinniunt, gallina pipat. Spartianus in *Geta*: Agni balant, palumbes minuriunt, ursi sæviunt, leopardi rictant. Placet hic quædam apponere nondum vulgata e manuscriptis antiquis: ὁ κροκόδειλος θηρίον ὁμοῦ καὶ ἰχθύς, καὶ μέγα ἀπὸ κεφαλῆς μέχρις οὐρᾶς. οὐ μὴν ἔχει τὸ πλάτος τοῦ μεγέθους ἀνάλογον. ἡ δὲ δορὰ αὐτοῦ λεπτὴ τυγχάνει ῥυσσῇ, καὶ ἡ χρόα τοῦ νώτου αὐτοῦ πέτρῃ ἔοικεν. γαστὴρ λευκή, πόδες τέσσαρες εἰς τὸ πλάγιον ἠρέμα κυρτοῦνται καθὼς τῆς χερσαίας χελώνης. οὐρὰ μακρὰ καὶ τραχεῖα. τῆς ῥάχιός ἐστιν ἐνὸς ὀστέου τελευτή. ἐντέτμηται δὲ ἄνωθεν εἰς ἀκάνθας, καὶ εἰσὶν ὡς αἱ τῶν πριόνων ἀκμαί, καὶ τύπτει αὐτῇ πρὸς οὓς ἂν παλαίει. κεφαλὴ τοῖς νώτοις συνυφαινομένη, καὶ εἰς μίαν ἰθυνομένη σταθμήν. ἐπὰν χαίνῃ ὅλη στόμα γίνεται μέχρι τῶν ὤμων χάσμα

A ποιοῦσα. Item, ὁ κροκόδειλος μόνος ὑπτία πλησιάζει τῇ θηλείᾳ ἣν ἐν ταῖς ὄχθαις ἀνατρέπει. ἔχων δὲ ὀξυτάτην ὀδμήν, εἰ γνώσῃ ὑφ᾽ ἑτέρου μιανθεῖσαν τοῖς ὄνυξι διαῤῥήξας τὴν γαστέρα αὐτῆς πάντα τὰ ἔντερα κατεσθίει. περὶ γὰρ τὴν γαστέρα ἐστὶ τρυφερὸν τὸ ζῶον. τὸ γὰρ νῶτον αὐτοῦ στιβαραῖς λεπίσιν ἐνδέδεται, ὥστε καὶ σίδηρον ἐπενεχθέντα ἀμύνεσθαι. μετὰ δὲ τὴν ὁμιλίαν πάλιν ταῖς χερσὶν αὐτὴν ἐπικουφίζων συνεπιστρέφει. Georgius Monachus in *Exaemeron*: καὶ μικρὸν ὕδρος ὑγροχέρσῳ θηρίῳ φθορὰν ἐφιστᾷ τῇ τομῇ τῶν ἐντέρων. λάθρα γὰρ αὐτῷ προσβαλὼν κεχηνότι διατρέχει τὰ σπλάγχνα σωλῆνος δίκην, τέμνων τε κρυπτὴν ὀπισθίδιον θύραν φονεὺς δραπὰς οἴχεται σεσωσμένος, ἄλλη δέ τις πέφυκεν ὄρνεον φύσις ἣ τοῖς ὀδοῦσι βόσκεται τοῦ θηρίου καὶ τοῖς περιττοῖς ἐσθίεται λειψάνοις. ὅταν τὸν ὕδρον γειτνιῶντα προσβλέπει, κράζει, πτεροῦται, ποσὶ περι-
B τρέχει, κνήθει δὲ τοῖς ὄνυξι καὶ πρὸ τοῦ φόνου κῆρυξ ὀλέθρου γίνεται ζωηφόρος. *Crocodilus*, inquit, *fera simul & piscis est, a capite ad caudam oblongus, sed longitudini latitudo non respondet. ejus pellis tenuis est, color petræ nigræ similis; venter albus, quatuor pedes in curvum leviter flectuntur instar testudinis terrestris. cauda longa & aspera. spinæ quod unicum est os finis est. secatur autem sursum in spinas quæ sunt instar serræ acuminatæ, & ea ferit eos cum quibus luctatur; caput humero contextum est, & in u-
C nam regulam directum; si quando biaverit, totum os operitur ad humeros usque*. Item, *Crocodilus solus supinam init fœminam, quam in ripa collocat; cum autem sit naris sagacissimæ, si odoratur adulterium, uterum ejus disrumpit, & omnia viscera devorat; ventre enim delicato est; dorsum squamis horret, ut ferro sit impenetrabile; post coitum manibus eam erigit*. Item, *parvus hyllus amphibio animali perniciem consciscit, disruptis intestinis. Hians enim subit, & viscera percurrit, quasi per tubum; secans autem occultam pone januam homicida exit incolumis; alia est avis quæ alitur e reliquiis ciborum, qui dentibus ejus
D hærent, quæ accedentem hyllum animadvertens exclamat, volitat, pedibus circumcurrit, & unguibus vellicat, & ante necem, quasi præco salutifer admonet crocodilum, sibi ut caveat*. Vide Herodotum, Diodorum, Isidorum, Ælianum.

CAP. XXI.

De Mansuetariis.

FERÆ captæ cum essent, mansuetariis ut plurimum tradebantur, qui eas cicurarent, & manum ac flagellum ferre condocerent. Dicun-
E tur *mansuetarii* a Lampridio in *Heliogabalo*, διδάσκαλοι & χορτοφόροι, *magistri & fœnum præbentes*, a Strabone lib. XV. magistri a Martiali lib. II. epigr. LXXV. Pollux l. x. ἐλεφανταγωγὸν vocat eum qui Elephanti sit magister; ἐλεφαντάρχην vero eum qui præsit magistris; Aristoteles lib. I. cap. I. *de Animal. hist.* ἐλεφαντιστήν. Mathematici arbitrantur eos qui sub Leone, Scorpio, vel Sagittario nascuntur, exoraturos Tigres, domituros Leones, cum elephante locuturos, palpaturos pantheras. Manilius lib. IV.

F *Et quibus in bifero Centauri corpore sors est*
Nascendi concessa, libet conjungere currus,
Quadrupedum omne genus positis domitare magistris.

Quidam legunt:

Quadrupedum genus impositis domitare magistris,
Exorare Tigres, rabiemque auferre Leoni,
Cumque elephante loqui, tantamque aptare loquendo
Artibus humanis varia ad spectacula molem.

Lib. v. de iis qui ſub Leone naſcuntur & Scorpio:

Non inimica feræ tali ſub tempore natus
Ora feret, placidas reget in commercia gentes,
Ille manu vaſtos poterit frænare Leones,
Et palpare lupos, Pantheris ludere captis,
Nec fugiet validas cognati ſyderis urſas,
Inque artes hominum, perverſaque munera ducet.
Ille Elephanta premet dorſo, ſtimuliſque movebit
Turpiter in tanto cedentem pondere cunctis.
Ille Tigrim rabie ſolvet, pacique domabit,
Quæque alia infeſtant ſylvis animalia terras,
Junget amicitia ſecum, catuloſque ſagaces.

Quamquam Urſi, ut manſueti eſſent, ſemper in iram proni & rabiem. Juvenalis:

—— rabido nec perditus ore
Fumantem naſum vivi tentaveris Urſi,
Sit placidus licet, & lambat digitoſque pedeſque,
Si dolor & bilis, ſi juſta coegerit ira,
Urſus erit.

Cicures effici dicuntur feræ, quæ vox etiam ad homines transfertur. Tertullianus *adverſus Valentinum* cap. XXXVII. cicuria enniana vocat, ingenia ſimplicia & craſſa; & Hieronymus lib. II. *adverſus Rufinum*: *Sed nos*, inquit, *ſimplices homines & cicures enniani, nec illius ſapientiam, nec tuam qui interpretatus es, intelligere poſſumus.* Ælianus lib. VI. cap. VIII. πωλοδαμνική, σκυλακοτροφική, ἐλεφαντοκομία, λεοντοτροφία, ὀρνεοτροφία. Julius Firmicus lib. VIII. *Aſtron. Ferarum manſuetarii, qui Urſos, Tauros ac Leones feritate depoſita humanis converſationibus ſociant.* Lib. III. *ferarum præpoſiti ac magiſtri.* Ælianus: ὁ τ τῦ ἐλεφάντυ κομιδῆς ἐγχειρισθεὶς τὴν φροντίδα. In Elephanto rector proprie dicitur. Livius lib. XXXVII. *Elephantibus addebant ſpeciem frontalia & criſtæ, & tergo impoſitæ turres, turribuſque ſuperſtantes, præter rectorem, quatuor armati.* Lib. I. *Machab* pro rectore ponitur Indus; ἐφ᾽ ἑκάςυ ἄνδρες τριάκοντα δύο, οἱ πολεμῦντες, καὶ ὁ ἰνδὸς αὐτῦ, cuſtos a Seneca vocatur. Alii fuere domini Elephantum. Vopiſcus in *Aureliano*: *Soluſque omnium Aurelianus privatus Elephanti dominus fuit.* Unde conjicias ſolos Imperatores & Magiſtratus Elephantorum dominos fuiſſe. Ælianus lib. III. cap. XLVI. πωλευτὴς ἐλέφαντος ἰνδὸς τροφεὺς τῦ ἐλέφαντος. Lib. II. *de nat. animal.* cap. XI. ὀρχηςοδιδάσκαλος χορολέκτης. Lib. VII. πωλευτής. cap. XLI. πωλευτικοί. Lib. XIII. ἐλεφάντων μελεδωνός. Illi feras ita fingebant, & ad omnem obedientiam formabant, ut Pardi jungerentur ad jugum, Cervi fræna manderent, Urſi habena regerentur, Apri capiſtrum admitterent, Biſontes eſſeda traherent, Elephanti ſaltarent, lepores in ore Leonum luderent. Martialis lib. I. epigr. CV.

Picto quod juga delicata collo
Pardus ſuſtinet, improbæque Tigres
Indulgent patientiam flagello:
Mordent aurea quod lupata Cervi:
Quod fræno Libyci domantur Urſi:
Et quantum Calydon tuliſſe fertur,
Paret purpureis Aper capiſtris:
Turpes eſſeda quod trahunt Biſontes:
Et molles dare juſſa quod choreas
Nigro bellua nil negat magiſtro;
Quis ſpectacula non putet Deorum?
Hæc tranſit tamen, ut minora, quiſquis
Venatus humiles videt Leonum,
Quos velox leporum timor fatigat.
Dimittunt, repetunt, amantque captos,
Et ſecurior eſt in ore præda:
Laxos cui dare, perviofque rictus
Gaudet, & timidos tenere dentes,
Mollem frangere dum pudet rapinam,
Stratis cum modo venerint juvencis.
Hæc clementia non paratur arte;
Sed norunt cui ſerviunt Leones.

Fuere certi ſucci herbarum, quibus ora magiſtri feris conſtringerent, ne dente læderent contrectantes. Fuere & remedia quæ in potu data feras mitigarent, ait Plinius lib. XXVI. cap. XI. Nonnulli cordi Vulturis eam vim ineſſe putarunt, ut ab impetu ſerpentium ac ferarum, illud qui gererent, tuti eſſent, eodem auctore lib. XXIX. cap. IV. Ælianus lib. I. *de natur. animal.* cap. XXXVIII. Θηρίων δὲ ἀλεξιφάρμακον ἦν ἄρα πάντων πιμελὴ ἐλέφαντος. ᾗ εἴτις ἐπιχρίσαιτο, καὶ εἰ γυμνὸς ὁμόσε χωροίη τοῖς ἀγριωτάτοις, ἀσινὴς ἀπαλλάττεται. Id eſt, *adeps Elephanti amuletum eſt adverſus feras omnes; ea qui unctus eſt, ut nudus occurrat, & concurrat cum feris, illæſus abit.* Item ἀείζωον, quod dicitur & ſedum, herba in potu data feras mitigat. Pantheræ Leoneſque non attingunt allio inunctos. Plinius lib. XXXVI. cap. XI. lib. XXIX. cap. IV. His omnibus quaſi præbris & amuletis uſos eſſe crediderim magiſtros, ne ſævitiam ferarum experirentur, quas & alloquiis mulcebant, teſte Plinio lib. VIII. XVI. Neque enim ſingulare eſt equis, ut plauſæ cervicis ſonitum ament, ſicut ille loquitur, verum etiam feris omnibus innatus laudis & blanditiarum amor. Audis Senecam epiſt. LXXXVI. *Leonibus magiſter manum inſertat, oſculatur Tigrin ſuos cuſtos, Elephantem mimus Æthiops jubet ſubſidere in genua.* Martialis lib. II. epigr. LXXV.

Verbera ſecuri ſolitus Leo ferre magiſtri,
Inſertamque pati blandus in ora manum,
Dedidicit pacem, ſubito feritate reverſa.

Hoc veritus Philoſtratus lib. VII. admonet magiſtros qui Leones regunt, & cicurant, μητὲ παίωσι, μνησικακεῖν γάρ, μητὲ θεραπεύειν, ἀγερώχυς γὰς ἐκ τύτυ γενέσθαι, καταψῶντας δὲ μᾶλλον ἐς διαγωγὰ ἤθη ἄγειν, *ne verberent eos, memores enim, & ultionis appetentes ſunt: ne blandiantur, aut ſtudioſius tractent, ex eo enim intumeſcunt: ſed manu palpantes, ad facilitatem & manſuetudinem deducant.* Antonius triumpho ſuo Leones jugavit, narrante Plutarcho, doctos opinor ab iis quos Seneca lib. I. *de Benef.* Leonum ora impune tractare ait. Quid loquar funambulos Elephantos, ſeſſore impoſito? de quibus Dio in *Nerone*: ὅτι δὲ καὶ ἐλέφας ἀνήχθη εἰς τὴν ἀνωτάτω τῦ θεάτρυ ἀψῖδα, καὶ ἐκεῖθεν ἐπὶ σχοινίων κατέδραμεν ἀναβάτην φέρων. *Elephas*, inquit, *evectus eſt in ſummum Theatri fornicem, unde decurrit in fune ſeſſorem gerens.* Faſtigium Theatri, ſive ſummam caveam intelligit, quam κορυφὴν vocat Dio lib. XLIX. Suetonius in *Galba* cap. VI. *Galba Prætor commiſſione ludorum Floralium novum ſpectaculi genus, Elephantos funambulos dedit.* In *Nerone* cap. XI. *Notiſſimus eques Romanus Elephanto ſuperſedens per catadromum decucurrit*, id eſt, per funem, & σχοινίον, cum tamen omnis per funem decurſio periculoſa fuerit. In Pandectis titulo *de Venationibus*: *Nam ſi periculoſam rem ante venditionem facere ſolitus eſt,* (ait Juriſconſultus) *culpa tua id factum eſſe videbitur; puta enim eum fuiſſe ſervum qui per catadromum deſcendere, aut in cloacam dimitti ſolitus eſſet, idem juris erit.* Imo & ſaltantium more inconditos motus edere, ventilare, arma per auras jacere, & proboſcide excipere cadentia, in gradu ſtare, concurrere animo & ſpecie bellantum, pyrrichen ludere condiſcebant. Plinius lib. VIII. cap. II. *Germanici Cæſaris munere gladiatorio quoſdam inconditos motus dedere ſaltantium modo. Vulgare erat per auras arma jacere non auferentibus ventis, atque inter ſe gladiato-*

diatorios congressus edere; aut lasciviente pyrriche colludere: postea & per funes incessere, lecticas etiam ferentes quaterni singulas, puerperas imitantes, plenisque hominum tricliniis iere per lectos, ita libratis vestigiis, ne quis potantium attingeretur. Quid si videas Elephantem πύργῳ τε μεγάλῳ, καὶ περιχρύσοις προτειχίσμασι τετειχισμένον, id est, *ingenti turre, & inauratis propugnaculis munitum;* ut loquitur Josephus lib. I. cap. I. *Belli Judaici*. Lucretius lib. V.

Inde boves Lucas turrito corpore, tetros
Anguimanos.

Iis offerri moris fuit asses, quos qui offerebant, ut sibi ludum facerent, manum subinde subducebant, Elephantem fraudantes. Suetonius in *Augusto* c. LIII. *Ut quendam joco corripuit, quod sic sibi libellum porrigere dubitaret, quasi Elephanto assem.* Idem Macrobius lib. II. *Saturnal.* cap. IV. *Putas te assem Elephanto dare, quia manum retrahis, mox offers.* Quid si procumbentem videas demisso capite, Regemque adorantem? Martialis lib. I. epigr. XVII.

Quod pius, & supplex Elephas te, Cæsar, adorat,
Hic modo qui Tauro tamen metuendus erat;
Non facit hoc jussus, nulloque docente magistro.

Quintus Curtius lib. VIII. *Rector more solito procumbere Elephantem in genua jussit, ut Porus ascenderet, cæteri Elephanti se dimisere.* Ælianus lib. II. *de natura animalium* cap. XI. χορείαν δὲ, καὶ ὀρχηστικὴν, καὶ βαίνειν πρὸς ῥυθμὸν, καὶ αὐλημένης ἀκούειν, καὶ συνιέναι ἤχων διαφορὰς, ἢ βραδύνειν ἐνδιδόντων, ἢ ταχύνειν παρορμώντων, μαθὼν οἶδεν ἐλέφας, καὶ ἀκριβοῖ, καὶ οὐ σφάλλεται. *Elephas*, inquit, *novit, ubi didicerit choreas, & saltationes ad numerum obire, & audire tibiis canentes, & intelligere sonorum discrimina, & tarditates, aut celeritates imperatas exsequitur, & exactus est, & non fallitur.* Item, ἐγὼ δὲ εἶδον καὶ γράμματα γράφοντα ἐπὶ πίνακος ῥωμαῖα ἀστραβῶς τῇ προβοσκίδι, καὶ ἀτρέπτως. *Vidi Elephantem, qui literas Latinas pingeret in tabula, proboscide, nec deerraret.* Ibidem, culcitæ lectis humilibus in Theatri arena positæ, deinde thoralia exceperant, tum stragulam vestem variam. Calices magnifici prope positi erant, & crateres aurei, & argentei aqua pleni, mensæ eboreæ opiparæ, carnibus & panibus abunde refertæ: ubi omnia parata, inducti sex Elephantes mares, veste virili, totidem fæminæ, stola fæminea: accubuerunt decenter bini, mas cum fæmina: signo dato proboscide pro manu mutila usi, cibum moderate cepere. Singuli calices singulis appositi, quos genialiter obduxerunt, & festive leviterque circumstantes sine contumelia asperserunt: καὶ ἀρυτόμενοι ταῖς προβοσκίσι τὸ ποτὸν ἔπινον κεκοσμημένως. εἶτα ἀπέῤῥαινον σὺν παιδιᾷ, καὶ οὐχ ὕβρει. Ibidem, θέαν ἐπετέλει ῥωμαίοις ὁ γερμανικὸς ὁ καῖσαρ. εἴη δ' ἂν ἀδελφιδοῦς τιβερίου οὗτος, &c. *Spectaculum Romanis edebat Germanicus Cæsar. erat is Tiberio ex fratre nepos.* Fuere & Romæ Elephantes plures, mares & fæminæ, e quibus nati pulli, quorum artus ubi adolescere & corroborari cœperunt, σοφὸς ἀνὴρ ὁμιλεῖν τοιούτοις θηρίοις ἐπώλευσεν αὐτοὺς, δαιμονίᾳ τινι, καὶ ἐκπληκτικῇ διδασκαλίᾳ μεταχειρισάμενος, *peritus vir consuescendo cum ejusmodi feris eas mansuefaciebat, cicurans divina quadam & admirabili doctrina.* Adduxit autem eos sensim & leviter, præbens cibos suaves & varios, ad illicium; usque adeo ut feritatem exuerint, mansuetudinem induerint pene humanam. Docebantur autem auditis tibiis non efferari, & strepitu tympani ferien-te aures minime turbari, & tibia mulceri, ferre sonos modulatos, & strepitum pedum ambulantium, & concentum miscellum, non exhorrescere hominum turbam: erant illæ institutiones viriles, non irasci ad vulneris ictum, neque si cogerentur unum aliquod membrum saltatorie, velut ad choream, flectere, ad iracundiam commoveri. Ubi autem qui eos ad saltandum erudiebat, omni genere disciplinæ expolivit, inducti sunt in Amphitheatrum XII. numero, composito gradu incedentes, nec in diversas partes divisi: molliter autem corpus diffundentes, amicti floridis & saltatoriis vestibus, solaque magistri significatione vocis ordinatim instructi, ut ferunt, gradiebantur. Rursus si imperatum esset, in orbem saltabant, eundemque orbem ad imperantis vocem denuo solvebant & explicabant: atque nunc flores pavimentum ornabant spargentes, idque parce & modeste: nunc pedibus terram pulsantes, concionem, & moderatam saltationem una consensione obibant. Elephantes rabidi domantur fame & verberibus, Elephantis aliis admotis, qui tumultuantes catenis coerceant, ait Plinius lib. VIII. cap. IX. Animal est ipsis etiam Leonibus formidolosum, quod conjicias ex iis quæ scribit Ælianus l. VII. *de natur. animal* c. XXXVI. ἀθρόους δὲ αὐτοὺς ἐὰν ἀθρήσωσι καὶ λέοντες, ἢ φεύγουσι προτροπάδην, ἢ ἄλλος ἄλλῃ κατέπτηξαν, ὡς νεβροὶ τοὺς ἐλέφαντας, οἱ τέως φοβεροὶ καὶ ἐκπληκτικοὶ καταδείσαντες. *Leones*, inquit, *si viderint confertos Elephantes, fugiunt cursu concito, aut alius alio se occulunt, ut hinnuli, & pavent etiam formidolosi.* Rectores eos inedia debilitant, & mansuefaciunt. Ælianus lib. X. cap. X. τῇ ἀτροφίᾳ τε καὶ λιμῷ τὴν ἄγαν ἰσχὺν καὶ ῥώμην καθαίρουσι. Et cap. XVII. ἀποσπώμενοι τῆς συνήθους γῆς οἱ ἐλέφαντες, καὶ ἐὰν ἡμερωθῶσι, τὰ μὲν πρῶτα τοῖς δεσμοῖς, καὶ τῷ λιμῷ, τὰ δὲ ἐπὶ τούτοις ταῖς τροφαῖς, καὶ τῷ ποικίλῳ αὐτῶν. Lib XII. cap. XLIV. ἐλέφαντες τῇ μουσικῇ πρᾳΰνονται. cap. XLVI. καὶ ὕες ἄγριοι, καὶ ἔλαφοι τῇ μουσικῇ κατακηλοῦνται. *Inedia*, inquit, *& fame vires nimias frangunt, & debilitant Elephantis.* Item, *Elephanti abducti a consueto solo, licet mansuescant, primum quidem vinculis & fame, deinde ciborum varietate.* Item, *Elephantes musica mansuescunt, Apri & Cervi musica mulcentur.* Leones ipsi mansuescunt, maxime teneri, ut docet idem auctor lib. V. ἡμερωθεὶς γε μὴν ἐξ ἔτι νεαροῦ, πρᾳότατός ἐστιν (ὁ λέων) καὶ ἐντυχεῖν ἡδὺς, καὶ ἔστι φιλόπαις, καὶ πᾶν ὁτιοῦν ὑπομένει, πρᾳόνως τῷ τροφεῖ χαριζόμενος. ἄννων γοῦν λέοντα εἶχε σκευαγωγόν. καὶ βερενίκῃ λέων πρᾶος συνῆν, τῶν κομμωτῶν διαφέρων οὐδέν. ἐφαίδρυνε γοῦν τῇ γλώττῃ τὸ πρόσωπον αὐτῆς, καὶ τὰς ῥυτίδας ἐλέαινε, καὶ ἦν ὁμοτράπεζος, πρᾴως τε καὶ εὐτάκτως ἐσθίων. Id est, *mansuefactus a teneris Leo mansuetissimus est, & mitis in congressu, & puerorum amans, & quidvis sustinet patienter gratificans magistro. Anno Leonem habuit vasa portantem: & Berenicæ Leo fuit cicur, nihil distans ab ancillis ornatricibus. Lingua enim vultum ejus perpolibat, & rugas lævigabat, & conviva erat, comedens lente & moderate.* Imo & ad venatum ab Indis formantur, & in partem prædæ veniunt. Ælianus lib. XVII (λέοντες ἰνδοῖς) ἡμεροῦνταί γε, καὶ γίνονται ῥᾷστα τιθασοὶ, ὡς ἄγειν τε ὑπὸ ῥυτῆρος, καὶ κατὰ κυναγωγοὺς ἐπὶ θήραν κεμάδων, καὶ ἐλάφων, καὶ συῶν, καὶ ταύρων, καὶ ἀγρίων ὄνων. εἰσὶ γὰρ καὶ ῥινηλατῆσαι, ὡς ἀκούω, δεινοί. *Leones*, inquit, *in Indis cicurantur facile, ut habena ductari, & ad venandos Hinnulos, Cervos, Apros, Tauros, Asinos feros loro canum instar agantur.* Sed Tauri inprimis ad obedientiam faciles, ut est apud Ælian. lib. VII. ἴδιον δὲ, ἄρα ἦν ταύρου τὸ εὐπειθὲς, ἡμερωθέντος τε, καὶ ἐς τὸ πρᾶον ἐκ τοῦ θηριώδους μεταβαλλομένου. μένουσι δὲ καὶ ἐπὶ τὸ φέρετρον ἀκίνητοι, εἶτα

ὑπτίους αὐτοὺς ἐθέλεις ἀτρεμεῖν, εἴτε ἐπὶ πόδας ὀκλάσαντας τοὺς προσθίους, καὶ ἐπὶ τῷ τένοντι φέροντας ἢ παῖδα, ἢ κόρην. ὄψει δὲ ἄρα καὶ ἐπὶ τοῖς νώτοις γυναῖκα ἄγοντα τὸν, ὡς Εὐρώπην Δίι, καὶ μετέωρον ἑστῶτα ἐπὶ τῶν κάτω σκελῶν. καὶ τὸ πᾶν σῶμα ἐφόρει δὴ κούφως ἐρείσαντο. εἶδον δὲ ἐπὶ ταύροις καὶ ὀρχουμένους, καὶ ἀκινήτους ἑστῶτας, καὶ ἀτρέπτους ἐκείνους. Id est, *propria est Tauri docilitas, & obedientia, si mansuetus, & cicur fuerit; manent autem ad feretrum portandum immoti* (lego, ἐπὶ τὸ φέρειν, *ad ferendum*) *sive eos supinos velis quiescere, sive in anteriores pedes procumbere, & in cervice ferentes aut puerum, aut puellam; videas alium mulierem humero ferentem, ut Europen Jovi, & erectum stantem imis cruribus, & toto corpore leviter ubi vis innixum. Vidi qui supra Tauros immobiles saltarent.* Simiæ quoque manu hominum & tractatione quovis ducuntur. Ælianus lib. v. πίθηκος καὶ ὀρχεῖται γοῦν ἐὰν μάθῃ, καὶ αὐλεῖ ἐὰν ἐκδιδάξῃς. ἐγὼ δὲ καὶ ἡνίας κατέχοντα εἶδον, καὶ ἐπιβάλλοντα τὴν μάστιγα, καὶ ἐλαύνοντα. *Simia*, inquit, *si didicerit saltat, & tibiis canit. Vidi & quæ habenas teneret, & flagellum equis incuteret.* In Ægypto Cynocephalis mira docilitas fuit. Ælianus lib. vi. cap. x. οἱ αἰγύπτιοι τοὺς κυνοκεφάλους καὶ γράμματα ἐδίδασκον, καὶ ὀρχεῖσθαι, καὶ αὐλεῖν, καὶ ψαλτικήν, καὶ μισθὸν κυνοκέφαλος ἐπράττετο ὑπὲρ τούτων, καὶ τὸ διδόμενον εἰς φασκώλιον ἐμβαλὼν ἐξηρτημένον ἔφερεν, ὡς οἱ τῶν ἀγειρόντων δεινοί. ὅτι δὲ καὶ οἱ συβαρῖται, καὶ ὄρχησιν ἵππους ἐπαίδευσαν πάλαι κεκήρυκται. *Ægyptii*, inquit, *Cynocephalos literas docebant, & saltare, & tibiis canere, & psallere, & mercedem Cynocephalus exigebat, & datum in crumenam injiciens, ferebat suspensam, ut callidi agyrtæ, præstigiatores. Equos autem a Sybaritis saltationem didicisse jam olim vulgatum est.* Monstri loco est, quod de Cervo narrat Ælianus lib. xi. cap. xxv. τῷ πτολεμαίῳ τῷ δευτέρῳ, ὃν καὶ φιλάδελφον καλοῦσι, βρέφος ἐλάφου δῶρον ἐδόθη, καὶ τῇ φωνῇ ἀνετράφη τῇ ἑλλάδι, καὶ καλούντων συνίει. *Ptolemæo*, inquit, *secundo, quem Philadelphum vocant, catulus Cervi dono datus, & lingua Græca nutritus est, & loquentes intellexit.* Fuere & piscium mansuetarii apud Ælianum lib. viii. cap. iv. ἦσαν δὲ ἄρα καὶ ἰχθύες πρᾶοί τε ἅμα, καὶ χειροήθεις, καὶ οἷοι καλούμενοι ὑπακούειν, καὶ διδόντων τροφὰς ὁμοίως δέχεσθαι. *Fuere*, inquit, *& pisces mansueti, ac cicures, qui vocati audirent, & cibum a dante acciperent.* Sed a piscibus ad feras Amphitheatri & Circi redeamus. Plutarchus in χερσαίοις, Romæ Elephas, quem magistri docebant status quosdam gladiatorios, & parabolos, motusque implicare inextricabiles, nocte deprehensus est ad Lunam sua sponte se excercens; προδιδασκόμενος στάσεις τινὰς κτᾶσθαι παραβόλους, καὶ κινήσεις δυσεξελίκτους ἀνακυκλεῖν, ὤφθη νυκτὸς αὐτὸς ἀφ' ἑαυτοῦ πρὸς τὴν σελήνην ἀναπαττόμενος, καὶ μελετῶν. quem voces Elephantem, qui stipes, quas populus dedisset, asservarit, & in sinum puellæ amatæ effuderit, si Plinio fides lib. viii cap. v. Afri eos cuspide in prælia regebant. Silius lib. ix.

—— moderantem cuspide Lucas
Maurum in bella boves.

Ferro cædebantur si quid peccarent. Hesychius, ἀγχοπὶς ᾧ τοὺς ἐλέφαντας τύπτουσι σιδήρῳ. ferrum id dictum est anchopes, & orpisideros, eodem auctore. Mirum maxime, & adversis quidem funibus subire, sed regredi, magis utique pronis. Elephantes Romæ juncti primum subiere currum Pompeii Magni Africo triumpho, quod prius India victa, triumphante Libero Patre memoratur. Mutianus ter Consul auctor est aliquem ex his & literarum ductus Græcarum didicisse, solitumque perscribere ejus linguæ verbis; ipse ego hæc scripsi, & spolia Celtica dicavi; testis Plinius lib. viii. Tigres quoque feritatem exuere, ac tractabiles esse discunt. Martialis lib. i. epigr. xviii.

Lambere securi dextram consueta magistri
Tigris, ab Hircano gloria rara jugo.

De Leone mirum quod scribit Statius *Sylvarum* lib. ii.

Quid tibi constrata mansuescere profuit ira,
Imperiumque pati, & domino parere minori?
Quid! quod abire domo, rursusque in claustra reverti
Suetus, & a capta jam sponte recedere præda?
Insertasque manus laxo dimittere morsu?

Primus hominum Leonem manu tractare ausus, & ostendere mansuefactum Hanno e clarissimis Pœnorum, auctore Plin lib. viii. cap. xvi. Sed illud supra fidem, quod exhibuit Carinus Ursos mimum agentes, ait Capitolinus in *Carino*: *Tauros vero ea patientia, ut pueri in eorum dorso ventilarent, saltarent, e cornibus penderent, nec illi onus excuterent, sed immoti starent.* Martialis lib. v. epigr. xxxii. indicat:

Aspice quam placidis insultet turba juvencis,
Et sua quam facilis pondera Taurus amet.
Cornibus hic pendet summis, vagus ille per armos
Currit, & in toto ventilat arma bove.
At feritas immota riget.

Quid illud? nonne quantivis est, quod Aquilæ puerum in aerem ferendum referendumque committebant? Martialis lib. i. epigr. vii.

Æthereas Aquila puerum portante per auras
Illæsum timidis unguibus hæsit onus.

Imo & Jovem ipsum, aut pro Jove puerum Aquilæ imponebant; idem lib. v. epigr. lvi.

Dic mihi quem portas volucrum regina? Tonantem.

Interdum in eadem cavea ovem, aut caprum cum Leone claudebant. lib. ix. epigr. lxxv.

Ipse licet videas, cavea stabulantur in una,
Et pariter socias carpit uterque dapes,
Nec fœtu nemorum gaudent, nec mitibus herbis,
Concordem satiat sed rudis agna feram.

Bestiæ enim intractabiles consuetudine & cibo facile mansuescunt. Ælianus lib. iv. cap. xliv. οἱ αἴλουροι, καὶ οἱ ἰχνεύμονες, καὶ οἱ κροκόδειλοι, καὶ τὸ τῶν ἱεράκων ἔτι φῦλον, ἁλίσκεται κολακείᾳ τῇ κατὰ γαστέρα, καὶ ἐντεῦθεν ἡμερωθέντα λοιπὸν πρᾳότατα μένει. *Feles*, inquit, *& Ichneumones, & Crocodili, & Vulturum natio capiuntur blanditiis escarum, & inde cicurata, sunt mansuetissima.* Mansuetarii feris ungues deaurabant. Statius lib. vi. *Thebaid.*

—— Et extremos auro mansueverat ungues.

In veteribus Gloss. mansuetarii ἡμεροποιοί. Silius lib. i.

Harpalo non pavidus fœtas mollire Leænas.

Manilius:

Quadrupedum genus impositis domitare magistris.

Indi magistri erant Elephantum, Afri Libycarum. Martialis lib. vi. epigr. lxxvi.

Quæque vehit similem bellua nigra Libym.

Lib. i.

Nigro bellua nil negat magistro.

Idem eodem lib. ep. x.

Læserat ingrato Leo perfidus ore magistrum.

Seneca epist. lxxxv. Custodem Græci λεοντοκόμον, ἱπποκόμον. Glossæ ἡμεροποιόν. Ælianus τίγριν πεπωλευμένον, *mansuetam*. Seneca *de Beneficiis* c. iii. lib. i. *Leonum ora a magistris impune tractantur.* lib. ii. *de Ira* cap. xxxi. *Aspice Elephantorum collo juga summissa, taurorum pariter ac fœminis persultantibus terga impune calcata, & repentes inter pocula, sinusque innoxio lapsu dracones, & intra*

domum Ursorum, *Leonumque ora placida tractantibus*, *adulantesque domino feras*. Quidam ad Martialem legit, *tractantes*, male; nec felicius reposuit, *intra damnum*, cum verum sit, *intra domum*. Statius *Sylvarum* v. lib. II.

Insertasque manus laxo dimittere morsu?

Plinius lib. VIII. cap. XVI. *mulceri alloquiis feras*. Manilius *exorare tigres*. Plinius lib. XXXIV. cap. XII. de Chalcantho: *Nuper inventum Ursorum in arena & Leonum ora aspergere illo, tantaque est vis in adstringendo, ut non queant mordere*. Seneca epist. XLI. *Leo ad patientiam recipiendi ornamenta cogitur, fatigatur*. Ille quid Amphitheatrum Martialis venationem meam exscripsit, & pro sua obtrusit, in verbis Hieronymi quæ ex libro II. *in Rufinum* laudaram, ubi scribitur, *cicures enniani*, reposuit, *cucurini*, quasi vero *cicuris* Latina non sit. Sed ad rem. Tigres ipsas cicurari posse ostendimus. Q. Tuberone, Fabio Max. Coss. primus Romæ Tigrim ostendit D. Augustus in dedicatione Theatri Marcelli. Post eum D. Claudius IV. mansuefactas in caveis aureis in Circo, quarum meminit Petronius his verbis:

—— Et aurata Tigris nectatur in aula,
Ut bibat humanum populo plaudente cruorem.

Tigris omnium quadrupedum velocissima est, ut docet Pomponius Sabinus *in Cirim Virgilii*, & ante eum Aristoteles, Plinius, Ælianus; quare tigris, id est, sagitta dicta est. Quod de mansuetariis mihi exciderat, hic appono. *βιωάτωρ* in martyrologio in passione S. Glyceriæ, *venator*, videtur poni pro ferarum magistro. *ὄπως δὲ ὄσης τ̃ ἁγίας γλυκερίας ἀνακομίσας ὁ βιωάτωρ ἐπαίρει τὸ πτερὸν, καὶ ἐξέρχεται λέαινα παμμεγέθης βρυχωμένη*. *Cum eo pacto esset Sancta Glyceria, venator attollit pennam quam attulerat, & exit leæna ingens rugiens*. Quæ sit illa penna, quærant alii. Puto e cavea emissam leænam. Forte per *πτερὸν*, intelligit formidinem e pinnis contextam quæ pro tegumento caveæ fuit. Hic mihi aqua hæret.

CAP. XXII.

De irritandis feris.

A MAGISTRIS fingebantur feræ, non ad mansuetudinem modo, verum & ad feritatem. Cyprianus *de Spectacul*. *Eruditur artifex bellua, quæ clementior fortasse fuisset, si non illam magister erudiens sævire docuisset*. Accendebatur earum impetus, & incitabatur strepitu flagelli, aut ignibus, aut stimulis admotis. Sozomen. lib. VII. cap. XXVII. *ἀέρα μαστίζειν ὑπὸ μάστιγι δυσήχῳ, οἵαις εἰς θυμὸν προκαλοῦνται τὰς θῆρας οἱ περὶ τὰ τοιαῦτα θέατρα πονοῦντες*. *Aerem*, inquit, *verberare flagello sonanti, qualibus feras magistri ad iram provocare solent*. De ignibus admonet Martialis lib. I. epigr. XIX.

Qui modo per totam flammis stimulatus arenam
Sustulerat raptas Taurus in astra pilas.

Dicebantur sollicitari a magistris, cum igne & flagello incitarentur ad pugnam. Martialis lib. I. epigr. XXII.

Sollicitant pavidi dum Rhinocerota magistri.

Interdum inurebantur ferro candenti, ut ad doloris sensum earum impetus excitaretur. Eusebius lib. VIII. *Histor. Eccles.* *θηρία ἄγρια ἐν ἀμφιθεάτρῳ πυρὶ καὶ σιδήρῳ κεκαυτηριασμένα*, &c. *Ferro*, inquit, *& igne inustæ sunt feræ agrestes, ut ferocius in Christianos sævirent*. Hoc voluit Cyprianus ep. CIII. *de Spectaculis*: *Ad pœnam hominis fera rabida nutritur in deliciis, ut sub spectantium oculis crudelius insaniat*. Usque adeo ut ne vino quidem & thuri parcerent, quo Elephanti ebrii & æstuantes cædem facerent, miserosque protererent. Lib. II. *Macbab.* *ἐλέφαντες οἴνῳ καὶ λιβάνῳ μεμεθυσμένοι*, ut Judæos obtererent. Ælianus lib. XIII. *ἐλέφαντι εἰς πόλεμον ἀθλοῦντι πόμα ἐστὶν οἶνος, οὐ μὴν ὁ ἐκ τῆς ἀμπέλων, ἐπεὶ τὸν μὲν ἐξ ὀρύζης χειρουργοῦσι, τὸν δὲ ἐκ καλάμου*. Id est, *Elephanti pugnaturo vinum propinatur, non e vitibus, sed ex oryza & calamo*. Leones quidem, & Ursi mappa irritabantur. Seneca lib. III. *de Ira* cap. XXX. *Albus color apros incendebat*. Plinius lib. VIII. *Candida maxime veste indutum sues lacerant*; ipsæ etiam feræ se ad iram incitabant aut rictu dentiumque attritu, aut flagello caudæ suæ latera verberantes. Hoc enim vult Lucanus lib. I. de Leone:

Mox ubi se sævæ stimulavit verbere caudæ,
Erexitque jubas.

Theocrit. in *Augea*:

—— μακρὴν δὲ παρ' ἰγνύεσσιν ἕλιξε
Κέρκον, πυρσαὶ δ' ἔφριξαν ἔθειραι.
Κυρτὴ δὲ ῥάχις γένετο, ἠΰτε τόξον.

Magnam, inquit, *ad ilia caudam convolvit, & jubæ ejus rutilæ horruerunt, spina incurva fuit quasi arcus*; subsidebant enim, & in angustum se contrahebant feræ ad majorem impetum. Aper dentes ad saxum acuit. *Iliad.* λ.

Θήγων λευκὸν ὀδόντα μετὰ γναμπτῇσι γένυσσι,
Ὑπαὶ δέ τε κόμπος ὀδόντων γίνεται.

Hesiodus in *Scuto*:

Κάπρος χαυλιόδων, θήγει δέ τε λευκὸν ὀδόντα
Δογμωθεὶς, ἀφρὸς δὲ περὶ στόμα λείβεται.
Ὄσσε δὲ πυρὶ λαμπετόωντι ἐΐσκω.
Ὀρθὰς δ' ἐν λοφιῇ φρίσσει τρίχας.

Ælianus lib. VI. *de nat. anim.* cap. I. *ὁ γοῦν σῦς μέλλων εἰς μάχην ἰέναι, πρὸς ταῖς λείαις πέτραις τοὺς ὀδόντας ὑποθήγει. οἱ δὲ ἐλέφαντες τῇ προβοσκίδι ἑαυτοὺς παίουσιν, εἰς τὸν ἀγῶνα ἐξάπτοντες*. *Aper*, inquit, *ad pugnam exiturus, dentes ad saxa exacuit. Elephantes autem proboscide se feriunt, ut ad pugnam incitentur*. Sidonius dentes Apri lunas albentes vocat:

—— albentes nigro sub gutture lunas
Frangere ludus erat.

Oculos autem, in quibus præcipua vis inest, sanguineos rotabant, pedibusque terram feriebant. Hesiodus in *Scuto*:

Γλαυκιόων δὲ ὄσσοις δεινὸν πλευράς τε καὶ ὤμους
Οὐρῇ μαστιόων ποσσὶ γλάφει.

Imo & præ iracundiæ ardore sibi pectus fremitu interdum diffringebant in cavea aut Circo, ait Lucretius lib. V.

—— Vis est violenta Leonum,
Pectora qui fremitu rumpunt plerumque gementes,
Nec capere irarum fluctus in pectore possunt.

Ad stimulandum furorem objici solitæ pilæ stramentitiæ, in quas furorem evomerent. Martialis lib. I. epigr. XIX.

Sustulerat raptas Taurus in astra pilas.

Item de Rhinocerote lib. I. epig. XXII.

Namque gravem gemino cornu sic extulit Ursum,
Jactat ut impositas Taurus in astra pilas.

Ibid, epigram. IX.

Quantus erat cornu cui pila Taurus erat.

Ælianus lib. XVI. cap. XXV. (*οἱ πέρσαι τοῖς ἵπποις*) *εἴδωλά τε νεκρῶν δὴ σεσαγμένα ἀχύροις ὑποβάλλουσιν αὐτοῖς, ἵνα προσεθισθῶσι νεκροὺς ἐν τῷ πολέμῳ πατεῖν*. Id est, *Persæ equis mortuorum effigies stramentitias objiciunt, ut discant mortuos in bello calcare*. Basilius serm. X. in *Exam.* *οὐκ ἀποπαίζει τῶν παρδάλεων, ὅταν ὑπερτείνει χάρτην εἰς ἄνθρωπον ἐσχηματισμένον; καὶ ἡ μὲν τὸν χάρτην ἐσπαράξεν, ὁ δὲ ἄνθρωπος κάτω κείμενος τῆς ἀνοίας τοῦ θηρίου κατεγέλα-*

σειν. Id eſt, *nonne Pardalim ludit is qui chartam offert hominis forma? ipſe autem infra poſitus ſibi ludum facit, & ſtultitiam feræ ridet.* Idem Serm. in *Lazicis*: αἱ παρδάλεις φυσικήν τινα ἔχουσι πρὸς τὸν ἄνθρωπον ὀργὴν, καὶ πεφύκασι μάλιστα τοῖς ὀφθαλμοῖς τῶν ἀνθρώπων ἐναλλεσθαι. ἐν ᾗ τῷ θεάτρῳ εἰκόνα ἐν χάρτῃ προδεικνύουσι ὡς ἄνθρωπον. ἡ δὲ ὡς ἄνθρωπον σπαράσσει τὸν χάρτην. *Pardales*, inquit, *innatum odium in homines habent, ſolentque ſuapte ſponte in oculos hominum involare: in theatro vero oſtendunt pardali chartaceam effigiem hominis; illa pro homine chartam lacerat.* Cicero *pro Cornel. Balbo*: *Proſpectat videlicet Cominius quid agatur; videlicet homines fœneos in medium ad tentandum periculum projectos.* Certe Ajax ſtramentitius apud Varronem fœneus homo eſt, pila ſtramentitia. Pilas Manias vocari ait Macrobius, quæ diis manibus ſacræ erant. Ad earum inſtar ſtramentitiæ effigies, quibus objectis Tauri irritentur. Veteres Gloſſæ pilas vocant πυνελαρίους, ταυροκαθάπτας. Imo & eſcas in caveas injici moris erat, in quas rabiem conſumerent, ait Arnobius libro VII. Feris, ne cavearum diſcutiant clauſtra, objectari moris eſt eſcas, in quas rabide ſæviant, & cupidinem vexationis inclinent. Quantumcumque tamen feritatis haberent beſtiæ, cum in arenam emiſſæ eſſent, aſpectu coronæ populi tumultuantis miteſcebant, ut Corippus lib. III. *Juſtini*.

Non ſecus Hyrcanæ quoties ſpectacula Tigres
Dat populis nova Roma ſuis, ductore magiſtro,
Non ſolita feritate fremunt, ſed margine toto
Intrantes plenum populorum millia circum
Suſpiciunt, magnoque metu miteſcere diſcunt.
Deponunt rabiem, gaudent fera vincla ſubire,
Per medios intrare locos, ipſumque ſuperbæ
Quod ſpectentur amant; caveam turbaſque faventes
Luſtrant, & pronæ ſolium regnantis adorant.

Irritabantur ſæpe verberibus feræ quæ illis magiſtri imponebant. Baſilius Seleucienſis lib. I. *de Sancta Thecla*: ἄξων εἰς κυνηγέσιον ὁ ἡγεμὼν κάθηται, καὶ ὁ ὄχλος θορυβεῖ. δὸς, ἀπαγάγω τὴν θηριομάχον. [illegible] παρὰ τῶν θηρ[illegible] διεγειρόντων ἐκ τῶν μαστίγων [illegible], καὶ ἤχους, καὶ παρὰ τῆς τοῦ δήμου ταραχῆς. *Sedet Præſes ducturus Theclam in venationis locum, & turbæ tumultantur. Da, abducam beſtiis damnatam. Multus eſt terror ab iis qui exſtimulabant feras, tum ex verberibus, & ſonitu, & tumultu populi.* Interdum igni & facibus incitabantur. Sanctus Chryſoſtomus homil. XXI. *ad Rom.* οὐκ ὁρᾷς τοὺς ταύρους [illegible] πῶς πᾶσιν εἰσὶν ἀφόρητοι; *Non vides tauros, qui flammas dorſo ferunt, quam ſint omnibus intolerabiles?* Irritabantur beſtiæ flagellis & igni. Statius lib. V. *Thebaid.*

Ut fera quæ placido rabiem deſueta maiſtro
Tardius arma movet, ſtimuliſque & verbere crebro
In mores negat ire ſuos.

Sozomenus *Ecclef. Hiſtor.* lib. I. cap. XXIII. μάστιξι δυσήχοις εἰς θυμὸν προκαλοῦνται τοὺς θῆρας οἱ περὶ τὰ τοιαῦτα θέατρα πονοῦντες. *Flagellis dirum ſonantibus ad iram provocant feras qui ſpectaculis & theatris hujuſmodi miniſtrant.* Euſebius *Ecclef. Hiſtor.* lib. VIII. cap. VII. παρδάλεων καὶ διαφόρων ἄρκτων, συῶν τ' ἀγρίων, καὶ πυρὶ καὶ σιδήρῳ κεκαυτηριασμένων βοῶν προσβολάς. *Impetus ac incurſus pardalum, urſorum, aprorum agreſtium igne & ferro inuſtorum, boumque.* De pilis Feſtus; Pilæ, & effigies viriles, & muliebres ex lana compitalibus ſuſpendebantur in compitis, quod hunc diem feſtum eſſe Deorum inferorum, quos vocant Lares, putarent, quibus tot pilæ, quot capita ſervorum, tot effigies, quot eſſent liberi, ponebantur, ut vivis parcerent, & eſſent his pilis, & ſimulacris contenti. Ad earum inſtar ſtramentitiæ effigies, quibus objectis tauri irritarentur, vocatæ ſunt pilæ, de quibus Aſconius *ad Cornelianam*; ſimulacra, effigieſque hominum ex fœno fieri ſolebant, quibus objectis ad ſpectaculum præbendum tauri irritarentur. Ramires de Prato ad epigramma XXII. *Amphith.* Martialis ſcribit, effigies fuiſſe laneas in arena per ordinem diſpoſitas, quæ numerarentur ſecundum locum, prima, ſecunda, tertia. Certe pilas quæ in compitis Diis inferis ponebantur, laneas fuiſſe docet Feſtus. Quæ in arena, fœneæ fuerunt, ut Cicero ait *pro Cornelio Balbo*. Ælianus εἴδωλα νεκρῶν σεσαγμένα ἀχύροις vocat. Baſilius ex charta fuiſſe ſcribit. Eas autem pilas in arena non certo ordine fuiſſe poſitas, ut prima, ſecunda, tertia numerarentur, oſtendit Aſconius, qui eas tauris objici ſolitas monet, non certo loco poſitas. Ita & Sanctus Baſilius ſerm. in *Lazicis* ait in Theatro pardalibus effigies chartaceas προδεικνύεσθαι, *oſtendi*; ſermone X. in *Examer.* ὑπερτείνεσθαι, *obtendi*, vel *ſupertendi*. Quod autem Martialis ait lib. II. epigr. XLIII. de ſua toga:

An mea quæ paſſa eſt furias, & cornua tauri,
Noluerit dici quam pila prima ſuam?

Domitius primam dici vult quæ in capitibus viarum penderet. Pilis autem hujuſmodi veſtes laceræ addebantur. Lib. X. epigr. LXXXVI.

Sed qui primus erat luſor dum floruit ætas;
Nunc poſtquam deſit ludere, prima pila eſt.

Forte pilæ plures tauris objiciebantur, prima, ſecunda, tertia. Pilam primam vocat hominum nihili. Tauros autem panno rubro irritatos docet Seneca lib. III. *de Ira* cap. XXX. Ovidius lib. XII. *Metamorph.*

Haud ſecus exarſit quam Circo taurus aperto,
Cum ſua terribili petit irritamina cornu
Phœniceas veſtes.

Rubras veſtes tauris in Circo objectas oſtendit.

CAP. XXIII.

Quæ res feris terriculo ſint?

FERÆ ut generoſæ, terrentur ſubinde rebus leviſſimis. Tædæ Leonem terrent, Horo teſte lib. XII. *Hieroglyph.* οὐδὲν γὰρ ἄλλο φοβεῖται ὁ λέων ὡς τὰς ἀνημμένας δᾷδας. Rotarum orbes circumacti, curruſque innanes, & Gallinaceorum criſtæ, cantuſque etiam magis terrent, ſed maxime ignes, ait Plinius lib. VIII. cap. VI. Homerus *Iliad.* ρ.

Καιομένα δὲ δεταὶ, τάς τε τρεῖ ἐσσυμενός περ.

Seneca lib. II. *de Ira*. Elephantes porci vox terret, Leones rotarum verſata facies. De Elephantis Ælianus lib. I. *de nat. animant.* cap. XXXVIII. ὀῤῥωδεῖ ἐλέφας κεράστην κριὸν, καὶ χοίρου βοήν. οὕτω τοίνυν φασὶ καὶ ῥωμαῖοι τοὺς σὺν πύῤῥῳ τῷ ἠπειρώτῃ ἐξέτρεψαντο ἐλέφαντας. *Elephas*, inquit, *arietem cornigerum timet, & porci grunnitum; hoc artificio Romani Elephantas Pyrrhi in fugam verterunt.* Idem auctor ibid. δαλὸς ἐκ πυρᾶς ἀνθρώπου καταστιγᾷ κύνας ἄγαν ἀγριωτάτους. *Tæda*, inquit, *e rogo hominis ſilentio canes ferociſſimos damnat.* Lib. VII. δεδοίκασι δὲ πῦρ οὐ μεῖον τῶν λεόντων οἱ ἐλέφαντες. *Non minus quam Leones ignem exhorreſcunt Elephantes.* Antigonus Megaram obſidens induxit Elephantes. Megarenſes porcos inungentes pice humida, & accendentes dimiſerunt; illi autem igne exuſti clamorem edentes in Elephantes inciderunt; illi autem œſtro agitati alius alio diffugere; ex eo tempore Antigonus im-

peravit Indis, ut porcos una cum Elephantis alerent. Polyænus lib. IV. *Ἀντίγονος μέγαρα πολιορκῶν τὰς ἐλέφαντας ἐπῆγεν. οἱ μεγαρεῖς σύας καταλείφοντες ὑγρᾷ πίσσῃ, καὶ ὑφάπτοντες ἠφίεσαν. αἱ δὲ ὑπὸ τοῦ πυρὸς καιόμεναι, κεκραγυῖαι πολλῷ δρόμῳ εἰς τὰς ἐλέφαντας ἐνέπιπτον. οἱ δὲ οἰστρῶντες ἄλλος ἄλλῃ διέφυγον. ἀντίγονος τὸ λοιπὸν προσέταξε τοῖς ἰνδοῖς τρέφειν ὗς μετὰ τῶν ἐλεφάντων.*

CAP. XXIV.

De Venatione direptionis.

VENATIO fuit aut direptionis, aut pugnæ: direptionis, cum in arena subito sylvæ nascerentur arboribus tumultuario opere consitis, feræque diripiendæ caveis apertis discurrerent in subitaria sylva. Viri docti existimant id genus venationis a Gordiano seniore primum usurpatum. Sed, quod eorum pace dixerim, paulo altius origo ejus arcessenda est: nam & Martialis subitarias illas sylvas, & datas in prædam populo feras commemorat l. I. epigr. XXI.

Quicquid in Orpheo Rhodope spectasse Theatro
Dicitur, exhibuit Cæsar arena tibi.
Repserunt scopuli, mirandaque sylva cucurrit,
Et supra vatem multa pependit avis.
Ipse sed ingrato jacuit laceratus ab Urso.

Non modo sylvæ natæ in arena, sed & ambulasse quasi ab Orpheo traherentur feris avibusque sequentibus dicuntur: qui tamen Orpheum agebat ab Urso laceratus. Sed eleganter Calpurnius:

Ah miseri quoties non discedentis arenæ
Vidimus in partes, ruptaque voragine terræ
Emersisse feras, & iisdem sæpe latebris
Aurea cum croceo creverunt arbuta libro!

Certe longe ante Imperatores Romanos ejusmodi venationis, & subitariæ sylvæ quoddam simulacrum fuisse discimus ex Athenæo l. V. in Antiochi pompa: *οὐκ ἄξιον δὲ ἦν παραλιπεῖν τὴν δὲ τὴν τετράκυκλον, μῆκος οὖσαν πηχῶν εἴκοσι δύο, πλάτος δεκατεσσάρων*, &c. Id est, *alium quidem rotarum quatuor currum silentio præterire haud æquum fuerit, longum cubitos viginti duos, latum quatuordecim, a quingentis viris tractum, in quo antrum fuit supra modum profundum, vitibus & hedera opacum, ex quo per totam viam sylvestres evolabant ac domesticæ columbæ, & turtures, pedibus fascia revinctis, ut a spectatoribus facile reperirentur. Scaturiebant & ex ipso rivi duo, alter vini, alter lactis. Circa ipsum Nymphæ multæ fuerunt omnes cum aureis coronis, vestituque sumptuoso: Mercurius autem cum aureo caduceo. Post hos processerunt venatores duo, cum jaculis inauratis, ducentes bis mille ac quadringentos canes, partim Indos, partim Hyrcanos Molossos & aliorum generum. Post hos viri centum quinquaginta arbores portabant, quibus fune alligatæ belluæ omnifariæ cum raris avibus multis fuerunt. Portabantur & in caveis psittaci perquammulti.* Alia plurima is auctor posteaquam enarravit, & armenta gregesque animalium commemoravit, subjungit; *Oves Æthiopiæ, centum triginta: Arabicæ, trecentæ: Euboicæ, viginti: Indici boves candidis artubus, viginti sex: Æthiopici, octo: ingens Ursus albus, unus: Pardi quatuordecim: Pantheræ sedecim: Lynces quatuor: Ursorum catuli tres: Camelopardalis una: Rhinoceros Æthiopicus, unus. Post hæc in curru quatuor rotarum Bacchus cernebatur, insectante Junone ad aram Rheæ confugiens, coronam habens auream, adstante Priapo cum aurea corona hederacea.* Sed & Apulejus Gordiano

A majori l. X. sylvæ illius arenariæ meminit, his verbis: *Erat mons ligneus adinstar inclyti montis illius quem vates Homerus Idæum cecinit, sublimi instructus fabrica, consitus viretis & vivis arboribus a summo cacumine, de manibus fabri fonte manante fluviales aquas eliquans.* Pro feris autem quæ diriperentur, moris fuisse per initia comperio, ut tesseræ ligneæ rotundæ ex edito loco dejicerentur, quibus signa quædam impressa essent, ad aves, feras, triticum, cibos accipiendos ab iis quibus ea administratio commissa est. Martialis l. VIII. ep. LXXVIII.

B
Omnis habet sua dona dies, nec linea dives
Cessat, & in populum multa rapina cadit.
Nunc implere sinus securos gaudet, & absens
Sortitur dominos, nec laceratur, avis.

Aves interdum effusæ in populum e superiori loco. Statius l. I.

Inter quæ subito cadunt volatu
Immensæ volucrum per astra nubes,
Quas Nilus sacer, horridusque Phasis,
Quas udo Numidæ legunt sub austro.

C Missilia dicta cum nummi spargerentur in populum. Tertullianus *de Pallio*, missilia pro grandine posuit, his verbis: *Aut imbres ruunt, aut si qua missilia cum imbribus.* Suetonius in *Nerone* cap. XI. *Sparsa & populo missilia omnium rerum per omnes dies singula quotidie millia. Avium cujusque generis multiplex penus, tesseræ frumentariæ, vestis, aurum, argenteum, gemmæ, margaritæ, tabulæ pictæ, mancipia, jumenta, atque etiam mansuetæ feræ: novissime naves, insulæ, agri. Caligula sparsit & missilia variarum rerum, & panaria cum obsonio viritim divisa.* Caligula apud Dionem gymnico certamine sparsit symbola seu tesseras, ex iisque E donavit quamplurima plebeiis, qui eas in turba rapere potuissent. *γυμνικὸν ποιήσας ἀγῶνα διέρριψε σύμβολα, καὶ ἐξ αὐτῶν πλεῖστα τοῖς ἁρπάσασιν αὐτὰ δέδωκε.* Titus Imperator tesseras ligneas rotundas parvas e superiori loco in Theatrum dejecit, quibus signa adscripta essent aut cibi, aut vestis, aut argentei vasis, quas qui rapuissent, ad eos deferrent quibus ea largitio commissa esset: *σφαιρία γὰρ ξύλινα μικρὰ ἄνωθεν ἐς τὸ θέατρον ἐρρίπτει σύμβολον ἔχοντα, τὸ μὲν ἐδωδίμου τινος, τὸ δ' ἐσθῆτος, τὸ δὲ ἀργυροῦ σκεύους, ἄλλο χρυσοῦ, ἵππων, ὑποζυγίων βοσκημάτων, ἀνδραπόδων, ἃ ἁρπάσαντας ἔδει πρὸς τοὺς δοτῆρας ἀπενεγκεῖν, καὶ λαβεῖν τὸ ἐπιγεγραμμένον.* D Domitianus spectatoribus quamplurima per tesseras rotundas largitus est. *τοῖς θεωμένοις συχνὰ διὰ τῶν σφαιρίων ἐδίδου.* Adrianus munera per sphærulas & in Theatro & in Circo, seorsim viris, seorsim fæminis sparsit. Nero in Theatro per tesseras omnia magnificentissima dedit. sphærulas enim exiguas inscriptas quid quisque haberet in populum sparsit, & dabatur, quod quisque in illis rapuisset. *πάντα μὲν γὰρ τὰ πολυτελέστατα ἃ ἄνθρωποι ἐσθίουσι, πάντα δὲ καὶ τ' ἄλλα τιμιώτατα, ἵππους, ἀνδράποδα, ζεύγη, χρυσίον, ἀργύριον, ἐσθῆτα ποικίλην ἐδίδου διὰ συμβόλων.* Id est, *etenim magnificen-* F *tissima quæque & lautissima quibus homines vescuntur, cæteraque omnia pretiosissima, equos, mancipia, vehicula, aurum, argentum, vestem diversi generis in signis & notis quibusdam dabat.* Jaciebant enim ad plebem parvos globos inscriptos, tanquam haberent singula ea quæ supra posita sunt. Suetonius in *Calig.* cap. XXVI. *Scenicis ludis inter plebem, & equitem causam discordiarum serens decimas maturius dabat, ut equestria ab infimo quoque occuparentur.* Putet aliquis pro *decimis* legendum *tesseras*: quid si decimæ ex eo dictæ sunt, quod divites Her-

A culi aut alicui Deo bonorum omnium decimas pollicentes, non visceratione modo, sed & largitionem populo facerent? Plautus in *Stycho*:

Decumam patrem Herculi pollucendam.

Plutarchus in *Sylla*, qui ἀποθύων τ̃ ὀσίας ἁπάσης τὴν δεκάτην ἡρακλεῖ τὸν δῆμον εἱςίασε. Vide *Romaic.* Plut. cap. XIX. σφαιρία γὰρ μικρὰ γεγραμμένα ὡς ἕκαςα αὐτῶν ἔχοντα εἰς τὸν ὅμιλον ἐρρίπτει, καὶ ἐδίδοτο ὅτι τὶς δὶ ἐκείνων ἥρπασεν. hæc omnia e Dione & Xiphilino. Certe tutius fuit ut feræ per tesseras darentur quam ut diriperentur. Martialis lib. VIII. epigramm. LXXVIII.

Nunc veniunt subitis lasciva numismata nimbis,
Nunc dat spectatas tessera larga feras.

B Agrippa quoque symbola quædam e fastigio sparsit in Theatrum apud Dionem: συμβολα τε τινα ἐς τὸ θέατρον κατὰ κορυφὴν ἔρριψε, τὰ μὲν ἀργύρεον, τὰ δὲ ἐσθῆτα, τὰ δὲ ἄλλο τι φέροντα. καὶ τὰ ἄλλα πάμπολλα ὤνια ἐς τὸ μέσον καταθεὶς διαρπάσαι σφίσιν ἐπέτρεψε. Non male vir doctus legendum putat, τὸ μὲν, τὸ δὲ, quanquam vulgata lectio ferri possit, ut sit τῷ μὲν, ἐν τούτῳ μὲν συμβόλῳ. Fuit & tessera ad frumentum Juvenalis satyr. I.

——— *ut quisque velina*
Publius emeruit scabiosum tesserula far.

Idem satyr. VII.

Summula ne pereat qua vilis tessera venit.

C Feras diripiendas sine tesserarum usu dedit. Gordianus senior, de quo Capitolinus: *Ædilitatis suæ tempore feras Libycas una die centum exhibuit, Ursos una die mille.* (Ursos distinguit a feris Libycis.) *Extat sylva ejus memorabilis, quæ picta est in domo rostrata Cn. Pompeii, quæ ipsius, & patris ejus, & proavi fuit, quam Philippi temporibus vester fiscus invasit, in qua pictura etiam nunc continentur cervi palmati ducentis mixtis Britannis, equi feri* XXX. *oves feræ centum, Alces* X. *Tauri Ægyptiaci* C. *struthiones Mauri miniati* CCC. (aves enim miniabantur
D in spectaculis) *onagri* XXX. *Apri* CL. *Ibices* CC. *damæ* CC. *Hæc autem omnia populo rapienda concessit die muneris quod sextum edebat.* Item probus apud Vopiscum: *Venationem in Circo amplissimam dedit, ita ut populus cuncta diriperet. Genus autem spectaculi fuit tale. Arbores valide per milites radicitus vulsæ, connexis longe lateque trabibus affixæ sunt, terra deinde superjecta, totusque Circus ad sylvæ consitu speciem, gratia novi viroris effronduit. Immissi deinde per omnes aditus struthiones mille, mille cervi, mille apri, mille damæ, ibices, oves feræ, & cætera herbatica animalia, quanta vel ali potuerunt, vel inveniri. Immissi deinde populares: rapuit quisque*
E *quod voluit. Edidit alia die in Amphitheatro una missione* C. *jubatos Leones: occisi sunt multi qui diripere volebant sagittis.* Inter missilia tesseras fuisse diximus, id est, taleolas ligneas, aut rotundas, quibus inscriptum esset quid quisque acciperet; quam vocem restituendam esse apud Suetonium in *Caligula* erudite monuit Casaubonus ad hæc verba cap. XXVI. *Scenicis ludis inter plebem, & equitem causas discordiarum ferens tesseras* (vulgo, *decimas*) *maturius dabat, ut equestria ab infimo quoque occuparentur.* De nummis quæ inter missilia spargerentur Martialis libro I. ep. XXVII.

Non confessorum vicina numismata tantum,
Æra sed a cuneis ulteriora petis.

F Suetonius in *Domitiano* cap. IV. *Septimomiali sacro quidem Senatui, equitique panariis, plebi sportellis cum obsonio distributis, initium vescendi primus fecit, dieque proximo omne genus rerum missilia sparsit, & quia pars major intra popularia deciderat, quinquagenas tesseras in singulos cuneos equestris ac Senatorii ordinis pronuntiavit.* Animalia autem in Circum producebantur vel ut specie ipsa populum oblectarent, vel ut pugnarent, vel ut diriperentur.

Capitolinus Gordianum scribit multa ferarum genera populo diripienda dedisse: *Extat*, inquit, *sylva ejus mirabilis.* Apud Vopiscum Probus, amplissimam venationem dedit. Justinianus Novella CV. eam sylvam *pancarpum* vocat, quæ & venatio direptionis dicitur. Inepte Marsilius inter pancarpum, & eam venationem discrimen ponit, ut doctissimus Casaubonus notavit *ad Capitolinum in Gordiano.* Idem Marsilius falso scribit venationem direptionis a Gordiano primum datam, cum apud Lamprid. Heliogabalus longe ante dederit. Verba sic habent: *Cum collatum misisset in populum, non nummos, vel argenteos, vel aureos, vel bellaria, vel minuta animalia, sed boves opimos, & camelos, & cervos populo diripiendos objecit.* Herodianus de Heliogab. εἰς ἁρπαγὰς ζῶα πάντα ὅσα ἥμερα, ὅσα ἀτίθασσα πλὴν χοίρων. Quæ Marsilius affert ex sancto Augustino *adversus Secundinum* cap. XXIII. ea mutuatus a Pithœo, qui pancarpum erudite interpretatur.

Scripseram ante aliquot annos subitarias sylvas in Circo ab Imperatoribus datas, cum arbores radicitus vulsæ a militibus, aut aliis operis in Circum delatæ essent, sive eæ trabibus affixæ terra superjecta in sylvæ speciem humi destituerentur, sive scrobibus manu factis mandarentur, sive alia qualibet ratione consererentur, quod docet Vopiscus in *Probo* his verbis: *Venationem in Circo amplissimam dedit, ita ut populus cuncta diriperet. Genus autem spectaculi fuit tale. Arbores validæ per milites radicitus vulsæ, connexis longe lateque trabibus affixæ sunt, terra deinde superjecta, totusque Circus ad sylvæ consitu speciem, gratia novi viroris effronduit. Immissi deinde per omnes aditus struthiones mille, mille cervi,* &c. Ramires quidam de Prato quasi tuberculum e fimo natum derepente exortus est, qui sylvam illam non veram, sed fictitiam, aut ligna affabre conficta esse putaret. Vopiscumque ac sequaces ejus falsi argueret. Quid facias hoc homine omnium qui nostro sæculo Martialem interpretati sunt imperitissimo, & maxime ἀναλφαβήτῳ, in quo dubium est, impudentia, an ignorantia sit major? Non vidit ille pancarpum describi, seu venationem direptionis a Vopisco, de qua nos pluribus egimus lib. II. *de Imperatore Rom.* cap. XI. Ejusmodi sylvam commemorat Capitolinus in *Gordianis*. Imo ex cryptis subito arbores emersisse, quod suaviludius iste a Prato negat, ostendit Calpurnius:

Ah miseri quoties non discedentis arenæ
Vidimus in partes, ruptaque voragine terræ
Emersisse feras, & iisdem sæpe latebris
Aurea cum croceo creverunt arbuta libro

CAP. XXV.

De ludicro incruento ferarum.

LUDICRUM venationis incruentum fuit, aut cruentum. Incruentum cum feræ colluderent, pueri in Taurorum cornibus aut tergo ventilarent, Ursi visco implicarentur. Cruentum cum feræ cum feris, aut bestiariis committerentur. Ovidius lib. V. *Fastor.* de ludis Floralibus quibus ludicra venatio data:

Cur tibi pro Libycis clauduntur rete Leænis
Imbelles capreæ, sollicitusque lepus?

Plinius l. X. *Grues mansuefactæ lasciviunt, gyrosque quosdam indecoro cursu vel singulæ peragunt.* Imp. sævi cruentis spectaculis mirifice capiebantur. Ammian Marcell. l. XV. *Erat autem diritatis ejus hoc quoque indicium, nec obscurum, nec latens, quod ludicris cruentis delectabatur, & in Circo sex vel septem aliquoties votitis certaminibus pugilum vicissim se conci-*

dentium, perfusorumque sanguine, specie ut lucratus ingentia lætabatur. Cæteri sæpe ludis incruentis, qualis est Leonum cum lepusculis colludentium, & fugientes in os excipientium, emittentium, colluctantium, adulantium. Martialis lib. I. ep. VII.

Nunc sua Cæsareos exorat præda Leones,
Tutus & ingenti ludit in ore lepus.

Epigram. XV.

Cum prensus blando toties a dente rediret,
Et per aperta vagus curreret ora lepus.

Epigram. LII.

Quid fugis hos dentes ambitiose lepus?

Videas leporem cum cane colludentem, hunc fugientem, illum insequentem, parcentem prædæ canem, & ore innocuo contrectantem. Ambrosius epist. XXXVIII. *Videmus innoxio canum dente lepores sine vulnere capi; Leones quoque ipsos, si vox hominis resultaverit, prædam dimittere, Pardos, atque Ursos incitari, & revocari vocibus.* Fatigabant sæpe Leonem lepusculi discursu, assultu, exitu, initu in os hians & apertum. Martialis lib. I. epigr. LXI.

Intres ampla licet torvi lepus ora Leonis,
Esse tamen vacuo se Leo dente putat.
Quid frustra nemorum dominum Regemque fatigas?

Epigram. XLIX.

Si vitare canum morsus lepus improbe quæris,
Ad quæ confugias ora Leonis habes.

Videas Ursos & Leones visco sicuti aves implicitos & hærentes, sic ut expedire se nequeant. Martialis *de Spect.* epigr. XI.

Præceps sanguinea dum se rotat Ursus arena,
Implicitam visco perdidit ille fugam.

Videas gallinas miniatas in ornatibus publicis. Varro *de Re Rustica* lib. III. cap. IX. Apulejus lib. XI. *Vidi & Ursam mansuem, quæ cultu matronali sella vehebatur: & simiam pileo textili:* sed hoc in pompa. Domitianus dedit Crocodilum. Martialis lib. V. epigr. LXVI.

Sepe licet Grajæ numeretur bellua Lernæ,
Improba Niliacis quid facit Hydra feris?

Hic grues pugnantes, aliubi damas imbelles cornua committentes, illic gallos ungue & rostro sævientes, istic simiæ modica corporis declinatione ictum evitantes. Xiphilinus in *Tito*: γέρανοί τε ἀλλήλοις ἐμαχέσαντο, καὶ ἐλέφαντες τέσσαρες. De damis Martialis lib. IV. epigr. XXXV.

Frontibus adversis molles concurrere damas
Vidimus, & fati sorte jacere pari.
Spectavere canes prædam, stupuitque superbus
Venator cultro nil superesse suo.

Fuit cruentum, illud, si uno impetu concursuque ceciderunt. Item lib. IV. epigr. LXXIII.

Aspicis imbelles tentent quam fortia damæ
Prœlia?

De gallis gallinaceis Ælianus lib. II. cap. II. *Var. Histor.* μετὰ τὴν τῶν περσῶν νίκην ἀθηναῖοι νόμον, ἀλεκτρύονας ἀγωνίζεσθαι δημοσίᾳ ἐν τῷ θεάτρῳ. Plinius lib. X. *Pergami omnibus annis spectaculum gallorum publice editur, ceu gladiatorum.* Herodianus in *Severo*: τὰ πρῶτα μὲν ὑπὸ παιδαριώδους φιλονεικίας διὰ ὀρτύγων μάχας καὶ ἀλεκτρυόνων συμβολὰς πάλας τε παιδῶν ἀλλήλοις ἐρίζοντες. Geta & Caracallus puerili contentione edendis coturnicum & gallinaceorum pugnis, & puerorum colluctationibus inter se dissidentes. De simia Martialis lib. XIV. ep. CCII.

Callidus emissas eludere simius hastas,
Si mihi cauda foret, cercopithecus eram.

In spectaculis mansuetiores sæpe animantes emittebantur ad populi voluptatem, ut grues apud Xiphilinum in *Tito*, galli gallinacei apud Ælianum

A lib. II. cap. II. *Variæ Hist.* apud Herodianum in *Severo* lepores, & damæ. Martialis lib. IV. epig. XXXV.

Frontibus adversis molles concurrere damas.

Lib. XIII. epigram. XCIV.

Imbelles damæ quid nisi præda sumus?

Lib. XIV. epigram. CCII.

Callidus emissas eludere simius hastas,
Si mihi cauda foret cercopithecus eram.

Pergami omnibus annis spectaculum gallorum publice editur, ceu gladiatorum. Factum id est Athenis, Persis a Themistocle victis, ut Plinius lib. X. cap. XXI. & Plutarchus in *Themistocle*. B Commissæ quoque sunt & ad certamen coturnices. Severi filii coturnicum & gallorum pugnas edebant, ut & Alexander Severus apud Spartianum & Lampridium. Monemerium quidam spectaculum fuisse putant, quo feræ cicures tantum & mansuetæ exhibebantur, quasi μόνα ἥμερα θηρία, *sola mansueta animalia* darentur. Lib. I. *Græcor. Epigram.* Leonis Philosophi epigrammata εἰς τὸ μονημέριον, pessime. Monemerium fuit spectaculum unius diei, Novella CV. Feræ item a mansuetariis docebantur in aqua natantes ludere, & pugnare. Calpurnius eclog. VII.

C *Nec nobis tantum sylvestria cernere monstra*
Contigit, æquoreos ego cum certantibus ursis
Spectavi vitulos, & equorum nomine dignum,
Sed deforme pecus, quod in illo nascitur amni
Qui sata riparum venientibus irrigat undis.

Dio in *Tito*: καὶ τὸ θέατρον ἐξαίφνης ὕδατος πληρώσας εἰσήγαγε καὶ ἵππους, καὶ ταύρους, καὶ ἄλλα τινὰ χειροήθη δεδιδαγμένα πάντα ὅσα ἐπὶ τῆς γῆς πράττειν καὶ ἐν τῷ ὑγρῷ. *Et Theatrum Titus repente aqua replens induxit equos, & tauros, & alia quædam mansueta animalia, qua docta erant omnia in aqua facere quæ in terra facere didicerant.* Erant mansuetarii qui columbam emissam redire ad se docerent. Manilius D lib. V.

Aut certis revocare notis, totamque per urbem
Qui gestant caveis volucres ad jussa paratas.

CAP. XXVI.

Cruenta ferarum inter sese congressio.

CRUENTA ferarum inter se congressio fuit, cum Leo cum Tigre, Uursus cum Rhinocerote, Elephas cum Tauro, vel Elephante compara````retur. De Tigride & Leone illud antea inaudi- E tum quod habet Statius lib. II. *Sylvar.*

Occidis altarum vastator docte ferarum,
Non grege Massylo, curvaque indagine clausus
Sed victus fugiente fera.

De eodem Martialis *de Spect.* epig. XVIII.

Lambere securi dextram consueta Magistri
Tigris, ab Hircano gloria rara jugo,
Sæva ferum rabido laceravit dente Leonem.

In India Monocerotes inter se committebantur. Ælianus lib. XVI. μονόκερων ὀνομάζεσθαι καρτάζωνον πρὸς τὸ ὁμόφυλον δύσεριν. τούτων πάνυ νεαροὺς κομίζεσθαι F τῷ τῶν πρασίων βασιλεῖ, ἐπὶ τὴν ἀλκὴν ἀλλήλοις ἀποδείκνυσθαι, κατὰ τὰς θέας πανηγυρικάς. Id est, *Monoceros dicitur cartazonus in sui generis feras pugnax: teneros ferunt ad Præsiorum Regem, & vires inter se experiuntur in spectaculis.* Videas canes Cervum agitantes in arena rejectis calcibus disjici, cornibus confodi, Cervum lacerari effugia quærentem. Ovidius lib. XI. *Metamorphos.*

—— *Structoque utrinque Theatro*
Ut matutina Cervus periturus arena
Præda canum.

Taurus cum Leone componitur. Idem Ælianus l. XII. ὁ δὲ ἀντίπαλος τῷ εὐτραφῶν μόσχος καὶ πρὸς τοῦτο γυμνασάμενος, ἵνα αὐτὸν καθέλῃ ὁ λέων. Id est, *vitulus bene curatus comparatur cum Leone, ut unguibus feræ laceretur.* item cum Elephante. Martialis ibid. epigr. XIX.

Qui modo per totam flammis stimulatus arenam
Sustulerat raptas Taurus in astra pilas;
Occubuit tandem cornuto ardore petitus,
Dum facilem tolli sic Elephanta putat.

Aquila cum Tauro comparatur, & victrix abscedit, apud Ælianum lib. II. cap. XXXIX. ὁ μὲν κεκυφὼς κάτω νέμεται ὁ ταῦρος. ὁ δὲ ἀετὸς ἐπὶ τῷ τένοντι τοῦ ζώου καθίσας ἑαυτὸν, παίει τῷ στόματι συνεχέσι τε καὶ καρτεραῖς ταῖς πληγαῖς. *Taurus*, inquit, *capite demisso pascitur. Aquila autem in collo ejus seipsam collocans, ferit ore, ictibus continuis & violentis.* Consule Plinium lib. VIII. cap. XL. de cane Indico, qui Ursos, Apros, Damas contempsit. Leonem fregit, postea Elephantum. De canibus Damas insequentibus Martialis:

Concita veloces fugeret cum dama Molossos,
Et varias Lyncas necteret ante moras.
Cæsaris ante pedes supplex, similisque precanti
Constitit, & prædam non tetigere canes.

Lyncas accipe canes, quibus lupos cervarios venantur, sicuti Lycæ quibus lupos. Leonis ingenium in conflictu enarrat Eustathius: ὁ λέων τοῖς κερασφόροις ζώοις ἐπιτιθέμενος, τὸν αὐχένα πρῶτον αὐτῶν ἄγνυσι. *Leo*, inquit, *involans in animantia cornibus armata, primum omnium cervices rumpit.* Viguit maxime ferarum pugna in Indis. Ælianus lib. XV. ἰνδῶν δὲ ὁ μέγας βασιλεὺς μιᾶς ἡμέρας ἀνὰ πᾶν ἔτος ἀγωνίαν προτίθησι ζώοις ἀλόγοις, ὧν ἐκπέφυκε κέρατα. κυρίττει δὲ ταῦτα ἄλληλα καὶ φύσει τινὶ θαυμαστῇ μέχρι νίκης ἁμιλλᾶται. εἰσὶ δὲ οἱ ἀγωνισταὶ, οἵδε οἱ ἄλογοι, ταῦροι τε ἄγριοι, καὶ κριοὶ ἥμεροι, καὶ οἱ καλούμενοι μέσοι, καὶ ὄνοι μονόκερω, καὶ ὕαιναι, εἶτα ἐπὶ πᾶσιν οἱ ἐλέφαντες ἀγωνισταὶ παρίασι. προχωροῦσι δὲ οὗτοι, καὶ μέχρι θανάτου τιτρώσκοντες ἀλλήλους τοῖς κέρασι. Id est, *Indiæ Rex magnus quotannis die dicta animalium ratione carentium certamen indicit, quæ cornua gerunt: ea autem invicem se appetunt, cornuque feriunt, & mirabili vi naturæ usque ad victoriam pugnant. Sunt autem qui pugnant, tauri feri, mansueti arietes, & qui dicuntur medii, & asini uno cornu præditi, & hyænæ, deinde supra alios Elephantes pugnatores prodeunt. Procedunt autem illi & usque ad mortem, ferientes inter se cornibus.* Et Memnoniæ aves ad rogum Memnonis inter se depugnant. Ovidius lib. XIII. *Metamorph.*

Tum duo diversa populi de parte feroces
Bella gerunt, rostrisque & aduncis unguibus iras
Exercent.

In parva *Iliade*:

—— λαοὺς βασιλῆος δὲ γοῶντας
Ἐς φύσιν οἰωνῶν ῥοδοδάκτυλος ἔτραπεν ἠώς,
Οὓς ἐκ τοῦ φάτις ἐστὶ λυγρὸν περὶ σῆμα μάχεσθαι.

Id est, *Aurora roseis digitis micans mutavit in aves populos lugentes Memnonis Regis, quos fama est ex eo tempore inter se depugnare circa tumulum.* Rhinoceros commissus cum Urso. Martialis *de Spect.* ep. XXII.

Namque gravem gemino cornu sic extulit Ursum,
Jactat ut impositas Taurus in astra pilas.

Item cum Elephante. Ælianus lib. XVII. cap. XLIV. ῥινόκερως ὑπεισιν τοῦ ἐλέφαντος τὰ σκέλη, καὶ τὴν γαστέρα ὑποτέμνει τε καὶ ὑποσχίζει τῷ κέρατι. ὁ δὲ οὐ μετὰ μακρὸν ἐκρυέντος οἱ τοῦ αἵματος καταλισθαίνει. Id est, *Rhinoceros subit Elephantis crura, & ventrem secat subtus ac scindit. Ille paulo post fluxu sanguinis collabitur.* Canis Indicus cum Elephante & Leone. Arrianus in *Alexandro*. Ælianus lib. VIII. cap. I. λέοντος δὲ ἀφεθέντος, ὁ δὲ (canis Indicus) ὡς εἶδεν ὡς μιν μᾶλλον ἔδυ χόλος καὶ ἀΐξας ἐπ' αὐτὸν, &c. Moris fuit feras proludere ante pugnam. Symmachus lib. II. *De canibus quos prolusionis die ita Roma mirata est, ut ferreis caveis putaret advectos.* Illius prolusionis exemplum attulimus e Pollieno in *Gallienis*. Addam pro coronide, feras interdum terrestres cum æquoreis in Theatrum repentinis aquarum emissariis inductas esse. Xiphilinus pag. 151. Nero ἐν τινι θεάτρῳ θέας ἐπιτελῶν πληρώσας ἐξαίφνης τὸ θέατρον ὕδατος θαλασσίου, ὥστε καὶ ἰχθύας καὶ κτήνη ἐν αὐτῷ νήχεσθαι, ναυμαχίαν τε ἐποίησεν περσῶν. Id est, *in quodam Theatro ludos edens, replevit subito Theatrum aqua maris, ita ut & pisces, & armenta simul natarent: dedit & naumachiam Persarum cum Atheniensibus.* Id existimem ita factum, ut Tauri, Leones, Tigres a magistris in aqua formarentur ad prælium navale, certe ad natationem. eo me ducit Dio in *Tito* p. 215. καὶ τὸ θέατρον ἐξαίφνης ὕδατος πληρώσας, εἰσήγαγε καὶ ἵππους, καὶ ταύρους, καὶ ἄλλα τινὰ χειροήθη, δεδιδαγμένα πάντα ὅσα ἐπὶ τῆς γῆς πράττειν, καὶ ἐν τῷ ὑγρῷ. Forte derepente emittebantur aquæ in arenam, quæ feras diluvio involverent. Xiphilinus pag. 146. in *Nerone*: καί ποτε θηρία ἀποκτείνας ὕδωρ τε εὐθὺς εἰς τὸ θέατρον ἐπωχέτευσε. Calpurnius eclog. VII.

Nec nobis tantum sylvestria cernere monstra
Contigit, æquoreos ego cum certantibus Ursis
Spectavi vitulos, & equorum nomine dignum,
Sed deforme pecus.

Martialis *de Spect.* epigr. XXVIII.

—— *vidit in undis*
Et Tethis ignotas, & Galatea feras.

Dio in *Augusto* ait, eum aquas in Circum Flaminium emisisse, ubi XXXVI. Crocodili confecti Postremum hoc esto ex Æliano lib. XII. σαγαραῖοι δὲ τῇ ἀθηνᾷ καμήλων ἀγῶνα ὅσα ἔτη σὺν αἰδοῖ τῇ τῆς θεοῦ ἐπιτελοῦσι. Id est, *Sagaræi quotannis Minervæ Camelorum certamen edunt Deam reverentes.* Lib. XVII. ὁ ῥινόκερως τὸ κέρας ταῖς πέτραις παρατρίβων, εἶτα ἐπιθήσει ἐλέφαντι ὁμόσε ἰών. *Rhinoceros*, inquit, *cornu acuit ad saxa, deinde adoritur Elephantem.*

CAP. XXVII.

De cruenta hominum cum feris pugna.

EORUM qui feras conficerent alii e superiori loco lancea, hasta, telo, sagitta conficiebant, alii venabulo cominus excipiebant, alii gratuitas operas dabant, alii locabant, alii ad cultrum dati aut venditi, alii pœnæ servi ad palum surrecti, vincti, & inermes. E superiori loco Tiridates, Commodus & alii viri principes. De Tiridate Dio: ἐτόξευσεν ὁ τιριδάτης ἄνωθεν ἐκ τῆς ἕδρας θηρία, καὶ δύο γε ταύρους μιᾷ ἅμα βολῇ (εἴγε τῷ πιστὸν) διέτρωσε καὶ ἀπέκτεινε. *Tiridates de superiore loco in quo sedebat belluas sagitta jaculatus est, duosque Tauros uno ictu (si cui credibile est) vulneravit ac confecit.* De Commodo Xiphilinus: διείληπτο γὰρ τὸ θέατρον συμπλεκτοῖς τοισὶ διαμέτροις, τὴν τε στέγην περίδρομον ἐχούσι, καὶ διχῇ τεμνούσιν ἄλληλα, ἵνα ἐξ ὀλίγου πανταχόθεν τετραχῇ τὰ θηρία μεμερισμένα ῥᾷον ἀκοντίζηται: καὶ ἐν μὲν τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ ἄρκτους τε ἑκατὸν αὐτὸς μόνον ἄνωθεν ἀπὸ τῆς περιβολῆς τῆς κρηπῖδος ἀκοντίζων ἀπέκτεινε. *Erat enim divisum Theatrum omne connexis quibusdam diametris tectum habentibus, circum quod inambulari poterat, ac sese bifariam secantibus, quo facilius undique ex angusto loco belluæ divisæ in partes*

quatuor

quatuor jaculis trajicerentur: ac primo quidem die centum Ursos de superiori loco jaculis confecit, ex ambitu fastigii seu crepidinis. Herodianus in *Commodo*: ἐλάφυς μεν ἦν ϗ δορκάδας, ὅσα τε κερασφόρα πλὴν ταύρων συνϑέων αὐτοῖς ϗ καταδιώκων ἔβαλλε φϑάνων τε αὐτῶν τὸν δρόμον πληγαῖς καιρίοις ἀναιρῶν. λέοντας δὲ καὶ παρδάλεις, ὅσα τε ζῶα γενναῖα πσειϑέων ἄνωϑεν κατηκόντιζεν. *Cervos & Hinnulos, cæteraque armata cornibus, Tauris exceptis, concurrens & insequens feriebat Leones e loco superiori.* Sed & superiori loco jaculatores a Boccho Rege missos Leones confecisse crediderim, de quibus Seneca l. *de brevitate vitæ* cap. XIII. *Sylla in Circo Leones solutos dedit, cum alioqui alligati darentur, ad conficiendos eos missis a Rege Boccho jaculatoribus.* Dio scribit, Adrianum sæpe centum Leones, & totidem Leænas confecisse. Mira Commodi jaculandi peritia, qui Pardalim imminentem bestiario ante confecerit quam appeteret. Xiphilinus: παρδάλεως δέ ποτε ὀξυτάτῳ δρόμῳ τὸν ἐκκαλύμενον καταλαβύσης, φϑάσας τῷ ἀκοντίῳ μέλλυσαν δήξαϑαι τὴν μεν ἀπέκτεινε, τὸν δὲ ἐρρύσατο. Itidem sentio de venatoribus Æthiopibus, quos M. Pisone & M. Messala Coss. Domitius Ænobarbus Ædilis curulis dedit, de quibus Plinius lib. VIII. cap. XXXVI. *Annalibus notatum est M. Pisone & M. Messala Coss. ad XIV. Kal. Octob. Domitium Ænobarbum Ædilem curulem Ursos Numidicos centum, & totidem venatores Æthiopas in Circo dedisse.* Sed & e superiori loco equites Prætorianos Africanas confecisse auguror, de quibus Suetonius in *Claudio* cap. XXI. *Africanas conficiente turma equitum Prætorianorum, ducibus Tribunis, ipsoque Præfecto.* Quod frequenter ab iis factitatum est: nam & sub Nerone Prætoriani equites CCCC. Ursos confecerunt. Xiphilinus: οἱ ἱππεῖς οἱ σωματοφύλακες τῦ νέρωνος τετρακοσίυς ἄρκτυς κατηκόντισαν: nisi si quis putet ex equo jaculatos. Nam & Julius Alexander sub Commodo ex equo Leonem confecit. Xiphilinus: ἰύλιος ἀλέξανδρος λέοντα ἀπὸ τῦ ἵππυ κατακοντίσας. Et qui sagittis interficerentur non e plano, sed e superiori loco petitos arbitror. Capitolinus in *M. Antonino*: *In munere publico tam magnanimus fuit ut centum Leones una missione simul exhiberet sagittis interfectos.* Tiberius *castrensibus ludis non interfuit solum, sed etiam missum in arena Aprum jaculis desuper petiit.* Suetonius in eod. cap. LXXII. Interim ne feræ ex arena in podium & cuneos erumperent, podium retibus arcendis feris protegebatur, auctore Plinio lib. XXXVIII. vel clathris ferreis, aut euripis cingebatur, lib. VIII. cap. VI. retia nodabantur auro, vel succino, apud Plinium & Calpurnium, qui truncis ligneis versatilibus ebur adjungi, & in podio sterni ostendunt, ut machinæ illius conversione lubrica feræ lapsarent. Lipsius feliciter hunc locum ita restituit Bucol. VIII.

Sternitur adjunctis ebur admirabile truncis,
Et coit in rotulam teretem, quo lubricus axis
Impositos subita vertigine falleret ungues.

Qui a feris lacerati essent, ab iisdem ut plurimum vorabantur. Salvianus lib. VI. *Miserum est humanis carnibus alvos ferarum expleri, & cum circumstantium lætitia comedi homines.* Cyrillus catech. I. μήτε τὺς ἐν κυνηγίοις ἑαυτὺς ϑηρίοις ἐκδιδόντας, ἵνα τὴν ἀϑλίαν κολακεύσωσι γαστέρα, οἳ ἵνα κολίαν τροφαῖς ϑεραπεύσωσι, αὐτοὶ γαστρὸς ἀτιϑάσων ἀληϑῶς τροφὴ γίνονται ϑηρίων. *Neque eos qui in venationibus Circi seipsos feris tradunt, ut misero adulentur ventri, & dum abdomini alimentum administrant, ipsi sunt ventri ferarum immanium cibus.* Non modo autem viri tenues qui ventri servirent, verum & viri nobiles in arena fœdati sunt. Suetonius in *Nerone* cap. XII. *Exhibuit ad ferrum quadringentos Senatores, sexcentos equites Romanos,* &c. *confectoresque ferarum, & varia arenæ ministeria.* Apud eundem cap. IV. Domitianus venationes, gladiatoresque & noctibus ad lychnuchos exhibuit. Basilius Seleuciensis lib. I. *de Sancta Thecla* scribit, in Circo fuisse piscinam, in qua phocæ hominibus devorandis pag. 92. ὁρᾷ κολυμβήϑραν, καὶ ὕδωρ, ϗ φώκας ἐννηχομένας, ϑηρία μεν ὄντα ϗ αὐτὰ ϑαλάττια, καὶ ἀνδροφόνα, &c. Id est, *videt piscinam, & aquam, & innatantes phocas, belluas marinas hominum voratrices, quas odore aromatum & unguentorum quæ carbonibus imposuerant, fœminæ quædam mitigarunt.* πλῆϑος ἀρωμάτων ϗ μύρων ἐπεισάγυσαι, ϗ διὰ πυρὸς ἐξατμίσασαι τῇ ποικίλῳ τῆς ὀδμῆς κατεκήλησαν τε τὰ ϑηρία, ϗ ὕπνῳ βαϑεῖ κατεκοίμισαν. *Magnam copiam aromatum unguentorumque comportantes, ex illisque per ignem vaporem elicientes, odoris varietate belluas demulsere, & somno arctiore consopiere.* Julius Cæsar nondum Princeps primus in Ædilitate, munere patris funebri, omni apparatu arenæ argenteo usus est, ferasque argenteis hastis lacessere tum primum visum, auctore Plinio libro XXXIII. cap. III. Commodus virium ad conficiendas feras tantarum fuit, ut Elephantum conto transfigeret, ait Lampridius. In arena autem cum feris pugnatum venabulis, excipiis, cultris venatoriis, pilis, contis, hastis, lanceis, copidibus, sybinis, sagittis. Vox *lanceæ* a Gallis excepta est, ut vult Diodorus Siculus, ab Hispanis, ut sentit Varro. Pollux lib. V. cap. III. τὰ δὲ πρὸς κυνηγέσια ἐργαλεῖα ξίφη δρέπανα ἀκόντια, τόξα, προβόλια, &c. ξίφη μεν ὁπότε συμπέσοι ϑηρίῳ, ὡς ἔχειν ἀμύνεσϑαι. τόξοις δὲ, ϗ ἀκοντίοις χρῶνται ἐπὶ τὺς ἐλάφυς, ϗ ἃ πόῤῥωϑεν ἐστι λαβεῖν, προβολ'οις δὲ ἐπὶ τὺς σῦς, ϗ τὰ ἄλλα τὰ ἀγχέμαχα ϑηρία. *Instrumenta ad venationes, enses, falces, jacula, arcus, sagittæ, venabula, enses, ut pugnet & defendat se, si concurrerit cum fera. Jaculis & sagittis utuntur in cervos, damas, hinnulos, quæ a longe feriuntur, venabulis in apros, & alias feras quæ cominus pugnant.*

CAP. XXVIII.

De iis qui venabulo exciperent.

QUI cominus pugnarent, excipere Apros, contra Leonem stare dicuntur a Spartiano in *Caracallo*. Græci vocant ἐξ ἀντιστάσεως μάχεσϑαι, *in loco plano cum belluis pugnare*, συστάδην μάχεσϑαι. Herodianus in *Commodo*: ϗ ϑηρίων ἐξ ἀντιστάσεως μάχας ἐπαιδεύετο. τῷ δὲ κομμόδῳ περίδρομος κύκλῳ κατεσκεύαστο, ὡς μὴ συστάδην τοῖς ϑηρίοις μαχόμενος κινδυνεύοι. ἄνωϑεν δὲ ἐξ ἀσφαλῦς ἀκοντίζων. *Discebat Commodus in loco plano contra Leonem stare: ei ambitus in orbem exstructus erat, ne cominus cum bestiis pugnans periclitaretur: e superiore autem loco jaculabatur in tuto.* Utrumque pugnæ genus attigit Xiphilinus in *Commodo*: ἐν δὲ ταῖς ἄλλαις ἡμέραις τότε μεν βοτὰ κάτω ἐς τὸ τῦ κύκλυ ἔδαφος καταβαίνων, ἄνωϑεν ὅσα ἐπλησίαζε. τὰ δὲ προσαγόμενα, ἢ ϗ ἐν δικτύοις αὐτῷ προσφερόμενα κατέκοπτε, ϗ τίγριν ἔσφαξεν, ἵππον τε ποτάμιον ϗ ἐλέφαντα. *Aliis autem diebus nunc quidem herbatica animalia descendens in circuli planum conficiebat, nunc e loco superiori quæcumque propius accessisset, jaculo feriebat: quæ vero adducta, aut allata esset retibus inclusa, concidebat, adeo ut Tigrin aliquando, & equum fluviatilem, & Elephantem occiderit.* Sed id genus lanienæ pugna de plano non fuit. Destinaverat Nero *imitari & Herculis facta. Præparatumque Leonem ajunt, quem vel clava, vel brachiorum nexibus in Amphitheatri arena spectante populo nudus elideret*, ait Suet. in *Nerone* c. LIII. Ursi sæpe colapho

in arena exanimabantur. Plinius lib. VIII. *Invalidissimum Urso caput, quod Leoni fortissimum, ac sæpe in arena colaphis inflictis exanimantur*. Passerem marinum confecit aliquando, & abscissum caput manu gerens eo, ubi sedebamus, venit, στρυθὸν γὰρ πεντηκτείνας, καὶ τὴν κεφαλὴν αὐτῆς ἀποτεμὼν προσῆλθεν ἔνθα ἐκαθήμεθα. Animantia generosiora dente, vel ungue metuenda vocat Pollux lib. v. cap. III. ἀγχέμαχα θηρία Dio lib. LI. Xiphilinus in *Tito* θηρία, nos proprie feras, quales sunt Leo, Sus, Tigris, Panthera, Pardalis, quas cominus venabulo figi moris fuit. Philostratus in insulis, *venatorum alii* ἀγχέμαχοι κορύνας φέρουσι, ἄλλοι ἐλαφοβόλοι λόγχας, *cominus pugnantes clavos ferunt, alii cervos jaculantes lanceas*. fugaces enim feræ lancea, jaculo, telo eminus figuntur, vel hasta. βοτὰ vocat Herodianus herbatica animalia; Vopiscus in *Probo*: quales sunt Cervi, damæ, simiæ, lepores. Xiphilinus in *Tito*: ἄλλα τε εἰς ἐννεακισχίλια καὶ βοτὰ καὶ θηρία ἀπεσφάγη. *Aliæ feræ herbaticæ & crudæ ad novem millia confectæ sunt*. Dio lib. LI. θηρία καὶ βοτά. Dio lib. LVIII. λιβυκὰ θηρία. Capitolinus in *Gordianis*, Libycas feras. Plinius l. VI. cap. ult. Africanas: puta Tigres, Pardos, Leones, de quibus supra. Xiphilinus in *Caracallo*, ἵππους καὶ βοτά. Sed & sagittis eminus, vel hastis Leones ac feræ generosiores interemptæ, non modo contis, aut contificiis, ut loquitur Vopiscus in *Probo* (neque enim audiendus est B. Ignatius, qui *contis ficiis* legit, a ficu arbore) aut contis ac sybinis, quod Illyricum telum est. Martialis de sue *de Spect.* ep. XII.

Fixisset gravidam cum levis hasta suem.

Lib. v. epigr. LXV.

Quot tua Mænalios collocat hasta sues?

Utrumque genus expressit epigr. XI. *de Spect.*

Splendida jam tecto cessent venabula ferro;
Nec volet excussa lancea torta manu.

Lib. XIV. epigr. CCII.

Callidus emissas eludere simius hastas.

Feræ quæ cominus figuntur, ruere in ferrum dicuntur. Ovidius;

Ortus Aper setis iram denuntiat hirtis,
Et ruit oppositi nitens in vulnera ferri.

Conti pro venabulo fuere, quanquam venabula mucrone ferrato, conti sine ferro, cuspide acuta. Plinius l. VIII. sagittarum venabula vocavit: *Intentos*, inquit, *ingentes arcus defigunt humi longius. hos præcipui viribus juvenes continent, alii connixi pari conatu tendunt, ac prætereuntibus sagittarum venabula infigunt Elephantis*: sed ea venatio sylvatica. De contificiis verba Vopisci sic habent in *Probo*: *Edidit alia die in Amphitheatro una missione centum jubatos Leones, qui rugitibus suis tonitrua excitabant: qui omnes contificiis interempti sunt, non magnum præbentes spectaculum cum occidebantur; neque enim erat bestiarum impetus*. Isidorus lib. XVIII. cap. VII. *Contus ferrum non habet, sed tantum cuspide est acuta*. Virgilius,

Ferratasque trudes, & acuta cuspide contos.

Alii *sudes* legunt. Excipia dicuntur, quia venientem feram excipiunt;

Excipient Ursos, expectabuntque Leones.

Nonius: *Venabulum ferrum latissimum a cæteris aciei longissimæ. Conti hastæ longiores & robustæ*. Virgil. *Æneid.* IX.

—— *longis detrudere contis.*

Varro ὄνος λύρας. Nempe sues sylvaticas in montibus sectaris venabulo, an cervos? tragula tamen & sparo, vel hasta cervos sequebantur. Varro Meleag.

Aut ille cervum qui volabile currens,
Sparo sequutus, tragulaque trajicit.

A Sallustius *in Catilinam* sparos lanceas præacutas sudes esse, militaria tela negat. Probolium esse putem venabulum aut contum. Hesychius, προβόλιον εἶδος δόρατος ᾧ χρῶνται οἱ κυνηγέται πρὸς τὴν συῶν θήραν: nisi forte quis *parabolium* legat, quod eo paraboli uterentur: placet tamen *probolium*, ut excipiant: hac enim voce utitur Philostratus in συοθήρᾳ: φοροῦσι δὲ αὐτοῖς θηραταῖς ὀρεῖς, καὶ ὀρεωκόμοι ποδοστράβας, καὶ ἄρκυς, καὶ προβόλια, καὶ λόγχας, ἐφ' ὧν οἱ κνώδοντες, καὶ κυναγωγοὶ συστρατεύουσι, καὶ σκοπωροὶ, καὶ τὰ ἔθνη τῶν κυνῶν. Id est, *ferunt cum venatoribus muli, & muliones compedes & retia, & venabula, & hastas dentatas, & canum*
B *ductores simul exeunt, & qui lustrant montes, & canum variæ nationes*. Oppianus lib. I. pene omnia venatorum arma expressit his verbis:

Αἰχμὴν τε τριγλώχινα, σιγύνην εὐρυκάρηνον,
Ἁρπάλαγον, κάμακάς τε, καὶ εὔπτερον ὠκὺν ὀϊστὸν
Φάσγανα, βουπλῆγάς τε λαγωοφόνον τε τρίαιναν,
Ἀγκυλίδας σκολιὰς, μολιβοσφιγγέας τε κορώνας

Item,

—— Δεξιτερῇ μὲν ἐπικραδάοιεν ἄκοντας
Ἀμφιδύμους ταναοὺς, δρεπάνην δ' ἐπὶ μεσσόθι ζώνης.

Spiculaque & laqueos, varros, hastileque triplex,
C *Contosque, harpalagum, pharetramque, levesque sagittas,*
Ensesque & lepori invisum mucrone tridentem,
Et curvos caput uncinos, plumboque revinctas
Cornices. ——
Bina coruscanti crispans hastilia dextra,
Demissumque gerens zona cingente mucronem.

Sic Virgilius,

Bina manu lato crispans hastilia ferro.

Gratius *de Venat.*

Ima Toletano præcingant ilia cultro,
Terribilemque manu vibrata falarica dextra
Det sonitum. ——

Xenophon lib. I. *Cyropæd.* de Persarum venatori-
D bus: ἔχειν δὲ δεῖ τοὺς ἐξιόντας τόξα παρὰ τὴν φαρέτραν, ἐν κολεῷ κοπίδα ἢ σάγαριν, ἔτι δὲ γέρῥον καὶ πέλτα δύο. *Habere oportet eos qui exeunt arcum & pharetram, in vagina ensem, aut hoc amplius crates & parmas duas*. Orpheus,

Τόξον ἔχων παλάμαις, ἰδὲ τριγλώχινα ὀϊστοὺς,
Ὄφρα καὶ θηρήσαιτο.

Culter, cujus meminit Gratius, fuit brevior instar sicæ ad confodiendum Aprum, si venabulum fefellisset. Martialis lib. XIV. epigr. XXXI.

Si dejecta gemes longo venabula rostro,
Hic brevis in grandem cominus ibit Aprum.

E Lib. VII. epigr. XXVII.

Tuscæ glandis Aper populator & ilice multa,
Quem meus intravit splendenti cuspide culter.

Suetonius in *Augusto*; Lixa quidam cultro venatorio cinctus. Martialis lib. IV. epigr. XXXV.

Spectavere canes prædam, stupuitque superbus
Venator cultro nil superesse suo.

Cultros vocant copides. Apulejus lib. XI. *Hic incinctus baltheo militem gerebat, illum succinctum chlamyde copides & venabula venatorem fecerant*. Seneca ep. LXXXVIII. *Dubitat utrum se ad gladium, an ad cultrum locet*. Q. Curtius lib. VIII. *Copides*
F *vocant gladios leviter curvatos falcibus similes, queis appetebant belluarum manus*. De venabulo Ælianus lib. VIII. cap. X. οἱ μὲν ἄνθρωποι δόρατα ἰσχυρὰ, καὶ λόγχας ἀφιᾶσι στοχαζόμενοι αὐτῶν (Elephantum.) οἱ δὲ ἐλέφαντες τὸν παραπεσόντα ἁρπάζουσι καὶ τῇ γῇ προσαράξαντες. Id est, *viri hastas fortes, & jacula mittunt, petuntque Elephantos, qui hominem prolapsum arripiunt proboscide, & ad terram graviter allidunt*. Et de venabulo accipiendum quod ait Juvenalis satyr. IV.

—— cominus Ursos
Figebat Numidas.

Imo transverberabantur plerumque feræ, si firma esset venatoris manus, tam acuta ferri acies fuit. Cicero lib. VII. *Epist. ad fam.* epist. I. *Reliquæ sunt venationes hinc per dies quinque magnificæ, nemo negat. Sed quæ potest esse homini delectatio, cum aut homo imbecillus a valentissima bestia laniatur, aut præclara bestia venabulo transverberatur?* Firmam enim oportuit esse manum, ut irruentem exciperet, sustineretque feram. Martialis lib. XIV. epigr. XXX. de venabulo:

Excipient Apros, expectabuntque Leones,
Intrabunt Ursos, si modo firma manus.

Commodus etiam totum Elephantum venabulo transverberavit apud Lampridium, & cæteri venatores, si non trajicerent, certe ferrum intra Apri viscera abscondebant, tantus feræ impetus fuit. Martialis epigr. XV. lib. *de Spect.*

Ille & præcipiti venabula condidit Apro.

Ipsi quoque Leones aciem ferri expavescunt, sed oculos demittere moris habent, ne terreantur. Plinius lib. VIII. cap. XVI. *Leo spernens tela diu se solo terrore tuetur: eum qui tela quidem miserit, sed tamen non vulneravit, correptum, stratumque sternit, nec lacerat: oculorum aciem defigit, ne venabula expavescat.* Ad Leones & Elephantos usi videntur grandioribus latioribusque venabulis quam ad Apros aut Tigres. Martialis lib. VIII. epigr. LV.

Auditur quantum Massyla per avia murmur,
Grandia quam decuit latum venabula pectus.

Monstri loco est apud Martialem *de Spect.* epigr. XXIII. Carpophorus, de quo ille quasi de alio Milone:

Dorica quam certo venabula dirigit ictu,
Fortis adhuc teneri dextera Carpophori!
Ille tulit geminos facili cervice juvencos;
Illi cessit atrox bubalus, atque bisons.
Hunc Leo cum fugeret præceps in tela cucurrit.

Sic Claudianus in *Panegyrico Mallii:*

Obvia fulminei properent ad vulnera Pardi.

Dubitari potest in hoc carmine Martialis ibid. epig. XXVI.

Herculeæ laudis numeretur gloria, plus est
Bis denas pariter perdomuisse feras.

an unus Carpophorus omnes simul emissas exceperit ac confecerit, quod verius esse crediderim, an eodem die XII. feras dejecerit. Nec minor est dubitatio in verbis Claudiani *Panegyr. Mallii:*

Audaces legat ipsa viros, qui colla ferarum
Arte legant, certoque premant venabula nisu.

Ita Marsilius legit. Vulgata lectio, *arte ligent*, verior videtur. In ludo autem populus moram non ferebat, sed aut statim feram figi, aut bestiarium lacerari volebat. Unde illud Martialis ibid. epigr. XXIII.

I nunc, & lentas corripe turba moras.

Tacitus de Marico *Histor.* lib. II. *Captus eo prælio Maricus, ac mox feris objectus, quia non laniabatur, stolidum vulgus inviolabilem credebat, donec spectante Vitellio interfectus est.* Si res longius differretur, exclamabat indignabunda plebs. Hieronymus in *Catalogo*: *Cum feræ parcerent Polycarpo, universo populo adversus eum personante igni traditus.* Donatus *in Prologum Hecyræ:* Certe populus in homines nullo sensu misericordiæ sæpe fuit, in feras misericors. Statius lib. II. *Syl.* de Leone mansueto:

—— quod te populusque Patresque,
Seu notus caderes tristi gladiator arena,
Ingemuere.

De Elephantis Plinius lib. VIII. cap. VII. *Annibal unum qui supererat objecit Elephanto, & illum di-* A *mitti pactus si interemisset: solus ergo in arena congressus magno Pœnorum dolore confecit.* Romæ pugnam Elephantum primum omnium dedisse Pompejum ait Asconius *in Pisonem*. Hæc Cicero scribit lib. VII. epist. I. *Elephantorum extremus dies fuit, in quo admiratio magna vulgi atque turbæ, delectatio nulla extitit, quin etiam misericordia quædam consecuta est, atque opinio, ejusmodi esse quandam illi belluæ cum genere humano societatem.* Dio in *Pompejo*: καὶ ἐλέφαντες ὀκτωκαίδεκα πρὸς ὁπλίτας ἐμαχέσαντο, καὶ αὐτῶν οἱ μὲν παραχρῆμα ἀπέθανον, οἱ δὲ πολλῷ ὕστερον. ἠλεήθησαν γάρ τινες ὑπὸ τοῦ δήμου παρὰ τὴν τοῦ Πομπηΐου γνώμην, ἐπειδὰν τραυματισθέν- B τες τῆς μάχης ἐπαύσαντο, καὶ περιιόντες τὰς προβοσκίδας εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνέτειναν καὶ θρηνώδη βοὴν ἀφῆκαν, *Præterea Elephanti duodeviginti cum hominibus armatis certarunt, quorum pars statim, pars non multo post interiit: nam eorum populus misertus est contra Pompeii voluntatem*, &c. Consulendus Plinius lib. VIII. cap. VII. Aliud genus pugnæ in arena fuit, ubi Elephantes cum equitibus & peditibus ad veri prælii formam inter se committerentur. Suetonius in *Julio* cap. XXXIX. *Venationes edidit per dies quinque, ac novissime pugna divisa in duas acies, quingenis peditibus, & Elephantis vicenis, tricenis equi-* C *tibus hinc inde commissis.* Plinius loco proxime cit. bis pugnasse Elephantos sub Julio Cæsare narrat: *Primo prælio viginti contra pedites quingentos, iterum totidem turriti cum sexagenis propugnatoribus, eodem quo priores numero peditum, & pari equitum e diverso dimicante: postea singuli, Principibus Claudio & Nerone in consummatione gladiatorum.* Verbum *consummationis* in morte gladiatorum & venatorum solemne, ut ex Ulpiano infra patebit. Cum feris pugnabant aut cominus, aut eminus, ut scribit Cassiodorus lib. V. cap. XLII. Commodus apud Herodianum, ἐξ ἀντιστάσεως μάχας ἐπαιδεύετο, *erudiebatur ut contra bestias staret.* Marsilius putat D Commodum in arenæ ambitu in tuto fuisse, & ex oppositione cum bestiis pugnasse. Sic enim interpretatur ἐξ ἀντιστάσεως μάχεσθαι. male. Melius Politianus, qui vertit superiora verba; *Commodus bestiis conficiendis supra modum exercebatur.* Non omnino bene. ἐξ ἀντιστάσεως ἀγωνίζεσθαι dicuntur duces, qui instructa acie collatis signis cum hoste pugnant. ἀντιστῆναι est *resistere*, contra bestias stare, venabulo irruentes excipere. Philostratus in *Imaginibus*, cap. *Insulæ*, opposuit ἐλαφηβόλους, *qui lancea cervos eminus feriunt*, & ἀγχεμάχους, καὶ θρασεῖς, *qui cominus cultro, aut venabulo pugnant.* Apud Pollucem lib. v. cap. III. feræ quæ E venabulo configuntur, dicuntur ἀγχέμαχα θηρία, cum quibus cominus pugnatur. Spartianus de Caracallo: *Excepit apros frequenter, contra Leonem etiam stetit.* Herodianus de eodem: γυμνάσια τοῦ σώματος ποιούμενος, ἡνιοχείας, καὶ θηρίων παντοδαπῶν συστάδην ἀναιρέσεις, *faciens exercitationes corporis, aurigationes, & cum feris omne genus cominus pugnans, ac contra eas se sistens.* Alii legunt, συστάδην: omnino ἐξ ἀντιστάσεως μάχεσθαι & συσταδὸν, est contra stare, ferasque irruentes venabulo excipere, non, ut vult Marsilius, e podio jaculis & hastis configere Leones, quod est eminus pu- F gnare. Ovidius lib. VIII. *Metamorphos.* de Meleagro:

At manus Oenidæ variat, missisque duabus,
Hasta prior terra, medio stetit altera tergo,
Splendidaque adversos venabula condit in armos.

Item:

Ibat in adversum proles Ixionis hostem
Pirithous, valida quatiens venabula dextra.

Tiberius apud Suetonium c. LXXII. *Castrensibus ludis non interfuit solum, sed etiam in arena Aprum jaculis desuper petiit.*

CAP. XXIX.

De pugna Venatorum inermi.

NON contis modo, venabulis, & cultris cum bestiariis depugnarunt paraboli, verum etiam sine ferro; hi quidem ignem intentantes, alii pallio caput Leonis obnubentes, illi manu os occludentes, isti agilitate Leonem vitantes, quidam pro corpore relicta veste exeuntes. De igne Oppianus lib. IV. *de Venatione*:

Οἱ δ' ἄλλοι στήσαντο νόμῳ πολέμοιο δαφοινᾶ
Φρυκτὰς αὐσταλέας περιλαμπέας ἀμφὶς ἔχοντες.
Δεξιτερῇ δὲ φέρει πεύκης ἀποδαιόμενον πῦρ,
Ἔξοχα γὰρ δέδοικε πυρὸς μένος ἠύκομος λὶς,
Οὐδ' ἐπιδεῖν τέτληκε ἀσκαρδαμυκτοῖσιν ὀπωπαῖς.

Constiterint alii velut aspera bella gerentes,
Cum facibus siccos late jactantibus ignes.
Dextera flammiferas quatiat violenta favillas,
Quippe Leo timet ignitæ lucentia tedæ
Spicula, nec contra vultus attollere tentat.

Lego *αὐαλέας*. Aristoteles libro IX. *περὶ ζώων*: *ἀληθῆ δὲ καὶ τὰ λεγόμενα, τότε φοβεῖσθαι μάλιστα τὸ πῦρ.* Plato in *Sophista θήραν πυρσευτικὴν* vocat. De pallio quo caput Leonis obtegi solitum, id ortum esse volunt a pastore Getulo, cujus sago contra ingruentis impetum objecto captum Leonem afferunt principatu Claudii, quod spectaculum protinus in arenam translatum est, vix credibili modo torpente tanta illa feritate quamvis levi injectu, operto capite, ita ut devinciatur non repugnans. Auctor Plinius lib. VIII. cap. XVI. Lucanus;

Vestibus iratos laxis operire Leones.

Lysimachus manu apertum Leonis occlusit os, linguamque intercepit, quod miraculi loco fuit, ait Plutarchus in *Alex.* Alius arte pugnat, & feram eludere modica corporis declinatione audet. *Certamen infelix cum feris velle contendere, quas fortiores se non dubitat invenire: sola est ergo in fallendo præsumptio, unicum in deceptione solatium, qui si feram non mereatur effugere, interdum nec sepulturam poterit invenire*, ait Cassiodorus lib. V. epist. XLII. Illi quidem frustrari bestias dicebantur, ut loquitur Tertullianus in *Apologet. Quidam in frustrandis bestiis mercenarius noxius. Alter angulis in quadrifaria mundi distributione compositis rotabili facilitate præsumens non discedendo fugit, non se longius faciendo discedit, sequitur insequentem, poplitibus se reddens proximum, ut ora vitet Ursorum*, ait Cassiodorus ibid. Machinam fuisse putem rotabilem quatuor angulis constantem, in quibus consisteret venator, ut ex una in alium conversa machina transiliret, ut Ursum falleret frustra unguibus nitentem: aut potius cum irrueret fera, rotatione versatilis machinæ a summo, deorsum ad poplites feræ deferebatur. Alter in murum insiliens ascensu celeri Ursum eludebat. Vopiscus in *Carino*: *Exhibuit & tœchabaten, qui per parietem Urso eluso cucurrit.* Alii feras ipsas corporis agilitate transiliunt, ut cruentis faucibus eximant. Prudentius in *Amartigenia*;

Inde feras volucri temeraria corpora saltu
Transiliunt, mortisque inter discrimina ludunt.

Ille in tenuem regulam ventre suspensus invitat exsibilantem feram, & nisi periclitatus fuerit, nihil unde vivere possit acquirit: alter cavea ex arundinibus texta se abdit, & in speciem ericii in seipsum convolutus ac collectus ingruente fera latet, ut nusquam compareat: glomum dicas in orbem collectum. Cassiodorus: *Alter se gestabili muro cannarum contra sævissimum animal ericii exemplo receptatus includit, qui subito in tergum suum refugiens intra se collectus absconditur, & cum nusquam discesserit ejus corpusculum non videtur: & sicut ille veniente contrario revolutus in sphæram, naturalibus defensatur aculeis, sic iste consutili crate præcinctus munitior redditur fragilitate cannarum. Alter apprehensus ungue, aut dente vestem exuit, in quam fera sæviat.* Chrysostomus *de tentatione*: *καθάπερ γὰρ τὰ χαλεπὰ τῶν θηρίων, ἐπειδὰν ἐπιλάβωνται τῶν κυνηγετῶν αὐτοῖς, εἶτα ἐκεῖνοι διαφύγωσι, καταλείποντες ἐν τῷ στόματι τῶν θηρίων ἃ περίκειται δέρματα, λοιπὸν αὐτὰ περιτρώγουσι, παραμυθούμενα τὸν θυμόν.* Erant qui cum Tauris depugnarent. Aristides IV. *Hierat.* in urbibus Asiæ & Græciæ *ἡ ταύρων θήρα*, id est, *Taurorum venatio. Thessalorum gentis inventum est equo juxta quadrupedante cornu intorta cervice Tauros necare. Primum id dedit spectaculum Julius.* Plinius lib. VIII. cap. XLV. deinde Claudius Thessalos equites exhibuit, *qui feros Tauros per spatia Circi agunt, insiliuntque defessos, & ad terram cornibus detrahunt.* Suetonius cap. XXI. ejus rei originem sic enarrat Tzetzes Chil. VII. cap. XCIX. *ταύρων δὲ ἀγρίων Θετταλῶν τὴν χώραν σινημένων νέοι τινὲς τῶν θεσσαλῶν κέλησιν ἐπιβάντες τοὺς ταύρους κατηκόντιζον, ὥσπερ τινὲς ἰδόντες ὡς ταύρους ἀκοντίζοντας ὠνόμασαν κενταύρους ὡς κεντοταύρους.* Inde apud veterem Scholiasten; *μονοκένταυροι, ὀνοκένταυροι, βουκένταυροι, ἱπποκένταυροι.* Ælianus in eam rem consulatur. Sed de venatoribus, quorum ars in fallendis feris, Athenæus lib. V. in Pompa Antiochi: *ἐπιτελεσθεισῶν δὲ τῶν ἀγώνων, καὶ μονομαχιῶν, καὶ κυνηγεσιῶν κατὰ τριάκοντα ἡμέρας, ἐν αἷς τὰς θέας συνετέλει.* Alter labenti rota feris offertur, eadem alter erigitur, ut periculis auferatur. Sic hæc machina ad infimi mundi formata qualitatem istos spe refovet, illos timore discruciat, omnibus tamen ut decipere possit arridet. Alii tribus dispositis hostiolis paratam in se rabiem provocare præsumunt, in patenti area cancellosis se postibus occulentes, modo facies, modo terga monstrantes, ut mirum sit evadere, quos ita respicis per Leonum ungues, dentesque volitare. Alter fragili ligno confisus currit ad ora belluarum, & illud quod cupit evadere, magno impetu videtur appetere. Pari in sese cursu festinat & prædator & præda, nec aliter tutus esse potest, nisi huic quem vitare cupit, occurrerit. Tunc in aere saltu corporis elevato quasi vestes levissimæ supinata membra jaciuntur, & quidam arcus corporeus supra belluam libratus, dum moras discedendi facit, sub ipso velocitas ferina discedit. Sic accidit, ut ille magis possit mitior videri qui probatur illudi. Equidem existimem effugia illa reperta post Constantinum Magnum, qui munera cruenta prohibuit. Ars enim subiit ad voluptatem & effugium venatori. Quamquam & Tertullianus & Vopiscus fraudes ejusmodi nonnihil attigere. Sub Consulibus enim & primis Imperatoribus aut bestiarii erant qui ad palum deligati, & ut Vopiscus in *Aureliano* loquitur, ad stipitem surrecti feris objicerentur; aut venatores ac contifices conducti, aut gratuiti, qui venabulo feras in loco plano exciperent, aut e superiori loco telis, hastis, sagittis conficerent. Postea subiit exercitatio & industria, ut venatores a magistris, sicuti gladiatores a lanistis erudirentur. Vulcatius in *Avidio*: *Dicebat enim mise-*

rum esse, cum exercerentur athletæ, venatores, & gladiatores, non exerceri milites. Hactenus de iis egimus qui operas gratuitas darent, aut mercede locarent ad cultrum; jam de bestiariis agamus, qui servi pœnæ bestiis objecti sunt.

CAP. XXX.

De Bestiariis.

BESTIARII dicti sunt, & paraboli, qui ad bestias damnati, sive soluti, sive ligati, & surrecti ad lapidem bestiis objicerent, sive inermes, sive armati. Socrates lib. VII. vocat θηριομάχους, id est, *qui cum bestiis pugnant*. Artemidorus lib. II. cap. LIX. θηριομαχῶν ἀπὸ τῶν ἰδίων σαρκῶν τὰ θηρία τρέφει, id est, *qui cum feris pugnat, propriis carnibus ferat alit*. Ignatius epist. II. τινὸς ἕνεκεν ἐγὼ δέδεμαι, καὶ εὔχομαι θηριομαχῆσαι, *cujus causa ego vinctus sum, & cupio cum feris pugnare*. Prudentius pag. 155. *Corpus exponit inter carices, sed nulla dirarum fames, aut bestiarum, aut alitum.* Apulejus lib. X. *mulierem bestiis damnatam*. Cicero *in Vatinium, bestiarios* vocat. Tertullianus lib. *de pudicitia*, ἐπιθανατίους (qua voce utitur D. Paulus I. *Corinth.* IV.) vertisse videtur *bestiarios*, quasi *morti destinatos*. Idem in *Apologet.* dixit, *ad bestias pronuntiari*; & lib. *de Spectaculis* cap. XII. *a feris humana corpora dissipari*. Paulus Diaconus lib. XIV. *Populus cœpit clamare in Amphitheatro, crudeli bestiæ artifex parabolus pugnet*. Socratis verba eodem cadunt lib. VII. cap. XXII. ὁ δῆμος κατεβόα, δεινῷ θηρίῳ σὺν τῶν εὐφυῶν παραβόλων μάχεσθαι. Id est, *populus clamore deposcebat, ut unus e parabolis valentioribus cum fera immani depugnaret*. Hesychius παραβαλλομένους, παραβόλους μαχομένους (lege, θηρίοις μαχομένους) *parabolos eos qui cum bestiis depugnent*, interpretatur. Veteres Gloss. contifices, παραβόλους C. *de Episcopis & Clericis*, parabolani. Copiatæ, parabolani, parabolarii, qui mortuos sepeliunt. παράβολοι forte dicti homines projectæ audaciæ, qui ad cultrum operas locarent, nisi pro desperatis & quasi projectitiis accepti sint, aut qui cum feris comparentur; hoc enim est παραβάλλεσθαι. Contifices dicuntur, ut carnifices: *facere* enim, Græcis ῥέζειν, pro *interficere*. Firmicus *Astronomic.* lib. IV. *bestiarum venatores*. Vopiscus in *Probo*, *contificia* dixit. Suetonius in *Augusto* cap. XLIII. *confectores ferarum*. Eusebius lib. IV. *Eccles. Histor.* κονφέκτωρα τὸ ξίφος εἰς πολύκαρπον. Multa habet in hoc argumentum epist. XII. Ignat. ἄφετέ με θηρίων εἶναι βρῶμα, δι' ὧν ἔστι θεοῦ ἐπιτυχεῖν. σῖτός εἰμι τοῦ Θεοῦ, καὶ δι' ὀδόντων θηρίων ἀλήθομαι, ἵνα καθαρὸς ἄρτος θεῷ εὑρεθῶ. μᾶλλον κολακεύσατε τὰ θηρία, ἵνα μοι τάφος γένωνται, καὶ μηδὲν καταλείπωσι τῶν τοῦ σώματός μου. θηρία κολακεύσω συντόμως με καταφαγεῖν, οὐχ ὥσπερ τινῶν δειλαινόμενα οὐχ ἥψαντο. θηρίων συστάσεις, ἀνατομαί, διαιρέσεις, σκορπισμοὶ ὀστέων, συγκοπαὶ μελῶν. Id est, *finite me feris esse cibum, quarum ope Deo frui possum. Frumentum Christi sum, & dentibus bestiarum molar, ut mundus panis Deo reperiar; magis blandimini feris, ut mihi sepulchrum fiant, & nihil e corpore meo dimittant. Blandiar feris, ut subito me comedant, ne parcant sicuti quibusdam metu pepercerunt; ferarum congressiones, a feris dissectiones, divisiones, lacerationes ossium, concisiones membrorum*. Veteres Glossæ confectorium, χοιροσφαγεῖον, quasi dicas *locum ubi sues & apri conficiuntur*. Symmachus lib. V. epist. LVII. quos venatores vocaverat, eosdem arenarios postea dixit. Lucillius:

Concursans veluti arenarius, clareque quiritans.

Arenarii enim dicuntur non modo gladiatores, sed contifices. Lib. LX. Basil. *Ne thymelici, vel arenarii meretrices producant*. Arcadius Jurisconsultus: *Si ea rei conditio sit, vel arenarium testem, vel similem admittere cogimur*. Dio & Herodianus iis locis quæ supra posuimus, σφαγὴν, καὶ μάχην θηρίων vocant. Adverte tamen bestiarios ut plurimum de servis pœnæ, cæteros de iis etiam qui mercede operas locent, dici. Arenæ atrocitates retulit ad feras Tertullianus lib. *de habitu mulieris* cap. VIII. Non tamen ideo Circi furoribus, aut arena atrocitatibus, aut scenæ turpitudinibus Christianos affici oportet, quia Deus & equum, & Pantheram, & vocem homini dedit. Justinianus Novell. CV. τὰς τῶν θηρίων θέας τε καὶ ἀναιρέσεις. Bestiarios Dio κατακοπτομένους, id est, *conscissos, & in frusta discerptos* vocat. Tertullianus lib. *de Spectacul.* cap. XXIII. qui hominem Leoni præ se opponit. Cap. XXV. defixus in morsus Ursorum. Seneca epist. VII. *Mane Leonibus, & Ursis homines, meridie spectatoribus suis objiciuntur*. Epist. LXXI. ludum bestiariorum vocat. Symmachus epist. LIX. lib. V. arenarios, & venatores, ut & Novella Valentiniani, & Martiani, *de matrimon. Senat.* & Firmicus lib. VIII. cap. X. Sanctus Augustinus epist. V. Apulejus Milesia IV. venatores probatæ pernicitatis. Sanctus Basilius περὶ πλεονεξίας, bestiarios vocat θηριομάχους. Cassiodorus epist. XLII. lib. V. *Homicidii reatus est illis esse tenacem, quos editio vestra invitavit ad mortem*. Invitabantur enim si qui locare operas suas vellent. Ideo ait; *Alioqui violenta compulsio est solemnia dona subtrahere, & mortes violentas imperare*. L. I. ff. *ad S. C.* Tertullian. qui operas suas, ut cum bestiis pugnaret, locavit. Reperti qui sponte cum bestiis pugnarint viri & fæminæ. Apud Dionem lib. XLIII. & LIII. & lib. LIV. Publius Servilius Prætor cum bestiis pugnavit, Caracalla excepit Leones, & contra stetit. Julius Firmicus cap. X. lib. VIII. opposuit arenarios & gladiatores; quanquam omnes qui in arena pugnabant arenarii dici possunt. Quintilianus declamat. IX. *Jam ostentata per arenam periturorum corpora mortis suæ pompam duxerant*. Ammianus libro XXIX. arenariam feram; proprie arenarii bestiarii, quos commemorat Marcus Tullius Cicero *in Vatinium*: *Quod in concione dixisti Milonem gladiatoribus, & bestiariis obsedisse Rempub.* Suetonius in *Claudio* cap. XXXIV. *Bestiariis, meridianisque adeo delectabatur, ut a prima luce ad spectaculum descenderet, & meridie dimisso ad prandium populo persederet; præterque destinatos, etiam levi, subitaque de causa quosdam committeret*. Tertullianus in *Apologet.* cap. XLII. *Non in publico liberalius discumbo, quod bestiariis suprema cœnantibus mos est*.

CAP. XXXI.

Qui feris objicerentur?

OBJECTI sunt feris proprie noxii & captivi, sicut supra ostendimus cap. V. Tertullianus lib. *de Spectac.* cap. XII. *Captivos vel malo ingenio servos mercati in exequiis immolabant*. Paulo post: *nisi & a feris humana corpora dissiparentur*. Dio lib. XLIII. ἐμάχοντο δὲ ἐν πᾶσι τοῖς ἀγῶσι οἵ τε αἰχμάλωτοι, καὶ οἱ θάνατον ὠφληκότες. Ammian. Marcell. lib. XV. *& quamquam ut bestiarii objiceremur intractabilibus feris*. Quo in numero habiti Christiani sub Imperatoribus. Ignatius apud Hieronym. in *Catalogo*: *Utinam fruar bestiis quæ mihi sunt præparatæ; quod si venire noluerint, ego vim faciam ut devorer*: quia feræ a Christianis sæpe abstinebant; vim autem facere non potuit vinctus. Unde apparet non omnes ad stipitem surrectos fuisse; quidam in canistellum indebantur, & ita feris objiciebantur. Eusebius lib. III. *Histor. Ecclesiast.* εἰς γύργαθον βληθεῖσα

ταύρῳ παρεβλήθη. Id eſt, *in caniſtellum injecta Tauro objecta eſt*. Tertullianus lib. *de reſurrectione*: *popularium cœtu clamante Chriſtianos ad Leonem*. Tacitus lib. II. *Maricum captum, ac feris objectum ab iis intactum fuiſſe*: id enim damnationis genus fuit, ut Firmicus lib. VI. cap. penult. *Damnationes ſunt metalli, operis publici, exilii, vel ludi*. Vopiſcus in *Claudio*: *Omnes qui rebelles animos extulerant caput, atque in vincula Romam etiam mittit, ludo publico deputatos*. Dio lib. LVIII. vocat τοῖς θηρίοις ἐκ καταδίκης διδόναι, *objicere feris capite damnatos*. Tertullianus lib. *de Spectaculis*: *Et qui inſigniori cuique homicidæ Leonem poſcit, idem gladiatori atroci petat rudem, & pileum præmium conferat*. Beſtiis objectos intra annum conſumi oportuit, ſicuti ferro eos qui ad ferrum aut gladium darentur. Paulus lib. V. cap. XVII. *de abolit. æſtimat.* Imperator Conſtantinus lib. I. C. Theodoſ. titulo *de plagiar.* jubet plagii convictum, ſi ſervus fuerit, vel libertate donatus, primo quoque munere beſtiis objici; liberum autem ſub hac forma in ludum dari gladiatorium, ut antequam aliquid faciat, quo ſe defendere poſſit, gladio conſummetur. Conſummari dixerunt in fragmentis Ulpiani. *Ad gladium condemnati intra annum debent conſummari*. In ludum damnati pileum & rudem accipere poſſunt poſt intervallum. Capitolinus in *Commodo*: *Delatores ad Leonem exaudi Cæſar*. Certatum ad Leonem. Erant venatores poſtulatitii; illi videntur ſponte pugnaſſe, de quibus Juſtinianus Novella CV. de Conſulibus: τῆς τῶν λεγομένων μονημερίων θέας, ἔνθα πολλῆς ἡδυπαθείας ἐμπλήσει τὸν δῆμον, τότε καλούμενον παγκαρπον θεώμενος καὶ θηρίοις προσμαχομένους ἀνθρώπους, καὶ δοκιμοῦντας τῇ τόλμῃ, καὶ πρός γε ἀναιρούμενα τὰ θηρία. *Conſules Januariis Kalend. edere juſſi primum ſpectaculum. Secundum in Circo mappam ſeu aurigationem. Tertium venationem in Theatro* (τῆς τοῦ καλουμένου θεάτρου κυνηγίας, οὐ δὶς, ἀλλὰ προσάπαξ τελεσθησομένης) *quæ ſemel fieret, non amplius. Quartum ſpectaculum monemerii unius diei, ubi populum implebit Conſul multa oblectatione, & edet pancarpum, dabitque homines qui pugnent cum feris*; ibidem δύο θεατροκυνηγέσια commemorat. Beſtiarii damnati ad beſtias dicuntur ἐπιθανάτιοι. Alii qui auctorati ad beſtias pugnabant, & ſpectaculo meridiano operam locabant, dicti paraboli, ob projectam audaciam, de quibus Caſſiodorus lib. V. XLII. & l. 3. ff. *de teſtibus*. Idem lib. XI. *Hiſtoriæ tripart.* *Dum aliquo*, inquit, *tempore in Amphitheatro Conſtantinopoleos ſpectaret, cœpit clamare populus; crudeli beſtiæ artifex parabolus pugnet*. Socrates in *Hiſtor. Eccleſ.* κυνηγία δέ ποτε ἐν τῷ θεάτρῳ τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἐπιτελοῦντος αὐτοῦ ὁ δῆμος κατεβόα δεινῷ θηρίῳ ἕνα τῶν εὐφυῶν παραβόλων μάχεσθαι. *Cum is venationem in Circo Conſtantinopoli daret, populus clamare cœpit, crudeli feræ unus ex parabolis maxime habilis, & peritus pugnet*. Parabola dicuntur quæ projiciuntur ad pericula. Plutarchus de Cæſare: τῶν τολμημάτων τὰ παράβολα, καὶ μεγάλα πράττειν ἔφη δεῖν. *Ea in quibus audacia maxime projecta requiritur aggrediendi*. Unde & parabolani dicti, qui nullius quamvis peſtiferi morbi cogitationem timerent, ſed ad ægros ſublevandos vitam ſuam ad omnia pericula projicerent. l. *parabolanos* 18. C. *de Epiſcop. & Cleric.* Claudianus:

Audaces legat ipſa viros qui colla ferarum
Arte ligent, certoque premant venabula niſu.

id eſt, ad jugum adjugent. In epiſt. II. *ad Philippenſes* Joſephus Scalig. legit, παραβολεύεσθαι, ubi vulgo legitur, παραβουλεύσασθαι. In veteribus Gloſſis confector dicitur ἀναιρετής. Euſebius eum a quo S. Polycarpus interemptus eſt κονφέκτωρα vocat. Gloſſæ confectorium, χοιροσφαγεῖον; confectores, καταβόλοι. Catabulum & catabolum locus ubi feræ includebantur. In Martyrologio, & in pontificali Damaſi de Marcello Papa; *damnatus eſt in catabulum. Cumque diebus multis ſerviret in catabulo.* In Martyrologio de Marcello Papa XVI. Januarii; *qui jubente Maxentio ad ſervitium animalium cum cuſtodia publica deputatus eſt*. In pontificali: *Juſſit Maxentius in eadem Eccleſia interim plancas ſterni, ut ibidem animalia catabuli congregata ſtarent*. Vetus lapis: CONFECTUARIORUM ET SUARIORUM CORPUS. Joſephus Scaliger confectuarios, confectores ſuum eſſe vult.

CAP. XXXII.

De ſervis & transfugis.

SCHOLÆ fuere beſtiariorum, ubi beſtiarii alerentur ad pœnam, forte etiam ubi cum beſtiis depugnare docerentur, ſicuti gladiatores a laniſtis. Innuit Tertullianus in *Apologet.* cap. XXXV. ſcholam beſtiarum vocans; quæ lectio recta eſt; nam & Martianus l. *reſpiciendum* ff. *de pœnis*, ita vocat: *Beſtias autem accipere debemus ex feritate magis, quam ex animalis genere; nam quid ſi Leo ſit, ſed manſuetus? vel alia dentata manſueta? ergo qui locavit* (operas ad cultrum) *ſolus notatur* (infamia) *ſive depugnaverit, ſive non; quod ſi pugnaverit cum non locaſſet operas ſuas, non tenebitur. Non autem qui cum beſtiis depugnaverit tenebitur, ſed qui operas ſuas in hoc locavit: denique eos qui virtutis oſtendendæ cauſa hoc faciunt, non teneri, niſi in arena paſſi ſint ſe honorari*. l. 1. §. *ad beſtias*. ff. *de poſtulando*. Macrinus quidem ſervos qui a dominis fugiſſent, repertos ad gladii ludum deputabat: imo & ad beſtias dati ſunt, ut Plutarchus in χερσαίοις. Lib. VIII. cap. XLVIII. Ælianus *de nat. animant.* Ἀνδροκλῆς, fugitivus ſervus, κατεγνώσθη θηρίοις βορὰ παραδοθῆναι, a Leone agnoſcitur. In edicto Ædilium mentio fit eorum qui in arenam depugnandi cauſa ad beſtias intromiſſi ſunt. Simulatque autem ſervi in ludum venatorium damnati fuerant, pœnæ ſervi efficiebantur; docet Ulpianus l. *aut datum*. §. *quicumque*. ff. *de poſtul.* ſecus ſi venditi eſſent in ludum: ut apparet ex Suetonio in *Vitell.* cap. XII. ubi Aſiaticus quidam a Vitellio venditus circumforaneo laniſtæ, dilatuſque ad finem muneris, repente ſubreptus, & provincia demum accepta, manumiſſus. Si fugitivus ſervus injuſſu domini ſe in arenam dediſſet, domino reddendus fuit. l. ult. ff. *de ſerv. fugit.* Quod ſi damnati non fuerint, ſed arenarii modo ſervi ſint, ad eas operas cogi non poſſunt quas volenti præſtiterint. l. *hæ demum*. ff. *de operis libert.* Servi igitur pœnæ fiebant, qui fuerant capite damnati, vel ad beſtias, vel ad gladium, vel alia pœna quæ vitam adimit. lib. XXVIII. ff. tit. 3. l. 6. At qui ultimo ſupplicio damnantur, ſtatim & civitatem & libertatem perdunt; quod accidit in perſonis eorum qui ad beſtias damnantur. l. 29. ff. *de pœnis*. Certe ante legem Petroniam domini, aut patroni ſervorum & libertorum operas ſcenæ, aut arenæ imperio locare potuerunt, aut gratuitas ſuis, vel amicorum ludis exigere. l. 7. ff. *de oper. libert.* quod indicat ſubobſcure Seneca epiſt. XXXVII. *Sacramentum*, inquit, *rogatus, eadem honeſtiſſimi hujus, & illius turpiſſimi authoramenti verba ſunt, uri virgis, ferroque necari ab illis qui manus arenæ locant, & edunt ac bibunt, quæ per ſanguinem reddant, cavetur, ut iſta vel inviti patiantur*. Qui locus etiam accipi poteſt de liberis qui ultro manus arenæ locant: imo & de illis, de quibus Tertullianus lib. II. *ad Martyr.* *Ad ignes ſe quidam authoraverunt, ut certum ſpatium ſub tunica ardenti ſe conficerent; alii inter venatorum taureas patientiſſimis ſcapulis inambulaverunt*. Venatores hic

accipio servos arenarios, qui bestiarios fugientes cæderent; authorari dicti, qui venderent aut locarent se in arenam. Tunica illa sulphure illita erat. Seneca epist. XIV. *tunicam alimentis ignium & illitam & intextam*, Juvenalis *tunicam molestam* vocat. Pollio: *Quia cum depressus in ludum bis gratis depugnasset, authorari noluit*. Lege autem Petronia dominis, & patroni eas libertas adempta est. l. *circumcidere*. §. 1. ff. *ad leg. Cornel. de sicar. Servo sine Judice ad bestias non solum qui vendidit pœnæ, verum & qui comparavit, tenebitur*. Post legem Petroniam dominis potestas ablata est ad bestias depugnandas suo arbitrio servos tradere; oblato tamen Judici servo, si justa sit domini querela, sic pœnæ tradetur. Nam & Adrianus vetuit, causa non præstita, lenoni, aut lanistæ servum, vel ancillam vendi. Spartianus auctor. Sed & a D. fratribus rescriptum est, dominos non posse vendere servos, ut cum bestiis pugnent. l. *domini* ff. *de contrab. emp.* Ad bestias etiam damnantur transfugæ, sicuti supra ostensum est cap. v. idque Proconsulis aut Consulis arbitrio; postea mos tenuit ut prius exauthorarentur. l. 3. §. *is qui*. ff. *de re militari*.

CAP. XXXIII.

Quam grave supplicium fuerit, damnari ad bestias?

NON abs re quæritur, summumne supplicium, an leve fuerit ad bestias dari. Certe non leve fuisse, vel ex eo discas, quod Claudius *legitimam pœnam prætergressus, in majori fraude convictos ad bestias condemnavit*. Suetonius cap. XIV. Et Christianis, quibus gravissima pœna irrogabatur, non alia frequentior. Tertullianus *Apologet.* cap. XXXV. *Nec ulli magis depostulatores Christianorum, quam vulgus; clamare enim solebat populus, Christiani ad Leonem*. Eusebius lib. IV. cap. XV. καὶ ἠρώτων τὸν ἀσιάρχην φίλιππον ἵνα ἐπαφῇ τῷ πολυκάρπῳ λέοντα. Imo & parricidis ea pœna constituta est ab Adriano Imperatore. l. 9. ff. *ad leg. Pompejam de parricidis*. Lampridius in *Comm.* Cetratum ad Leonem. Sed & ex eo quod sine missione ad bestias darentur, nisi Principis auctoritas accederet, ut ex Modestino apparet. l. *ad bestias*. ff. *de pœnis*: *Ad bestias damnatos favore populi Præsides dimittere non debent, nisi eorum opera exhibenda sit Romano spectaculo ob artem & virtutem noxiorum*. Seneca tamen l. II. *de Benef.* cap. IX. *Leonem in Amphitheatro spectavimus, qui unum e bestiariis agnitum, cum quondam ejus magister fuisset, protexit ab impetu bestiarum*. Gellius lib. V. cap. XIV. Id factum interpretor auctoritate Principis; tunc autem βοὴ fuit, & εὐφημία populi, sicuti est apud Eusebium lib. VIII. *Histor. Ecclesiast.* & apud Ælian. lib. VII. cap. ult. καὶ τὸ σαφὲς ὁ δῆμος μαθόντες ἐκβοῶσιν ἐλευθέρους ἀφεῖναι καὶ τὸν ἄνδρα, καὶ τὸν λέοντα. De Androcle lib. VII. cap. XLVIII. *de natura animantium*. Androclem vocat Gellius Androdum. ἐπεὶ δὲ ἐδόκει γόης, ἀφείθη οἱ καὶ πάρδαλις. ὁρμώσης δὲ αὐτῆς ἐπὶ τὸν ἀνδροκλέα, ὁ λέων ἀμυνῶν τῷ ποτὲ ἰασαμένῳ διασπᾷ τὴν πάρδαλιν. Id est, *ubi autem magus esse existimatus est, & excantator, in eum emissa est Pardalis, quæ cum in Androclem impetum faceret, Leo medicum tuetur, & Pardalin discerpit*. Gellii verba lib. V. cap. XIV. sic habent: *Introductus erat inter complures cæteros ad pugnam bestiarum Dacus servus viri Consularis: ei servo Androdus nomen fuit*; postea subjungit, *ea re prorsus tam admirabili maximos populi clamores excitatos*. Gravem igitur pœnam fuisse haud dubium est bestiariorum, leviorem tamen ignis pœna. Paulus libro V. *Sententiarum* tit. XXIII. *Magicæ artis conscios summo supplicio affici placuit*, id est, bestiis objici, *aut cruci affigi; ipsos autem magos vivos exuri*. Objici autem bestiis a Præside non poterant nisi ludis & muneribus, quorum dies si exiisset, alia pœna irrogabatur. Eusebius lib. IV. cap. XV. *Cum deposceretur Polycarpus ad Leonem, respondit Præses venationem impletam esse*. ὁ δὲ ἔφη μὴ ἐξὸν εἶναι, ἐπειδὴ πεπλήρωκε τὰ κυνηγέσια. Erat vero capitis pœna bestiis objici, non autem ad bestiarum ludum, aut ad bestias depugnandi causa dari, ait Marcian. l. *respiciend. in fine*. ff. *de pœnis*. Ulpiano enim auctore dari ad bestias non numeratur in summo supplicio, quod interpretor dari ad ludum depugnandi causa, non objici feris, quæ capitalis pœna. l. *quicunque*. ff. *ad leg. Corneliam de falsis*. Ulpianus ait: *Qui nummos aureos raserint, tinxerint, finxerint, si quidem sint liberi, ad bestias dentur, si servi, summo supplicio afficiantur*. Unde liquet aliud esse ad bestias dari, aliud bestiis objici; qui enim ad bestias datus esset, si feram confecisset, & certamine pœnam luisset, crimine solutus erat; at ei qui feris objiciebatur nulla erat missio. l. 38. ff. *de pœnis*. Auctores seditionis & tumultus populo concitato bestiis objiciuntur. Objecta est feris mulier, de qua Apulejus lib. X. *Sic ipse mecum reputans, quod quæcunque ad exitium mulieris (in thoro cum asino cubantis) bestia fuisset immissa, non adeo vel prudentia solers, vel artificio docta, vel abstinentia frugi posset provenire, at adjacentem lateri meo laceraret mulierem, mihi vero quasi indemnato & innoxio parceret*.

CAP. XXXIV.

De matutino spectaculo.

VIDEO ambigi quod fuerit matutinum spectaculum. Franciscus enim Junius *in Apologetic. Tertulliani* cap. XLIX. multa turbat in his verbis: *Non in publico liberalibus discumbo, quod bestiariis suprema cœnantibus mos est*. ubi *sub primam* legendum putat, quod bestiarii sub primam cœnarent. *Illi enim*, inquit, *meridie depugnabant, ut cœnam sibi compararent, eamque partam suo periculo sumebant quam ocyssime in publico, ne a spectaculorum aspectu arcerentur, ad quæ populus sub primam reverti solitus*. Mera somnia; neque enim bestiarii sub meridiem pugnabant cum bestiis, sed mane; unde matutinum fuit eorum spectaculum. Martialis lib. V.

Ista tuæ, Cæsar, quota pars spectatur arenæ?
Dat majora novus prælia mane dies.

Deinde non video qui ferenda sit lectio, *sub primam*, ut prima pro tempore pomeridiano accipiatur, cum prima Romanis fuerit Sol oriens; retineo igitur *suprema* apud Tertullianum; ut sit, ultimum cœnantibus; nisi forte *supremam*, Solem occasum accipias, quomodo duodecim Tabulæ dixere, *Sol occasus suprema tempestas esto*: neque enim omnes bestiarii a feris lacerabantur, sed multi in annum vivebant. Verum astruenda est nostra sententia Suetonii verbis in *Claudio* cap. XXXIV. *Bestiariis, meridianisque adeo delectabatur, ut prima luce ad spectaculum descenderet*, id est, summo diluculo, quo tempore bestiarii dabantur, *& meridie, dimisso ad prandium populo, persederet, præterque destinatos, etiam levi subitaque de causa, quosdam committeret. De fabrorum quoque, ac ministrorum, atque id genus numero, si automaton, vel pegma, vel quid tale aliud parum cessisset; induxit & unum de nomenclatoribus suis, sicut erat togatus*. Dio in *Claudio*: ἐτίθει δὲ συνεχῶς μονομαχίας ἀγῶνας, πάνυ γάρ σφισιν ἔχαιρε τά τε γὰρ ἄλλα, καὶ τοὺς διὰ μέσου τῆς θέας παρὰ τὸν ἀρίστου καιρὸν κατακοπτομένους ἥδιστα ἐθεώρει; ubi κατακοπτομένους accipio

meridianos gladiatores, qui turmatim & promiscua cæde se laniabant; non matutinos, ut alii, quia visceratio sub meridiem dari solita. Suetonius cap. XIV. facit ad rem Martialis:

Matutinarum non ultima præda ferarum.

Ludus matutinus apud P. Victorem in II. regione, ubi putem bestiarios asservatos; in v. inscrip. procurator ludi matutini; medicus ludi matutini. In eo cellas arbitror fuisse, ut & gladiatoribus apud Quintilianum in gladiatore: *Commorabar inter homicidas, inclusus turpiore custodia, & sordido cellarum situ.* Seneca lib. XIII. *de Ira* cap. XLIII. *Redire solemus inter matutina arenæ spectacula, Tauri & Ursi pugnam inter se colligatorum, quos cum alter alterum vexarit, finis confector expectat.* Ovidius lib. XI. *Metamorph.*

—— structoque utrinque Theatro
Ut matutina Cervus periturus arena
Præda canum est.

Sed ibi committuntur inter se feræ epist. LXXI. Seneca bestiarii cum feris; sic enim ille: *Nuper inter custodias quidam ad matutinum spectaculum missus.* Meridianum fuisse confertæ pugnæ & promiscuæ longe crudelius & cruentius matutina cum feris pugna, indicat epist. LXXXVI. *Homo sacra res, homo jam per lusum & jocum occiditur; & quidem erudiri ad accipienda vulnera nefas erat. Is jam nudus inermisque producitur, satisque spectaculi in homine mors.* De meridianis gladiatoribus agit & epist. VII. *Casu in meridianum spectaculum incidi, lusus expectans & sales, & aliquid laxamenti, quo hominum oculi ab humano cruore acquiescant. Contra est; quicquid ante pugnatum est, misericordia fuit; nunc omissis nugis mera homicidia sunt, nihil habent qu tegantur, ad ictum totis corporibus expositi nunquam frustra manum mittunt. Hoc plerique ordinariis paribus & postulatitiis præferunt; quidni præferant? non galea, non scuto repellitur ferrum; quo munimenta? quo artes? omnia ista mortis moræ sunt. Mane Leonibus & Ursis homines, meridie spectatoribus suis objiciuntur. Interfectores inter se jubentur objici, & victorem in aliam detinent cædem.* Retineo vulgatam lectionem, quia interfectores ferarum sibi ipsis quasi objiciuntur. Lipsius legit, *interfectores interfecturis jubentur objici.* acute. *Occide, ure, verbera; quare tam timide incurrit in ferrum? plagis aguntur in vulnera, & medios ictus nudis & obviis pectoribus excipiunt.* Ut autem discas, intermisso matutino ferarum spectaculo dum populus epula tur, meridie, qui supererant ferarum interfectores, inter se deinde nudos, & pugnæ rudes conserere, subjungit illico: *Intermissum est spectaculum; interim jugulantur homines, ne nihil agant.* Ubi conferti ac turmales isti gladiatores ceciderant, unus e ministris ludi, habitu ac specie Mercurii, igne ac cauterio candenti mortuos explorabat, an aliquis sensus adhuc superesset; alter Plutonis specie cum malleo in spoliarium trahebat, ut si quid adhuc sensus ac spiritus haberent, malleo tunderentur. Tertullianus in *Apolog. Risimus & inter ludicras meridianorum crudelitates Mercurium mortuos cauterio examinantem. Vidimus & Jovis fratrem gladiatorum cadavera cum malleo deducentem.* Josephus lib. VII. *Orig.* de Tito: *καὶ πολλοὶ τῶν αἰχμαλώτων ἐνταῦθα διεφθάρησαν, οἱ μὲν θηρίοις παραβληθέντες, οἱ δὲ κατὰ πληθὺν ἀλλήλοις ἀναγκαζόμενοι χρήσασθαι πολεμίοις. Et multi eorum qui bello capti erant, eo loco perierunt, alii feris objecti, alii in turba inter se coacti se invicem pro hostibus concidere.* Ii scilicet quos arena de ruina dimisit, ut loquitur Petronius, de quibus Suetonius in *Caligula* cap. XXVI. *Gladiatorio munere reductis interdum fragrantissimo Sole velis, emitti quenquam vetabat, remotoque ordinario apparatu, rabidis feris vilissimos,*

A *senioque confectos gladiatores quoque pegmares.* Putem enim meridianos pegmati impositos, ut ferro inter se decernerent; si qui gladio non essent absumpti, dehiscente subito machina in caveas ferarum dilabebantur, quibus prædæ & lacerationi erant. Strabo lib. VI. *σέλουρον ἐν τῇ ἀγορᾷ μονομάχων ἀγῶνος συνεστῶτος εἴδομεν διασπασθέντα ὑπὸ θηρίων. ἐπὶ πήγματος γὰρ ὑψηλοῦ τεθεὶς, ὡς ἂν ἐπὶ τῆς Αἴτνης, διαλυθέντος αἰφνιδίως, καὶ συμπεσόντος κατηνέχθη αὐτὸς εἰς γαλεάγρας θηρίων εὐδιαλύτους ἐπιτηδὲς παρασκευασμένας ὑπὸ τῷ πήγματι. Selurum,* inquit, *in foro gladiatorum certamine vidimus discerptum a feris; positus enim in tabulato confixili,* B *quod ad instar Æthnæ montis fuit, eo subito soluto, & concidente delatus est in caveas ferarum facile solubiles, ad eam rem sub pegmate de industria dispositas.* Confixile voco tabulatum, Apulejo auctore lib. IV. *Confixilis machinæ sublicæ turres tabularum nexibus, instar circumferaneæ domus, floridæ picturæ, decora futuræ venationis receptacula;* quæ malim de caveis accipi, quam de pegmatis, aut certe in infima parte pegmatis *γαλεάγραι* fuerunt. Seneca epist. LXXXVIII. *Machinatores, qui pegmata per se surgentia excogitant, & tabulata tacite in sublime crescentia, & alias ex inopinato voluptates, aut dehiscentibus quæ cohærebant, aut his quæ distabant* C *sua sponte coeuntibus, aut his quæ eminebant paulatim in se residentibus.* Locus insignis est apud Josephum lib. VII. verba sic habent: *θαῦμα δὲ ἐν τοῖς μάλιστα παρεῖχεν ἡ τῶν φερομένων πηγμάτων κατασκευή. καὶ γὰρ διὰ μέγεθος ἦν δεῖσαι τῷ βεβαίῳ τῆς φορᾶς ἀπιστήσαντα. τριώροφα γὰρ αὐτῶν καὶ τετρώροφα πολλὰ πεποίητο. Fuit monstri loco apparatus pegmatum quæ gestabantur; etenim metus erat ne bajuli oneri impares essent; erant enim tribus & quatuor tectis.* In vet. Glossa *πήγματα* sunt quævis confixa, *αὐτόματα*, quæ sponte sua moventur. *Ἴκρια* apud Dionem significant tabulata seu foros ubi considerent; D nec enim audiendus vir doctus, qui ea pro automatis sumit. Vide Suetonium in *Claudio* cap. XXXIV. Martialis lib. I. epig. XIV.

Raptus abit media quod ad æthera Taurus arena;
Non fuit hoc artis, sed pietatis opus.

Automatis enim illis Tauros, pueros, Leones in altum efferebant, deinde summittebant. Juvenalis Satyra IV.

Et pegma, & pueros inde ad velaria raptos.

Apulejus lib. X. sub. finem: *Jamque tota suave fragrante cavea, montem illum ligneum terræ vorago* E *decerpit.* Automata autem fuere machinæ, quæ sua sponte, nullo ministerio hominum quod foris existeret, sursum & deorsum raperentur, aut aliquid aliud efficerent; quare pegmata automata dicuntur a Suetonio in *Claudio* cap. XXXIV. quod ea sponte crescerent.

CAP. XXXV.

De iis qui exhorruerunt id genus supplicii.

MALEFICI & captivi adeo exhorruerunt id genus supplicii, ut multi sibi necem conscivering, ne bestiis objicerentur. Seneca F epist. LXX. *Nuper in ludo bestiariorum unus e Germanis, cum ad matutina spectacula pararetur, secessit ad exonerandum corpus; nullum aliud ibi dabatur sine custode secretum; ibi lignum id quod ad emundanda obscœna adhærente spongia positum est, totum in jugulum farsit, & vi præclusis faucibus spiritum elisit.* Item: *Cum adveheretur nuper inter custodias quidam ad matutinum spectaculum missus, tanquam somno premente nutaret, caput usque eo dimisit, donec radiis insereret, & tandiu se in sedili suo tenuit, donec cervicem circumactu rotæ frangeret.* Secundo naumachiæ spectaculo unus e bar-

e barbaris lanceam, quam in adverſarios acceperat, totam jugulo ſuo immerſit, quod animi perditi noxioſique habent, non habebunt illi. Tacitus l. XV. *Ann. Epicharis vinclo faſciæ cervicem ſibi rupit.* Symmachus lib. II. ep. XLVI: *Viginti & novem Saxonum fractas ſine laqueo fauces primus ludi gladiatorii dies vidit, ne exponerentur ludibrio populi.*

CAP. XXXVI.

Beſtiarii ſine miſſione.

NOXII ſine miſſione damnati ſunt: captivi, aut qui mercede manum & operas locarent, miſſionem habuere. Ab Auguſto cautum eſt, ne gladiatores ſine miſſione darentur, ait Suetonius cap. XLV. quod tamen in noxiis locum habuiſſe vix putem, qui ad ſtipitem alligati feris prædæ erant. Vopiſcus in *Aureliano*: *Mneſtheus poſtea ſurrectus ad ſtipitem beſtiis objectus eſt.* Suetonius cap. XXIX. de Nerone, qui *feræ pelle contectus emitti voluit e cavea, ut virorum ac fœminarum ad ſtipitem deligatorum inguina invaderet, & cum affatim deſæviſſet, conficeretur a Doryphoro liberto*: legendum puto, *conficerentur*, ſcilicet ad ſtipitem deligati. Xiphilinus tamen indicare videtur eos innoxios alligatos ad ſtipitem a Nerone non in pœnam, ſed ad laſciviam, ut opico ore inguina lamberet, & quaſi medios voraret: μειράκια καὶ κόρας σταυροῖς γυμνὰς προσδέων θηρίου τέ τινος δορὰν ἀνελάμβανε, καὶ προσπεσὼν σφίσιν ἠσέλγαινε, ὥσπερ τι ἐσθίων. *Adoleſcentes & puellas ſtipitibus nudas alligans, pelle feræ tegebatur, & irruens laſciviebat, quaſi quid comederet.* Sed Laureolus in pœnam ad ſtipitem alligatus & laceratus eſt, de quo Martialis lib. I. ep. VII.

Nuda Caledonio ſic pectora præbuit Urſo,
Non falſa pendens in cruce Laureolus.

Item de Dædalo ep. VIII.

Dædale, Lucano cum ſic lacereris ab Urſo,
Quam cuperes pennas nunc habuiſſe tuas?

Laureolus mimus fuit latronis alligati ad crucem, in quo noxius vinctus ab Urſo lacerabatur, non per luſum & jocum, ſed in pœnam criminis. Tertullianus hunc Laureoli mimum Catullo tribuit l. *in Valentin. Quia nullum Catulli Laureolum fuerit exercitata.* Suetonius in *Calig.* cap. LVII. *Et cum in Laureolo mimo, in quo actor proripiens ſe ruina ſanguinem vomuit.* Joſephus l. XIX. cap. I. καὶ γὰρ μῖμος εἰσήγετο, καθ' ὃν σταυροῦται λῃστὴς ἡγεμών. Crucem vocant Martialis, Xiphilinus & Joſephus, Suetonius & Vopiſcus ſtipitem, Euſebius ligneum, l. V. c. I. βλανδῖνα ἐπὶ ξύλου κρεμασθεῖσα προὔκειτο βορὰ τῶν εἰσβαλλομένων θηρίων. ἣ καὶ διὰ τοῦ βλέπεσθαι σταυροῦ σχήματι, καὶ διὰ τῆς εὐτόνου προσευχῆς πολλὴν προθυμίαν τοῖς ἀγωνιζομένοις ἐνεποίει. *Blandina in ligneo ſuſpenſa propoſita eſt in prædam & lacerationem feris irruentibus; quæ & quia in ſpecie crucis videbatur, & ob preces ardentes & contentas multam alacritatem injiciebat certantibus.* Tertullianus l. *de pudicitia* c. XXII. *Puta nunc ſub gladio jam capite librato, puta in patibulo jam corpore expanſo, puta in ſtipite jam Leoni conceſſo, puta in axe jam incendio adſtricto; denique jam ad beſtias depugnaverat Paulus Epheſi.* Stipitem dicit Leoni conceſſum; quia homo ſtipiti alligatus Leoni concedebatur. Ad ſtipitem ſurrecti beſtiis objiciebantur, ut loquitur Vopiſcus in *Aureliano*. Balbus quæſtor Gadibus cives Romanos beſtiis objecit, ut ſcribit Aſinius Pollio ep. XXXII. l. X. *Epiſt.* Ciceronis *ad familiares*. Scipio Æmilianus transfugas ludorum ſpectaculo feris objecit, narrante Plutarcho. Apud Tacitum l. II. *Hiſtor.* Maricus quidam e plebe Bojorum feris objectus eſt. Deligati ad ſtipitem dicuntur a Suetonio in *Nerone* c. XXIX. Xiphilinus in *Nerone*, σταυροῖς

A δεδεμένους, *crucibus, ſeu ſtipitibus illigatos.* Polyb. l. I. dixit, ὑποβάλλεσθαι θηρίοις, *objici feris.* Dio l. LVIII. τοῖς θηρίοις ἐκ καταδίκης διδόναι, *dare feris damnatos.* Cicero *pro Seſtio*, *damnatos ad beſtias*, & Seneca ep. LXX. Tertul. l. *de Spectac. arenarios damnatos in ludum.* Socrates l. VII. c. XXII. παραβόλους. Heſychius, παραβαλλόμενος ἀναποκινδυνεύων, ὅ ἐστι παραβόλως μαχόμενος. *Parabolus qui in periculum projicitur, qui deſperata audacia pugnat*; ut alibi oſtendimus. Vet. Gloſſæ, contifices, παράβολοι. Qui ad beſtias damnati erant ſibi ante certamen ſæpe necem conſciſcebant. Symmachus
B l. II. ep. XLVI. *Cum XXIX. fractas ſine laqueo fauces primus ludi gladiatorii dies viderit.* Lege Senecam ep. XI. Panegyrico Conſtantini: *Inde eſt quod cum exitum differre liceat, perire feſtinant. Tantam captivorum multitudinem beſtiis objicit.* Tertullianus l. *de pudicitia*, ſtipitem ad quem beſtiarii ſurrecti ſunt, vocat ſtipitem Leoni conceſſum. Apud Euſebium l. V. c. I. Blandina ἐπὶ ξύλου κρεμασθεῖσα, *in ligno ſuſpenſa*; id eſt, ad ſtipitem ſurrecta. Id lignum σταυροῦ σχήματι fuit, *forma crucis.*

CAP. XXXVII.

Nobiles deputati ad ludum.

C JULIUS Cæſar funere filiæ venationem dedit, qua non captivi modo & noxii, ſed etiam equites, inter quos & Prætoris filius, pugnarunt. Dio l. XLIII. gladiatores fuiſſe ait: ἐμαχέσαντο δὲ ἐν πᾶσι τοῖς ἀγῶσι οἵ τε αἰχμάλωτοι, καὶ οἱ θάνατον ὠφληκότες, καί τινες καὶ τῶν ἱππέων, οὐχ ὅτι τῶν ἄλλων, ἀλλὰ καὶ ἐστρατηγηκότος τινος υἱὸς ἐμονομάχησαν. Senatores ὁπλομαχῆσαι vetuit, τὰς δ' ἱππίας περιεῖδε μαχ[illegible]. Auguſtus vero in Circo aurigas, curſoreſque & confectores ferarum, & nonnunquam ex nobiliſſima juventute produxit. Suetonius in *Auguſto* c. XLIII. Dio lib. XLVIII. de Auguſto: ἔν τε τῷ πρὸ τούτου ἔτει θηρία τε ἐν τῇ τῶν Ἀπολλωνίων ἱπποδρομίᾳ ἄνδρες ἐκ τῆς ἱππάδος τελ[illegible] κατέβαλον. Caligula qua
D fuit crudelitate, cum deeſſent aliquando noxii qui feris objicerentur, juſſit e turba, quæ in tabulatis graduum, ac cuneorum aſtabat, nonnullos abripi & feris objici. Dio lib. LVIII. ὑπὸ δ' δὴ τῆς αὐτοῦ ὠμότητος, ἐπιλειπόντων ποτὲ τῶν τοῖς θηρίοις ἐκ καταδίκης διδομένων, ἐκέλευσεν ἐκ τοῦ ὄχλου τοῖς ἰκρίοις προσεστηκότας (pegmata Lipſius vir eruditus intelligit, parum commode) συναρπασθῆναι τινὰς καὶ παραβληθῆναι σφίσι. Imo & *cum ad ſaginam ferarum muneri præparatarum carius pecudes compararentur, ex noxiis laniandos adnotavit, multos hone-*
E *ſti ordinis deformatos prius ſtigmatum notis, ad metalla aut munitiones viarum, aut ad beſtias condemnavit, aut beſtiarum more cavea coercuit, aut media ferra diſſecuit.* Suetonius in *Caligul.* c. XXVII. Dionis verba ſunt lib. LIII. πόπλιος δέ τις σερουίλιος ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ ὄνομα ἔλαβεν, ὅτι στρατηγῶν ἄρκτους τετρακοσίους καὶ λιβυκὰ ἕτερα θηρία ἴσα ἐν πανηγύρει ἀπέκτεινε. Nonnulli ita accipiunt, quaſi ſub Auguſto Prætor ipſe cum beſtiis depugnarit. abſit. hoc voluit Dio, P. Servilium CCCC. Urſos & Libycas feras in Circo ediſſe, quas beſtiarii confecerint. Commodus per ſe & in privato, & publico con-
F fecit. Xiphilinus in *Commodo*, θηρία πολλὰ μὲν οἴκοι ἀπέσφαξε, πολλὰ δὲ καὶ ἐν τῷ δημοσίῳ. Caligula *equitem Romanum objectum feris, cum ſe innocentem proclamaſſet, eduxit, abſciſſaque lingua rurſus induxit.* Suetonius cap. XXVII. Sub Nerone vulgatum fuit Senatores & equites in arenam deſcendere. Juvenalis ſatyr. IV.

Profuit ergo nihil miſero quod cominus Urſos
Figebat Numidas, Albana nudus arena
Venator, quis enim jam non intelligat artes
Patricias? ——

Viri enim & fæminæ, non equites modo, sed Senatores in orchestram, Circum, & Theatrum venatorium descenderunt, & vilissimi quique, & ex iis aliqui tibiis cecinerunt, & saltarunt, & histrioniam fecerunt, & cithara cecinerunt, & equos agitarunt, & feras interfecerunt, & gladio pugnarunt, alii volentes, alii nolentes & coacti. Xiphilinus in *Nerone:* *ἄνδρες γυναῖκες οὐχ ὅπως ἱππικοί, ἀλλὰ καὶ τοῦ βουλευτικοῦ ἀξιώματος εἰς τὴν ὀρχήστραν, καὶ εἰς τὸν ἱππόδρομον, τότε θέατρον κυνηγετικὸν εἰσῆλθον, ὥσπερ οἱ ἀτιμώτατοι, καὶ ηὔλισάν τινες αὐτῶν, καὶ ὠρχήσαντο, τραγῳδίας τε καὶ κωμῳδίας ὑπεκρίναντο, καὶ ἐκιθαρῴδησαν, ἵππους τε ἤλασαν, καὶ θηρία ἀπέκτειναν, οἱ μὲν ἐθέλοντες, οἱ δὲ καὶ πάνυ ἄκοντες.* Nobilissimus Eques Rom. Elephanto supersedens per catadromum decucurrit. Exhibuit ex iisdem ordinibus (Equestri & Senatorio) confectores ferarum, & varia arenæ ministeria. Suetonius c. XI. & XII. Tacitus lib. XV. *Fæminarum Senatorumque illustrium plures per arenam fœdati sunt.* Suetonius in *Domitiano* c. X. *Patremfamilias, quod Thracem Myrmilloni parem, munerario imparem dixerat, detractum e spectaculis in arenam canibus objecit, cum hoc titulo; Impie locutus est palmularius.* Alii ad feras ipsa affectatione descendunt, & de morsibus, & de cicatricibus sibi formosiores videntur, ait Tertullianus ad Martyres; imo & ante oculos parentum & affinium ultro hanc dimicationem appetebant. Cyprianus ep. II. *Quid istud, oro, quale est, ubi se feris objiciunt, quos nemo damnavit? ætate integra, honesta satis forma, veste pretiosa viventes juvenes in ultroneum funus ornantur, malis suis miseri gloriantur. Pugnant ad bestias non crimine, sed furore, spectant filios suos patres; frater in cavea est, & soror præsto est.* Hoc ipsum conqueritur Seneca ep. C. *Aspice illos juvenes, quos ex nobilissimis domibus in arenam luxuria conjecit.* Seneca pater controvers. X. *Curatis quis ex solitudine infantes auferat perituros nisi auferantur, non curatis quod juvenum miserorum simplicitatem circumveniunt, & speciosissimum quemque maxime idoneum castris in ludum conjiciunt.* Ipsi Imperatores in arenam descendere non veriti; vulgatum de Caligula & Commodo. Nonnulli etiam de Tacito ita venatorium habitum accipiunt apud Vopiscum, sed ego venationis sylvaticæ habitum interpretor; sic igitur ille: *Imago ejus* (Taciti) *posita est in Quintiliorum, in una tabula quintuplex, in qua semel togatus, semel chlamydatus, semel armatus, semel palliatus, semel venatorio habitu.* Vitellius cavit severe ne Equites Romani ludo aut arena polluerentur, ait Tacitus l. II. *Hist.* sicuti Octavius vetuit ne fæminæ illustres, aut Equites in Orchestra saltarent. Dio lib. LIV. *ἐπειδήπερ καὶ ἱππεῖς, καὶ γυναῖκες ἐπιφανεῖς ἐν τῇ ὀρχήστρᾳ καὶ τότε γε ἐπεδείξαντο, ἀπηγόρευσεν οὐχ ὅτι τοῖς παισὶ τῶν βουλευτῶν, ὅπερ που καὶ πρὶν ἐκεκώλυτο, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐγγόνοις, τοῖς τε ἐν τῇ ἱππάδι δηλονότι ἐξεταζομένοις μηδὲν ἔτι τοιοῦτον δρᾶν.* Deinde fæminæ in arenam descenderunt. Juvenalis satyr. I.

—— *Mævia Tuscum*
Figat Aprum, & nuda teneat venabula mamma.

Martialis lib. I. epigr. VI.

—— *Nam post tua munera, Cæsar,*
Hæc jam fæminea vidimus acta manu.

Eleganter Statius lib. I. *Sylvar.*

Stat sexus tenet insciusque ferri,
Et pugnas capit improbus viriles.

Titus hoc genus usurpavit. Xiphilinus in *Tito*: *ἄλλα τε εἰς συνακισχίλια καὶ βοτὰ, καὶ θηρία ἀπεσφάγη, ἐς αὐτὰ, καὶ γυναῖκες, οὐ μέντοι ἐπιφανεῖς συγκατειργάσαντο.* De Domitiano omnes id asserunt. Suetonius c. IV. *Venationes gladiatoresque & noctibus ad lychnuchos, nec virorum modo pugnas* (ita lego) *sed & fæminarum commisisse.*

CAP. XXXVIII.

An infames fuerint bestiarii?

NOXIOS, transfugas, fugitivos, ad cultrum damnatos, infames fuisse nemo dubitat. Sed de iis qui sponte manum commodarent, non usquequaque notum. Certe qui jaculandi causa ad urbem peregre missus est, famosus non est; l. 9. ff. *de offic. Proconf.* in *Fragm. Pithœanis* tit. 9. & tit. 4. *de adulteriis*. Item, qui roboris ostentandi causa e loco superiori jaculo feras confecerint, ut Tiridates, Commodus, Prætorianæ cohortes, & alii, non infames. Sed famosi sunt ii qui ad cultrum, aut gladium operas locant, licet non depugnarint; l. 1. §. *qui artis*; l. 2. §. *ait Prætor.* §. ult. ff. *de iis qui notantur infamia*. In universum qui scenæ aut arenæ operam locant, infames; l. *lege Julia*. §. 1. ff. *de ritu nuptiarum* l. ult. §. *si quis autem*; ff. *de bonis eorum*. Imo qui operas suas ut cum bestiis pugnaret, locavit, ad matris hæreditatem non admittitur ex S. C. Orphitiano. Placuit admitti S. C. Tertulliano lib. V. C. tit. 27. *de natural liber.* l. 1. Nati ex scenica, aut scenicæ filia, aut arenarii, maculam infamiæ subeunt; l. 1. ff. *de postulando*. Denique eos qui virtutis ostendendæ causa hoc faciunt, sine mercede, non teneri ajunt Veteres, nisi in arena passi sunt se honorari; eos enim puto notam non evadere. Sed si quis operas suas locaverit, ut feras venetur, vel ut depugnaret feram quæ regioni nocet, extra arenam non est notatus. Personæ quæ non virtutis causa cum bestiis pugnaverint, infames; l. 1. ff. *de testibus*: qui ad bestias ut depugnaret se locaverit, ei testimonium in reum dicere non licet. Cum hæc scriberem inter Adversaria mea reperi forte Tractatum *de Elephantis*, quem huic libello addere pro mantissa visum est.

JULII CÆSARIS BULENGERI, JULIODUNENSIS DOCTORIS THEOLOGI, TRACTATUS DE ELEPHANTIS.

CAP. I.



INJURIAM Plautus in *Mil.* facit Elephanto qui homines stolidos Elephanti corio circumtectos esse dicit, cum nulla belluarum Elephanto prudentior sit, auctore Cicer. lib. I. *de Nat. Deor.* Certe Palæstrio Plaut. herum suum Elephanti corio circumtectum esse ait, nec plus habere sapientiæ quam lapidem. Diogenianus inter adagia reposuit, ἐλέφαντος διαφέρεις οὐδὲν, *nihil differs ab Elephanto*. Melius Cic. l. II. *de Nat. Deor.* Elephantorum acutissimos sensus esse ait. Aristoteles l. IX. c. XLVI. *de animal.* ἐστὶ δὲ καὶ εὐαίσθητον, καὶ τῇ συνέσει τῇ ἄλλῃ ὑπερβάλλον. *Est Elephas acuti sensus, & reliquo intellectu excellens.* Cicer. l. II. *Divinat.* esse illi belluæ quandam cum genere humano societatem. Strabo l. XV. ἐγγὺς εἶναι λογικῷ ζώῳ, *propiorem esse animali ratione prædito.* Philostratus l. II. *de Apollon.* τοῦτο γὰρ ζῶον δεύτερον ἀνθρώπου πάττω κατὰ ξύνεσίν τε, καὶ βουλάς. Plinius l. VIII. c. I. Animalium maximum Elephas, proximumque humanis sensibus; quippe intellectus illis sermonis patrii, & imperiorum obedientia, officiorumque quæ didicere memoria, amoris & gloriæ voluptas: imo vero quæ in homine rata, probitas, prudentia, æquitas, religio quoque syderum, Solisque, ac Lunæ veneratio. Elephas dicitur Hesychio ϖρίωσας: Latinis bos Luca, Barrus, unde barritus: Mauris Cæsa, ut scribit Spartianus in *Ælio Vero*: Hebræis פיל פילה *Phil, Phila*.

CAP. II.

Descriptio Elephantis.

ELEPHATEM describit Nonnus pag. 455. sub finem lib. XXVII.

—— ὅσοι λάχον αὔτυγας οἴτης
Μητέρα δενδρήεσσαν ἀμετροβίων ἐλεφάντων,
Οἷς φύσις ὤπασε κύκλα διηκοσίων ἐνιαυτῶν
Ζώειν ἀενάοιο χρόνου πολυκαμπέει νύσσῃ,
Ἠὲ τριηκοσίων. καταβόσκεται ἄλλος ἐπ' ἄλλῳ
Ἐκ ποδὸς ἀκροτάτου μελανόχροος ἄχρι καρήνου, &c.

Quotquot sortiti ambitus sunt Oetes, quæ mater est sylvosa Elephantum longævorum, quibus natura dedit ducentorum, aut trecentorum annorum circulos vivere, meta temporis perpetui circumacta; alter cum altero compascitur niger a pede ad verticem, maxillis longis, duos eminentes dentes habens instar falcis messoriæ recurvos, incedens per ordinem arborum cum dente acuto domitore, longis pedum tibiis more cameli, & juba incurva in dorso capaci, innumerabile examen habens frequentium agitatorum, torquens stabile vestigium inflexo genuum tractu, & lata fronte typum habens capitis serpentini, cervice brevi incurva. Habet autem tenue simulacrum suum oculis similibus, sublimis, immensus, volvens inter eundem aures carne carentes, suspensas e propinquis temporibus, ventilatur tenui aura exiguorum flaminum. Cauda autem tenuis, cervina, instabilis, agitatur crebro verberans corpus vibrante agitatione. Sæpe in pugna maxillam eminentem agitans fera excelsa taurino capite in hominem impetum facit.

Ζύνλω χαρχαρόδοντα φέρων ἑτερόστομον ἅρπην.

Lego ζίβυν, pro ζίβυνον, telum horrendum gerens, A *falcem ex utraque parte oris agitans, e maxilla utraque insitum mucronem.* Oppianus lib. II. *de Venat.*

Κεῖνα γὰρ ἐν γενύεσσι ὑπέρβια τοί χέα δοιὰ
Εἴκελα χαυλιόδουσιν ἐπ' οὐρανὸν ἀντέλλοντα.

Elephantes in malis validissima arma gemina similia exertis dentibus gerunt, cælum versus porrecta. Cornua autem esse, non dentes, ex eo apparet, quod feris quæ cornua habent, germina e malis superioribus sursum vergunt, quod si deorsum inclinaverint, vere sunt dentes.

Θηρσὶ γὰρ ἐκφύσιες γενύων ἀπὸ τῶν ἐφυπέρθεν
Ὅσσαι μὲν κερόεσσαι ἀνωφερέες ἀΐσσουσι,
Εἰ δὲ κάτω νεύοιεν ἀτέχνως εἰσὶν ὀδόντες,
Πάντες γὰρ θήρεσσιν ἀκαμπέες εἰσὶν ὀδόντες,
Οὐδὲ τέχναις εἴκουσι, ἀμείλικτοι δὲ μένουσι, &c.

B *Omnes dentes feris rigidi sunt, neque artificiis cedunt, sed intractabiles manent. At e cornibus arcus rotundi fiunt. Elephas tam magnus est, ut eo viso putes montem te cernere. Robustum caput est juxta aures brevissimas, cavas, politas. Oculi magni quidem, sed pro corpore parvi. Horum in medio exsilit magnus nasus, tenuis, curvus, proboscis cognomento. Illa est pro manu. Pedes anterius multo magis attolluntur, cutis rigida, turpis, densa, corpus ambit, quam vix ferrum dissecuerit, fagos, palmas, oleastros dentibus sectos radicitus prosternit.* Docetur ab homine ferre jugum, ore frænos accipere, pueros dorso excipere. Inter se colloquuntur Elephantes, & vocem mansuetarii exaudiunt, mortem sibi augurantur. C De ingenio, & indole Elephanti lege Philostr. l. II. *de vita Apollonii*, Strab. l. XV. Arrianum in *Indicis*, Sidon. in *Burgo:*

Ultima nigrantes incedunt præda Elephanti,
Informis cui forma gregi; riget dispida dorso
Vix ferrum passura cutis; quippe improba cratem
Nativam nec tela forant, contracta vicissim,
Tensaque terga feris crepitant, usque cavendi
Pellunt excussis impactum missile rugis.

Vide S. Ambrosium *in Exameron.* l. VI. c. V. Cassiodorus l. X. ep. XXX. ait eos mille an. vivere, qui dum ingeniis cubationis arte hominum succisis arboribus ingentia membra commiserint, toto pondere D supinati nequeunt propriis viribus surgere, si semel contigerit corruisse, quia pedes eorum nullis articulis inflectuntur, sed in modum columnarum rigentes, atque incurvabiles jugiter perseverant. Jacentes eriguntur, & beneficii memores magistrum eum accipiunt a quo sublevati sunt, bonis Principibus honorem habent, Tyrannis nullum. Elephanto nasuta manus est, per quam data suscipit, ut ori suo voranda transmittat; est brevi cervice. Flatum suum, quia dolori capitis humani medetur, rogatus exhalat. Cum ad aquas hauriendas venit, petentibus aquam e promuscide instar pluviæ profundit. Motu corporis petit munera quæ det magistro suo, quæ E si negantur, vesicam laxat, & tantam lotii fœtidissimi eluviem egerit, ut fluvium putes; læsus servat offensam; oculi parvi, sed graviter se moventes. Cutis ejus ulcerosis vallibus exarata nullo ferro violari potest. Mores ejus, & ingenium describit Lipsius ep. I. Cen. I. ad quem te mitto. Anguimanos eos vocat Lucretius l. II. quia incurva proboscide pro manu utuntur:

—— *Anguimanos Elephantos India quorum*
Millibus e multis vallo munitur eburno,
Ut penitus nequeat penetrari, tanta ferarum
Vis est. ——

Lucas boves vocat Ausonius ep. XVII. Silius l. IX.

—— *Moderantem cuspide Lucas*
Maurum in bella boves. ——

Lucretius lib. v.

Inde bovet Lucas turrito corpore, tetros
Anguimanos. ——

Varro lib. VI. *de Lingua Lat.* Nostri maximam quadrupedem vocant bovem. In Lucanis Pyrrhi bello primum videre apud hostes Elephantos. Aut quia Lucani boves cæteris majores, aut quia procul relucent, Lucæ boves dicti. Calpurnius Bucol. VII.

Omnia Lucanæ donet pecuaria sylvæ.

Seneca in *Hippolyto*:

Amat insani bellua ponti, Lucæque boves.

Elephantes ad numerum saltant, in fune ambulant, ut Arrianus in *Indicis*. Martialis lib. I.

Et molles dare jussa quod choreas,
Nigro bellua nihil negat magistro.

Ælianus scribit, servum Elephanto cum modium plenum tritico admetiri deberet, dimidiatum tantum admensum esse. Spectante domino servus plenum præbuit, Elephas mediam partem secrevit, ut ostenderet se dimidiata parte fraudari solitum. Cum magister uxorem suam vetulam necasset, & in stabulo Elephantis terra obruisset, novæ uxori Elephas proboscide cadaver prioris uxoris retexit. Æthiopissa moriens Elephanto filium suum in cunis vagientem commendavit, ille cum infans vagiret, cunas movebat, & excubias die, noctuque agebat. Quintilianus lib. VI. cap. III. ait asses Elephanto dari solitos. Augustus dixit militi libellum timide porrigenti, Noli dubitare tanquam assem Elephanto des. Apud Macrobium lib. II. *Satur.* cap. IV. Adrianus dixit cuidam libellum offerenti; Putas te assem Elephanto dare: quia manum retrahebat. Lucanus libro VI.

Sic Libycus densis Elephas compressus ab armis,
Omne repercussum squalenti missile tergo
Frangit, & hærentes mota cute discutit hastas.

CAP. III.

Elephas porcum & murem timet.

APUD Scenecam lib. II. *de Ira*: *Elephantes porci vox terret, Leones rotarum versata facies.* Polyænus lib. IV. Antigonus μέγαρα πολιορκῶν τὰς ἐλέφαντας ἐπῆγεν. οἱ μεγαρεῖς σύας καταλείφοντες ὑγρᾷ πίσσῃ, &c. *Megaram urbem obsidens Elephantas induxit. Megarenses sues illinunt humida pice, & accendunt, immittuntque in Elephantes, qui territi diffugiunt. Antigonus jussit sues cum Elephantis nutriri.* Sed de Elephante audiamus Sanctum Basilium lib. IX. *ad Examer.* ὥσπερ οὐ μᾶλλον θαυμάζω τὰς μεγάλας τῶν ὀρῶν κορυφὰς, αἳ τῷ πλησίον εἶναι τῶν νεφῶν τῇ συνεχεῖ περιπνοίᾳ διασώζουσι τὸ χειμέριον, ἢ τὴν ἐν τῇ φάραγξι κοιλότητα, οὐ μόνον τὸ δυσήνεμον τῶν ὑψηλῶν διαφεύγουσαν, ἀλλὰ καὶ ἀλεεινὸν ἀεὶ τὸν ἀέρα συνέχουσαν, &c. *Ut non magis admiror altissimos montium vertices, qui ob viciniam nubium, quia perpetuo perflantur, servant hybernum frigus, quam concavas valles quæ tutæ sunt a ventis, & semper calidum aerem habent: ita in animantium structura non magis Elephanti magnitudo mihi admirationem movet, quam sorex, qui Elephanti terrificus est, aut tenuis stimulus scorpii.* Idem proboscidem vocat pronomæam, & cur ei cervix brevis, tibiæ ἀδιάρθρωτοι, *inarticulatæ* sint, ostendit. Vide pag. 42.

CAP. IV.


De prudentia, & ardore pugnæ in Elephantis.

HANC partem Lipsius epist. L. centuriæ I. pluribus illustrat. Tu eum, si vacat, consulito.

A Supra ex Cassiodoro indicavi, eos bonis Regibus
honorem habere, non item Tyrannis. Quin-
tus Curtius lib. VIII. *Rector more solito procumbere*
Elephantem in genua jussit, ut Porus descenderet,
cæteri in genua dimisere se. Quibus promissis in na-
ves introducantur, quibus artibus illiciantur, in-
dicat Zonaras Tomo II. p. 61. Idem Tomo II. p. 9.
ostendit, eos facile occidi σιδηρίῳ τινὶ ὑπὸ τὸ οὖς νυτ-
τομένης, *si ferro sub aurem feriantur.* Norunt se
ad pugnam præparari visa purpura. Plutarchus in
Eumene: ὡς τῶν θηρίων τὰς πύργους ἄνω, καὶ τὰς πορφύ-
ρας εἶδον, ὅσπερ ἦν αὐτοῖς κόσμος εἰς μάχην ἀγομέ-
νοις. *Elephantorum turres sublimes, & purpuras vi-*
B *derunt, quibus insternebantur in prælium ituri.* Li-
byci corpore & animo Indicis sunt inferiores, ait
Livius l. XXXVII. Ibidem: *Elephantibus*, inquit,
addebant speciem frontalia, & cristæ, & tergo im-
positæ turres, turribusque superstantes præter recto-
rem quatuor armati. Romani in Elephantorum
terga malleolos stuppa involutos, ac pice oblitos,
uncis insuper, & aculeis tenaces, & inflammatos
vibrabant, ait Orosius l. IV. c. II. Corium Elephan-
ti non modo adversus jacula firmum est, verum &
ut spongia aquas ebibit, hoc Numidæ clypeos te-
gunt, ait Orosius l. v. Ex adversis partibus inter se
pugnabant. Polybius p. 165. θηρία συμπίπτοντα
C εἰς πρόσωπον αὐτοῖς συμπλέξαντα τὰς ὀδόντας. Per-
territi stragem suorum edebant. Appianus in *Ibe-*
ricis: οἵ τε ἄλλοι ἐλέφαντες πρὸς τὴν ἑνὸς ἐλέφαντος βοὴν
διαταραχθέντες τοὺς φίλους συνεπάτουν, καὶ ἀνέτεμνον,
καὶ ἀνέρριπτον, ὅπερ ἀεὶ θορυβηθέντες ἐλέφαντες εἰώ-
θασι πάσχειν, καὶ πάντας ἡγεῖσθαι πολεμίους. *Alii*
Elephantes ad unius ex suis clamorem percussi amicos
calcabant, secabant, disjiciebant, quod turbatis
Elephantis accidere solet, ut omnes inimicos putent.
Rectores, ut eos incitarent, utebantur ferro, quod
dicitur ἀγγοπὴς, & ὀρπισίδηρος. Hesychius, ἀγ-
γοπὴς ᾧ τοὺς ἐλέφαντας τύπτουσι σιδήρῳ, ὀρπισίδηρος
D ἐν ᾧ τὸν ἐλέφαντα τύπτουσι. *Angopes ferrum quo Ele-*
phantes feriunt, Orpisiderus ferrum quo Elephan-
tes verberant. Item, ut furorem iis accenderent,
sanguinem uvæ, & mora rubra eis ostendebant;
l. I. *Machabeor.* καὶ τοῖς ἐλέφασι ἔδειξαν αἷμα σταφυ-
λῆς, καὶ μόρων, τοῦ παραστῆσαι αὐτοὺς εἰς τὸν πόλεμον,
καὶ παρέστησε ἑκάστῳ ἐλέφαντι χιλίους ἄνδρας τεθωρα-
κισμένους ἐν ἁλυσιδωτοῖς. πύργοι ἐζωσμένοι ἐπ' αὐ-
τοῦ μηχαναῖς, καὶ ἐφ' ἑκάστου ἄνδρες τριάκοντα δύο, οἱ
πολεμοῦντες, καὶ ὁ ἰνδὸς αὐτοῦ. *Elephantis ostenderunt*
sanguinem uvæ, & mororum, ut eos ad prælium sti-
mularent, & ad singulos Elephantas adjunxit mille
milites loricis ornatos, quæ hamis nexæ essent; tur-
E *ris erat super Elephantem alligata. arte, & supra*
eam XXXII. *bellatores, cum Indo rectore.* Josephus
l. I. c. I. *belli Judaici*: ἐλέφαντα πύργῳ τε μεγάλῳ,
καὶ περιχρύσοις προτειχίσμασι τετειχισμένον, *Ele-*
phantum turre sublimi, & auratis propugnaculis mu-
nitum. Vino & thure incitabantur ad cædem l. II.
Machabæor. οἴνῳ καὶ λιβάνῳ ἐλέφαντες μεμεστωμένοι.
l. I. *Machabæor. Vidit Eleazar* αβαράν ἓν τῶν θηρίων
τεθωρακισμένον θώρακι βασιλῆ, καὶ ᾤηθη ὅτι ἐν αὐ-
τῷ ἐστὶν ὁ βασιλεύς. *Abaram unum ex Elephantis lo-*
rica regia ornatum vidit, & putavit eo Regem vehi.
Ultimum hoc pono, Elephantem fæminam solere
gravidam esse perpetuos decem annos, ut ait Plau-
F tus in *Stycho*. Aristoteles unum tantum annum u-
terum gerere ait. Vulgo scitum est, Elephanto
nullas articulorum commissuras esse, Ambrosius l.
VI. *Exam.* Elephas fulcitur hinc inde trabibus ma-
ximis, ut in somno aliquantum sine periculo reflectatur, quia pes ejus nulla artuum conjunctione
distinguitur; fulcra eorum quibus hic usus est parantur ingenio. Solent ideo Elephanti ut somnum capiant ad arbores adniti, quas venatores observant, & pone secant, ut prolapsi, & toto corpore strati, erigere se nequeant. Vide c. XIX. *Venationis* nostræ.


1 Scena
2 Pulpitum
3 Chorus
4 Proscenium.
5 Orchestra
6 Cavea et cunei

THEATRVM




Scenam pulpito, pulpitum proscenio superius Romano more excudi

THEATRVM LAPIDEVM



Pars Theatri quæ a latere cernitur.

THEATRVM MARCELLI



Pars Theatri quæ pone cernitur

JULIUS CÆSAR BULENGERUS JULIODUNENSIS DE THEATRO.

DESCRIPTIO THEATRI ROMANI, ET GRÆCI.



DUÆ præcipuæ sunt Theatri partes, scena & cunei. Scena triplex est, Tragica, Comica, Satyrica. In scena tres portæ, media, ubi regiæ aulæ, sinistra, & dextera, ubi humiliora ædificia. Utrinque ad mediam portam aliæ duæ portæ fuere, quarum valvis affixæ machinæ περίακτοι. In ima scena aditus & scalaria, quibus in superiorem scenam ascenderetur. Post scenam porticus, ubi choragia laxamentum haberent ad chorum parandum. In scena item Episcenia, Parascenia, Hiposcenia, Proscenium, Pulpitum, Machinæ, Aræ, ἠχεῖα, Columnæ, & alia pleraque. Episcenium Hesychio fuit τὸ ἐπὶ σκηνῆς καταγώγιον, id est, domicilium super scena. Parascenia, αἱ εἰς τὴν σκηνὴν ἄγουσαι εἴσοδοι, id est, aditus ad scenam. Didimus aditus esse vult utrinque in orchestram, τὰς ἑκατέρωθεν τῆς ὀρχήστρας εἰσόδους. vel ut Harpocratio, ὁ περὶ τὴν σκηνὴν ἀποδεδειγμένος τόπος τῆς εἰς τὸν ἀγῶνα παρασκευῆς, id est, locus circa scenam ubi ludi præparantur. Hyposcenium in Græco Theatro sub thymele seu pulpito orchestræ fuit, de quo Athenæus l.XIV. Asopodorus Phliasius tibicine magno plausu laudato, moratus adhuc in hyposcenio, quid hoc rei? inquit, διατρίβων αὐτὸς ἔτι ἐν τῷ ὑποσκηνίῳ. Scenam Isidorus esse vult infra Theatrum, meo animo minus bene, cum Victruvius l.V.c.VII. scribat, tectum porticus quod est in summa gradatione, cum scenæ altitudine libratum perfici oportere, id est, scenæ altitudini exæquandum esse. Ita autem interdum scena exaggerata fuit, ut tres scenæ aliæ aliis impositæ essent, quam tertiam ἐπίσκηνον Victruvius vocat, parietibus suffultæ & in imo, medio, summo, variis ornatæ columnis, nonnunquam usque ad trecentas. Longitudo scenæ est, ut ab uno cuneorum cornu ad alterum cum coopertura ducatur, & dimidia parte longitudinem orchestræ superet. Proscenium locus patens & liber fuit in fronte scenæ, ait Isidorus, in quo actores histrioniam agebant, quorum etiam imagines in proscenio positæ. C. Theod. l.15. tit.7. Diomedes l.III. Mimi Latine Planipedes dicti quod actores planis pedibus, id est, nudis proscenium introirent, non ut Tragici actores cum cothurnis neque ut Comici cum soccis. Olim non in suggestu scenæ, sed in plano orchestræ positis instrumentis musicis agitabant. Suggestus ille scenæ vocatur a Victruvio pulpitum proscenii, quia infra scenam proscenium fuit; pulpitum autem quinque pedes altum supra proscenium. Itaque scena pulpito est altior, pulpitum proscenio, proscenium orchestra. Servius l.II. Georgic. ait, proscenia fuisse pulpita ante scenam ubi ludicra exercentur. Per proscenium in scenam ascensum fuisse docet Synes. l.II. de Provident. εἰ δὲ εἰς τὴν σκηνὴν εἰσβιάζοιτο διὰ προσκηνίου, &c. Certe in Græcia scena proscenio altior fuit, proscenium pulpito, quod in orchestra decem pedes altum: pulpitum ipsum orchestra altius, quæ cum imis gradibus exæquabatur, & scena brevior fuit longitudinis dimidia parte. In proscenio fuerunt aræ, ut Plautus indicat in Amphit. Prologo.

Etiam histriones anno cum in proscenio hic
Jovem invocaverunt, venit. ——

Item ædificia, eodem teste in Trucul. Prologo:

Athenæ istæ sunt ita ut hoc est proscenium,
Tantisperdum transigimus hanc Comœdiam.

E proscenii fastigio actores qui in pulpito erant, spectari poterant, ut Suetonius in Nerone cap.XII. Tragœdi igitur & Comici in pulpito proscenii Romæ agebant, Thymelici in proscenio aut pulpito ipso, ut scribit Seneca epist.LXXXIV. & ex pulpito, inquit, omne tibiarum genus organorumque consonuit. Pulpitum ideo Romæ latius quam in Græcia fuit, quod omnes Romæ artifices in scenam dant operam, ut Victruvius lib.V. cap.VI. Athenæus l.XIV. Ludis, inquit, quos Luc. Anicius Rom. exercitus Imperator edidit in Circo amplissima scena estructa, tibicines omnes in proscenio constituit, ut una cum choro canerent. Apud Græcos vero, ut Victruvius lib.V. c.VIII. Tragici & Comici in scena peragunt, reliqui autem artifices suas per orchestram præstant actiones. Orchestra autem, in qua Senatorum sunt sedibus designata loca, Romæ inter cunceos & scenam interjecta erat, præducta muro pedem unum alto, quod podium dicitur, qui columnis tres pedes altis ornabantur, quibus spectatores inniti possent. Ea erat graduum quatuor, aut quinque, alta pedes duodecim, longa dimidiam scenæ partem. Gradus orchestræ dignissimus imus fuit, podio proximus & scenæ. Inter podium & gradus orchestræ fuit spatium aliquod latius, in quo sellæ curules Magistratuum, tribunalia editorum, sedes Vestalium suggestus & cubilia Imperatorum, sellæ absentibus repositæ, lictoribusque Magistratuum & viatoribus locus. Hi orchestræ gradus Suetonio primi subselliorum gradus dicuntur, quos proxime sequuntur equestria. Græcis amplior orchestra fuit. scena recessior, minoreque latitudine pulpitum quod logæum appellant, in quo Thymelici canebant, chorus stabat, histriones saltabant. Logæi altitudo pedum decem apud Græcos, cum Romæ pulpitum proscenii altum sit pedes quinque. Orchestra ipsa primis gradibus altitudine exæquabatur. Ab ea erant gradationes, quibus in scenam ascenderetur, aut descenderetur. Quare & Suetonius scribit in Julio, Decimum Laberium sessum in quatuordecim scena per orchestram transiisse. In Græcia orchestra licet extra scenam procurrerit, cum scena tamen conjuncta fuit, nec podio inclusa, ut Romæ, sed obversa imis gradibus unde spectabant, cum orchestra Romæ initium graduum & cuneorum fuerit, scena

obversa, ut a Senatoribus omnium agentium gestus spectari possent. Gradus autem alii fuere humiliores ad ascensum & descensum, quas gradationes, & scalaria, seu scalas, & scalarum gradus Vitruvius vocat, alii altiores, in quibus spectatoribus locus & in anfractu quasi cathedræ, ait Tertullianus lib. de Spectaculis. *Gradus illi alti palmo pede & digitis sex, lati duos pedes & semis, ita collocati, ut in imo acuti, sursum latiores cunei formam redderent, unde & cunei vocantur. Doctissimus Lipsius vult scalas ipsas cuneos vocari,* quia, *inquit*, scalarum directio talis, ut ab imo ordiens magis diffunderetur in altum, redderentque cunei formam. *male, meo animo, cum Vitruvius l.v. c.vii. dicat, gradationes scalarum inter cuneos & sedes dirigantur ad primam præcinctionem, & spectatores in cuneis sedisse certum sit; Suetonius* Augusto *cap.*XLIV. Adsignavit prætextatis cuneum suum, proximum Pædagogis. *Graduum initium Romæ a podio & orchestra, in qua tres primi subselliorum ordines Senatoribus attributi. Gradus autem distincti erant tribus præcinctionibus, quæ graduum intervalla & divisiones quædam in orbem fuerunt, unde & tres caveæ dictæ, quia fornicata graduum structura erat in ima, media, summa cavea. In singulis gradationibus, & scalaribus erant aditus, seu portæ & vomitoria, per quæ ab exterioribus porticibus venientes in sedilia se funderent. Ascensus scalæque, ait Vitruvius, inter cuneos ad primam præcinctionem. Item, aditus in cornibus orchestræ ad inferiores sedes, ubi itinerum supercilia. Gradus scalarium ad ascensum erant alti semipedem, & unciam, lati duos pedes. Quas via fuisse arbitror, directas ab orchestra ad equestria ubi desinebant. Nam ab equestribus ad popularia erant aliæ viæ quæ ibi desinerent. Inde etiam aliæ viæ, a popularibus ad superiorem porticum, & tectum, quæ summa cavea fuit. Calpurnius:*

Nam quæcunque patent sub aperto libera cælo,
Aut eques, aut nivei loca densavere Tribuni.

In singulis præcinctionibus cunei secabantur lateralibus viis, & dividebantur præcinctionum itineribus. E porticibus superioribus tenuiores spectabant, quam τὴν ἀνωτάτω θεάτρου ἁψῖδα Dio vocat. Eæ porticus fuere cum tecto, ut Solis ardorem defenderent, ideoque dicuntur Tertulliano lib. de Spectac. *apuliæ*, ἀπὸ τοῦ ἡλίου, *quasi a Sole adversas dicas, ut solaria & heliocamini Soli exponuntur. Hæc mea mens de tota Theatri conformatione. Si quid secus scriptum a nobis, dictumve est, inscriptum, indictumque esto.*

LIBER I.

CAP. I.

De Ludorum theatralium & scenicorum origine.



Udi scenici humilia initia, sicuti pleræque aliæ res, habuere. A rusticis enim profecti sunt, qui per dies festos in honorem Deorum cum ad aras sine arte saltarent, & ab ortu in occasum, ab occasu in ortum ultro citroque in chori formam moverentur, incondita carmina canebant aut in pratis bene poti, & fæcibus inuncti in utres insiliebant, ludosque cernui sibi faciebant. Sic enim Varro lib.I. *de vita Pop.Rom.* Etiam pelles bubulas oleo perfusas percurrebant, ibique cernuabant. A quo ille versus vetus est in carmine:

Sibi pastores ludos faciunt cernui Consualia.

Virgilius l.II. *Georg.*

Præmiaque ingentes pagos, & compita circum
Thesidæ posuere, atque inter pocula læti
Mollibus in pratis unctos saliere per utres.

Iidem minio vultus obliti choros ducere instituerunt. Tibullus l.II. eleg I.

Agricola & minio suffusus Bacche rubenti
Primus inexperta duxit ab arte choros.

Imo & certis pedibus omnium primi cantilenas suas astrinxerunt, alternisque canentes per eam ludorum licentiam fescennina dicta jacere cœperunt. Tibullus loco cit.

Agricola assiduo primum lassatus aratro,
Cantavit certo rustica verba pede.

Horatius l.II. ep.I.

Fescennina per hunc inventa licentia morem
Versibus incomptis opprobria rustica fudit.

Hæc verba præmiserat:

Agricolæ prisci fortes, parvoque beati
Condita post frumenta, levantes tempore festo
Corpus, & ipsum animum.

qui locus quia elegans adeundus. Sive in compito ludi fierent, sive in pratis. Calpurnius Buc.III.

A *Ut quoque turba suo plaudat saginata magistro,*
Qui facit egregios ad pervia compita ludos.

In Attica res primum usurpata, auctore Virgilio, & ab agris in urbem traducta, ut Cassiodorus l.IV. *Variar.* ep.LI. *Cum*, inquit, *agricultores feriatis diebus sacra diversis numinibus per lucos, vicosque celebrarent, Athenienses primum agreste principium in urbanum spectaculum collegerunt, Theatrum Græco vocabulo visorium nominantes, quod eminus a stantibus turba conveniens sine aliquo impedimento videatur.* Regio Atticæ ubi primum hi ludi acti, Icarium dicta est, cui nomen ab Icario Erigones patre, qui primus vini usum docuit. Athenæus l.II.
B ἀπὸ μέθης καὶ ἡ τῆς τραγῳδίας εὕρεσις ἐν Ἰκαρίῳ τῆς Ἀττικῆς εὑρέθη. καὶ κατ' αὐτὸν τὸν τρυγῆς καιρὸν, ἀφ' οὗ καὶ τρυγῳδία τὸ πρῶτον ἐκλήθη κωμῳδία. Id est, *a crapula & ebrietate, Comœdia & Tragœdia repertæ sunt, eo ipso tempore quo vindemia fiebat. Unde & Comœdia primum dicta est Trygodia.* Vinum enim olim τρὺξ dictum est, a quo τρύγητος, *vindemia*. Aristophanis Scholiastes in *Nubibus* scribit olim fabularum actores τρυγοδαίμονας dictos, quia τὴν τρύγα χριόμενοι ἵνα μὴ γνώριμοι γένωνται, οὕτω τὰ αὐτῶν ᾖδον ποιήματα καὶ τὰς ὁδοὺς ἁμάξαις ἐπικαθήμενοι. Id
C est, *quia fæcibus obliti ne agnoscantur per vias in plaustris sedentes canunt.* Icario autem propter justitiam & pietatem existimatur Liber Pater vinum, & vitem, & uvam tradidisse, ut ostenderet hominibus quomodo sereretur, & quod ex eo nasceretur & cum esset natum id, quomodo uti oporteret. Qui cum sevisset vitem, & diligentissime administrando floridam falce fecisset, dicitur hircus in vineam se conjecisse, & quæ ibi tenerrima folia videret, decerpsisse. Quod factum Icarium animo irato tulisse, eumque interfecisse, & ex pelle ejus utrem fecisse, ac vento plenum præligasse, & in medium projecisse, suosque sodales circa eum
C saltare coegisse. Qua de re Eratosthenes:

Ἰκαρίου ποσὶ πρῶτα περὶ τράγον ὠρχήσαντο.

Legendus Hyginus lib.II. *Astron.* in Arctophyl. Alii Dionysio, qui Liber Pater est, ludos scenicos attribuunt, eumque volunt Theatra primum invenisse, & musicum certamen instituisse. Idem

immunes eos esse voluit in exercitu, qui musicam attigissent. Unde & posteri musicos conventus artificum Dionysii fecerunt eosque immunes esse voluerunt. Diodorus Siculus lib. IV. *τὸν διόνυσον θυμελικῶν ἀγώνων φασὶν εὑρετὴν γενέσθαι, καὶ θέατρα καταδεῖξαι, καὶ μουσικῶν ἀκροαμάτων σύστημα ποιῆσαι. πρὸς δὲ τούτοις ἀλειτουργήτους ποιῆσαι τοὺς ἐν ταῖς στρατείαις μεταχειριζομένους τι τῆς μουσικῆς ἐπιστήμης ὅθεν μεταγενέστεροι μουσικοὺς συνόδους συστήσαντο τῶν διονύσου τεχνιτῶν. καὶ ἀτελεῖς ἐποίησαν τοὺς ταῦτα ἐπιτηδεύοντας*: Tertullianus lib. *de Spectacul.* Cum promiscue ludi Liberalia vocarentur, honorem Liberi Patris manifeste sonabant, Libero enim a rusticis primo fiebant ob beneficium quod ei ascribunt pro demonstrata gratia vini. Dionysia quidem Athenis bis quoque anno fiebant in honorem Liberi Patris. Prima in astu vere cum vectigalia in urbem inferrentur. Altera in agris, quæ in Lenæo dicta, quando peregrini jam Athenis non aderant, quod hyems adventaret. *ὁ τῶν διονυσίων ἀγὼν ἐτελεῖτο δὶς τοῦ ἔτους. τὸ μὲν πρῶτον ἔαρος ἐν ἄστει, ὅτε οἱ φόροι ἀθήνησι ἐφέροντο. τὸ δεύτερον ἐν ἀγροῖς, ὁ ἐπὶ ληναίῳ λεγόμενος, ὅτε ξένοι οὐ παρῆσαν, χειμὼν γὰρ λοιπὸν ἦν.* Aristophanis Interpres in *Acharn.* in id,

> *Ο ἐπὶ ληναίῳ ἀγὼν, κοὔπω ξένοι πάρεισι.*
> *Οὔτε γὰρ φόροι ἥκουσι, οὔτε ἐκ τῶν πολέμων οἱ σύμμαχοι.*

Id est, *certamen est super Lenæo, & nondum hospites adsunt: neque enim adhuc vectigalia veniunt, neque ex bellis socii.* Per eos dies in pratis saliebant mystæ, clamabantque: *Bacche veni per pratum saltaturus, coronam myrteam copia fructuum refertam capite quatiens.* Aristophanes in *Ranis*: *ἴακχ' ὦ ἴακχε, ἐλθὲ τὸν ἀνὰ λειμῶνα χορεύσων, πολύκαρπον μὲν τινάσσων ἀμφὶ κρατὶ σῷ βρύοντα στέφανον μύρτων. Excita flammeas lampades, venis enim manibus Bacche quatiens*:

> *Εγειρε φλογέας λαμπάδας. ἐν χερσὶ γὰρ ἥκεις*
> *Τινάσσων ἴακχε*

Ubi Scholiastes *ἐν τῷ λειμῶνι τὰς χορείας ἐποιοῦντο διὰ τὰ ἄνθη. μυρσίνης στεφάνῳ ἐστεφανοῦντο οἱ μεμυημένοι, οὐχ ὥς τινες νομίζονται κισσινῷ. τῆς τελετῆς δὲ οὐ μόνον χορευτὴς, ἀλλὰ καὶ ἔξαρχος ἦν ὁ διόνυσος. καὶ μὲν δὴ διονύσου ἐν ἐλευσῖνι ἱερόν ἐστι, καὶ ἐν διονυσίοις ἐτελεῖτο τὰ μυστήρια.* Id est, *in prato florido choreas ducebant mysteriis, & myrtea corona coronabantur mystæ, non autem hederacea, ut quidam male autumant. Mysteriorum autem non modo choreuta Liber Pater erat, sed etiam dux ac princeps. Eleusi Dionysii templum, & per Dionysia celebrari mysteria moris fuit.* Athenis id temporis comici Poetæ, & tragici, tibicines & histriones certabant, qui & Dionysiaci *τεχνῖται*, seu artifices dicti sunt. Plutarchus in *Alexandro* scribit. Athenodorum histrionem ab Atheniensibus multatum, quod Dionysiaco certamini non interfuerat, *ζημιωθεὶς ὑπ' ἀθηναίων ὅτι πρὸς τὸν ἀγῶνα τῶν διονυσίων οὐκ ἀπήντησε.* Ea celebritas olim fiebat populariter & hilariter. Amphora vini, & flagellum vitis in medio ponebatur: deinde unus aliquis trahebat hircum, alius sequebatur ficuum arculam ferens; super omnia fallus. Quæ cuncta exoleverunt, & in eorum locum successerunt auro distinctæ vestes magnificæ, jugis agitatis, & personis. Plutarchus *de Avaritia*: *ἡ πάτριος τῶν διονυσίων ἑορτὴ τὸ παλαιὸν ἐπέμπετο δημοτικῶς, καὶ ἱλαρῶς. ἀμφορεὺς οἴνου, καὶ κληματίς. εἶτα τράγον τις εἷλκεν, ἄλλος ἰσχάδων ἄρριχον ἠκολούθει κομίζων.* Lenæum autem Bacchi festum in agris celebratum, *κατ' ἀγροὺς διονύσια* dicuntur Aristoph. quia eo primum loco torcularis, seu præli lacus positus sit, auct. Scholiaste Aristop. *τοῦτο διὰ τὸ πρῶτον ἐν τούτῳ τῷ τόπῳ λῆνον τεθῆναι.* Eo certamine qui Dionysii laucus, seu daduchus erat, manu lampadem tenens, dicebat, vocate Deum: quo audito clamant, Se-

A meleje Bacche, opum dator. Scholiastes Aristophan. *ἐν τοῖς ληναϊκοῖς ἀγῶσι τοῦ διονύσου ὁ δᾳδοῦχος κατέχων λαμπάδα λέγει, καλεῖτε θεόν.* Addidi e Plutarcho Dionysiis fallum geri solitum pone virgines canephoras, & fallicum cani. Erat autem fallus lignum oblongum, in cujus vertice fascinum scorteum fuit, Suidas, *φαλλικὰ τὰ ἐπὶ τῷ φάλλῳ ᾀδόμενα μέλη. φάλλον δὲ μόσχα δερμάτινα, ἢ ξύλον ἐπίμηκες ἔχον ἐν τῷ ἄκρῳ σκύτινον αἰδοῖον.* id est, *phallica sunt carmina quæ ad phallum canuntur.* Canephoræ virgines erant ingenuæ, quæ canistra capite gererent, in quibus omnes primitiæ repositæ essent. Aristophane in *Acharn.*

> B *Πρόϊθι ὡς τὸ πρόσθεν ὀλίγον κανηφόρος.*
> *Ο ξανθίας τὸν φάλλον ὀρθὸν στησάτω,*
> *Εγὼ δ' ἀκολουθῶν ᾄσομαι τὸ φαλλικόν.*

Ubi Scholiastes, *ἐν ἀθήναις αἱ εὐγενεῖς παρθένοι ἐκανηφόρουν τοῖς διονυσίοις. ἦν δὲ ἐκ χρυσοῦ πεποιημένα τὰ κανᾶ, ἐφ' ὧν τὰς ἀπαρχὰς ἁπάντων ἐτίθεσαν.* A Phallicis ortæ Comœdiæ, ut Aristoteles agnoscit lib. *de Poet.* cap. II. & III. sicut a Dithyrambis Tragœdiæ profluxerunt. Athenis certe maximus Magistratus fuit, cui cura Dionysiaci certaminis, usque adeo ut Adrianus qui postea Imperator, hoc munus administrare non detrectaverit. Xiphilinus
C in *Adriano*: *τά τε διονύσια, τὴν μεγίστην παρ' αὐτοῖς ἀρχὴν, ἄρξας ἐν τῇ ἐσθῆτι ἐπιχωρίῳ λαμπρῶς ἐπετέλεσε.* Ea non Athenis modo, verum & in Ægypto celebrabantur magna hominum frequentia, qui musica certamina obirent. Theocritus Idyl. XVII.

> *Οὐδὲ διονύσου τὶς ἀνὴρ ἱεροὺς κατ' ἀγῶνας*
> *Ικέτο ἐπιστάμενος λιγυρὰν ἀναμέλψαι ἀοιδὰν*
> *Ωι οὐ δωτίναν ἀντάξιον ὤπασε τέχνης*

Neque aliquis per sacros agonas Dionysii venit canendi peritus, cui munus arte sua dignum non dederit. Sed Dionysia proprie Atheniensium fuere, qui olim in pagis habitarunt, in quibus Liberalia celebrabant,
D ut scribit Thucydides. Quo respexit Virgilius:

> *Præmiaque ingentes pagos, & compita circum*
> *Thesidæ posuere, atque inter pocula læti*
> *Mollibus in pratis unctos saliere per utres.*

Theseus ex agris in urbem eos retraxit, ut prodit Thucydides lib. II. cum tota Attica in pagos & vicos frequentes divisa esset *διονύσια ἀρχαιότερα*, *Liberalia vetustiora decimo quoque anno celebrata mense Anthesterione.* Alia fuere recentiora, ut notat Scholiastes Thucydidis. Libanius Rhetor *contra Midiam*: *ἑορτὴν ἦγον οἱ ἀθηναῖοι τῷ διονύσῳ ἣν ἐκάλουν ἀπὸ τοῦ θεοῦ διονύσια. ἐν δὲ ταύτῃ τραγικοὶ καὶ αὐλικοὶ, καὶ κωμικοὶ χοροὶ διηγωνίζοντο, καθίστα-*
E *σαν δὲ χοροὺς αἱ φυλαὶ δέκα τυγχάνουσαι. χορηγὸς δὲ ἑκάστης φυλῆς ὁ τὰ ἀναλώματα παρέχων τὰ περὶ τὸν χορόν.* *Festum agebant Athenienses in honorem Bacchi Dionysia, quo Tragici, Comici, tibicinum chori certabant. Choros constituebant decem tribus & choragos totidem, qui sumptus suppeditarent in chorum.* Apud Laertium Diogenes Cynicus *τοὺς διονυσιακοὺς ἀγῶνας μεγάλα θαύματα μωροῖς ἔλεγεν, καὶ τοὺς δημαγωγοὺς ὄχλου διακόνους*, *Dionysiaca certamina dicebat magna esse stultorum miracula, oratores autem turbæ ministros.*

CAP. II.

F

De auctore Tragœdiæ, & Comœdiæ.

Ludi scenici a parvis initiis ad eam magnificentiam, quæ hodieque est, ascenderunt. Primus omnium Thespis e situ & pulvere Tragœdiam in lucem hominum eduxit, & scenicos fæcibus oblitos in plaustra invexit, unde dicta jacerent in obvios, & cantilenas suas decantarent. Alii volunt Theomin quendam qui ætate Orestis

floruerit, Tragœdiam reperisse, quem Minos, & Auleas secuti sint, vetus Scholiastes ἐν τοῖς χρόνοις ὀρέσυ ἐθαυμάζετο παρ᾽ ἕλλησι Θεόμις, ὃς πρῶτος ἐξεῦρε τραγῳδικὰς μελῳδίας, καὶ ἐξέθετο πρῶτος δράματα, καὶ μετ᾽ αὐτοῦ μίνως, καὶ μετὰ μίνωα αὐλέας χορὺς τραγικὺς συνεστήσατο. Auleas choros tragicos instituit, Thespis expolivit. Suidas tamen primum Tragœdiæ auctorem facit Epigenem Sicyonium, a quo Thespis decimus sextus tragicus Poeta fuerit: ὁ θέσπις ἑκκαιδέκατος ἀπὸ πρώτου γενομένου τραγῳδοποιοῦ ἐπιγένους σικυωνίου. De Thespi Horatius in *Arte*:

Ignotum tragicæ genus invenisse Camœnæ
Dicitur, & plaustris vexisse poemata Thespis,
Quæ canerent, agerentque peruncti fæcibus ora.

Suidas scribit, eum ante alios omnes cerussa & minio vultum obduxisse, deinde portulacæ foliis texisse in agendo, postea sola tunica usum personas reperisse. Πρῶτος χρίσας τὸ πρόσωπον ψιμμυθίῳ, εἶτα ἀνδράχνῃ ἐσκέπασεν ἐν τῷ ἐπιδείκνυσθαι, καὶ μετὰ ταῦτα εἰσήνεγκε καὶ τὴν τῶν προσωπείων χρῆσιν, ἐν μόνῃ ὀθόνῃ κατασκευάσας. Plaustris autem utebantur Dionysiis quæ lenæa dicuntur, ait Aristophanis Scholiastes, quibus Poetæ ridiculi causa poemata sedentes e plaustro canebant. ποιήματα ἐπ᾽ ἁμαξῶν ᾄδοντες καθήμενοι. Demosthenes ἐκ ἁμάξης ᾄδοντας vocat. Sidonius paneg.4.

Pictum fæcibus Æschylon sequutus,
Aut plaustris solitum sonare Thespin,
Qui post pulpita trina sub cothurno,
Ducebat olidæ marem capellæ.

Dicebantur μορμογεύειν, qui fabulas plaustro ferrent. Pollux l.VII. μορμογεύειν, δράματά ἐστιν ἐπ᾽ αὐτῷ μόρμῳ φέρειν. ὁ δὲ μόρμος καλεῖται περίφραγμα ὑπὲρ τὴν ἅμαξαν, ὃ περιλαμβάνεται ὑπὸ δικτύων. Id est, *mormogevein, est fabulas in mormo gerere. est autem mormus septum quoddam super plaustro, quod retibus includitur.* Inde μορμολυκεῖα, *terricula* & apud Theocritum mater, ut filiolo terrorem injiciat, dicit ei, μορμὼ δάκνει ἵππος. Igitur e plaustro dicta jaciebant; quo respexit Lucianus in *Eunuch.* [illegible] ἁμάξας βλασφημιῶν κατεσκέδασαν ἀλλήλων. In *Jove Tragœdo*: δαιμόνων οὐδενὸς φείδεται, ἀλλ᾽ ἐξ ἁμάξης παρρησιάζεται, καὶ μάρπτει ἑξείης ὅς τ᾽ αἴτιος, ὅς τε καὶ οὐχί. Qui veteris mos Comœdiæ fuit, quem attingit Hieronymus *ad Rusticum*: *Ego*, inquit, *neminem nominabo, nec veteris Comœdiæ licentia certas personas eligam, atque perstringam.* Palam enim & libere veteris Comœdiæ Poetæ quemque lacerabant maxime per Dionysia, quibus inter se certabant, ut Scholiastes Aristoph. ἐν τῇ διονυσίων ἑορτῇ ἠγωνίζοντο οἱ τῆς ἀρχαίας κωμῳδίας ποιηταί. Tragœdiam igitur Theomis, Minos, Auleas & Thespis in cunis aluerunt, Æschylus eduxit in aspectum hominum, cultu decoro ac splendido, & numeris omnibus propemodum explevit. Nam & eam syrmate ornavit, & cothurnis ac pulpito excelso, & Heroum formis, nuntiis, internuntiis, & iis omnibus, quæ in scena aut sub scena vulgo adhibentur. Philostratus in *Sophistis*: ὁ αἴσχυλος τραγῳδίαν ἐσθῆτι κατασκευάσας, καὶ ὀκρίβαντι ὑψηλῷ καὶ ἡρώων εἴδεσι, ἀγγέλοις τε, καὶ ἐξαγγέλοις, καὶ οἷς ἐπὶ σκηνῆς τε καὶ ὑπὸ σκηνῆς τε χρὴ πράττειν. Idem primus instituit, ut tragici fæcibus aut minio inunctas personas gererent, & cothurnis aut embatis uterentur, cum a Thespi vultus quidem fæcibus inuncti essent, sed nullæ personæ inductæ. Quinctilianus lib.x. *Instit.* cap.I. *Successit Æschylus, rudemque ac impolitam Tragœdiam aliquantulum illustravit.* &c. Suidas πρῶτος εὗρε προσωπεῖα δεινὰ κεχρισμένα ἔχειν τοὺς τραγικοὺς, καὶ ταῖς ἀρβύλαις [illegible] κεχρῆσθαι. Idem contraxit choros nimium productos, & histrionum diverbia, refugiens monodias illas prolixas, & cædes sub scena, non in omnium oculis patrari instituit. Et cothurnos histrionibus addidit, ut gradientes Heroas repræsentarent, & vestes Heroibus idoneas attribuit; unde & Athenienses eum patrem Tragœdiæ putarunt, & mortuum ad Dionysia vocarunt. Philostratus l.VI. *Apollon.* συνέστειλε τοὺς χορὺς ἀποτάδην ὄντως, καὶ τὰς τῶν ὑποκριτῶν ἀντιλέξεις εὗρε, παραιτησάμενος τὸ τῶν μονῳδιῶν μῆκος, καὶ τὸ ὑπὸ σκηνῆς ἀποθνήσκειν ἐπενόησεν, ὡς μὴ ἐν φανερῷ σφάττοιεν. Ὀκρίβαντας δὲ τοὺς ὑποκριτὰς ἐνεβίβασεν, ὡς ἴσα ἥρωσι βαίνοιεν, ἐσθήμασί τε πρῶτος ἐκόσμησε, ὃς πρόσφορον ἥρωσι. ὅθεν ἀθηναῖοι πατέρα μὲν τραγῳδίας αὐτὸν ἡγοῦντο, ἐκάλουν δὲ καὶ τεθνεῶτα ἐς διονύσια. Ea autem fuit Atheniensis Tragœdiæ gloria, ut nemo nisi qui Athenis probatus esset Poetæ nomine dignus censeretur. Plato in *Lachete*: ὅς ἂν οἴηται τραγῳδίαν καλῶς ποιεῖν οὐκ ἔξωθεν κύκλῳ περὶ τὴν ἀττικὴν κατὰ τὰς ἄλλας ἐπιδεικνύμενος περιέρχεται, ἀλλ᾽ εὐθὺς ἀθήναζε φέρεται. Jam vero Comœdiam alii a Sicilia profectam, ubi primum inventa sit, autumant. ait Solinus c.XI. Forte, quia Syracusis Epicharmus eam excoluerit, qui & ipse sportam repererit. ἐπίχαρμος εὗρε κωμῳδίαν ἐν συρακούσαις ἅμα φόρμῳ, ut loquitur Suidas. Nonnulli scribunt, eundem Epicharmum in insula Co exulantem primum Comœdiam docuisse, & a Co Comœdiam vocasse, auctor Diomedes lib.III. Romæ primus Livius Andronicus Latino sermone Comœdiam scripsit. Vetus Scholiastes Aristophanis existimat, Sannyriona primum in Attica Comœdiam dedisse, & personas induxisse, ita ut præter risum nihil quæreretur. καὶ τὰ πρόσωπα εἰσῆγεν ἀτάκτως, καὶ μόνος ἦν γέλως τὸ κατασκευαζόμενον. Sunt qui Susarionem quendam auctorem esse velint. τὴν κωμῳδίαν εὑρῆσθαι ὑπὸ σουσαρίωνος, ait vetus Scholiastes. Diomedes scribit lib.III. primos Comicos fuisse Susarionem, Rullum, Magnetem, unde ista olim canebantur. ἀκούετε λέξιν, σουσαρίων λέξει τάδε, κακὸν γυναῖκες. Id est, *audite sermonem, hæc dicet Susarion; malum mulieres.* Varro scribit, juventutem Atticam circum vicos ire solitam, quæstus sui causa hoc genus carminis pronuntiasse. Ut ut sit, haud dubium est, e rusticorum lascivia ludos Theatrales esse natos, sive illi per ignes se trajicerent, quod Romæ solemne fuit Palilibus. Tibullus l.II. eleg.V.

Ille levis stipulæ solemnes potus acervos
Accendet, flammas transilietque sacras.

Sive in utres insilirent cernui, canerentque incondita carmina, & agrestia lenæis aut chois in Attica, tuba canente. Aristophanes in *Acharnens.*

Κατὰ τὰ πάτρια τὰς χοὰς πίνειν ὑπὸ σάλπιγγος.
Ὃς δ᾽ ἂν ἐκπίῃ πρώτιστος, ἀσκὸν κτησιφῶντος λήψεται.

Hesychius, λήναια τελεταὶ λυσεία διονύσου. ἀσκὸς νικητήριον ἐτίθετο, καὶ μετὰ σάλπιγγος ἔπινον νικητήριον στέφανον. *Lysia*, inquit, *mysteria erant liberi Dionysi; victori bravium uter, bibebant autem ad tubam poculum, cui victrix corona addita erat.* Qui primus poculum obduxerat, utrem in quem insilierat accipiebat, ait Scholiastes Aristoph. βασιλεὺς ἐπιμελ[illegible] διδῶσι τῷ νικήσαντι, τήνελλα [illegible], μίμημα ἐστὶ ἐπιφθέγματος αὐτοῦ. *Rex Chytris curator congii dabat utrem victori, canebant autem; Tenella victor animus te, & utrem. Tenella est imitamentum modi tibiæ*: Chois ponebatur uter inflatus, ait idem, in quo stabant ad certamen qui biberant. Qui prior ebibe-

ebiberat, utrem victor accipiebat. ἔπινον δὲ μέτρον οἶον χόα, *bibebant congium*. Dies Baccho ſacer, ut Chytri, quæ utraque celebritas eodem die fuit. Scholiaſtes Ariſtoph. ἑορτὴ χύτρων ἤγαγετο ἀνθεστηρίωνι τρίτῃ ἐπὶ δέκα ἑρμῇ χθονίῳ, καὶ διονύσῳ, καὶ γὲ χύτρας ἑψοῦσα γεύσασθαι ἔδει. *Eo die ſemina omne genus in olla coquebant, & Baccho, Mercurioque ſacrificabant, vetitum autem ne quis deguſtaret ea quæ in olla*. Sed de auctore Tragœdiæ. Plato cum Horatio non ſentit, & ante Phrynicum, Theſpim, Æſchylum, eam Athenis viguiſſe ait. ἡ δὲ τραγῳδία ἐςὶ παλαιὸν ἐνθάδε, οὐχ ὥσπερ οἴονται ἀπὸ θέσπιδος ἀρξαμένη, οὐδὲ ἀπὸ φρυνίχου, ἀλλ᾽ εἰ θέλεις ἐννοῆσαι πάλαι παλαιὸν αὐτὸ εὑρήσεις ὂν τόδε τῆς πόλεως εὕρημα. Per initia chorus tantum in honotem Deorum hymnos canebat. Diogenes Laertius in *Platone*: ὥσπερ δὲ τὸ παλαιὸν ἐν τῇ τραγῳδίᾳ πρότερον μὲν ὁ χορὸς διεδραμάτιζεν, ὕςερον δὲ θέσπις ἕνα ὑποκριτὴν ἐξεῦρεν ὑπὲρ τοῦ διαναπαύεσθαι τὸν χορὸν, καὶ δεύτερον αἴσχυλος, τὸν δὲ τρίτον σοφοκλῆς, καὶ συνεπλήρωσαν τὴν τραγῳδίαν. Donatus cum Ariſtotele ab Homero rem arceſſit his verbis: Quamvis autem retro priſca volventibus reperiatur Theſpis Tragœdiæ primus inventor, & Comœdiæ veteris pater Eupolis cum Cratino, Ariſtophaneque eſſe dicatur, Homerus tamen, qui fere omnis poeticæ largiſſimus fons eſt, etiam his carminibus exempla præbuit, & velut quadam ſuorum operum lege præſcripſit, qui Iliadem inſtar Tragœdiæ, Odyſſeam ad imaginem Comœdiæ feciſſe monſtratur. Poſtremum hoc falſum, quia Comœdiæ exitus lætus eſt, Odyſſeæ triſtis & cruentus. Comœdiæ autem principium fuit, auctore Donato, chorus circa aras fumantes nunc ambulans, nunc revolvens gyros, & cum tibicine canens. A veteri Comœdia, eodem teſte, aliud fabulæ genus, id eſt, ſatyra ſumpſit exordium, quæ a Satyris, quos illotos ſemper, & petulantes Deos ſcimus eſſe, vocitata eſt, etſi aliunde nomen traxiſſe prave putent alii. Hæc ejuſmodi fuit, ut in ea quamvis duro, & veluti agreſti modo de vitiis civium, tamen ſine ullo proprii nominis titulo carmen eſſet. In ſatyra Demetrium Tharſenſem floruiſſe, qui ex eo ſatyricus dictus ſit, docet Laertius, & Menippum Varro. Apud Romanos ſatyra nova Lucillium patrem habuit. Horatius:

—— *Quid cum Lucillius auſus*
Primus in hunc operis componere carmina morem?

Sed de toto hoc genere nihil doctius audiri poteſt quam quod ab Ariſtotele ſcriptum eſt cap. IV. *de Poetica*: ἐοίκασι δὲ γεννῆσαι μὲν ὅλως τὴν ποιητικὴν αἰτίαι δύο τινὲς, καὶ αὗται φυσικαί, &c. *Poeticen duæ primum cauſæ naturales produxiſſe videntur imitatio, & ex imitatione voluptas*. Nam & imitatio a teneris inſita eſt hominibus, & hoc ipſo a reliquis homo differt, quod ad imitandum maxime aptus eſt, & primas ex imitatione percipit diſciplina, & quod omnes imitatione delectentur. Argumento huic rei ſunt ea, quæ in artificum operibus contingunt. Quæ enim non niſi cum dolore videmus, eorum imagines graphice expreſſas libenter videmus, ut formas ferarum maxime truculentarum. Quia non Philoſophis tantum, verum & aliis diſcere aliquid jucundum eſt, quanquam hi ad breve tempus gaudio illo fruuntur. Ideo enim imagines ſpectantes gaudent quod intuentes diſcere, & ratiocinari contingit quid quidque ſit, ut verbi cauſa, hunc eſſe Achillem aut Ulyſſem. Cum autem naturalis imitatio ſit nobis, ſicut harmonia, & rythmi, quorum metra ſunt particulæ, naturales ſunt, initio qui ad harmoniam, & rythmos maxime nati erant, paulatim progrediendo ex rudi verſu poeticen fecerunt. Ita ſecundum ingenium, & mores cujuſque poeſis in varia diſtracta eſt. Nam qui nati ad grandia erant præclaras illuſtrium virorum actiones imitabantur, qui vero ad humiliora, vilium & improborum. Primo enim vituperia ſcripſerunt, ſicut illi grandiores hymnos, & encomia. Ante Homerum neminem habemus qui ejuſmodi ſcripſerit. Is Margitem edidit, cui metrum Jambicum commodiſſimum viſum. Unde & ἰαμβεῖον dicitur, quod hoc carminis genere ſe mutuo mordere ſolerent. Malim, ἰαμβίζειν. Quare ex antiquis alii Heroicis, alii Jambis ſunt uſi. Ut autem in re grandi Homerus princeps fuit, ita & proprias Comœdiæ primus oſtendit formas in Margite ridicula repræſentans. Quam enim Ilias, & Odyſſea proportionem ad Tragœdiam, eandem ad Comœdiam habebat Margites. Cum igitur quiſque pro ingenio, hoc aut illud Poeſeos genus amplecteretur, alii pro Jambis comicam, nonnulli pro epico carmine tragicam Poeſim ſequuti ſunt, ut quæ grandior eſſet quam ab iis qui Dithyrambum canebant mutuati ſunt, ut Comœdiam a Phallicis quæ hodie variis locis canuntur, & tandem omnibus numeris expleverunt. Mox hiſtrionum numerum auxit Æſchylus, pro uno enim duobus uti cœpit, chorica contraxit, ac prologum, ſeu protagoniſtem introduxit. Tres hiſtriones, ac pingendæ ſcenæ rationem Sophocles ἔτι δὲ τὸ μέγεθος ἐκ μικρῶν μύθων, καὶ λέξεως γελοίας διὰ τὸ ἐκ σατυρικοῦ μεταβαλεῖν ὀψὲ ἀπεσεμνώθη. *Tandem juſta illa magnitudo ex parvis fabulis, & ad riſum facto ſermone, quod e ſatyrico mutationem hanc acceperat, ad ſplendorem ſuum pervenit*. Sed & metrum ex tetrametro Jambicum eſt factum. Prius enim tetrametro utebantur, quod ſatyrica ſit iſta, & magis ſaltationibus conveniens poeſis: imo Jambicum metrum a natura eſt, cum multos in mutuo ſermone Jambos vulgo profundamus. Ex his apparet, ex Ariſtotelis ſententia Tragœdiam a Dithyrambico, & ſatyrico profectam, ut Comœdiam a Phallico, & Margite Homeri. Idem Ariſtoteles cap. I. Quemadmodum, inquit, coloribus ac figuris multum imitantur homines, cum aliquid exprimere conantur, alii ex arte, alii ex conſuetudine, quidam & arte ſimul, & conſuetudine, ita in Epica, Tragica, Comica, & iis artibus quæ tibiis ac cithara utuntur, omnes imitantur, aut rythmo, aut oratione, aut harmonia, & his quidem, vel ſeorſim, vel commixtis. Ita harmonia & rythmo ſolum utuntur tibicines, & citharœdi. Solo rythmo ſive harmonia plerique ſaltatores, qui mores, affectus, actiones geſtibus, & rythmo exprimunt. Epica vel ſermonibus nudis, vel metris, ſcorſim vel conjunctim. Quædam artes rythmo, concentu, ſeu μέλει, & metro, ut, Dithyrambica, Mimica, Tragica, & Comica Poeſis. Ubi animadverte, Epicam non tantum accipi de Poeſi quæ fit heroico carmine: ſed etiam de ſoluta oratione. Vetus Scholiaſtes νεωτέρων δὲ ἡ τῶν ἐπῶν χρῆσις ἐπὶ τῶν ποιητικῶς μετρούντων. οἱ παλαιοὶ τὰ ἑξάμετρα οὐ πάνυ ἠξίουν ἔπη καλεῖσθαι. *Recentiorum eſt vocem epos pro metro poetico accipere. Veteres exametra non omnino vocabant epe*. Homerus ipſe *epos* pro *verbo* poſuit:

—— *Ἔπος φύγεν ἕρκος ὀδόντων.*

CAP. III.

De harmonia, rythmo, metro.

QUÆ ex Ariſtotele poſuimus ſatis intelligi non poſſunt, niſi quid ſit harmonia, rythmus metrum intelligatur. Suidas, ἁρμονία λόγος ἐστὶ τῶν μιχθέντων, ἢ σύνθεσις. *Harmonia ratio eſt, aut compoſitio mixtorum*, quæ dicitur duobus modis proprie, cum corpore inter ſe ita juncta ſunt, ut nihil interſeri poſſit; deinde in iis quæ miſcentur inter ſe, ut ſi vinum cum aqua miſcetur, aut cum in muſica ex pluribus & diverſis ſonis fit concentus. Harmonia enim eſt plurium quæ mixta ſint & diverſa ſentiant, conjunctio. Ideo fieri non poteſt ex uno ſolo ſonus. Cum canimus, lingua dentes impellimus, cum chelym pulſamus, digitis, vel pectine nervos impellimus ἡ γὰρ ἁρμονία πολυμιγέων ἐστὶ, καὶ δίχα φρονεόντων σύστασις. διὸ καὶ ἀδύνατον ἑνὸς ὄντος γενέσθαι ψόφον. Rythmus eſt ordo melodicus conſentaneæ harmoniæ, concentus vocalis, τάξις ἔμμελος ἀκολούθου ἁρμονίας μέλος ἄφωνος, ait Suidas. Rythmus eſt pater metri, a quo differt ut genus a ſpecie, διαφέρει ῥυθμὸς μέτρου τῷ τὸν μὲν γενικώτερον εἶναι, τὸ δὲ μέτρον ὑπάρχειν εἶδος τοῦ ῥυθμοῦ Ariſtoteles c. IV. *de Poetica* metrum partem eſſe rythmi dixit. ὁ μὲν ἐν ἐπὶ τῶν δὲ ἄλλων ῥυθμὸς κατὰ τὸ βραχὺ, καὶ βραδὺ χαρακτηρίζεται, ὁ δὲ ἐπὶ τοῦ προφορικοῦ λόγου κατὰ τὸ μακρὸν καὶ βραχὺ, ὅπερ μόνος καὶ μέτρον λέγεται. *Rythmus in aliis per breve, & tardum exprimitur, in ſermone qui profertur per longum, & breve, qui ſermo ſolus metrum dicitur.* Spectatur autem rythmus in iis maxime qui manibus, aut pedibus plaudunt, quoties cita, aut tarda pedum elatione inter ſe reſpondent, & proportionem habent, unde per metaphoram ſyllabarum contextus quem ſumimus ad metra facienda pedes vocati ſunt. Et in tibiis, & aliis ejuſmodi rythmus dicitur, quæ eſt dimenſio temporis in quo motio fit. Etenim digiti foramina quædam tibiarum diutius claudunt, quædam breviori tempore, & ita ſonos alios longiores, alios breviores faciunt, & foraminum alia majora ſunt, alia minora, alia propiora lingulæ, ſive epiglottidi, alia remotiora; quæ anguſtiora, latioribus acutiora ſunt. Ideo mulierum, & puerorum voces acutiores. Latiora ſonum graviorem efficiunt, ſic propiora remotioribus, quorum proportione harmonica fit melos, rythmus vero per tardiorem aut velociorem ſonum. Denique metrum rythmi pars eſt pedibus & numeris conſtans, qui verſus, & carmen dicitur. Tragica, Comica, Satyrica, Dithyrambica conſtant harmonia, rythmo, metro.

CAP. IV.

De poematum, & canticorum appellatione.

POemata Græcis dicuntur odæ, ᾄσματα, μέτρα, λόγοι ἔμμετροι, ἔπη, cantica, metra, heroica, ἡρωεῖα, exametra, rapſodia, elegia, pentametra, trimetra, epigramma, jambi, jambæa, anapæſta, mele, chorica, tetrametra, ſtrophe, antiſtrophe, epodos, hymni, proſodia, præanes daphnephorica, Tripodiſoria, Dithyrambi, Ithyphallica, Oſchoforia, Parœmia, Hyporchemata Triambi, Epilenia, Epilœmia, quæ canuntur cum peſtis ſævit, aut ſedatur, τὰ ἐπὶ λοιμῷ ᾀδόμενα, ἢ ἀφέσει λοιμοῦ, Parthenæa, epithalamia, encomia, epinicia, ſcholia, Threni, Silli, Parodus, Staſimon, Emmelia, Comaticum, Exodus, Euctica, embateria, hymenæus, Nomi, procœmia, Proauliæ, Pronomia, Juli, ulami, oſpingi, Linus, Epimyrios, Imerus, Imadus, ait Pollux. Canticum autem apud Ægyptios Maneros agriculturæ inventor, Muſarum diſcipulus, Lityerſes Phrygum Midæ filius, qui provocatus in certamen a metentibus eos flagellis cædebat qui deficerent, aut remitterent; is cum incidiſſet in tempus metendi violentius mortuus eſt, βιαιοτέρῳ δὲ ἀμητῷ περιπεσόντα θάνατον παθεῖν. Alii eum ab Hercule occiſum ferunt. Adonimacœdus, & Borimus cantica Mariandenorum. Borimus Jollæ, & mariandeni frater, qui ob æſtum in venatu periit. Erat & canticum Horis ſacrum poema Theodori Colophonii. Erat & epilenium alterum, quod canebatur ad tibiam, alterum ptiſticum. Phrynicus, τερετιῶ πτιστικὸν, *ſaltabo ptiſticum*. Erant & remigum aç paſtorum cantica ad tibiam, ἐρεττικὰ αὐλήματα, καὶ ποιμενικά. Epicharmus canticum bubulcorum, & ſubulcorum ad tibiam cani ait, βοιντικόντι μέλος (male ποιντικόν) αὐλεῖσθαι φασὶ καὶ συβωτικόν. Phallica in Bacchum, Ityphallica in Priapum canebantur, ait Ariſtophanis Scholiaſtes: lege Athenæum l. XIV.

CAP. V.

De Scriptoribus hiſtoriæ Dramaticæ.

HIſtoria Dramatica fere nobis ignota eſt, quod eorum ſcripta qui eam expoſuerant, perierunt. Suidas in voce *Herodianus* auctor eſt, Dionyſium Halicarnaſſeum ſcripſiſſe XXXVI. libros de Muſica hiſtoria, in quibus tibicinum, citharœdorum, & Poetarum omnium meminit. Apud Photium in *Bibliotheca* Rufus ſcripſerat Dramaticam hiſtoriam, & Muſicam, in qua de Tragicis, Comicis, Dithyrambicis, tibicinibus, & aliis omnibus qui in Theatris certarant explicuerat. Scholiaſtes Ariſtophanis in *Veſpis* laudat Demarchum de Dionyſiacis certaminibus: Athenæus lib. XIV. Dicæarchum de Muſicis certaminibus. Idem lib. X. auctor eſt, Amaranthum ſcripſiſſe de Scena, Neſtorem commentarios de Theatro. Libro III. commemorat Protagoridis libros de comicis hiſtoriis. Lib. VI. & XII. prodit Theophraſtum, & Chamæleontem Heracleotem, & Lycophronem ſcripſiſſe de Comœdia. Galenus in interpretatione gloſſarum, ſeu verborum Hippocratis citat Eratoſthenem de veteri Comœdia. Ulpianus ad orationem Demoſthenis *de falſa Legat.* laudat anonymi cujuſdam Theatricas hiſtorias. Athenæus l. XIV. citat Menæchmi Sicyonii de artificibus, in quibus hiſtoriam Theatralem tradiderat. Laudat & Jubæ Theatricam hiſtoriam, & Hieronymum de citharœdis. Apud Suidam Philochorus ſcripſit de agonibus qui Athenis fuerunt. Varro ſcripſit de ſcenicis originibus: apud Cenſorinum cap. XVII. *de die natali* Chariſius laudat librum Varroninis de Poetis Latinis, & actionibus ſcenicis. Gellius lib. III. c. XI. citat Attii didaſcalica, in quibus agitur de generibus poematum, & fabularum. Attius didaſcalia vocaverat, quia Poetæ qui fabulam populo ſpectandam darent, διδάσκειν δρᾶμα dicebantur. Plutarchus, ἀντιοχὶς ἐνίκα, ἀριστείδης ἐχορήγει, ἀρχέστρατος ἐδίδασκε. *Antiochus tribus vincebat, Ariſtides choragus erat, Archeſtratus fabulam docebat.* Idem in *Cimone*: πρώτην γὰρ διδασκαλίαν τοῦ σοφοκλέους ἔτι νέου, *primam fabulæ exhibitionem Sophoclis juvenis.* Victruvius lib. VII. Primum Agatharchus Athenis Æſchylo docente Tragœdiam ſcenam fecit. Ariſtophanes Grammaticus in hypotheſi Antigonæ Sophoclis, *Ajunt*, inquit *Sophoclem honeſtatum eſſe adminiſtratione Sami*, διὰ δοκιμήσαντα ἐν τῇ διδασκαλίᾳ τῆς ἀντιγόνης, *quod in docenda Antigone operam ſuam probaſſet.* Scholia-

ſtes Ariſtophanis in *Pluto*, Euphronium Tragicum Poetam ferunt *διδάξαι τοὺς ἡρακλείδας*, *docuiſſe fabulam Heraclidas*. Harpocration ſcribit, Poetas Dithyrambicos, Comicos, Tragicos vocari *διδασκάλους*, *doctores*. Scholiaſtes Ariſtoph. *τῶν γὰρ κυκλίων χορῶν εἰσὶ διθυραμβοποιοὶ διδάσκαλοι*. Comici delectant, & docent, ideo dicuntur *κωμωδιδάσκαλοι*.

CAP. VI.

De fabulis Græcis & Latinis.

POematis Dramatici quatuor apud Græcos genera ſunt, Tragicum, Comicum, Satyricum, Mimicum: apud Romanos fabulæ prætextatæ, togatæ, tabernariæ, planipediæ. Comœdiæ dicebantur togatæ, Tragœdiæ prætextatæ. Afranius & Titinnius togatarum Poetæ dicuntur, Ennius, Pacuvius, Attius prætextatarum. Ennius enim Scipionem, Pacuvius Paulum, Attius Brutum, & Æneadas, ſeu Decium Tragœdias docuerunt. Quare non audiendi ſunt, qui togatas de viris togatis, prætextatas de pueris, ac puellis prætextatis compoſitas fuiſſe autumant. Diomedes l. III. Togatas tabernarias in ſcenam dederunt præcipue duo Afranius, & C. Quinctius. Quinctius Atta primus togatarum ſcriptor fuit. Horatius l. II. ep. I.

Recte necne crocum, floreſque perambulet Attæ,
Fabula ſi dubitem.

Atta ſcripſit Conciliatricem, & Ædilitiam. Diomedes l. III. Cujus planipedis Atta togatarum ſcriptor ita in Ædilitia fabula meminit:

Daturin' eſtis aurum? exultat planipes.

Aſconius Latinas fabulas per pauciores perſonas agi ſcribit, ut Atellanas, & togatas. Cur autem ludi ſcenici Romæ inſtituti ſint oſtendit Livius l. V. *Cum vis morbi nec humanis conſiliis, nec ope divina levaretur, victis ſuperſtitione animis, ludi quoque ſcenici nova res bellicoſo populo inter alia cæleſtis iræ placamenta inſtituti ſunt*. Feſtus: Scenici antiquitus appellabantur, qui Megalenſes nunc ludi. Scenicos vero ludos primum feciſſe C. Atilium, M. Popilium Æediles memoriæ prodiderunt hiſtorici. Solebant autem prodire in orcheſtra, dum intus actus fabulæ componerentur, cum verſibus obſcœnis. Sed ut ad Græcos redeamus, olim verſus Homericos in Theatralibus circulis, cum baculo, id eſt, virga pronuntiabant, qui ab eo dicuntur Homeriſtæ. Initium autem Tragœdiæ, & Comœdiæ a rebus divinis ductum eſt, quibus pro fructibus vota ſolventes operabantur antiqui. Nam incenſis altaribus, & admoto hirco id genus carminis, quod ſacer chorus reddebat Libero Patri, Tragœdia dicebatur, vel *ἀπὸ τοῦ τράγου* hoc eſt, *ab hirco* hoſte vinearum, & a cantilena, cujus rei meminit Virgilius *Georg.* l. II.

Ergo rite ſuum Baccho dicemus honorem,
Carminibus patriis, lanceſque, & liba feremus,
Et ductus cornu ſtabit ſacer hircus ad aram.

Vel quod hirco donaretur Poeta; vel quod uter muſti plenus ſolemne præmium cantatoribus fuerat; vel quod ora fæcibus perlinerent ſcenici, ante uſum perſonarum ab Æſchylo repertum. Fæces enim dicuntur *τρύγες*, vel quod chori tragici *τετραγώνου* formam obtinerent: vel quod Satyri qui tragi vocantur, ob libidinem choris adjungerentur: vel quaſi *τραχεῖα ᾠδή* ob vocis aſperitatem.

Eam autem jam olim in pretio fuiſſe vel ex eo A conſtat, quod ad Theſei ſepulcrum Tragici certabant. Legendus Plato in *Minoe*, *ἡ δὲ τραγῳδία ἐστι παλαιὸν ἐνθάδε*, &c. At vero nondum coactis in urbem Athenienſibus, cum Apollini Nomio, id eſt, paſtorum, vicinorumque præſidi Deo, conſtructis aris in honorem divinæ rei circum Atticæ vicos, villas, pagos, & compita feſtum carmen ſolemniter canerent, orta eſt Comœdia *ἀπὸ τοῦ κωμάζειν, καὶ ᾄδειν*, quod eſt, *comeſſatum ire cantantes*. Tragœdia igitur prior Comœdia, quia paulatim ab incultis & feris moribus ad man- B ſuetudinem, qua urbes conditæ ſunt, perventum eſt. Comœdia autem vetus, ut ipſa quoque olim Tragœdia, ſimplex carmen fuit, quod chorus circa aras fumantes, nunc ſpatiatus, nunc revolvens gyros cum tibicine concinebat. Sed primo una perſona ſubſtituta eſt cantoribus, quæ reſpondens alternis choro, locupletavit, variavitque rem muſicam, tum altera, tum tertia: & ad poſtremum creſcente numero per actores diverſos, perſonæ, pallæ, cothurni, ſocci, & cæteri ornatus, atque inſignia ſceniorum reperta; & ad hæc unicuique ſuus habitus, & ad ultimum, qui primarum partium, qui ſecundarum, & tertiarum, qui quar- C tarum, atque quintarum actores eſſent. Unde & in quinque actus tota fabula diſtributa eſt. In veteri Comœdia non ficta ut nunc argumenta, ſed res geſtæ a civibus, palam & nominatim exponebantur. Cum autem Poetæ abuterentur licentius ſtylo, lege lata, ne quiſquam in alterum carmen infame proponeret, Comœdia vetus ſiluit. Ex hoc deinde Satyra nata eſt, quæ tacito nomine vitia civium carperet. Quæ cum exoleviſſet exorta eſt nova Comœdia, concinna argumento, conſuetudine congrua, utilis ſententiis, grata ſalibus, apta metro. Comœdia vetus ab initio chorus fuit, D paulatim in quinque actus proceſſit. In nova Comœdia choro nullus locus eſt, quod canente choro ſpectatores faſtidioſi abirent. Tragicus chorus dicit aut quæ ab actione remota ſunt, aut quæ ex ipſa actione petuntur, qui ab Ariſtotele *συναγωνίζεσθαι τῷ ποιητῇ* dicitur, id eſt, *facere cum Poeta, & ejus partes tueri*. Horatius,

Actoris partes chorus, officiumque virile
Defendat.

Sophocles chorum ſemper ex re, Euripides ſepe extra rem inducit. Ariſtoteles chorum unum eſſe E debere ait ex hiſtrionibus, ut loquatur ad rem quaſi hiſtrio, *καὶ τὸν χορὸν δὲ ἕνα δεῖ εἶναι τῶν ὑποκριτῶν, καὶ μόριον εἶναι τοῦ ὅλου, καὶ συναγωνίζεσθαι μὴ ὥσπερ παρ' Εὐριπίδῃ, ἀλλ' ὥσπερ παρὰ Σοφοκλεῖ*. Quod autem veteres Grammatici ajunt Tragœdiam priorem eſſe Comœdia, eo dicunt quod prius omnibus numeris abſoluta ſit quam Comœdia, quæ tamen origine apud agricolas & villaticos prior fuit. Fabularum autem, ſicuti ſupra dictum eſt, aliæ dicuntur togatæ a ſcenicis, atque argumentis Latinis: aliæ prætextatæ a dignitate perſonarum, & Latina hiſtoria: aliæ Atellanæ a civitate Campaniæ, ubi actitatæ ſunt plurimæ: aliæ F Rhintonicæ ab actoris nomine, cujus meminit Stephanus lib. *de Urbibus*. *ἀνεγράφη καὶ Ῥίνθων Ταραντῖνος φλύαξ, τὰ τραγικὰ μεταρρυθμίζων εἰς τὸ γελοῖον*. Aliæ tabernariæ ab humilitate argumenti, & ſtyli. Mimi a diuturna imitatione vilium rerum, & levium perſonarum. Paulo aliter Diomedes lib. III. *Togatarum*, inquit, *prima ſpecies prætextatæ, in quibus Imperatorum negotia agebantur, & publica. Altera ſpecies tabernariæ, humilitate perſonarum, argumentorum ſimilitudine Comœdiis pares, ex eo quod olim tabulis tegerentur tabernariæ dictæ. Tertia ſpecies,*

fabularum Latinarum, quæ a civitate Oſcorum Atella Atellanæ, argumentis dictiſque jocularibus, ſimiles ſatyricis fabulis Græcis. Quarta ſpecies planipedis, cujus Atta togatarum ſcriptor in Ædilitia fabula meminit,

Daturin' eſtis aurum? exultat planipes.

Si quas tamen ex ſoccis fecerant, palliati pronuntiabant. Togata prætextata a Tragœdia differt, in qua Heroes, cum in illa Brutus, Decius, Marcellus. Tabernarias togatas in ſcenam duxaverunt præcipue duo, Afranius, & Q. Ennius. In Comœdia ritus Græci inducuntur, perſonæque Græcæ. Latina Atellana a Græca Satyrica differt, quod in Satyrica ſatyricæ perſonæ, ſimileſque inducuntur, ut Autolycus Burris: in Atellana obſcœnæ perſonæ, ut Macuas. Mimus eſt ſermonis cujuſlibet motus ſine reverentia, vel factorum cum laſcivia imitatio. Horatius:

Aut agitur res in ſcenis, aut acta refertur.

Cornutus & Feſtus paulo aliter: *Comœdia,* inquit ille, *aut palliata eſt, aut togata, aut tabernaria, aut Atellana, aut mimus, aut Rhintonica, aut planipedia. Comœdiæ togatæ privatum argumentum habent, prætextatæ publicum, quod togis prætextis Remp. adminiſtrant,* ait Feſtus: tabernariæ mixtum e tenuibus, & excellentibus. Vet. gloſſæ ςοιχολόγον interpretantur *palliatum.* Planipedes dicti, quia non cothurno, ſocco, aut pulpito, ſed plano pede agerent. Palliatæ Græcum habitum ferentes, quas nonnulli tabernarias vocant, initio togatæ Comœdiæ dicebantur, quod omnia in publico honore confuſa cernebantur, ait ille; id eſt, ut interpretor, quod plebis, Senatus, & omnium pene Magiſtratuum togæ eſſent indiſtinctæ. Togatæ poſtea in prætextatas, & tabernarias dividebantur, Horatius tamen togatas prætextatis opponit:

Vel qui prætextas, vel qui docuere togatas.

Comœdiam, & Tragœdiam togatam primus Livius Andronicus reperit, ajuntque Comœdiam eſſe quotidianæ vitæ ſpeculum, quæ a Græcis Romam traducta ſit. Athenienſes namque in vicos & compita læti convenientes, eorum qui gravius offendiſſent nomina publice notabant, idque primum in pratis mollibus in honorem Liberi. Nec deerant victori præmia: caper namque pro dono his dabatur, quia vitibus noxium animal habebatur, a quo *Tragœdiæ* nomen exortum eſt, aut ab amurca olei fæce, quæ eſt humor aquatilis. Horatius in *Arte*, ubi egit de Theſpi:

Poſt hunc perſonæ, pallæque repertor honeſtæ
Æſchylus, & modicis inſtravit pulpita tignis,
Et docuit magnumque loqui nitique cothurno.
Succeſſit vetus his Comœdia, non ſine multa
Laude, ſed in vitium libertas excidit, & vim
Dignam lege regi, lex eſt accepta, choruſque
Turpiter obticuit ſublato jure nocendi.

Hæc nos e Donato, Cornuto, Diomede, Aſpero, & Feſto collegimus, quibus e Græcis alia ſubjungimus. Plato lib. III. *de Rep.* tria maxime poematum genera, quo cætera referantur, enumerat. Dramaticum, quod varietate perſonarum ea quæ δρῶνται, id eſt, *aguntur*, oratione imitatur. Exegematicum, in quo nulla perſonarum eſt varietas, ſed auctoris perpetuus ſermo, cujuſmodi ſunt elegiæ, hymni, Epithalamium, quas monodias vocant. Tertium ex utroque mixtum, cujuſmodi eſt Homeri *Odyſſ.* Mixtum illud vocatur ab aliis, κοινὸν alia duo dicuntur mimetica. Diomedes lib. III. Poematis genera ſunt tria, activum vel imitativum, quod Græci dramaticum vel mimeticum; enarrativum vel enunciativum, quod Græci exegeticon vel apologeticon dicunt, aut commune, ſive mixtum, quod Græci κοινὸν, μικτὸν appellant. Ariſtoteles lib. II. *Poet.* cap. I. & II. de dramatico genere: ὅθεν καὶ δράματα καλεῖσθαι τινὲς αὐτά φασιν ὅτι μιμοῦνται δρῶντας. Certe tota poeſis in imitatione eſt. Nam & ſcriptio heroici carminis, quam epopœam vocant, & Tragœdiæ, & Comœdiæ; & Dithyramborum, & ars ipſa tibicinum, & citharœdorum in imitatione verſantur. Cap. I. Ariſtoteles: ἐποποιΐα δὲ καὶ ἡ τῆς τραγωδίας, ποίησις, ἔτι δὲ κωμῳδία, καὶ ἡ διθυραμβοποιητική, καὶ τῆς αὐλητικῆς ἡ πλείστη, καὶ κιθαριστικῆς, πᾶσαι τυγχάνουσιν οὖσαι μιμήσεις τὸ σύνολον. Unde & Dores, auctore Ariſtotele, Tragœdiam ac Comœdiam apud ſe natas eſſe dicunt, & Siculi ac Megarenſes, quod Reipublicæ ſtatu popularii utuntur, Comœdiam ſibi vindicant. Inde enim oriundus eſt Epicharmus Chonnida & Magnete antiquior: & Peloponneſii Tragœdiam ſibi aſcribunt. Megarenſes quidem & Siculi, quod *comas* vocent pagos, & vicos (περιοικίδας) Athenienſes vero *comas* populos, aut tribus (δήμους) Comœdos dici ajunt: non a comeſſatione per vicos, ſed quod ejecti ex urbe per ignominiam in pagis vagarentur, & vicis. Adde quod Athenienſes *facere* ποιεῖν dicunt, Dores δρᾶν, ait Ariſtoteles, unde veroſimilius eſt a Doribus δράματα originem ſumpſiſſe. Tragœdia autem, ſi Caſſiodoro fides, ex vocis vaſtitate nominatur (quaſi τράχεια ᾠδὴ) quæ concavis repercuſſionibus roborata talem ſonum videtur efficere, ut bene ab homine non credatur exire. Erigitur autem in hircinos pedes, quia ſi quis inter paſtores tali voce placuiſſet, capri munere donabatur. Comœdia a pagis dicta eſt; comos enim pagus vocatur, ubi ruſtici geſtientes humanos actus lætiſſimis carminibus irridebant. Hæc ille a Græcis mutuatus eſt, & κῶμον pro κώμη poſuit. Græci ſic: τὸ παλαιὸν οἱ ἐν ταῖς κώμαις ἀδικούμενοι ὑπό τινων πολιτῶν, νυκτὸς ἀπήρχοντο παρὰ τὸν δῆμον ἐκεῖνον ἔνθα ὁ ἀδικήσας ἦν, καὶ ἔλεγον, ὅτι ἐστί τις ἐνταῦθα ποιῶν εἰς τοὺς γεωργοὺς τάδε. καὶ τοῦτο ποιοῦντες ὑπεχώρουν λέγοντες καὶ τοὔνομα. μεθ' ἡμέραν δὲ ὁ δράσας ἐξητάζετο, καὶ οὕτως αἰσχυνόμενος ἀνεστέλλετο τοῦ ἀδικεῖν. ὁρῶντες οἱ πολῖται τοῦτο χρήσιμον τῇ πόλει, καὶ ἀδικίας ἀποτρεπτικόν, ἐκέλευσαν τοὺς ἀδικουμένους ἐπὶ μέσης ἀγορᾶς τοὺς ἀδικήσαντας κωμῳδεῖν· οἱ δεδιότες αὐτοὺς τότε πλουσίους, πηλῷ χρίοντες, καὶ τρυγίᾳ, ἐπὶ μέσης ἀγορᾶς τοὺς ἀδικοῦντας ἐκωμῴδουν, ἐπεὶ δὲ μεγάλα ἡ πόλις ὠφελεῖτο, ἐκ τούτου ποιητὰς ἔταξαν ἐπὶ τοῦτο κωμῳδεῖν, οὓς ἂν βούλοιντο ἀκωλύτως. *Olim* (inquit) *ii qui injuria in vicis affecti erant a civibus, noctu ventitabant in eum pagum, ubi morabatur is qui læſerat, dicebantque, in hoc pago quidam eſt, qui agricolas vexat: hoc facto diſcedebant ejus nomine citato qui injuriam intulerat. Ubi illuxiſſet, qui læſerat in quæſtionem vocabatur, & ſic pudore affectus ab inferenda vi deterrebatur. Cum igitur cives viderent hoc utile oppidis, quod prohiberet injuriam, juſſerunt eos qui læſi eſſent traducere vexatorum nomina in foro medio. Sed tamen cum metu potentiorum terrerentur, fæcibus inuncti ne agnoſci poſſent, in foro eos traducebant. Quod quia utile & fructuoſum urbibus viſum eſt, Poetis id dederunt, ut impune quemlibet in publico irriderent.* Alius ſic habet. Vocabant angiportus comas, in quibus hi luſus, unde Comœdia, aut quia reperta ſit eo tempore quo Libero comeſſantur, aut a comate, quæ vox ſomnum ſignificat, quia noctu ibant obvagulatum ad ædes Tyrannorum. Canebantur autem Comœdiæ Dionyſiacis initio Veris: κώμας ἐκάλουν στενωποὺς, ἢ ἀπὸ τοῦ ἐν ταῖς κωμάσεσι τοῦ Διονύσου πρῶτον ἐπινοηθῆναι ταυτασὶ, ἢ παρὰ τὸ κῶ-

μα ὕπνος. ᾔδοντο δὲ αἱ κωμῳδίαι ἐν τοῖς διονυσιακοῖς ἔαρος ὥρᾳ. Comœdia, quia quasi e comis & vicis congregati hoc genere carminis uterentur: κωμῳδία, ὅτι οἷα ἀπὸ κωμῶν συναγόμενοι ᾖδον ταῦτα. ἢ ὅτι ἐν καιρῷ κώματος ᾖδον. Comœdiæ partes ab Aristophane Grammatico primum distinctas fuisse docet Athenæus l. VI. Suidas auctor est, Hephæstionem scripsisse κωμικῶν καὶ τραγικῶν ἀπορημάτων λύσεις, *solutiones dubitationum comicarum & tragicarum*, & Ptolemæum τὰ ὁμοίως εἰρημένα τοῖς τραγικοῖς *ea quæ similiter Tragicis dicta sunt*. Apud Athenæum l. XIII. Herodicus Craterius scripserat περὶ τῶν κωμῳδουμένων, Antiochus Alexandrinus περὶ τῶν ἐν τῇ μέσῃ κωμῳδίᾳ κωμῳδουμένων ποιητῶν. Apud Clementem in *Protrept.* Demaratus scripserat τραγῳδούμενα. Apud Diog. Laertium Heraclides plurimos libros reliquerat, quibus vetus Comœdia illustraretur. Habuerunt autem Comœdiæ, & Tragœdiæ suas hypotheses. Sextus Philosophus *adversus Mathematicos*; hypothesis uno modo dicitur dramaticum argumentum, ut Tragicam & Comicam dicimus hypothesim, & quasdam Dicæarchi hypotheses fabularum Euripidis, & Sophoclis. Epirrhema fuit pars Comœdiæ, in qua chorus ad spectatores respiciens, utilia quædam suadet, aut improbos reprehendit, ac notat. Scholiastes Aristophanis, ἔθος ἦν ἐν τῷ ἐπιρρήματι χρηστὰ συμβουλεύειν τῇ πόλει, ἢ ἐλέγχειν τοὺς πονηρευομένους. In *Nubibus*, & in *Ranis*: διὰ τὸ ἐπιρρέπειν αὖθις τὸν χορὸν πρὸς τοὺς θεατάς, καὶ παραβάσεως μέρος ἐστί, καὶ ἐν τετραμέτροις ἐπάγεται, ait Pollux lib. IV. *Epirrhema dicitur quod loquatur iterum* (malim ἐπιρρεῖν) *chorus ad spectatores, & pars est parabaseos, & in tetrametris inducitur*. Pollux ibid. Inter cantica chori est parabasis, quoties ea Poeta dicit, quæ chorus dicere debuit. Parabaseos comicæ septem sunt partes, commation, parabasis, macrum, strophe, epirrhema, antistrophe, antepirrhema. Commation est propositio brevissimæ partis, parabasis fit anapæsto, macrum est breve carmen uno spiritu cantatum. Epirrhema fit tetrametris, strophe, & antepistrophe sibi respondent; ultimum est antepirrhema. Sed de his plenius infra agemus.

CAP. VII.

Quid sit Tragœdia?

NIHIL doctius, aut verius de Tragœdia scribi potest, quam quod ab Aristotele scriptum est c. VI. *de Poetica*: τραγῳδία μίμησίς ἐστι πράξεως σπουδαίας, καὶ τελείας μέγεθος ἐχούσης ἡδυσμένῳ λόγῳ, &c. *Tragœdia est imitatio actionis seriæ, & perfectæ magnitudinem habentis sermone constans ad voluptatem facto, ita ut singula genera seorsim in singulis partibus habeant locum, utque non enarrando, sed per misericordiam & metum inducat similium perturbationem. Per sermonem factum ad voluptatem eum intelligo, qui rythmo constat, harmonia, & numeris. Addidi, ut singula genera seorsim in singulis partibus habeant locum, quia quædam numeris tantum, alia cantu perficiuntur. Necesse autem est ut Tragœdiæ sint sex partes: fabula quæ est actionis imitatio, & rerum constitutio; mores eorum qui agunt, quia tales sunt actiones, quales agentium mores; tertio, sententiæ quibus in dicendo mentem nostram declaramus, quarto, dictio, id est, ipsa numerorum compositio; quinto, apparatus externus; sexto, modulatio. Est autem Tragœdia imitatio non hominum, sed actionum, & vitæ prosperæ, adversæque. Ratione morum homines boni, aut mali, ratione actionum fortunati, aut infortunati dicuntur. Felicitas enim in actione est. Non igitur agimus ut mores exprimamus, sed agendo mores complectimur. Quapropter res, & fabula finis Tragœdiæ esse dicuntur; omnium autem maximum est finis. Sine actionibus fieri Tragœdia non potest, sine moribus potest. His accedit, quod ea quibus maxime oblectat Tragœdia, sunt mutationes in contrarium, agnitiones, & aliæ fabulæ partes. Præcipuum igitur Tragœdiæ est fabula, quæ est actionis imitatio, & eorum qui agunt. Secundum est mores, tertium sententia, quæ dicendo res explicat. Mores vocamus qui voluntatem ejus qui loquitur explicant. Dictio est interpretatio mentis quæ fit per appellationes rerum. Apparatus externus est potius choragi, quam Tragœdiæ; modulatio omnium maxime oblectat. Et hæ quidem Tragœdiæ partes sunt qualitatis. Partes vero quantitatis sunt prologus, episodium, chorus. Chori pars altera dicitur parodus, altera stasimon. Prologus est tota pars Tragœdiæ ante primum chori ingressum. Episodium tota pars Tragœdiæ quæ est inter choricos cantus. Exodus tota pars Tragœdiæ, post quam nullus chori cantus extat. Chori parodus est id quod primum a toto dicitur choro. Stasimon est carmen chori quod sine anapæsto & trochæo canitur. Commus est communis chori, & scenicorum quæstus. Sufficiens fabulæ magnitudo erit si tanta sit quantam vel secundum verisimile, vel secundum necessitatem partibus actionis ordine procedentibus ex infelicitate in felicitatem, vel ex felicitate in infelicitatem, actionis mutatio requirit. Cum autem Tragœdia sit imitatio unius actionis, una actio ita intelligenda est, cujus partes ita inter se cohærent, ut sublata, aut mutata una totum mutari necesse sit.* Capite X. Aristoteles hoc interesse ait inter Poetas, & historicos, quod hi describunt illa quæ fiunt, illi quæ fieri debent, aut possunt. Quare magis grave est, & philosophicum Poetæ munus, quam historici, quia historicus in singularibus, Poeta in universalibus versatur. Considerat enim quæ, & a quo dicenda, aut facienda sint. Poeta autem non est ob numeros, sed ob ipsam rerum constitutionem, quæ absoluta est, si episodium recte cohæret. Si enim male cohæret, dicitur ἐπεισοδιώδης μῦθος, *fabula episodica*, aut si series rerum pervertitur. Et quia non modo absolutæ actionis, sed & eorum quæ terrorem, ac miserationem movere possunt, Tragœdia imitatio est, hæc ipsa maxime admirationem movent, si præter expectationem alterum alterius causa est. Sicut autem actiones humanæ aut sunt simplices, & sui similes procedunt usque ad finem, aut mutationem aliquam illustrem habent; ita fabula est aut simplex, aut implexa. Implexæ partes sunt duæ, quarum alteram περιπέτειαν, quæ est manifesta in contrarium mutatio; alteram agnitionem vocant. Quæ utraque ex ipsis rebus nasci oportet, ut vel necessario, vel verisimiliter eveniant. Certe omnes Tragœdiæ, & Comœdiæ fabulæ sunt implexæ, quarum tres præcipuæ partes, peripetea, agnitio, perturbatio, quæ est actio cum cruciatu animi, & dolore conjuncta, ut mortes quæ palam exhibentur, acres dolores, & vulnera. Hæc Aristoteles, quem tu consulito. Diomedes vero l. III. Tragœdiam heroicæ fortunæ in adversis comprehensionem, vel ut Theophrastus loquitur, ἡρωϊκῆς τύχης περίστασιν esse ait. Quatuor autem Tragœdiæ genera ponuntur a quibusdam, ut alia sit πεπλεγμένη, ἧς τὸ ὅλον ἐστὶ περιπέτεια καὶ ἀναγνώρισις, id est, *implicata quæ tota est in fortuitis eventibus & agnitione*. Alia παθητική, *plena affectibus*, ut Ajaces, Ixiones. Tertia ethica & moralis, cujusmodi sunt Philoctetæ & Peleus. Quarta Theologica, quales sunt Phorcides, & Prometheus. Quamquam autem Comœdia videtur antiquior Tragico dramate, prius tamen hoc excultum est quam Comœdia, quæ διὰ τὸ μὴ σπουδάζεσθαι ἐξ ἀρχῆς ἔλαθε, αἱ δὲ τῆς τραγῳδίας μεταβάσεις, καὶ δι' ὧν ἐγένοντο οὐ λελήθασι, id est, *quæ per initia*

latuit, quia minori in pretio, studioque fuit. Notum autem est, per quos Tragœdia suos progressus habuit. Suidas, φόρμος συρακούσιος κωμικὸς σύγχρονος ἐπιχάρμῳ, οἰκεῖος γέλωνι τῷ σικελίας τυράννῳ, καὶ τροφεὺς τῶν παίδων. αὐτὸς ἐχρήσατο πρῶτος ἐνδύματι ποδήρει, καὶ σκηνῇ φοινίκων δερμάτων. *Phormus Epicharmi ætate Geloni Siciliæ Tyranno familiaris fuit, & educator filiorum ejus, primus veste talari usus est, & scena pellibus Phœniceis tecta.* De reliquis Tragœdiæ auctoribus ac excultoribus supra abunde diximus. Hoc addo, discrimen id esse inter Tragœdiam, & Comœdiam, quod Tragœdia vitam solvit, Comœdia constituit: ἡ μὲν τραγῳδία λύει τὸν βίον, ἡ δὲ κωμῳδία συνίστησι. λέγονται κωμῳδίαι, ὅτι ὑπὸ τὰς κώμας παριόντες ᾖδον, καὶ ἐπεδείκνυντο, μήπω πόλεων οὐσῶν. *Comœdiæ dicuntur quod in villis & vicis agebantur, cum nondum urbes essent conditæ, aut quia in viis comessabantur*, ἀπὸ τοῦ κωμάζειν, & ὁδὸς, ἐπεὶ ἐν ταῖς ὁδοῖς ἐκώμαζον. Tragœdia dicitur, quod iis qui lenæis laudem consequuti essent mulsum dabatur, quod τρύγα vocant: τρυγῳδίαν διὰ τὸ τοῖς εὐδοκιμοῦσι ἐπὶ τῷ ληναίῳ γλεῦκος δίδοσθαι, ὅπερ ἐκάλουν τρύγα: aut quia, cum nondum personæ repertæ essent, fæce vultum inungerent: ὅτι μήπω προσωπείων εὑρημένων τρυγὶ διαχρίοντες τὰ πρόσωπα ὑπεκρίνοντο. Aristophanes *Acharnan.* τρυγῳδίαν ποιῶν. Scholiastes Comœdiam interpretatur: τρὺξ γάρ ἐστι νέος οἶνος ἔπαθλον τοῖς κωμῳδοποιοῖς. Est autem Tragœdia rei gravis & perfectæ imitatio, quæ sit magni ponderis, grata oratione, ita ut singulæ partes convenientem habeant actionem desinentibus universis in misericordiam aut terrorem. Orationem gratam voco quæ habeat rythmum, & harmoniam, & melos: ita ut singulæ partes congruentem sibi habeant actionem, eo quod quædam solo metro fiant, quædam per melos. Aristoteles c. VI. *Poet.* ἔστιν οὖν τραγῳδία μίμησις πράξεως σπουδαίας, καὶ τελείας, μέγεθος ἐχούσης ἡδυσμένῳ λόγῳ, χωρὶς ἑκάστῳ τῶν εἰδῶν ἐν τοῖς μορίοις δρώντων, καὶ οὐ δι' ἐπαγγελίας, ἀλλὰ δι' ἐλέου καὶ φόβου περαίνουσα τὴν τῶν τοιούτων παθημάτων κάθαρσιν. λέγω δὲ ἡδυσμένον μὲν λόγον τὸν ἔχοντα ῥυθμὸν καὶ ἁρμονίαν, καὶ μέλος. τὸ δὲ χωρὶς τῶν εἰδῶν, τὸ διὰ μέτρου ἔνια μόνον περαίνεσθαι, καὶ πάλιν ἕτερα διὰ μέλους. Plutarchus sympos. VII. τραγῳδίαν σεμνότερον βοῶσαν, καὶ σκευωρουμένην πραγμάτων ὑποκρίσεις πάθος ἐχόντων καὶ οἶκτον, περικοπτέον ἀκροαμάτων συμποτικῶν. *Tragœdiam gravius ac dignius exclamantem, & in iis rebus, quæ affectibus plenæ sunt imitandis occupatam, & omnia quæ nos ad commiserationem commovent rescindere oportet a convivio.* Ut ut sit, nemini obscurum esse potest poeticam in genere imitari aut res grandes, cujusmodi sunt ea quæ *Iliade* Homerica continentur, aut tenues quas idem auctor in Margite Jambico carmine depingit, cui respondet Comœdia, ut *Iliadi* & *Odysseæ* Tragœdia, quæ olim αὐτοσχεδιαστικὴ fuit, & a Dithyrambis orta est, sicuti Comœdia a Phallicis. Comœdia casus privatorum hominum exequitur, Tragœdia Regum, illa verbis humilioribus, & ridiculis, hæc grandioribus. Horatius:

Versibus ornari Tragicis res comica non vult.
Indignantur item privatis, ac prope socco
Dignis carminibus narrari cœna Thyestæ.

Epopœa igitur cum Tragœdia convenit in eo, ut sit rerum seriarum versu & sermone imitatio. Differt autem a Tragœdia, quod versum habeat Epopœa simplicem, & narrationem, nec tempore definita sit; Tragœdia diei unius spatium non excedat. Aristoteles: ἡ μὲν ἐποποιία τῇ τραγῳδίᾳ μέχρι μόνου μέτρου μετὰ λόγου μίμησις εἶναι σπουδαίων ἠκολούθησε. τῷ δὲ τὸ μέτρον ἔχειν ἁπλοῦν καὶ ἐπαγγελίαν εἶναι διαφέρουσι. Quemadmodum autem in Tragœdiis res agebantur grandes, ita & grandi, ac contenta voce ab histrionibus exhibebantur, quæ grandi cothurno a Poeta expressa erant. Ideo Horatius dixit lib. I. epist. III.

An Tragica desævit, & ampullatur in arte?

Persius satyr. III.

Fabula seu mœsto ponantur hianda Tragœdo.

Athenæus dixit actores Tragicos ἐνθουσιᾶν, Tatianus δαιμονιᾶν. Vox Tragica clamosa, de qua Horatius in *Arte*:

—— Et populares
Vincentem strepitus. ——

Dio Chrysostomus orat. IV. *de Regno*, histriones ait ὀξὺ, καὶ διάτορον βοᾶν, *acutum, & contentum, penetransque clamare.* Lucianus in *Anacharsi*, μεγάλα κράζειν, *magnam clangere.* Philostratus lib. V. *de vita Apollonii*, γεγωνὸν φθέγγεσθαι. Comœdus ἧττον βοᾷ, *minus vociferatur.* Crantor apud Diogenem Laertium dicebat, ἀπελέκητον φωνὴν ἔχειν, καὶ φλοιοῦ μεστὴν, *vocem habere securi minime rescissam, & cortice plenam.* Arnobius lib. VII. ait, scenicos frustra vociferari. Demesthenes Æschini ut histrioni φωνασκίας ἐπίδειξιν objicit. Tertullianus lib. *de Spectac.* sed Tragœdo vociferante. Juvenalis satyr. VI.

Grande Sophoclæo carmen bacchamur hiatu.

Prudentius lib. I. *in Symmachum*:

Ut Tragicus cantor ligno tegit ora cavato,
Grande aliquid cujus per hiatum carmen anhelet.

Quia personæ ore hianti, & cavo erant. Ideo Lucianus Tragœdos vocat μέγα κεχηνότας, *magnum hiantes.* lib. *de Gymnasiis*, κράνη κεχηνότα παμμεγέθες, *galeæ magnum hiantes.* Philostratus lib. V. βαδίζοντα μέγα, κεχηνότα τοσοῦτον. Symmachus epist. XLVII. l. III. *Sic se habet ratio, ut res maximæ magnos hiatus oris requirant.* Fuerunt & Tragicorum verbosæ complorationes, quas irridet Plato l. X. *de Repub.* μακρὰν ῥῆσιν ἀποτείνειν ἐν τοῖς ὀδυρμοῖς, *verbosum esse in complorationibus*, qualis est apud Sophoclem in *Trachiniis*, & plus justo apud Senecam. Accusatur & Euripides διὰ τὸ μακρὰς ἐπάγειν ῥήσεις ταῖς συμφοραῖς, ἤγουν διηγήσεις. Ideo Tragœdos per risum vocabant τετανώδεις, καὶ θρηνώδεις. Tragici Poetæ septem nobiles fuere sub Ptolemæo Philadelphi filio, quos ob claritudinem Plejadas dixerunt. Sunt autem hi, Homerus filius Myrus Byzantinæ Poetriæ, Sositheus, Lycophron, Alexander, Æanthides, Sosiphanes, Philiscus, ut scribit Scholiastes Hephæstionis, οὓς πλειάδας ἐκάλεσαν διὰ τὸ λαμπροὺς εἶναι ἐν τραγικῇ. Dioscorides l. XIV. sub finem, ἦν δὲ ἀγαθὸς ποιητὴς εἴ τις ἄλλος τῶν μετὰ τοὺς ἑπτά. Strabo l. XIV. ποιητὴς δὲ τραγῳδίας ἄριστος τῶν τῆς πλειάδος καταριθμουμένων. Meminit Tzetzes *ad Lycophronem*, & Eustathius. In Tragœdiis autem quæ fas non erat intueri, narrabantur, non exhibebantur. Nuntii qui quascunque res nuntiant, dicuntur ἄγγελοι, qui voce supplent quod in scena fieri non potest, ἐξάγγελοι. Æschylus primus reperit nuntios. Philostratus in *Gorgia*: εἰ τὸν αἰσχύλον ἐνθυμηθείημεν ὡς πολλὰ τῇ τραγῳδίᾳ συνεβάλλετο, ἐσθῆτι αὐτὴν κατασκευάσας, καὶ ὀκρίβαντι ὑψηλῷ, καὶ ἡρώων εἴδεσιν, ἀγγέλοις τε, καὶ ἐξαγγέλοις. Quæ ὑπὸ σκηνῆς, id est, *intra scenam* fiunt, ea δι' ἐπαγγελίας, & narratione nuda exponenda sunt. Ajax tamen apud Sophoclem suam ipsius calamitatem exponit, ubi Scholiastes; μετάκειται ἡ σκηνὴ ἐπὶ ἐρήμου τινὸς χωρίου, εἶτα ὁ αἴας εὐτρεπίσας τὸ ξίφος ῥῆσίν τινα πρὸς τοῦ θανάτου προφέρεται. ἐπεὶ γελοῖον ἦν κωφὸν πρόσωπον εἰσελθόντα περιπεσεῖν τῷ ξίφει. ἔστι δὲ τὰ τοιαῦτα παρὰ τοῖς παλαιοῖς σπάνια. εἰώθασι γὰρ τὰ πεπραγμένα δι' ἀγγέλων ἐπαγγέλλειν. Æschylus in *Thressis* Ajacis necem per nuntium exposuerat. Id est, *trans sita est scena in deserto quodam loco, deinde Ajax cum adornasset ensem, narrationem quandam, & complorationem ante mortem*

profert; quia ridiculum erat mutam personam inductam in ensem incumbere. Talia autem apud Veteres rara sunt. Solent enim res gestas per nuntios renuntiare. Porro agebantur Romæ fabulæ ludis Megalensibus, qui magnis Diis consecrati sunt. Funebribus item ad retinendum populum institutis, dum pompa funeris decreta in honorem patricii viri plene instruitur, plebeiis & Apollinaribus. Sulpitius Gallus, ut Santra scribit, Consualibus ludis initium fecit fabularum dandarum. Primus Æschylus actores duos in Scena exhibuit, cum prius unus tantum esset, & chori partes imminuit, & sermonem apparavit: *καὶ τὰ τοῦ χοροῦ ἠλάττωσε, καὶ τὸν λόγον παρεσκεύασε*, ait Aristoteles l. *de Poetica*. Sophocles tres personas induxit, *σκηνογραφίαν*, *Scenæ picturam & descriptionem*, ac cum antea poesis esset Satyræ proprior, & ad saltationem accommodata; eam gravitate condivit, & a tetrametro quo olim usi, ad Jambum traduxit. *μάλιστα γὰρ λεκτικὸν τῶν μέτρων τὸ ἰαμβεῖον*, *Jambicum enim carmen omnium accommodatissimum est ad sermonem*, ut Aristoteles ait. Suidas de Sophocle: *οὗτος πρῶτος τρισὶν ἐχρήσατο ὑποκριταῖς, καὶ τῷ καλουμένῳ τριταγωνιστῇ, καὶ πρῶτος τὸν χορὸν ἐκ πεντεκαίδεκα εἰσήγαγε νέων· πρότερον δύο καὶ δέκα εἰσιόντων*. Id est, *Sophocles primus tribus usus est actoribus, & eo qui dicitur tritagonistes; & primus chorum ex quindecim induxit, cum prius duodecim introducerentur*. Laertius l. III. in *Plat.* *ὥσπερ δὲ τὸ παλαιὸν ἐν τραγῳδίᾳ πρότερον μὲν ὁ χορὸς διεδραμάτισεν, ὕστερον δὲ Θέσπις ἕνα ὑποκριτὴν ἐξεῦρεν, ὑπὲρ τοῦ διαναπαύεσθαι τὸν χορόν, καὶ δεύτερον Αἰσχύλος, τὸν δὲ τρίτον Σοφοκλῆς, καὶ συνεπλήρωσαν τὴν τραγῳδίαν, οὕτως ἐκεῖνοι τέτρασι δράμασιν ἠγωνίζοντο, Διονυσίοις, Ληναίοις, Παναθηναίοις, Χύτροις, ὧν τὸ τέταρτον ἦν σατυρικόν. τὰ δὲ τέταρα δράματα ἦν τετραλογία*. Id est, *ut olim in Tragœdia*, inquit, *primum quidem chorus fabulam peragebat, postea Thespis unum actorem induxit, ut conquiesceret chorus, Æschylus alterum, Sophocles tertium, & Tragœdiam expleverunt, quemadmodum & illi quatuor fabulis certabant, Dionysiis, Lenæis, Panathenæis, Chytris, quarum quarta satyrica fuit. Quatuor illæ fabulæ tetralogia dicebatur*. Exemplum satyricæ fabulæ habemus in Euripidis *Cyclopibus*. Tres tantum personæ exiguntur ad absolutionem fabulæ. Quod ab Horatio probatum est in *Arte*:

Nec Deus intersit, nisi dignus vindice nodus
Inciderit, nec quarta loqui persona laboret.

Quod tamen ex Donato non semper observatum esse docuimus, cum quarta & quinta persona introductæ sint. Unde factum, ut Tritagonistes ultimas fabulæ partes ageret in vita Æschinis, *γενόμενον δὲ μειράκιον φασὶν ὑποκριτὴν εἶναι τραγῳδιῶν, ὥστε τριταγωνιστεῖν*: quod ei probro objicit Demosthenes *pro Corona*, qui *τριταγωνιστὴν* vocat. Quamquam Ulpianus *ἐτριταγωνίστεις* interpretatur, *πολλάκις ἠγώνιζες*. Idem in *falsa Legatione* ait, *τριταγωνισταῖς* fuisse tamquam *γέρας τι ἐξαίρετον πρὸς τοὺς τυράννους, καὶ τοὺς τὰ σκῆπτρα ἔχοντας, εἰσιέναι*, *Tritagonistis fuisse hoc quasi singulare & proprium, ut ad Reges eis pateret aditus*. Optime Suidas ait Tritagonisten Æschinem vocari a Demosthene quasi histrionem infimum, qui tertio tantum loco diceret, *ὡς ἀδοκιμώτατον τῶν ὑποκριτῶν ἐν τρίτῃ τάξει καταριθμῶν*. Demosthenes *de falsa Legat.* *τρίτα λέγειν* dixit, pro *τριταγωνιστεῖν*, *tertiarum esse partium*. *τοῦτο δὲ τὸ δρᾶμα ὑπεκρίναντο, οἷς οὗτος τὰ τρίτα λέγων διετέλεσεν*. Id est, *hanc autem fabulam agebant, quibus iste tertio loco dicere perseveravit*. Erant enim actores primarum partium laudatissimi, tum vero secundarum. Euripides in *Andromach.*

Τὰ δεύτερα ἀεὶ τὴν γυναῖκα δεῖ λέγειν.

A *Mulierem secundo loco par est loqui*. Cicero II. *in Verrem*; *Ut in Græcis actoribus videmus sæpe illum qui est secundarum, aut tertiarum partium, cum possit aliquando clarius dicere, quam ipse primarum, multum summittere*. Terentius in *Phormione*;

Primas partes qui aget is erit Phormio.

Secundarum partium, qui secundo loco in scenam procedit. Horatius *Epist.* lib. I.

—— *Mimum partes tractare secundas.*

Ubi Porphyrio: *secundarum partium actores omnia submisse agunt*. Festus Jambos esse ait, qui singuli ex proscenio loquuntur, triambos qui terni. Valerius Maximus lib. IX. cap. XIV. histriones secun- B darum & tertiarum partium commemorat; *Lentulus*, inquit, *Spintheris cognomen ex quodam histrione secundarum traxit. Metello similis Pamphilus tertiarum*. Asconius ad illa Ciceronis verba, *sæpe illum qui est secundarum*, &c. *Comœdia*, inquit, *quinque actus habet. Est ergo persona primarum partium, quæ sæpius de actis regreditur, & quæ subnectit*. In vet. Gloss. qui secundas agit in scena dicitur subdiga. Secundas agere est supparasitari. Seneca l. III. *de Ira*: *Optimum judicavit quicquid dixisset sequi, & secundas agere*. Suetonius in *Caligula* c. LVII. *Et cum in Laureolo mimo in quo actor* C *proripiens se ruina sanguinem vomuit, ut plures secundarum certatim experimentum artis darent, cruore scena abundavit*. Horatius lib. I. epist. XVIII.

Alter in obsequium plus æquo pronus, & imi
Derisor lecti, sic nutum divitis horret,
Ut puerum sævo credas dictata magistro
Reddere, vel partes mimum tractare secundas.

Eum qui primas partes agebat, cæteri observabant, quos secundarios, tertiariosque dixere. Cicero in *Bruto*: *Quod idem faciebat Q. Arrius, qui M. Crassi quasi secundarius*. Secundas igitur hic agere, non est proximum a primo locum tueri, seu post primum cæteris frequentius in scenam prodire, quod D vult Asconius, ut si in *Andria* Terentii primas Davo, secundas Simoni, tertias Pamphilo tribuamus: neque enim hi invicem imitantur, cum suo quisque loco agat, sed secundas agunt, qui vere vocantur hypocritæ, & cum certam nullam ea in fabula personam gerant, alios exprimunt, & sola imitatione oblectant. Quo pertinet illud Horatii sat. III. lib. II.

—— *Catienis mille ducentis*
Mater te appello clamantibus. ——

Isti enim Catieno secundas agebant. Atque ita Neroni in actu quodam Tragico adstat hypocrita apud Suetonium cap. XXIV. Plautus in *Ca-* E *ptivis*:

Jam nunc secundas agis mihi.

In Mimis parasiti fere secundarum erant partium. Alii sunt *πρωτολόγοι, ὑστερολόγοι*. Bion, *καὶ γὰρ ἡ τύχη ὥσπερ ποιήτρια, ὅτε μὲν πρωτολόγου, ὅτε δ᾽ ὑστερολόγου προτίθησι πρόσωπον*. *Etenim fortuna ut poetria interdum primum dicendi locum, interdum secundum tribuit*. Erant enim qui primo loco dicerent, qui secundo, quæ primæ, & secundæ partes dicebantur. Horatius:

Hinc vos mutatis discedite partibus. ——

Mutat partes qui protologo dat secundas, deuterologo primas, vel adolescenti partes senis, seni F partes adolescentis. Terentius:

Ne cui sit mirum cur partes seni
Poeta dederit, quæ sunt adolescentum.

Græci dicunt *περιτιθέναι πρόσωπον*. Aristoteles in *Poet.* *καὶ τὸ τῶν ὑποκριτῶν πλῆθος ἐξ ἑνὸς εἰς δύο πρῶτος Αἰσχύλος ἤγαγε, καὶ τὸ τοῦ χοροῦ ἠλάττωσε, καὶ τὸν λόγον πρωταγωνιστὴν παρεσκεύασε. τρεῖς δὲ καὶ σκηνογραφίαν ὁ Σοφοκλῆς*. Per initia unus tantum fuit Tragicus,

histrio, qui idem tribus rebus imitaretur, cantu, harmonia, & saltu, ut docet Aristoteles de Dithyrambicis; deinde Æschylum tibicinem ab eo qui caneret, & saltaret, sejunxisse, postremo Sophoclem a saltatore. Lucianus: *πάλαι μὲν γὰρ αὐτοὶ καὶ ᾖδον, καὶ ὠρχοῦντο. εἶτα ἐπειδὴ κινουμένων τὸ ἆσθμα τὴν ᾠδὴν ἐπετάραττεν, ἄμεινον ἔδοξεν ἄλλους αὐτοῖς ἐπᾴδειν. αἱ δὲ ὑποθέσεις κοιναὶ ἀμφοτέροις, καὶ οὐδέν τι διακεκριμέναι τῶν τραγικῶν αἱ ὀρχηστικαί, πλὴν ὅτι ποικιλώτεραι αὗται, καὶ πολυμαθέστεραι, καὶ μυρίας ἔχουσαι μεταβολάς.* Athenæus lib. XIV. *συνέστηκε δὲ καὶ ἡ σατυρικὴ πᾶσα ποίησις τὸ παλαιὸν ἐκ χορῶν, ὡς καὶ ἡ τότε τραγῳδία. διόπερ οὐδὲ ὑποκριτὰς εἶχον.* Igitur Sophocles invenit *τριταγωνιστὴν*, id est, *tertium histrionem*. Protagonistes dictus prologus. Aristoteles, *τίς δὲ πρόσωπα ἀπέδωκεν, ἢ προλόγους, ἢ πλήθη ὑποκριτῶν, καὶ ὅσα τοιαῦτα ἠγνόηται.* *δευτεραγωνιστὴς* secundo loquebatur, *τριταγωνιστὴς* tertio. Quod vero attinet ad illas *τετραλογίας* de quibus Diogenes Laertius supra egit, legendus est Suidas in voce *τετραλογία*. ubi admonebo plurimum laudis reportasse, qui *τετραλογίᾳ* vicerant, deinde qui *τριλογίᾳ*. Æschyli Trilogia, Agamemnon, Eumenides, Cœphori; legendus Varro lib. VI. Cæterum non usquequaque constat, quis primus & personas, & prologos, & multitudinem actuum exhibuerit. Hoc constat, Epicharmum & Phormium primos omnium fabulas, *μύθους* fecisse, cum prius res gestæ essent, unde & e Sicilia primum id genus fluxisse certum est. Athenis Crates ejus rei auctor fuit, ut scribit Aristoteles lib. *de Poetica* c. V. *μῦθος* est *σύνθεσις τῶν πραγμάτων*, *constructio rerum quæ aguntur*. Dictio, seu lexis est versuum compositio, *ἡ τῶν μέτρων σύνθεσις*. Melopœa est quæ vim omnem manifestam habet, & omnium oculis expositam, *ἡ τὴν δύναμιν φανερὰν ἔχει πᾶσαν*. Partes Tragœdiæ sunt, prologus, episodion, exodus, choricum, commos, *πρόλογος μὲν μέρος ὅλον τραγῳδίας τὸ πρὸ χοροῦ παρόδου*, ait Aristoteles. *Prologus est ea pars quæ viam præit choro*. Episodion pars est quæ interjicitur choricis canticis, quæ *μέλη* dicuntur. Exodus est ea pars, quam nullum chori canticum consequitur. Initus chori dicitur prima chori dictio. Chori pars immobilis, & consistens est canticum chori sine anapæsto & trochæo. Commus a voce *κόπτω*, est luctus communis chori & Scenæ: *μέλος* concentum vocamus; quomodo exaudiendus est Aristoteles l. *Poet.* c. I. *ἡ τῆς διθυραμβικῶν ποίησις, καὶ ἡ τῶν μίμων, καὶ ἥτε τραγῳδία, καὶ ἡ κωμῳδία χρῶνται ῥυθμῷ, μέλει, καὶ μέτρῳ, αἱ μὲν ἅμα πᾶσι, αἱ δὲ κατὰ μέρος.* Id est, *Poesis dithyrambica, mimica, tragica, comica, utitur rythmo, concentu, & versu, aut simul, aut per partes*: *ἐπεισόδιον*, ait Aristoteles, *μέρος ὅλον ἐστὶ τραγῳδίας τὸ μεταξὺ ὅλων χορικῶν*, &c. in Comœdia, prologus prima pars est antequam in orchestram chorus prodeat: *τὸ μέχρι τῆς εἰσόδου τοῦ χοροῦ μέρος*. Altera pars canticum chori: *δεύτερον χορικὸν τὸ τοῦ χοροῦ διδόμενον μέλος. τρίτον ἐπεισόδιον τὸ μεταξὺ δύο χορικῶν μελῶν. Tertia episodium, quæ pars inter duo cantica chori interjicitur*. Quarta exitus est, ea scilicet pars quæ sub exitum chori ad finem fabulæ dicitur, vel agitur, *ἔξοδος τὸ ἐπὶ τέλει λεγόμενον τοῦ χοροῦ*, ut vetus Scholiastes scribit. In nova Comœdia choro nullus locus est, quod canente choro spectatores fastidiosi abirent. Græci prologos non habent. Græci & Latini Deos *ἀπὸ μηχανῆς* habent argumentis explicandis, Terentius non habet. Adhæc *προτατικὰ πρόσωπα*, id est, personas extra argumentum accersitas non facile cæteri habent, quibus Terentius sæpe utitur, ut per harum inductiones facile pateat argumentum. Comœdias autem Latini per quatuor partes dividunt, prologum, protasin, epitasin, catastrophen. Prologus est velut præfatio quædam fabulæ. Protasis primus actus est, initiumque dramatis. Epitasis incrementum turbarum, ac totius erroris motus. Catastrophe conversio rerum est ad jucundos exitus. Servius protasin diverbium esse vult. Quanquam alii diverbia esse volunt partes Comœdiarum ubi plures personæ versantur, a personarum varietate dicta, quas *ἀντιλέξεις* Philostratus vocat, quæque, quia sententiis illustribus refertæ sunt, pro *γνώμαις* ponuntur. Livius l. VII. *Inde ad manum cantari histrionibus cœptum, diverbiaque tantum ipsorum voci relicta*. Ausonius:

Tu quoque qui Latium lecto sermone Terenti
Comis, & astricto percurris pulpita socco,
Ad nova vix memorem diverbia coge senectam.

Diomedes paulo aliter: *Membra*, inquit, *Comœdiarum tria sunt, diverbium, canticum, chorus. In canticis una tantum est persona, aut altera latet. In choro junctim omnes loqui debent, quasi voce confusa, & concentum in unam personam reformantes.* Latinæ Comœdiæ chorum non habent: olim omnia quæ in scena versabantur in Comœdia agebantur. Nam & pantomimus, & choraules in Comœdia canebant. Verum actores Comœdiarum pro facultate & arte potiores principatum sibi artificii vindicabant. Sic factum est ut nolentibus cedere mimis cum artificio suo cæteris, separatio fieret reliquorum. Indicio sunt, quod tibiis paribus, imparibus, sarranis agebantur Comœdiæ. Quando enim chorus canebat, choricis tibiis, id est, choraulicis artifex concinebat. In canticis autem choraulici respondebant, quod paribus, aut imparibus tibiis dicitur. Si quando monodio agebat, unam tibiam inflabat, si quando synodio, duas tibias. Denique in Tragœdiis & Comœdiis quinque sunt actus. Horatius in *Arte*:

Neve minor quinto, neve sit productior actu.

CAP. VIII.

De vetere Comœdia.

COMOEDIA, definientibus Græcis, est perioche periculi expers, rerum privatarum & publicarum, *ἰδιωτικῶν καὶ πολιτικῶν πραγμάτων ἀκίνδυνος περιοχή*. Dicta est a vicis in quibus agebatur rudi & incondito carmine, admisto pronuntiationis modulo, quo, dum actus commutantur, populus detinebatur. Comœdiæ autem aut motoriæ sunt, aut statariæ, aut mistæ. Motoriæ turbulentæ, statariæ quietiores. Terentius in *Heautontim.*

Ut mihi statariam agere liceat per silentium.

Mistæ ex utroque constant. Comœdia autem varie summutata est. Nam ætate Aristophanis, Cratini, & Eupolidis populus Atheniensis plurimum poterat, & eorum qui vitia publice ac nominatim carperent *ἐλευθεροστομίαν* alebat. Populi statu imminuto, cum Eupolis Baptas docuisset, & in mare mersus esset ab iis quos perstrinxerat, vetus Comœdia desiit una cum choragiis, *ἐπὶ τῷ διδάξαι τοὺς βαπτὰς τὴν πόλιν, καὶ ἀποπνιγῆναι εἰς τὴν θάλασσαν ὑπὸ [illegible] εἰς οὓς καθῆκε τοὺς βαπτάς*. Nec enim Athenien. cum XXX. Tyranni dominatu suo omnia tenerent, choragos creare suffragiis suis, qui choricis sumptus suppeditarent, jam sustinebant, *προθύμως εἶχον [illegible] χορηγοὺς τοὺς τὰς δαπάνας τοῖς χορεύταις παρέχοντας [illegible]*. Quare & Aristoph. *τὸν Αἰολοσίκωνα ἐδίδαξεν, ὃς οὐκ ἔχει τὰ χορικὰ μέλη, οὐδὲ τὰς παραβάσεις.* Est autem parabasis excursio quædam, & quasi digressio, qua, ubi histriones e scena discesserant, chorus apostrophen habebat ad populum, vel de se, vel de Repub. vel certe de singulorum peccatis: *ἡ δὲ παράβασις ἐπληροῦτο ὑπὸ μελυδρίου, καὶ κομματίου, καὶ στροφῆς, [illegible] ἀντιστροφῆς, καὶ ἐπιρρήματος, καὶ ἀντεπιρρή-*

πιῤῥήματος, καὶ ἀναπαίστων. *Parabasis autem implebatur brevi concentu, & inciso, & stropha, & antistrophe, & epirrhemate, & antepirrhemate, & anapæsto.* A Hesychius, ἀνάπαιστα τὰ ἐν τῇ παραβάσει, τῶν χορῶν ᾄσματα. Parabasis, ait Scholiastes Aristophanis, dicitur anapæstus, quia fit anapæstis versibus. Perfecta parabasis quasdam habet versuum cæsuras, cujus pars dicitur commation. Parabases Comœdorum, ait ille, multa utilia præcepta habent, quod scilicet sententiis gravibus condiantur, & vitia civium carpant. Olim sex parabases adhibebantur quo tempore populus dominabatur. Ubi populus oppressus est, chorus intercidit, & B a peccatis civium arguendis ad veteres historias irridendas deventum est, ἐπὶ τὸ σκώπτειν ἱστορίας ῥηθεῖσα ποιηταὶ ἦλθον. Comœdiarum, ait Plutarchus *sympos.* VII. cap. VIII. vetus quidem, quod sit inæqualis, non est apta potantibus. Nam & parabases gravitate conditæ, & libertas loquendi valde effrenis, & contenta est, facilitasque ad scommata, & scurrilitates fastidiosa, & prolixa, & plena verbis inhonestis, & nominibus lascivis. τῶν κωμῳδιῶν ἡ μὲν ἀρχαία διὰ τὴν ἀνωμαλίαν ἀνάρμοστος ἀνθρώποις πίνουσι. ἥτε γὰρ ἐν τοῖς λεγομένοις παραβάσεσιν αὐτῶν σπουδὴ, καὶ παῤῥησία λίαν ἄκρατός ἐστι, καὶ σύντονος. ἥτε πρὸς τὰ σκώμματα καὶ βωμολοχίας εὐχέρεια δεινῶς κατάκορος, καὶ ἀναπεπταμένη, καὶ C γέμουσα ῥημάτων ἀκόσμων, καὶ ἀκολάστων ὀνομάτων. Comœdia autem nova conviviis interseritur, quæ facilius vino quam Menandri fabulis carere possunt. Dictio enim ipsa suavis, & pedestris rebus interseritur, ut neque a sobriis repudietur, neque madidis molesta sit; sententiæ pulcræ & simplices affluunt, & austeritatem morum, quasi ferrum igne, sic vino mitigant, flectuntque ad humanitatem, ait Plutarchus ibidem. Dictionem tamen mimicam improbat Phaleræus his verbis: ἐναγώνιος ἴσως μᾶλλον, διαλελυμένη λέξις. ἥδε αὐτὴ καὶ ὑποκριτικὴ καλεῖται. διὰ τοῦτο καὶ μένανδρον ὑποκρίνοντα λελυμένον ἐν τοῖς πλείστοις. D φιλήμονα δὲ ἀναγινώσκουσι διὰ τοὺς συνδέσμους. ὅτι δὲ ὑποκριτῶν ἡ λύσις, παράδειγμα καὶ τόδε. ἐδεξάμην, ἔτικτον, ἐκτρέφω φίλε. εἰ δὲ συνδήσαις ἀπαθὲς ἐστι. Id est, *magis apta est certaminibus, quam dissoluta dictio, quæ & histrionica dicitur. Quare & Menander histrioniam agens in plerisque dissolutus est. Philemona autem legunt ob copulas. Histrionum autem solutum esse sermonem vel hoc argumento sit: Suscepi, peperi, alo amice. Sed hoc genus dicendi solutum conviviis aptum est. Nova Comœdia sub Alexandro Macedone orta est, vetus Peloponnesiaco bello viguit.* ἡ νέα κωμῳδία ἐπὶ ἀλεξάνδρου, E ἡ δὲ παλαιὰ ἐπὶ τῶν πελοποννησιακῶν εἶχε ἀκμὴν. Sannyrion primus in Attica Comœdiam dedit, Cratinus omnium primus tres personas instituit, ait vetus Scholiastes. Vetus Comœdia & Baiis olim usurpata. Silius l. XIV.

Littora Thermarum prisca dotata Camœna.

Apud Græcos maxime in pretio fuit. Livius l. XXIV. *Ariston Tragicus auctor genere honesto, nec ea res, quia apud Græcos pudori est, deformabat.* Victores ἐπινίκια sacrificabant. Plato in *simposio.* παίδων ἡμῶν ὄντων, ὅτε τῇ πρώτῃ τραγῳδίᾳ ἐνίκησεν ἀγάθων, F τῇ ὑστεραίᾳ, ἢ ᾗ τὰ ἐπινίκια ἔθυεν αὐτός τε καὶ οἱ χορευταί. Id est, *cum pueri essemus, quo tempore prima Tragœdia vicit Agathon, postridie quam epinicia sacrificavit ipse, & ejus actores.*

CAP. IX.

De Satyra. Sillis, & Atellanis,

DIOMEDES l. III. duo genera Satyrarum facit, quorum alterum Latinum mordax, alterum Græcanicum ridiculum a Tragicis repertum ad detergendam mœstitiam ex rebus Tragicis conceptam. Ille igitur Satyram asse ait carmen apud Romanos, non quidem apud Græcos maledicum, & ad carpenda hominum vitia archææ Comœdiæ charactere compositum, quale scripserunt Lucillius, & Horatius, & Persius. Sed olim carmen quod ex variis poematibus constabat, Satyra dicebatur, quale scripserunt Pacuvius, & Ennius. Idem: Satyra est apud Græcos fabula, in qua item Tragici Poetæ non Reges, aut Heroas, sed Satyros induxerunt, ludendi causa, jocandique simul, ut spectator inter res tragicas, seriasque Satyrorum quoque jocis, & lusibus delectaretur. Horatius lib. *de Arte Poet.*

Carmine qui Tragico vilem certavit ob hircum,
Mox etiam agrestes Satyros nudavit, & asper
Incolumi gravitate jocum tentavit, eo quod
Illecebris erat, & grata novitate morandus
Spectator. ——

Ita Euripides in *Cyclope* inducit Satyros saltantes, dicta dicentes, bibiturientes. Philostratus in *Mida:* σατύρων δὲ ἡδὺ μὲν τὸ σφοδρὸν ὅτε ὀρχοῦνται, ἡδὺ τὸ βωμολόχον ὅτε μειδιῶσι, καὶ ἐρῶσι οἱ λεναῖοι, καὶ ὑποποιοῦνται τὰς λυδὰς αἰκάλλοντες. *Satyrorum jucunda est vehementia cum saltant, jucunda est scurrilitas cum rident, & amant generosi illi, & arte blandientes sibi Lydias conciliant.* De habitu eorum legendus Dionysius l. VII. in descriptione pompæ Romanæ. Finguntur ὀξεῖς τὰ ὦτα, φαλακροὶ, κερασταὶ, φρύγες, οὐρὰς ἔχοντες, ait Lucianus in concione Deor. *acutis auribus, calvi, cornigeri, Phryges, caudati.* Dicuntur a voce σάθη, quæ *salacem putum* significat, quia λυττῶσι εἰς τὰ γύναια, *depereunt mulierculas,* ut loquitur Philostratus in *vita Apollonii.* Quinctilianus Satyram Latinam a Græca Satyra petitam negat: *Satyra,* inquit, *tota nostra est in qua primus insignem laudem adeptus est Lucillius.* Scripsit quidem Ennius ante Lucillium Satyram, sed ridiculam, & edentulam, Lucillius dentatam, & mordacem. Horatius.

—— *Est Lucillius ausus*
Primus in hunc operis componere carmina morem,
Detrahere & pellem nitidus qua quisque per ora
Cederet introrsum turpis. ——

Item,

—— *Secuit Lucillius urbem,*
Te Lupe, te Muti, & genuinum fregit in illis.

Imitatus est Eupolin, Cratinum, Aristophanem veteris Comœdiæ scriptores, ut Horatius monet. Plinius scribit, primum Lucillium condidisse styli nasum. Sed stylus humilis fuit a Comœdiæ socco non alienus, quam pedestrem Musam, & sermonem Horatius vocat. Apulejus in *Floridis: Mimus hallucinatur, Comœdus sermocinatur, Tragœdus vociferatur.* Ideo Isidorus lib. VIII. Satyricos a quibus vitia carpuntur ad Comœdiam pertinere ait. Quanquam Comœdia tota dramatica est, Satyra fere διηγηματική, vel dramatico, & diegematico mixta, ut & Silli ad quos propius accedit. σιλλαίνειν enim *subsannare* est. Strabo lib. XIV. ξενοφάνης ὁ φυσικὸς ὁ τοὺς σίλλους ποιήσας διὰ ποιημάτων, *Xenophanes Physicus qui Sillos versibus, & poematis scripsit.* Apulejus Sillos Satyras interpretatur in *Floridis.* Canit Empedocles carmina, Plato Dialogos, Socrates hymnos, Epicharmus modos, Xenophon histo-

rias, Xenophanes Satyras. Atellanæ fabulæ a Græcorum satyricis fabulis non longius abfuisse videntur. Diomedes: *Tertia species est fabularum Latinarum, quæ a civitate Oscorum Atella, in qua primum cœptæ, Atellanæ dictæ sunt, argumentis, dictisque jocularibus similes satyricis fabulis Græcis*. Marius Victorinus l.II. de Græcorum satyricis metris loquens, quod genus nostris in Atellanis habent. Et l.III. Hoc metrum Atellanarum scriptores appetiverunt. Est enim jocosis motibus emollitum, gestibus agentium satis accommodatum. Valerius Max. Atellani ludi ab Oscis acciti sunt, quod genus delectationis Italica severitate temperatum, ideoque vacuum nota est: nam neque tribu movetur, neque a militibus stipendiis repellitur, Livius l.VII. Satyras appellat. Cæterum parva hæc quoque, ut ferme principia omnia, & ea ipsa peregrina res fuit, sine carmine ullo, sine imitandorum carminum actu, ludiones ex Hetruria acciti, ad tibicinis modos saltantes haud indecoros motus more Thusco dabant. Imitari deinde eos juventus simul, inconditis inter se jocularia fundentes versibus cœpere, nec absoni a voce motus erant. Accepta itaque res, sæpiusque usurpando excitata. Vernaculis artificibus, quia hister Thusco verbo ludio vocabatur, nomen histrionibus inditum, qui non sicut ante fescennino similem compositum temere ac rudem alternis jaciebant, sed impletas modis Satyras descripto jam ad tibicinem cantu, motuque congruenti peragebant. Omnino Satyræ illæ Græcanicis fuere similes, quæ in Tragœdiis ad detergendam ex tristiori spectaculo nauseam adhibebantur, cujusmodi sunt Satyri illi muti, quos scripsit Sophocles, laudante Scholiaste Apollonii l.II. *Argonaut*, ἐν κωφοῖς σατύροις. Unde & apud Victruvium c.VIII. l.V. scenam triplicem esse monuimus, Tragicam, Comicam, Satyricam. Satyrica δράματα Origenes vocat l.VII. *contra Celsum*. τὰ σατυρικὰ δράματα ἐμποιεῖ γέλωτας, *satyricæ fabulæ risum movent*. Tzetzes *ad Lycophron* ἡ μὲν τραγῳδία θρήνους μόνον ἔχει καὶ οἰμωγάς, ἡ δὲ σατυρικὴ συγκιρνᾷ τὰς ὀλοφύρσεσι ἱλαρότητα, καὶ ἀπὸ δακρύων εἰς χαρὰν καταντᾶν εἴωθε. *Tragædia lamentiones tantum & fletus habet, Satyrica bilaritate temperat complorationes, & a lacrymis in gaudium occurrere solet*. A Satyris primus omnium Poeta Livius ad fabularum argumenta spectantium animos transtulit, ait Valerius Maxim. A quo facit Livius his verbis: *Livius post aliquot annos ab Satyris ausus est primus argumento fabulam serere*. Postea exodia dicta quæ prius Satyræ. Livius ibidem; *Postquam lege hac fabularum ab risu ac soluto joco res avocabatur, & ludus paulatim in artem verterat, juventus histrionibus fabellarum actu relicto, ipsa inter se more antiquo ridicula intexta versibus jactitare cœpit, quæ inde exodia postea appellata, conseruntque fabellis potissimum Atellanis sunt*. Exordia & Satyræ ad diluendam mœstitiam post Tragœdias productæ. Scholiastes Juvenalis: *Exordiarius apud Veteres in fine ludorum intrabat, quod ridiculus foret, ut quicquid lacrimarum atque tristitiæ coegissent ex tragicis affectibus hujus spectaculi risus detergeret*. Atellanicum exordium Suetonius vocat in *Tiberio* cap.XLV. In Atellanis satyrica Græcorum metra usurpata sunt. Victorinus l.III. Hoc metrum Atellanarum scriptores appetiverunt: est enim jocosis motibus emollitum, gestibus agentium satis accomodatum. Sed ut Diomedes scribit, Latinis Atellana a Græca Satyra differt, quod in Satyrica fere Satyrorum personæ inducuntur, aut si quæ sunt ridiculæ similes Satyris, Autolicus, Busiris, in Atellana obscœnæ personæ, ut Maccus, in qua tamen joci Romana severitate condiebantur, ut ex Valerio supra ostendimus. Athenæus l.VI. Atellanas vocat Comœdiam

A satyricam de Sylla loquens, quem ridiculis delectatum esse prodit ἐμφανίζουσι δ᾽ αὐτοῦ τὸ περὶ ταῦτα ἱλαρὸν αἱ ὑπ᾽ αὐτοῦ γραφεῖσαι σατυρικαὶ κωμῳδίαι τῇ πατρῴῳ φωνῇ. *Indicant bilaritatem ejus in istis Comœdiæ satyricæ quas lingua patria scripsit*. Interdum adhibiti Satyri in Latinis fabulis, ut ex hoc versu apparet apud Martium Victorinum,

Agite, fugite, quatite Satyri.

In pompa triumphi Satyri jocularia dicta funditabant, quam Dionysius Halicarnasseus lib.VII. κέρτομον καὶ σατυρικὴν παιδιὰν vocat, *mordacem & satyricum lusum*.
B μετὰ τοὺς ἐνοπλίους χοροὺς οἱ τῶν σατυριστῶν ἐπόμπευον χοροί, τὴν ἑλληνικὴν εἰδοφοροῦντες σίκιννιν. *Post choros armatos chori satyrici transibant in pompa, speciem sicinnæ Græcanicæ exhibentes*. νῦν δὲ ποιήματα ᾄδουσιν αὐτοσχέδια, *nunc autem rudia, & incondita poemata canunt*. Diomedes Ennii Satyram varietate carminis, Lucillii Satyram jocis & dicacitate constitisse scribit, unde inter utramque discrimen. Utrique originem a Græcis esse putes. σατύραι enim, ut docet Hesychius σκάφαι βοτρύων παρὰ λάκωσιν, *Satyræ sunt scaphæ racemorum apud Lacones*. Varro, *Satyra est uva passa, & polenta, & nuclei pinei mulso conspersi: adhæc alii addunt, &
C de malo punico grana*, ut refert Diomedes. Laconibus σατυρίδδην τὸ παίζειν, *ludere*. Hesychius, διασατυρίδδην, διαπαίζειν λάκωνες. Glossæ veteres σατυριστής, *ludio*. Tzetzes Pratinam Poetam Satyricum vocat. σατύραι fœminæ elegantes & dictiosæ. Elvidius σατυρώματα scenicos lusus suos dixit, a voce σατυροῦν, quod est σατυρίζειν. Aliis dicitur Elpidius, qui in carmine *de Christi beneficiis* ait:

Hinc etiam nostro nugata est Scena dolori,
Garrula mendosis fingens satyromata Musis.

Satyram Persius ingenuum ludum interpretatur:

—— *Ingenuo culpam defigere ludo.*

Horatius de Satyris suis:

D —— *Hæc ego ludo*
Quæ nec in æde sonent certantia judice Tarpa;

Quamquam *ludere* de quocunque amœno carmine sumitur. Catullus,

Multum lusimus in meis tabellis.

Seneca Satyram, cui nomen ἀποκολοκυντώσει fecit ludum in Claudium indigetavit. Aristoteles satyricum poema in gravitatem Tragicam sero vertisse ait. ἡ δὲ τραγῳδία, διὰ τὸ ἐκ σατυρικοῦ μεταβαλεῖν ὀψὲ ἀπεσεμνώθη. Unde colligas satyricos lusus Tragœdia priores. Fuere αὐτοσχεδιάσματα tetrametris scripta. Aristoteles, τότε μέτρον ἐκ τετραμέτρου ἰαμβεῖον ἐγένετο. τὸ μὲν γὰρ πρῶτον τετραμέτρῳ ἐχρῶντο,
E διὰ τὸ σατυρικὴν καὶ ὀρχηστικωτέραν εἶναι τὴν ποίησιν.. *Metrum ex tetrametro jambicum factum est. Primo enim tetrametro usi, quod poesis esset satyrica & saltatoria*. In pompa triumphi Satyros & Sillenos fuisse qui dicta dicerent, indicat Dionysius lib.VII. Quem morem Romanos ait neque a Liguribus, neque ab Umbris, neque ab aliis Italiæ populis, sed a Græcis mutuatos. σατυρικὴ παιδιὰ καὶ ὄρχησις εὕρημα ἑλλήνων, οὐ λιγύων, οὐτ᾽ ὀμβρικῶν. Unde liquido apparet, Satyram Romanam, ut a Græcis orta est, sic & ab iisdem appellatam; quanquam choro adempto ad aliud genus tra-
F ducta est, quod Latinis peculiare est. Diomedes: Satyra dicta sive a Satyris, quod similiter in hoc carmine ridiculæ res pudendæque dicantur, quæ velut a Satyris proferuntur, vel a Satura lance, quæ referta variis multisque primitiis in sacris Cereris inferebatur, & a copia & saturitate rei Satura vocabatur, cujus generis lancium & Virgilius in *Georg*. meminit:

Lancibus, & pandis fumantia reddimus exta.

Sive a quodam genere farciminis, quod multis rebus refertum *Saturam* Varro vocat. Doctissimus Casaubonus Saturam illam defendit, eamque Latinum vocabulum, non Græcum esse asseverat. Nihil definit Diomedes, nec ego. Verosimilius est & rem & vocem Græcæ originis esse. Quærit Casaubonus, si a Satyris *Satyræ* vox derivata est, cur Græca formatio non sit retenta. Debuit enim a Satyro dici Satyrica, sicut a Rhetore Rhetorica. Et ego de Casaubono quæro, cur a Satyris non modo satyricus, sed etiam satyrus ludio dicatur. Cur a Sallustio terra Gallia, ab Horatio Sulpitia horrea vocentur, cum terra Gallica, horrea Sulpitiana dici debuerint. Cur Satyra dicatur Græcis meretricula elegans & faceta. Cur non eodem modo Satyra dici possit poesis elegans & dictiosa. Dicet libros plutearios, & veternosos *Saturam* dicere, & *Satiram*, quomodo *maxumus, & maximus, optumus & optimus, citumus & citimus, supare, sipare, genuclare, geniclare*. Admitto, Saturam lancem in sacris miscellis fuisse, quæ Græcis παναπερμία dicta, πάγκαρπος θυσία, πυανία, πυανεψία, aut εἰρεσιώνη, Porphyrio *ad Horatium, Lanx plena diversis frugibus in templo Cereris infertur, quæ Saturæ nomine appellatur*. Satur color δευσοποιός. Verrius Flaccus. *Satura cibi genus ex variis rebus conditum*; ut κυκεὼν potio miscella Græcis. Arnobio cinnus. Festus, *Satura est lex multis aliis legibus conferta*. Vet. Gloss. Satura νόμος πολλὰ περιέχων. *Lex multa continens*. Proverbium, *per Saturam legem ferre*, cum raptim, neque viritim dictis sententiis aliquid Senatores decernebant, & ut apud Festum loquitur Lælius, quasi per Saturam exquisitis sententiis. Sallustius in *Jugurtha*: *Deinde quasi per Saturam sententiis exquisitis in deditionem accipitur*. Lucilius in primo:

Per Saturam Ædilem factum qui legibus solvat.

Lactantius l. I. c. XXI. Pescennius Festus in libris historiarum per Satyram. Ut Græci ποικίλης ἱστορίας. ἀμαλθείας κέρας, τῶν σποράδων λεγομένων libros suos inscribebant, πανδέκτας ἱστοριῶν, alii πίνακας, *lances*, πινακίδια. Porphyrio. Ergo & hoc carmen propterea Saturam appellaverunt, quia multis & variis rebus refertum est. Isidorus, Aut a Saturis nomen *Saturæ* dictum, qui multa habent, vel ob ea quæ per violentiam dicunt ut ebrii. Hæc ego non improbo quæ a Diomede, Porphyrione, & aliis probantur, sed a Satyris satyricum carmen ortum, & appellatum existimo, quemadmodum & Sillos qui proxime ad Satyram Romanam accedunt. Eustathius *ad Odyss.* σ. λογιστέον δὲ καὶ ὡς ἐκ τῆς ὀδυσσειακῆς δὴ μεθόδου σιλλογραφίας, ὅπῃ παρήκοι παραμιγνύσης ἀστεῖα τοῖς σπουδαίοις εἰκὸς ἐπινοηθῆναι τοῖς ὕστερον τὴν σατυρικὴν ποίησιν ἧς τὴν μέθοδον παραδηλοῖ ὁ μέχρι νῦν δεικνύμενος Εὐριπίδειος κύκλωψ. *Considerandum est quomodo ex scribendi ratione qua in Odyssea utitur Poeta, & quæ ad Sillorum naturam propius accedit, summaque eam arte exprimit, si quidem urbanitatem rebus gravibus admiscet subinde, verisimile est excogitatam a posterioribus satyricam Poesin, cujus methodum Cyclops Euripidis qui hodieque exstat, ostendit*. Silli autem sæpe scribebantur versu Heroico, cujusmodi sunt Silli Timonis Phliasii,

Ἔσπετε νῦν μοι ὅσοι πολυπράγμονές ἐστε σοφισταί.

Qui cum sectam Pyrrhonicam profiteretur, scripsit Sillos, seu Philosophorum vituperationes. Suidas, τίμων ὁ φλιάσιος φιλόσοφος τῆς πυῤῥωνικῆς ἀγωγῆς ὁ γράψας τοὺς καλουμένους σίλλους, ἤτοι ψόγους τῶν φι-

A λοσόφων. Hesychius lib. περὶ σοφῶν, in *Arcesilao* τίμων δὲ ὡς φίλοχλον παίζει.

Ὡς εἰπὼν ὄχλοιο περίστασιν εἰς κατέδυνεν
Οἱ δέ μιν ἠΰτε γλαῦκα περισπιζατεραπεῦντο
Ηλέματον δεικνύντες, ὅθ' οὕνεκα ὄχλῳ ἀρέσκεις,
Οὐ μέγα πρᾶγμα. τάλας τι πλατύνεαι ἠλίθιος ὥς.

Timon Sillographus ludit in eum, ut popularis auræ captatorem his versibus:

Sic fatus medium turbæ sese intulit, illi
Ceu fringillæ ululam circumgarrire loquaces,
Et monstrare levem; sed quæ causa impulit auram
Captares populi non magni ponderis auctor?
B *Quod magnos sumendo animos vesane ferocis?*

Versus isti sunt meri satyrici, Stephanus in φλιοῦς, καὶ τίμων ὁ περὶ σίλλων γεγραφὼς φλιάσιος ἐχρημάτισε. Suidas σιλλαίνει, μυλλαίνει, διὰ τῶν ὀφθαλμῶν σκώπτει, καὶ μυλλίζει, σίλλος γὰρ ὁ μίμος ἢ ὁ μῶμος καὶ ἡ κακολογία, καὶ ὁ χλευασμός, καὶ ὁ ταῦτα γράφων σιλλογράφος, σιλλωὸς ὁ σαλος, καὶ φλύαρος ἐκ τοῦ σιλαίνω τὸ φλυαρῶ. Unde Silli apud Græcos pro Satyra Romana fuere. Apud Laertium Bion Satyricus fuit, βίων ποιητὴς τραγῳδίας τῶν σατυρικῶν λεγομένων. Horatius,

Ille Bionæis sermonibus, & sale nigro.

Fuit & Satyricus Poeta Lycophron Chalcidensis, C qui satyrico carmine Menedemum Philosophum laceravit. Athenæus lib. II. λυκόφρων δὲ ὁ χαλκιδεὺς ἐν σατυρικῷ δράματι ὃ ἐπὶ καταμωκήσει ἔγραψεν εἰς μενέδημον τὸν φιλόσοφον. Laertius l. II. ὁ λυκόφρων ἐν τοῖς πεποιημένοις σατύροις αὐτῷ. Apud Appianum in *Libyco* τιτυρισταὶ sunt gesticulatores Satyri, καὶ χορὸς κιθαριστῶν. καὶ τιτυριστῶν ἐς μιμήματα τῆς τυῤῥηνικῆς πομπῆς. Ælianus. οἱ συγχορευταὶ διονύσου σάτυροι ἦσαν, οἱ ὑπ' ἐνίων τίτυροι ὀνομαζόμενοι. Scholiastes Theocriti, τίτυρος πίθηκος ὁ μικρὰν ἔχων οὐρὰν, *Tityrus Simius parvam habens caudam*. Aristoteles Satyros ante Tragœdiam fuisse ait, & a Satyrico Tragœdiam absolutam. Poeseos satyricæ in-D ventionem alii Thespidi, alii Prasinæ ascribunt. κωμῳδεῖν & σατυρίζειν, *mordere*. Dionysius Halicarn. l. VII. δηλοῦσι δὲ αἱ τῶν θριάμβων εἴσοδοι παλαιαὶ, καὶ ἐπιχώριον οὖσαν ῥωμαίοις τὴν κέρτομον καὶ σατυρικὴν παιδιάν. Romani quoque in triumphis suis choros Silenorum, & satyristarum inducebant, ut in Satyris Græci, & poemata tumultuaria, seu αὐτοσχεδιάσματα canebant, quale illud fuit.

Galliam Cæsar subegit, Nicomedes Cæsarem.

Lusus erat similis τοῖς πομπεύταις ἀθλοῦσι τοῖς ἐπὶ τῶν ἁμαξῶν πρότερον ἅμα τοῖς σκώμμασι παρορχουE μένοις. Certe Cratinus Satyros Aristophanis equitibus opposuit. Satyricos autem mordaces esse neminem fugit. Sidonius l. VIII. epist. XI. *in Satyra mordax*. epist. ult. l. I *versuum plena mordacium*. ep. VIII. l. V. *piperatam facundiam* vocat ep. XI. l. VIII. In materia sollicitus & mordax, in tragica sævus & flebilis, in comica urbanus multiformisque, in fescennina vernans verbis, æstuans votis, non pauca piperata, mallea multa, omnia tamen salsa. Arnobius l. I. Illos omnes qui conscriptione voluminum multiformi maledictis mordacibus carpunt publicos mores, qui luxurias ac vitas vestras seF cant, urunt, dilacerant, qui sui temporis posteris notas scriptorum perpetuitate prolatant ad cæli sustollitis sydera. Lactantius l. I. c. IX. Non enim ista Lucillius narrat, aut Lucianus, qui Diis aut hominibus non pepercit. l. II. c. IV. Flaccus ut satyrici carminis scriptor derisit hominum vanitatem. Juvenalis satyr. I.

Ense velut stricto quoties Lucillius ardens
Infremuit, rubet auditor cui frigida mens est,
Criminibus tacita sudant præcordia culpa.

Julius Firmicus l.VIII. c.VII. Alienas vitas amari sermonis licentia pulsent. Horatius,

Si mala condiderit in quem quis carmina, jus est,
Judiciumque ——

Cicero l.IV. *de Rep.* Nostræ contra XII. Tabulæ cum perpaucas res capite sanxissent in his hanc quoque sanciendam putaverunt, si quis actitavisset sive carmen condidisset, quod infamiam afferret, flagitiumve alteri. Iidem probris & injuriis Poetarum subjectam vitam, famamque habere noluerunt, capite etiam puniri sancientes, tale carmen condere si quis auderet. Apud Augustinum l.II. *de Civit.* c.IX. & XII. Horatius epist. *ad Augustum*:

—— —— *etiam lex,*
Pœnaque lata malo quo nollet carmine quenquam
Describi. ——

Arnobius l.IV. carmen malum conscribere, quo fama alterius coinquinetur & vita, Decemviralibus scitis evadere noluistis impune. Romæ jam olim fescennini versus, & ante fescenninos Saturnii ad Satyram Græcam accedebant. Erant enim festivi, fescenninos cantaturi prætextam ponebant, ut pudorem exuerent. Dicti sunt e Fescennino vetusto Hetruriæ oppido. Saturnii erant versus Jambici trimetri hypercatalectici, hoc est, unica syllaba senarii legem superantes, quos ab Hipponacte maledicentissimo Poeta Hipponacteos vocant. Festus versus antiquissimos esse ait, quibus Fauni facta hominibus cecinere, quo genere versuum Lucius Poeta bellum Punicum scripserit. Varro l.VI. *de ling. Lat.* Ita ut Faunus & Fauna sit in his versibus quos vocant Saturnios. Ennius:

—— *Scripsere alii rem*
Versibus quos olim Fauni vatesque canebant,
Cum neque Musarum scopulos quisquam superarat
Nec dicti studiosus erat.

Asconius hoc Nævii carmen refert:

Fato Metelli Romæ fiunt Consules,

Cui Metellus Consul iratus senario respondit hypercatalecto, qui & Saturnius dicitur,

Dabunt malum Metelli Nævio Poetæ.

Horatius epist. I. l.II.

Græcia capta ferum victorem cepit, & artes
Intulit agresti Latio. Sic horridus ille
Defluxit numerus, Saturnius & grave virus
Munditiæ pepulere. ——

Terentianus veteres existimasse ait Saturnium dictum versum tanquam ab Italis repertum, Græcam tamen originem censeri debere. Fescennini versus Saturniis posteriores a pueris canebantur in nuptiis quos a Fescennino oppido Sabinorum, vel, ut alii volunt, Hetruriæ dictos autumant. Servius ad hæc Virgilii l.VII. *Æneid.*

Hic Fescenninas acies. —— ——

Fescenninum oppidum est, ubi nuptialia inventa sunt carmina. Catullus fescenninam loquutionem vocat, quam intellexit Lucanus l.II. de nuptiis Catonis & Marciæ:

Non soliti lusere sales, nec more Sabino
Excepit tristis convicia festa maritus.

Alii fescenninum dici putant, quia cum pronuba sponsum laudasset, statim subdebat, præfiscini. Titinnius,

Paula mea amabo pol tu ad laudem addito præfiscini.

Seneca in *Med a*,

Festa dicax fundat convicia fescenninus.

Cujusmodi est illud apud Catullum,

Diceris male te a tuis unguentate glabris marite
Abstinere, sed abstine.

Ausonius epist. *ad Paulum* laudat quendam Anianum fescenninorum scriptorem. Claudianus,

Permissisque jocis turba licentior
Exultet tetricis libera legibus.

Livius l.VII. & Valerius Maximus l.IV. c.II. ab Hetruscorum ludicro motu corporum ac gestu Satyram Romanam profectam esse volunt. Livii verba supra posuimus, Valerii verba hæc sunt, de Hetruscis loquentis: & quia ludius apud eos histrio appellabatur, Scenico nomen histrionis inditum est. Paulatim deinde ludicra ars ad Satyrorum modos perrepsit, a quibus primus omnium Poeta Livius ad fabularum argumenta spectantium animos transtulit. Uterque Satyras intelligit non Lucillii mordaces, sed Græcorum ludicras & ridiculas, a quibus & Satyra mordax postea orta est.

CAP. X.

De Ludis.

LUDI, si originem spectas, ad voluptatem, & animi, corporisque remissionem reperti sunt, neque rusticos & agricolas, quibus eorum origo debetur, mores, aut institutionem respexisse putem, sed hilaritatem. Postea in Theatris aliquid quod ad mores faceret, aspergi cœpit. Aristophanes omnia ad voluptatem, & apud Latinos Plautus dirigunt. Ideo Aristides adversus eloquentiæ corruptores, σκεψώμεθα δὴ καὶ τόδε, ὅτι οὔτε οἱ δῆμοι τὰ θεάματα ταῦτα ὧν μάλιστά τις αὐτῶν ἡττᾶσθαι φήσειεν, παντὶ τῷ θυμῷ φιλοῦσιν, οὐδ' ἀσπάζονται, ἀλλ' ἐν μὲν τῷ παραχρῆμα γαργαλίζονται, ἀπελθόντες δὲ αὖθις καταγελῶσι. *Hoc item consideremus, neque plebeculam spectacula ista quibus maxime capitur, penitus amare; sed dum aguntur, titillatur, abeuntes irrident.* Ita ludi ludicra res, & voluptuaria. Aspice Romam, & Theatra, & Amphitheatra, & Circi ad populi voluptatem pertinebant. Hodie ubique gentium ubi ludi scenici, & curules aguntur, sola voluptas spectatur. Ideo l.5. C. Theodos. *de Spect.* Theatrorum, & Circensium voluptates vocantur. Symmachus l. X. epist. X. scenicas voluptates. Cassiodorus l.I. ep. XXXI. spectaculorum gaudia. Athanasius homil. *de semente*: θεατρομανεῖς ἡδονάς. Minutius in *Octavio*: *Vos vero suspensi iterum, atque solliciti honestis voluptatibus abstinetis, non spectacula visitis, non pompis interestis, convivia publica absque vobis.* Aristoteles lib. *de Poet.* fabulam sine moribus esse posse fatetur; & vero per initia fuit. Non nescio τὸ γελοῖον μορίον εἶναι τοῦ αἰσχροῦ, *ridiculum partem esse turpis*, & ea maxime risum movere, quæ in dictis hominum, & factis turpissima sunt. Negem tamen sermonem omnem ad risum compositum pugnare cum recta ratione, quia recta ratio sæpe imperat, ut ægroti, defessi, afflicti dicto aliquo ridiculo recreentur. De origine autem ludorum scenicorum Romæ Tertullianus lib. *de Spect.* scribit, Lydos ex Asia transvenas in Hetruria consedisse duce Tyrrheno, qui fratri suo cesserat regni contentione. Igitur in Hetruria inter cæteros ritus superstitionum suarum spectacula quoque religionis nomine instituunt. Inde Romani accersitos artifices mutuantur, tempus, enuntiationem, ut ludi a Lydis vocarentur. Varro ludos a ludo, id est, a lusu interpretatur, sicut & lupercos ludos appellabant, quod ludendo discurrant. Nam & cum promiscue ludi Liberalia vocarentur, honorem Liberi Patris manifeste sonabant. Libero enim a rusticis primo fiebant ob beneficium, quod ei ascribunt pro demonstrata gratia vini. Hoc igitur modo etiam a Theatro separantur, quod est privatum consistorium impudicitiæ. Ludi Romæ dati cum dedicaretur Theatrum, ut Suetonius in *Claudio* cap. XXI. Ludos dedicationis Pompejani

Theatri, quod ambuſtum reſtituerat, e tribunali poſito in orcheſtra commiſit, cum prius apud ſuperiores ædes ſupplicaſſet. Edebantur autem ludi libera Republica, vel ab Ædilibus, & Prætoribus, vel etiam a Conſulibus, demum ab Imperatoribus. Ædiles novi prætextati ludis Theatralibus præſederunt, ut eſt apud Ciceronem act. VII. *in Verrem*, curabantque ludos ſuis impenſis, eodem auctore *pro Muræna*. Oppreſſa, & capta Rep. Imperator præſidere ſolitus, ut Auguſtus apud Suetonium cap. XLV. Nero cap. XII. Domitianus cap. IV. Claudius apud Tacitum lib. XII. Herodianus in *Commodo* dixit προκαθίσαι ἐν τῇ βασιλείῳ ἕδρᾳ, *præſidere in regia ſella*, quæ inter duos Conſules ut plerumque ponebatur, ut Dio lib. LIII. LIV. Interdum in podio habuere cubiculum, ſeu uraniſcum, unde ſpectarent. Plutarchus in *Phocione*, ἐνταῦθα δὴ θεὶς ὁ πολυπέρχων τὸ χρυσοῦν οὐρανίσκον, καὶ ἐκάθισεν ὑπ' αὐτῷ τὸ βασιλέα. Horatius conopeum vocat, Nicetas βασιλικὸν ἑδρίασμα. Tanti autem ſumptus in ludos fiebant, ut vix ab alio quam ab Imperatore ſuſtineri poſſent. Conſules interdum ludos dabant. Novella CV. Prætores maxime ex officio ludos edere cogebantur. C. Theodoſ. tit. *de Prætor. & Quæſt.* Conſtantius A. ad Senatum: *Primæ præturæ, quæ Flaviali nuncupatione ſignatur, viginti & quinque follium, & quinquaginta librarum argenti erogationem, ſumptuſque præſcripſimus; in ſecunda vero Conſtantiniana* XX. *millia follium, &* XL. *libras argenti largiendas eſſe cenſemus; tertia triumphalis* XV. *millia follium, &* XXX. *argenti libras ſine incommodo editoris expendat*. Idem ad Mecillium PP. *Omnes clariſſimi qui per diœceſim ſublimitatis tuæ degunt noſtri auctoritate præcepti ad urbem Romam redire cum impenſis ſuis, ubi ludorum ſcenicorum, vel Circenſium, vel muneris ratio poſcit, cogantur*. Editores ſi tempore ſtato ſui copiam non feciſſent, quinquagena millia modiorum tritici urbis Romæ horreis inferebant. Pro abſente expendebat fiſcus, cui cum Romam veniſſet editor prærogata exſolvebat. Boetius lib. III. *de conſolat. Philoſ.* Atqui prætura olim magna poteſtas, nunc inane nomen, & Senatorii cenſus gravis ſarcina. Theodoſius, & Valentinianus in Novella: Ne Decurio ad Senatoriam dignitatem adſpiret, ſcribunt patrimonia curialium exhauriri ſolita eſſe, ſi quando Senatores facti præturæ munus gererent. Lege Valentiniani, & Marciani Novel. ad Tacianum. Baſilius *ad Pſal.* LXI. ὁ δεῖνα τὸ πλοῦτον ἑαυτοῦ θηριομάχοις προσαναλίσκων, *iſte in gladiatores opes ſuas conſumens*. Ambroſius lib. II. *Offic.* cap. XXI. Prodigium eſt popularis favoris gratia exinanire proprias opes, quod faciunt qui ludis Circenſibus, vel etiam Theatralibus, & muneribus gladiatoriis, vel etiam venationibus patrimonium dilapidant ſuum, ut vincant ſuperiorum celebritates. Lampridius de Alexandro Severo: *Pretioſas veſtes, quas Heliogabalus Scenicis dederat, ſuſtulit*. Vopiſcus in *Carino*: *Donatum eſt & Græcis artificibus, & gymnicis, & hiſtrionibus, & Muſicis, aurum & argentum, donata & veſtis ſerica*. Julius Meſſala patrimonium ſuum Scenicis dedit, hæredibus abnegavit. Matris tunicam dedit Mimæ, lacernam patris Mimo, & recte, ſi aviæ pallio aurato, atque purpurato pro ſyrmate Tragœdus uteretur. Inſcriptum eſt adhuc in choraulæ pallio Tyrianthino, quo ille velut ſpolio nobilitatis exultat, Meſſalæ nomen, & uxoris. Jam quid lineas petitas Ægypto loquar? quid Tyro, & Sidone tenuitate perlucidas, micantes purpura, plumandi difficultate pernobiles; Donati ſunt ab Atrebaticis birri petiti, donati birri canuſini, Africanæ opes in Scena non prius viſæ. Gordiani divitiæ ex eo innotuere, quod in omnibus civitatibus Campaniæ, Hetruriæ, Umbriæ, Flaminiæ, Piceni, de proprio per quatriduum ludos ſcenicos, & Juvenalia edidit, ait Capitolinus. Juvenalia illa Nero inſtituerat. Suetonius in *Nerone* c. XII. *Inſtituit & quinquennale certamen primus omnium Romæ more Græco triplex, muſicum, gymnicum, equeſtre, quod appellavit Neronia*. Tacitus *Annal.* XVI. *Senatus propinquo jam luſtrali certamine, ut dedecus averteret, offert Imperatori victoriam cantus, adjicit facundiæ coronam*. Inſtitutum eſt Romæ Nerone quartum, Cornelio Coſſo Coſ. (ut Tacitus *Annal.* IV.) Neapoli quinquennale illud certamen jam erat, ut Suetonius in *Auguſto* cap. XCVIII. Strabo lib. V. Neapoli quinquennale ludicrum, πεντετηρικὸς ἱερὸς ἀγὼν μουσικὸς, καὶ γυμνικός: fuit & in Judæa in honorem Auguſti, apud Suetonium lib. II. cap. XI. & XCVIII. Joſephus lib. XV. Philoſtratus in *Præfat. ad Iconas*. Statius lib. II. *Syl.* in Surrentino Pollii, & lib. III. in Hercule Surrent.

Huc me poſt patrii lætum quinquennia luſtri.

Suetonius in *Claudio* cap. X. in *Nerone* c. XL. Statius l. V. *Sylv.* in Epicedio patris. Vide Plutarchum in *Lyſandro* de agone muſico Sami, quæ *Lyſandria* dicta. In omnibus pene Græciæ oppidis erant ejuſmodi agones. Gordianus egit Neronia, & ut in poſterum quinto quoque anno agerentur, ſicut Nero inſtituerat, ſanxit. Aurelius Victor: *Gordianus ſolus Regnum obtinuit, eoque anno luſtri certamine, quod Nero Romam invexerat, acto firmatoque in Perſas profectus eſt*. Zozimus eadem de re, τοῦ βασιλέως σκηνικοῖς τε, καὶ γυμνικοῖς ἀγῶσι τοὺς πολίτας ἀπαγαγόντες. Unde Neronia conjicias ludos ſcenicos, & gymnicos fuiſſe. Capitolinus in *Maximo, & Balbino* ait, eos periiſſe die illo, quo ludis Capitolinis Muſici, & ſcenæ artifices certabant. Capitolini enim ludi, ut ſcribit Suetonius, erant muſici, equeſtres, gymnici. Apud Suetonium cap. IV. Domitianus inſtituit & quinquennale certamen Capitolino Jovi triplex, muſicum, equeſtre, gymnicum, quod duravit uſque ad Conſtantini tempora, quia ab eo magnus annus, ſeu luſtrum obſervari cœpit, ut ait Cenſorinus. Vide Plinium lib. IV. epiſt. XXII. De ludis Capitolinis Auſonius:

Sertum coronæ præferens Olympiæ
Puer celebraſti Jovem.

Hanc coronam Poetæ victores Capitolino agone merebant. Ludi Capitolini a Domitiano primum inſtituti, in quibus omne genus artifices certabant. Juvenalis:

An Capitolinam ſperaret Pollio quercum.

Martialis,

O cui Tarpejas licuit contingere quercus.

Vet. inſcriptio:

L. SVRRED. L. FIL. C. I. V. FELICIS. PROCVRATORI. AB. SCENIC. THEATR. IMPERAT. CÆSAR. DOMITIA. PRINCIPI. CORONATO. CONTRA. OMNES. SCENICOS.

Alius fuit Albanus agon a Domitiano inſtitutus. Magnum annum numerabant non per luſtra, ut antea, ſed per agonas Capitolinos uſque ad Cenſorinum, ipſo teſte libro *de die natali*. Corona, & ramo lemniſcatis, aut torque involutis donabantur qui primo loco renuntiati erant: qui ſecundo, coronis, & palmis ſine lemniſcis. Auſonius:

Et quæ jam dudum tibi palma poetica pollet,
Lemnisco ornata est, qua mea palma caret.

Sidonius: *Hic mox præcipit æquus Imperator palmis serica, torquibus coronas conjungi, & meritum remunerari.* Sub Imperatoribus, ut diximus, Prætores ludos curabant publicos; lib. I. Cod. *de Prætor.* lib. VII. D. *de manumiss. vindicta*. Privata quoque spectacula interdum in conspectu Prætoris actitata. Quintilianus lib. III. *Institut.* Qui artem ludicram exercuerit in XIV. ordinibus ne sedeat. Qui se Prætori in hortis ostenderat, neque erat productus, sedit in XIV. ordinibus. Quia qui in hortis, & privatis spectaculis operam inter Scenicos dedit, lege theatrali de infamibus non tenetur. lib. II. §. ult. D. *de iis qui notantur infamia*. Suetonius in *Nerone* cap. XXI. *Non dubitavit in privatis spectaculis operam inter Scenicos dare, quodam Prætore H-S. decies offerente. Flagitantibus cunctis cœlestem vocem, respondit quidem in hortis se copiam volentibus facturum.* Tacitus lib. XV. C. Lexanio, M. Licinio Consulibus acriore in dies cupiditate adigebatur Nero, promiscuas Scenas frequentandi. Nam adhuc per domum, aut hortos cecinerat Juvenalibus ludis, quos ut parum celebres, & tantæ voci angustos spernebat. Juvenales enim ludi privati erant. Lib. XIV. Ne tamen adhuc publico Theatro dehonestaretur, instituit ludos Juvenalium vocabulo, in quos passim nomina data. Juvenalium, ac privatorum ludorum Sidonius meminit in *Narbone*:

Mos est Cæsaribus die bis uno,
Privatos vocitant, parare ludos.

Igitur qui privatæ scenæ operam exhiberet infames non fuit, qui publico Theatro, & promiscuo spectaculo, infamis. Atellanarum actores infames non sunt, ut Valerius Maximus lib. II. c. I. Livius lib. VII. Suetonius in *Nerone* cap. XXXIX. Propter seditiones statio cohortis ludis assidere solita erat, ait Tacitus lib. XIII. Ulpianus lib. I. *de offic. præf. urbi.* Et sane debet etiam dispositos milites stationarios habere ad tuendam popularium quietem, & ad referendum sibi quid ubi agatur. Suetonius in Nerone cap. XXI. *Sed adjuvante vulgi preces statione militum, quæ tunc excubabat, repræsentaturum se pollicitus est, ac sine mora nomen suum in albo profitentium citharœdorum inscribi jussit.* Ulpianus popularia vocavit loca e quibus populus spectabat. Cæterum moris fuit ut ludos pingeret ad tradendam posteris magnifici apparatus memoriam. Vopiscus in *Carino*: *Ludos Romanos novis ornatos spectaculis dederunt, quos in Palatio circa porticum stabuli pictos vidimus.* Basilius homil. *in Psalm.* LXI. ὁ δεῖνα τὸ πλοῦτον ἑαυτοῦ θηριομάχοις προσαναλίσκων, καὶ ταῖς ματαίαις τῶν δήμων φωναῖς ἐπαγαλλόμενος, &c. ὃς καὶ ἐγγραφὸν ἐν τοῖς περιφανέσι τόποις τῆς πόλεως τὴν ἑαυτοῦ ἁμαρτίαν ἐπὶ τῶν πινάκων δείκνυσι. *Iste opes suas in gladiatores impendens, & inanibus populi clamoribus tumens,* &c *qui & pictum in locis oculatissimis urbis peccatum suum in tabulis ostendit.* Hæc verba intelligi possunt de libello munerario, qui publice proponebatur. Hoc amplius ludorum causa Romæ epulum Jovi dabatur, auctore Livio. Lucillius:

Idem epulo cibus, atque epulæ Jovis omnipotentis.

Erant autem in ludis istis scenicis Romæ mirum in modum superstitiosi, ut ait Arnobius lib. IV. *Nam si ludius constitit, aut tibicen repente conticuit, commissum omnes statim in religiones clamatis sacras.* Cicero *de Aruspic. responsis*: *Si ludius constitit, & tibicen repente conticuit, aut puer ille patrimus matrimus si thensam non tenuit, aut lorum amisit, aut si Ædilis verbo, aut si nutu aberraverit, ludi sunt non rite facti, eaque errata expiantur, & ludorum instauratione placantur.* Ita hunc locum lege.

CAP. XI.

De Theatro.

Ab agris demum, & pratis ludicra spectacula in urbes deducta sunt, frequenti hominum consessu cum Theatra exstrui cœpissent. Theatrum autem proprie dicitur locus tabulatis, aut lapidibus structus, unde ludi spectari possunt, a voce Græca θεάομαι, ut vult Isidorus, Cassiodorum sequutus lib. IV. epist. V. qui *visorium* interpretatur. Servius lib. V. *Æneid.* omne spectaculum Theatrum dici posse ait, ἀπὸ τῆς θεωρίας; nec enim speciale nomen esse. Quanquam Plutarchus lib. *de Musica* ducit etymon a voce θεός, quia ludi agerentur in honorem Deorum; minus bene. Sed audiendus Isidorus lib. XVIII. c. XLII. Theatrum a spectando nuncupatum, ἀπὸ τοῦ θεᾶσθαι, quod in eo populus stans desuper, atque spectans ludos contemplaretur. Donatus in *Prolog. Hecyræ*. Ideo Theatrum, ideo spectatores, ideo actores, quia major pars in gestu est, quam in verbis. Quo referri potest illud Plauti in *Milite*;

Spectacula ibi ruunt. ——

nisi pro foris, & tabulatis accipias. Certe ipsum Theatrum pro spectatoribus sæpe ponitur. Cicero lib. XIII. *Epist. ad famil. Magnum Theatrum habet ista provincia, non ut hæc nostra, adolescentis nobilis, ingeniosi, abstinentis commendationem, atque gloriam.* Idem *pro Rabirio Posthumo*; *Multas quidem C. Cæsaris virtutes magnas, incredibiles cognovi, sed sunt cæteræ majoribus quasi Theatris propositæ.* Ab eadem voce dicti θεαταί, ut ab ἀκροατήριον ἀκροαταί, de quibus Synesius lib. II. *de Provident.* θεατὴς ἐκεῖνος ὅστις ἐν τῇ χώρᾳ περιμένει τὰ δεικνύμενα, θεᾶται καθ' ἕκαστον ἐν τάξει προκύπτοντα τοῦ παραπετάσματος. εἰ δέ τις εἰς τὴν σκηνὴν εἰσβιάζοιτο, καὶ τὸ λεγόμενον, εἰς τοῦτο κυνοφθαλμίζοιτο διὰ τῆς προσκηνίου, τὴν παρασκευὴν ἀθρόαν ἅπασαν ἀξιῶν ἐποπτεῦσαι, ἐπὶ τοῦτον ἤδη καὶ δίκαι τοὺς μαστιγοφόρους ὁπλίζουσι. *Spectator qui suo loco manet, omnia quæ aguntur, prout extra siparium prodeunt, distincte perspicit. Quod si velit irrumpere in Scenam per proscenium, omnia simul conferta cupiens intueri, in hunc Judices mastigophoros armant.* Clemens lib. VI. *Stromat.* καὶ ὅπερ ἐπὶ τῶν θεάτρων γίνεται, καὶ ἐπὶ τῶν ἑκάστου μέρων, κατὰ τὴν ἐνόρασιν, καὶ περιόρασιν, καὶ συνόρασιν, &c. Id est, *& quod in Theatris fieri solet, & in singulis ejus partibus inspiciendo, circumspiciendo, hoc in Deo aliter evenit, qui omnia uno obtutu intuetur*: ab eadem voce Aristides κύκλου διθυραμβικοῦ θέαμα vocat.

CAP. XII.

De Theatris Atheniensium & Romanorum.

Theatra erant Athenis Draconis ætate, qui Atheniensibus plures petasos, & tunicas injicientibus in Theatro suffocatus est. Suidas in voce πέτασος, ἐπιρριψάντων δράκοντι τῷ νομοθέτῃ τῶν Ἀθηναίων πετάσους πλείονας, καὶ χιτῶνας, ὡς ἀποπνιγῆναι ἐν τῷ θεάτρῳ. In Theatro cunei fornicati erant, & curvi, quare Ovidius dixit,

Sed tu præcipue curvis venare Theatris.

& Severus in *Ætna*,

—— *Magni cortina Theatri.*

Erant autem Theatra Athenis tumultuaria, & lignea, quæ solvi possent, ubi spectaculorum dies exisset, dicebanturque ἴκρια. Hesychius, τὰ ξύλινα ἐφ' ὧν ἐθεῶντο ἀθλοῦσι, πρὸ τοῦ τὸ ἐν διονύσῳ (legendum, ἐν διονύσου) θέατρον γενέσθαι, ἐλέγοντο ἴκρια. Id est, *tabulata lignea, in quibus spectabant Athenis, priusquam Dionysi Theatrum exstructum esset, dicebantur* ἴκρια. Qua voce utitur Aristophanes in *Thesmophor.*

Ὥς' ἐὐθὺς εἰσιόντες ἀπὸ τῶν ἰκρίων ὑποβλέπουσι.

Ubi vetus Scholiastes id ipsum notat iisdem pene verbis, & Eustathius lib. III. *Odyss.* ἴκρια προπαροξυτόνως ἐλέγοντο καὶ τὰ ἐν τῇ ἀγορᾷ, ἀφ' ὧν ἐθεῶντο τὸ παλαιὸν τοὺς διονυσιακοὺς ἀγῶνας πρὶν σκευασθῆναι τὸ ἐν διονυσίου θέατρον. ὅτι δὲ τὰ τοιαῦτα θέατρα θάλασσα κοίλη ἐλέγοντο παυσανίας δηλοῖ. Vide an Theatrum illud sit, quod ædificatum est in Lenæo, ubi Dionysi Lenæi erat templum, & ludi acti sunt olim, ut ostendimus cap. *de Odeo*. Eustathius ἐκ ξυλίνων, inquit, ἰκρίων θέατρα, πρὶν σκευασθῆναι τὰ λίθινα. Quo loco ait Theatrum vocari & mare cavum, θάλασσαν κοίλην, ob cuneorum, & cavearum altitudinem. Athenis vero vocabatur ἑκατόμπεδον, quod centum pedibus forte definiretur, auctore Hesychio. Valerius Maximus lib. II. cap. IV. *castra urbana* vocat, quia in Theatrum velut in castra pop. Rom. conflueret. Erant & Romæ subitaria, & lignea Theatra quæ Magistratus darent. Victruvius initio l. x. In muneribus quæ a Magistratibus foro gladiatorum, scenisque ludorum dantur, quibus mora non datur, sed tempore definito perficiuntur, ut sint sedes spectaculorum, velorum inductiones, quotannis prætores & ædiles ludorum causa machinationes præparare debent. Imo omnia olim erant subitaria, nulla perpetua. Augustinus lib. I. cap VI. *de Civit. Nasica Pontifex maximus caveam Theatri Senatum construere molientem compescuit, persuasitque, ne Græcam luxuriam virilibus patriæ moribus paterentur obrepere, & id egit, ut Senatus subsellia quibus ad horam congestis in ludorum spectaculo jam olim uti civitas cœperat, deinceps probiberet apponi.* Hoc idem paulo planius narratur a Valerio Maximo lib. II. cap. IV. ubi & scenicorum originem exponit: *Romæ*, inquit, *Theatra inchoata sunt a Messala, & Cassio Censoribus, sed auctore P. Scipione Nasica omnem apparatum operis eorum subjectum hastæ vænire placuit. Atque adeo Senatusconsulto cautum est, ne quis in urbe, propiusve passus mille subsellia posuisse, sedensve ludo spectare vellet, ut scilicet remissioni animorum juncta standi virilitas propria Romanæ gentis nota esset. Per quingentos autem, & quinquaginta annos Senatus populo mistus spectaculo ludorum interfuit. Sed hunc morem Attilius Serranus, & L. Scribonius Ædiles ludos matri Deum facientes, superioris Africani sententiam secuti, discretis Senatus & populi locis solverunt. Eaque res avertit vulgi animum, & favorem Scipionis magnopere quassavit.* In veteribus fastis M. Valerius Messala, & Cajus Cassius Censores fuerunt anno urbis Romæ DXCIX. qui Theatrum in urbe inchoaverunt. Deinde hæc subjungit Valerius: *Nunc causam ludorum ab origine sua reptam. C. Sulpicio Pætico, C. Licinio Stolone Coss. intoleranda vis orta pestilentiæ, civitatem nostram a bellicis operibus revocatam, domestici, atque intestini mali cura affixerat. Jamque plus in exquisito & novo cultu religionis, quam in ullo humano consilio positum videbatur. Itaque placandi cælestis numinis gratia, compositis carminibus vacuas aures præbuit, usque ad id tempus Circensi spectaculo contenta, quod primus Romulus raptis virginibus Sabinis Consualium nomine celebravit. Verum, ut est mos hominum, parvula initia*

A *pertinaci studio prosequendi, venerabilibus erga Deos verbis juventus rudi atque incomposito motu corporum jocabunda gestus adjecit, eaque res ludium ex Hetruria accersendi causam præbuit, cujus decora pernicitas, vetusto ex more Curetum, Lydorumque, a quibus Hetrusci originem traxerunt, novitate gratiæ Romanorum oculos permulsit. Et quia Ludius apud eos histrio appellabatur, Scenico nomen histrionis inditum est. Paulatim deinde ludicra ars ad Satyrarum modos perrepsit, a quibus primus omnium Poeta Livius ad fabularum argumenta spectantium animos transtulit. Isque sui operis actor, cum sæpius a populo revocatus vocem obtudisset, adbibito pueri, & tibicinis concentu gesticulationem tacitus peregit; Atellani autem ab Oscis acciti sunt. Quod genus delectationis Italica severitate temperatum, ideoque vacuum nota est. Nam neque tribu movetur, neque a militaribus stipendiis repellitur.* Quod de Scipione Nasica scribit, adstipulatorem habet Appianum lib. I. *Bel. Civil.* qui Scipionem Consulem sustulisse Theatrum ait, quod Cajus Cassius inchoarat, jamque absolutum erat, quasi seditionibus novis ea res originem daret, aut verius, quia populum Romanum Græcis voluptatibus assuescere parum commodum esset: τῷ δ' αὐτῷ χρόνῳ σκιπίων ὕπατος καθεῖλε τὸ θέατρον, ὃ λεύκιος κάσσιος ἤρχετο, καὶ ἤδη που τέλος ἐλάμβανεν, ὡς καὶ τόδε στάσεων ἄρξων ἑτέρων, ἢ οὐ χρήσιμον ὅλως ἑλληνικαῖς ἡδυπαθείαις ῥωμαίους ἐθίζεσθαι. Restitue, γαΐος κάσσιος ex Plinio & Paterculo. Livius lib. XLVIII. in Epitome: *Ante Carthaginem deletam*, inquit, *cum Theatrum a Censoribus locatum exstrueretur, Corn. Nasica auctore, tanquam inutile & nociturum publicis moribus destructum est, populusque aliquandiu stans ludos spectavit. Quod licet eversum fuerit, sæpe tamen restructum est, ac denuo destructum.* Tertullianus lib. *de Spectac.* c. x. *Sæpe*, inquit, *Censores renascentia cum maxime Theatra destruebant, moribus consulentes, quorum scilicet periculum ingens de lascivia providebant.* Et in *Apologet. Quonam illæ leges abierunt, quæ Theatra stuprandis moribus orientia statim destruebant?* Primi omnium M. Valerius Messala, & C. Cassius Longinus Censores, quinquennio ante censuram L. Cornelii Lentuli Lupi, & L. Martii Censorini Theatrum lapideum inchoaverant a lupercali palatium versus, cui moliendo eximia civitatis severitas, & Consul Scipio restitere, inquit Vellejus. Consule Plinium lib. XVII. cap. XXV. L. Mummii triumpho primum id genus spectaculi datum est, ait Tacitus lib. XIV. intellige apparatu Græcanico. Nam T. Sulpitio Pætico, & C. Licinio Stolone Coss. ludi primum scenici instituti, ut ex Livii lib. VII. probavimus; sed Mummius diruto Theatro Corinthiorum ejus ænea vasa Romam deportavit, auctore Victruvio lib. V. cap. V.

CAP. VIII.

De Theatris perpetuis Romæ.

VICTRUVIUS loco citato scribit, ætate sua multa quotannis Romæ Theatra exstructa e ligno, quæ mox destruerentur. Primus omnium Q. Gallio, vel, ut Ausonius vocat, Q. Gallus, cum præturæ candidatus esset, ut monet Josephus Scaliger, quia in Ædilitate sua, quam ante annum gesserat, bestias non habuisset, gladiatorium munus dedit, cum hoc titulo, se patriæ hoc dare. Is Theatrum saxeum in Ædilitate sua exstruxit. Ausonius in *ludo Sapientum:*

Ædilis olim Scenam tabulatam dabat
Subito excitatam, nulla mole saxea.
Muræna sic, & Gallius; nota eloquar,
Postquam potentes, nec verentes sumptuum
Nomen perenne crediderunt, si semel
Constructa moles saxeo fundamine
In omne tempus conderet ludis locum,
Cuneata crevit hæc Theatri immanitas.

Imo lex proposita fuit, ut tumultuaria Theatra essent, non perpetua, apud Tertullianum in *Apolog.* Pub. Scipio Nasica S Consulto vetuit Theatrum perpetuum ædificari. Valer. Maximus lib. II. cap. III. Livius lib. XLVIII. Augustinus lib. I. cap. III. *de Civitate Dei*. In verbis Ausonii quæ supra posuimus non parum est dubitationis. Ita enim concepta sunt:

Ædilis olim Scenam tabulatam dabat
Subito excitatam, nulla mole saxea.
Muræna sic, & Gallius; nota eloquar,

Videtur Ausonius velle Murænam & Gallium Scenam tabulatam dedisse sine mole saxea. Doctissimus Scaliger verba quæ sequuntur,

Postquam potentes, nec verentes sumptuum.

de Muræna, & Gallio accipit, quasi ipsi primi lapideum Theatrum exstruxerint. Non persuadet, nisi veterem auctorem adstipulatorem afferat. Omnino Pompejus, ut monet Tacitus lib. XIV. primum perpetuum Theatrum, &c, ut ipse loquitur, mansuram Theatri sedem primus posuit. Verius est, primum Romæ Theatrum perpetuum in Circo Flaminio nona urbis regione a Pompejo magno anno ab urbe condita DCXCIX. conditum esse, ut scribit Plutarchus in *Pompejo*, & Plinius lib. VIII. cap. VII. Deinde in eodem Circo Flaminio quatuor Theatra posita sunt. Primum Theatrum Pompeii ad Pantheon, Cn. Pompejo magno secundum, & M. Licinio Crasso Coss. Alterum Marcelli sub Augusto, P. Fabio Max. & Q. Ælio Tuberone Coss. Tertium Theatrum Balbi, quod Claudius Cæsar dedicavit, a vicinitate dictum, quod crypta Balbi in propinquo esset. Quartum Trajani in campo Martio, quod Adrianus paulo post contra omnium vota destruxit, auctore Lampridio: deinde summa cura redintegratum est. Strabo lib. v. in campo Flaminio tria tantum Theatra ponit, πλησίον δὲ ἐστι τοῦ πεδίου τούτου καὶ ἄλλο πεδίον, καὶ θέατρα τρία, καὶ ἀμφιθέατρον. Prope campum Martium est & alius campus (Flaminium intelligo) in quo tria Theatra, & amphitheatrum. Theatrum Balbi ante Marcelli ætatem viguit, narrante Plinio lib. XXXVI. cap. VII. In eo quatuor columnæ ex ophite lapide pro miraculo fuere. Primus omnium L. Mummius exacto Achaico triumpho Theatrum temporaneum more Græco, & scenam lignea compage posuisse fertur. Cumque apud Fidenas Theatrum memorabili casu cum magna hominum pernicie, & ingenti strage corruisset, S C. cautum fuit, ne quis in posterum Theatra nisi solidæ firmitatis efficeret. Theatrum a Pompejo cœptum Caligula perfecit, Nero in adventu Tiridatis Armeniorum Regis inauravit, juxta quod Jovis statua visenda magnitudine. Claudius ludos dedicationis Pompejani Theatri quod ambustum restituerat, e tribunali posito in orchestra commisit, cum prius apud superiorem ædem supplicasset, perque mediam caveam sedentibus ac silentibus cunctis descendisset, ait Suetonius in *Claudio* cap. XXI. Dio de Claudio, ἀπέδωκε τῷ πομπηίῳ τὴν τοῦ θεάτρου μνήμην καὶ αὐτῷ, καὶ τὸ τοῦ τιβερίου ὄνομα ἐν τῇ σκηνῇ προσθεὶς ἔγραψεν, ἐπειδὴ καυθεῖσαν αὐτὴν ἀνῳκοδομήκει. τὸ γὰρ ἑαυτοῦ ἐκείνῃ μὲν οὐχ ὅτι κατεσκεύασεν, ἀλλ᾽ ὅτι καὶ καθιέρωσεν αὐτὴν, ἄλλῳ δὲ οὐδενὶ ἐνεκόλαψεν. *Claudius*, inquit, *Pompejo ipsi memoriam Theatri restituit, & Tiberii nomen Scenæ ascripsit, quod eam cum exusta esset, restruxerit. Nomen enim suum Scenæ incidit, non quasi eam construxisset, sed quia dedicasset.* Certum tamen est, Claudium eandem Scenam, quam Tiberius, refecisse, & dedicasse. Fuit & Julii Cæsaris Theatrum lapideum juxta Capitolium, cujus hodieque semiruta vestigia extant; item Marcelli Theatrum magnificentissimum ad infimum Argiletum juxta templum Pietatis. Fuit & Theatrum lapideum juxta ædem equestris Fortunæ. Erant qui Pompeium incusarent quod mansuram Theatri sedem posuisset. Nam antea subitariis gradibus, & scena in tempus structa ludi edebantur, vel si vetustiora repetas, stantem populum spectavisse, neque quenquam Romæ honesto loco ortum ad theatrales artes degenerasse ducentis jam annis a L. Mummii triumpho, qui primus id genus spectaculi in urbe dedit. Sed consultum parsimoniæ, quod perpetua Theatro loca sint, ait Tacitus lib. XIV. Theatrum Pompeii Plinius Veneri victrici, Tiro Tullius Victoriæ dedicatum esse volunt. Plinii verba lib. VIII. cap. VII. sic habent: *Pompeii quoque altero Consulatu dedicatione templi Veneris victricis.* Tironis verba lib. X. cap. I. apud Gellium: *Cum Pompejus ædem Victoriæ dedicaturus foret, cujus gradus vicem Theatri essent, nomenque ejus & honores inscriberentur, quæri cœptum est, utrum Consul tertio inscribendum esset, an tertium. In eodem nunc Theatro non est ita scriptum. Nam cum multis annis postea Scena quæ prociderat refecta esset*, &c. Tertullianus cum Plinio, & Plutarcho in *Pompejo*, Veneris ædem esse vult, sed victricis, lib. de *Spectacul.* cap. XI. *Itaque*, inquit, *Pompejus magnus solo Theatro suo minor, cum illam arcem omnium turpitudinum exstruxisset, veritus quandoque memoriæ suæ censoriam animadversionem, Veneris ædem superposuit, & ad dedicationem edicto populum vocans, non Theatrum, sed Veneris templum nuncupavit, cui subjecimus*, inquit, *gradus spectaculorum*. Id ædificium Demetrii liberti ejus pecuniis exstructum est, quas ille per causam bellorum corraserat. Dio pag. 68. *Pompejus*, inquit, *Theatrum, quo hodieque nobilitamur, dedicavit*: τὸ θέατρον ᾧ καὶ νῦν λαμπρυνόμεθα, καθιέρωσε. θέατρον τοῦτο οὐχ ὁ πομπήιος ἐποίησεν, ἀλλὰ καὶ ὁ δημήτριός τις ἀπελεύθερος αὐτοῦ, ἐκ τῶν χρημάτων, ὧν συστρατευόμενος οἱ ἐπεπόριστο. Theatrum vero quod Marcelli nomine dedicatum est ab Augusto Cæsare, Julius Cæsar inchoaverat, teste Dione pag. 157. ὁ ἰούλιος θέατρον προκατεβάλετο μὲν, οὐκ ἐξετέλεσε δέ. ἀλλὰ τοῦτο μὲν ὁ αὔγουστος ὕστερον ταῦτα ἐκποιήσας ἀπὸ μάρκου μαρκέλλου τοῦ ἀδελφιδοῦ ἐπωνόμασε. Suetonius in *Augusto* cap. XXIX. Augustus Theatrum Marcelli exstruxit, Tarpejo monti accubans, ex loco quo Cæsar Dictator illud destinaverat. Id Theatrum marmoreum ab Ovidio dictum est, sive quod marmore exædificatum est, sive quod eo quatuor columnæ insigni magnitudine, quæ fuerant in atrio domus Scauri, quem Cicero defendit, translatæ sunt. Auctor Asconius Pædianus in oratione *pro M. Scauro*, qui ex eo regiam Theatri Marcelli vocat. Ovidius lib. II. *Amor.* eleg. VII.

Sive ego marmorei respexi summa Theatri.

Martialis meminit Esquilini Theatri, Tacitus C. Cæsaris, Ausonius Balbi, & Gallii, Spartianus Trajani, S. Aurelius Neronis. Ætate Augusti Cæsaris terna Theatra in pretio erant. Ovidius lib. III. *Amor.* eleg. XII.

Scena

Scena viget, studiisque favor distantibus ardet,
Cumque tribus resonant terna Theatra foris.

Seneca lib. I. *de Clement.* In hac civitate tribus eodem tempore Theatris viæ postulantur. Cicero III. *in Verr.* Ludis forum & comitium signis, & tabulis ornatur. De Theatris Scauri, & Curionis hoc loco nihil pono, quod e Plinii l.xxxv.c.xv. res nota sit, tum vero quia solutilia fuere & exemptilia, sicut & illud de quo Josephus lib. IX. c. I. *Origin.* quod in palatio quotannis fiebat ludis Augustalibus cui fuere ostia duo, quorum alterum exeuntibus sub divum, alterum in porticum euntibus, aut egredientibus patebat, ne turbarentur qui intus conclusi erant, & ut actores ex eodem tugurio exeuntes liberum regressum haberent. θέατρον ἐγίγνετο κατ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν, θύρας ἔχον δύο, φέρουσας, τὴν μὲν εἰς αἴθριον; τὴν δὲ εἰς στοὰν εἰσόδοις καὶ ἀποχωρήσεσι, ὅπως μὴ ταράσσοιντο οἱ ἔνδον ἀπειλημμένοι. ἐκ δὲ αὐτῆς τῆς καλύβης ἐνδοτέρω διαφράγμασιν ἑτέραν ἀπειληφυίας ἐπαναστροφὴν τοῖς ἀντιγωνισταῖς, καὶ ὁπόσα ἀκροάματα. Certe in septis perpetuum fuisse Theatrum autumo, quod a Caligula exstructum sit. Dio lib. LVIII. *In septis*, inquit, *plurima & maxima ædificia defigens, Tauri Theatrum neglectui habuit.* πλεῖστα καὶ μέγιστα οἰκοδομήματα πηξάμενος, ταύρου θέατρον ὑπερεφρόνησεν,

Cap. XIV.

De forma Theatri.

Theatra ut plurimum fuere foro, & gymnasiis contigua. Strabo lib. XIV. τῷ δὲ θεάτρῳ νύσης δύο ἄκραι, ὧν τῇ μὲν ὑπόκειται τὸ γυμνάσιον τῶν νέων τῇ δὲ ἀγορὰ, καὶ τὸ γεροντικόν. Id est, *Theatro Nysæ duo sunt vertices, quorum uni gymnasium subest, alteri forum & senaculum.* Theatrum autem est, quo scena includitur, semicirculi figuram habens, ait Isidorus lib. XVIII. c. XLII. Cujus forma primum rotunda erat, sicut & Amphitheatri, postea ex medio Amphitheatro Theatrum factum est, ait ille. Seneca in *Troade:*

—— & clivo levis
Erecta medium vallis includens locum
Crescit Theatri more. ——

Cassiodorus l. V. epist. XLII. *Cum*, inquit, *Theatrum, quod est hemisphærium, Græce dicatur amphitheatrum, quasi in unum juncta duo visoria, recte constat esse nominatum.* Virgilius l. V. *Æneid* videtur velle mediam partem Theatri Circum efficere, quasi Theatrum, ut supra Isidorus adnotavit, olim rotundum fuerit, & Circus semicirculi, aut Lunæ dividuæ formam expleverit. sic enim ille;

Gramineum in campum, quem vallibus undique curvis
Cingebant sylvæ, mediaque in parte Theatri
Circus erat. —— ——

Nisi quis putet enallagen esse casuum, quæ frequens est apud Poetam, quasi dixerit, mediaque in parte Circi Theatrum erat, quia Circus rotundus fuit, Theatrum semicirculum explevit, amphitheatrum circulum. Servius circum Theatri, spatium spectaculi interpretatur. Enallage casuum fuit, cum dixit,

—— quem vallibus undique curvis
Cingebant sylvæ. ——

pro, quem valles curvæ undique cingebant sylvis, ut notat Servius. Ideo caveas vocat Cassiodorus, quia fornicati cunei, ut Lunæ dividuæ formam reddant. Ita Virgilius *Æneid.* V.

Hic totum caveæ consessum ingentis. ——

A Libro VIII.

Consessu caveæ, magnis Circensibus actis.

Et Lucretius initio l. IV. Tacitus. l. XIII. κύκλον vocat Dio in *Commodo*, circum Virgil. l. V. *Æneid.*

—— mediaque in parte Theatri
Circus erat. —— ——

Ammian. Marcellin. circulum. Cavea prima, seu ima Senatui & equitibus, media plebi, summa & ultima fæminis attributa, ut Seneca l. I. *de Tranq.* Verba Lucretii sic habent:

Namque ibi consessum caveai subter & omnem
Scenai speciem. ——

B Cicero lib. *de Senect.* *Ut Turpione Ambivio magis delectatur qui in prima cavea spectat, delectatur etiam tamen qui in ultima.* Tertullianus in *Apologet.* caveam pro arena amphitheatri posuit. Plane religiosiores estis in cavea, ubi super sanguinem humanum. Lib. *de Spectacul.* Credo Circo, & utraque cavea, & omni stadio gratiora. caveam pro Theatro & amphitheatro ponit. Cavea pro cuneorum parte apud Plinium epist. *ad Trajan.* Huic in Theatro multa debentur ex privatorum collationibus, ut basilicæ circa, ut porticus supra caveam. Unde & discas quod docuimus, basilicas circa caveam fuisse. Plautus *Amphytr.*

C *Ut his in cavea pignus capiatur togæ*

Statius lib. I. *Sylvar.*

—— Caveas subit per omnes
Insignis specie, decora cultu
Plebe altera non minor sedente.

Dio Chrysostomus in *Cyneg.* Theatrum describit cavum, ac depressum instar vallis, sed media parte rotundum, non natura, sed arte & manu hominum. οἱ δὲ ἄρχοντες ἐς τὸ θέατρον ἐβάδιζον, ὅ ἐστιν ὥσπερ φάραγξ κοῖλον, πλὴν οὐ μακρὸν ἑκατέρωθεν, ἀλλὰ στρογγύλον ἐξ ἡμίσεως, οὐκ αὐτόματον, ἀλλ' ᾠκοδομημένον λίθοις. Calpurnius Bucol. VII.

D *Qualiter hæc patulum vallis contendit in orbem,*
Et sinuata latus, resupinis undique silvis,
Inter continuos curvatur concava montes,
Sic tibi planitiem curvæ sinus ambit arenæ.

Quare Cassiodorus l. IV. ep. LI. Caveas illas saxis pendentibus apsidatas, ita juncturis absconditis in formas ait pulcherrimas convenisse, ut cryptas magis excelsi montis crederes, quam aliquid fabricatum esse judicares. Theatrum tamen non constitisse solo hemicyclo, figura ejus quod Romæ est M. Marcelli ostendit. Cum enim flexis post semicirculum lineis uterentur, ex integro circuli ambitu quartam partem adimentes, quod reliquum erat Theatro dabant. Si vero hemicycli cornua rectis & æqualibus E lineis producerentur, Theatrum erat semicirculi pars dimidia, & eo amplius diametri quarta pars.

Cap. XV.

An Theatra tecta fuerint.

Fuere Theatra ut plurimum nuda, & sine tecto. Quare velis & carbasis tegi necesse fuit, ut æstus defenderetur. Chrysostomus homil. IV. in id Isajæ, *Vidi Dominum: Sudant*, inquit, *in Theatro, nudo capite Solis ardorem excipiunt, ut fiant captivi* F *mortis & scorti mancipia.* Unde & Max. Tyrius serm. XXXVIII. Atlantem montem apertum esse scribit mare versus, sicuti Theatra in aerem aperta sunt. ἄτλας ὄρος ἀνεωγὸς πρὸς τὸ πέλαγος, ὥσπερ τὰ θέατρα πρὸς τὸ ἀέρα. Quare sæpe factum, ut imbri maderent, gausapinasque, aut lacernas arcendæ aeris injuriæ, aut penulas in Theatra inferrent. Tertull. in *Apol. Video & Theatra, nec singula satis esse, nec nuda; nam ne vel hyeme voluptas impudica frigeret, primi La-*

cedæmonii penulam ludis excogitarunt. Dio de Domitiano; ὑετοῦ ἐξαίφνης γενομένου μανδύας ἀλλασσόμενος. Martialis l.IV. ep.II.

—— *Spectabat*
Nigris munus Horatius lacernis,
Toto nix cecidit repente cælo,
Albis spectat Horatius lacernis.

Item l.XIV. epig.CXXXVII. de Amphitheatro:

Amphitheatrales nos commendamur ad usus,
Cum tegit algentes nostra lacerna togas.

Nam & e Theatro columbæ, & hirundines emissæ libere patente cælo revolabant, domumque redibant, quia nudum, & sine tecto erat. Fuere tamen alicubi Theatra cum fornice, & tecto. Philostratus in *Herode*: ὅδε ἀνέθηκε καὶ τὸ ἐπὶ ῥηγίλλῳ θέατρον, κέδρου συνθεὶς τὸν ὄροφον. ἀλλὰ καὶ τοῖς κορινθίοις θέατρον ὑπωρόφιον ἐδείματο. Id est, *Herodes Athenis dedicavit Theatrum in Regillo, & e cedro fastigium, tectumqe fecit. Ædificavit quoque Corinthiis Theatrum tectum.* Romæ Valerius Ostiensis architectus ludis Libonis primus Theatrum texit, auctore Plin. l.XXXVI. c.XV. Statius l.III. *Sylvar.*

Et geminam molem nudi, tectique Theatri.

Cum tecto carerent vela intendebantur aut carbasina, & linea, aut serica, magnificentiæ causa. Quod a Cæsare Romæ factitatum est, qui defendendo ardori Solis παραπετάσματι σηρικῷ ὑπερεπέτασε, ait Dio l.XLIII. Catulus in Ædilitate sua vela primus suspendit, auctore Plinio. Quam lasciviam a Campanis profectam scribit Ammianus Marcell. l.XIV. *Plebeii*, inquit, *multi velabris umbraculorum theatralium latent, quæ Campanam imitantur lasciviam.* Vela navium ad eam rem sæpe adhibita. Lampridius in *Commodo*: *A militibus classiariis qui vela ducebant, populum in amphitheatro interimi.* Ea vela lutea, russa, ferruginea fuerunt, malis navium, trabibusque alligata. Lucretius l.IV.

Et vulgo faciunt id lutea, russaque vela,
Et ferrugina, cum magis intenta Theatris
Per malos volgata, trabesque trementia flutant.

Et lib.VI.

Carbasus ut quondam magnis intenta Theatris
Dat crepitum, malos circum jactata, trabesque.

Lentulus Spinther primus in Theatro carbasina vela dedit, narrante Plinio l. XIX. c. I. cujus verba sic habent: *Postea in Theatris tantum umbram fecere, quod primus omnium invenit Q. Catulus, cum Capitolium dedicaret. Carbasina deinde vela primus in Theatro duxisse traditur Lentulus Spinther Apollinaribus ludis. Mox Cæsar Dictator totum forum Romanum intexit, viamque sacram ab domo sua ad clivum usque Capitolinum, quod munere ipso gladiatorio mirabilius visum est.* Plura petere potes ex eodem loco. Per initia tamen nullus velorum usus fuit, sed nudo capite Solis ardorem excipiebant. Propertius l.IV. eleg.I.

Nec sinuosa vago pendebant vela Theatro,
Pulpita solemnes non oluere crocos.

Si vela ventus averteret, causia, gausape, & lacerna tegebantur. Martialis l.XIV. ep.XXIX.

In Pompejano tectus spectabo Theatro,
Nam ventus populo vela negare solet.

Lib.XI. & XII.

—— *tam laxus*
Quam Pompejano vela negata Noto.

Alia erant aulæa, & siparia, de quibus Juvenalis satyra VI.

—— *Quoties aulæa recondita cessant,*
Et vacuo, clausoque sonant fora sola Theatro.

A

CAP. XVI.

Quibus Diis sacrum Theatrum?

Theatra reperta sunt, ait Valerius Maximus lib.12. cap.I. ut Diis cultus & hominibus oblectatio quæreretur. Colitur autem Minerva in gymnasiis, Venus in Theatris, auctore Salviano l.VI. *Quicquid est immunditiarum, hoc exercetur in Theatris, quicquid luxuriarum, in palæstris*, ait idem. Tertullianus lib. *de Spectac.* Veneri & Libero sacrum esse censet, quia sedes im-
B pudicitiæ. *Theatro* inquit, *privatum est consistorium impudicitiæ.* Aristides orat. *de Baccho* ὁ βάκχος ἀφροδίτῃ κοινωνήσας θέατρα τε ἀνοίγνυσι, καὶ συμποσίων, καὶ θιάσων ἔξαρχος γίγνεται. Tertullianus. *Spurcitiam Atellanus gesticulator, quam mimus etiam per mulieres repræsentat, sexum pudoris exterminans, ut facilius domi, quam in scena erubescant, qaam pantomimus a pueritia patitur in corpore, ut artifex esse possit. Ipsa etiam prostibula, publicæ libidinis hostiæ, in scena proferuntur, locus, stipes, elogium, etiam quibus opus non est, prædicantur. Ipsæ illæ pudoris sui interemptrices, de gestibus suis ad lucem, & populum expavescentes, semel anno erubescunt.*
C Ut enim Isidorus lib.XVIII. *Origin.* Post ludos exactos meretrices prostant, ideo lupanar dicitur, quia floralibus, & cæteris ludis a lupanaribus in Theatra migraretur, teste Arnobio lib.VII. Quare Justinianus Novel.CV. Scenam vocat πόρνας. De prostibulis nudis histrioniam agentibus ludis floralibus legendus Seneca epist.XCVIII. Martialis lib.II. Valerius Maximus lib.II. Marco Porcio Catone ludos florales, quos Messius Ædilis faciebat, spectante, populus ut mimæ nudarentur postulare erubuit. Cyprianus epist. CIII. Cereri & Libero sacrum esse Theatrum autumat. Romulus, inquit,
D Conso quasi consilii Deo Circenses, &c. Reliqui, dum urbem fames occupasset, ad advocationem populi adquisiti ludi scenici, & Cereri, & Libero dicati postmodum, &c. Lactantius a Tertulliano facit, qui Dionysio ludos scenicos sacros esse velit, locum ipsum Veneri. Ludi, inquit l. VI. cap.XX. amphitheatri sacri Saturno, locus Veneri. Ideo Pompejus Theatrum Veneri victrici inscripsit. Theatrum, ut loquitur Tertullianus lib. *de Spectac.* proprie sacrarium Veneris est. Sed & Veneri, & Libero convenit: nam & alios ludos scenicos Liberalia proprie vocabant. Et est plane in artibus scenicis Veneri, & Libero pa-
E trocinium, quæ propria sunt Scenæ de gestu, & corporis fluxu. Nam mollitiem Veneri & Libero immolant, illi per sexum, isti per fluxum dissoluti. Quæ voce, & modis, & organis transfiguntur, Apollines, Musas, Minervas, & Mercurios mancipes habent. Unde & in Theatris Apollini, Dianæ, Minervæ, & Musis locus fuit, Aristide teste in hæc verba. ὅγε μὴν ἀπόλλωνος, καὶ ἀρτέμιδος, καὶ μουσῶν χορὸς οὔποτε διαλείπει τοὺς ὑπηρετὰς ἐν τοῖς θεάτροις καθορῶν. Idem in Minervam: αὐλῳδίαν τοίνυν καὶ λυρῳδίαν, καὶ κιθαρῳδίαν ἐξευροῦσα,
F τὴν μὲν τῶν μουσῶν μιᾷ δωρεῖται, τὴν δὲ τῷ ἑρμῇ, τὴν δὲ τῷ ἀπόλλωνι. διόσκουροι δὲ ὑπ' αὐτῇ πυῤῥιχίζουσι, ἴακχος δὲ καὶ ἐλευσινίαι τὴν θεοῦ χοροὺς διώκουσι. Id est, *chorus Apollinis, & Dianæ, & Musarum nunquam deficit, famulos in Theatris spectans.* Item *Minerva cum invenisset tibiæ, lyræ, & citharæ cantum, hunc quidem uni ex Musis largitur, illum Mercurio, istum Apollini. Dioscuri autem sub Minerva pyrrichen saltant, Bacchus & Eleusiniæ Deæ choros sequuntur.*

CAP. XVII.

De partibus Theatri.

DE Theatro diximus ἐν πλάτει. Jam de eodem pressius & per partes agamus. Deorum immortalium diebus festis, ut commode ludi spectari possint, eligendus est locus Theatro quam saluberrimus, ait Victruvius. Per ludos enim cum conjugibus, & liberis persedentes delectationibus detinentur, & corpora propter voluptatem immota patentes habent venas, in quas insidunt aurarum flatus. Primum omnium super fundamenta lapideis & marmoreis copiis gradationes ab substructione crescunt in semicirculum. Graduum superiorum ab inferioribus divisiones dicuntur præcinctiones, totaque gradatione in tres partes divisa, tria cuneorum genera sunt, sicuti tres præcinctiones. Cuneos vero graduum, & subselliorum ordines vocant. In singulis divisionibus fit gradus duplo cæteris latior, quo cæteri gradus præcinguntur. Sed quam latum est iter præcinctionis, tam alta est ipsa præcinctio: quia si esset altior, repelleret vocem in superiorem partem, quæ ad eorum aures qui in summis sedibus supra præcinctiones sunt, certa significatione non accederet. Gradus igitur ita structi sunt, uti funiculus cum ad imum gradum, & ad summum extentus fuerit, omnia cacumina graduum, angulosque tangat, ne vox impediatur. Aditus complures, & spatiosi sunt ad gradus, nec conjuncti superiores inferioribus, sed ex omnibus locis perpetui, & directi, sine versu & inflexuris, ne in angulis, dum divertendum & flectendum est, quando e spectaculis descendit populus, confluentes se comprimant. Aditus ad gradus amphitheatri iidem omnino erant. Sed aditus ad amphitheatrum erat tenebricosus. Herodianus lib. I. ἀμφιθεάτρου εἰσόδῳ. ζοφώδης δὲ αὐτή. Lege Lipsium in Amphitheatri descriptione de cuneis. Illi aditus ad gradus vomitoria dicuntur Macrobio lib. v. *Saturnal. Vomitoria*, inquit, *in spectaculis dicimus, unde homines glomeratim ingredientes in sedilia se fundunt*. Scandentes autem sunt Theatrorum gradationes, ut quæcunque vox est in Scena, clarior & suavior ad spectantium perveniat aures. Caveæ sunt apsidatæ saxis pendentibus, ita juncturis absconditis, ut cryptæ montis videantur non arte, sed natura, ut loquitur Cassiodorus lib. IV. epist. LI. Tectum porticus quod est in summa gradatione, respondet Scenæ altitudini, ut vox crescens æqualiter ad summas gradationes, & tectum perveniat. Orchestra cum imis gradibus exæquatur, ne altior, aut inferior sit. In cornibus orchestræ, circumque aditus inferiores sedes constituuntur, quæ sextam diametri partem occupant. Ibi constituuntur itinerum supercilia. Scenæ longitudo ad orchestræ diametrum duplex est. Podii altitudo, in quo sitæ sunt primæ columnæ, respondet altitudini pulpiti, cum corona, & lysi, id est, non altior quam duodecima pars diametri orchestræ. Supra podium columnæ sunt cum capitulis, & spiris, altæ quarta parte orchestræ diametri. Epistylia, & ornamenta earum columnarum, altitudinis quinta parte. Pluteum insuper cum unda, & corona inferioris plutei dimidia parte, id est, exiguus murus secundi ordinis columnarum; qui supra podium est, altus dimidiam partem podii. Supra id pluteum columnæ quarta parte minore altitudine inferiores. Epistylia, & ornamenta earum quarta parte. Item si tertia episcenos, id est, tertius columnarum ordo est, mediani plutei summum dimidia parte inferius est eo pluteo de quo supra egimus. Columnæ summæ medianarum minus altæ sunt quarta

A parte. Epistylia cum coronis earum columnarum item habent altitudinis quintam partem. In pusillo, & magno Theatro gradus, diazomata, plutei, itinera, ascensus, pulpita, tribunalia semper fiunt eadem magnitudine propter usum, ob tertiam episcenon. Videsis an tertia illa episcenos triplex altitudine scena sit in M. Scauri Theatro, quam Plinius commemorat lib. XXXVI. cap. I. De Theatri columnis Tertullianus lib. *de Spectac. Ipsæ exstructiones locorum quod saxa, quod cæmenta, quod marmora, quod columnæ Dei res sunt* Trecentas LX. columnas M. Scauri Ædilitate ad Scenam Theatri temporarii, & vix uno mense futuri in

B usu viderunt portari silentio legum. Lib. XXXV. Plinius cap. II. lib. XXXIV. cap. VII. M. Scauri Ædilitate tria millia signorum in Scena tantum fuere temporaria. Cap. VI. l. XXXV. Marmoreos parietes habuit Scena M. Scauri non facile dixerim sectos, an solidis glebis politos, sicuti est hodie Jovis tonantis in Capitolio. Nondum enim secti marmoris vestigium erat in Italia. Statius l. VI. *Thebaid.*

—— & opaca Theatri
Culmina. ——

C Tacitus l. XII. *Montium edita in modum Theatri.* Plin. l. IV. c. VIII. *Montes Theatri modo inflexi.* Strabo l. IX. Parnassi latus ubi oraculum Apollinis, vocat θεατροειδὲς. Calpurnius eclog. VII.

Qualiter hæc patulum contendit vallis in orbem,
Et sinuata latus resupinis undique sylvis,
Inter continuos curvatur concava montes.

In Theatra Athenis ferebant cervicalia, Theophrastus in *Charact.* καὶ τοῦ παιδὸν ἐν τῷ θεάτρῳ ἀφελόμενος τὰ προσκέφαλαια αὐτὸς ὑποστρῶσαι. Nero apud Dionem Theatrum totum, non scenam ejus tantum

E auro illevit & obtexit. Sed & quicquid illatum fuit, & omne instrumentum, ac choragium aureum, itemque vela, quæ superne contra Solem obumbrabant, purpurea tota, & aureis stellis interstincta, ex quo & dies ille aureus appellatus. l. XXXIII. cap. ult. Nero Pompeii Theatrum operuit auro in unum diem, quo Tiridati Regi Armeniæ ostenderet. Mox, quod etiam in municipiis æmulantur, C. Antonius ludos scena argentea fecit. Junius Messala patrimonium suum Scenicis dedit, hæredibus abnegavit; apud Vopiscum in *Carino*: Matris tunicam dedit Mimæ, lacernam patris Mimo, & recte, si aviæ pallio aurato atque purpurato pro syrmate

D Tragœdus uteretur. Jam quid lineas petitas Ægypto loquar? quid Tyro & Sidone tenuitate perlucidas micantes purpura, plumandi difficultate pernobiles? Donati sunt ab Atrebaticis birri petiti, donati birri canusini, Africanæ opes in Scena non prius visæ. Et hæc quidem idcirco ego in literas misi ut futuros editores pudor tangeret, ne patrimonia sua proscriptis legitimis hæredibus, mimis & balatronibus deputarent. Quia autem Theatra erant sine tecto, Caligula apud Dionem populo Rom. dedit πίλους θετταλικὸν τρόπον εἰς τὰ θέατρα φορεῖν, *p. leos Thessalicos quos in Theatra ferrent*, ne Solis

F æstu offenderentur. Olympiæ certe cum neque tectum, neque vela essent defendendo Soli, nudo capite spectabant. Chrysostomus orat. II. ἄτοπον ἐν ὀλυμπιακοῖς μὲν καθημένους θεάτροις ἐν μέσων νυκτῶν εἰς μεσημβρίαν μέσην καρτερεῖν, ἀναμένοντας ἰδεῖν εἰς τινα ὁ στέφανος περιστήσεται. Lege Lucianum περὶ γυμνασίων.

CAP. XVIII.

De Scenæ significatione.

SCena frons Theatri, seu locus actorum obstructus peripetasmatis, (id est, aulæis, & sipariis) unde in proscenium prodibant histriones acturi, ut scribit Cassiodorus: vel ut Isidorus l. XVIII. *Orig.* c. XLIII. Scena locus erat infra Theatrum, in modum domus instructa cum pulpito, qui pulpitus orcistra vocabatur, ubi cantabant Comici, Tragici, atque saltabant histriones. Dicta autem Scena Græca appellatione, eo quod in speciem domus erat instructa, unde & apud Hebræos tabernaculorum dedicatio a similitudine domiciliorum σκηνοποιΐα appellabatur. Ubi parum commode pulpitum idem esse vult cum orchestra, quam ille vocat aspiratione sublata *orcistram*, cum e Vitruvio constet, pulpitum orchestra fuisse altius, & ipso proscenio, in quo pulpitum Romæ fuit, quinque pedes altum, quod Græci θυμέλην, & λογεῖον vocant. Scena interdum faciem & speciem alicujus rei significat. Sidonius lib. VII. ep. I. Scena mœnium publicorum. Tertullianus lib. *de anima*, cum ipsam corporis scenam tempus aboleverit. Apulejus *Milef.* V. scenam quam sponte sumpserat. Scena autem proprie fuit tabernaculum frondibus & ramis tectum, cujusmodi fuere olim cubæ militares ante usum pellium. Virgil. I. *Æneid.*

—— Tum sylvis scena coruscis
Desuper, horrentique atrum nemus incubat umbra.

Per initia enim ludiones ex ejusmodi umbraculis in proscenium prodibant. Hesychius σκηνὴν exponit ὑπὸ ξύλων περιβολαίων οἰκίαν, id est, *domum e lignis, aut tegetibus circumjectis*. Apud Athenæum l. II. σκηνὴ οὐρανοφόρος ἀνθινή, *tentorium floridum, seu viride cælum ferens*. Lib. V. σκηναὶ λευκῆς κιττοῦ, καὶ ἀμπελώνων, *umbracula ex hedera alba, & vitibus*. Labeo apud Ulpianum in *Pandect.* lib. III. tit. *de iis qui notantur infamia*. Scena, inquit, est ea, quæ ludorum faciendorum causa, quolibet loco, ubi quis consistat, moveaturque spectaculum sui præbiturus, posita sit, in publico, privatoque, vel in vico, quo tandem passim homines spectaculi causa admittantur. Placidus Grammaticus ait, cameram hinc inde compositam esse, quæ umbræ loco in Theatro erat, in quo ludi actitabantur. Item, scenam vocari arborum in se incubantium quasi concameratam densationem, ut subter positos tegere possit. Igitur e ramis ac frondibus cum racemis ac corymbis per initia scenæ fiebant, seu umbracula, quæ parietes non haberent. Ovidius:

Illic quas tulerant nemorosa palatia frondes
Simpliciter positæ scena sine arte fuit.

Postea casæ cum cellis & gradibus factæ sunt ex tabulatis, quæ statim destruebantur. Papias in *Vocabular.* Anabathra, pulpita vel gradus scenæ. Aristides in *Paraphthegmate*: *Scenam*, inquit *admiratus appendices ejus incusasti.* Legendus Athenæus l. XIV. Scena certe olim parietem non habuit; sed de frondibus umbracula quærebant, postea tabulata componere cœperunt in modum parietis. Ausonius *ludo Sapientum*:

Ædilis olim Scenam tabulatam dabat
Subito excitatam: nulla mole saxea,
Muræna sic, & Gallius. ——

Is est Quintus Gallius Ædilis, quem reum ambitus Cicero defendit, ut ait Asconius *orat. contra Anton. & Catilin.* quique præturæ candidatus cum esset, quia in Ædilitate sua quam ante annum gesA serat, bestias non dederat, gladiatorium munus edidit, cum hoc titulo, se patriæ hoc dare. Ab hoc Gallio Josephus Scaliger saxeum Theatrum primo omnium structum esse ex hoc loco arguit. Eodem argumento a Muræna lapideum excitatum dici posset, quem tamen tumultuarium & ligneum cum scena argentea dedisse certum est. Imo ex hoc Ausonii loco Murænam & Gallium tabulatam scenam dedisse contendo. Verba Ausonii evincunt: sic enim ille:

Muræna sic & Gallius; nota eloquar,
B *Postquam potentes, nec verentes sumptuum*
Nomen perenne crediderunt, si semel
Constructa moles saxeo fundamine,
In omne tempus conderet ludis locum,
Cuneata crevit hæc Theatri immanitas.
Pompejus hanc, & Balbus, & Cæsar dedit
Octavianus, concertantes sumptibus.

Agatarchus Æschylo docente primus Tragœdiam scenam fecit, ut scribit Victruvius lib. VII. Quæ per initia simplex, & sine ornatu exquisito fuit, postea aucta est ad magnificentiam palatiis, turribus, & prætoriis, Comica projectis, & mœnianis. C Cum enim tria Scenarum sint genera, Comicæ, Tragicæ, Satyricæ. Tragicæ deformantur columnis, fastigiis, & signis, reliquisque regalibus rebus. Comicæ, ædificiorum privatorum, & mœnianorum habent speciem, perspectusque fenestris dispositos imitatione communium ædium rationibus. Satyricæ ornantur arboribus, speluncis, montibus, reliquisque agrestibus in topiarii operis speciem deformatis, ut Victruvius scribit. Adduntur Comicis aræ duæ, dextra Liberi, sinistra ejus Dei cui ludi fiebant, auctore Donato. Quia autem in Scena non res gesta, ut olim, sed fictæ ut plurimum aguntur, obtinuit ut Scena pro figmento interdum D ponatur. Sic Apulejus l. VIII. novi sceleris scenam vocat, Tertullianus scenam erroris. Post Scenam erant porticus, quo populus se reciperet e Theatro cum imbres repentini ludos interpellarent, & ubi choragia laxamentum haberent ad chorum instruendum, & ornandum, cujusmodi fuit porticus Pompejana, & Odeum Athenis, quod Pericles lapideis columnis ornavit. Lege Victruvium lib. V. cap. VIII. & lib. III. cap. IX. Circa Theatra sunt porticus, & ambulationes hypæthræ, ornatæ viridibus inter spatia porticuum.

E

CAP. XIX.

De Scenæ partibus.

SCena frons est Theatri, id est, ea Theatri pars quæ ab uno ejus cornu ad alterum cum coopertura ducitur. Ea aut versatilis fuit, cum subito tota machinis quibusdam verteretur, & aliam picturæ faciem ostenderet, aut ductilis, cum tractis tabulatis hac atque illac species picturæ nudaretur interior, ut Servius lib. III. *Georg.* ad hæc:

Vel scena ut versis discedat frontibus, utque
Purpurea intexti tollant aulæa Britanni.

F Animadverte Victruvium in descriptione Scenæ, atque adeo totius Theatri, non semper distinguere ea quæ Romanæ Scenæ erant, a Græcanica Scena, sed interdum utraque confundere. Scena est altior pulpito, pulpitum orchestra. Extenditur autem Scena inter duo Theatri cornua, cum orchestra interjecta sit inter cuneos & Scenam, in eaque pulpitum quinque pedes altum exstruatur, in quo & citharœdi, & tragœdi, & chorus saltant. Est enim pulpitum pars orchestræ: unde & ab Isidoro cum or-

chestra confunditur, quasi una & eadem Theatri pars sit. Fuit idem cum proscenio, quod Romæ latius quam in Græcia, quia omnes artifices Romæ in scenam dabant operam, cum in orchestra Senatorum sedibus loca designata essent. Pulpiti altitudo pedum est quinque, non amplius, ut ii qui sedent in orchestra spectare possint omnium agentium gestus. Certe Romæ pulpitum proscenii ad eosdem usus fuit, ad quos orchestra Græcorum. Ipsum proscenium locus erat liber ante Scenam aulæis tectam, in quo histrioniam agebant. Livius lib. IV. Censor Lepidus Theatrum & proscenium ad Apollinis ædem exstruxit. Hesychio λόγιον, seu λογεῖον, idem est cum pulpito, ὃ σκηνῆς τόπος ἐφ' ὧ ὑποκεῖται λέγουσι. Ostia sunt in Scena hinc inde a læva & dextra simili ratione facta, ait Varro lib. VIII. *L. L.* Ascensus & scalæ inter cuneos ad primam præcinctionem, alterna item itinera quibus medii cunei diriguntur. Cunei qui sunt in imo, & dirigunt scalaria, sunt numero septem. Scenæ compositio designatur e quinque cuneis, quorum medius contra se valvas regias habet, qui sunt dextra & sinistra hospitalium designant compositionem. Extremi duo spectant itinera versurarum & flexuum. Gradus spectaculorum ubi subsellia componuntur alti sunt non minus palmo pede, non plus pede, & digitis sex, lati non plus duos pedes semis, non minus pedes duos. Hæc e Victruvio, quibus de meo addam, Scenæ duas partes fuisse, aliam aulæis tectam, ubi Scenici, & totus apparatus fuit; alteram apertam, quæ proscenium fuit, ubi agebant histriones; in proscenio Romæ pulpitum fuit quinque pedes altum; nam in orchestra sedebat Senatus. Addam e Plutarcho, in Scena fuisse aditus, unde ex alto Tragœdi in pulpitum descenderent. Sic ille in *Demetrio*: κελεύσας εἰς τὸ θέατρον πάντας, ὅπλοις μὲν συνέφραξε τὴν σκηνὴν, καὶ δορυφόροις τὸ λογεῖον περιέλαβεν. αὐτὸς δὲ καταβὰς ὥσπερ οἱ τραγῳδοὶ διὰ τῶν ἄνω παρόδων. Id est, *cum jussisset omnes congregari in Theatrum, armis circumsepsit Scenam, & spiculatoribus logeum seu pulpitum complexus est. Ipse autem descendens, quemadmodum Tragœdi, per aditus superiores*. Sed ut unde egressa est, eo redeat oratio, Scenæ per initia e ramis & frondibus, cum racemis ac corymbis fuerunt, quasi umbracula quædam quæ parietes non haberent, ait Servius Ovidium sequutus:

Illic quas tulerant nemorosa palatia frondes
Simpliciter positæ Scena sine arte fuit.

Postea casæ cum cellis effectæ, postremo magnifice exornatæ sunt regiis, & tentoriis. In regiis erant διστεγίαι, & διῆρες δωμάτιον ait Pollux lib. IV. cap. XIX. *domicilium duobus tectis, & divisæ ædes*. Patentibus enim locis, Scenarum frontes exedris, propter amplitudinem parietum, tragico more, aut comico, aut satyrico designabant. Victruvius lib. VII. cap. V. In satyrica Scena fontes, speluncæ, ambulacra, viridaria, sylvæ, recessus, topiaria erant. In Comœdia, scenæ tres erant partes, quarum media superbas potentiorum ædes complectitur. Satyricæ medius locus spelunca est. In media scena latet ὁ πρωταγωνιστής, in dextero diversorio ὁ δευτεραγωνιστής. Sinistra humillimam quamque personam capit, aut fanum desertum, aut omnino vacua est. In Tragœdia, dextra porta peregrinum, aut hospitem emittebat, in sinistra carcer. Media, regia, auctore Polluce. Victruvius paulo aliter: Mediæ valvæ ornatus habent aulæ regiæ, dextra ac sinistra hospitalia. In Græca Comœdia sæpe κλισίη, seu tentorium, ponebatur, ubi jumentorum statio designaretur. Idcirco aditus erant ostio latiore, quæ ostia ex eo dicuntur κλισιάδες: per ea transmittebant carros & jumenta. Alii ejusmodi partem ad officinæ usum transtulere, sicut Antipho in *Acestriis*. Vitruvius abacum in podiis vocat planitiem quæ sedilis vicem præbet. Basilius Seleuciæ in *Thecla*, καταφέρεται τοῦ θεάτρου παρὰ τοὺς ἄβακας. Vet. Glos. ἄβακες τόπος ὁ οὕτω καλούμενος.

Cap. XX.

De Scenæ ornatu.

Scenæ varius ornatus fuit; auro enim, argento, columnis, signis, Centauris, epistyliis, & cæteris ejus generis rebus ornabatur: collatitia tamen, & ad dominum reditura ornamenta erant, ut ait Seneca epist. *ad Martiam*. Religionem enim ludorum crescentibus opibus secuta est lautitia. Muræna Scenam argenteam dedit, apud Cic. Q. Catulus Campanam imitatus luxuriam primus spectantium consessum velorum umbraculis texit. Cn. Pompejus ante omnes aquæ per semitas decursu æstivum minuit fervorem. C. Pulcher Scenam varietate columnarum adumbravit, vacuis ante pictura tabulis extentam, quam totam argento C. Antonius, auro Petrejus, ebore Q. Catulus prætexuit. Versatilem fecerunt Luculli; argenteis choragiis P. Lentulus Spinther adornavit. Translatum ante Phœniceis indutum tunicis M. Scaurus exquisito genere vestis cultum induxit, ut est apud Valerium lib. II. cap. I. Picturæ magnus ornatus, auctore Victruvio lib. VII. cap. V. Ex eo, inquit, moniti Democritus & Anaxagoras de eadem re scripserunt, quemadmodum oporteat ad aciem oculorum, radiorumque extensionem, certo loco, centro constituto, ad lineas ratione naturali respondere, uti de incerta re certæ imagines ædificiorum in Scenarum picturis redderent speciem, & quæ in directis, planisque frontibus sint figurata, alia abscedentia, alia prominentia esse videantur. Sed erat in Scena plerumque mira signorum varietas. Temporario Theatro Ædilitate M. Scauri tria millia signorum fusilium in Scena fuere, trecentæ sexaginta columnæ marmoreæ ad Scenam, vix uno mense futuræ, marmoreos parietes Scena habuit. Legendus Plinius lib. XXXIV. cap. VII. lib. XXXVI. cap. II. V. VI. XV. M. Scauri, qui Sullæ gener fuit, Theatro Scena triplex fuit CCCLX. columnarum. Ima pars Scenæ e marmore, media e vitro, summæ tabulis inauratis columnæ, imæ duodequadraginta pedum. Signa ærea inter columnas fuerunt tria millia numero. Cavea ipsa cepit hominum LXXX. millia. Sed & reliquus apparatus tantus Attalica veste, tabulis pictis, cæteroque choragio fuit, ut in Tusculanam villam reportatis quæ superfluebant quotidiani usus deliciis, incensa villa ab iratis servis, concremarentur ad sestertium millies. Pro miraculo insigni quatuor modicas ex onyche columnas in Theatro suo Cornelius Balbus posuit. Nos ampliores triginta vidimus in Scena quam Callistus Cæsaris Claudii libertorum potentissimus exædificaverat. C. Curio qui bello civili in Cæsarianis partibus obiit, funebri patris munere cum opibus, apparatuque non posset superare Scaurum, Theatra duo juxta fecit amplissima e ligno, cardinum singulorum versatili suspensa libramento, in quibus utrisque antemeridiano ludorum spectaculo edito inter sese aversis, ne invicem obstreperent Scenæ, & repente circumactis, ut contra starent, postremo jam die descendentibus tabulis, & cornibus inter se coeuntibus faciebat amphitheatrum. Sed ad ornatum Scenæ redeamus. Scenam columnis, &

imaginibus ornatam fuiſſe diximus. Martianus Capella l. IX. *Læva harmoniæ virgines quamplures, auro aſſimilatæ, parvæque effigies theatralium voluptatum religatæque pendebant*. Livius lib. XL. *Theatrum*, inquit, *& proſcenium ad Apollinis ædem, Jovis in Capitolio, columnas circa poliendas curavit.* Trallibus cum Apaturius Alabandeus eleganti manu finxiſſet Scenam in minuſculo Theatro, quod ἐκκλησιαςήριον apud eos vocitatur, in eoque feciſſet pro columnis ſigna, Centauroſque ſuſtinentes epiſtylia, tholorum rotunda tecta, faſtigiorum prominentes verſuras, coronaſque capitibus Leoninis arcuatas, quæ omnia ſtillicidiorum habent rationem, præterea ſupra eam nihilo minus epiſcenium, in quo tholi pronai ſemifaſtigia, omniſque tecti varius picturis fuerat ornatus. Illa Scenæ conformatio minus probata eſt, auctore Victruvio lib. VII. cap. V.

CAP. XXI.

De machinis Theatri.

SCENA tragica tres ut plurimum portas habuit, dextram, ſiniſtram, mediam. Utrinque aliæ interdum portæ, quarum poſtibus affixæ machinæ περίακτοι dictæ, quia pro re ac tempore circumagebantur, ut ſubito nuntii, peregrini, cives peregre revertentes comparerent. Itaque dextra machina afferebantur ea quæ extra urbem acta eſſent, aut agenda intus forent ex præſcripto, propter jura ſuburbiorum, oppidorum, coloniarum A læva machina reddebantur, quæ in urbe juſſu, permiſſuque populi, aut Principum, vel iis invitis geſta eſſent. Id quod factum eſt ab Euripide in *Oreſte*. Item ſi qua e portu afferrentur, cujuſmodi eſt in *Amphitruone*, & *Mercatore* Plauti. Priſci Tragici Deos aquaticos per eam introduxere, Acheloum, Thetin, Proteum, Arethuſam. Si quæ perſonæ machinis non circumagebantur, ſed pedibus accedebant, per alteram introducebantur. Duo hæc machinarum genera. Tertium ἐγκύκλωμα nominabant, alii ἐξώςραν. Erat hæc ſedes ſublicis elata, ſtrata longuriis, ſuper quibus ſella. Deſtinabatur locus is ad ea recitanda, quæ ſecreto patrata eſſent in ædibus. Qualia in *Oedipode* Sophoclis, *Amphitruone*, & *Caſina* Plauti, & aliis. Pollux, ἐγκύκλημα ἐπὶ ξύλων ὑψηλὸν βάθρον, ᾧ ἐπίκειται θρόνος. δείκνυσι δὲ καὶ τὰ ὑπὸ τὴν σκηνὴν ἐν ταῖς οἰκίαις ἀπόρρητα πραχθέντα, καὶ τὸ ῥῆμα τοῦ ἔργου καλεῖται ἐγκυκλεῖν. Quartum genus quod in ſumma trepidatione remedia arceſſebat humanis majora. Demiſſa namque machina Deos oſtendebat ex improviſo. Id quod etiam ad proverbium rerum deſperatarum traxere, θεὸς ἀπὸ μηχανῆς. Alterum ejuſdem machinæ officium, cum veheret per aerem Heroas, veluti Tlepolemum, Medeam, Perſeum. Ideo Pollux lib. IV. cap. XIX. ponit θεολογεῖον, unde Dii e ſublimi ſuper Scenam apparebant, κεραυνοσκοπεῖον, verſatilem machinam altam, ex qua fulmina Jupiter ejaculabatur, & βροντεῖον, locum poſt Scenam, in quo utribus calculis conſertis & per aera verſatis tonitru fiebat.

CAP. XXII.

Iterum de partibus Theatri.

THEATRI partes ex Polluce lib. IV. cap. XIX. ſunt oſtiolum, arcus, catatome, ſeu ſectio, pectiones, ſeu kerkides, ſcena, orcheſtra, logeum, proſcenium, paraſcenia, hypoſcenia. Scena quidem hiſtrionibus proprie attributa eſt. Orcheſtra choro, in quo & thymele, ſive ſuggeſtus quidam ſit, ſive ara. Latini certe Comœdi aram in proſcenio conſtituunt in Apollinis honorem, cui ſacra faciunt, ut Libero Patri Tragœdi. Terentius in *Andria* actu IV. ſcena IV.

Ex ara hinc ſume verbenas tibi.

Vetus Scholiaſtes: ex ara ſcilicet Apollinis, quem Delium Menander vocat. Græci artifices in Scena ſtatuebant aram quæ dicta eſt ἀγυιεὺς, ſtantem pro foribus, Apollini Viali ſacram, & menſam placentas & bellaria habentem, quæ θεωρὶς, aut θυωρὶς appellata. Eleos menſa erat antiqua, in quam unus aliquis aſcendens ante ætatem Theſpidis reſpondebat iis qui chorum agebant. Hypoſcenium columnis & ſigillis ornatum erat, obverſum ad Theatrum, ſub logio ſitum. Cum autem tres eſſent in Scena januæ, media quidem erat regia, aut ſpelæum, aut domus magnifica, ubi verſarentur omnes ii qui primas fabulæ partes agerent. Dextera cella ejus qui ſecundas ageret. Læva aut perſonam habet tenuiſſimam, aut fanum deſertum, aut ſine domo eſt. In Tragœdia autem dextra janua hoſpitale eſt (ξενὼν, *metatorium, ædes hoſpitibus excipiendis*) læva carcer. In Comœdia autem tabernaculum (τὸ δὲ κλίσιον) ædibus additum eſt, quod velo cognoſcitur, aut umbraculo. Et eſt ſtatio jumentorum, & oſtia ejus majora videntur, κλισιάδες dicta; per ea tranſmittebant carros & jumenta. Alii ejuſmodi partem ad officinæ uſum tranſtulere, ſicut Antipho in *Aceſtriis*. Media duas alias habebat portas: unam utrinque, quibus affixæ erant machinæ verſatiles περίακτοι dictæ. Dextera quidem ea quæ extra urbem erant demonſtrabat: læva ea quæ intra urbem, maxime quæ a portu erant, & Deos æquoreos inducebat; ſed ea quæ majoris oneris erant machina ferendo non eſt. Si autem convertantur verſatiles periacti, dextera quidem mutat locum, ambæ regionem ſummutant Machinæ verſatiles periacti, cum aut mutatione fabularum ſunt futuræ, ſeu Deorum adventus, cum tonitruis repentinis verſentur, mutentque ſpecies ornationis in frontes, ut apud Plautum:

Sed quid hoc? quam valde tonuit!
Dii obſecro veſtram fidem.

Plutarchus lib. *de gloria Athenienſ.* μηχανὰς ἀπὸ σκηνῆς περιάκτους idest, *machinas verſatiles a Scena*. Adituum autem dexter ex agro, portu, aut urbe ducit. Qui aliunde pedites veniunt, alia via ineunt. Ingredientes per orcheſtram in Scenam per ſcalas aſcendunt; ſcalæ gradus climateres dicuntur. Sunt etiam partes Theatri encyclema, & machina, & exoſtra, & ſpecula, ſeu ſcope, & murus, & turris, & phryctorium, & diſtegia, & ceraunoſcopeon, & bronteum, & theologeum, & geranos, & æoræ, & catablemata, & ſemicirculus, & ſtropheum, & hemiſtropheum, & charoniæ ſcalæ, & anapeſmata. Et quidem encyclema ſedes excelſa eſt, lignis impoſita, cui thronus inſidet. Oſtendit autem ea quæ ſub Scena occulte in ædibus fiunt. Verbum quo res ipſa ſignificatur eſt ἐγκυκλεῖν, id eſt, *in circulum agere*: de quo ſupra egimus. Id autem in quod agitur encyclema, dicitur εἰσκύκλημα. Quod in qualibet janua debet intelligi, ſicuti in qualibet domo; machina quæ dicitur, Deos oſtendit, & Heroas in aere, Bellerophontem, aut Perſeum. Et ea machina ad lævum aditum vocatur Scenæ faſtigium, aut ſupra Scenam altitudo. Quod autem eſt machina in Tragœdia, id eſt crade in Comœdia, quia ficus imitatio eſt, & ficum Attici cradem vocant. Heſychius: κράδη κλάδος καὶ ἀργυρὶς, ἐξ ἧς ἐνήπτοντο (lege ἐκύπτοντο) οἱ ἐν ταῖς τραγικαῖς μηχαναῖς ἐπιφαινόμενοι. Id eſt, *crade ramale eſt & argyris*;

unde emergebant qui ſubito in machinis tragicis apparebant. Crade pegmatis ſpecies, ad ficulneæ arboris imaginem, quam Heſychius Tragicis, Pollux Comicis ſolis attribuit. Exoſtra eadem eſt cum encyclemate. Specula ſit ſpeculatoribus, aut aliis qui proſpectant. Murus, & turris ideo ſunt, ut ex alto deſpectus ſit. Phryctorium ſpecula eſt, unde ignis ſublatus hoſtium adventum ſignificat. Diſtegia interdum in regia domuncula eſt, quæ duas contignationes habet, aut duo tecta. Qualis eſt illa in *Phœniſſis*, unde Antigone exercitum proſpectat. Interdum diſtegia eſt terra figularis, unde & feriunt terra figulari. In Comœdia e diſtegia leones quidam deſpectant. Ceraunoſcopeon eſt machina verſatilis excelſa, unde fulgura, tonitrua, fulmina exiſtunt. Bronteum ſub Scena, receſſim & pone utres calculis pleni feruntur agitati contra ærea vaſa. Ex theologeo vero quod eſt ſupra Scenam, in alto apparent Dii, ut Jupiter, & aſſeſſores ejus in diſceptatione. Grus ſeu γέρανος, machina quædam eſt ex alto delata ad raptum corporis, qua utitur Aurora in *Memnone*. Grus fuit de qua Martialis lib. I.

Raptus abit media quod ad æthera taurus arena,
Non fuit hoc artis, ſed pietatis opus.

Acrobatica machina eſt e tignis, & tranſverſariis compacta, quibus in altum aſcendant qui tutius ſpectare volunt. Eoras dixeris rudentes qui ex alto ſuſpenſi ſunt, ut ſuſtineant eos qui aere ferri videntur, Heroas, aut Deos. Catablemata erant texta, aut tabulæ, habentes ſcripturas accommodatas uſui fabularum. Dejicitur autem in machinas verſatiles mons oſtendens aut mare, aut fluvium, aut aliquid ejuſmodi. Hemicyclio figura nomen dedit; conſtituitur ad orcheſtram, ejus uſus eſt, ut oſtendat a longe locum aliquem urbis, aut eos qui in mari natant, ſicuti & ſtropheum, quod Heroas habet in Deos tranſlatos, aut eos qui in mari aut bello moriuntur. Charoniæ ſcalæ, κλίμακες, ad graduum aditus ſitæ ſimulacra & umbras emittebant. Funium quæ dicuntur anapeſmata, alius eſt in Scena ut fluvius aſcendat, aut aliqua ejuſmodi perſona, alius ad gradus imos, unde furiæ aſcendebant. Hæc nos e Polluce, quibus addemus alia e Victruvio lib. v. cap. VI. Quinque cunei in imo, Scenæ compoſitionem deſignant, & unus medius contra ſe valvas regias habere debet, & qui erunt dextra ac ſiniſtra, hoſpitalium deſignabunt compoſitionem. Extremi duo ſpectabunt itinera verſurarum, id eſt, flexionum. Ubi adverte in media Scena regiam fuiſſe, quia medius locus honoratior eſt, dextra lævaque minuſculas ædes & hoſpitalia. Cap. VII. Ipſæ, inquit, Scenæ ſuas habeant rationes explicatas, ita uti mediæ valvæ ornatus habeant aulæ regiæ, dextra ac ſiniſtra hoſpitalia. Secundum autem ea ſpatia ad ornatus comparata, quæ loca Græci περιάκτους dicunt, ab eo quod machinæ ſunt in iis verſatiles trigonos habentes, &c. Secundum ea loca verſuræ ſunt procurrentes, quæ efficiunt una a foro, altera a peregre, aditus in Scenam. Apud Athenæum περίακτοι δίφεροι ſunt verſatiles. Suidas de Scena paulo aliter agit. Scena, inquit, media eſt janua Theatri. Paraſcenia utrinque mediam januam Scenæ attingunt, &, ut clarius dicam, poſt Scenam & paraſcenia ſtatim orcheſtra exiſtit (μετὰ τὴν σκηνὴν lego, non autem σκευήν.) Orcheſtra autem locus eſt e tabulatis, habens ſolum, unde Mimi agunt. Poſt orcheſtram eſt ara Dionyſi, quæ dicitur a ſacrificando thymele: θύειν enim eſt *ſacrificare*. Poſt thymelem eſt coniſtra, id eſt, infimum ſolum Theatri; dicitur arena & cavea. Scenetes dicitur, qui præeſt Scenæ. Hæc ille. Fuere machinæ quædam in Scena, in quibus noxii tragicam pœnam ſuſtinerent, qualem Poetæ fabulantur Ixiona, Tityon, Siſiphum. Diodorus Siculus p. 453. lib. XIV. ἔδησε Διονύσιος Φίλωνα πρὸς τὰς ὑψηλοτάτας μηχανάς, οἱονεὶ τραγικὴν τιμωρίαν λαμβάνων. Id eſt, *obligavit Dionyſius Philonem ad machinas altiſſimas, veluti tragicum ſupplicium ſumens*. Fuere aliæ machinæ præſtigioſæ, μάγγανα dictæ, unde in medium homines dejicerentur. Euſebius lib. VI. *Hiſt. Eccleſ.* ὥσπερ ἐκ μαγγάνου τινὸς ἐς τὸ μέσον ῥιφεὶς, id eſt, *quaſi ex machina quadam præſtigioſa in medium dejectus*. ἐγκύκλημα illud de quo Pollux ſupra, dicitur ab aliis ἐκκύκλημα, ἐγκύκλωμα, ἐκκύκλωμα. μηχάνημα ξύλινον apud Suidam, τροχοὺς ἔχον, ὅπερ περιστρεφόμενον τὰ δοκοῦντα ἔνδον ὡς ἐν οἰκίᾳ πράττεσθαι, τοῖς θεαταῖς ἐδείκνυεν. *Machina eſt lignea rotas habens, quibus converſa, quæ intus agi videntur, ea ſpectatoribus ſubito oſtendit*. Heſychius ἐξώστραν τὸ ἐπὶ τῆς σκηνῆς ἐκκύκλωμα eſſe vult. Euſtathius: τὸ ἐγκύκλημα, ὃ καὶ ἐγκυκλήθρον λέγεται, μηχάνημα ἦν ὑπότροχον, ὑφ᾽ οὗ ἐδείκνυτο τὰ ἐν τῇ σκηνῇ. *Pegma ſcenicum ſubjectis rotis, quo circumacto, ea quæ ſunt in ſcena oſtenduntur*. De exoſtra Polybius: τῆς τύχης ὥσπερ ἐπίτηδες ἐπὶ τὴν ἐξώστραν ἀναβιβαζούσης τὴν ὑμετέραν ἄγνοιαν. *Fortuna*, inquit, *veluti conſulto in exoſtram producente veſtram inſcitiam*. De machina qua Heroes per aerem vecti, Euripides apud Suidam:

Ἄγε ὦ φίλον μοι Πηγάσου ταχὺ πτερόν.
Μετέωρος δὲ αἴρεται ἐπὶ μηχανῆς.

Τοῦτο δὲ καλεῖται ἐώρημα. ἐν αὐτῇ δὲ κατῆγον τοὺς θεοὺς, καὶ τοὺς ἐν ἀέρι πολοῦντας. *Age o penna mihi cara Pegaſi. fertur autem ſublimis in machina. Hoc vero vocatur eorema; in ea machina deducebant Deos, & eos qui in aere verſantur*; ut Medeam, Perſeum, Bellerophontem: ἐῶραι ſunt funes quibus alligantur qui avolant. Sophocles in *Oedipo Tyranno*:

—— πλεκταῖς ἐώραις ἐμπεπλεγμένην.

Reſte implicitam cum ſe ſuſpenderet. De gerano vet. Etymolog. γέρανος ὁ ἐν τῇ σκηνῇ ἅρπαξ, *Grus eſt machina in Scena, qua rapitur aliquis in altum*. Sed non abs re quæri poteſt an per exoſtram & encyclema Scena verſatilis eſſet, an tota ipſa conſtitutione. Servius enim lib. III. *Georg.* in id Virgilii,

Ut Scena verſis deſcendat frontibus, utque
Purpurea intexti tollant aulæa Britanni.

docet duo fuiſſe Scenarum genera: verſatilem & ductilem. Verſatilis fuit, cum ſubito tota machinis quibuſdam verteretur, & aliam picturæ faciem oſtenderet. Ductilis, cum tractis tabulatis hac atque illac ſpecies picturæ nudaretur interior. Hoc certe ad exoſtram nihil pertinere arbitror. Picturæ autem in Scena fuere frequentes, & aulæa picturata belluatis Babylonicis, de quibus ſuo loco. Ut ad machinas redeamus, machina proprie dicitur, qua Dii veniunt in Theatrum, quoties argumenti exitum explicare non poſſunt, ait Cicero l. x. *de nat. Deor.* ex ea Dii effata ſæpe fabantur, reſponſa dabant, homines ad virtutem excitabant, a vitio deterrebant; unde machina θεολογεῖον Polluci. Julianus *encomio Conſtantini*: οἱ δὲ ὥσπερ ἐκ τινὸς μηχανῆς φασὶ χρῆναι προαγορεύειν τοῖς ἐντυγχάνουσι, προτρέπειν μὲν πρὸς ἀρετὴν, ἀποφεύγειν δὲ τὴν πονηρίαν. Id eſt, *illi autem quaſi ex quadam machina dicunt oportere admonere obvios quoſque, ut properent ad virtutem, & fugiant vitium*. Plato *Clitoph.* ἐπιτιμῶν τοῖς ἀνθρώποις, ὥσπερ ἐπὶ μηχανῆς τραγικῆς ὁ θεὸς λέγων, ποῖ φέρεσθε ὦ ἄνθρωποι; (malim ἀπὸ μηχανῆς.) Id eſt, *increpans homines ut e machina Deus, & dicens, quo ruitis homines?* In rebus autem quæ præter opinionem, & rationem acciderent, uſurpari ſolitum eſt vetus

verbum, *ἀπὸ μηχανῆς*, ait Suidas. Tragici enim Poetæ cum in Scenam inducerent tam insignem audaciam, ut spectatores ad ea quæ dicerentur exhorrescerent, ac confunderentur in eorum casu qui præter meritum aliquid paterentur, aut odissent mali auctores, soliti erant Deos inducere, non ex eadem Scena prodeuntes, sed ex alto e quadam machina, quam prius videbant spectatores, sed eo tempore conversa ostendebat Dei vultum; idque dicebatur *καταστολὴ* fabulæ, ait Suidas, *ἀπὸ μηχανῆς ἐπὶ τῶν παραδόξων καὶ παραλόγων. εἰ γὰρ τῶν τραγῳδιῶν ποιηταὶ ὅταν εἰσήγαγον εἰς τὴν σκηνὴν ἢ τόλμαν*. (deest aliquid, forte, *ἢ δέος, ἢ τόλμαν*, &c.) Aristoteles existimat exitum fabularum ex ipsis rei visceribus petendum esse, & non de machina, ut in *Medea*. Sed machina utendum ad ea quæ sunt extra fabulam, aut ante, quæ ab homine sciri nequeunt, aut quæ cum futura sint, egent prædictione, & nuntio. Lib. *de Poet.* cap. XV. *φανερὸν οὖν ὅτι καὶ τὰς λύσεις τῶν μύθων ἐξ αὐτοῦ δεῖ τοῦ μύθου συμβαίνειν*, &c. Horatius:

Nec Deus intersit, nisi dignus vindice nodus
Inciderit. ——

Ejus maxime usus fuit cum aliter exitus fabulæ expediri non posset, ut apud Euripidem in morbo Philoctetis adventus Herculis. Plato in *Cratylo*: *ὥσπερ οἱ τραγῳδοποιοὶ, ἐπειδάν τι ἀπορῶσι, ἐπὶ τὰς μηχανὰς καταφεύγουσι θεοὺς αἴροντες*.

CAP. XXIII.

De Vasis Theatri.

ROMÆ Victruvii ætate multa Theatra quotannis fiebant publica, in quibus nulla vasa sonitum facientia erant, quia cum lignea essent, tabulationes habebant complures, quas necesse est sonare. Hoc vero licet animadvertere a citharœdis, qui superiore tono cum volunt canere, advertunt se ad Scenæ valvas, & ita recipiunt ab earum auxilio consonantiam vocis. Cum autem ex solidis rebus Theatra constituuntur, id est, ex structura cæmentorum, lapide, marmore, quæ sonare non possunt, vasa sonitum edentia curari necesse est. Auctorem habemus L. Mummium, qui diruto Theatro Corinthiorum, ejus ænea Romam deportavit, & de manubiis ad ædem Lunæ dedicavit. Multi etiam solertes architecti, qui in oppidis non magnis Theatra constituerunt propter inopiam, fictilibus doliis ita sonantibus magna præstiterunt, ait Victruvius lib. VI. cap. VI. Fiunt autem vasa ærea mathematicis rationibus, ut cum tanguntur sonitum facere possint inter se *δὶς τεσσάρων, δὶς πέντε*, ex ordine ad dis diapason. Postea inter sedes Theatri constitutis cellis ratione musica ibi collocantur, ita uti nullum parietem tangant, circaque habent locum vacuum, & a summo capite spatium, ponunturque inversa, & habent in parte quæ spectat ad Scenam suppositos cuneos ferreos altos semipede, quibus sustinentur, contraque eas cellas relinquuntur aperturæ inferiorum graduum cubilibus, longæ pedes duos, altæ semipedem. Ea vasa dicuntur *ἠχεῖα*, aut potius sonituum discrimina, de quibus Victruvius lib. I. cap. I. his verbis. Item Theatris vasa ærea, quæ in cellis sub gradibus mathematica ratione collocantur, & sonituum discrimina, quæ Græci *ἠχεῖα* vocant, ad symphonias musicas, sive concentus componuntur, uti vox scenici sonitus conveniens in dispositionibus tactu cum offenderit aucta cum incremento, clarior & suavior ad spectatorum perveniat aures. Vox enim ab Scena uti a centro profusa se circumagens, tactuque feriens singulorum vasorum cava, excitat auctam claritatem, & concentu convenientem sibi consonantiam. Consule Victruvium lib. V. Græci habuere tonitrua sua in Theatris; *βροντὴν*, & *βροντεῖον* vocant. Amphora statuebatur sub Scena calculos littoreos habens. Erat lebes æreus in quem calculi demittebantur, & volutati sonum efficiebant tonitrua imitantem, ait Suidas, *ὑπὸ τὴν σκηνὴν δὲ ἦν ἀμφορεῖς, ψηφῖδας ἔχων θαλαττίας. ἦν δὲ λέβης χαλκοῦς εἰς ὃν αἱ ψῆφοι κατήγοντο, καὶ κυλιόμεναι ἦχον ἀπετέλουν ἐοικότα βροντῇ*. Pollux: *τὸ δὲ βροντεῖον ὑπὸ τὴν σκηνὴν ὄπισθεν, ἀσκοὶ ψήφων ἔμπλεοι διωκόμενοι φέρονται κατὰ χαλκωμάτων*. Ponebatur Triton in Theatris cum *ἠχείοις*, ut & apud Virgilium in Ætna Triton ponitur inter hydraulica, qui aquarum assultu conceptas voces edit ut buccina:

Nam veluti resonante diu Tritone canoro,
Pellit opes collectus aquæ, victusque movere
Spiritus, & longas emugit buccina voces,
Carmineque irriguo magni cortina Theatri
Imparibus numerosa modis canit arte regentis.

Doctissimus Scaliger legit,

Nam veluti sonit aura diu. ——

De doliis illis fictilibus egit Aristoteles in *Problem.* sect. X. Si quis, inquit, dolium, & fictilia vacua defoderit, & operculum apposuerit, magis sonant ædes, & si puteus, aut lacus sit in ædibus. Quia tunc echo fit repulsus aeris, oportet aerem conceptum esse densum & confertum, & habere aliquid læve ac politum, ad quod accidens refringatur: *δεῖ περιειλημμένον ἀθρόον εἶναι τὸν ἀέρα, καὶ ἔχειν πρὸς ὃ ἀνακλασθήσεται προσπίπτον καὶ λεῖον*. Ideo cellæ frequentes in Theatris, unde aer repulsus majorem sonitum efficeret; quanquam & ad alios usus eæ cellæ fuerunt. Marcellinus Comes in *Anastasio*: Constantino, inquit, præfecto urbis ludos theatrales meridiano tempore spectante, pars in eodem spectaculo cerealis sub diversis cellulis occultas præparavit insidias. Nam enses & saxa vasis inclusa fictilibus, eademque arma, diversis pomis desuper cumulatis sub theatrali porta ritu vendentium posuit. Cellæ eæ, an cryptæ? Suetonius in *Caligula*: *Cum in crypta per quam transeundum erat, pueri nobiles ex Asia ad edendas in Scena operas evocati præpararentur.* Romæ fuere *βροντεῖα*, Claudiana tonitrua; quia Claudius Pulcher instituit, ut ludis post Scenam collectus lapidum ita fieret, ut verum tonitru imitaretur. Nam antea leves admodum & parvi sonitus fiebant, cum clavi & lapides in labrum æneum conjicerentur, ait Festus. Aristophanis Interpres in *Nebulis*: *βροντεῖον ἐν σκηνῆς μηχάνημά τι. ἀμφιφορεῖς μεστοὶ ψηφίδων ἀντιβαλλομένων εἰς λέβητα.*

CAP. XXIV.

De Græcorum Theatris.

ROMÆ pulpitum pro orchestra Græcorum fuit, in quo canebant chorici, & thymelici. In Græcia pulpitum seu thymele, & logeum orchestræ impositum fuit. Quare Græcis amplior est orchestra, Scena recessior, minoreque latitudine pulpitum, quod logeum appellant, ideoque apud eos tragici, & comici actores in Scena peragunt, reliqui autem artifices suas per orchestram præstant actiones. Itaque ex eo scenici, & thymelici Græce separatim nominantur. Logei altitudo non minus est pedum decem, non plus duodecim; gradationes scalarum inter cuneos & sedes diriguntur ad primam præcinctionem. Ab ea præcin

præcinctione inter eas sedes iterum mediæ gradationes diriguntur; denique quot sunt præcinctiones, tot sunt gradationes scalarum quibus ad cuneos eatur. Post Scenam sunt porticus, uti cum imbres repentini ludos interpellaverint, habeat populus quo se recipiat e Theatro, choragiaque laxamentum habeant ad chorum parandum, uti sunt porticus Pompejanæ, itemque Athenis porticus Eumenici, Patrisque Liberi fanum. Choragia dicuntur ii qui ludorum instrumentum suppeditant; interdum locus, unde totum instrumentum promitur. Solebant indumenta a choragis sumi, quæ Ædiles præbenda locabant. Plautus in *Persa*;

Πόθεν ornamenta? abs chorago sumito.
Dare debet, præbenda Ædiles locavere.

Exeuntibus e Theatro sinistra parte est Odeum, quod Athenis Pericles columnis lapideis disposuit, naviumque malis & antemnis e spoliis Persicis pertexit. Idem etiam incensum Mithridatico bello Rex Ariorbarzanes restituit. Circa Theatra sunt porticus, & ambulationes ita collocatæ, ut duos ordines columnarum habeant, quarum exteriores doricæ sunt, cum epistyliis & ornamentis. Duo illi ordines columnarum tantum a se distant, quantum altæ sunt exteriores columnæ, quæ quidem a muro cingente porticum eodem illo spatio distant. Media spatia quæ sub divo, inter porticus adornantur viridibus, quod hypæthræ ambulationes habent magnam salubritatem, ait Victruvius.

CAP. XXV.

De Odeo.

CERTAMEN musicum vel in Odeo, vel in Scena Theatri præsertim Pythici, vel Isthmici, aut in Gymnasiorum exedris committebatur. Theatrum Pausanias Athenis vocari Odeum scribit. Erat enim minusculum Theatrum (*θεατρίδιον*) gradatim structum, unde spectabantur certamina musica. Plutarchus in *Pericle* auctor est, in Odeo musicos agonas celebratos esse. *ἐθεῶντο δὲ ἐν ὠδείῳ μουσικοὺς ἀγῶνας.* Fuit forma regii tabernaculi, eodem auctore, *τῇ ἐντὸς διαθέσει πολύεδρον, καὶ πολύστυλον.* Intus multæ sedes collocatæ, multa tecta, multæ columnæ. Theophrastus in *Character. πόσοι εἰσὶ κίονες τοῦ ὠδείου.* Artificum Dionysi senaculum vocatur ab eodem in *Philargyr. παρῆλθεν εἰς τὸ τῶν τεχνιτῶν βουλευτήριον, ὃ δὴ ᾠκοδόμηται παρὰ τὰς τοῦ κεραμεικοῦ πύλας οὐ πόῤῥω τῶν ἱππέων.* In Odeo, ut & in Theatro, disputationes interdum a Philosophis habitæ, Aristide narrante Ægyptium in Odeum venisse, ut ibi disputaret, Hierico III. Certe olim antequam Athenis perpetuum esset Theatrum, in Odeo rapsodos, & citharœdos certare inter se moris fuit. Hesychius: *ὠδεῖον τόπος ἐν ᾧ πρὶν τὸ θέατρον κατασκευασθῆναι οἱ ῥαψῳδοὶ, καὶ οἱ κιθαρῳδοὶ ἠγωνίζοντο.* In eo tribunal fuit Prætoris. Sed & farinas ibidem admetiebantur, & per annonæ caritatem frumenta vendebant, & Philosophi disputabant, auctore Suida, qui & Odeum a Pericle exædificatum scribit: *ὠδεῖον ὥσπερ θέατρον, ὃ πεποίηκεν, ὥς φασι, περικλῆς, εἰς τὸ ἐπιδείκνυσθαι τοὺς μουσικούς. διὰ τοῦτο καὶ ὠδεῖον ἐκλήθη ἀπὸ τῆς ᾠδῆς. ἔστι δὲ ἐν αὐτῷ καὶ δικαστήριον τοῦ ἄρχοντος. διεμετρεῖτο δὲ καὶ ἄλφιτα ἐκεῖ.* Demosthenes *δίκην σίτου εἰς ὠδεῖον δικάσασθαι* dixit; tamen Ciceroni odeum & pulpitum pro eodem ponuntur, ut sit locus in Scena ubi caneretur. Lib. IX. *ad Atticum* ostendit, odeum partem ædificii esse laxam, quæ longe lateque explicaretur. Pro Odeo fuit Athenis ingens quædam & magnifica domus in tribu Meliteorum, ubi Tragœdi exercitationes, & scholas habebant Eidem usui fuit lenæum, locus amplo ambitu, cum Dionysi Lenæi delubro, ubi certabant Musici, antequam Theatrum exstructum esset; *λήναιον περίβολον ἔχον μέγα, καὶ ἐν αὐτῷ διονύσου ληναίου ἱερὸν, ἐν ᾧ ἐπετελοῦντο οἱ ἀγῶνες πρὸ τοῦ τὸ θέατρον οἰκοδομηθῆναι.* Aristides in oratione, *ὅτι μὴ μελετῇ. ἀλλὰ ἐν ἐλαττόσι, ἢ ἐπὶ ληναίῳ τὰ τῆς παῤῥησίας ἔσται.* Id est, *sed aut inter paucos, aut in lenæo quidlibet dicere integrum erit.* Romæ Odea quatuor fuere: unum in Aventino, alterum inter Palatium & Cœlium ad metam sudantem, tertium prope Theatrum Pompeji, quartum Domitiani, de quo Suetonius c. v. & Ammianus lib. XVI. Horti Cæsaris prope Tiberim fuere pro Odeo, ubi exercitationes suas habebant, priusquam in Theatro Pompeji recitarent, ut scribit Plinius lib. XXXVII. cap. II. Horatius:

Trans Tiberim longe cubat is prope Cæsaris hortos.

Romæ quoque pueri in cryptis ad edendas in Scena operas instituebantur; ut Athenis in Odeo, ait Suetonius in *Caligula*.

CAP. XXVI.

De Proscenio & Pulpito.

IN Theatro Scena inter duo Theatri cornua extensa erat, aulæis & peripetasmatis hinc & inde tecta, ne ea quæ intus latebant, oculis hominum exponerentur, antequam in proscenium prodirent, ait Isidorus lib. XVIII. Proscenium fuit locus patens & liber in fronte Scenæ in quem exhibant actores, & histrioniam agebant. In proscenio fuit pulpitum, quod altius orchestra, e quo tibicines & citharœdi musica actione populum detinebatur: vel, ut Victruvius ait, orchestra inter cuneos & Scenam fuit, in qua pulpitum quinque pedes altum, quod Græci *θυμέλην* dicunt, & logeum, in quo & chorus Tragœdorum saltabat. Victruvius lib. V. cap. VI. *Ab eo*, inquit, *loco per centrum parallelos linea ducatur, quæ disjungat proscenii pulpitum, & orchestræ regionem.* Plutarchus in *Lycurgo προσκήνια θεάτρου.* Idem fere est cum parascenio, qui locus fuit ab utraque parte Scenæ ante ipsam Scenam, in cujus medio *θυμέλη* erecta erat, ut Suidas. Harpocrationi *παρασκήνιον ὁ περὶ τὴν σκηνὴν ἀποδεδειγμένος τόπος τῇ εἰς τὸν ἀγῶνα παρασκευαῖς.* *Parascenium locus circa Scenam præparando certamini destinatus.* Virgilius lib. II. *Georg.* de proscenio,

—— & veteres ineunt proscenia ludi.

Livius lib. X. belli Macedon Theatrum & proscenium ad Apollinis ædem. De pulpito Juvenalis satyr. XIV.

—— Prætoris pulpita lauti.

θυμέλην Victruvius lib. V. esse vult *αὐλητικήν*. Pollux in orchestra *βῆμά τι εἴτε βωμὸν*, *suggestum aut aram.* Unde & Thymelici artifices ab aris, quod ibi aræ Apollini & Baccho exstructæ erant. Alii autem erant Thymelici, alii Scenici. Thymelici enim non erant infames, teste Ulpiano l. 4. *de his qui notantur infamia.* Omnes tamen erant infames qui quæstus causa in Scenam prodibant. l. 2. eod. titulo. Apulejus *Apolog.* thymelicum choragium, & scenicum vocat. In thymele chorus fuit, cæterique personam non habentes, ut fabulæ subservirent, histrionibusque in Scenam abditis populum gesticulatione retinerent. Suidas: *μετὰ τὴν*

ὀρχήστρων βωμός ἐστι τοῦ διονύσου, ὃς καλεῖται θυμέλη. μετὰ δὲ τὴν θυμέλην κονίστρα. Etymologicon: θυμέλη ἡ τοῦ θεάτρου μέχρι νῦν ἀπὸ τῆς τραπέζης ὠνομασμένη, παρὰ τὸ ἐπ' αὐτῇ τὰ θύη μερίζεσθαι, τουτέστι τὰ θυόμενα ἱερεῖα. τράπεζα δὲ ἦν ἐφ' ἧς ἑστῶτες ἐν τοῖς ἀγροῖς ᾖδον μήπω τάξιν λαβούσης τραγῳδίας. Id est, *Thymele mensa est in qua stantes in agris canebant, cum in ordinem quo nunc est, Tragœdia nondum digesta esset. Ab ea mensa thymele Theatri dicta est, quod in ea sacrificia dividerentur*. Martialis lib. I. *ad Domitianum*:

Qua thymelem spectas, derisoremque Latinum,
Illa fronte precor carmina nostra legas.

Logium, ait Hesychius, τῆς σκηνῆς τόπος, ἐφ' ᾧ ὑποκριταὶ λέγουσι, *locus in proscenio ubi dicunt histriones*. Vet. Glossæ pulpitum, θυμέλην, tabulatum planum, σανίδωμα ἐπίπεδον interpretatur. Thymelica Phornuto acroamata dicuntur, quæ Baccho adhiberi consueverant: διὰ τὴν πρὸς τὰς θαλίας αὐτοῦ οἰκειότητα. γυμνικοὺς ἀγῶνας παρασκευάζουσι ἠλεῖοι, θυμελικοὺς κορίνθιοι, σκηνικοὺς ἀθηναῖοι, id est, *quod conviviis & festivitatibus ea consentanea sint. Elei autem gymnicos agonas præparant, Corinthii thymelicos, Athenienses scenicos*. ὀκρίβας pro *logio* ponitur. Suidas: ὀκρίβας τὸ λογεῖον ἐφ' οὗ ἵσταντο οἱ τραγῳδοὶ, ἢ ὑποκριταὶ, καὶ ἐκ μετεώρου ἔλεγον. *Ocribas logeum est, in quo stant Tragœdi, aut histriones, & ex alto loquuntur*. Hesychius: ὀκρίβας λόγιον, ἐφ' οὗ οἱ τραγῳδοὶ ἠγωνίζοντο. τινὲς δὲ κιλλίβας τρισκελὲς, ἐφ' οὗ ἵσταντο οἱ ὑποκριταὶ, καὶ τὰ ἐκ μετεώρου λέγουσι. *Quibusdam*, inquit, *ocribas dicitur lignum tribus tibiis suffultum, in quo stant actores, & loquuntur ex alto*. Pollux lib. VII. cap. XXVIII. ocribanta & cillibanta vult esse lignum tribus tibiis, quo fulciuntur tabulæ cum pinguntur. ξύλον τρισκελὲς, ἐφ' οὗ αἱ πίνακες ἐρείδονται, ὅταν γράφονται. Ejus meminit Plato in *Symposio*, ubi Socrates ad Agathonem Poetam ait: *Videns tuam magnificentiam, cum in pulpitum ascendis, una cum actoribus, & intueris tantum Theatrum*. ἰδὼν τὴν σὴν μεγαλοφροσύνην, ἀναβαίνοντος ἐπὶ τὸν ὀκρίβαντα μετὰ τῶν ὑποκριτῶν, καὶ βλέψαντος ἐναντίον τοσούτου θεάτρου, μέλλοντος ἐπιδείξεσθαι σαυτοῦ λόγους. Martialis lib. I. epigr. LXXI. pulpitum vocat suggestum, unde Poetæ & Oratores recitarent:

Illic æra sonant; at circum pulpita nostra,
Et steriles cathedras basia sola crepant.

Juvenalis satyr. VI.

Longa per angustos figamus pulpita vicos.

Epictetus lib. III. cap. XXIII. pulvinum vocat. δεῖ τεθῆναι χίλια βάθρα, καὶ παρακληθῆναι τοὺς ἀκουσομένους, καὶ σε ἐν κομψῷ σολίῳ ἀναβάντα ἐπὶ πυλβίον διαγράφειν.

CAP. XXVII.

De Orchestra.

ORCHESTRA dicitur ἀπὸ τῆς ὀρχήσεως, *a saltatione*, quod in ea Thymelici Athenis saltarent. Isidorus lib. XVIII. cap. XLIV. Orchestra pulpitus erat Scenæ, ubi saltator agere posset, aut duo inter se disputare. Ibi enim Poetæ, Comœdi, & Tragœdi ad certamen conscendebant, iisque canentibus alii gestus edebant. Suidas: orchestra τόπος ἐκ σανίδων ἔχων τὸ ἔδαφος, ἀφ' οὗ θεατρίζουσιν οἱ μίμοι. Id est, *locus est ex tabulatis solum habens, unde Mimi agunt*. malim, ἐφ' οὗ, *in quo*. Ita πρεισκήνιον interpretatur vetus Scholiastes Aristophanis, ἐν ᾧ θεατρίζουσιν οἱ μίμοι. Victruvio locus est orchestra inter Scenam, & cuneos Senatoribus ad spectandum assignatus; sic ille lib. V. cap. VI. In orchestra autem Senatorum sunt sedibus loca designata, & ejus pulpiti altitudo ne sit plus pedum quinque, ut qui in orchestra sederint, spectare possint omnium agentium gestus. Ampliorem habent orchestram Græci, & Scenam recessiorem, minoreque latitudine pulpitum, quod logeum appellant. Ideoque apud eos tragici & comici actores in Scena peragunt, reliqui autem artifices suas per orchestram præstant actiones. Romæ tamen ipsi etiam planipedes in orchestram descendebant, si Festo fides. *Orchestra*, inquit, *locus in Scena, quo antea qui nunc planipedes, non admittebantur histriones, nisi tantum interim dum fabulæ explicarentur, quæ sine ipsis explicari non poterant*. In Græcia lineæ ducebantur in orchestra, ut chorus ordine staret. Hesychius: γραμμαὶ ἐν τῇ ὀρχήστρᾳ ἦσαν, ὡς τὸν χορὸν ἐν στοίχῳ ἵστασθαι. Orchestræ genus fuit, cum Oratores & Poetæ apud amicos recitarent scripta sua. Tum enim cathedræ in tabulatis, quæ pro orchestra erant, reponebantur. Juvenalis satyr. VII.

—— Quanti subsellia constent,
Et quæ conducto pendent anabathra tigillo,
Quæque reportandis posita est orchestra cathedris.

Ubi vetus Scholiastes orchestram spatium in Theatro dicit esse, quod pantomimo saltanti vacat. Ejusmodi autem & Poetæ legitur, in quo stans recitet; id est, ejusmodi spatium Poeta sibi legit, in quo stans recitet. Tarentinis orchestra Theatri Dionysiaci dromos dicta est, a cursu, & saltatione. Hesych. δρόμος ἡ ὀρχήστρα διονυσιακοῦ θεάτρου παρὰ ταραντίνοις. Græci tripodes Baccho sacros in orchestra posuere, ubi staret chorus. Aristides orat. de concord. ad Rhod. ἀποβλέψατε δὲ καὶ πρὸς τοὺς τρίποδας τοὺς διονύσου τουτουσί, πάντως δὲ χαίρετε αὐτοὺς προσορῶντες. ἆρ' ἂν ποτε ὑμῖν οὗτοι σταθῆναι δοκοῖεν ὑμῖν τῶν χορῶν ἐν αὐτοῖς μαχομένων; Id est, *aspicite hos tripodas Libero sacros, omnino gaudetis eos aspicientes. An vobis illi constitui posse videntur, si chori inter se pugnent?* Cavebant ne orchestris scobs, aut arena superjiceretur, quod ea superjecta vox devoraretur, & in rudi parietum circumjectu doliis etiam inanibus. Currit autem, auctore Plinio, vox concavo, vel recto parietum spatio. lib. XI. cap. LI. Admonui Romæ Senatores sedisse in orchestra. Cicero *de Provinc. Consul Piso nunc in orchestra helluatur, antea post siparium*. Ausonius *ludo Sapientum*:

—— Tu qui orchestræ proximus
Gradibus propinquus in quatuordecim sedes.

Suetonius in *Julio* cap. XXXIX. *Decimus Laberius sessum in quatuordecim scena per orchestram transiit*. Caligula etiam equites, & equitum uxores in orchestram induxit, quod deinde Claudius fecit, ut factum Caligulæ argueret. Dio lib. LXVIII. p. 495. de Claudio: εἰσήγαγε δὲ εἰς τὴν ὀρχήστραν ἄλλους τε ἱππέας, καὶ γυναῖκας τῶν ὁμοίων, οἵπερ που καὶ ἐπὶ τοῦ γαΐου τοῦτο ποιεῖν εἰώθησαν. Nero in orchestra poemata sua legere solitus erat. Xiphilinus in *Nerone*: ἐπὶ τὴν τοῦ θεάτρου ὀρχήστραν ἐν πανδήμῳ τινὶ θέᾳ κατέβη, καὶ ἀνέγνω τρωϊκά τινα ἑαυτοῦ ποιήματα. Hoc addo ex Suida de Scena quod exciderat, Scenam dici Suidæ medianam Theatri portam, parascenia ab utroque latere spatia, proscenium locum ante scenam expositum, velis & peripetasmatis ornatum; unde & res exterius ornatæ, interius fœdæ vocantur proscenia. Sic enim apud Athenæum Nannium meretrix appellata est: σκηνὴ ἐστὶν ἡ μέση θύρα τοῦ θεάτρου. παρασκήνια δὲ τὰ ἔνθεν καὶ ἔνθεν τῆς μέσης θύρας, ait Suidas. μετὰ τὴν σκηνὴν εὐθὺς καὶ τὰ παρασκήνια. *Post Scenam*, inquit, *statim erant parascenia*.

CAP. XXVIII.

De Aulæis.

AULÆUM proprie tragicum eſt, ſiparium ſcenicum ac comicum, ut Apulejus lib. I. *Metamorph.* acceptio tamen ſæpe confunditur. Aulæum eſt περιπέτασμα, quo regiæ ſternuntur, ἀπὸ τῆς αὐλῆς. Siparium quaſi ſeparium dicitur, velum quod in Theatro obducebatur, deducebaturque, pro commodo actuum, ne ſpectatoribus omnia paterent. Juvenalis ſatyr. VIII.

Conſumptis opibus vocem Damaſippe locaſti
Sipario, clamoſum ageres ut faſma Catulli.

Mimicum enim & comicum erat. Seneca lib. *de Tranquillit.* cap. XI. de Publii mimo. Inter multa alia cothurno, non tantum ſipario fortiora. Donatus ſiparium eſſe vult velum, ſub quo latent paradoxi cum exeunt. *Aulæa*, inquit, *in Scena intexta ſternuntur, quod pictus ornatus erat ex Attalica regia Romam uſque perlatus, pro quibus ætas poſterior ſiparia accepit.* Eſt autem mimicum velum quod populo obſiſtit dum fabularum actus commutantur. Feſtus; *Sipario Mimi in Scenis utuntur*, id eſt, aulæo. Donati verba ex manu ſcripto exemplari ita reſtituenda ſunt ut poſuia, quia in vulgatis ſunt corrupta. In veteri Gloſſario, oppanſum velum eſt in Scena, quia undique panditur. Singula e Scenæ umbraculis in proſcenium ordine prodibant, ut ſpectarentur, nec fuit integrum in Scenam irrumpere trans aulæa, ut retegerentur qui laterent. Synefius II. *de Pronœa*: θεατὴς ἐκεῖνος ὅςις ἐν τῇ χώρᾳ περιμένει τὰ δεικνύμενα, θεᾶται καθ' ἕκασον ἐν τάξει προκύπτοντα τοῦ παραπετάσματος. εἰ δέ τις τὴν σκηνὴν εἰσβιάζοιτο, καὶ τὸ λεγόμενον, εἰς τοῦτο κυνοφθαλμίζοιτο διὰ τοῦ προσκηνίου τὴν παρασκευὴν ἀθρόαν ἅπασαν ἀξιῶν ἐποπτεῦσαι, ἐπὶ τοῦτον οἱ ἑλλανοδίκαι τοὺς μαςιγοφόρους ὁπλίζουσι. *Spectator*, inquit ille, *qui ſuo loco expectat ea quæ oſtenduntur, ſingulatim ordine prodeuntia ex umbraculis, modeſtus eſt. Quod ſi per vim irrumpat in Scenam, & quod dicitur, in id quod latet oculos emiſſititios inferat, poſtulans confertim apparatum omnem per proſcenium intueri, in hunc Hellanodicæ maſtigophoros armant.* Forte legendum, καθ' ἕκασον ὁρᾷ, id eſt, *ſpectator qui ſuo loco manet, ſingillatim ea cernit.* Putem tamen, quod hodieque fit, omnes actores antequam ſinguli agerent, confertim, & in turba in proſcenium prodiiſſe, ut ſui expectationem commoverent. Quod voluiſſe videtur Clemens Alexand. lib. VI. *Stromat.* καὶ ὅπερ ἐπὶ τῶν θεάτρων γίνεται, καὶ ἐπὶ τῶν ἑκάςου μερῶν, κατὰ τὴν ἐνόρασιν, καὶ περιόρασιν, καὶ συνόρασιν, τοῦτο ἐπὶ τοῦ θεοῦ γίνεται. ἀθρόως γὰρ πάντα, καὶ ἕκαςα ἐν μέρει μιᾷ προσβλέπει. Id eſt, *& quod in Theatris fieri ſolet, & in ſingulis cujuſque partibus intuendo, contuendo, circumſpiciendo, ut omnia in oculos incurrant, idem & in Deo fit. Confertim enim omnia, & ſingula uno obtutu cernit.* Quæ verba poſſunt de Theatri ſtructura accipi. Sipario igitur Mimi in ſcenis utuntur, id eſt, aulæo, ut interpretatur Feſtus, quod ideo tragicum & comicum eſſe dicitur. Juvenalis ſatyr. VI.

—— Quoties aulæa recondita ceſſant,
Et vacuo, clauſoque ſonant fora ſola Theatro.

Idem ſatyr. XIV.

—— Omnia Floræ
Et Cereris licet, & Cybeles aulæa relinquas.

Horatius lib. II. epiſt. I.

Quattuor aut plures aulæa premuntur in horas,
Dum fugiunt equitum turmæ, peditumque catervæ.

A Lib. *de Arte*,

Si plauſoris eges aulæa manentis, & uſque
Seſſuri, donec cantor vos plaudite dicat.

Cæterum aulæa ducebantur, reducebantur, deponebantur, ut Scenæ interioris picturæ apparerent. Ammianus Marcell. *Aulæo*, inquit, *depoſito Scenæ.* Ovidius lib. III. *Metamorph.*

Sic ubi tolluntur feſtis aulæa Theatris,
Surgere ſigna ſolent, primoſque oſtendere vultus,
Cætera paulatim, placidoque educta tenore
Tota patent, imoſque pedes in margine ponunt.

B Erant enim picturæ & imagunculæ in Scena frequentes ad ornatum, & aulæa ipſa acu picta. Virgilius:

Purpurea intexti tollant aulæa Britanni.

Imaguncularum meminit Martianus Capella lib. IX. *de Nuptiis*: *Læva*, inquit, *harmoniæ virgines quamplures, auro aſſimilatæ, parvæque effigies theatralium voluptatum religatæ pendebant.*

CAP. XXIX.

De Foris & Spectaculis.

LOCA in quibus ſedent ſpectatores in cavea Theatri dicuntur θᾶκοι, fori, ſpectacula, ſe-
C des, tabulata, ſubſellia, ἴκρια, θεωρεῖα, cunei, κερκίδες veteres Gloſſ. Calpurnius Bucol. VII.

Vidimus in cælum trabibus ſpectacula textis
Surgere, Tarpejum prope deſpectantia culmen,
Immenſoſque gradus, & clivos lene jacentes,
Venimus ad ſedes ubi pulla ſordida veſte
Inter fæmineas ſpectabat turba cathedras.
Nam quæcunque patent ſub aperto libera cælo,
Aut eques, aut nivei loca denſavere Tribuni.

D Ariſtophanis Scholiaſtes in *Nebulis*: θᾶκος καλεῖται ὁ τόπος ἀττικῶς, ἔνθα πολλοὶ συνέρχονται σκεψόμενοι. Id eſt, *θᾶκος locus dicitur in quem multi conveniunt ſpectaturi.* Ponitur pro Theatro, quemadmodum & ἔλαιον pro loco ubi vænale oleum. In ſumma cavea mulieres, & capite cenſi. Dio Chryſoſt. orat. XXXII. δήμου γάρ ἐςιν ἄκρον τὸ θέατρον. Olim promiſcue ſpectabant plebeii cum Senatoribus, viri cum mulieribus, ut eſt apud Valerium Maxim. lib. IV. cap. V. & quidem ſtantes. Auguſtinus lib. I. *de Civit.* cap. XXXI. Senatus etiam ſubſellia, quibus ad horam congeſtis in ludorum ſpectacula jam olim uti civitas cœperat, deinceps prohibe-
E ret apponi. Oroſius lib. IV. c. XX. Senatus auctore Naſica ſubſellia ludis poni vetuit. Cum vulgo per cuneos in ſedilia ſe cogerent, arbitror funem album duci ſolitum, ut in Circo, quæ λευκαία ἐν θεάτροις, tranſenna, βρόχος ἐν ἀφετηρίοις τεταμένος, *funis in carceribus extentus.* Ovidius lib. III. *Amor.* eleg. II.

Quid fruſtra refugis? cogit nos linea jungi.

Athenis mulieres & hoſpites ſpectabant ex loco qui dicitur κερκίδες, id eſt, *radii*, ſeu *arbores ſtipi-*
F *te oblongo inſtar radii.* Etymologicon κερκίδα εἶδος φυτοῦ eſſe vult, id eſt, *ſpeciem plantæ.* Heſychius κερκίδα τὴν τῆς πίτυος κορυφὴν, ἢ αἰγείρου, id eſt, *cacumen pinus, aut populi*, ſeu *alni.* Polluci lib. IV. cap. XIX. κερκὶς ἡ παρ' αἰγείρου θέα, id eſt, *cercis eſt ſpectaculum ad alnum ubi hoſpites ſedebant.* Sphyromachus enim legem tulerat, ut mulieres, & hoſpites ad cercidas ſederent. Quo reſpexit Alexis in *Gynæcocratia* his verbis, δεῖ ἐνταῦθα περὶ τὴν κερκίδα ὑμᾶς καθιζούσας θεωρεῖν ὡς ξένας. Id eſt, *oportet hic vos circa alnum ſedentes ſpectare ut hoſpites ac peregrinas.* legendus Ariſtoph. Scholia-

ſtes in *Concionant*. Alnus autem erat ſupra Theatrum in ſumma cavea, unde qui excuneati erant ſpectabant. Spectaculumque ab alno remotiſſimum erat a Scena. Suidas, *ἀπ' αἰγείρου. θέα, ἡ ἀπὸ τῶν ἐσχάτων. αἴγειρος γὰρ ἐπάνω ἦν τοῦ θεάτρου, ἀφ' ἧς οἱ μὴ ἔχοντες τόπον ἐθεώρουν*. Erat & Athenis alnus prope delubrum, ubi foros & tabulata ludis figebant, priuſquam Theatra eſsent, ait Heſychius. *αἴγειρος ἦν ἀθήνησι πλησίον τοῦ ἱεροῦ, ἔνθα πρὶν γενέσθαι θέατρον τὰ ἴκρια ἐπήγνυον. ἴκρια τὰ ἐπὶ τοῖς ξύλοις κατασκευαζόμενα θεωρεῖα, καὶ τὰ ξύλινα οὕτως ἐλέγοντο ἀθήνησι ἐφ' ὧν ἐθεώρουν πρὸ τοῦ τὸ ἐν διονύσου θέατρον γενέσθαι*. Ariſtophanis Scholiaſtes in *Nub.* *θᾶκος καλεῖται ὁ τόπος ἔνθα πολλοὶ συνέρχονται σκεψόμενοι*. Athenis nemo gratis ſpectabat niſi teſseram ab artificibus accepiſset. Theophraſtus in *Charact.* *καὶ μάχεσθαι τοῖς τὸ σύμβολον φέρουσι, καὶ προῖκα θεωρεῖν ἀξιοῦσι*. Item, *καὶ ξένοις δὲ αὐτοῦ θέαν ἀγοράσας μὴ δοὺς τὸ μέρος θεωρεῖν*. Plutarchus in *Gracchis* dixit *θεωρητήρια ἐκμισθοῦν, θέαν καπηλεύειν*. Theophraſtus: *καὶ ἐπὶ θέαν ἡνίκα ἂν δέῃ πορεύεσθαι οὐκ ἐῶν τοὺς υἱεῖς, ἡνίκα καὶ προῖκα ἀφιᾶσιν οἱ θεατρῶναι*. Lucar Athenis pendi ſolitum ab iis qui locum in Theatro habere vellent. Pericles primus fecit *τοὺς τόπους ὠνητοὺς*, *loca vænalia*. Propterea viritim accipiebant de ærario certam pecuniam, ut pauperes ſpectarent. Lucar illud pendebatur *θεατρώνῃ*, qui Ariſtophani dicitur *θεατροπώλης*. *θεατρῶναι*. *redemptores qui exſtruenda ſubitaria Theatra conducebant*, *θεατροπῶλαι οἱ θέαν ἀπομισθοῦντες*, ait Pollux. Duobus obolis ſpectabant, ut Demoſthenes *pro Corona*. Eum qui exigebat Lucar, Demoſthenes *pro Corona* vocat architectum. Scholiaſtes Ariſtoph. in *Veſp.* *ἰκρίοις θεωροῦντες τοὺς δύο ὀβόλους παρεῖχον*. Heſychius ſub Diophanta Lucar drachmam fuiſse ait in voce *δραχμὴ χαλαζῶσα*. Romæ merces vulgaris actoris denarii quinque. Seneca epiſt. LXXXI. *Ille qui in Scena elatus incedit, ſervus eſt, v. modios accipit, & v. denarios*. Septem denarios attribuit Icaro Menippus Luciani, *ἑπτὰ δραχμῶν εἰς τὸν ἀγῶνα μεμισθωμένον*. Tiberius ludorum ac munerum impenſas corripuit mercedibus Scenicorum reſciſſis. Marcus Antonius temperavit Scenicas donationes, jubens ut quinos aureos Scenici acciperent. Sed unde Æſopo, & Roſcio ex hiſtrionia divitiæ? Lucar erat vel ab editoribus, vel a fiſco. Gloſsæ, Lucar, *μισθὸς ἀπὸ φίσκου*.

CAP. XXX.

De jure ſedendi ac præſidendi.

REPUBLICA Romæ conſtituta, ne turbæ eſsent in Theatro, ſuus cuique locus attributus eſt, orcheſtra Senatoribus, quatuordecim ordines equitibus, media cavea viris, ſumma fæminis, viatoribus quoque tribunitiis ſuus locus, auctore Tacito lib. XVI. *Liberto*, inquit, *accuſatori præmium operæ locus in Theatro inter viatores tribunitios datur*. Diſſignator viros illuſtres ſeſsum ducebat, priuſquam hiſtriones in Scena ſtarent. Plautus in *Pœnolo*:

Ne deſignator præter os obambulet,
Ne ſeſſum ducat, dum hiſtrio in Scena ſtet.

Athenis quidem erant *νεμέσεις, καὶ προεδρίαι*, id eſt, *privilegia, & præſidendi jura*. Heſychius, *νεμέσεις τὰς ἐν τῷ θεάτρῳ καθέδρας, ψηφίσματι νενεμισμένας προεδρίας ἱερεῦσι*, &c. Id eſt, *nemeſes vocant ſeſſiones in Theatro, juſque præſidendi plebiſcito Sacerdotibus datum, & iis qui de Rep. bene meriti eſſent*. Ariſtophanes in *Equitibus*:

Νῦν δ' ἐὰν μὴ προεδρίαν φέρωσι,
Καὶ τὰ σιτία, οὐ μάχεσθαι φασι.

Id eſt, *nunc autem niſi jus præſidendi ferant, & cibum, dicunt ſe non pugnaturos*. Licuit autem iis qui hunc honorem adepti eſsent, in Senatu, concionibus, Theatro, & alio quolibet conventu eos qui anticipaſsent excitare, & eorum loco ſedere. Martialis lib. VI.

In Pompejano dormis, Levine, Theatro,
Et quereris ſi te ſuſcitat Oceanus.

Scholiaſtes Ariſtoph. in *Equitibus*: *τιμῆς καὶ οὗτος τρόπος. ἐξῆν γὰρ τοῖς τιμῆς ταύτης τυχοῦσι καὶ ἐν βουλευτηρίῳ, καὶ ἐν ἐκκλησίαις, καὶ ἐν θεάτρῳ, καὶ ἐν ἄλλῳ παντὶ συλλόγῳ τοὺς προλαμβάνοντας, οἵ τινες ἦσαν, ἐξεγείραντας αὐτοὺς εἰς τὸν ἐκείνων τόπον καθίσαι*. Suidas paulo aliter hæc verba habet: *τοὺς προλαμβάνοντας μεταθέσθαι, καὶ ἐξεγείροντας αὐτοὺς εἰς τὸν ἐκείνων καθέζεσθαι τόπον*, id eſt, *eos qui ante occupaſſent alio traducere licuit, & excitare eos, ac eorum loco ſedere*. Ariſtides in *Miltiade*: *μιλτιάδῃ δέ που χώραν τάξομεν, ἢ τάξιν τινὰ δώσομεν, ἢ δῆλον ὅτι τὴν πρὸ τοῦ θεάτρου, καὶ οὐ πᾶσιν ἐν καλῷ τῆς θέας ἔσται. πλήν γε ὅσον οὐκ ἀριστεροτάκτης ἀνὴρ μᾶλλον, ἢ τοῦ δεξιοῦ τοῖς ἕλλησι κέρως*. Theophraſtus *de Areſcia*, *καθῆσθαι πλησίον τῶν στρατηγῶν*. Jus *προεδρίας* Athenis hæreditarium fuit, tranſibatque ad maximum natu. Plutarchus in *Demoſthene* pſephiſma Democharis laudat, quo actum eſt, ut id jus Demoſtheni daretur. Fuit & Athenis ſuus cuique locus attributus, buleuticus Senatoribus, ephebicus ephebis. Ariſtophanes in *Avibus*:

Ὅρα ἄνδρα τῆς γυναικὸς ἐν βουλευτικῷ.

Id eſt, *vide virum mulieris in buleutico*; ubi Scholiaſtes, *οὗτος τόπος τοῦ θεάτρου ὁ ἀνειμένος τοῖς βουλευταῖς, ὡς καὶ τοῖς ἐφήβοις ἐφηβικός*. Id eſt, *hic locus in Theatro Senatoribus conceſſus, ut ephebis ephebicus*. Pollux lib. I. cap. XIX. id ipſum notat. Mulierum & virorum ſedes diviſæ erant, cujus rei auctor Sphyromachus. Impudicæ ſeorſum ſpectabant a pudicis, ut ſcribit vetus Scholiaſtes Ariſtoph. Prima ſeſſio dicitur primum lignum, ubi Judices ſedebant. Epicrates Comœdodidaſcalus eum qui primus ſedet inter Judices vocat *πρωτόβαθρον*. Pollux, *πρῶτον δὲ ξύλον ἡ προεδρία, μάλιστα μὲν δικαστῶν, ἐφ' ᾧ καὶ τὸν πρῶτον καθίζοντα πρωτόβαθρον Ἐπικράτης λέγει*. Quia ſcilicet prima illa ſeſſio *πρῶτον βάθρον* in concione, & foro dicta eſt. Heſychius *ξύλον πρῶτον. πρῶτον βάθρον ἡ προεδρία ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, καὶ τῷ δικαστηρίῳ*. Haud ſcio an proedriam quinque Judices, qui jus Comicis reddebant, habuerint. Heſychius *πέντε κριταί. τοσοῦτοι τοῖς κωμικοῖς ἔκρινον οὐ μόνον ἀθήνησι, ἀλλὰ καὶ ἐν σικελίᾳ. ἐν πέντε κριτῶν, τουτέστι ἐν ἀλλοτρίᾳ ἐξουσίᾳ*. Romæ Imperatoris *προεδρίαν* deſcribit Suet. in *Nerone* c. XII. *Icarius primo ſtatim conatu juxta cubiculum ejus decidit, ipſumque cruore reſperſit. Nam perraro præſidere, cæterum accubans primum parvis foraminibus, deinde toto podio adaperto ſpectare conſueverat*. Cubiculum illud fuit *οὐρανίσκος*, unde ſpectabant viri principes. Tacitus lib. IV. *Decretum & quoties Auguſta Theatrum introiſſet, ut ſedes inter Veſtalium conſideret*. Auguſtus, Auguſta, Editor, Veſtales in podio ſedebant. Senatus in orcheſtra, ſeu in duobus primis ſubſelliis, equites in XIV. ordinibus, populus in popularibus. Spectabant olim Romæ in foro e mænianis. Mænius enim, auctore Iſidoro, collega Craſſi in foro projecit materias, ut eſſent loca in quibus ſpectantes inſiſterent, quæ ex eo nomine *mæniana* appellata. In Græcia divites pene omnes in Theatro cum ſederent ſibi pulvillos ſubſternebant. Theophraſtus in *Charact. de adulat.* *κόλαξ τοῦ παιδὸς τῷ θεάτρῳ ἀφελόμενος τὰ προσκεφάλαια, αὐτὸς ὑποστρῶσαι*. Dio ſcribit, Caligulam pulvillos Senatoribus indulſiſſe;

qua de re & nos libello *de Circo* egimus. Honori fuit apud Græcos in Theatro prædicari, dedecori in foro, in quo qui prædicantur, dicuntur ἀποκηρύττεσθαι, qui in Theatro, κηρύττεσθαι. Dio Chrysost. *de gloria*: τὲς μὲν ἐπὶ τ̃ ἀγορᾶς κηρυττομένες ἀθλίες ἅπαντας νομίζεσι, τὲς δὲ ἐν θεάτρῳ μακαρίες. καὶ τέτες μὲν κηρύττεσθαι φασὶ, ἐκείνες δὲ ἀποκηρύττεσθαι. Romæ mortuis sella in Theatrum inferebatur. Dio in *Augusto*, μαρκέλλῳ δίφρον ἀρχικὸν εἰς τὸ θέατρον ἐν τῇ ῥωμαίων πανηγύρει εἰσφέρεσθαι. Id est, *Senatus censuit ut Marcello celebritate ludorum sella curulis in Theatrum inferretur*. Julius Cæsar sibi suggestum in orchestra posuit, apud Suetonium in *Julio* cap. LXXVI. Sejano & Tiberio sellas inauratas (non ut vir doctus, aureas) in Theatra inferebant. Dio, δίφρεςτε ἐπιχρύσες εἰς τὰ θέατρα ἀμφοῖν εἰσέφερον. Item lib. XLIV. Cæsari mortuo ἐψηφίσαντο τόντε δίφρον αὐτῦ τ̃ ἐπίχρυσον εἰς τὰ θέατρα, ἢ τὸν στέφανον τὸν διάλιθον, καὶ διάχρυσον εἰσάγεσθαι. Xiphilinus in *Pertinace*, καὶ χρυσῆν εἰκόνα αὐτῦ ἐφ' ἅρματος ἐλεφάντων εἰς τὸν ἱππόδρομον εἰσάγεσθαι, καὶ εἰς τὰ λοιπὰ ἐκέλευσε θέατρα. Id est, *decreverunt ut Julii Cæsaris sella inaurata in Theatra, & corona lapillis distincta & inaurata inferretur. Item, & auream imaginem Pertinacis in curru elephantino in Circum invehi, & in reliqua Theatra jussit*.

CAP. XXXI.

De Concionibus in Theatro.

THEATRUM in Græcia non modo ludis usui fuit, sed & concionibus & suppliciis, atque adeo factionibus, quod nullus esset locus frequentioris populi. Quare Theatra Valerius Maximus vocat *urbana castra*. Ausonius *ludo Sapientum*:

—— Et Atticis quoque,
Quibus Theatrum curiæ præbet vicem,
Una est Athenis atque in omni Græcia
Ad consulendum publici sedes loci.

Apulejus *Florid.* I. *Bono enim studio in Theatrum convenistis, ut qui sciatis non locum auctoritatem derogare orationi, sed cum primis hoc spectandum esse, quid in Theatro deprehendas. Nam si minus est, riseris, si funerepus, timueris, si Comœdia est, faveris, si Philosophus, didiceris*. Cicero. *pro Flacc. Cum in Theatro Græci consederant, tum bella civilia suscipiebant*. Tacitus lib. XVIII. *Antiochenses in Theatro de rebus maximis consultare solent*. Livius lib. XXIV. *omnes Græcorum conciones in Theatro*. Juvenalis satyr. X.

—— & pleni moderantem frena Theatri.

Dio de legatione Tarentini legatos in Theatro audiunt. Actus Apostol. cap. XIX. τινὲς δὲ καὶ τ̃ ἀσιαρχῶν παρεκάλεν μὴ δῦναι ἑαυτὸν εἰς θέατρον. *Quidam ex Asiarchis consulebant Paulo ne se daret in Theatrum*. Philostratus in *Phylargo*; Athenis in Theatro dicebant αὐτοσχεδιάζοντες concione convocata. Varro apud Nonium: *Vos ex Theatro qui voluptatem auribus huc occupatum concurristis domo, adeste, & a me quæ feram cognoscite, domum ut feratis e Theatro literas*. Dio Chrysost. orat. XXXII. δήμε ἀκοὴν τὸ θέατρον. Denique passim apud optimæ notæ auctores ejus rei luculenta testimonia prostant. Supplicia in Theatro habita indicat Philo in Flaccum p. 671. ἐν μέσῳ θεάτρῳ πληγαῖς αἰκίσαι, ἢ πυρὶ, καὶ σιδήρῳ βασανίσαι. *In medio*, inquit, *Theatro plagis deturpare, & igne, ferroque torquere*, Hoc addo, quo die spectacula in Theatro Pompeii eduntur, Senatum in Curia Pompeii habitum. Appianus: θέαι δὲ ἦσαν ἐν τῷ πομπηΐε θεάτρῳ, καὶ βουλευτήριον ἔμελλε τ̃ τινὸς περὶ αὐτὸ οἰκῶν ἔσεσθαι,

A εἰωθὸς ἐπὶ ταῖς θέαις ὧδε γίνεσθαι. Suetonius in *Julio* cap. LXXX. *Postquam Senatus Idibus Martiis in Pompeii Curiam indictus est, facile locum & tempus prætulerunt*. Is dies propter Annæ Perannæ festum solitus.

CAP. XXXII.

De Factionibus Theatri.

DE factionibus quæ in Amphitheatro, copiose & docte Justus Lipsius, de iis quæ in Circo, & nos plene diximus libello *de Circo*. De fa- B ctionibus quæ in Theatro, ne sæpius eandem incudem versem, hoc tantum dico, fuisse & in Theatro factiones, partiumque duces qui cœtus histrionali studio miscerent. Tacitus lib. I. *Percennius quidam dux olim theatralium operarum, miscere cœtus histrionali studio doctus*. Suetonius in *Nerone* cap. XXVI. legendus, & Tacitus lib. XIII. Nero fautores histrionum velut in prælium convertit impunitate & præmiis. Josephus lib. XIX. cap. I. χαρᾷ φέροντος τῦ γαΐε τ̃ ἐπὶ θεωρίαις τῆς πολλῶν σπεδῆς. παρὸ καὶ διακέκειτο ἕδρα ἔτε τῇ συγκλήτῳ χώρων, ἔτε τοῖς ἱππεῦσι, φύρδην ἕζοντο καὶ τοῖς ἀνδράσιν ὁμῦ αἱ γυναῖκες, καὶ τῷ δέλῳ ἀναμεμιγμένον ἦν τὸ ἐλεύθε- C ρον. *Studium*, inquit, *plebeculæ in spectacula voluptati erat Cajo: quare neque Senatui, neque equitibus sedes divisæ erant: omnes vero promiscue sedebant viri cum fœminis, servi cum liberis*.

CAP. XXXIII.

De Missilibus Theatri.

DE largitione quæ in publico fiebat ab Imperatoribus, & alii dixerunt, & nos nonnihil libello *de Circo* attigimus. Missilia enim e loco edito dabantur, tesseræ spargebantur in popu- D lum, pecuniæ, aves, cariotides, & cætera id genus, de quibus Statius lib. I. *Sylvar.* syl. ultim. Martialis lib. XI. epig. XXXII. lib. VIII. epig. LVII. & LXXVII Xiphilinus in *Caligul.* Suetonius in *Nerone* cap. XI. XLI. XLIII. LXXVIII. in *Caligula* c. XVII. XVIII. XXXVI. Persius satyr. VI.

—— Oleum, artocreasque popello
Largitur. ——

Suetonius in *Domit.* cap. IV. Septimontiali sacrorum die Senatui equitique panaria. E Theatri superiori parte missilia jactata. Dio de Tito, σφαιρία ξύλινα μικρὰ ἄνωθεν ἐς τὸ θέατρον ἐῤῥίπτει. Item e basilica sive regia quæ foro imminebat Jose- E phus lib. XIX. cap. I. καὶ ὑπὲρ τ̃ βασιλικῆς ἱστάμενον, καὶ δήμῳ χρυσίε καὶ ἀργυρίε χρήματα διαῤῥίπτοντα ὥσαι κατὰ κεφαλῆς παρελθῦ. ὑψηλὸν ἦ ἐστὶ τὸ στέγος εἰς τ̃ ἀγορὰν φέρον. Corippus lib. IV. *Justini*:

—— Medioque fori quo divite dextra
Egrediens Princeps sacra trabeatus ab aula
Divitias vulgo solemni munere donans,
More nivis sparsurus erat, nova fabrica surgit,
Turbatur tota lignorum venditor urbe.

Quod jam olim factitatum esse apparet ex Livio, qui scribit, Attilium Glabrionem, qui Antiochum vicerat, multa congiaria dedisse, quibus gratiam F populi emeritus sit. In spargendis missilibus verbera frequentia, & cædes erant. Ideoque prudentissimus quisque, ait Seneca, cum induci videt munera, fugit a Theatro, & scit magno parva constare. Nemo ferit exeuntem. Novel. Justiniani CV. In sparsionibus istis plebeii factiosi πληγὰς διὰ ῥοπάλων, καὶ ξύλων, καὶ λίθων εἰσέφερον. Dicebantur operæ theatrales. Tacitus l. I. *Annalium*: Percennius quidam dux olim theatralium operarum, miscere cœtus histrionali studio doctus. Aliæ fuerunt operæ scenicæ, de quibus vet. inscriptio:

MAR. SEPTIMIO MAR. FILIO HORATIO SEPTIMIANO EQVO PVBLICO IIII. VIR. I. DEC. PRÆFEC. FABR. ROMÆ DECVR. IIII. SCAMIL. LAR. OPERÆ VETERES A SCENA PATRONO OB MERITA EIVS L. D. D. D.

Operas a Scena Scenicos vocat. Sagarorum munus aliquod fuit in Theatro, ut indicat vetus inſcriptio:

IMP. CÆSARI D. NERVÆ F. NERVÆ TRAIANO AVG. GERMANICO DACICO PONT. MAX. TRIBVNIT. POTEST. OCTAV. IMPER. IIII. COS. P. P. OPTVMO PRINCIPI SAGARI THEATRI MARCELLI CVLTORES DOMVS AVGVSTÆ.

Item:

C. TERENTIO C. L. PAMPHILO SAGARIO POST ÆDEM CASTORIS.

Martialis lib. VIII. epig. LVIII.

Cum tibi tam craſſæ ſint, Artemidore, lacernæ,
Poſſum te ſagarum jure vocare meum.

Sagaria negotiatio l. 52. *§ quidam.* D. *pro ſocio*: non de Theatri miniſteriis accipienda eſt, ſed de ſagorum negotiatione.

CAP. XXXIV.

Qui præter Scenicos, & Hiſtriones in Scena, aut orcheſtra agerent?

SCENAM proprie hiſtrionibus & ludis, orcheſtram choro, & thymelicis addictam fuiſſe vulgo notum eſt. Paulo ignotius, quinam alii vel in Scenam aſcenderint, vel in orcheſtram deſcenderint, ut voluptati populo eſſent per interludia, ſi fabula daretur; vel in ipſo fabulæ decurſu, ſi eorum opera uſui eſſet actoribus. Ingens utique hujuſmodi hominum ſylva fuit, quorum alii miracula patrarent, Græci vocant θαυματοποιὺς, Latini præſtigiatores, acetabularios, alii per catadromum decurrerent, cernuarent, petauriſtæ eſſent, petaminarii, grallatores, phonaſci, pantomimi, crotochoraulæ, citharœdi, ſatyri, Lentuli, tibicines, paraſiti, Atellani, dictioſi, ridiculi, rapſodi, urbicarii, pſaltriæ, ſabulones, planipedes, mimi, maſtigophori, apinarii, moriones, miriones, ſanniones, choreutæ, Jambi, ſalii, Muſici, Poetæ, curiones, præcones, agonarchæ, de quibus ſingulatim agendum, ut res appareat.

CAP. XXXV.

De voce miraculi, *& miraculorum patratoribus.*

MIRACULA Romæ olim in rebus turpibus fuere. Miraculæ meretrices Plauto in *Nervolaria* dicuntur, diobolares, ſchœnicolæ, miraculæ. Varro Marcipore, eodem conjicit miracula neſcio quæ, Arnobius lib. v. ſtatuit exhilarare miraculis. Græci θαύματα vocant, quaſi θεάματα, a voce θεάομαι, *ſpectacula ſtupenda*. Ariſtoteles l. II. *de generat.* τὰ αὐτόματα τῶν θαυμάτων, id eſt, αὐτόματα θαύματα, & *ſpontanea miracula*: unde & θαύμακτρον merces quæ datur quaſi Lucar præſtigiatori. Sophron, φέρε τὸ θαύμακτρον: & thaumatopœi, ſeu mirifici dicti homines projectæ audaciæ, qui ſummo vitæ periculo ſtupenda in vulgus patrarent, per rotas & ignes ſe trajicerent, tenuiſſimis & adverſis funibus currerent, ingentia onera ſupra hominis vires portarent, in immenſam

A altitudinem mergerentur, & ſine ulla reſpirandi vice maria perpeterentur, ut ſcribit Seneca lib. II. *de Ira*. Dio Chryſoſt. in *Diogene*, Corinthi Iſthmiis πολλῶν θαυματοποιῶν θαύματα ἐπιδεικνυμένων, πολλῶν δὲ τερατοσκόπων τέρατα κρινόντων, *cum multi miraculorum editores miracula patrarent, multi miraculorum ſpectatores de miraculis judicarent, multi prodigiorum interpretes portenta interpretarentur*. Erant qui e loco ſuperiori machina lignea deſcenderent, unde flammam ſpargerent in Scenam, quæ varios orbes efficeret, ac tabulata comprehenderet: Alii rotabantur in chori ſpeciem flammas ore, vel manu jactantes, ſibi & aliis in-

B noxii. Claudianus Panegyric. VIII.

Mobile ponderibus deſcendat pegma reductis,
Inque chori ſpeciem ſpargentes ardua flammas
Scena rotet, varioſque effingat Mulciber orbes
Per tabulas impune vagus. ——

Erant qui contum in fronte, quaſi arborem radicibus humi defixam, immotam gererent, aut puerulos in ſumma pertica luctantes inter ſe exhiberent. Chryſoſtom. *de jurejuran.* τί ἄν τις εἴποι περὶ ἐκείνων τῶν ἀνδρῶν, οἳ κόντον μετώπῳ βαστάζοντες, καθάπερ δένδρον ἐρριζωμένον ἐπὶ τῆς γῆς, οὕτως ἀκίνητον διατηροῦσιν, παιδία μικρὰ ἐπ' ἄκρου τοῦ ξύλου παλαίειν ἀλλήλοις παρασκευάζουσι, τὸ μέτωπον μόνον δεσμοῦ

C πάντος ἀσφαλέστερον. *Frons*, inquit, *ſola quolibet vinculo tutior eſt*. Athenæus l. I. pag. 10. meminit Cratiſthenis cujuſdam Phliaſii mira patrantis, qui ignem ſponte ſua exoriri, ac exiſtere faciebat, & multa alia oculis omnium ſubjiciebat, quibus homines obſtupeſcerent, & quodam modo externarentur. ὃς πῦρ τ' αὐτόματον ἐποίει ἀναφύεσθαι, καὶ ἄλλα πολλὰ φάσματα ἐτεχνᾶτο, ἀφ' ὧν ἐξίστα τῶν ἀνθρώπων τὴν διάνοιαν. Legendus Ælianus lib. IX. c. LXII. *Variæ Hiſt.* & Athenæus lib. I. qui & Nymphodori cujuſdam thaumatopœi meminit. Nicephorus Gregoras lib. VIII. τερατοποιὺς vocat. Alius,

D inquit, equo inſidens ad curſum illum incitabat, eoque currente nunc erectus in ſella ſtabat, nunc in equi juba, in fronte, clunibus, pedibus ſemper apte, & concinne commutatis. εὐφυῶς ἀεὶ παραλλάττων τοὺς πόδας, καὶ ὥσπερ ἱπτάμενος δίκην πτηνοῦ. Erant qui per flammas illæſi ſe trajicerent, Delphinum imitarentur natando in arido, & ſine alis in aere volarent. Manilius lib. v.

Membraque per flammas, orbeſque emiſſa flagrantes,
Delphinumque ſuo per inane imitantia motu,
Et viduata volant pennis, & in aere ludunt.

Æſchylus in ipſo ingreſſu fabularum ſuarum ejuſ-

E modi miracula patrabat, ut ſcribit Suidas; σεμνότητος ἕνεκα ἐπὶ πολὺ ἐσιώπα ὁ Αἰσχύλος ἐν τοῖς θεάτροις εἰσιών, καὶ ἐν τῶν ἀρχαῖς τῶν δραμάτων ἐτερατεύετο. Fuere qui pede tela vibrarent, ſcriberent, cibos caperent, nares emungerent, manus abſtergerent, pilam pede quaſi manu exciperent, quod hodieque a pleriſque fieri ſcimus. Manilius lib. v. ut legit doctiſſimus Scaliger:

Ille pilam celeri fugientem reddere planta,
Et pedibus prenſare manus, & ludere ſaltu,
Mobilibuſque citos ictus glomerare lacertis.
Ille potens turbam perfundere membra pilarum,
Per totumque vagas corpus diſponere palmas,

F *Ut teneat tantos orbes, ſibique ipſe reludat,*
Et velut edoctos jubeat volitare per ipſum.

Apud Homerum pila ludunt ſaltantes & pedibus pilam reddunt. Ille potens fundere per membra turbam pilarum, correptas utraque manu pilas, quot poterat, a tergo altera manu capiebat, quas ab ante altera projecerat, contra ab ante accipiebat quas a tergo projecerat, & ita per totum corpus pilis ludebat, quaſi duo eſſent qui datatim pila luderent, ait Scaliger. Ariſtides in *Minerva* ſcribit, in

aula thaumatopœon Deos induci solitos qui armis decernant, Jovem & Minervam iisdem uti. *οἷα δὴ ἐν αὐλῇ θαυματοποιῶν ἅμα αὐτοῖς ὅπλοις ὅτε Ζεὺς, καὶ ἡ θεὸς χρῆται.* Id est, Jovem & Minervam eadem Ægide uti. Theophrastus *θαύματα* vocat ludicrarum artium artifices miraculorum; *καὶ ἐν θαύμασι χαλκοῦς ἐκλέγειν.* Præstigiatores Athenæus l. XII. inter Dionysii artifices recenset. Ejus generis archimimi, cubistetæ, neuropastæ, machinatores. Dio Chrysostomus, *πολλῶν θαυματοποιῶν θαύματα ἐπιδεικνυμένων.* Erant urinatores qui maris ima scrutarentur, quos Firmicus *Orciscopulario* vocat; ut legit Scaliger, quasi Orci scopuli sint *ὕφαλοι*, petræ & latentes, quos describit Manilius lib. V.

Illis in ponto jucundum est quærere pontum
Corpora qui mergunt undis, ipsumque sub antis
Nerea, & equoreas conantur visere Nymphas.

Erant & cleropæctæ, & thaumaturgæ mulieres, quæ in enses insilirent, & ignem ex ore ejicerent. Pro *Orciscopulariis* forte melius legas *Orchistopalarios*, qui in palis & sudibus præacutis transiliant. *ὀρχησταὶ* enim *saltatores*, quos Cassiodorus orcistas vocat. Athenæus lib. IV. In convivium, inquit, postea ingressi *ἰθύφαλλοι, κληροπαῖκται, θαυματουργοὶ γυναῖκες εἰς ξίφη κυβιστῶσαι, καὶ πῦρ ἐκ τοῦ στόματος ἐκρίπτουσαι. κληροπαίκτας, ψηφοπαίκτας,* vocat acetabularios. Alii e machina tonitrua excitabant. Plutarch. *symp.* IV. cap. II. *ἐμοῦ δὲ παρακελευομένου, καὶ λέγοντος καιρὸν εἶναι, καθάπερ ἡ κωμωδία, μηχανὰς αἴροντας, καὶ βροντὰς ἐμβάλλοντας, παρὰ πότον διαλέγεσθαι περὶ κεραυνῶν.* *Me autem*, inquit, *exhortante, & dicente, tempus esse, quod solet Comœdia, ut machinas sumentes, & tonitrua injicientes, in vino & joco de fulminibus ageremus.* Alii, quod hodieque fit, in enses insiliebant, & in rota versabantur illæsi. Plato in *Eutydemo*, *εἰς μαχαίρας κυβιστᾶν, καὶ ἐπὶ τροχοῦ δινεῖσθαι*, id est, *saltu supra enses in caput præcipitem ferri, & in rota versari.* Clemens Alex. lib. VII. *Stromat.* *τοὺς θαυματοποιοὺς ἀνδρείους εἰς τὰς μαχαίρας κυβιστῶντας ἐξ ἐμπειρίας τινός.* Id est, *miraculorum patratores, qui capite prono, ac præcipiti supra enses transiliunt, usu & exercitatione docti.* *κυβιστᾶν* enim est *præcipitem se in caput devolvere*, sicuti hodieque cernuatores corpore sinuato, & in spiram contracto in caput se provolvunt. Hanc vocem Etymologicum *ἀπὸ τῆς κύβης*, id est, *a capite* derivari ait, ut sit *ἐπὶ τῆς κεφαλῆς πηδᾶν*, *in caput insilire*, *ἐπὶ τὴν κεφαλὴν κύπτοντα κυλίεσθαι*, id est, *pronum in caput devolvi*. Xenophon in *Sympos.* *κύκλος εἰσηνέχθη περίμεστος ξιφῶν ὀρθῶν. εἰς μὲν οὖν ταῦτα ἡ ὀρχηστρὶς ἐκυβίστα τε, καὶ ἐξεκυβίστα ὑπὲρ αὐτῶν.* Id est, *circulus illatus est plenus ensibus directis, supra quos saltatrix præcipiti capite transiliebat, & resiliebat*, Pilarii, & ventilatores usu docti miracula in Scena patrabant, ut ea quæ emitterent, ultro venire in manus credas, & qua jubentur decurrere. Consule Quintil. lib. X. *Instit.* cap. VII. Rota certe usitata fuit in miraculis, sive per eam se trajicerent, sive in ea se versarent. Xenophon in *Sympos.* *εἰσεφέρετο τῇ ὀρχηστρίδι τροχὸς τῶν κεραμεικῶν, ἐφ' οὗ ἔμελλε θαυματουργήσειν.* Id est, *illata est saltatrici figularis rota, per quam se trajiceret, & miracula patraret.* Cum autem in rota versarentur thaumatopœi, legebant, scribebant, ludebant cum admiratione spectantium, interdumque ita corpus contorquebant, ut rotam imitarentur. Ibidem Xenophon: *τότε ἐπὶ τοῦ τροχοῦ ἅμα περιδινουμένου γράφειν τε, καὶ ἀναγινώσκειν, θαῦμα ἐστί. τό γε διαστρέφοντας τὰ σώματα, καὶ τροχοὺς μιμουμένους.* Id est, *scribere, & legere in rota quæ simul versatur, monstri loco est: contorquentes autem corpora, & rotas imitantes.* Ibidem hæc habet; *ὅτι δ' ἡ παῖς εἰς τοὔπισθεν καμπτομένη τροχοὺς ἐμιμεῖτο, ἐκεῖνος ταῦτα εἰς τὸ ἔμπροσθεν ἐπικύπτων μιμεῖσθαι τροχοὺς ἐπειρᾶτο.* Id est, *quia puella in dorsum curvata rotas imitabatur, ille prono capite se flectens rotas imitari conabatur.* Athenæus lib. I. meminit cujusdam Xenophontis, qui emicantem sponte ignem eliciebat, & aliis id genus multis spectris, quæ ingeniose machinabatur, hominum obstupentium animos externabat: *Ξενοφῶν θαυματοποιὸς, ὃς πῦρ τ' αὐτόματον ἐποίει ἀναφύεσθαι*, &c. Idem pene de Cratisthene Phliasio commemorat Eustathius lib. IV. *Odyss.* in hæc verba ex veteri auctore:

Πάντα δὲ γινόμενος πειρήσεται ὅσσ' ἐπὶ γαῖαν,
Ἑρπετὰ γίνονται, καὶ ὕδωρ, καὶ θεσπιδαὲς πῦρ.

Id est, *omnia existens tentabit se convertere in omnia reptilia, vel aquam, vel ignem.* Nonnulli, ait Eustathius, Proteum præstigiatorem fuisse autumant, & artem factitasse quam factitavit Cratisthenes Phliasius, *ὃς πῦρ τέ φασιν αὐτόματον ἀνέφαινε, καὶ ἄλλα ἐτεχνᾶτο φάσματα, δι' ὧν ἀνθρώπων ἐξίστα διάνοιαν. ἦν δὲ τοιοῦτος καί τις Ξενοφῶν, καὶ Σκύμνος ὁ Ταραντῖνος, καὶ Φιλιππίδης ὁ Συρακούσιος, καὶ Νυμφόδωρος*, id est, *qui spontaneum ignem existere faciebat, aliaque monstra per artem procudebat, quibus hominum animi extra se raperentur. Erat & talis Xenophon quidam, & Scyminus Tarentinus, & Philippides Syracusius, & Nymphodorus.* Erant & nobiles apud Alexandrum thaumatopœi, ait Athenæus lib. I. qui Philistidem Syracusium, non Philippidem vocat, & Heraclitum Mitylenæum apud Alexandrum miracula patrasse ait. Idem Philippidem ridiculum scurram fuisse scribit. Apud Xenophontem vero saltatrix mulier miracula patrat. Ei subministrantur duodecim orbes, quos illa sumens simul saltabat, & jactabat sursum volutabundos, facile conjectans in quantam altitudinem jacere oporteret, ut decenter eos exciperet. *ὁρῶ γὰρ ἔγωγε τὴν δὲ τὴν ὀρχηστρίδα ἐφεστηκυῖαν*, &c. Hunc orbem esse putem de quo Cyprianus epist. CIII. *Ecce tibi alter nudus salit, alter orbem æneum contentis in acrem viribus jactat.* Quidam reperti sunt qui enses deglutirent. Plutarchus in *Apophtheg.* *τὰ ξίφη καταπίνουσιν οἱ θαυματοποιοί*, id est, *præstigiatores enses deglutiunt.* Quid si tibi canes ipsos, & elephantas miracula patrasse commemorem? Apud Diaconum certe l. XVI. Andreas habuit canem rufum, & cœcum, qui cum staret in turba, suos cuique annulos reddebat, & adulteros prægnantesque indicabat. Legendus ea de re Zonaras in *Justinian.* & Cedrenus in *eodem*: *ἀνεφάνη τὶς χαλκεὺς, ἀνδρέας ὄνομα, ἔχων μεθ' ἑαυτοῦ κύνα ξανθὸν καὶ τυφλὸν, ὃς ἐποίει τέρατα.* Id est, *visus est faber quidam nomine Andreas, habens secum canem rufum & cœcum, qui miracula patrabat.* Cum autem ea fierent, moris fuit, ut in Theatro & foro præstigiatores includerent se septis quibusdam, ne a turba obruerentur. Plato lib. VII. *de Rep.* *ὥσπερ τοῖς θαυματοποιοῖς πρὸ τῶν ἀνθρώπων πρόκειται τὰ παραφράγματα, ὑπὲρ ὧν τὰ θαύματα δείκνυσι.* Id est, *quemadmodum thaumatopæi septis se includunt, supra quæ miracula ostentant.* Ex eo igitur loco a longe miracula sua populo exhibebant, ne ars deprehenderetur, ministrisque ad eam rem utebantur vafris, & exercitatis, qui rem in majus tollerent. Aristides in puteo Æsculapii, *ὥσπερ γὰρ οἱ παῖδες οἱ τῶν ἰατρῶν, καὶ τῶν θαυματοποιῶν γεγυμνασμένοι πρὸς τὰς διακονίας, εἰσὶ καὶ συμπράττοντες ἐκπλήττουσι τοὺς θεωμένους.* Id est, *quemadmodum famuli Medicorum, & præstigiatorum exercitati sunt ut dominis suis subserviant, & adjuvantes in stuporem rapiunt spectatores.*

CAP. XXXVI.

De Petauristis.

PETAURISTÆ in eorum numero fuerunt, qui miracula patrarent, dicunturque πρὸς τὰς αὔρας πετόμενοι, quasi *qui per aerem volant*. Aristophanes μηχανοποιὰς vocat, Lucillius *mechanicos*, Seneca *machinatores*:

Sicut mechanici cum alto exsiluere petauro.

Lucianus πετόμενον volantem hominem vocat in Toxari; πετόμενον, ἢ λιθώμενον ἄνθρωπον τῶν μακεδόνων, id est, *hominem magnum volantem, aut in lapidem versum*. Suidas πέταυρον οἷον πετεῦδον dici vult, παρὰ τὸ πετεινὰ ἐν αὐτῷ εὕδειν, *petaurum quasi peteudon, quod volatilia in eo dormiunt*. A quo facit Varro lib. III. *de re rust. Petaurum*, inquit, *mutuli*, id est, pali affixi, quibus incubent aves. Nicander,

Ὄρνιθα δ' ἐξ ὕπνοιο καθαρπάζουσα πετεύρων.

Id est, *Gallinam somno consopitam e petauro abripiens*. Gallinæ autem quia in petaurum, seu palum parieti affixum vespere ad quietem involant, & ex eo devolant, inde est ut petauristæ dicantur, qui ligno oblongo, quod stipiti transverso impositum esset, inequitantes, vel ut gallinæ incubantes, se jam in altum efferrent alternis, jam deorsum demitterent. Fuerunt qui per aerem rotarum pulsu jactarentur. Alii per rotas & circulos se transmittebant, ut scribit Julius Firmicus in *Astronomicis*. Turnebus lib. VIII. *Adversf.* cap. IV. ait, petauristas tignum altius aliquando suspendisse, & inde saltus ad stuporem spectantium dedisse. Nonnus optime petauristas esse ait, qui saltibus & schemis levioribus moverentur. Ælius Stilo eos dici vult, ὅτι πρὸς ἀέρα πέτονται, apud Festum, id est, *quod in aere volant*. Varro; *Nec minus in alio genere sunt ludi velitis, Galli, Germani, petauristæ*. Juvenalis petauristas cum funambulis conjunxit satyr. XIV.

An magis oblectant animum jactata petauro
Corpora, quique solet rectum descendere funem?
Hic tamen ancipiti figens vestigia planta.

Martialis lib. II. epig. LXXXVIII.

Quid si per graciles vias petauri
Invitum jubeas subire Ladan?

Vias petauri graciles vocat spatium angustum rotæ, per quod petaurum trajiciebatur, id est, tignum. Existimem enim petauristas e loco superiore tignum, seque ipsos per rotam trajecisse. Martialis lib. XI. epig. XXII.

Quam rota transmisso toties impacta petauro.

Similis huic ludus fuit, qui Polluci dicitur *Scaperda*, cum in fune per arrectarium tignum trajecto ipsi se transmitterent. Vel certe exsiluisse e machina sublime suspensa, ita ut fere ex ipso aere devolare viderentur. Manilius lib. V.

Ad numeros etiam ille ciet cognata per artem
Corpora, quæ valido saliunt excussa petauro,
Alternosque cient motus, elatus & ille
Nunc jacet, atque hujus casu suspenditur ille.

Videtur rota in sublimi posita fuisse, quæ a duobus versaretur, alterque superne, alter inferne niteretur. Ita fiebat, ut alternis dejecti nunc penderent, nunc erecti sederent. Aliud genus est de quo Claudianus Paneg. VIII.

Vel qui more avium sese ejaculantur in auras,
Corporaque ædificant celeri crescentia nexu,
Quorum compositam puer augmentatus in artem
Emicet, & vinctus plantæ, vel cruribus hærens,
Pendula librato figat vestigia saltu.

Videntur alii aliorum humeris recti institisse, donec ex multis hominibus quasi arx fieret, puerque in humeros insiliret. Sæpe autem factum ut petau-

A ristæ in rota se trajicerent desperata audacia; unde Aristophanes in *Dædalo*:

Ὁ μηχανοποιός, ὁπότε βούλει τὸν τροχὸν
Ἐᾶν ἀνεκάς, λέγε, χαῖρε φέγγος ἡλίου.

Id est, *o petaurista* (ὦ μηχανοποιός lego vocandi sensu) *quoties voles vertere rotam, dic, vale lumen Solis*. Varro epist. ad Cæsarem vocat Ptolemæum cinædum petauristam, id est, saltatorem. Verba Var. apud Non. sic habent: *Convocat Ptolemæum cinædologum, Nicona petauristen, Diona αὐλοποιόν*. Eodem pertinent petaminarii, ephalmatores, & alii id genus, de quibus Firmicus lib. VIII. cap. XV. petaminarius, ephalmator (non ephelmator, ab ἅλλομαι) orciscopalarius (doctissimus Scaliger legit, *orciscopularius*, ab Orci scopulis qui sunt in mari, id est, occultis) petauristarius. Salvianus lib. VI. *de Providentia*. Longum est nunc dicere de omnibus, amphitheatris scilicet, odeis, lusoriis, pompis, athletis, petaminariis, ἀεροβάτας, & petaminarios eosdem esse puto. Salmon in *Proverb.* ἐπὶ πέταυρον ἅλλεσθαι συναντᾷ, ἀλλ' ἀποπαδήσου. Neurobatas quidam dici volunt quasi νεβροβάτας ab hinnulorum agilitate, quos Græci νεβρὰς vocant. Vopiscus in *Carino*: Nam & neurobaten qui velut in ventis cothurnatus ferretur, exhibuit. Alii erant tichobatæ. Vopiscus, & tichobaten qui per parietem urso eluso cucurrit, & ursos mimum agentes, & item centum salpistas uno crepitu concinentes, & centum camptaulas, choraulas centum, etiam pithaulas centum. τειχοβάτης, *qui per parietem incedit*, σαλπιστὴς, *buccinator*, τοιχοβάτης, *qui muros inscendit*; neurobatæ, oreibatæ, anemobatæ, qui per aerem volarent, aut in summa rupium, domuumque ascensu evaderent. Statius lib. II. *Achilleid.*

Nunc caput aerii scandentem prendere montis
Quo fugitur per plana gradu. ——

Firmicus aerobatem, qui per aerem volaret. Vopiscus: *nam & neurobatem* (forte melius *anemobaten*) *qui velut in ventis cothurnatus ferretur*. Justinus Martyr, κεχώρηκε πρὸς τὸν σχοινοβάτην, ἐπὶ τῶν σχοινίων βαδίζειν, *biare ad funambulum, in fune ambulare*. Existimem neurobatas eosdem esse schœnobatas. In pegmatis ignes accendebant per quos petauristæ membra strenue transmittebant. Pegmata autem quid essent indicat Seneca epist. LXXXIX. His annumeres licet machinatores, qui pegmata per se surgentia excogitant, & tabulata tacite in sublime crescentia, & alias ex inopinato voluptates, aut dehiscentibus quæ cohærebant, aut his quæ distabant paulatim in se residentibus. Phædrus,

Dum pegma rapitur, concidit casu gravi.

Claudianus:

Inque chori speciem spargentes ardua flammas
Scena rotet. ——

Vopiscus in *Carino*: pegma cujus flammis Scena conflagravit. Hos vocant parabolos. Firmicus lib. IV. cap. XV. faciet auctores audaces, periculosos, παρακεκινδυνευμένους. Pegma igitur erat contabulatio quæ sponte sensim surgebat, & dissolvebatur, ideo Claudianus dicit descendere pegma ponderibus reductis, quia dissolvi potest. Unde & pegmares, gladiatores Suetonio, qui in eo pegmate depugnabant, & si ad ferrum damnati essent, in caveam ferarum præcipites dehiscente machina ferebantur. Strabo de Seleuco latrone; Hunc, inquit, in foro cum gladiatorium certamen esset, vidimus a feris laceratum. ἐπὶ πήγματος γὰρ ὑψηλοῦ τεθεὶς ὡς ἂν ἐπὶ τῆς Αἴτνης, διαλυθέντος αἰφνιδίως & συμπεσόντος κατηνέχθη, καὶ αὐτὸς εἰς γαλεάγρας θηρίων εὐδιαλύτους ἐπίτηδες παρεσκευασμένας ὑπὸ τῷ πήγματι. *Cum positus esset in tabulato alto instar Ætnæ, cum id derepente dissolutū*

concidisset, Seleucus ipse in caveas ferarum solutiles de industria paratas sub pegmate absorptus est.

CAP. XXXVII.

De Cernuatoribus & Ascoliastis.

CERNUARE & κυβιςᾷν dicuntur, qui prono ac cernuo capite saltant. Apulejus *Milesf.* I. *In flumen,* inquit, *pene cernuat.* Prudentius l. I. *in Symmachum*:

Cernuat ora senex barbatus, & oscula figit.

Sidonius *Panegyr. Aviti*:

—— *Curvato cernua collo*
Ora gerens.

Unde cernuatores, & ascoliastæ, qui uno pede in utrem inflatum, & inunctum, ut lubricus esset, insilirent, quibus sæpe accidebat ut laberentur & caderent, non sine risu spectantium. Ejus rei usum ab Icario Erigones patre arcessit Hyginus lib. II. *Astro.* in *Arctophylace.* Cui propter justitiam & pietatem existimatur Liber Pater vinum, & vitem & uvam tradidisse, ut ostenderet hominibus quomodo sereretur, & quid ex eo nasceretur, & cum natum esset id, quomodo uti oporteret, qui cum sevisset vitem, & diligentissime administrando floridam fecisset, dicitur hircus in vineam se conjecisse, & quæ ibi tenerrima folia videret decerpsisse. Quod factum Icarium animo irato tulisse, & ex pelle ejus utrem fecisse, ac vento plenum præligasse, & in medium projecisse, suosque sodales circa eum saltare coegisse. Ex eo fluxisse Ascoliastæ videntur, de quibus Tzetzes *in Hesiodum* his verbis. ἀσκὺς πεφυσημένυς, καὶ πνεύματος πεπληρωμένυς τιθέντες κατὰ γῆς, ἐν ποδὶ ἐφαλλόμενοι ἄνωθεν τύτων ἐφέροντο, καὶ πολλάκις κατολισθαίνοντες εἰς γῆν ἔπιπτον. τῦτο δὲ ἐποίυν τιμῶντες διόνυσον. ὁ δὲ ἀσκὸς δέρμα τράγυ ἐςί. ὁ δὲ τράγος τὺς τράγυς τῦ ἀμπέλυ τρώγων λυμαίνεται. Id est, *utres inflatos, & spiritu plenos humi deponentes & uno pede insilientes super iis feruntur, & sæpe labentes in terram cadunt. Hoc autem faciunt in honorem Dionysi. Uter autem est pellis hirci, quia hircus vitis germina comedens eam lædit.* Aristophanis Interpres paulo aliter, ἐν μέσῳ θεάτρῳ ἀσκὺς πεφυσημένυς καὶ ἠλιμμένυς τιθέντες &c. id est, *in medio Theatro utres inflatos, & oleo inunctos ponentes,* &c. ut in Tzetze. Eustathius l. XV. *Odyss.* in id,

—— οἶνος γὰρ ἀνώγει
Ἠλεὸς, ὅςε ἐφέηκε πολύφρονά περ μάλα ἀεῖσαι.

Id est, *vinum lene jubebat, quo impelluntur etiam viri prudentes canere,* hæc habet. Veteres vitis repertorem honorantes morem canendi, & per vicos dicta dicendi induxerunt, unde Comœdia dicta. Capram præmium victori posuere, quod ea vitibus noceret unde Tragœdi appellati. Victores in utrem insiliebant, quod dicitur ἀσκωλιάζειν. Qui victi erant. alium hircum in hunc usum excoriabant. Choragus mercedem iis numerabat, qui in utrem insiliissent. Sed victores hoc onere levabantur. καὶ οἱ νικήσαντες ἐνήλλοντο τῷ ἀσκῷ, καὶ ἦν τῦτο ἀσκωλιάζειν. Hæc ille a Pausania mutuatus est. Idem in lib. XI. *Odyss.* ἀσκωλιάζειν κατὰ κυριολεξίαν ἐν ἀσκῷ λιάζειν, ᾧ πεφυσημένῳ ἐμπηδῶντες οἱ βυλόμενοι, ἐν τινὶ ἑορτῇ, ὐκ ἄμφοιν ποδοῖν, ἀλλ᾽ ἑνὶ, καὶ ὡς εἰκὸς ὐκ εὐςοχῦντες, ἀλλά πυ καταπίπτοντες ὑπεκίνουν γέλωτα τοῖς θεωμένοις. *Ascoliazein,* inquit, *est in utre curvare, ac flectere, in quem inflatum insilientes, quibus id cordi fuit, die festo, non utroque pede, sed altero, & parum sibi caventes, cadentesque risum spectatoribus concitabant.* Aliud fuit κυβιςᾷν, ut supra monuimus. Athenæus lib. IV. θαυματυργοὶ γυναῖκες εἰς ξίφη κυβιςῶσαι, id est, *mulieres mirificæ prono capite supra enses transilientes.* Homerus *Iliad.* π.

Ἦ ῥα, καὶ ἐν τρώεσσι κυβιςητῆρες ἔασι.

Certe, inquit, *& apud Trajanos sunt cernuatores, qui se in caput præcipites convolvere sciant urinatorum more.* Idem *Iliad.* ρ.

——, δύω δὲ κυβιςητῆρε κατ᾽ αὐτὺς
Μολπῆς ἐξάρχοντες ἐδίνευον κατὰ μέσυς.

Duo, inquit, *cernuatores inter ipsos cantum incipientes per medios se versabant.* Artemidorus lib. I. c. LXVIII. τροχοπαικτεῖν, ἢ μαχαίρας περιδινεῖσθαι, ἢ ἐκκυβιςᾷν. Id est, *in rota ludere, circum enses volvi, aut supra enses capite præcipiti transilire.* Apud Hesychium lege, κυβιςίνδα παίζειν, ἐπὶ κεφαλὴν κυβιςᾷν. Id est, *cubistinda ludere, est in caput se præcipitem devolvere.* Sic & apud Pollucem cubistinda intelligitur. Plato in *Symposio,* ὥσπερ οἱ κυβιςῶντες, καὶ εἰς ὀρθὸν τὰ σκέλη περιφερόμενοι κυβιςῶσι κυκλῳ. Item, ἐφ᾽ ἑνὸς πορεύονται σκέλυς ἀσκωλιάζοντες. Id est, *ut qui in caput saltant, & in altum crura, & tibias circumferunt, in circulum saltant.* Hoc pueri nostrates factitant, capite prono, tibiis erectis, manibus aut ipsi capiti insistentes. Item, *uno crure ingrediuntur cernuantes.* Aliud item esse *amburvare,* vel ut alii legunt, *amtruare,* certum est. Lucillius,

Præsul ut amburvat, sic volgu redamtruat olli.

Doctissimus Scaliger ita legit,

Præsul ut amptruat, inde & vulgu redamptruat olli.

Festus; *Redamtruare* dicitur in Saliorum exultationibus, cum Præsul amptruavit, quod est motus edidit, & referuntur invicem iidem motus. Pacuvius,

—— *promerendæ gratiæ*
Simul cum videam Grajos nihil mediocriter
Redamptruare, opibusque summis persequi.

Qui *amburvare* legunt, ab urvo deducunt, quæ pars aratri sursum versus reflexa, urvum, τὸ ἀνάςιμον. *Amptruare* a trua derivant, qua confutatur olla fervens, Apud Festum. Lucillius,

Modo sursum, modo deorsum, tanquam collus cernui.

Vel ut Plautus in *Astraba*:

Quasi tolleno, vel pilum Græcum reciproces.

Certe *amptruare, cernuare, corvitare,* κυβιςᾷν, pene eandem vim habent. In vet. Glos. κυβιςηταί, *cernui ludii,* κυβιςιᾷ *cernulat.* Seneca epist. VIII. Non vertit fortuna, sed cernulat, & allidit. Cernui, & cernuli, petauristæ, in vet. Glos. Varro; *Etiam pelles bubulas oleo perfusas percurrebant, ibique cernuabant.* Idem l. I. *de vita populi Rom. Sibi pastores ludos faciunt coriis cernualia,* vel ut vulgo legitur *cernui Consualia.* Virgilius l. II. *Georg.*

—— *Atque inter pocula læti*
Mollibus in pratis unctos saliere per utres.

ubi Servius: Libero utrique caper immolatur, quia vites quæ in honore ipsius fuerant, ab eo comestæ sunt. Iratus Liber Pater eum occidi fecit, & ei tolli utrem, in quo mitti vinum fecit pro ejus vindicta. Primi ludi theatrales ex Liberalibus nati sunt apud Athenienses, qui primi ludos instituere Liberales. Utres vero fiebant ad insultationem etiam mortuorum caprorum, ne quid ex his esset, quod non sentiret injuriam. Virgilius l. II. *Georg.*

Non aliam ob culpam Baccho caper omnibus aris
Ceditur, & veteres ineunt proscenia ludi.

Aristophanis Scholiastes ludum hunc ἀσκώλια vocat. Hesychius, ἀγκωλιάζων, ἀλλόμενος τῷ ἑτέρῳ ποδί. lege, ἀσκωλιάζων, *qui uno pede saltat.* Pollux l. IX. ἀσκωλιασμὸν ἑορτὴν οἱ ἀθηναῖοι ἦγον τὰ ἀσκώλια. *Athenienses,* inquit, *ascoliasmum festum agitabant: ea dicta ascolia.* Eubulus, καὶ πρός γε τῦτο ἀσκὸν εἰς μέσον καταθέντες εἰσάλλεσθαι, καὶ καγχάσθαι ἐπὶ τοῖς καταρρέυσι. Id est, *insuper utrem in medio ponentes insiliebant, & cachinnabantur si caderent in*

A *armos*. Eum utrem alii ſpiritu inflarunt, alii vino replerunt. Ariſtoph. Scholiaſtes: *ἀσκὸν οἴνȣ πληρȣ͂ντες ἐνὶ ποδὶ τȣ͂τον εἰσεπήδων. ὁ πηδήσας ἆθλον εἶχε τ̃. οἶνον.* Id eſt, *utrem vino replentes in eum altero pede inſiliebant, qui inſilierat vinum pro præmio habuit.* Ariſtophanes in *Pluto*:

Ἀσκωλιάζε ἐνταῦθα πρὸς τ̃ αἰθρίαν.

Addo ex Feſto, cernuum eſſe calceamenti genus, de quo Lucillius,

Cernus extemplo plantas conveſtit honeſtas.

Quid ſi de cernuatore accipias, & legas?

B *Cernuus extemplo plantas convertit honeſtas.*

Quia capiti prono inſiſtentes plantas pedum in altum convertebant. De corvitoribus habes apud Feſtum: *Simplitudearia*, inquit, *funera ſunt, quibus adhibentur duntaxat ludii, corvitoreſque*. Quidam ea dixerunt eſſe, quibus neutrum genus intereſſet ludorum, cum indictiva ſunt, quibus adhibentur non ludi modo, ſed etiam deſultores, quæ ſunt ampliſſima. Simpliludiaria igitur, cum ſimpli ludi adhibentur, id eſt, ſaltatores, vel corvitores, quia ut corvi, & cornices, modo ſurſum, modo deorſum ſaliunt. Inde Plauti jocus in *Caſina*;

C *Ego novi illas eſtrices, corvitant ubi comiſſe poſſunt.*

Corbitores forte dicti a ſodalibus navalibus, qui ad corbes inſignia navium repebant funibus, ut vela legerent. Ammianus l. XIV.

CAP. XXXVIII.

De Oſcillis.

FESTUS Oſcilla eſſe ait feſta in honorem Bacchi, in quibus homines ſe per funes jacerent. Alii putant Erigones & Icari feſta eſſe, de quorum D origine Hyginus l. II. *Aſtron.* in *Arctophyl.* Cum in finibus, inquit, Athenienſium multæ virgines ſine cauſa ſuſpendio ſibi mortem conſciſcerent, quod Erigone moriens erat precata, ut eodem letho filiæ Athenienſium afficerentur, quo ipſa foret obitura niſi Icari mortem perſecuti, & eum forent ulti. Itaque cum id eveniſſet, petentibus eis Apollo reſponſum dedit, ſi vellent eventu liberali, Erigonæ ſatisfacerent. Qui, quod ea ſe ſuſpenderat, inſtituerunt, uti tabula interpoſita pendentes funibus ſe jactarent, ut qui penderent, vento moverentur. Oſcilla facta Liberalibus Oſcilla ſantra dici vult, E quod os cillent, id eſt, inclinent, præcipiteſque in os ferantur. *Cillere* movere ſignificat, & ciere. Oſcillantes, ait Cornificius, ab eo quod os cillere ſint ſoliti perſonis propter verecundiam, qui eo genere luſus utebantur. Cauſa autem ejus jactationis proditur Rex Latinus, quod prælio quod ei fuit adverſus Mezentium Cæritum Regem nuſquam apparuerit, judicatuſque ſit Jupiter factus Latiaris. Itaque per ſex eos dies feriatos liberos, ſervoſque requirere eum, non ſolum in terris, ſed etiam quia videretur cælum poſſe adiri, per oſcillationem, velut imaginem quandam vitæ humanæ, in qua altiſſima ad infimum, interdum infima ad ſummum efF feruntur, atque ideo memoriam quod redintegrari initio acceptæ vitæ per motus cunarum, lactiſque alimentum, quia per eos dies feriarum & oſcillis moveantur, & lactata potione utantur. Oſcilla igitur interdum dicuntur *αἰώραι*, & penſiles geſtationes de arboribus per ſex feriarum Latinarum dies, quibus lac in ſacrificiis adhibetur. Virgilius lib. II. *Georg.*

Nec non Auſonii Troja gens miſſa coloni
Verſibus incomptis ludunt, riſuque ſoluto,
Oraque corticibus ſumunt horrenda cavatis,
A *Et te Bacche vocant per carmina læta, tibique*
Oſcilla ex alta ſuſpendunt mollia quercu.

Ubi Servius cum Hygino pene eadem habet, ſed paulo immutata, ſic enim ille. Reſponditque oraculum, ſedari poſſe illam peſtilentiam, ſi Erigones, & Icari cadavera requirerentur. Quæ cum diu quæſita nuſquam invenirentur, ad oſtendendam devotionem ſuam Athenienſes, ut etiam in alieno ea viderentur quærere elemento, ſuſpenderunt de arboribus funem, ad quem ſe tenentes homines hac B atque illac agitabantur, ut etiam quaſi in aere illorum cadavera quærere viderentur. Sed cum inde plerique caderent, inventum eſt, ut formas, vel perſonas ad oris ſui ſimilitudinem facerent, & eas pro ſe ſuſpenderent, & moverent, unde & oſcilla dicta ſunt, ab eo quod in illis cillerentur, id eſt moverentur ora. Nam cillere, eſt movere; unde furcillæ dictæ ſunt, quibus frumenta cillentur. Alii dicunt oſcilla eſſe membra virilia de floribus facta, quæ ſuſpendebantur per incolumnia: ita ut in ea homines acceptis clauſis perſonis impingerentur, & ea ore cillerent, id eſt, moverent, ad riſum populo commovendum. Et hoc in Orpheo lectum C eſt. Probus ſcribit, oſcillorum ritum in Italia ab Atticis quoque ſumptum eſſe, qui ritus celebrabatur feriis ſementitiis. Proprie oſcilla dicuntur parva ora. nam Columella oſcilla lupinorum dixit, in vet. Gloſſ. oſcillum, *ςομάτιον*. ſunt enim larvæ & perſonæ, ait Macrobius, quas in æoris & cernuationibus ludicris ruſtici ori apponebant, ut eſſent magis ridiculi. Erant & oſcilla ſigillariola ſic aptata, & coagmentata, ut articuli, vertibulæque quibus commiſſa erant, in omnem partem flecterentur, & figuras omne genus exprimerent. Ea in convivia inferebantur, quibus brevitatis vitæ monerentur. Petro- D nius in *Satyr.* Potantibus ergo, & accuratiſſime lautitias nobis mirantibus, larvam argenteam attulit nobis ſervus ſic aptatam, ut articuli ejus, vertebræque locatæ, in omnem partem flecterentur. Hanc cum ſuper menſam ſimul iterumque abjeciſſet, & catenatio mobilis aliquot figuras exprimeret, Trimalcio adjecit,

Heu, heu, nos miſeros, quam totus homuncio nil eſt!
Sic erimus cuncti poſtquam nos auferet Orcus,
Ergo vivamus dum licet eſſe bene.

E Oſcillorum meminit Auſonius *Idyl.* XIII. Simile ut dicas ludicro, quod Græci *ςομάτιον* vocavere. Oſcilla ea ſunt. Ad ſummam quatuordecim figuras Geometricas habent. Sunt enim æquilatera, vel triquetra, extentis lineis, aut rectis angulis, vel obliquis, iſoſcele, vel iſopleura: orthogona quoque, vel ſcalena. Harum vertibularum variis coagmentis ſimulantur ſpecies mille formarum, elephantus, belua aut aper beſtia, anſer volans, & mirmilio in armis ſuſidens, venator, & latrans canis. Quin & turris, & cantharus, & alia hujuſmodi innumerabilium figurarum, quæ alius alio ſcientius variegat. Sed peritorum concinnatio miraculum eſt, imF peritorum junctura ridiculum. Tertullianus lib. *de Pal.* oſcillum penduli impetus vocat, lib. *de anima*, univerſitatis oſcillum de animi axe ſuſpendens. Æoræ oſcillis ſunt eædem, ſi rem ipſam intueris. Oſcillum Ennodius *ςομάτιον* eburnum vocavit epiſt. CXXXIII. Erat capſa virginum, in qua varia oſcilla, quibus elephas, aper, anſer, & alia finguntur. Ennodius:

Anguſta norunt res mille includere capſa,
Omne ebur, hic mulier pectoris arca tui eſt.
Frangunt marmaricis elephas quod miſit ab arvis,
Per micas ſparſum mox ſolidatur opus.

Athenæus de æoris l.XIV. ὠδὴ τις ἐπὶ ἠριγόνῃ, ἣν καὶ ἀλῆτιν λέγουσιν ὠδήν. *Carmen quoddam erat ob Erigonem, quam vocant Aletin.* Aristoteles in Colophoniorum Republica scribit de Theodoro, καὶ νῦν αἱ γυναῖκες ᾄδουσι αὐτοῦ μέλη περὶ τὰς αἰώρας, *& nunc mulieres canunt ejus carmina circum æoras.* Favorinus in voce αἰώρα vocat hos ludos δ'' δειπνον. Pollux, ἣν δὲ καὶ ἀλλότι ᾆσμα τ' αἰώραις προσαδόμενον Θεοδώρου ποίημα τοῦ κολοφωνίου. Germanicus in Aratum; Cum Athenas pestilentia opprimeret, ex oraculo responsum est, cessaturam pestilentiam, si per annos singulos de frugibus & vindemia Icaro, & Erigonæ primum delibaretur. Oscillationem Petronius vocat mobilem catenationem. lege Aristotelem *de mundo* Senecam ep. LXXXIX. Æoræ igitur erant pensiles jactationes, quibus suspenso fune ex arbore homines se jactabant. Hesychius: αἰώρα ἑορτὴ Ἀθήνησι, ἣν οἱ μὲν ἐπὶ τιμῇ λέου τυράννου θύειν φασὶ, φασὶ, οἱ δὲ ἐπὶ κλυταιμνήστρας, καὶ αἰγίσθου, οἱ καὶ ἐπὶ ἠριγόνῃ ἀλήτιδι, τοῦ ἰκάρου. Id est, *Æora festum Athenis, quod in honorem Lei Tyranni, aut Clytæmnestræ, & Ægæsthi, aut Erigones ancilli Icari pistrici sacrificio celebrari ajunt.* Germanicus hæc addit. Quod factum ab Atheniensibus, qui diebus festis institutis æoras constituerunt, ideo quia illam pendentem aspexerunt. Ex quo factum, ut soli oscillo jactarentur homines. Mica Martialis oscilli aliquid habuisse videtur. Fuit cænatio Domitiani, quam micam auream vocat, quia mortui cranium e tholo suspensum esset. Martialis l.II. epig.LIX.

Mica vocor, quid sim cernis, cænatio parva:
Et me Cæsaribus prospicis esse tholum.
Frange thoros, pete vina, rosas cape, tingere nardo;
Ipse jubet mortis te meminisse Deus.

Lib.II. *Græcor. Epigram.*

Καὶ τοῦτο φθιμένοιο προχάστιον ἱερὸν ὀστοῦν,
Ἐγκεφάλου ἢ ψυχῆς φρούριον ἀκρότατον.
Πῖνε λέγει τὸ γλύμμα, καὶ ἔσθιε, καὶ περίκεισο
Ἄνθεα, τοιοῦτοι γινόμεθα ἐξαπίνης.

Qui mos profectus ab Ægyptiis apud Herodotum l.II. *In conviviis*, inquit, περιφέρει ἀνὴρ νεκρὸν ἐν σορῷ ξύλινον πεποιημένον, μεμιμημένον ἐς τὰ μάλιστα, καὶ γραφῇ, καὶ ἔργῳ, μέγα δὲ ὅσον πηχυαῖον, πίνε καὶ τέρπεο, ἔσεαι γὰρ ἀποθανὼν τοιοῦτος. Id est, *unus aliquis inter epulas circumfert cadaver ligneum in arca, pictura, & arte graphice expressum, cubiti magnitudine dicitque; bibe & oblectare, ubi enim mortuus fueris, ejusmodi eris.* Meminit Plutarchus in *Sympos.* σκέλετον ἐπιεικῶς εἰσφέροντες αἰγύπτιοι.

CAP. XXXIX.

De Grallatoribus.

GRALLATORES καλοβάται Græcis dicuntur, & calobathrarii, qui ligneis pedibus ingrediuntur, ut grandiores appareant. Pollux, οἱ δὲ γύπωνες ξυλίνων κώλων ἐπιβαίνοντες ὠρχοῦντο διαφανεῖ ταραντίδι ἀμπεχόμενοι. Id est, *gypones, seu grallatores, qui ligneis pedibus ingrediebantur, saltabant pellucida veste Tarentina amicti.* Nonius *grallas* interpretatur fustes quibus innituntur. Varro, grallatores qui gradiuntur. Grallæ perticæ sunt ligneæ. Ab hominis quoque vi istæ agitantur. Romæ grallatores dicti pantomimi, qui ut in saltatione imitarentur Ægipanas, adjectis perticis furculas habentibus, atque in his superstantes ad similitudinem crurum ejus generis gradiebantur, utique propter difficultatem consistendi. Plautus,

Vinceretis cursu cervas, & grallatorem gradu.

Festum adi. Vet. Gloss. grallatores, πανικὰ φοροῦντες. Imo ut Heroas exprimerent, aut ligneis pedibus,

A aut cothurnis altis incedebant. Justinus Martyr epist. *ad Zenam*: σκηνοβατοῦντας ἄνω καὶ κάτω καθάπερ ὁ λίαν μεγαλοφώνως τ' ὀρέστην ὑποκρινόμενος φοβερὸς εἶναι, καὶ μέγας παρὰ τοῖς ἀνοήτοις διὰ τῶν ξυλίνων ποδῶν, καὶ κοίλης ἐπιπλάστου, καὶ στολῆς ἀλλοκότου καὶ προσώπου τερατώδους ὑπείληπται. Id est, *ut qui clamore ingenti Orestis personam agens terribilis, & maximus ab insipientibus esse putatur, ob pedes ligneos, & ventrem factitium, & vestem peregrinam, & faciem monstrosam.*

B

CAP. XL.

De Acetabulariis, Præstigiatoribus, Circulatoribus.

ACETABULARIOS Greci ψηφοπαίκτας vocant, qui celeritate, ac dexteritate manuum e pluribus acetabulis, quæ in mensa exponunt, efficiunt, ut quos calculos sub uno acetabulo conditos putes, sub altero reperias. Seneca epist.XLV. Præstigiatorum acetabula, & calculi, in quibus fallacia ipsa delectat. Plinius lib.XXVIII. acetabula pyxidas vocat. Idem Polipi acetabula & ca- C lyculos dixi. Sicuti in argutis Logicorum cavillationibus, quas ob eam causam Arcesilaus τοῖς ψηφοπαίκταις comparat, ut est apud Stobæum sermone LXX. Sextus Empyricus: καθάπερ οἱ ψηφοπαῖκται τὰς τῶν θεωμένων ὄψεις δι᾽ ὀξυχειρίαν κλέπτουσι, οὕτως οἱ ῥήτορες διὰ πανουργίαν τὰς τῶν δικαστῶν διανοίας ἀμαυρώσαντες τῷ νόμῳ συγκλέπτουσι, *Sicuti*, inquit, *acetabularii spectantium oculos agilitate manuum suffurantur ac illudunt, ita & Rhetores suis cavillationibus Judicum animis tenebras offundentes suffurantur legi calculos suos.* In vet. Gloss. præstigiator ψηφοπαίκτης dicitur qui Suidæ ψηφολόγος, ψηφοκλέπτης, κληροπαίκτης, id est, *ludens calculis, legens* D *calculos, calcularius, circulator, suffurans calculos, sorte ludens.* Athenæus l.I. c.XV. Θεοδώρου, inquit ψηφοκλέπτου ἐν τῷ θεάτρῳ χαλκῆν εἰκόνα ἀνέθηκαν. ψῆφον κρατοῦσαν. Id est, *Theodori acetabularii in Theatro æreum simulacrum populi decreto dedicarunt.* Suidas, ψηφολόγοι εἰσὶν οἱ ψηφοπαῖκται, ψηφολογικοὶ γοῦν οἱ πλανοῦντες, καὶ ἀπατῶντες, ὥσπερ οἱ ψηφολόγοι τοὺς ὀφθαλμοὺς τῷ τάχει τ' μεταθέσεως τῶν ψήφων ἀπατῶντες συναρπάζουσι. Id est, *psephologi sunt acetabularii, psephologici qui decipiunt, plani, quemadmodum acetabularii oculos celeritate transpositionis calculorum decipientes suffurantur.* E Vet. Gloss. ψηφοπαιξία, *præstigiæ.* Pollux de Lysia, ψηφοπαικτεῖν, τὸ δίκαιον, id est, *quasi calculis, ita cavillationibus jus frustrari.* Artemidorus lib.I. θαυματοποιοὺς pro psephologis & calculariis posuisse videtur, his verbis. ναύταις, ὀρχησταῖς καὶ θαυματοποιοῖς μὴ ἔθειν τὰς χεῖρας οὐκ ἀγαθὸν, ἐπεὶ μὴ ἄνευ τούτων οὐκ οἷοι τέ εἰσι ἐργάζεσθαι. Id est, *nautis, saltatoribus, pantomimis, & miraculorum patratoribus carcere manibus, in quiete sibi forte si visi fuerint, inauspicatum est, quia sine manibus operari non possunt.* Manibus enim acetabula versant psephologi, & calcularii, cum cæteri thaumatopœi ore, pede, reliquo- F que corpore frequentius utantur. Artemidorus lib. III. cap. VI. ψηφοπαικτεῖν παραλογιζόμενοι, καὶ ψευδόμενον διὰ τὸ πολλὰς ψήφους κλέπτειν, καὶ ταύτας ἄλλοτε ἄλλας δεικνύειν, οὐ κατά τινα ἁπλοῦν λόγον, ἀλλὰ πανούργως. Id est, *acetabularium agere paralogismis utentem, & mentientem, eo quod multos calculos suffuretur, & jam hunc, jam illum ostendat, non secundum unum aliquem simplicem sermonem, sed subdole.* Athenæus lib.XII. κυβιστηαὶς, νευροσπαστὰς, ψηφοπαίκτας pene eodem loco ponit, *acetabularios, machinatores, qui præstigias, & offucias faciunt*: iidem forte & circulatores,

qui proprie *ἀγύρται*, & *μητραγύρται*. vet.Gloss. circulator: *ὀχλαγωγὸς, ἀγύρτης*. Tertullianus *de Præscr.* circulatores, & astrologos. Gregor.Nazian.in *Athanas.* *ἀλλὰ ταυτὸν ἦν ψήφοις τε παίζειν τὴν ὄψιν κλεπτούσαις τῷ τάχει τῆς μεταθέσεως, ἢ κατορχεῖσθαι τῶν θεατῶν παντοίοις καὶ ἀνδρογύνοις λογισμοῖς, καὶ περὶ θεοῦ λέγειν τι καὶ ἀκούειν καινότερον*. Id est, *sed idem erat calculis ludere decipientibus oculos celeritate transpositionis, aut omni genere effœminatarum rationum insultare auditoribus, & de Deo aliquid novum dicere, & audire.* Apulejus l.I. *de Asino: Circulatorem aspexi equestrem spatham præacutam mucrone infesto devorasse.* Paulus Jurisconsult. *de extraordinariis criminibus: In circulatores qui serpentem circumferunt & proponunt, si cui ob eorum metum damnum datum est, pro modo admissi actio dabitur.* Martialis l.x.

Et fœda linguæ probra circulatricis.

Victorinus Afer; circulatores qui animos hominum sensusque quadam specie veritatis illudunt. Lege Celsum l.v. *de Medic.* c.XXVI. Porphyr. l.I. Horat. satyr.II. Prudentium in *Romano martyre*. Hieronymum epist. *ad Paulin.*

CAP. XLI.

De Funambulis.

INTER eos qui miracula patrarent non postremum locum tenuerunt funambuli, qui longa exercitatione docti, & agilitate corporis subnixi suspenso vestigio in funibus currerent. Tertullianus lib. *de Pudicitia* scribit, eos filum tenuissimum suspenso vestigio aggredi. c.x. Justinus ad Zenam, *ἐπὶ τῶν σχοινίων βαδίζειν*. Item *σχοινοβατεῖν ἄνω καὶ κάτω.* nisi quis legere malit *χοινοβατεῖν*. *Sursum, deorsumque per funem ire.* Nicephorus Greg. *ἔπειτα μύων τοὺς ὀφθαλμοὺς, καὶ λαμβάνων ἐπὶ τῶν ὤμων παιδίον, ἀναίεμενός τινα παιδείαν ἐπὶ τοῦ σχοίνου ἐξ ἑνὸς ἱστοῦ πρὸς τὸν ἕτερον*, Id est, *deinde clausis oculis, assumpto in humeros puero, per aerem quasi ingrediebatur in fune ex altero ad alterum malum.* Manilius l.v.

Aut tenues ausus sine limite figere gressus,
Certa per extentos ponit vestigia funes,
Et cæli meditatus iter vestigia perdit,
Et pene ut pendens populum suspendit ab ipso.

Arnobius l.II. *Quid pantomimos? quid mimulos, histriones, cantores, tuba, tibia, calamoque flatantes, cursores? quid pugiles, quadrigarios, grallatores, funambulos, præstigiatores?* Apulejus l. IV. *Floridor.* Funerepus periclitatur. Messala Corvinus orator primus duxit funambulos, ut Acro in Horatii satyr.x. l.I. Veteres Gloss. *καλοβάται, χοινοβάται.* Firmicus l.VIII. c.XV. XVII. Ephalmatores, orcistopalarii, oribatæ, neurobatæ, schœnobatæ, de quibus egisse videtur Chrysost. his verbis in oratione *de jurejurando*: *τοὺς δὲ ἐπὶ ὀρχήστρας πάλιν καὶ ἐπισυρομένους; καὶ καθάπερ πτεροῖς τοῖς κώλοις κεχρημένους τοῦ σώματος, τίς οὐκ ἂν ἐκπλαγοῖτο;* Id est, *eos autem qui in orchestra trahuntur, & membris quasi alis utuntur, quis non admiretur?* Sed paulo post disertius de iisdem agit. *ἕτερον πάλιν ἐπὶ σχοίνου στενοτάτης μετὰ τοσαύτης ἀδείας βαδίζειν μεθ' ὅσης οἱ τὰ ὕπτια παιδία κατατρέχοντες.* *Alium rursum in angustissimo fune ingredi eadem securitate, qua ii qui per supinos pueros currunt.* forte legendum *πεδία*. A schœnis illis Cœlius ep. *ad Cic.* schœnobaticam facere ait. Petronius:

Stuppea suppositis tenduntur vincula lignis
Quæ super aerius prætendit crura viator,
Brachia distendens gressum per inane gubernat.
Ne lapsa e gracili planta rudente cadat.
Ecce hominis cursus funis & aura regunt.

Artis enim fuit suspendere, ac librare vestigia, ne alteram in partem flecterent. Quod ut facilius, tutiusque fieret, pondera manibus apprehensa exæquabant, ut pari libramento ingrederentur. Nazianzenus in *Apologet.* *καθάπερ τοῖς ἐπὶ κάλου μετεώρου, καὶ ὑψηλοῦ βαίνουσι, τῇδε ἢ τῇδε ἀποκλίναι οὐκ ἀσφαλὲς, οὐδὲ εἰς μικρὸν φέρουσα ἡ ῥοπὴ, κἂν μικρὰ φαίνηται, ἀσφάλεια δὲ αὐτοῖς ἡ ἰσορροπία καθίσταται.* Id est, *ut iis qui in alto, & suspenso ambulant non tutum est in hanc, vel illam partem propendere vel leviter, securitatem autem affert iis æquale libramentum.* In hoc periculo tarde ingredi funambulos necesse fuit. Quintilianus l.II. c.III. *Patiantur necesse est illam per funes ingredientium tarditatem.* Cyprianus *de jejunio Christi* funambulum in excelso pendulum vocat, verba sic habent: *Quasi novus funambulus in excelso pendulus se deorsum ad spectaculum vulgi jactet intrepidus.* Epictetus apud Arrianum l.III. c.XII. *ἐπὶ σχοινίου περιπατεῖν.* Symphosius in *Ænigmatis*:

Inter luciferum cœlum, terrasque jacentes
Aera per medium docta meat arte viator.
Semita sed brevis est, pedibus nec sufficit ipsis.

Hæc ad *ἀεροβάτας* pertinent. Vet.Gloss. *καλοβάτης* *funambulum*, Hesychius, *κρημνοβάτην* interpretatur *νευροβάτην*, *qui funibus arreptis in alta & prærupta nititur.* Interdum populus studio stupidus in funambulo, ut loquitur Terentius in *Hecyra*, ita occupabat animum, ut fabula neque spectari posset, neque cognosci. Illos cremnobatas, & neurobatas eosdem esse putem cum iis quos Lucianus in *Dea Syria* *φοινικοβατέοντας* indigetat, qui palmas pedibus manibusque tenentes, quasi *ἦν ἰσχύοντες* inscenderent. *ἡ δ' ἄνοδος τοιήδε. σειρῇ μακρῇ ἑωυτόν τε ἅμα, καὶ τὸν φάλλον περιβάλλει. μετὰ δ' ἐπιβαίνει ξύλων προσφυῶν τῷ φάλλῳ, ὁπόσον ἐς χώρην ἄκρου ποδός. ἀνιὼν δὲ ἅμα ἀναβάλλει τὴν σειρὴν ἀμφοτέρωθεν, ὅκως ὥσπερ ἡνιοχέων. εἰ δέ τις τόδε μὲν οὐκ ὄπωπε, ὄπωπε δὲ φοινικοβατέοντας ἢ ἐν Ἀραβίῃ.* *Ascensus*, inquit, *talis est. Catena longa se ipsum pariter & fallum circundat, deinde ascendit in ligna quædam ipsi fallo adnata & adsita, spatio quantum ad summum pedem capiendum sufficit. Ascendens autem pariter catenam utrinque attollit, quasi auriga habenam moderans* (malim vertere, *pariter utrinque attollit catenam, pedibus, cruribusque eam inequitans.*) *Sequis autem hoc non vidit, vidit vero eos qui palmas ascendunt in Arabia.* Avienus Erembos omnes *κρημνοβάτας* facit his verbis:

Barbara montivagos tellus extendit Erembos,
Hi vitam duris agitant in montibus omnes,
Intectique artus eregunt ardua semper
Culmina saxorum. ——

Crem nobatæ igitur sunt qui in prærupta nituntur & per præcipitia ingrediuntur. Nazianzenus:

—— *τερπόμενός τε, καὶ ἐν θεάτροισι χορεύων,*
Κρημνοβάτης ἐπέων ἀντικυρησομένων.

Id est, *voluptati deditus, & saltans in Theatris, inscensor arduus verborum pugnantium.* Aristophanes in *Pace* *ἀναρριχᾶσθαι* vocat. ubi Scholiastes, *ἀναρριχᾶσθαι τὸ πρὸς τοίχους ἀναβαίνειν χερσὶ καὶ ποσί.* Id est, *anarrhichasthai, est muros inscendere pedibus & manibus.* Suidas, *ἀναρριχᾶσθαι τὸ πρὸς ἄναντες ἀναβαίνειν, ἅμα ταῖς χερσὶ ἀντιλαμβανόμενον, καὶ στηριζόμενον.* Id est, *anarrhichastai, est in prærupta & ardua ascendere manibus apprehendentem, & subnixum.* Quod factitatum ætate sua scribit Nicephorus Gregoras lib. VIII. pag. 198. funambuli enim ex Ægypto venere Constantinopolim, qui malos tres navis onerariæ, seu corbitæ sumentes, & rectos in solo statuentes, funibus firmabant. *ὁλκάδος ἱστοὺς τρεῖς λαμβάνοντες, καὶ ὀρθοὺς ἐπὶ δαπέδου ἱστῶντες, καλωδίοις ὑπήρειδον.* Deinde alterum funem

ex unius mali culmine in alterius culmen extendebant, insuper alium funem a solo ad verticem mali circumplicantes gradus aliquot ad ascensum faciebant, per quos unus cum in altum evasisset, nudo mali vertici insistebat, nunc alterum pedem, nunc utrumque in altum erigens capite prono, deinde exsiliens derepente, & manu funem apprehendens ex eo pendebat, seque subinde rotabat turbinis instar sursum, & deorsum, mox erecto statu in medio fune stans arcum arripiebat, & ad scopum longe positum collimabat. Haud scio an apud Arrianum lib. III. cap. XII. Epictet. φοίνικας ἱστᾶναι sit, *destituere*, ac *erigere palmas*, ubi liceat φοινικοβατεῖν. Id esse arbitror, ligna præcelsa erigere, ad quorum culmen fune arrepto pedibus manibusque eniti & evadere possis; verba sic habent: ἐπὶ σχοίνου περιπατεῖν οὐ μόνον δύσκολον, ἀλλὰ καὶ ἐπικίνδυνόν ἐστι, φοίνικας ἱστάνειν, ἀνδριάντας περιλαμβάνειν, τί οὖν ὧδε ποιεῖ τὸ φοίνικα στῆσαι, ἢ στέγην δερματίνην, καὶ ὅλμον, καὶ ὕπερον περιφέρειν; *In fune ambulare non solum difficile est, sed etiam periculosum palmas erigere, statuas complecti Quid igitur sic efficit palmam erigere, aut tectum coriaceum, & mortarium circumferre?* Chrysostomus orat. *de humilitate*. Ut schœnobatæ, inquit, qui in funibus sursum, deorsumque ferri solent, si tantillum despexerint, præcipites in orchestram decidunt. Plinius lib. IX. *Epist.* Vides qui per funem in summa nituntur, quantos soleant excitare clamores, cum jam jam casuri videantur. Prudentius *in Symmachum*:

Inde per aerium pendens audacia funem
Ardua securis scandit proscenia plantis,
Inde feras volucri temeraria corpora saltu
Transiliunt, mortisque inter discrimina ludunt.

Horatius lib. II. epist. I.

Ille per extentum funem mihi posse videtur
Ire poeta.

Id est, arduum quidvis audere. Elephantes quoque funambuli dati sunt. Plinius lib. VIII. cap. II. Postea & per funes incessere lecticas etiam ferentes. Suetonius in *Galba* cap. VI. in *Nerone* cap. XI. catadromum vocat funem per quem elephas decurrit. Dio in *Nerone*: ἐπὶ σχοινίων κατέδραμεν ἀναβάτην φέρων. *Elephas per funem decurrit sessorem ferens*. Nicetas pag. 145. οἱ διὰ μηρίνθου εἰς ὕψος ἀναρριχώμενοι, καὶ ὑπὸ μικρῷ τῷ συνέχοντι καλωδίῳ ἐπορχούμενοι ἀέριοι, ἔτι δὲ οἱ πτηνόποδες λαγηναί. *Qui per funem*, inquit, *in altum erepunt, & sub parvo, & tenui fune continente saltant per aerem meantes, alipedes aves*. λαγωινὸς Hesychio ὄρνις ποιός. λαγηνὴς quid sit nescio; malim, λαγωινοί.

CAP. XLII.

De Apinariis & Ridiculis.

APINARII dicti sunt ab Apina magnæ Græciæ urbe prope Argyrippum, quam delevit Diomedes, auctore Plinio lib. III. c. XI. *Diomedes*, inquit, *delevit Apinam, & Tricam, quæ ansam proverbio dederunt, scilicet ut tricæ, & apinæ dicerentur nugæ, affanniæ*. Apud Manilium l. v. Vergiliarum exortu generantur vinosi, mulierosi, apinarii, ut ait Julius Firmicus in *Astronomicis*. Aut apinæ sunt gerræ, nugæ, quasi afannæ, aut afaniæ. Stephanus, ἀφάνναι χωρίον σικελίας ἄσημον, ἀφ' οὗ, τὸ εἰς ἀφάννας, ἐπὶ τῶν ἀδήλων, καὶ ἐκτετοπισμένων. Hesychius Afannas ponit in Attica; ἀφάνναι χωρίον τῆς ἀμαρτίδος φυλῆς. Vet. Gloss. Apinæ, ἀφάνναι. Apulejus lib. IX. Hæc, & similes affanias. Lib. X. ore semiclauso effutiens nescio quas affanias. Stephanus; Afannæ locus Siciliæ obscurus, unde vulgo dicitur, abi ad Afannas, de rebus incertis, & extra locum positis. Hesychius Afannas locum esse ait Amartidis tribus in Attica. Manilius:

In lucem eduntur Bacchi, Venerisque sequaces,
Perque dapes, mensasque super petulantia corda
Et sale mordaci dulces quærentia risus.

Capitolinus in *Vero* scurras mimarios vocat, qui dicteria funditabant, qualia scurræ, hoc est, urbicarii in mimis: fuerunt enim duo genera mimorum, γελοῖοι, *ridiculi*, & σπουδαῖοι, *graves*, & *honesti*. Demosthenes II. *Olynthi.* καὶ γὰρ οὓς ἐνθένδε πάντες ἀπήλαυνον, ὡς πολὺ τῶν θαυματοποιῶν ἀσελγεστέρους ὄντας, Καλλίαν ἐκεῖνον τὸν δημόσιον, καὶ τοιούτους ἀνθρώπους μίμους γελοίων, καὶ ποιητὰς αἰσχρῶν ᾀσμάτων, ὧν εἰς τοὺς συνόντας ποιοῦσιν ἕνεκα τοῦ γελασθῆναι, τούτους ἀγαπᾷ. Id est, *etenim eos amat, quos hinc omnes abegerunt, quasi præstigiatoribus multo procaciores, Calliam illum vulgo notum, & ejusmodi homines mimos ridicula scribentes in eos, cum quibus versantur, ut risui sint*. Ubi Ulpianus, μίμους γελοίων. ἀναγκαῖον τὸ τῆς προσθήκης. οὐχ ἅπασα γὰρ μίμησις γελοία τυγχάνει. ἀλλ' ἔστι καὶ σπουδαία. ἡ γὰρ τραγῳδία μίμησίς ἐστιν ἠθῶν, καὶ ἡ κωμῳδία μίμησις, καὶ οἱ μίμοι σώφρονος. Id est, *necessario dixit mimos ridiculorum, quia non omnis imitatio ridicula est, sed & studiosa. Tragœdia enim imitatio est morum, & affectuum, & Comœdia imitatio est, & mimi Sophronis*. Sophron Mimus, ut Publius Mimus apud Rom. sententiis gravibus plenus. Aristoteles l. *Poet.* c. v. ait, Comœdiam in ridiculo versari. γελοῖον δέ ἐστιν ἁμάρτημά τι, καὶ αἶσχος ἀνώδυνον, καὶ οὐ φθαρτικόν, οἷον εὐθὺς τὸ γελοῖον πρόσωπον, αἰσχρόν τι, καὶ διεστραμμένον ἄνευ ὀδύνης. *Ridiculum*, inquit, *est peccatum quoddam, & turpitudo doloris expers, & innoxia, veluti ridicula persona turpe aliquid, & distortum habens sine dolore*. Ridiculi Græcis dicuntur γελοιάζειν, παρῳδεῖν, σκώπτειν. Julianus in *Cæsaribus*, πέφυκα γὰρ οὐδαμῶς ἐπιτήδειος σκώπτειν, οὔτε παρῳδεῖν, οὐδὲ γελοιάζειν. *Non enim ita natura comparatus sum, ut commode dicta jaciam, ridicula fundam, parodiis utar*. Demetrius Phalereus, πλατέα μὲν λαλοῦσι πάντα οἱ δωριεῖς, διόπερ οὐδ' ἐκωμῴδουν δωρίζοντες, ἀλλὰ πικρῶς ἠττίκιζον. ἡ γὰρ ἀττικὴ γλῶσσα συνεστραμμένον τι ἔχει, καὶ δημοτικόν, Id est, *Dores omnia pingui & lata pronuntiatione efferunt, quare & ii qui carpebant alios in Comœdia non Dorice loquebantur, sed Attice, & acerbe*. Latini dictiosos vocant, mordaces, urbicos, urbicarios, urbanos, Apollinis parasitos, ridiculos, scurras, joculatores, coprias, qui dente Theonino quemque roderent. Persius satyr. I.

— & genuinum fregit in illis.

Dens genuinus, ait Festus, qui a genis pendet, ὀδοὺς σωφρονιστήρ. Sidonius Apollinar. Si genuinum, & molarem invidia non fixerit. Horatius *Epod.* ode VI.

Aut si quis atro dente me petiverit,
Inultus ut flebo puer.

Hieronymus lib. II. epist. XIX. Tabido ore sævire, & tincta facie viperinis orbibus, dentibus pumicatis carpere. Horatius lib. I. epist. II.

Dente Theonino cum circumroditur.

Theon enim Poeta fuit maledicentissimus. satyr. IV. lib. I.

—— Absentem qui rodit amicum.

Cicero *pro Balbo*, dente maledico carpere, quod faciunt φιλόμωμοι & διασύρται. Sed alia sunt dicta jocularia, & mimica, quæ risum excitant, & ab iis dicuntur, quos Græci εὐτραπέλους, *facetos* vocant, & *salsos*, aut si effuse & impudenter ridiculi

sint, βωμολόχους, scurras. Aristoteles *Nicomach.* l. II. οἱ μὲν οὖν ἐν τῷ γελοίῳ ὑπερβάλλοντες βωμολόχοι δοκοῦσιν εἶναι, καὶ φορτικοί, γλιχόμενοι παντὸς τοῦ γελοίου, καὶ μᾶλλον στοχαζόμενοι τοῦ γέλωτα ποιῆσαι, ἢ τοῦ λέγειν εὐσχήμονα. οἱ δὲ ἐμμελῶς παίζοντες εὐτράπελοι προσαγορεύονται, οἷον εὔτροποι. ἴδοι δὲ ἄν τις καὶ ἐκ τῶν κωμῳδιῶν τῶν παλαιῶν, καὶ τῶν καινῶν. τοῖς μὲν γὰρ ἦν γελοῖον ἡ αἰσχρολογία, τοῖς δὲ μᾶλλον ἡ ὑπόνοια. Id est, *qui nimii sunt in ridiculis, parasiti videntur esse, & molesti, appetentes cujusvis ridiculi, & magis studentes risum efficere, quam apta & honesta dicere. Qui autem concinne jocantur, dicuntur faceti, & elegantes. Hoc videre est ex antiquis Comœdiis, in quibus turpia dictu risum movebant, in novis autem suspicio turpium risum excitat.* Fulgentius l. II. *Mytholog.* urbicarium mimologum vocat. Urbium honores similiter peraguntur urbicario mimologo. Firmicus lib. II. *Astrolog.* joculatores viros. Alii parasitos Apollinis. Martialis lib. IX. epigr. XXX. de Latino histrione:

Vos me laurigeri parasitum dicite Phœbi.

In *Aureliano* Volcatius scurras mimicos, qui dicta dicunt scurrilis dicacitatis, ut loquitur Cicero II. *de Orat.* Plautus:

Dico unum dictum de dictis melioribus
Quæ solebant menstruales epulas ante adipiscier.

Depinguntur a Claudiano:

Quæ lætis risum salibus movisse facetus.

Artemidorus l. III. ridiculos ad lævam amictos ait, ἐπ' ἀριστερὰ περιβεβλῆσθαι, ὡς οἱ γελωτοποιοί. Hesychius Itymbos vocat γελοιαστάς. Ἴτυμβος, inquit, γελοιαστής, ἀπὸ τῶν ἰθύμβων, ἅτινα ποιήματα ἦν ἐπὶ χλεύῃ καὶ γέλωτι συγκείμενα, καὶ ᾠδὴ μακρὰ καὶ ὑπόκενος. Id est, *Itymbus ridiculus, ab itymbis, quæ poemata erant ad subsannandum, & irridendum, & cantilena longa & vacua.* Eosdem putem vocari διονυσιοκόλακας, μουσοκόλακας, a veteri Scholiaste. Urbanos & urbicos Horatius l. I. ep. V.

—— *Urbanus cœpit haberi*
Scurra vagus.

Et lib. I. epist. IX.

Frontis ad urbanæ descendit præmia.

Martialis,

Quod non optimus urbicus Poeta.

Juvenalis,

—— *Mimum agit ille,*
Urbani qualem fugitivus scurra Catulli.
Urbicus exodio risum movet Atellanæ.

Catullus hic Mimographus fuit, apud quem servus fugitivus. Xiphilinus pag. 347. κωμάζων· τοῦτο γὰρ τοὔνομα ἐκ τε μίμων, καὶ γελωτοποιίας ἔσχε. Id est, *dictus est comazon, quod mimus esset, & ridiculus.* Dicuntur & urbicarii. Damassius de Isidoro; ὁ δὲ ἐπίχαρις ἦν, εὐτραπελίας μὲν καὶ βωμολοχίας ὅτι πορρωτάτω. ubi animadvertis lepidos & salsos, quos vocat ἐπιχάρεις, in laude esse, eutrapelos, scurras, parasitos in vitio. Hesychius γελοιαστάς interpretatur τοὺς παίζοντας. Legendus Demetrius Phalereus de γελοίῳ καὶ εὐχάρει, & Cicero lib. II. *de Oratore.* Eustathius scribit ex Laertio, cum ridiculi in convivium inducti essent, Anacharsim risu abstinuisse, simio introducto risisse, cum his verbis; hoc quidem natura ridiculum, homo studio, non natura: ἐν συμποσίῳ γελωτοποιῶν εἰσαχθέντων, ἀγέλαστος ἀνάχαρσις διέμεινε, πιθήκου δὲ εἰσαχθέντος ἐγέλασε, εἰπὼν, τοῦτο μὲν φύσει γελοῖον εἶναι ζῶον, ἄνθρωπον δὲ ἐξεπιτηδεύεσθαι. Plautus in *Captivis*:

Ita juventus ridiculos plagipatidas abs se absgregat.

Arnobius lib. IV. Et ut spectatoribus vacuis risus possit atque hilaritas excitari, jocularibus feriuntur cavillationibus numina, conclamant, & assurgunt Theatra. Gelotopœi, parasiti Apollinis, qualis fuit Erasinus apud Ausonium. Vetus inscriptio:

M. AVRELII AVG. LIBERTO AGILIO SEPTEMTRIONI, PANTOMIMO SVI TEMPORIS PRIMO, SACERDOTI SYNODI, APOLLINIS PARASITO.

Item:

L. ACILIO L. FILIO POM. CATICLÆ, NOBILI ARCHIMIMO, COMMVNI MVNERE ADLECTO DIVRNO PARASITO APOLLINIS, TRAGICO COMICO.

μυκτηρίζειν, *irridere, naso suspendere adunco.* Martialis,

Nasutus sis usque licet, sis denique nasus.

Gregorius Nazianz. μυκτὴρ ὕβριν πνέων, καὶ περιφρόνησιν. Lucian. μυκτῆρα ἀττικόν. Pollux, καὶ τὸ εἰρωνά τινες μυκτῆρα καλοῦσι. Simplicius, μῶμος δ' ἐστιν ὁ μυκτηρισμός. Athenæus lib. IV. μυκτῆρας ἀλλήλους τωθάζοντας. Pollux, πλύνειν, λοιδορεῖν. Aristophanes in *Pluto*, πλυνόν με ποιεῖς. Artemidorus lib. II. c. VIII. πλύνειν, ἐλέγχειν. Plautus *Cistell.*

Frigidam subdole suffundunt.

Horatius satyr. IV.

E quibus unus avet quavis aspergere inunctos
Præter eum qui præbet, aqua.

Seneca epist. CXXIII. Varus eques Romanus cænarum bonarum assectator, quas improbitate linguæ merebatur: Isidorus in Glossis, scurra, parasitus, assecula buccellarius. Juvenalis satyr. III.

Perpetui comites, notæque per oppida buccæ.

Hesychius, τρίβαλλοι. Clemens l. II. *Pædag.* c. VI. καὶ γὰρ αὐτῇ τῇ φωνῇ δικαιοσύνης μεταδοτέον, τοὺς τε κικράκτας ἐπιστομιστέον. ταύτῃ γὰρ αὖ Θερσίτην πληγαῖς ᾐκίσατο ὁ σώφρων ὀδυσσεύς. *Etenim ipsa hac voce communicanda justitia est, & os occludendum clamatoribus. Hac enim Thersiten prudens Ulysses inbibuit, & verberibus affecit.* Convicia & dicta parasitorum dicuntur & fatigationes. Sidonius epist. VIII. l. I. facete, & fatigationum salibus admixtis. Acron. l. I. sat. VII. Solent vindemiatores cum viatoribus salsa fatigatione contendere. Victor in *Caro*; condiscipulis qui taxaverant eum verbi fatigatione perniciosus fuit. Sulpicius Severus dial. I. c. I. dum fatigationem accepit; quia nos edacitatis fatiges. Euripides:

Ἀνδρῶν δὲ πολλοὶ τοῦ γέλωτος ἕνεκα
Ἀσκοῦσι χάριτας κερτόμους, ἐγὼ δέ πως
Μισῶ γελοίους, οἵτινες μὲν ἐπὶ σοφῶν
Ἀχάλινα ἔχουσι στόματα.

Martialis ridiculum vocat lib. II.

Mimos ridiculi Philistionis.

χαριεντίζεσθαι, *carinari* vet. Glos. Plutarchus in Epitome τῆς συναρ. αἱ μενάνδρου κωμῳδίαι ἀφθόνων ἁλῶν καὶ ἱερῶν μετέχουσι, ὥσπερ ἐξ ἐκείνης γεγονότων τῆς θαλάττης, ἐξ ἧς ἀφροδίτη γέγονεν. οἱ δὲ ἀριστοφάνους ἅλες πικροί, καὶ τραχεῖς ὄντες ἑλκωτικὴν δριμύτητα, καὶ δηκτικὴν ἔχουσι. Mart. l. I.

Urbanus tibi, Cæcili, videris.
Non es, crede mihi; quid ergo? verna es.

Vernaculi dicaces erant; unde & *vernilitas* pro dicacitate. Martialis lib. X.

Vernaculorum dicta sordidum dentem,
Et fœda linguæ probra circulatricis.

Seneca lib. II. *de Tranquil.* Quidam in hoc mercabantur procaces pueros, & eorum impudentiam acuebant, & sub magistro habebant, qui probra meditate effunderent. Lib. VI. *de Benefic.* Alter apud proximum circulatorem resedit, & dum vagus, atque erro vernaculis congregatur, & ludit. Athenæus lib. XIV. ἐν τῷ διομείῳ, ἢ ἡρακλείῳ

συνελέγοντο ἑξήκοντα ὄντες τὸν ἀριθμόν. *Athenis ridiculi numero* LX. *congregabantur in Diomeo, aut Heracleo.* Festus Comœdiam jocosam ex Plauto vocat. Sidonius ep. I. l. IV. Comicus jocosus. Fulgentius in Proœmio *Mythologic.* Comœdica solitus vernulitate mulcere. Comœdica sasmate delectabant. Apud Juvenalem, *fasma Catulli* δεικηλιστής, *irrisor*. Tarrhæus in Apollonium, δίκηλον κυρίως τὸ διὶ ἐοικὸς ἄγαλμα. καταχρηστικῶς δὲ πᾶν ὁμοίωμα, καὶ δικηλιστὰς δὲ τοὺς σκωπτικοὺς τοὺς ἐν τῷ σκώπτειν ἄλλον τινὰ μιμουμένους. Suidas, δικηλιστῶν, καὶ μιμηλῶν εἶδός ἐστι κωμῳδίας. Latini dicta, & dicteria dixere. Macrobius lib. II *Satur.* c. II. Mihi ex libro Furii Bibaculi notus est, & inter alia ejus dicta celebratur; loquitur de joco. Macrobius; Jocos enim veteres nostri dicta appellabant. Cicero l. II. *de Orat.* dicta illa brevia non habuit. Livius l. VII. In dictis non minus libertatis, quam suæ dignitatis memor. Lib. II. *ad Cornel. Nepot.* Itaque nostri cum omnia quæ dixissemus dicta essent, quæ facete, & breviter, & acute locuti essemus, ea proprio nomine appellari dicta voluerunt; unde dictiosus. Plautus in *Pseudolo*, *dictis dapsilis*. De scommatis, & dictis mordacibus lege Macrobium l. VII. c. III. *Saturnal.* Salisber. in *Polycrat.* lib. I. c. VI. lib. VII. c. ult. lib. VIII. cap. X. Julium Firmicum l. VIII. c. VII. *Mathes.* Coprologi dicti scurræ, ac ridiculi, quasi stercoracei, a *copros*, quæ vox de rebus vilissimis dicitur. Sidonius car. XIII.

Mimos, schœnobatas, Gelasianos,
Cannas, plectra, jocos, palen, rudentem,
Coram te trepidanter explicare.
Hic cum Amphioneæ studebat arti,
Plectro, pollice, voce, tibiaque
Thrax vates, Deus Arcas, atque Phœbus
Omni carmine posterant.
Hic si syrmate cultus, & cothurno
Intrasset semel Atticum Theatrum,
Cessissent Sophocles, & Euripides.
Et si pulpita personare socco
Comœdus voluisset, huic levato
Palmam tu digito dares Menander.

Plautus *Rudente*:

Nequeo leno quin tibi saltim dem staticulum.

Apud Macrobium, voces demutat, staticulos dat. Cato staticulos dare, ridicularia fundere. De ridiculis Sidonius lib. II. epist. II. absunt ridiculi vestitu, & vultibus histriones. Apulejus lib. IV. *Milesf.* Nec quod hic alias mimus hallucinatur, funerepus periclitatur, Comœdus sermocinatur, Tragœdus vociferatur, histrio gesticulatur, cæterique omnes ludiones ostentant populo quod cujusque artis est. Vopiscus in *Carino* mimos, & balatrones conjungit. Apud Apulejum mimi centunculi, quibus utuntur ad movendum risum. Anaxandrides in Gerontomania Radamanthum, & Palamedem scibit ridiculorum repertores fuisse. Xenophon in convivio γελωτοποιοῦ, seu ridiculi Philippi meminit. Mandrogenes, & Straton Atticus in eo numero fuerunt. Athenis sexaginta ridiculi in Diomeum, aut Herculis templum convenire soliti erant, narrante Athenæo; cujusmodi fuit apud eundem Cephisodorus Athenis dictus planus, τὴν χολὴν εἰς τοῦτο τὸ μέρος τοῦ βίου καταχρώμενος. τοῦτον ἐντυχόντα πρὸς τὸ σίμον ἀνατρέχειν, ἢ συγκαθεῖναι τῇ ἐπὶ τῇ βακτηρίᾳ, *otium in eo vitæ genere sectando abusus, ac solitus ubi clivus esset sursum cursu contendere, baculo vero subnixus descendere.* Legendus Athenæus lib. XIV. de Simodis, Ilarodis, Cinædologis, Magodis, Dicelistis, Phallophoris, Ityphallis, Autocabdalis agit. Plautus in *Sticho*,

A *Vides ridiculos nihili fieri.*

Pollux lib. VI. c. XXVIII. εἴρων χλευαστικός, θώψ, ὑποκριτής, id est, *Iron subsannator, adulator, simulator.* Ridiculi & mimi proprie dicteria funditare dicebantur, & cata dicta dicere apud Varronem l. VI. *L. L.* & lib. V. Dictum in mimo, & dictiosus. Cicero, delectant me dicta mimorum. Dicterium verbum scenæ est. Varro, ὄνος λύρας:

Et orthophallica attulit psalteria,
Quibus sonant in Græcia dicteria
Qui fabularum collocant exordia,
Ut comici, cinædici, scenatici.

B Cum enim scurra urbicarius prodiret in scenam, citharam aut psalterium afferebat, aliquid proludii loco præcenturus ad colligendum studia spectatorum. Volcatius; scurra urbicarius cum cithara exilivit. Unde & *psalterium* pro dicterio, & probro accipitur. Paulus lib. V. *Sentent. de injuriis.* Psalterium quod vulgo dicitur canticum in alterius infamiam compositum, & publice cantatum. Hinc & *cantor* pro mimo. Horatius:

— *Donec cantor vos plaudite dicat.*

Illa cantica si ante fabulam erant, dicebantur exodia, εἰσόδια, εἰθέσεις, ἀναβολαὶ, ἐνδόσιμα. Dicteria quasi δείγματα, ut in arte fidicina προκιθαρίσματα, *probationes*, πρόχορδα ᾄσματα. C Ammianus Marcell. *exodiarium.* Suidas, ἐπεισόδιον τὸ εἰς τὰ δράματα εἰσαγόμενον, κατὰ προσθήκην καὶ αὔξησίν τινα τοῦ δράματος. vel, τὸ εἰσφερόμενον τῷ δράματι γέλωτος χάριν ἔξω τῆς ὑποθέσεως ὄν. Hesychius προαύλιον, *præcentio tibicinis*, προοίμιον, εἰσόδιον. at ἐξόδιον post fabulam totam ἐπικιθάρισμα. Tertullianus *in Valentinian.* c. XXXIII. Producam itaque velut ἐπικιθάρισμα post fabulam totam. Si in media fabula, dicebantur ἔμβολα. unde lib. XLVIII. mulier embolaria Plinio, ἡ θυμελική, ut vult doctissimus Scaliger. Melius tamen embolaria copa est, quæ transvehendis annonis operam dat. D Embola enim transvectionem publicarum specierum, copiarum, annonarum significat. L. 10. *de sacrosanctis Eccles.* l. ult. Cod. *de navibus non excus.* Justinianus in Edicto XIII. ἐμβολὴν σιτοπομπείαν vocat. Cantica mimorum. Horatius:

— *Donec cantor vos plaudite dicat.*

Glossæ, cantator, τραγῳδητής. Firmicus cantores vocat calliopicos, odicos, musicarios; vetus lapis:

E CALOCASIO VERNÆ DVLCISSIMO, ET MVSICARIO INGENIOSISSIMO.

Si dicteria in fine adhiberentur, dicebantur exodia. Juvenalis,

Urbicus exodio risum movet Attellanæ.

Firmicus l. VI. exitus fabularum vocat. *Cum effeminatis*, inquit, *corporis mollitie, cinædos efficient, & qui veterum fabularum exitus in scenis sæpe saltantes imitentur.* Juvenalis personam manduci pro exodio ponit satyr. III.

— *magno manducus hiatu.*

Varro *exodium* pro exitu; quæ servitutis, inquit, ab origine ad exodium ductæ.

F

CAP. XLIII.

De Parasitis.

AD ridiculos proxime accedunt parasiti, quos & βωμολόχους, & γελοίους Græci appellant. Hesychius βώμακας, unde & βωμάκευμα, & βωμολόχευμα. & parasiti Apollinis, ut e Martiali ostendimus, a quo facit vetus Poeta:

Laudatus populo, solitus mandata referre,
Adlectus scenæ, parasitus Apollinis idem,
Multarum in mimis saltantibus utilis actor.

Vetus inscriptio:

AGILIO PANTOMIMO SACERDOTI SYNODI, APOLLINIS PARASITO.

Parasiti Apollinis in scena dicebant; *Salva res est, dum cantat senex*, ait Festus. Verrius existimat Apollinis parasitos appellari, quod C. Volumnius qui ad tibicinem saltarit (cum redeuntes e victoria dixere, *Salva res est, senex cantat*) secundarum partium fuerit, quia fere omnibus mimis parasitus inducatur. Cum autem inducerentur in scenam, habebant στλεγγίδα, καὶ λήκυθον, καὶ λαγώβολον, *strigilem, lecythum & pedum*. Dicuntur ἐγερσιγέλωτες, κέρκωπες. Nicetas l. III. *Isaaci*. Plutarchus *de audiendo* vocat eos αὐτοληκύθους, καὶ τραπεζέας, καὶ μετὰ τὸ καταχεῖσθαι τὰς χεῖρας ὕδωρ ἀκουομένους, *autolecythos qui guttum olearium semper gererent, mensarios, qui audiuntur ubi manus lotæ sunt ut accumbatur*. Adulatrices, Cypriæ climacides dictæ sunt, quod se subjicerent fœminis principibus, ut dorso suo insidentes in plaustra inferrent; τὰς κύπρου κολακίδας, κλιμακίδας προσαγορευθείσας, ὅτι τῶν γυναιξὶ τῶν βασιλέων ἀναβαίνειν εἰς τὰς ἁμάξας δι' αὐτῶν παρῆλθον. Parasitum Aristophanes in *Nebulis* στωμύλλοντα κατὰ τὴν ἀγορὰν, τριβολεκτράπελον. In *Ranis* βωμολόχον: δημοπίθηκον. Vox Græca βώμακος & βωμολόχου ab aris ducta est: βώμαξ ὁ ἀπὸ τῶν βωμῶν πρὶν καρπωθῆναι αἴρων. βωμολόχοι κυρίως ἐλέγοντο οἱ ἐπὶ τῶν θυσιῶν ἐπὶ τοὺς βωμοὺς καθίζοντες, καὶ μετὰ κολακείας προσαιτοῦντες. ἔτι δὲ καὶ οἱ παραλαμβανόμενοι ταῖς θυσίαις αὐληταὶ καὶ μάντεις. Vetus Scholiast. βωμολόχοι, *scenatici homines*. Clemens l. II. *Pædag.* c.V. μιμηλοὺς ἀνθρώπους τῶν γελοίων. Id est, *qui ab aris sumit priusquam sacrificatum sit. Bomolochi proprie qui in sacrificiis super aras considentes, & cum adulatione petentes; item ii qui assumebantur ad sacrificia, tibicines & vates.* Clemens homines vocat ridicula imitantes. Martialis l. IX. epig. XXX. de Latino histrione,

Vos me laurigeri parasitum dicite Phœbi.

Certe in mimis fere secundarum partium fuere parasiti, unde apud Senecam lib. III. *de Ira*. Optimum judicavit quicquid dixisset sequi, & secundas agere, id est, assentari, supparasitari. Horatius:

—— *Mimum partes tractare secundas.*

Cicero in *Bruto* secundarium. Suetonius in *Augusto* togatarium. Vet. Gloss. secundarius, subdiga, ὑποκριτής. Parasitorum erant in conviviis canere & assentari. Juvenalis satyr. XIV.

—— *& cantus pernoctantis parasiti.*

Lib. II. *Græcor. Epigram.*

Ὦ γαστὴρ κυνόμυια δι' ἣν κόλακες παράσιτοι
Ζωμοῦ πωλοῦσι θεσμὸν ἐλευθερίης.

Id est, *o venter impudens per quem parasiti adulatores jusculo vendunt leges libertatis*. Eos Plautus in *Captivis* cocleis comparat. *Parasiti* nomen nunc sordidum & infame est, apud antiquos sanctum; perinde autem erat ac si dixissent coepulonem. Sacerdos Athenis quoque mense cum parasitis sacris operabatur. Athenæus lib. VI. τὸ τοῦ παρασίτου ὄνομα νῦν μὲν ἄδοξόν ἐστι, παρὰ δὲ τοῖς ἀρχαίοις εὑρίσκομεν τὸν παράσιτον ἱερόν τι χρῆμα, καὶ τῷ συνθοίνῳ παρόμοιον. Caduceatores duo ex caduceatorum stirpe per annum Deli parasiti erant Athenis missi. Parasiti Herculis duodecim viri nobiles eligebantur cum ei epulum fieret. In Pallenide, τοῖς ἀναθήμασι ἐπιγέγραπται τάδε. ἄρχοντες καὶ παράσιτοι ἀνέθεσαν στεφανωθέντες χρυσῷ στεφάνῳ. ἀρχεῖον ἦν τὸ παρασίτιον. παράσιτοι οἱ ἐπὶ τὴν τοῦ ἱεροῦ σίτου ἐκλογὴν αἱρούμενοι. Id est, *donariis inscriptum est; hæc Prætores & parasiti dedicarunt aurea corona coronati. Prætorium erat parasition: parasiti, qui electi sunt ad eligendum sacrum frumentum*. Idem auctor hæc habet, ἐν ᾧ τὰς ἀπαρχὰς ἐπίθεσαν τοῦ ἱεροῦ σίτου οἱ παράσιτοι, τοῦτο παρασίτιον προσαγορεύετο. παρασίτια τοῖς μὲν ἄρχουσι δύο καθ' ἕκαστον ἦσαν, τοῖς δὲ πολεμάρχοις εἷς. Id est, *locus is in quo parasiti primitias sacri frumenti ponebant, dicebatur parasition. Singulis Prætoribus duo erant parasitia, polemarchis unus*. Postea viluit nomen, ex eo, ut opinor, quia certum accipiebant ab aliis quibusdam, tum vero a piscatoribus obsonium, quod postea impudentius exegerunt: τεταγμένον ἐλάμβανον παρ' ἄλλων τέ τινων καὶ τῶν ἁλιέων ὄψον. unde muscæ dicti veteri verbo. Vetus Poeta,

Δειπνεῖν ἄκλητος εἶναι μυῖα.

Id est, *ut non vocatus prandeam musca sum*. Iidem dicti sunt τρεχέδειπνοι, *currentes ad convivia*, κόλακες, *adulatores*, Homero φίλοι εἰλαπιναστοί, *amici epulones*. Alexis de parasitis,

Συνδειπνεῖν τῷ λέοντι, καλέσαι δεῖ μόνον,
Καὶ τῷ γαμηλιῶντι. τῷ γὰρ οὐδὲν δεῖ καλεῖν.
Τηνικα δὲ χαρίεις τ' εἰμὶ, καὶ ποιέω πολὺν
Γέλωτα, καὶ τὸν ἑστιῶντα ἐπαινέω.

Id est, *ut simul prandeam cum eo qui velit, vocet me modo oportet, & qui nuptiale epulum celebrat. Illi enim non est necesse ut me vocet, invocatus adero. Tunc autem facetus sum, & multum risum excito, & eum qui convivium præbet laudo*: legendus Athenæus lib. VI. Muscæ igitur dicti parasiti, quia non vocati alienas cænas captant, umbræ, copriæ. Lactantius lib. V. cap. II. Cyprianum copriam vocatum ab hostibus Christiani nominis ait. Suetonius in *Tiberio*; adstante, inquit, mensæ inter coprias. In *Claudio*, interdum ferula, flagrove, velut per ludum excitabatur a copriis. Dio in *Pertin.* κοπρίας τινὰς, καὶ γελωτοποιοὺς, αἴσχιστα μὲν εἴδη, αἰσχίω δὲ τὰ ὀνόματα, καὶ τὰ ἐπιτηδεύματα ἔχοντας. Id est, *coprias quosdam, & ridiculos; quod genus turpissimum, nomina ipsa etiam turpiora, & studia habentes*. Isidori glos. scurrula qui incopriat. Veteres Glossæ δρακιστὴν *scurram* interprerantur, δρακίζειν, scurrari. Scurræ alii fuere quibus unum præsepe; apud Arrianum lib. I. Epict. cap. XXVI. φάτνη, id est, *Regis culina*. Alii vagi quibus multæ culinæ. Martialis lib. V. epigr. XLV.

Quem major rapuit canem culina.

Prioris modi fuit Curculio apud Plautum scena V. qui

Tormento non retineri potuit ferreo
Quin reciperet se huc cessim ad præsepiam suam.

Idem in *Captivis*.

Prolatis rebus parasiti venatici
Sumus, quando res redierunt Molossici.

Diogenes rogatus qualis canis esset; πεινῶν, ἔφη, μελιταῖος, χορτασθεὶς δὲ μολοττικός. *Famelicus canis sum, inquit, Melitæus, satur Molossicus*. Scenatici homines βιολόγοι, ἀχρειογέλωτες. Parasitorum nomina apud Comicos, Gnatho, Gelasinus, Saturio, Artotrogus, Peniculus, Curgulio, Colax. Tria autem parasitorum genera fuere, quorum alii adulatores, alii dictiosi, quidam qui verberum patientia cibum emerent, quos flagriones vocant, & Lacones, quod Laconica animi fortitudine plagas concoquerent. De alapis Scenicorum Tertullianus libro *de Spectac.* cap. XXIII. *Qui vultus suos novacula mutat, infidelis erga faciem suam, quam non contentus Saturno, & Isidi, & Libero proximam*

mam facere, insuper contumeliis alaparum sic objicit, quasi de præcepto Domini ludat. Sidon. l. III. ep. XIII. Hoc solum comedens domi, si quid e raptis inter alaparum procellas præmisit obsoniis. Plautus in *Captivis*:

Et hic quidem Hercle nisi qui colaphos perpeti
Potest parasitus, frangique aulas in caput.

Terentius *Eunucho*:

At ego infelix neque ridiculus esse, neque plagas pati possum. Sidonius lib. III. epist. XIII. parasitum vocat *fractorem ferularum*. Tertullianus in *Apologet. flagra rumpentes*. *Plagipatidas* vocat Plautus. Apud Suidam κοπρολόγοι dicti, quos Suetonius *coprias* vocat: ἀστυνόμοι οἷς ἔμελλε περί τε τῶν αὐλητρίδων, καὶ ψαλτριῶν, καὶ κοπρολόγων. Id est, *astynomi dicti sunt quibus cura erat de tibicinis, psaltriis, & coprologis*. Heraclius apud Strabonem, & Plutarchus, νέκυες κοπρίων ἐκβλητότεροι, id est, *mortui viliores sunt, & magis rejiciendi quam sterquilinium*. Varro in *Menip. Omnes videmur nobis esse belli, festivi, saperdæ, cum simus copros*, id est, cum simus sterquilinium. De umbris (quo nomine dicti sunt ii qui alios in convivia sequerentur, quemadmodum umbra sequitur corpus) Horatius lib. I. epist. V. dixit,

—— *Locus est & pluribus umbris.*

Plutarchus lib. VII. *Sympos.* σκιὰς vocat: τὸ δὲ τῶν ἐπικλήτων ἔθος οὓς νῦν σκιὰς καλοῦσιν, οὐ κεκλημένους αὐτοὺς, ἀλλ᾽ ὑπὸ τῶν κεκλημένων ἐπὶ τὸ δεῖπνον ἀγομένους, ἐζητεῖτο πόθεν ἔσχε τὴν ἀρχήν. ἐδόκει δὲ ἀπὸ σωκράτους, &c. Id est, *consuetudo eorum qui supra numerum vocantur, quos nunc umbras vocant, non quod vocati sint, sed quod sint adducti ad cænam ab iis qui vocati sunt, quærebatur unde originem duxisset. Opinio fuit, a Socrate hoc inductum, qui Aristodemum non vocatum persuasit secum in domum Agathonis ad cænam ire, ubi dicto facetorum acceptus est*. Hac mente Hor. sat. VIII. l. II. dixit,

—— *Quas Mecænas adduxerat umbras.*

Iidem vocantur scurræ, ut diximus. Isidorus l. X. *Orig.* scurras dici vult, quia currant ad escas, quasi *escuras*: malim ἀπὸ τοῦ συγκυρεῖν, id est, *occurrere, & forte fortuna reperire*. Nonnulli quasi *succurras*, aut *securas*, quos Græci δρακιστάς. Phocylides vocat eos τραπεζοκόρους κόρακας, id est, *corvos qui e mensa saturantur*. Pollux l. VI. c. XXVIII. λιχνοτένθης, τενθεύων, τραπέζης φίλος, μίμος, γελοίων ποιητὴς, αἰσχρολόγος, κορδακίζων, μώθων, πωθαστὴς, κύων προσσαίνων ἐπισίτιος, *cupes, catillo, amicus mensarius, mimus, ridiculorum Poeta, turpiloquus, saltator infamis, derisor, adulator, canis mensarius adulans*. ἀσύμβολος, *qui symbolam non confert*: πᾶνα παθών, τὸν γέλωτα πᾶνα εἰπών, id est, *qui Panem patitur, risum vocans Panem*. Vet. Gloss. assecula toluberna, αὐτράπελος: vetus auctor apud Suidam ἐφολκίδας. ὁ τοίνυν βλαισὸς ἐπὶ τὴν θοίνην κληθεὶς οἷον ἐφολκίδα ἄκλητον ἐπάγεται ἀσκώνιον τὴν παιδίαν. Id est, *Blæsus igitur ad epulum vocatus Asconium adducit non vocatum quasi epholcida, & attractitium*. Vocati sunt & lari. Eustath. τοῖς λαροῖς ἐοικάζετο διὰ τὴν κατὰ λιχνείαν ὁμοιότητα πρὸς τὸ ὄρνεον. λαρὸς οἰκείωται ἡρακλεῖ διὰ τὸ πολύφαγον. Id est, *laris assimilis erat ob similitudinem edacitatis cum ave. Larus sacer est Herculi ob voracitatem*. Iidem dicuntur vivere de magdalia, id est, jusculo quodam, vel frustulo, ad quod inter comedendum extergentes manus suas, objiciebant canibus. Asinus piscis in ventre cor habens vocatur ectrapelogaster, & voraces homines ectrapelogastri, id est, facetiis ventrem alentes: ἀπὸ μαγδαλιᾶς ζῶ. μαγδαλιά, ζώμωμά τι, ᾧ διὰ τὸ δεῖπνον ἀποματτόμενοι τὰς χεῖρας ἔρριπτον τοῖς κυσίν. Dicti sunt & feles, & muscæ. Clemens lib. II. cap. I. *Pædagog.* λιχνείαν, λαιμαργείαν, ὀψοφαγείαν, ἀπληστίαν, ἀδηφαγίαν. μυῖαι τούτοις, οἰκεῖαι τοῖς ὀνόμασι, καὶ γαλαῖ, καὶ κόλακες, καὶ μονομάχοι, καὶ τὰ ἄγρια τῶν παρασίτων. quia mulieres ob cibum in conviviis digladiatæ. Dicti iidem ἐκτραπελόγαστροι. Ita Epicharmus vocat ὄνον, ἰχθὺν ἐν τῇ γαστρὶ τὴν καρδίαν ἔχοντα. Id est, *muscæ his nominibus conveniunt & mustellæ, & adulatores, & gladiatores, & agrestes parasiti*.

CAP. XLIV.
De Morionibus & Sannionibus.

NON in Theatro modo moriones, sanniones, miriones, & cætera ejusmodi hominum propudia in scenam inducebantur, sed etiam in divitum ædibus alebantur ad risum & ludibrium. Clemens Alex. lib. III. cap. IV. *Pædag.* conqueritur, mulieres fastidiosas συνανακλίνεσθαι τοῖς φόξοις, παιζούσας, σικίννοις τέρασι γανυμένας, καὶ τὸν μὲν θερσίτην ἀκούσας γελᾶν, id est, *accumbere iisdem in lectulis cum morionibus capite acuto, ludentes cum iis, & se oblectantes sicinnis illis portentosis, & Thersiten audientes ridere*. Easdem ait Arnobius lib. VII. delectari stupidorum capitibus rasis. Sanniones nonnulli dictos putant a Sannis Asiæ populis. Augustus pumilos, atque distortos, & omnes generis ejusdem, ut ludibria naturæ, malique ominis abhorrebat. Jurisconsulti eos esse liberos negant, qui contra formam humani generis converso more procreantur, puta monstrosa, aut prodigiosa, l. *non sunt*. D. *de statu homin.* Melius hodie Theologi existimant, si ejusmodi forma sit in qua mens, & ratio vigeat, hominum numero ejusmodi fœtum accensendum. Androgyni vere homines sunt, & ii quibus caput humanum, licet pedes, digiti, manus, brachia plura aut pauciora sint, quia in capite ἡγεμονικὸν, in cerebro mens animi. Olim in malam scævam acceptum quod Claudus ferret legem. Cicero lib. I. *ad Atticum*, de quodam Tribuno plebis qui legem de Ambitu promulgarat, ironice dixit; Lurco autem Tribunus plebis, qui Magistratum simul cum lege Ælia iniit, solutus est & Ælia, & Fusia, ut legem de Ambitu ferret, quam bono auspicio claudus homo promulgavit. Claudus tamen erat Agesilaus qui Rempublicam fortissime gessit. Sed ut ad sanniones, & moriones redeamus, apud Tertullianum miriones sunt qui ad singula velut attoniti obstupescunt. Solent, inquit, isti miriones de quibusdam personis ab hæresi captis ædificari in ruinam. Plinius epist. XVII. l. VII. moriones fatuos vocat. Græcis μωρὸς, *stultus*. Macci dicti sanniones, & fatui. Apulejus in *Apolog.* Macci prorsus, & buccones. Titulus veteris Comœdiæ Macci, ab anu Macco delira. μακκιᾷ. *desipit*. Diomedes lib. III. maccum pro fatuo. In Atellanis maccos inseri. Apud Photium μακκοᾷν, μὴ ἀκούειν, ἢ τὸ μὴ νοεῖν, ὑπὲρ τὸ τεῖν ἐδήλει. Pomponius bucconem auctoratum vocat; maccos geminos. Plautus,

Fungi, bardi, blenni, buccones.

Nonius maccum exulem. In Atellanis macci, & buccones sordidæ personæ. Lampridius de Alexandro Severo; Nanos, & nanas. & moriones, & vocales exoletos, & omnia acroamata, & pantomimos (quos Halagabalus in deliciis habuerat) populo donavit. Sidonius lib. I. epist. I. Illic non organa hidraulica sonant, nec sub phonasco vocalium concentus meditatum acroama simul intonat. Sanniones nonnulli dictos putant a Sannis Asiæ populis. Aristophanes Grammaticus notat, Cratinum Comicum ex omnibus Græcis scriptoribus σαννας vocem posuisse pro stulto. Theodoretus l. IX. *de curand. Græcor. affectib.* Lazi, inquit, Sanni, Abasgi, populi γελοῖοι Eustat. Sannæ ἔθνος ἀπαίδευτον ἀσιατικόν: alibi putat Eustath. Sannam proprium nomen hominis esse fatui.

Odyſſ. lib. x. lib. xvi. lib. xviii. Putem verius ſanniones a ſanna dictos. Sanna enim os eſt diſtortum cum vultu, auctore Probo. Juvenalis ſatyr. vi.

——— *Qua ſorbeat aera ſanna*
Julia. ———

Martian. Capella lib. v. *de Nuptiis*.

Seu ſanna typhinaris imum torſerit.

Cicero ii. *de Orat. Quid poteſt eſſe tam ridiculum quam ſannio eſt? Sed ore, vultu, imitandis moribus, voce denique, corpore ridetur ipſo.* Veteres Gloſſ. μῶκος, *hæc ſanna*. Sanna, ſubſannator, μῶκος. Dicuntur & moriones, & miriones. Martialis lib. vi. epigr. xli.

Hunc vero acuto capite, & auribus longis,
Quæ ſic moventur, ut ſolent aſellorum,
Quis morionis filium neſcit Gyrtæ?

Lib. viii. epigr. xiii.

Morio dictus erat viginti millibus emptus.

Lib. xiv.

Non mendax ſtupor eſt, nec fingitur arte doloſa.

Miriones eoſdem eſſe arbitror cum morionibus. Varro lib. v. *L. L.* a miris, id eſt, monſtris appellatos eſſe vult, unde miraculæ meretrices; nam miracula, auctore Feſto, in rebus pudendis ponuntur. Tertullianus mirionem diſtorti oris vocat. Sidonius in *Narbone* Gelaſianos, qui de induſtria ridiculi erant, cujuſmodi eſt apud Plautum Gelaſinus ridiculus. Sed moriones & fatui a Græcis dicuntur βλιτομάμαντες, ἐκ τοῦ βλίτου εὐτελοῦς λαχάνου καὶ τοῦ μάμμαν. τὸν ἄρτον δὲ οὕτω φασὶ τὰ βρέφη, ait Tzetzes in *Chiliad.* & μαμμάκυθοι, id eſt, *blitomamantes, a blito vili olere, & mamman, id eſt, pane, quæ vox infantium eſt:* dicuntur & *mammacythi*. Fatui celebres ac vulgo noti Morychus, Melitides, Corœbus, Margites, Mammacythus, Sannas, Amphietides, Polyorus, Butilio, ut Suidas docet ex Scholiaſte Ariſtoph. in *Ranis*, in hæc verba: κεχηνότες μαμμάκυθοι, καὶ μελιτίδαι κάθηνται. Euſtathius ſcribit quemlibet fatuum vocari Corœbum, & Sannam. ἐκεῖθεν τὸν μωρὸν οἴδαμεν σάνναν καλεῖσθαι, ὡς ἀπὸ κυρίου ὀνόματος, καὶ παράγεται κρατῖνος κωμῳδῶν τοιοῦτον τὸν θεοδοτίδην σάνναν. De Corœbo legendus ibidem Euſtathius: μαθόντες τινὰ κόροιβον εὐήθη μυγδόνα, φρύγα τὸ γένος ὕστατον τῶν ἐπικούρων ἀφικόμενον πριάμῳ δι᾽ εὐήθειαν. Id eſt, *cum didiciſſent Corœbum quendam Mygdonium ſtolidum, qui ob ſtoliditatem ultimus ut Trojanis opem ferret venerat.* Virgilius lib. ii. *Æneid.*

Non tulit hanc ſpeciem furiata mente Corœbus.

Item,

——— *Juveniſque Corœbus*
Mygdonides, illis qui ad Trojam forte diebus
Venerat, inſano Caſſandræ incenſus amore.

Morologi ſunt pene iidem cum morionibus, ſed latius patent, ut omnes ſtulta dicentes ſignificent. Plautus *Pſeud.* ſermones morologos vocat. Athen. lib. vi. τέτλαθι δὴ πενίη, καὶ ἀνάσχεο μωρολογούντων. Id eſt, *ſufferto paupertas, & tolerato ſtulta dicentem,*

CAP. XLV.

De variis Hiſtrionum generibus.

QUÆ origo ludis ſcenicis fuit, eadem & hiſtrionibus, ſive ab agricolis res nata ſit, ſive ab iis qui e plauſtro dicta jacerent. Romæ certe ab Hetruſcis accerſiti artifices motus inconditos dederunt. Livius lib. vii. T. Sulpitio Pætico, & C. Licinio Stolone Coſſ. ludi ſcenici inſtituti. Legendum, *Cajo Sulpicio*, ex Diodoro, Caſſiodoro, Plutarcho, Valerio Maximo. Sine carmine ullo, ſine imitandorum carminum actu ludiones ex Hetruria accit, ad tibicinis modos ſaltantes,haud indecoros motus more Thuſco dabant. Imitari deinde eos juventus, ſimul inconditis inter ſe jocularia fundentes verſibus cœpere, nec abſoni a voce motus erant. Accepta itaque res, ſæpiuſque uſurpando excitata vernaculis artificibus, quia hiſter Thuſco verbo ludio vocabatur, nomen hiſtrionibus inditum, qui non ſicut ante, feſcennino ſimilem verſum, compoſitum temere ac rudem alternis jaciebant, ſed impletas modis ſatyras, deſcripto jam ad tibicinem cantu, motuque congruenti peragebant. Livius poſt aliquot annos, qui ab ſatyris auſus eſt primus argumento fabulam ſerere, idem ſcilicet (id quod omnes tum erant) ſuorum carminum actor dicitur, cum ſæpius revocatus vocem obtudiſſet, venia petita puerum ad canendum ante tibicinem cum ſtatuiſſet, canticum egiſſe, aliquanto magis vigenti motu, quia nihil vocis uſus impediebat; inde ad manum cantari hiſtrionibus cœptum, diverbiaque tantum ipſorum voci relicta. Poſtquam lege fabularum ab riſu ac ſoluto joco res avocabatur, & ludus in artem paulatim verterat, juventus hiſtrionibus fabellarum actu relicto, ipſa inter ſe more antiquo ridicula intexta verſibus jactitare cœpit, quæ inde exodia poſtea appellata, conſertaque fabellis potiſſimum Atellanis ſunt. Quod genus ludorum ab Oſcis acceptum tenuit juventus, nec ab hiſtrionibus pollui paſſa eſt. Eo inſtitutum manet, ut actores Atellanarum nec tribu moveantur, & ſtipendia tanquam expertes artis ludicræ faciant. Admonui apud Livium legendum Cajum Sulpicium: ſic enim Plutarchus in *Romaic.* cap. ρζ. φησὶ γὰρ ἐν τοῖς πάνυ παλαιοῖς χρόνοις γαΐου τε σουλπικίου καὶ λικινίου στόλωνος ὑπατευόντων λοιμώδη νόσον ἐν ῥώμῃ γενομένην πάντας ὁμαλῶς διαφθεῖραι τοὺς ἐπὶ σκηνὴν προερχομένους. δεηθεῖσιν οὖν αὐτοῖς ἐκ τυρρηνίας ἐλθεῖν πολλοὺς καὶ ἀγαθοὺς τεχνίτας, ὧν τὸν πρωτεύοντα δόξῃ καὶ χρόνῳ πλεῖστον ἐνευημεροῦντα τοῖς θεάτροις ἴστρον ὀνομάζεσθαι, καὶ διὰ τοῦτο πάντας ἱστρίωνας ἀπ᾽ ἐκείνου προσαγορεύεσθαι. Id eſt, *dicunt enim jam olim C. Sulpicio, & Licinnio Stolone Coſſ. peſtilentem morbum Romæ omnes eos qui in ſcenam aſcenderent corrupiſſe. Cum autem precibus id contenderent, ex Tyrrhenia multi artifices venere, quorum princeps, qui fœliciſſime omnium in Theatris verſatus erat, ac diutiſſime, dicebatur Iſter, a quo cæteri dicti hiſtriones.* Vult ille Iſtrum fuiſſe nomen proprium artificis eximii,a quo cæteri dicti ſint hiſtriones, cum Livius Iſtrum a Thuſcis dici velit quemlibet ludionem. Deinde antiquiores ætate Sulpicii Pætici artifices Dionyſi Romæ fuiſſe exiſtimat Plutarchus, cum Livius id temporis Romam accitos putet. Feſtus hiſtriones appellatos eſſe vult, quia profecti ſint ex Iſtria. Valerius Maximus a Livio facit, ſed Cajum Sulpicium Pætum, non Pæticum vocat. Cajo, inquit, Sulpicio Pæto, C. Licinio Stolone Coſſ. orta peſtilentia carmina compoſita. Juventus rudi atque incompoſito motu corporum geſtus adjecit. Ludius ex Hetruria accerſitus, cujus decora pernicitas vetuſto ex more Curetum Lydorumque, a quibus Hetruſci orti, novitate aures permulſit. Dein ad ſatyras deventum. Livius autem ſecum ipſe, & cum cæteris pugnat lib. xxxvi. in hæc verba: *Per idem fere tempus (quo bellum cum Philippo Macedone gerebatur) ædes matris magnæ Idææ dedicata eſt*, &c. ludique ob dedicationem ejus facti, quos primos ſcenicos fuiſſe Valerius Antias eſt auctor, Megaleſia appellatos. Appianus in *Hannib.* Megaleſia inſtituta ſcribit, quo tempore Peſſinuntius lapis Romam e Phrygia translatus eſt; ſic enim ille: Quo tempore Scipio in Africam miſſus eſt ad Hannibalem

ex Italia retrahendum, *γιγνομένων ἐκ διὸς σημείων φοβερῶν, οἱ μὲν τὰ σιβύλλεια ἐπισκεπτόμενοι δέκα ἄνδρες ἔφασαν, ἐξ οὐρανοῦ τι εἰς πεσινοῦντα τῆς φρυγίας πεσεῖσθαι αὐτῶν δὲ τῶν ἡμερῶν, καὶ δεῖν αὐτὸ εἰς τὴν ῥώμην ἐνεχθῆναι. ἐκομίσθη δὲ τὸ βρέτας, καὶ τὴν ἡμέραν ἑορτάζουσι, cum de cœlo signa tristia essent, decem viri, qui libros Sibyllinos inspiciebant, e cœlo aliquid Pessinuntem Phrygiæ cecidisse dixerunt illis diebus, idque in urbem deferendum; simulacrum autem illatum est, & diem feriantur*. Iterum a seipso discedit Livius lib. XXXIV. *Megalesia ludos scenicos C. Attilius Serranus, L. Scribonius Libo Ædiles Curules primi fecerunt*. Tertio secum pugnat lib. XXIX. *Populus frequens dona Deæ in palatium tulit; lectisterniumque & ludi fuere Megalesia appellati*. Festus: Romani ab initio nulla usi sunt artificum opera, sed ubi primum ludos facere cœperunt, tunc asciti artifices ab Hetruscis civitatibus. Primi fuere ludi Romani, auctore Livio lib. VII. & lib. XXXIII. Ludi Romani ab Ædilibus Circo, Scenaque. Lib. IV. Ludos scenicos per quatriduum eo anno primum habitos ab Ædilibus Curulibus. Vopiscus in *Philippo Imp.* Scenicos ludos in Pompeii Theatro tribus diebus, & totidem noctibus populus pervigil spectavit, funalibus atque lychnis tenebras vincentibus. Unde scenici artifices, & simpliciter scenici vocantur, & scenatici. Cicero lib. I. *Officior. Scenicorum quidem mos tantam habet verecundiam, ut in Scenam sine subligaculo prodeat nemo.* Varro; *ut comici, cinædici, scenatici, quibus suam delectet ipse amasiam, & aviditatem spebus lactet suis*. Artemidorus l. II. fine, *θεατροκόπας*, & *λογεμπόρους* scenicos vocat. Quamquam & eæ voces de circulatoribus, declamatoribus, & iis qui tumultum & turbas in Theatro faciunt, accipi possunt. Artifices, & *τεχνῖται* histriones, & thymelici vocantur. Plutarchus in *Alexandro*, *πάλιν δὲ ἦν ἐν θεάτροις καὶ πανηγύρεσι, ὅτε δὴ τρισχιλίων αὐτῷ τεχνιτῶν ἀπὸ τῆς ἑλλάδος αὐτῷ ἀφιγμένων. Rursum erat in Theatris, & panegyribus, quo tempore cum tria millia artificum e Græcia venissent*. Aristoteles lib. VIII. *Politic.* Thymelicos vocat *τοὺς τὴν θεατρικὴν μουσικὴν μουσικὴν μεταχειριζομένους*. Cicero *pro Archia*, scenicos artifices. Livius lib. XXXIX. multi artifices e Græcia venerunt honoris ejus causa. Pollux lib. III. *τεχνίτας τοὺς περὶ τὸν διόνυσον, τεχνίτας διονυσιακούς, διονυσιακῆς ἀγωνίας ἀθλητάς*, sive Scenici essent, sive Thymelici. Plato lib. VI. *τοὺς περὶ τὴν μουσικὴν ἀθλητάς*. Athenæus lib. XIII. *τεχνιτῶν ἐπισημοτάτων χορῷ μεγάλῳ, καὶ παντοίοις ὀργάνοις, καὶ φωνίαις παρέπεμπε τὸ σῶμα*. Id est, *commisit corpus choro maximo, & organis omnis generis artificum nobilissimorum*. Gellius lib. XX. cap. IV. Tragœdos, Comœdos, tibicines vocari ait artifices Dionysiacos. Histriones autem dicuntur Clementi Alex. lib. III. *Stromat.* *θεατρικοὶ ἀσκηταί*. Dicuntur & artifices. Seneca epist. XI. Artifices scenici qui imitantur affectus, qui motum & trepidationem exprimunt, qui tristitiam repræsentant, hoc indicio imitantur verecundiam. Dejiciunt enim vultum, verba summittunt, figunt in terram oculos, & deprimunt, ruborem sibi exprimere non possunt. Plutarchus in *Romaic.* quærit, cur *οἱ περὶ τὸν διόνυσον τεχνῖται* vocentur histriones. Athenæus l. XIV. per artifices, Thymelicos & histriones intelligit, quos omnes Romæ in proscenium descendisse ait, cum in Græcia Thymelici canerent in orchestra tantum: *μεταπεμψάμενος τοὺς ἐκ τῆς ἑλλάδος ἐπιφανεστάτους τεχνίτας, καὶ σκηνὴν κατασκευάσας μεγίστην ἐν τῷ κίρκῳ*. Id est, *cum evocasset e Græcia nobilissimos artifices, & in Circo maximam Scenam extruxisset*. Imo proprie *οἱ περὶ τὸν διόνυσον τεχνῖται* dicuntur Thymelici, si Diodoro Siculo fides lib. IV. *ὅθεν μεταγενέστεροι μουσικὰς συνόδους συνεστήσαντο τῶν περὶ τὸν διόνυσον τεχνιτῶν*. Id est, *unde posteri conventus musicos artificum Dionysi constituerunt*. De istis talibus dicitur grex histrionum Terentio in *Heautontimor*; & Plauto in *Prologo Asinar*. Macrobius lib. II. cap. X. gregales vocat histriones ejusdem gregis. Histriones egregios Symmachus edecumatos actores lib. X. epist. XII. Magnis enim negotiis itidem ut magnis Comœdiis edecumati apponuntur actores. Non idem honor in pronuntiandis fabulis Publio Pollioni qui Ambivio fuit, neque par Æsopo, & Roscio fama processit. Plautus in *Bacchidib.*

Quam fabulam æque ac me ipsum amo,
Nullam æque invitus specto, si eam agit Pollio.

Luc. Ambivius actor Comœdiarum celebris egit Terentii Andriam, Eunuchum, & Hecyram. Auctor libri *de Orator.* Si quis in Scena Roscii, aut Turpionis, aut Ambivii exprimere gestus velit. Actores Tragici Comicis graviores fuere. Quintilianus lib. XI. cap. III. Roscius citatior, Æsopus gravior fuit, quod ille Comœdias, hic Tragœdias egit. Athenis ipsi Poetæ sæpe actores erant. Diogenes Laertius in *Eudoxo*, *ἔνδοξος σικελιώτης ποιητὴς κωμῳδίας νίκας ἑλὼν ἀστικὰς μὲν τρεῖς, ληναϊκὰς πέντε*. Excidere dicebantur victi. Horatius *Epist.* lib. II. epist. I.

Securus cadat, an recto stet fabula talo.

Aristoteles lib. *de Poet.* *ἐπὶ δὲ τῆς σκηνῆς ἐξέπεσε δυσχεραινόντων τούτων τῶν θεατῶν*. Item, *ἐκπίπτουσι, ἢ κακῶς ἀγωνίζονται*. Terentius fabulam stare dixit. Erant & histriones publici aut privati. Apud Spartianum Adrianus histriones publicos postulavit. Aristoteles problem. XXX. cap. X. *διὰ τί οἱ διονυσιακοὶ τεχνῖται ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ πονηροί εἰσι; ἢ ὅτι ἥκιστα λόγου κοινωνοῦσι*. Id est, *quare Dionysiaci artifices ut plurimum mali sunt? an quia minimum ratione utuntur*. Plutarchus *de utilitate quam ex hostibus percipere licet*, *τοὺς περὶ τὸν διόνυσον τεχνίτας, χορδολογοῦντας, καταυλοῦντας*, id est, *artifices Dionysi, fidicines, tibicines*: ita & Athenæus l. IX. *τοὺς περὶ τὸν διόνυσον τεχνίτας* dixit. Quod genus Romæ tenue fuit, & sine honore. Philostratus in *Herodiano*. Herodianus, inquit, Romæ *ἐπιταχθεὶς καὶ τοῖς ἀμφὶ διόνυσον τεχνίταις. τὸ δὲ ἔθνος τοῦτο ἀγέρωχον, καὶ λεπτὸν ἀρχθῆναι*. Tertullianus lib. *de Idololat.* histriones non manibus solis, sed totis membris victum elaborare ait. Scenicorum autem alii dicuntur ludiones, seu ludii, satyristæ, ethologi, mimi, alii planipedes, *δεικηλισταί*, Lentuli, Atellani, *ὑποκριταί*, satyri, morologi.

CAP. XLVI.

De Ludiis, seu Ludionibus.

LUDII, sicut & ludi ipsi, a Lydis profecti, & appellati sunt, auctore Herodoto lib. I. quos graphice describit Appianus his verbis: *χορὸς κιθαριστῶν, καὶ τιτυριστῶν ἐς μιμήματα τυῤῥηνικῆς πομπῆς, περιεζωσμένοι τε, καὶ στεφάνην χρυσῆν ἐπικείμενοι, ἴσα τε βαίνουσι ἐν τάξει μετ᾽ ᾠδῆς, καὶ μετ᾽ ὀρχήσεως. λυδοὺς αὐτοὺς καλοῦσι, ὅτι οἶμαι τυῤῥηνικοὶ λυδῶν ἄποικοι. Chorus*, inquit, *erat citharistarum, & satyrorum ad instar pompæ Tyrrhenicæ. Omnes baltheo accincti, coronam auream capite gerebant, & æquo gradu gradiebantur ordine, cum cantu & saltatione. Ludios eos vocant, quia Tyrrheni Lydorum coloni sunt*. De rudi eorum saltatione, & tibiæ cantu Ovidius lib. I. *Artis*:

Dumque rudem præbente modum tibicine Thusco
Lydius æquatam ter pede pulsat humum.

Erant igitur ludii adolescentes imberbes, impuberes, glabri, tunicis amicti insignibus, galeas, parmas, gladios gestantes, qui in pompis theatralibus ordinatim incedebant, & in numerum saltabant ut Salii: vel, ut ait Nonius, ludii, quod ludis pueri præsules essent glabri, ac depiles propter ætatem, quos antiqui lydios appellabant, ut est in lib. I. Varronis *de vita pop. Rom.* Plautus *Aulul.*

Glabriorem reddes mihi quam volsus lydius est.

Fuere & ludiæ. Statius lib. I. *Sylvar.*

Hoc plaudunt grege ludiæ tumentes,
Illic cymbala, tinnulæque Gades,
Illic agmina confremunt Syrorum.

Martialis lib. V. epigr. XXIV.

Hermes cura, laborque ludiarum.

Erant ut plerumque Gaditanæ. Martialis,

Ludiam quandam Gaditanam
Saltantem vidimus semicinctam.

Ludiorum meminit Cicero *pro Sextio*. Ipse ille maxime ludius, non solum spectator, sed actor & acroama, qui omnia sororis embolia novit. Dionysius Halicar. lib. I. *Origin.* *κυρητισμὸν*, id est, morem Curetum in ludicris saltationibus a Romanis observatum indicat his verbis: *ἐν ἁπάσαις γὰρ αὐταῖς πρόσηβοι κῦροι χιτωνίσκους ἐνδεδυκότες ἐκπρεπεῖς, κράνη τε, καὶ ξίφη, καὶ πάρμας ἔχοντες στοιχηδὸν περιΐασιν, καί εἰσιν αὗται τῆς πομπῆς ἡγεμόνες καλούμενοι πρὸς αὐτῶν ἐπὶ τῆς παιδιᾶς τῆς ὑπὸ Λυδῶν ἐξευρῆσθαι δοκούσης λυδίωνες.* Eosdem puto intelligi lib. VII. in descriptione pompæ: *σκευαὶ δὲ τῶν ὀρχηστῶν ἦσαν χιτῶνες φοινίκεοι, ζωστῆρσι χαλκέοις ἐσφιγμένοι, καὶ ξίφη παρηρτημένα, καὶ λόγχαι βραχύτεραι τῶν μετρίων.* Id est, *in omnibus pompis investes pueri tunicas excellentes induti, galeasque & enses, & parmas habentes ordine ingrediuntur, iidemque sunt pompæ duces a Lydis auctoribus ludiones appellati.* Lib. VII. *ornatus saltatorum erant tunicæ puniceæ baltheis æreis accinctæ, & enses suspensi e baltheis, & hastæ modicis breviores.* Unde & insulæ ludianorum, de quibus Varro lib. III. *de re rust.* c. ult. quas *saltatorias insulas* Plinius lib. II. vocat. Martian. Capella lib. IX. In Lydia Nympharum insulas dici, quas Varro se vidisse testatur, quæ in medium stagnum a continenti procedentes cantu tibiarum primo in circulum motæ, dehinc ad littora revertuntur. Ludii pro histrionibus, & ludiones sæpe ponuntur. Festus, Piaculum erat non tantum si cœpti ludi alicujus rei interventu interpellarentur, sed & si ludius subito constitisset. Hesychius, *λυδίζων, χορεύων, διὰ τοὺς Λυδοὺς, οἳ σώζονται μὲν, διεσκεδασμένοι δέ εἰσι.* *Lydizon, saltans, propter Lydos, qui servantur adhuc, sed huc illuc sparsi sunt.*

CAP. XLVII.

De Planipedibus.

PLANIPEDES dicti sunt, quia non podio, sed de plano agerent, pedibus tamen nudis; & ut pedaneus curuli opponitur, sic planipes mimo. Riciniati autem in Scenam prodibant planipedes. Festus, Orchestra locus in Scena, quo antea qui nunc planipedes appellantur, non admittebantur histriones, nisi tantum interim dum fabulæ explicarentur, quæ sine ipsis explicari non poterant. Ricinia portabant qui æquiori habitu prodirent, atque ut inde nomen ducerent. Ricinium autem muliebre fuit pallium breve, quo in luctu mulieres usæ. Varro lib. I. *de vita pop. Rom.* Et quod mulieres in adversis rebus ac luctibus, cum omnem vestitum delicatiorem, ac luxuriosum postea institutum ponunt, ricinia sumunt. Diomedes lib. III. fabulas planipedias in genere togatarum reponit, & ex Attio hæc refert:

Daturin' estis aurum? exultat planipes.

Vultque eundem esse mimum cum planipede. Quarta, inquit, est species planipedis, qui Græce dicitur *μίμος*, ideo Latinis planipes dictus, quod actores planis pedibus, id est, nudis in proscenium introirent (sine cothurnis scilicet aut soccis) quod olim non in suggestu Scenæ, sed in plano orchestræ positis instrumentis musicis actitabant. Planos pedes pro nudis pedibus Latine dici posse non dubito, quanquam aliud viro docto videtur, quod *planus* interdum apertum significet. Plautus in *Persa*,

Satin' hæc tibi sunt plana & certa?

Cicero III *in Verrem*; nisi vobis planum fecero. Plani etiam dicuntur Græcis impostores, qua voce utitur Cicero *pro Cluentio*, Gellius lib. XVI. cap. VII. Athenæus lib. I. *γεγόνασι δὲ καὶ πλάνοι ἔνδοξοι, ὧν κηφισίδωρος, καὶ παντελέων.* Id est; *fuere & plani nobiles, e quorum numero Cephisidorus, & Pantaleon.* Excalceatos pedes planipedis intelligit Seneca lib. I. epist. VIII. Planipedia autem fabula, inquit Donatus, dicta est ob humilitatem argumenti ejus, ac vilitatem actorum, qui non cothurno aut socco utuntur in Scena, aut pulpito, sed plano pede. Vel ideo quod non ea negotia continet, quæ personarum in turribus, aut cænaculis habitantium sunt, sed in plano & humili loco. Planipedes enim ipsis etiam mimis inferiores. Ausonius ep. XI.

Nec de mimo planipedem, nec de Comœdis histrionem.

Quia mimi erant digniores planipedibus, & Comœdi histrionibus. Erant autem planipedes distorta facie. Fabius lib. V. cap. XI. Ut Cassius quis istam faciem planipedis senis torquens. Saltabantque ad tibicinem. Gellius lib. I. cap. XI. Quid enim foret ista re ineptius, si ut planipedi saltanti, ita Graccho concionanti numeros, & modos, & frequentamenta quædam varia tibicen incineret? Et verba obscœna jaciebant. Macrobius lib. II. *Saturnal.* cap. I. Vicem planipedis, & sabulonis impudica, & prætexta verba jacientis.

CAP. XLVIII.

De Mimis.

MIMI honestiori loco fuere quam planipedes (quamquam & ipsi plerumque obscœni) quibus *ἠθολόγων* Græci appellationem attribuerunt, quia dicta & facta hominum ita imitarentur, ut actionem suam gravitate sententiarum jocis interpositis condirent. Cicero II. *de Orat.* Mimorum est ethologorum, si nimia est imitatio, sicut obscœnitas. Mimorum igitur alii fuere ridiculi & obscœni, alii graves ethologi. Ulpianus II. *Olynth.* *οἱ μίμοι σώφρονος ποιητοῦ σπουδαῖοί εἰσι. ἄλλοι δὲ μίμοι γελοίων.* Id est, *mimi Sophronis Poetæ graves sunt; alii mimi ridiculi.* Demosthenes tales homines mimos ridiculos, & Poetas turpium carminum vocat. *τοιούτους ἀνθρώπους μίμους γελοίων, καὶ ποιητὰς αἰσχρῶν ἀσμάτων.* Proprie tamen mimi ridiculi. Diomedes lib. III. Mimus est sermonis cujuslibet motus sine reverentia, vel factorum cum lascivia imitatio. Ovidius,

Scribere ſi fas eſt imitantes turpia mimos.
Quid ſi ſcripſiſſes mimos obſcœna jocantes?

Unde & mimus interdum pro fabula ponitur quæ res obſcœnas repræſentet. Airſtoreles l. I. c. I. *Poet.* ait, Sophronem & Xenarchum μίμυς ſcripſiſſe. Juvenalis ſatyr. XIII.

—— *Mimum agit ille,*
Urbani qualem fugitivus ſcurra Catulli.

Alterius mimi Joſephus meminit lib. XIX. cap. I. καὶ γὰρ μίμος εἰσάγεται καθ' ὃν σαυροῦται λῃστὴς ἡγεμών. Inepte Junius in cap. XIV. Tertulliani *in Valentinian.* vult Laureolum illum Judicem fuiſſe, quia vocatur latro princeps a Joſepho. Legendus Martialis l. I. de pœna Laureoli. Juvenalis ſatyr. VIII.

Laureolum velox etiam bene Lentulus egit,
Judice me dignus vera cruce. ——

Martialis l. II. epig. VII.

Componis belle mimos. ——

Mimi ſæpe inter homines diobolares reponuntur. Herodotus l. v. ἡνιόχοις τε, καὶ κωμῳδοῖς, καὶ μίμων, ὑποκειτῶν. Plutarchus pro circulatore poſuit, cui canis fabulæ partem peregerit. lib. *de animant. ſolert.* παρὼν γὰρ κύων μίμῳ πλοκὴν ἔχοντι δραματικὴν, καὶ πολυπρόσωπον, ἄλλας τε μιμήσεις ἀπεδίδου τοῖς ὑποκειμένοις πράγμασι προσφόρους, καὶ ὅμοιος ἦν ὑποτρέμοντι, καὶ σφαλλομένῳ, καὶ καρηβαροῦντι, τέλος δὲ προτείνας ἑαυτὸν ὥσπερ νεκρὸς ἔκειτο, καὶ παρεῖχεν ἕλκειν, καὶ μεταφέρειν. *Cum*, inquit, *adeſſet canis mimo fabulam agenti pluribus perſonis conſtantem, & alios geſtus agebat rebus idoneos, & ſimilis erat trementi, lapſanti, & ebrio pharmaco ſumpto; denique ſeipſum extendens, quaſi mortuus jacebat, præbebatque ſe trahendum, & circumferendum.* Plutarchus ſymp. VII. c. VIII. μίμοι τινές εἰσι. ὧν τοὺς μὲν ὑποθέσεις τοὺς δὲ παίγνια καλοῦσι. ἁρμόζει δὲ οὐδέτερον οἶμαι συμποσίῳ γένος. τὰς μὲν ὑποθέσεις τὰ μήκη τῶν δραμάτων, καὶ τὸ δυσχορήγητον, τὰ δὲ παίγνια πολλῆς γέμοντα βωμολοχίας, καὶ σπερμολογίας, &c. *Mimi*, inquit, *alii ſunt, qui vocantur argumenta, alii ludicra. Quorum neutrum convivi.s idoneum eſt; argumenta quidem, ſeu hypotheſes, ob prolixitatem fabularum, quæ vix expediri poſſunt; ludicra autem quia ſcurrilitate abundant, & dictis ridiculis.* De hoc poſtremo genere Diomedes l. III. Mimus effictor, quia vel intra, vel extra ſcenam geſticulationes exercet, imitaturque dicta, factaque, moreſque hominum, & naturas cum laſcivia. Mimi etiam, ait ille, dicuntur poemata ſine reverentia laſciviam imitantia. Nam cum& alia poemata idem faciant, ſolus tamen Laberius quaſi quodam privilegio, poſſedit. Erant & archimimi. Suetonius in *Veſpaſiano* c. XIX. *Favo archimimus perſonam ejus ferens ſuſtinenſque, ut mos eſt, facta ac dicta viri, interrogatis palam procuratoribus, quanti funus, & pompa conſtaret.* Viri patricii Romæ Mimos egere. Juvenalis ſatyr. VIII.

Conſumptis opibus vocem Damaſippe locaſti
Sipario, clamoſum ageres ut faſma Catulli.
Laureolum velox etiam bene Lentulus egit,
Judice me dignus vera cruce; nec tamen ipſi
Ignoſcas populo; populi frons durior hujus
Qui ſedet, & ſpectat triſcurria patriciorum,
Planipedes audit Fabios. ——

Vetus Interpres *triſcurria* dici vult, quia tres ſimul mimi exeant, aut quia tribus locis diſcurrant, forte in pulpito, in orcheſtra, in Scena. Malim ut vulgati habent, *tranſcurria*. De mimicis autem actoribus Petronius:

Grex agit in Scena mimum, pater ille vocatur,
Filius hic, nomen divitis ille tenet.

A *Mox ubi ridendas incluſit pagina partes,*
Vera redit facies, diſſimulata perit.

ubi malim cum Duza, *aſſimulata perit.* Mimi autem Laconibus dicuntur δεικηλισταὶ, auctore Euſtathio. Suidas δείκελα interpretatur διὸς εἴκελα, μιμήματα διός, id eſt, *quaſi ſimulacra, & imitamenta Jovis.* Suetonio cap. LXXV. *Auguſt.* vocantur aretalogi: niſi quis aretalogos viles Philoſophos eſſe velit, qui viros principes inter cænandum oblectarent philoſophicis ſermonibus, qui Græcis epigr. vocantur δοξοματαιοσόφοι, ζηταρετησιάδαι ab Hegeſandro. vet. poeta. Calvi erant ut plurimum. No-
B nius; *calvi mimi capite raſo.* Habebantque ſuum auctorem, ait Iſidorus, qui antequam agerent, fabulam pronuntiaret. Erant multi in riſu, & jocis ſcurrilibus, unde mimici vocantur ludicri, protervi, obſcœni. Cicero lib. II. *de Orat.* Vitandum eſt oratori utrumque, ne aut ſcurrilis jocus ſit, aut mimicus. Mimorum, & γελωτοποιῶν raſa capita fuere. Arnobius lib. VII. delectantur ſtupidorum capitibus raſis. Artemidorus l. I. *Onirocr.* c. XXIII. ξυρᾶσθαι δὲ δοκεῖν τὴν κεφαλὴν ὅλην πλὴν αἰγυπτίων θεῶν ἱερεῦσι, καὶ γελωτοποιοῖς ἀγαθόν. Juvenalis ſatyr. V.

C —— *Omnia ferre*
Si potes, & debes, pulſandum vertice raſo,
Præbebis quandoque caput, nec dura timebis
Flagra pati. ——

In Epigramm. Græcis μωρὸς φαλακρός. Capitolinus in *M. Antonino* c. XXIX. *Cum Tertullum etiam prandentem cum uxore deprehenderit, de quo mimus in Scena præſente Antonino dixit, cum ſtupidus nomen adulteri uxoris a ſervo quæreret, & ille diceret ter Tullus, & adhuc ſtupidus quæreret, reſpondit ille: Jam dixi ter, Tullus dicitur.* Stupidi illi *ſalaputis*
D objurgabantur. Arnobius, delectantur ſtupidorum capitibus raſis, ſalaputarum ſonitu. Tertullianus lib. *de Spectac*, cap. XXIII. *Placebit & ille qui vultus ſuos novacula mutat, infidelis erga faciem ſuam quam non contentus Saturno, & Iſidi, & Libero proximam facere, inſuper contumeliis alaparum ſic objicit, quaſi de præcepto Domini ludat.* Vet. Gloſſ. ſalpitta ῥάπισμα. Mimus metaphorice ponitur apud Salisberienſem; mundus mimum implet, exercet hiſtrioniam. Palladas, σκηνὴ πᾶς ὁ βίος. Fulgentius, honores ſomnialiter peragi urbicario mimologo. μίμος ὁ βίος. In mimis poſtremus erat exordiarius, de quo Perſii Scholia-
E ſtes; Exordiarius apud Veteres in fine ludorum intrabat, qui ridiculus foret, ut quicquid lacrymarum, ac triſtitiæ collegiſſent ex Tragicis affectibus, hujus ſpectaculi riſus detergeret. Mimos muliebres, & viriles Sophron Syracuſius ſcripſit Dorica Dialecto. Heſychius lib. *de Sapient.* σώφρων συρακούσιος ἀγαθοκλέους ἔγραψε καταλογάδην δωρίδι διαλέκτῳ μίμους ἀνδρείους καὶ γυναικείους. Et Platonem ajunt Philoſophum ſemper illis dum agerentur, interfuiſſe. Statius lib. *Sylvar.*

—— *Sophronaque implicitum, tenuiſque arcana Corinnæ.*

F Nicandri Scholiaſtes in *Theriacis*; σώφρων ἐν μίμοις, παιδικὰ ποιφύξας. Ariſtot. l. *de Poet.* c. I. σώφρονος καὶ ξενάρχου μίμους. Generalis omnium inſcriptio erat, *Mimi viriles, Mimi fæminei.* Specialis apud Pollucem lib x. cap. XXIV. νυμφοπόνος σώφρονος Athenæus lib. VIII. σώφρων ἐν τῇ ἐπιγραφομένῃ νυμφοπόνῳ. Etymologicon, σώφρον ἐν θυνοθήρᾳ. Germanicus in Arati Phænomena, Sophron in Mimo qui nuntius inſcribitur. Quintilianus lib. I. cap. x. Sophron Mimorum ſcriptor,

quem Plato adeo probavit, ut ſuppoſitos capiti libros ejus cum moreretur habuiſſe credatur. Valerius Max. l.VIII. c.VII. Diogenes Laert. l.IV. Videtur Plato libros Sophronis Mimographi neglectos primus Athenas intuliſſe, *καὶ ἠθοποιῆσαι πρὸς αὐτῶν, & mores ex iis finxiſſe*, qui ſub capite ejus reperti. Tzetzes Chiliad. X. c. CCCLV. Athenæus l.XI. Fuerunt & Mimi Philiſtionis, quorum meminit Martialis l.II. epig. XLI.

Mimos ridiculi Philiſtionis.

Caſſiodorus l.IV. epiſt. LI. Mimus etiam qui nunc tantummodo deriſui habetur, tanta Philiſtionis cautela repertus eſt, ut ejus actus poneretur in literis. Epiphanius l.I. *Panar.* ἐπὶ τῆς τοῦ φιλιςίωνος μιμολογίας. Scripſit φιλόγελων, ut Tzetzes Chiliad. VIII. c. CCL. Epiphan. l.II. hæreſ. LXVI. Sidonius l.II. ep.II. Philiſtionis ſupellectilem mentientes. Ammianus l.XXX. Et Judices patiuntur interdum doctos ex Philiſtionis, & Æſopi cavillationibus. Hieronymus in *Apologia contra Rufinum*, & quaſi mimum Philiſtionis, vel Lentuli, ac Marulli ſtropham eleganti ſermone confictam. Euſebius in *Chronico*, Philiſtion Mimographus natione Magneſianus Romæ clarus habetur ſub Tiberio. Symmachus l.II. epiſt. mimicam technam. Tertullianus in *Apologet.* jocos & ſtrophas mimorum. Lampridius in *Heliogab.* In mimicis adulteriis ea quæ ſolent ſimulato fieri, effici ad verum juſſit. Catullus:

Turpe incedere mimice, ac moleſte.

Mimos & pantomimos cinædos appellarunt a corporis motu. Nonius ex Plauti *Milite*, ut eſt in ſcripto codice; Tum ad ſaltandum non cinædus malacus æque eſt. Quia cinædorum exoſſis, & enervata in inceſſu mollitia, quam in embaſicœta expreſſit Petronius. In Scena Mimi & Mimæ Gaditanæ aſſiduo motu caudæ motacillam imitatæ, cinædos expreſſere. Galenus avem κίναιδον vocat. Ethologi, & ethopœi Mimi erant morum imitatores. Suidas, ἠθολόγος θεατριςὴς, ἠθοποιὸς μίμησις ἤθους ὑποκειμένου προσώπου. Ethologi dicti non ſunt, quia de virtute ethica, & morali agerent, ſed quia mores hominum, & facta repreſentarent, ut plerumque obſcœni. Quintilianus l.IX. *Inſtit.* Ethos uno verbo Latine dici non poteſt: hoc enim omnes mentis habitus continentur. Apud eundem Ethopœa eſt morum alienorum imitatio, quam depingit Cicero l.II. *de Orat.* Hæc eſt enim hujus generis virtus, ut ita facta demonſtres, ut mores ejus de quo narres, ut ſermo, ut vultus omnis exprimatur, ut his qui audiunt tum geri illa, fierique videantur. Seneca epiſt. XI. Artifices Scenici qui imitantur affectus, qui motum & trepidationem exprimunt, qui triſtitiam repræſentant, hoc indicio imitantur verecundiam. Dejiciunt enim vultum, verba ſummittunt, figunt in terram oculos, & deprimunt. Lactantius l.VI. c.XX. Quid de Mimis loquar corruptelarum præferentibus diſciplinam, qui docent adulteria, dum fingunt, & ſimulatis erudiunt ad vera? Minutius in *Octavio*: Mimi convicia digna iſta ſententia. Lactantius l.VII. c.XII. ſententia deliri hominis ridicula, Mimo dignior quam ſchola fuit. Prudentius in *Laurent.*

Impune tantas furcifer
Strophas cavillo mimico
Te nexuiſſe exiſtimas.

Mimi & hiſtriones varias perſonas induebant. Lucianus in *Necromant.* οἶμαι δὲ καὶ ἐπὶ τῆς σκηνῆς πολλάκις ἑωρακέναι τοὺς τραγικοὺς ὑποκριτὰς, τούτους πρὸς τὰς χρείας τῶν δραμάτων ἄρτι μὲν κρέοντας, ἐνίοτε πριάμους γιγνομένους ἢ ἀγαμέμνονας, καὶ ὁ αὐτὸς εἰ τύχοι μικρὸν ἔμπροσθεν μάλα σεμνῶς τὸ τοῦ κέκροπος, ἢ ἐρεχθέως σχῆμα μιμησάμενος, μετ' ὀλίγον οἰκέτης προῆλθεν ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ κεκελευσμένος. ἤδη δὲ πέρας ἔχοντος τοῦ δράματος, ἀποδυσάμενος ἕκαστος αὐτῶν τὴν χρυσόπαστον ἐκείνην, καὶ τὸ προσωπεῖον ἀποθέμενος, καὶ καταβὰς ἀπὸ τῶν ἐμβατῶν πένης, καὶ ταπεινὸς περιέρχεται, οὐκ ἔτι ἀγαμέμνων ὁ ἀτρέως, οὐδὲ κρέων ὁ μενοικέως: ἀλλὰ πῶλος χαρικλέους σουνιεὺς ὀνομαζόμενος, ἢ σάτυρος ὁ θεογείτονος μαραθώνιος. *Vidiſti ſæpe in Scena Tragicos iſtos actores, qui ut res poſtulat, jam Creontes ſunt, Priami, aut Agamemnones. Idem paulo poſt Cecropem, aut Erectheum agens, juſſu Poetæ mendicus procedit. Fabula autem finita, exuta veſte auro intexta, & perſona depoſita, & cothurnis, pauper ac humilis errat, non jam Agamemnon, aut Creon, ſed Paulus Sunienſis filius Charicleis, aut Satyrus Marathonius filius Theogitonis.* Caſſiodorus l.IV. *Var.* Mimorum inventorem facit Philiſtionem. Male. Sophron eo eſt antiquior. Epiphanius *de Manich.* τὰ δὲ ἄλλα εἰπεῖν τίς οὐκ ἂν γελάσειεν, ὡς ταχὺ τὰ τοῦ φιλιςίωνος εἶναι ἀναγκαιότερα, ἢ τὰ τούτου μυθολογίας. Suidas Philiſtionem in ipſo riſu mortuum ait. Sidonius l.II. epiſt.II. Philiſtionis meminit. Seneca in *Fragmentis*; Docimus Archimimus ſenex jam decrepitus quotidie in Capitolio mimum agebat, quaſi Dii libenter ſpectarent, quem homines deſierant. Inter Mimos maximi nominis fuit Sophron, qui ſcripſerat Mimiambos, ſed proſa oratione. Ejus imitatione Mimiambos ſcripſit Herodotus, vel Herodes quidam vetus ſcriptor verſibus Hipponacteis, quem ſequutus Mattius Romanus Poeta. Maurus Terentianus:

Hoc Mimiambos Mattius dedit metro,
Nam vatem eundem eſt Attico thymo tinctum
Pari lepore conſequutus ut metro.

Mattius in Mimiambis citatur a Gellio. Stobæus ſcazontas Herodoti citat, apud quem pro ἡμιάμβους, lege, μιμιάμβους. Sidonius epiſt II. lib.II. mimicos ſales vocat. Sane inter cænandum intromittuntur mimici ſales, ita ut nullus conviva mordacis linguæ felle feriatur. In Mimis interdum crudelia exempla fuere, ut de Laureolo docet Martialis l.I. epig.VII.

Nuda Caledonio ſic pectora præbuit urſo,
Non falſa pendens in cruce Laureolus.

De eo legendus Suetonius in *Caligula* c.LVII. Vetus Scholiaſtes Juvenal. In ipſo Mimo Laureolo figitur crux. Meminit Laureoli Tertullianus c.XIV. *adverſus Valentinian.* Hieronym. epiſt. *ad Sabinianum* Mimos, & Lentulos conjungit, quia Lentulus Laureolum egerat. Joſephus *Orig.* l.XIX. c.I. ὅτι ὀρχηςὴς δρᾶμα εἰσάγει κινύραν, ἐν ᾧ αὐτός τε ἐκτείνετο, καὶ ἡ θυγάτηρ μύῤῥας, αἷματε ἦν τεχνητὸν πολὺ, καὶ περὶ τὸν ςαυρωθέντα ἐκκεχυμένον καὶ τὸ περὶ τὸν κινύραν. *Saltator inducit fabulam Cinyram, in qua ipſe occidebatur, & filia Myrrha, & multus ſanguis arte factus erat, & circum latronem cruci affixum effuſus & circa Cinyran.* Cum enim cædes fieret in Scena, ſæpe noxii adhibiti, in quorum corpora ſæviretur. Sæpe ſanguis erat fictitius. Horatius Mimum balatronem vocat ſat.II. l.I.

Mendici, mimæ, balatrones, hoc genus omne
Mœſtum ac ſollicitum eſt cantoris morte Tigelli.

Item,

Ridetur fictis rerum balatrone ſecundo.

Balatronem vocat mimum, qui riſus cauſa geſtum alicujus exprimit.

—— *Mimum partes tractare ſecundas.*

non eas quæ ſunt δευτερολόγου, aut δευτεραγωνιςοῦ, ſed ipſius Mimi, cum alicujus exprimit verba. Cicero

in *Bruto* deuteragoniſtas vocat ſecundarios. Q. Arrius id faciebat M. Craſſi ſecundarius. Qui imitatur ſecundus eſt ab eo quem imitatur. Plato Homerum vocat τρίτον ἀπὸ ἀληθείας, quia primo eſt idea, ſecundo Deus, tertio Homerus. Mimi autem, ut diximus, planipedes erant excalceati, auctore Seneca, qui Publium ipſum excalceatum, & planipedem fuiſſe oſtendit epiſt. VIII. Quantum diſertiſſimorum inter Mimos jacet, quam multa Publii non excalceatis, ſed cothurnatis dicenda ſunt. Hieronymus in Sabinianum Diaconum, & epiſt. LXXV. Repertum eſt facinus, quod nec Mimus fingere, nec ſcurra ludere, nec Atellanus poſſit effari. Tertullianus in *Apologet.* Lentulos, & Hoſtilios vocat. Cætera laſciviæ ingenia etiam voluptatibus veſtris per Deorum dedecus operantur. Diſpicite Lentulorum, & Hoſtiliorum venuſtates, utrum Mimos, an Deos veſtros in jocis, & ſtrophis ridentes, mœchum Anubim, & maſculum Lunam, & Dianam flagellatam. Mimicos jocos, quia obſcœni ſunt, vitandos oratori docet Demetrius Phalereus, μιμικώτερα τὰ τοιαῦτά ἐστιν αἰσχρά. Unde & Eutychiano cuidam nomen fuit κωμάζοντι. Xiphilinus pag. 347. κωμάζων. καὶ τοῦτο γὰρ τοὔνομα ἐκ τῶν μίμων, καὶ γελωτοποιίας ἔσχε. Id eſt, *comeſſans. hoc enim ei nomen ex mimis, & ridiculis.* Minutius in *Octavio*; Mimus vel exponit adulteria, vel monſtrat. Mimus interdum pro figmento ponitur. Suetonius in *Othon.* cap. III. Et ſatis viſum, ne pœna acrior omnem mimum divulgaret. Cicero *pro Cœlio*: Mimi ergo eſt jam exitus non fabulæ, Quia mimi per interludia tantum prodibant in orcheſtram, dum intus actus fabulæ componerentur. Legendus Suetonius in *Veſpaſ.* c. XIX. Caſſiodorus, epiſt. XX. l. I. epiſt. LI. l. IV. Zozimus l. I. Manil. l. V. Tatian. in *Apolog.* Tertullianus *de Spectacul.* Erant & mimauli qui mimum agerent ad tibiam; unde & Heſychius μιμαυλεῖν μιμεῖν interpretatur μιμεῖσθαι, ὑποκρίνεσθαι, id eſt, *imitari, repræſentare in ſcena*, & *agere*. Athenæus l. X. Κλέων ὁ μίμαυλος ἐπικαλούμενος, ὅσπερ καὶ τῶν Ἰταλικῶν μίμων ἄριστος γέγονεν, αὐτοπρόσωπος ὑποκριτής, Id eſt, *Cleon mimaulus vocatus, qui Italicorum mimorum optimus fuit, hiſtrio per ſeipſum perſonatus.*

CAP. XLIX.

De Scenæ & Orcheſtræ obſcœnitate.

MIMI, pantomimi, & ludii turpitudine, & flagitio Scenam fœdarunt. Nihil enim ferme flagitiorum eſt, ait Salvianus lib. VI. quod in ſpectaculis non ſit. Illas rerum turpium imitationes, illas vocum ac verborum obſcœnitates, illas motuum turpitudines, illas geſtuum fœditates, &c. Quo factum eſt, ut cum artem ludicram, Scenamque totam in probro ducerent Romani, genus id hominum non modo honore civium reliquorum carere, ſed etiam tribu moveri notatione cenſoria voluerint, ait Auguſtinus lib. II. *de Civit.* cap. XVII. Iidem & communione ac cœtu piorum in fide Catholica expulſi ſunt, auctore Cypriano epiſt. XXXVII. Hiſtrionem qui in artis ſuæ dedecore perſeveraret, & magiſter perdendorum puerorum, id quod male didicit, cæteris inſinuat, non debere cum cæteris communicare: cum in lege prohibeantur viri induere muliebrem veſtem, docent quemadmodum maſculus frangatur in fœminam. Hoc dicendi genus imitatus eſt Divus Hieronymus in epiſt. *ad Marcel.* & in *Hilarione*. In Scenis theatralibus, inquit, unus atque idem hiſtrio nunc mollis in Venerem frangitur, nunc tremulus in Cybelem. Arena ſæviat, Circus inſaniat, Theatra luxurient. Quod luxuriæ genus notat Auguſtinus l. II *de Civit.* c. II. Nonnullæ pudentiores avertebant faciem ab impuris motibus Scenicorum, & artem flagitii videre erubeſcentes furtiva intentione diſcebant. Tertullianus lib. I. *in Marcionem*. Voluptates Circi furentis, caveæ inſanientis, ſcenæ laſcivientis. Auguſtinus lib. VI. cap. VII. & lib. II cap. VI. *de Civit.* Quales nec thymelica in ſe admittit obſcœnitas. Loca ubi ludi agerentur obſcœnis vocibus ac motibus hiſtrionum perſtrepebant, ubi Floralia celebrarentur effuſa omni licentia turpitudinum. Lactantius lib. VI. cap. XX. Docent adulteros cum fingunt mimi. Arnobius *adverſus Gent.* l. VII. Delectantur, ut res eſt, Diis ſtupidorum capitibus raſis, ſalaputarum ſonitu, atque plauſu, factis & dictis turpibus, facinorum ingentium rubore. Jam vero ſi viderint in fæmineas mollitudines enervantes ſe viros. Item, facinorum ingentium ruborem clunibus fluctuare criſpatis. Item, exiſtimatur tractari ſe honorifice Flora, ſi ſuis in ludis flagitioſas conſpexerit res agi, & migratum ab lupanaribus in Theatra. Cyprianus epiſt. CIII. Agentium in ſcena ſtrophas, adulterorum fallacias, mulierum impudicitias, ſcurriles jocos, paraſitos ſordidos, ipſos quoque patresfamilias togatos, modo ſtupidos, modo obſcœnos, in omnibus ſtolidos, certis nominibus inverecundos. Superinducetur homo fractus omnibus membris, ac vir ultra muliebrem mollitiem diſſolutus, cui ars ſit verba manibus expedire, ut deſaltentur fabuloſæ antiquitatis libidines. Quid multa? Auctores omnes cum ſacri, tum prophani ſpurcitiam Scenæ exagitant, non modo quod fabulæ obſcœnæ in Scena agerentur, ſed etiam quod motus, geſtuſque eſſent impudici, atque adeo proſtibula ipſa in Scenam ſæpe venirent, & ſub Scena proſtarent. Unde & obſcœnum ait Varro, quod non niſi in Scena palam dicitur. Tacitus lib. XIV. Ne adhuc publico Theatro dehoneſtaretur, inſtituit ludos Juvenalium vocabulo. Non nobilitas cuiquam, non ætas, aut acti honores impedimento, quominus Græci, Latinique hiſtriones artem exercerent, uſque ad geſtus motuſque haud viriles. Quin & fæminæ illuſtres deformia meditatæ. Auguſtinus lib. II. *de Civit.* cap. VIII. & IX. Comœdiæ nunquam probare ſua flagitia Theatris potuiſſent. Statius lib. I. *Sylvarum*:

Huc intrant faciles emi puellæ.

Tertullianus in *Apologet.* Diſpicite Lentulorum & Hoſtiliorum venuſtates, utrum mimos, an Deos veſtros in jocis & ſtrophis rideatis, mœchum Anubim, & maſculum Lunam, & Dianam flagellatam, & Jovis mortui recitatum teſtamentum, & tres Hercules famelicos irriſos. Sed & hiſtrionum literæ omnem fœditatem eorum deſignant. Item; nihil eſt nobis dictu, viſu, auditu cum inſania Circi, cum impudicitia Theatri, cum atrocitate arenarum, xiſti vanitate. Hieronymus in epiſt. *ad Marcel. & Hilar.* Non Circi furoribus, non arenæ ſanguine, non Theatri luxuria delectabatur. Auguſtinus epiſt. CXIX. *ad Januar.* theatricas affectare luxurias. Caſſiodorus lib. VI. epiſt. XIX. lib. VII. epiſt. X. proſtitutas vocat, quæ hiſtrioniam agunt. Jure igitur populus Romanus notavit turpes, fecit infames hiſtriones, ait Auguſtinus libro II. cap. XIII. XIV. XVII. *de Civit. Dei*, Lactantius lib. I. cap. XX. Præter verborum licentiam quibus obſcœnitas

omnis effunditur, exuuntur etiam veſtibus populo flagitante meretrices, quæ tunc mimorum funguntur officio, & in conſpectu populi, uſque ad ſatietatem impudicorum luminum, cum pudendis motibus detinentur. Flora illa genitrix, & ſancta, obſcœnitate ludorum bene curat, ut arva floreſcant. Non igitur de nihilo eſt, quod Juſtinianus voluit, ut qui adigerent mulieres ſacramento perpetuo ſe facturas hiſtrioniam in Scena, decem auri libris plecterentur, illæ jurejurando non obligarentur, ut eſt Novel. LI. Certe apud Græcos in ſcenam prodire, & populo eſſe ſpectaculo, nemini fuit turpitudini, apud Romanos infame, & ab honeſtate remotum, ait Probus in præfatione *de viris excellen.* & leg. Prætoris verba, in Pandectis tit. *de iis qui notantur infam.* & Tacitus *dial. de Orat.* Auguſtinus l. II. c. x. *de Civit.* Arnobius l. VII. *adverſus Gentes.* Cod. l. III. tit. XLI. l. III. Scenici dicuntur Thymelici, ut mimi, hiſtriones, ludiones qui famoſi, & tribu moventur. Thymelici tamen & cantores, qui modos faciunt, & ſaltationes, non ſunt famoſi. Ariſtides *ἐξορχεμ. τίς γὰρ ἐστιν ὅστις οὐκ ἄξιος βελτίων ὀρχηστοῦ παντὸς εἶναι; ἢ τίς ἂν τῷ μίμῳ συγχωρήσειεν ἔξω φθέγγεσθαι;* Id eſt, *quis eſt qui non dignus ſit, ut ſaltatore quolibet ſit melior? aut quis mimo concedat ut extra Scenam loquatur?* Legendus Philo in *Cain.* Demetrius Phalereus tibicinas, ſcorta, tibicines, cantores, ſaltatores eodem omnes numero habet, ut ſint dira nomina *τὰς ἐν τῷ πειραιεῖ αὐλητρίας, καὶ τὰ πορνεῖα, καὶ τοὺς αὐλοῦντας, καὶ ᾄδοντας, καὶ ὀρχουμένους, ταῦτα πάντα δεινὰ ὀνόματα.* Cod. tit. 41. l. II. l. 4. Pantomimum veſte humili, & rugoſa agitatorem, aut vilem offerat hiſtrionem. Auſonius in *ludo Sapientum*;

Nobis pudendum, non & Atticis quoque,
Quibus Theatrum curiæ præbet vicem.

Sed illud de proſtibulis in Theatro videtur fuiſſe antiquiſſimum, cum Livius l. II. ita loquatur: *Eo anno Romæ cum per ludos ab Sabinorum juventute per laſciviam ſcorta raperentur.* Iſidorus l. XVIII. *Idem vero Theatrum, idem & proſtibulum, eo quod poſt ludos exactos meretrices ibi proſtituerentur.* Plautus *Caſinæ* Prolog.

Tranſacta, inquit, *fabula, argentum ſi quis dederit,*
Ut ego ſuſpicor, ultro ibit nuptum, non manebit auſpices.

Idem *Pœnoli* Prolog.

Scortum exoletum ne quis in proſcenio ſedeat.

Pompejus ideo Theatro ſuo Veneris ædem ſuperpoſuit. Tertullianus *de Spectac.* quod Venus in Theatris coleretur, ut ait Salvianus l. VI. Legendus in eam rem Victruvius l. v. c. III. Seneca ep. VII. & LXXXIV. Columella præfat. *ad Sylvin.* Cyprianus l. II. ep. II. *ad Donatum*, Minutius in *Octavio* ſub finem, Arnobius ſub finem l. IV. Clemens *Pædag.* l. III. c. XI. Chryſoſtomus homil. *de Spectacul.* David homil. VII. & LXXIV. *in Matth.* Auguſtinus ep. CXIX. *ad Januar.* Quæ cum ita habeant, minus mirum videri debet, ſi Apoſtolorum interdicto ludis ſcenicis Chriſtiani arceantur. Verba ſic habent apud S. Clementem l. VIII. *Conſtit.* c. XXXII. *τῶν ἐπὶ σκηνῆς ἐάν τις προσίῃ ἀνὴρ ἢ γυνὴ, ἡνίοχος, ἢ μονομάχος, ἢ σταδιοδρόμος, ἢ λουδεμπιστὴς, ἢ ὀλυμπικὸς, ἢ χοραύλης, ἢ κιθαριστὴς, ἢ λυριστὴς, ἢ ὁ τὴν ὄρχησιν ἐπιδεικνύμενος, ἢ κάπηλος, ἢ παυσάσθωσαν, ἢ ἀποβαλλέσθωσαν.* Id eſt, *Si quis ſcenicus ad Eccleſiam agregatus ſit, vir mulierve fuat, aut ſi quis agitator, aut gladiator, aut curſor, aut ludo præfectus, aut athleta, aut choraules aut citbariſta, aut lyriſtes, aut ſaltare doctus, aut caupo, deſinant artem ſuam, aut cœtu piorum pellantur.* Itaque ludi Theatri ob impudicitiam a

A Chriſtianis adeo damnati ſunt, ut vir uxorem repudiare poſſet, quæ præter ejus voluntatem ſcenicas voluptates aucuparetur. Novella Juſtin. XXII. *παρὰ τὴν αὐτοῦ γνώμην ἱπποδρομίαις χαίρουσαν τε, καὶ παραγινομένην ἢ θεάτροις παραβάλλουσαν, φασὶν δὲ τοῖς ἔνθα σκηναὶ, καὶ τὰ τοιαῦτά ἐστι, ἢ καὶ ὅπου θηρίοις πρὸς ἀνθρώπους ἡ μάχη.* *Vir dimittere uxorem poteſt ſi præter voluntatem ſuam circenſes, & theatricas voluptates captet, ubi ſcenici ludi ſunt, aut ubi feræ cum hominibus pugnant.* L. conſenſu. C. *de repud.* mulier quæ contra vetitum viri ſcenicos ludos frequentat, repudiari poteſt. Novella CXVII. *ἐὰν ἱππικοῖς, ἢ θεάτροις, ἢ κυνηγίοις παραγίνηται, ἐπὶ τῷ θεωρῆσαι ἀγνοοῦντος, ἢ καὶ κωλύοντος τοῦ ἀνδρὸς ἀποπέμπεται γυνή.* B Julianus in *Miſopogone*, *ὡς οὐκ ἐστιν ἰδίᾳ σωφρονεῖν οἴκοι καὶ λάθρα, τὸν δημοσίᾳ, καὶ φανερῶς ἀκόλαστον εἶναι θέλοντα, καὶ τερπόμενον τοῖς θεάτροις.* *Non poteſt domi temperans eſſe, & caſtus, qui publice incontinens, & impudicus eſſe vult, e Theatris voluptatem captans.* Auguſtinus l. II. *de Civit. Dei* c. XXVII. hanc talium numinum placationem petulantiſſimam, impuriſſimam, nequiſſimam, immundiſſimam fuiſſe ait. Arnobius l. IV. Quid pantomimi veſtri? quid hiſtriones? None ad uſum quæſtus ſui abutuntur Diis veſtris, & lenocinia voluptatum ex injuriis attrahunt, contumeliiſque divinis? C Tertullianus in *Apologet.* c. XV. ſed & hiſtrionum literæ omnem fœditatem eorum deſignant. Luget Sol filium jactatum de cælo lætantibus vobis & Cybele paſtorem ſuſpirat faſtidioſum, non erubeſcentibus vobis. Theophilus *ad Autolycum* l. III. Nec cætera ſpectacula ſpectare audemus, ne oculi noſtri inquinentur, & aures noſtræ hauriant, aut prophana quæ ibi decantantur carmina, nempe dum Thyeſtæ Tragica facinora commemorant, & Terei liberos devoratos recitant, nec fas nobis eſt audire adulteria Deorum, quæ ſuavi cantu modulantur. Martialis l. I. epig. III.

D

Noſſes jocoſæ dulce cum ſacrum Floræ,
Feſtoſque luſus, & licentiam vulgi,
Cur in Theatrum Cato Severe veniſti?

Auſonius,

Nec non laſcivi Floralia læta Theatri,
Quæ ſpectaſſe volunt qui voluiſſe negant.

Minucius in *Octavio*: Nam in ludis curulibus quis non horreat populi in ſe rixantis inſaniam? in gladiatoriis homicidii diſciplinam? In ſcenicis etiam non minor furor, turpitudo prolixior. E Nunc enim mimus vel exponit adulteria, vel monſtrat. Nunc enervis hiſtrio amorem dum fingit, infligit. Idem Deos veſtros, inducendo ſtupra, ſuſpiria, odia, dedecorat. Idem ſimulatis doloribus lacrymas veſtras, vanis geſtibus, & nutibus provocat. Lactantius *Epitom.* c. IV. Quid Scena? in qua Comœdia de ſtupris, & amoribus, Tragœdia de inceſtis, & parricidiis fabulatur. Lib. VI. cap. XX. In Scenis Comicæ fabulæ de ſtupris virginum loquuntur, & amoribus meretricum, & quo magis ſunt eloquentes qui iſta flagitia finxerunt, eo magis ſententiarum elegantia perſuadent. Impudicitia igitur Theatri damnata. F Sidonius lib. III. epiſt. XIII. ſermones proſtitutos, & theatrales vocat. Chryſoſtomus homil. *de Saule*, Theatra *παρανομίας, καὶ ταῖς ὄψεσι τῶν ἀτιμωμένων γυναικῶν ἐκείνων προσηλωμένοι, καὶ διημερεύσαντες ἐκεῖ, ὅπου καὶ ῥήματα διακεκλασμένα, καὶ ᾄσματα πορνικὰ, καὶ ὀφθαλμῶν ὑπογραφαὶ, καὶ ἐπιτρίμματα παρειᾶς, καὶ στολὴ περιεργότερον συγκειμένη, καὶ σχῆμα γοητείας γέμον, καὶ ἕτεραι πολλαὶ μαγγανεῖαι, καὶ ἡ παρὰ τοῦ τόπου πρὸς ἀσέλγειαν παράκλησις, καὶ ἡ τῶν φθασάντων, καὶ ἡ τῶν μετὰ ταῦτα ἀκουσμάτων, καὶ ἡ διὰ συρίγγων,*

A ρίγγων, καὶ ἡ διὰ τῶν αὐλῶν, καὶ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων μελωδία καταγοητεύουσα. Item, τοῖς ὀφθαλμοῖς καὶ τὴν κλίνην τὴν ἐπὶ τῆς ὀρχήστρας βλέπων, ἔνθα τὰ μυσαρὰ τελεῖται τῆς μοιχείας δράματα, καὶ τὴν τράπεζαν ταύτην ἱερὰν, ταῖς αὐταῖς ἀκοαῖς πόρνης ἀκούων αἰσχρολογούσης, καὶ προφήτου. Salvianus lib. VI. In Theatris nihil nisi obscœnum, & inverecundum a Scenicis profertur. Tertullianus *in Marcionem* lib. I. solemnes voluptates Circi furentis, & caveæ sævientis, & scenæ lascivientis. Hieronymus epist. *ad Marcell.* Theatra luxuriantur. In *Hilarione*; non Circi furoribus, non arenæ sanguine, non Theatri luxuria delectabatur. Tertullianus *de Spectac.* B Nam sæpe Censores renascentia tum maxime Theatra destruebant, moribus consulentes, quorum scilicet periculum ingens de lascivia providebant. Quonam leges illæ abierunt, quæ Theatra stuprandis moribus orientia destruebant? Hoc igitur modo etiam a Theatro separantur, quod est privatum consistorium impudicitiæ, ubi nihil probatur, quam quod alibi non probatur. Ita summa gratia ejus de spurcitia plurimum concinnata est, quam Atellanus gesticulator, quam Mimus etiam per mulieres repræsentat, sexum pudoris exterminans, ut facilius domi, quam in Scena erubescant: C quam denique pantomimus a pueritia patitur in corpore, ut artifex esse possit. Ipsa etiam prostibula, publicæ libidinis hostiæ, in Scena proferuntur, locus, stipes, elogium etiam quibus opus non est prædicatur. Ipsæ illæ pudoris sui interemptrices de gestibus suis ad lucem, & populum expavescentes, semel anno erubescunt. Vide c. XVII. XVIII. de impudicitia Theatri; vide Cyprianum epist. II. & lib. *de Spectac.* cap L. Lactantium lib. VI. c. XX. Augustinum lib. II. *de Civit.* cap. IV. V. VI. VII. VIII. IX. X. XI. XII. XIII. Ludi scenici vocantur πόρναι Novella CV. Justiniani, καὶ πέμπτην τε ποιήσει πρόοδον τὴν ἐπὶ τὸ θέατρον ἄγουσαν, ἃς δὴ πόρνας καλοῦσι, &c. D *Quintum quoque processum in Theatrum faciet, quas sane pornas, seu scorta appellant, ubi & ridiculis in scena locus est, tragicisque & thymelicis choris, & spectaculis omnis generis, & auditionibus Theatrum apertum est*, ἔνθα τοῖς ἐπὶ σκηνῆς γελωτοποιοῖς ἔσται χώρα, τραγῳδοῖς τε, καὶ τοῖς ἐπὶ τῆς θυμέλης χοροῖς, θεάμασί γε παντοδαποῖς, καὶ ἀκούσμασι ἀνεῳγμένον ἐστὶ τὸ θέατρον. Eadem verba habentur Novella XCVIII. Procopius *in Anecdotis*, ἐπειδὴ δὲ τάχιστα εἴς τε τὴν ἥβην ἀφίκετο, καὶ ὡραία ἦν ἤδη, ἐς τὰς ἐπὶ σκηνῆς καθῆκεν αὐτήν. ἑταίρα δὲ εὐθὺς ἐγεγόνει, οἵαν περ οἱ πάλαι ἄνθρωποι ἐκάλουν πεζήν. οὐ γὰρ αὐλήτρια, οὔτε ψάλτρια ἦν, οὐ μὴν οὐδὲ E τὰ εἰς τὴν ὀρχήστραν αὐτῇ ἤσκητο, ἀλλὰ τὴν ὥραν τοῖς ἀεὶ περιπίπτουσιν ἀπεδίδοτο μόνον, ἐκ παντὸς ἐργαζομένη τοῦ σώματος. εἶτα τοῖς μίμοις τὰ ἐς τὸ θέατρον πάντα ὡμίλει, καὶ τῶν ἐνταῦθα ἐπιτηδευμάτων μετεῖχεν αὐτοῖς γελωτοποιοῖς τισὶ βωμολοχίαις ὑπηρετοῦσα. Id est, *ubi primum pubes facta est, & forma erat ingenua, se ipsam in earum numero quæ in Scena prostabant censeri voluit. Meretrix itaque illico fuit, ex earum numero quæ olim pedestres, aut pedaneæ dictæ sunt, quia pedibus sine musicis instrumentis in convivia ventitarent, aut potius, quia ad terram se subigendas mœchis substernerent. Non enim erat tibicina, aut psaltria, neque in orchestra salta-* F *re didicerat, sed formam omnibus in quos incidisset vendebat modo, ex omni corpore quæstum faciens. Deinde Mimis ad ea quæ in Theatro fiunt operam dedit, & cum ridiculis ac scurris particeps facta est eorum studiorum quæ in Scena, jocis dictisque scenicorum serviens.* πολλάκις δὲ ἐν τῷ θεάτρῳ ὑπὸ θεατῇ παντὶ τῷ δήμῳ ἀπεδύσατό τε, καὶ γυμνὴ διὰ μέσου ἐγένετο, ἀμφὶ τὰ αἰδοῖα, καὶ τοὺς βουβῶνας διάζωμα ἔχουσα μόνον, ut ex notis doctissimi viri, ac integerrimi Francisci Pithœi exscripsimus. Id est, *sæpe autem in oculis totius populi nudabatur, & nuda erat in medio, cum tamen subligaculo pudenda ejus & inguina tegerentur*. Seneca Florales ludos nudandarum meretricum vocat; nudabantur enim dato tubæ signo, ait Lactantius lib. I. *Instit.* Juvenalis satyr. VI.

—— Dignissima prorsus,
Florali matrona tuba.

Persius,

—— Nostra ut Floralia possint
Aprici meminisse senes.

Legendus Varro lib. I. *de Re Rust.* cap. XIII. Plinius lib. XVIII. cap. XXIX. Ovidius IV. *Fastor.* Gellius lib. X. cap. XIII. Nonius, & Fortunatianus lib. II. *artis Rhetoricæ*, qui monet, Catonem librum scripsisse de re floria, concisa oratione, ut indignationem Magistratuum in Florales excitaret, ut Lactantius lib. I. *de falsa relig.* cap. XX. Chrysost. homil. XII. *in Epist. I. ad Corinth.* θέατρα συνάγουσι, καὶ πορνῶν ἐκεῖ γυναικῶν χοροὺς εἰσάγοντες, καὶ παῖδας πεπορνευμένους, καὶ εἰς τὴν φύσιν αὐτὴν ἐνυβρίζοντας. *Theatra congregant, & meretricum choros illic inducentes, & pueros pathicos qui injuria ipsam naturam afficiunt*: καὶ μετ᾽ ὀρχηστῶν, καὶ μαλακῶν, καὶ μίμων, καὶ πορνῶν γυναικῶν εὐφημίας ἀπολαύειν θέλεις, *& cum saltatoribus, mollibus, & mimis, & meretricibus vis acclamationibus, & plausu frui*. Cyrillus catech. I. μὴ περισπούδαστός σοι ἔστω ἡ θεατρομανία, ἔνθα τὰς ἀσελγείας τῶν μίμων ὄψῃ, ὕβρεσι πεπραγμένας, καὶ πάσῃ ἀσχημοσύνῃ, ἐκτεθηλυσμένων τε ἀνδρῶν ἐμμανεῖς ὀρχήσεις. *Non ergo studiosus esto furoris theatrici, ubi conspicias mimorum impudicitias contumelia patratas, & omni fœditate, & hominum mollium & effæminatorum saltationes.* Chrysostomus *in Epist. I. ad Corinth.* homil. XII. τί οὖν ἡταιρηκότας ἐκείνους εἰσάγεις, καὶ οὐκ εἰσάγεις μόνον, ἀλλὰ καὶ τιμᾷς μυρίαις καὶ ἀφάτοις δωρεαῖς, καὶ ὡς εὐεργέταις κοινοῖς τῆς πόλεως, καὶ χρήματα ἀναλίσκεις, καὶ ἐκ τῶν δημοσίων αὐτοὺς τρέφεις δαπανημάτων. *Quid ergo illos inducis cinædos, & exoletos? Neque solum inducis, sed etiam infinitis & ineffabilibus muneribus honoras, & ut in benefactores communes urbis, in eos pecunias impendis, & publicis sumptibus ipsos alis.* Basilius homil. IV. *in Examer.* εἰσί τινες πόλεις παντοδαποῖς θεάμασι θαυματοποιῶν ἀπὸ βαθέος ὄρθρου μέχεις ἑσπέρας αὐτῆς ἑστιῶσαι τὰς ὄψεις, καὶ μέντοι καὶ μελῶν τινὲς κεκλασμένων, καὶ διεφθαρμένων καὶ παντάπασι πολλὴν ἀκολασίαν ταῖς ψυχαῖς ἐντικτόντων, &c. ὀρχήστρα εὐθυνουμένη θεάμασιν ἀκολάστοις, κοινὸν, καὶ δημόσιον διδασκαλεῖον ἀσελγείας τοῖς συγκαθημένοις ἐστὶ, καὶ τὰ παναρμόνια τῶν αὐλῶν μέλη, καὶ ᾄσματα πορνικὰ ἐγκαθεζόμενα ταῖς τῶν ἀκουσάντων ψυχαῖς, οὐδὲν ἕτερον ἢ πάντας ἀσχημονεῖν ἀναπείθει. *Quædam urbes ab orto Sole ad occasum spectaculis præstigiatorum omne genus pascunt oculos, & canticorum fractorum, ac corruptorum, quæ intemperantiam animis ingenerant. Orchestra quæ abundat spectaculis impudicis publica est, & communis schola impudicitiæ iis qui assident, & tibiarum cantus, & cantica meretricia insidentia audientium animis, nihil aliud persuadent, quam ut omnes fœditati studeant, & imitentur citharistarum, aut tibicinum pulsus.* Chrysostomus *in Epist. I. ad Corinth.* homil. XII. ἀλλ᾽ ἄτιμοί εἰσι. τί οὖν διὰ τῶν ἀτίμων τοὺς βασιλέας τιμᾷς; τί δὲ εἰς αὐτοὺς τοσαῦτα δαπανᾷς; εἰ γὰρ ἄτιμοί εἰσιν, ἀπελαύνεσθαι ἐχρῆν τοὺς ἀτίμους. *Sed sunt infames. Quid ergo per infames honoras Regem? cur in eos tot sumptus facis? Si enim sunt infames, oportuit eos urbe exigi, non de publico ali.* Arnobius l. VII. Ludi quos facitis, quibus Floralibus, & Megalensibus nomen est, quam rationem habent? Ponit animos Jupiter, si Amphitruo fuerit actus, pronuntiatus-

que Plautinus, aut ſi Europa, ſi Læda, Ganymedes fuerit ſaltatus, aut Danae motum compeſcit irarum, tranquillior, lenior mater magna efficitur, ſi Attyadis conſpexerit priſcam refricari ab hiſtrionibus fabulam. Obliterabit offenſam Venus, ſi Adonis in habitu geſtum agere viderit ſaltatoriis in motibus pantomimum. Exiſtimatur tractari ſe honorifice Flora, ſi ſuis in ludis flagitioſas conſpexerit res agi, & migratum ab lupanaribus in Theatra.

CAP. L.

De infamia Theatri.

OMNES ſcenicos infames eſſe oſtendit Tertullianus lib. *de Spectac.* cap. XXII. Ipſi auctores, & adminiſtratores ſpectaculorum quadrigarios, ſcenicos, xyſticos, arenarios illos amantiſſimos, quibus viles animas fæminæ, aut illi etiam corpora ſua ſubſternunt, propter quos in ea committunt, quæ reprehendunt, ex eadem parte quam magni faciunt, deponunt, & deminuunt, imo manifeſte damnant ignominia, & capitis minutione arcentes curia, roſtris, Senatu, equite, cæteriſque honoribus omnibus ſimul, ac ornamentis. D. *de his qui notantur infamia*: l. I. Infamia notatur qui artis ludicræ, pronuntiandive cauſa in Scenam aſcenderit. Leg. 2. §. ultimo. Ulpianus; Eos enim qui quæſtus cauſa in certamina deſcendunt, & omnes propter præmium in Scenam prodeuntes, famoſos eſſe Pegaſus, & Nerva filius reſponderunt. Suetonius in *Cæſare* cap. XXXIX. *Munere in foro dimicavit A. Calpenus Senator quondam.* Idem in *Auguſto* cap. XLIII. *Ad ſcenicas & gladiatorias operas, & equitibus Romanis aliquando uſus eſt, verum prius quam Senatusconſulto interdiceretur.* Novella LI. Fæminæ quæ in Scenam deſcendunt impudicitiæ damnantur. *ἀσεβῆ ἐργασίαν, ἣν πληρῦσιν αἱ γυναῖκες κατιῦσαι εἰς σκηνὴν.* Scenici ab iis quos in Scenam admitterent exigebant jusjurandum nunquam eos infamem hanc artem ejuraturos: *ὅρκον ἀπαιτῦσιν, ὡς ὐδέποτε παύσονται τ ἀσεβῦς ἐκείνης κ ἀσχήμονος ἐργασίας.* Valerius Maximus lib. II. cap. VI. Maſſilia ſeveritatis cuſtos acerrima eſt, nullum aditum in Scenam mimis dando, quorum argumenta majori ex parte ſtuprorum continent actus, ne talia ſpectandi conſuetudo etiam imitandi licentiam ſumat. Cap. ultimo: Catone ludos Florales, quos Meſſius Ædilis faciebat, ſpectante, populus ut mimæ nudarentur, poſtulare erubuit. Scenici maxime immodeſti erant. Tacitus lib. IV. Cæſar de immodeſtia hiſtrionum retulit. Lib. XI. At Claudius munia cenſoria uſurpans theatralem populi laſciviam ſeveris dictis increpuit. Lib. XIV. Ne publico Theatro dehoneſtaretur, Nero inſtituit ludos Juvenalium vocabulo. Ratuſque dedecus amoliri ſi plures fœdaſſet, nobilium familiarum poſteros egeſtate vænales in Scenam deduxit. Non nobilitas cuiquam, non ætas, aut acti honores impedimento, quo minus Græci, Latinive hiſtrionis artem exercerent uſque ad geſtus, modoſque haud viriles. Poſtremo ipſe Scenam inſcendit multa cura tentans citharam, & præmeditans. Item; Majores quoque non abhorruiſſe ſpectaculorum oblectamenta, pro fortuna quæ tum erat, eoque a Thuſcis accitos hiſtriones, &c. Neque quenquam Romæ honeſto loco ortum ad theatrales artes degeneraviſſe ducentis jam annis a L. Mummii triumpho, qui primus id genus ſpectaculi in urbe præbuerit. Leg. tamen 4. D. *de iis qui notantur infam.* Ulpianus ait; Utile videtur, ut neque Thymelici, neque xyſtici, nec agitatores, &c. ignominioſi habeantur. Arnobius tamen lib. VII. Scenicos fuiſſe infames oſtendit his verbis; quarum fabularum actores inhoneſtos eſſe jus veſtrum, & inter capita computari judicavit infamia. Auguſtinus lib. II. *de Civit.* cap. XIV. Romani ab honoribus omnibus repellunt Scenicos; cap. XXVII. Cujus actores laudanda Romanæ virtutis indoles honore privavit, tribu movit, agnovit turpes, fecit infames. Tertullianus in *Apolog.* cap. LI. Mimos capita ignominioſa, & famoſa appellat. Idem lib. de *Spectac.* manifeſte damnant ignominia, & capitis minutione, &c. Æmilius Probus; In Scenam vero prodire, & populo eſſe ſpectaculo, nemini in iiſdem gentibus fuit turpitudini, quæ omnia partim humilia, atque ab honeſtate remota ponuntur. Agitatores dicuntur inhoneſtæ perſonæ lib. IV. C. *de ſpectac.* & tamen non ſunt infames lib. IV. D. *de his qui notantur infamia.* Qui quæſtus cauſa in Scenam prodeunt famoſos eſſe, & pro ſe tantum, non pro aliis poſtulare poſſe dicitur lib. I. D. *de poſtulando*: lib. I. D. *de iis qui notantur infamia.* Qui operas ſuas locaverit ut prodiret artis ludicræ cauſa, neque prodierit, non eſt infamis, quia non eſt ea res adeo infamis, ut etiam conſilium puniri debeat; lib. III. D. *de iis qui notantur infamia.* Ii qui ludicras artes exercent, interdum ſervis, aut libertinis comparantur. Nec enim Senatoris filia, neptis, vel proneptis libertino, vel ei qui artem ludicram exercuit, legitime nubere poteſt. Senatoris filia quæ artem ludicram fecit, impune liberto nubit; lib. XLII. lib. XLVII. D. *de ritu nuptiar.* Miles æque puniendus eſt capite, ſi artem ludicram fecerit, ac ſi in ſervitutem ſe venire paſſus ſit; l. *quædam delicta.* D. *de pœnis.* Præterea ad accuſationem ex lege Julia Majeſtatis, ut hiſtriones, & reliqui famoſi, qui jus accuſandi propter delictum proprium non habent, ita ſervi quoque ac liberti admittuntur; l. *famoſi ad l. Juliam Majeſtatis.* Scenicæ mulieris macula reſcripto Principis tolli poteſt, ut ſervilis macula, ſi ſervus natalibus reſtitutus fuerit; l. *Imperialis.* C. *de nuptiis.* Quintilianus Declamatione CCCII. *Qui artem*, inquit, *ludicram exercuerit, in* XIV. *primis ordinibus non ſedeat.* Vitellius cavit, ne Senatores, equiteſque gladiatoriam aut ludicram artem exercerent. Zonaras, *ἀπηγόρευσε δὲ καὶ τοῖς βυλευταῖς, καὶ τοῖς ἱππεῦσι μονομαχεῖν, ἢ ἐν ὀρχήστρᾳ θέαν τινὰ παρέχειν.* Scenicas, & ex Scenicis natas, quæ fidem Chriſtianam complexæ fuerint, ſi pudice vixerint, ad Scenam revocari non potuiſſe docetur C. Theodoſ. *de Scenicis.* lib. II. & IV. ubi tamen mulieres quæ ex viliori ſorte progenitæ ſpectaculorum debentur obſequiis, ſi ſcenica officia declinarint, ludicris miniſteriis deputantur, lib. XI. Mimæ quibus interdictum gemmis, ſericis uti, textis auratis, cruſtis veſtibus, quibus puri muricis rubor alii colori admixtus inardeſcit. Uti ſane cruſtis ſcutulatis, & verſicoloribus ſericis, auroque ſine gemmis collo, brachiis, cingulo non vetantur. Cruſtas veſtes *κρουστὰς* Græco nomine dici ait; lib. XII. fidicinam nulli liceat vel emere, vel docere, vel vendere, vel conviviis, aut ſpectaculis adhibere. Hiſtriones Romæ ſæpe coerciti. Tacitus l. I. *Annal.* Theatri licentia proximo priore anno cœpta gravius tum erupit, occiſis non modo e plebe, ſed militibus, & Centurione, vulnerato Tribuno Prætoriæ cohortis, dum probra in Magiſtratus, & diſſenſionem vulgi prohibent. Actum de ea ſeditione apud Patres, dicebanturque ſententiæ, ut Prætoribus jus virgarum in hiſtriones eſſet. Interceſſit Halerius Agrippa; valuit tamen interceſſio, quia

D. Auguſtus immunes verberum hiſtriones quondam reſponderat. Suetonius cap. XLV. Coercitionem in hiſtriones Magiſtratibus omni loco, & tempore lege veteri permiſſam ademit, præterquam ludis & Scena. Adverſus hiſtriones relicta exilium, & carcer. L. IV. pulſi tum hiſtriones Italia. Lib. XIII. in vincula ductos fautores hiſtrionum. Imo jus virgarum relatum apud Paulum lib. V. *Sentent.* tit. XXVI. Tacitus lib. I. de modo Lucaris, & adverſus laſciviam fautorum multa decernuntur, ex quis maxime inſignia; ne domos pantomimorum Senator introiret, ne egredientes in publicum equites Romani cingerent, aut alibi quam in Theatro ſpectarentur, & ſpectantium immodeſtiam exilio multandi poteſtas Prætoribus fieret. Ante id Senatuſconſultum nobiliſſimi juvenes pantomimorum mancipia erant, ait Seneca epiſt. XLVII. lib. I. *nat. Quæſt.* ſub finem; mares inter ſe, uxoreſque contendunt uter det illis latus. Tertullianus lib. *de Spectacul.* Etenim ipſi actores, & adminiſtratores ſpectaculorum quadrigarios, ſcenicos, xyſticos, arenarios illos amentiſſimos, quibus viri animas, fœminæ autem illis corpora ſua ſubſternunt. Tacitus lib. XIII. Inter Vibullium Prætorem, & Tribunum Antiſtium ortum certamen, quod immodeſtos fautores hiſtrionum a Prætore in vincla ductos omitti juſſiſſet; comprobavere Patres. Vide lib. XXVIII. D. *de pœnis*. Legendus Auguſtinus lib. I. *de Civit.* cap. XXXII. lib. II. cap. VIII. Quintilianus lib. III. *Inſtitut.* cap. VIII. Plutarchus ſympoſ. V. problemate III. Plato lib. *de Repub.*

CAP. LI.

De Pantomimicis, & aliis Saltationibus.

SALTATIO cum in rebus ſacris ad aras Deorum uſurpata ſit, ut curſum Lunæ ac Solis ab ortu in occaſum imitaretur, extra res ſacras certe nunquam probata eſt. Artemidorus lib. I. ἐπεὶ ȣ̓ πρότερον ὀρχȣ̃νται, εἰ μὴ ὥσπερ δεσπότῃ ἀποτόμῳ τῇ ἀρχῇ (lego, τῇ γαστρὶ) τὴν ἀποφορὰν ἀποδῶσι. τότε καὶ ὀρχȣ̃νται, καὶ ἁπλȣ̃νται τὰ σώματα. Id eſt, *quoniam non prius ſaltant, quam ventri exactori, & domino præfracto, atque indomito reditum exſolverint. Tunc enim ſaltant; & corpora conſternunt.* Has præſtigias Scipio Æmilianus vocat oratione in Tiber. *Virgines*, inquit, *docentur præſtigias inhoneſtas, cum cinædis, & ſambuca, pſalterioque eunt in ludum hiſtrionum.* Imprimis inhoneſta fuit ſaltatio Ionica. Horatius,

Motus doceri gaudet Ionicos
Matura virgo.

Plautus in *Pſeudolo*:

Qui probe Ionica perdidici, ſed palliolatus.

Dicitur βαύκισμος, ἰωνικὴ ὄρχησις, Heſychius. Legendus Pollux lib. IV. τὸ δὲ ἰωνικὸν, &c. Molles habebantur ὀρχηστρίδες omnes, & αὐλητρίδες, ait Ælianus *Var.* lib. VI. quique iis frequens uſi, ſicut & γυναῖκες μȣσȣργοί. Sed ut ad Theatrum propius accedamus, variæ ſaltationes in Theatro uſurpatæ ſunt; tragica quæ dicitur ἐμμέλεια, comica quæ cordax, ſatyrica quæ ſicinnis, armatæ quoque ſaltationes, pyrriche & teleſias, a Pyrrhico & Teleſia repertoribus. Suetonius lib. I. cap. XXXIX. Pyrricham ſaltaverunt Aſiæ, Bithyniæque Principum liberi. Dio de ludis Claudii. πυῤῥίχην ἀσιανοὶ παῖδες μεταπεμπτοὶ ὠρχήσαντο. *Pyrricham Aſiani pueri evocati ſaltarunt.* Joſephus lib. VII. *Excidii*: ἔνιοι δὲ κατὰ πυῤῥιχισμȣ̀ς, οἱ ἐν τοῖς θεάτροις, id eſt, *nonnulli ſecundum pyrricham ſaltationem, quæ fit in Theatro.* Solinus cap. XVI. Pyrrichen Pyrrhus docuit, vel, ut vult Pollux lib. IV. cap. XIV. Pyrrhicus: ἐνόπλιοι, inquit, ὀρχήσεις πυῤῥιχὴ, καὶ τελεσιάς, &c. Plato lib. VII. *de Legibus* ſcribit, κȣρήτων ἐνόπλια παίγνια χρήσιμα εἶναι τοῖς κρῆσι, κατὰ λακεδαίμονα τῶν διοσκȣ́ρων. Athenis κόρη καὶ δέσποινα εὐφρανθεῖσα τῇ τῆς χορείας παιδείᾳ, πανοπλίᾳ παντελεῖ κοσμηθεῖσα, ȣ̔́τω τὴν ὄρχησιν διαπεραίνει. Conſule Athenæum lib. XIV. Lucianum *de ſaltatione*. Hoc addo ex Platone in *Sympoſio*, curſoribus in ſtadio crura craſſiora fieri, humeros extenuari, pugilibus contra humeros augeri mole, crura exilia fieri, ſaltatoribus autem omnia ex æquo evenire, quod toto corpore laborent: ὀρχηστὴς δὲ παντὶ διαπονῶν τῷ σώματι πᾶν ἰσόῤῥοπον ποιεῖ. Verba Pollucis & Platonis quæ ſupra poſuimus, ita Latine reddi poſſunt: *Armatæ ſaltationes pyrriche & teleſias. Curetum luſus armati utiles ſunt Cretibus, Lacedæmone Dioſcurorum ſaltatio. Athenis Proſerpina & domina Ceres oblectatæ ſaltatione, omnibus armis ornatæ, ſaltationem perficiunt.* Sed cum variæ & celebres ſaltationes fuerint, nulla illuſtrior aut gratior fuit ſaltatione pantomimica; quam licet Suidas ſub Auguſto natam velit, multo tamen ante fuiſſe conſtat, cum Lesbonax auctor vetuſtiſſimus ὀρχηστὰς χειροσόφȣς appellarit eos qui manuum agitatione res geſtas imitantur: & Ariſtoteles lib. I. cap. I. *Poetic.* dixerit, ipſo rythmo ſine vocum, ac cantus modulatione res geſtas ſaltatores imitari. Rythmum ſcilicet vocat dimenſionem motionum manuum, ac pedum: αὐτῷ δὲ τῷ ῥυθμῷ μιμȣ̃νται χωρὶς ἁρμονίας οἱ τῶν ὀρχηστῶν. καὶ γὰρ ȣ̔̃τοι διὰ τῶν σχηματιζομένων ῥυθμῶν μιμȣ̃νται καὶ ἤθη, καὶ πάθη, καὶ πράξεις: *Saltatores*, inquit, *ipſo geſtu, ſine concentu & harmonia imitantur. Quia per geſtus & motus imitantur & mores, & affectus, & actiones.* Plutarchus cap. ult. lib. IX. *Symp.* ex Simonide; Pictura, inquit, eſt ſaltatio muta, & ſaltatio loquens eſt pictura tacens. Saltatio eſt poeſis tacens, & loquens: ζωγραφία ὄρχησις σιωπῶσα, καὶ φθεγγομένη ὄρχησις ζωγραφία σιωπῶσα. ὄρχησις ποίησις σιωπῶσα, καὶ φθεγγομένη, ποίησις καὶ ὄρχησις μιμȣ́μεναι περὶ τῶν ὑπορχημάτων γένος ἐνεργὸν, τὴν διὰ τῶν σχημάτων καὶ τῶν ὀνομάτων μίμησιν ἀποτελȣ̃σι. *Poeſis & ſaltatio genus*, inquit, *efficaciſſimum in moribus per geſtus ac cantica imitandis, perficiunt imitationem per figuras, & nomina.* Lucianus *de ſaltatione*, auctor eſt Deli puerorum choros, ac choreas fuiſſe, in quibus optimi quique, Judicum arbitratu, ſaltatione res imitabantur. Cantica autem quæ a ſaltatoribus corporis ac motuum agitatione depingebantur, dicta ſunt ὑπορχήματα, id eſt, ſaltationes quæ voci ſubſerviunt: κονίσαλος dicta eſt σκίρτησις σατυρικὴ, ἢ τῶν ἐντεταμένων τὰ αἰδοῖα, ait Heſychius. *Coniſalus eſt ſaltatio ſatyrica, aut eorum qui pudenda intendunt.* Emicuit ea ars ſub Auguſto, ut diximus, Bathyllo & Pylade ducibus, quos Paris, Hylas, Caramallus, ſequuti ſunt. Pyladis ſaltatio fuit tumens, incitata, & turbulenta, varios vultus ac perſonas exhibens, Bathylli comica, aut ſatyrica, luſus Panis, aut Satyri comeſſantis repræſentans. Plutarchus *Sympoſ.* VII. cap. VIII. ἀποπέμπων δὲ τῆς ὀρχήσεως τὴν πυλάδειον, ὀγκώδη, καὶ παθητικὴν, καὶ πολυπρόσωπον ȣ̔̃σαν, δέχομαι τὴν βαθύλλειον αὐτόθεν πέζαι τȣ̃ κόρδακος ἁπτομένην ἠχȣ̃ς, ἢ τινος πανὸς, ἢ σατύρȣ, σὺν ἔρωτι κωμάζοντος, ὑπορχήματος ἀντιθεμένην. Id eſt, *amittens conviviis ſaltationem Pyladis, tumentem, & vehementem, & multas facies habentem, amplector ſaltationem Bathylli, quæ fundamen eſt cordacis, attingentem Echo, aut Panem, aut Satyrum cum amore comeſſantem, & ſibi vendicantem canticum quod geſtu ſaltantis repræſentetur.* Pylades, ait Seneca l. III.

Controv. in Comœdia, & Bathyllus in Tragœdia multum a ſe aberant, quia ſcilicet Bathylli proprium fuit, ut comicam ſaltationem venuſte perageret, Pylades tragicam; ſic enim locum illum ex Plutarcho interpretor. Dio lib. LIV. ſcribit, Pyladem διὰ στάσιν ἐξεληλαμένον, *ob ſeditionem in exilium pulſum*, ab Auguſto revocatum, & Bathyllum ὁμότεχνον, id eſt, *ejuſdem artis*, in deliciis Mæcenatis & Pyladæ fuiſſe; quod paulo ſecus a Suetonio narratur in *Auguſto* cap. XLII. *Qui*, inquit, *urbe & Italia Pyladem ſummoverit, quod ſpectatorem, a quo exſibilabatur, digito demonſtraſſet, Hylam quoque pantomimum flagellis verberarit*. Sed audiendus Macrobius lib. II. *Satur.* cap. VII. *Pylades*, inquit, *clarus in opere fuit temporibus Auguſti, & Hylam diſcipulum uſque ad æqualitatis contentionem eruditione provexit*, &c. Et cum canticum quoddam ſaltaret Hylas, cujus clauſula erat, τὸν μέγαν ἀγαμέμνονα, *magnum Agamemnonem*, ſublimem, ingentemque Hylas velut metiebatur. Non tulit Pylades, & exclamavit e cavea, σὺ μακρὸν, οὐ μέγαν ποιεῖς, id eſt, *tu procerum, non magnum facis*. Pylades, quia ferebatur mutaſſe rudis illius ſaltationis ritum, quæ apud majores viguit, & venuſtam induxiſſe novitatem, interrogatus ab Auguſto, quæ ſaltationi contuliſſet, reſpondit;

Αὐλῶν, συρίγγων τ' ἐνοπὴν, ὅμαδόν τ' ἀνθρώπων.

Id eſt, *tibiarum, & fiſtularum ſtrepitum, & hominum fragorem*. In vet. inſcript. hæc habentur;

P. ÆLIVS AVGVSTI LIBERTVS PYLADES, PANTOMIMVS, HIERONICA INSTITVIT.

Item;

VLPIVS AVGVSTI LIBERTVS, MAXIMVS PANTOMIMORVM, CORONATVS ADVERSVS HISTRIONES OMNES SCENICOS ARTIFICES HIERONICA.

Thebis Ægyptiis profectus eſt. *Epigram. Græc.* pag. 363. lib. IV.

—— βάκχας
Ἐκ Θηβῶν ἰταλὴν ἤγαγε πρὸς θυμέλην
Ἀνθρώποις πυλάδης.

Id eſt, *quando Bacchas ex Thebis ad pulpitum Italicum hominibus Pylades adduxit*. Bathyllus autem Alexandrinus fuit, Mæcenatis libertus, ut notat Scholiaſtes *ad Perſ. ſatyr.* V.

Tres tantum ad numeros ſatyri moveare Bathylli.

Juvenalis;

Chironomon Ledam molli ſaltante Bathyllo.

Lib. I. Zozimus genus hoc ſaltationis a Pylade & Bathyllo profectum putat, quia ſcilicet numeris omnibus abſolutum eſt iiſdem ducibus, & expolitum; ἥτε γὰρ παντόμιμος ὄρχησις ἐν ἐκείνοις εἰσήχθη τοῖς χρόνοις οὔπω πρότερον οὖσα, πυλάδου καὶ βαθύλλου πρώτων αὐτὴν μετελθόντων. Id eſt, *ſaltatio pantomimica illis temporibus inducta eſt, cum nondum antea fuiſſet, Pylade & Bathyllo auctoribus*. Suidas, τὴν παντόμιμον ὄρχησιν ὁ αὔγουστος ἐφεῦρε, πυλάδου καὶ βαθύλλου πρώτων αὐτὴν μετελθόντων. Id eſt, *ſaltationem pantomimicam Auguſtus invenit, cum eam artem Pylades & Bathyllus primi factitaſſent*. Ea ſaltatio fuit tumens, affectibus & planctu plena, ut Athenæus lib. I. cap. XVII. qui eam vocat ὀγκώδη, παθητικήν τε, καὶ πολύκοπον, ob κοπετοὺς & planctus plangentium. Meminit Tacitus lib. I. Seneca lib. I. *Quæſt. natural.* Stat per ſucceſſores Pyladis & Bathylli domus. Harum artium multi diſcipuli ſunt, multique doctores, privatim urbe tota ſonat pulpitum; in hoc viri, in hoc fæminæ tripudiant. Mares inter ſe, uxoreſque contendunt, uter det illis latus. Bathylli ſaltationem ſatyricam expreſſit Horatius lib. II. epiſtola II.

Ludentis ſpeciem dabit, & torquebitur, ut qui
Nunc Satyrum, nunc agreſtem Cyclopa movetur.

Pyladis ſaltationem ſignificat Artemidorus lib. I. cap. LXXVIII. βασιλικὰ μὲν πρόσωπα μιμεῖται, καὶ πολλοὺς ὑπηρέτας ἔχει ὁ ὀρχηστής. Id eſt, *regias perſonas imitatur, & multos habet qui ſubſerviant ſaltator*. Fuerunt & alii plures, iique celebres pantomimi, Caramallus, Phabaton, Mneſter, Oreſtes, Helladius, Theodorus, & alii. Sidonius in *Narbone*;

Coram te Caramallus, aut Phabaton,
Clauſis faucibus, eloquente geſtu,
Nutu, crure, genu, manu, rotatu,
Toto in ſchemate vel ſemel latebit.

Ariſtænetus lib. I. epiſt. XXV. ἕνα δὲ μόνον προσφυῶς μιμουμένη τὸν καράμαλλον τὸν πάνυ ἁπάντων τὴν μίμησιν ἀκριβῆ. Id eſt, *unum autem obnixe Caramallum, qui maxime omnium in imitando exactus fuit, imitata*; ejus mentio fit in veteribus inſcriptionibus. Videtur vixiſſe ſub Juliano Deſertore, aut paulo infra, quam nonnulli puellam, non virum, ſaltatricem, non ſaltatorem fuiſſe volunt. Ita enim ſentit Leontius Scholiaſticus l. IV. *Græc. Epigr.*

Μουσάων δεκάτη, χαρίτων καράμαλλε τετάρτη,
Τερπωλὴ μερόπων, ἄστεος ἀγαίη,
Ὄμματα σοὶ, καὶ ταρσὰ ποδήνεμα, καὶ σοφὰ χειρῶν
Δάκτυλα, καὶ μουσῶν κρείσσονα, καὶ χαρίτων.

Id eſt, *Caramalle Muſarum decima, Charitum quarta, oblectatio hominum, urbis lætitia, oculi tibi & plantæ ſunt vento agiliores, & digiti manuum arguti, doctiores Muſarum & Charitum digitis*. Lemma epigrammatis eſt, εἰς εἰκόνα ὀρχηστρίδος, *in ſimulacrum ſaltatricis*. Puellæ enim plures in hoc ſaltationis genere nobiles fuerunt, cujuſmodi & Helladia Byzantina, de qua libro IV. *Anthologiæ*;

Εἰμὶ μὲν ἑλλαδίη βυζαντίας, ἐνθάδε δ' ἔστην
Ἧχι χοροστασίην εἴαρι δῆμος ἄγει.

Id eſt, *ſum Helladia Byzantina, hic autem ſteti, ubi populus vere choreas agitat*. Eidem & ſtatua poſita, ſicut & inaurata Anthuſæ ſaltatrici Byzantii, ad quam auri ſpecie adveniſſe Jupiter dicitur lib. IV. *Anthologiæ*, abſtinuiſſe tamen ejus congreſſu;

—— ἐπεὶ νόον ἔλλαβεν αἰδὼς
Μή τινι μουσάων μίσγεται οὐκ ἐθέλων.

Quandoquidem veritus eſt, ne cum una aliqua ex Muſis imprudens, invituſque miſceretur. Ipſæque puellæ ſaltationem armatam deſaltabant, ut de Helladia proditur Hectorem ſaltante;

Ἦν δὲ πόθος, καὶ δεῖμα παρ' ὀρχηθμοῖσιν ἐνυοῦς.
Ἄρσενι γὰρ ῥώμῃ θῆλυν ἔμιξε χάριν.

Id eſt, *erat autem amor, & terror in ſaltatione Enyus. Miſcuerat enim Helladia fæmineam gratiam robori virili*. In eo item genere nobilis fuit Xenophon Smyrnæus, de quo lib. IV. *Anthologiæ*;

Αὐτὸν ὁρᾶν ἰόβακχον ἐδόξαμεν, ἡνίκα ληνοῖς
Ὁ πρέσβυς νεαρῆς ἦρχε χοροιμανίης.

Id est, *ipsum Jobacchum videre nobis visi sumus, cum læneis senex Xenophon juveniles choreas instituit.* Cassiodorus Helladii & Theodori saltatorum meminit l. I. epist. XX. Convocatis ergo spectatoribus, de Helladio & Theodoro qui lætitiæ publicæ aptior fuerit æstimatus, constituatur a vobis (Prasinos alloquitur) pantomimus. Unum tantum in orchestra saltasse indicat hoc loco Cassiodorus, cum olim paria pantomimorum prodirent, ut Seneca docet lib. III. *Controvers.* Macrobius tamen lib. II. *Satur.* c. VII. unum Hylam in pulpito saltasse scribit, deinde solum Pyladem, de quo hoc adjuvo ex Eusebii *Chronico*. Pylades Cylix pantomimus, cum Veteres ipsi canerent atque saltarent, primus Romæ chorum & fistulam sibi præcinere fecit. Itaque Cylix fuit Pylades. Quanquam Ægyptiis Thebis profectus esse dicitur l. IV. *Anthologiæ*. Et si autem ex Plutarcho docuimus Pyladis saltationem fuisse tragicam, Bathylli satyricam & comicam; existimo tamen utrumque hanc & illam sæpe saltationem peregisse, sed alterum in altera excelluisse, Pyladem tragica, Bathyllum satyrica. De Pyladis saltatione satyrica simul & tragica l. I. *Anthologiæ*:

Εἰ τοῖος Διόνυσος ἐς ἱερὸν ἦλθεν Ὄλυμπον,
Κωμάζων λήναις σὺν ποτε καὶ σατύροις,
Οἷον ὁ τεχνήεις Πυλάδης ὠρχήσατο κεῖνον
Ὀρθὰ κατὰ τραγικῶν τέθμια μουσοπόλων.

Id est, *si talis Bacchus ascendit in sacrum Olympum, comessans cum Bacchis & Satyris, qualem Pylades artificiosus eum saltavit, secundum leges rectas Poetarum tragicorum.* Inter veteres pantomimos non postremum locum tenuerunt Paris, & Mnester, de quo Dio l. LVIII. Is cum Messalina consuevisse putatus est, populo propter artificium gratus. Usque adeo autem peritus saltandi artifex fuit, ut quadam fabula cum populus magno studio eum deposceret, ut saltaret, ex Scena se ostenderit, dixeritque; jam saltare commode non possum, quod cum Oreste concubuerim. τῷ δήμῳ διὰ τὴν τέχνην ἤρεσκεν. οὕτω γάρ πω δεινὸς σοφιστὴς ἐν τῇ ὀρχήσει ἦν, ὥστε τοῦ ὁμίλου μεγάλῃ ποτὲ σπουδῇ δράματι αὐτὸν ἐπιβοώντων ὀρχήσασθαι δεομένου, παρακύψαι τε ἐκ τῆς σκηνῆς, καὶ εἰπεῖν, ὅτι οὐ δύναμαι τοῦτο ποιῆσαι, τῷ γὰρ Ὀρέστῃ συγκέκοιμαι. Hunc Caligula etiam inter spectacula osculabatur, ac si quis saltante eo vel leviter obstreperet, detrahi jussum manu sua flagellabat, ait Suetonius in *Caligula* c. LV. Sequuti sunt duo Parides, quorum alterum ut æmulum suæ artis Nero sustulit, ait Suetonius: alterius amore captam Domitiam Domitianus repudiavit, apud Suetonium. Juvenalis satyr. VI.

—— *Paridem, ludosque relinquit.*

Satyr. VII. de Statio Papinio,
Esurit intactam Paridi nisi vendat Agaven.
Martialis l. XI. epig. XIV.
Urbis deliciæ, salesque Nili,
Ars, & gratia, lusus, & voluptas,
Romani decus, & dolor Theatri,
Hoc sunt condita quo Paris sepulcro.
Vetus est inscriptio in Quirinali:
L. THENODORVS XYSTICVS PARIDI THYMELICO BENE MERENTI FECIT.

Huic hominum generi tantum corrupto sæculo honoris habitum est, ut equites, & Senatores, atque adeo fœminæ primæ nobilitatis latus iis darent. Quod ne in posterum fieret edicto cautum est, ne domum pantomimorum Senator introiret, ne egredientes in publicum equites Romani cingerent, ait Tacitus lib. XIII. Saltabant cum palla & tunica talari, non cum toga. Martialis *Epigr.* lib. II. noli togam saltanti inducere personæ. Suetonius in *Calig.* c. LIV. Cum palla, tunicaque talari prosiluit, & desaltato cantico abiit. Aut certe cum eo genere vestis quod fabulæ opportunum esset. l. IV. *Anthologiæ*:

Ἕκτορα μὲν τις ἄεισε νέον μέλος, Ἑλλαδίη δὲ
Ἑσσαμένη χλαῖναν πρὸς μέλος ὠρχήσατο.

Id est, *Hectorem aliquis canebat, novum canticum, Helladia autem induta lænam seu chlamydem ad canticum occurrit, illudque gestibus expressit.* Alio enim canente, alius gesticulabatur, oculis, pedibus, manibusque fabulas exprimens, ac repræsentans, ut est in *Epigram.* Leontii de Caramallo, quod supra posuimus. Unde & Antipater in *Antholog.* de Pylade ait:

Οὗτος ὁ παμφώνοις χερσὶ λοχευόμενος.

Id est, *hic Pylades manibus omnia loquentibus veluti a quadam obstetrice in lucem eductus est.* Duo enim in ea saltatione palmaria fuere, motus, & gestus. Prout enim res posceret, oculos rotabant, nictabant nutum capite dabant, tibias, crura, genua, totum denique corpus varie flectebant, manibus loquebantur. Oportuit autem alium voce canere, aut recitare poema tragicum, aut epicum & alterum gesticulari. Ovidius l. III. *Tristium* epist. VIII.

Carmina quod pleno saltari nostra Theatro,
Versibus & plaudi scribis amice meis.

Certe saltatio omnis e gestu, & motu constat. φορὰς τὰς κινήσεις, σχήματα δὲ σχέσεις καὶ διαθέσεις, εἰς ἃς φερόμεναι τελευτῶσιν αἱ κινήσεις, ὅταν Ἀπόλλωνος, ἢ Πανὸς βάκχης σχῆμα διαθέντες, ἐπὶ τοῦ σώματος γραφικῶς τοῖς εἴδεσι ἐπιμένωσι. *Moveri*, ait Plutarchus, *vocant ferri, schemata seu gestus vocant habitus & status, in quos desinunt motus, quoties Apollinis, aut Panis, aut Mænadis alicujus habitum & schema disponentes, in corporis formis graphice permanserint.* Schema quidem imitatur formam & ideam, & rursum motus ac impetus affectum aliquem indicat, aut actionem, aut virtutem. Demonstrationibus autem proprie ipsas res demonstrant, terram, cælum, eos qui prope sunt, vicinos; quod ordine quidem & numero cum fit, simile est propriis nominibus quæ sunt in Poetica. Tres igitur saltationis sunt partes, φορὰ, σχῆμα, δεῖξις, *motio*, *gestus*, *ostensio*, ut Plutarchus docet *Sympos.* ult. cap. ult. τὸ μὲν μιμητικόν ἐστι μορφῆς, καὶ ἰδέας, καὶ πάλιν ἡ φορὰ πάθους τινὸς ἐμφαντικὸν, ἢ πράξεως, ἢ δυνάμεως. ταῖς δὲ δείξεσι κυρίως αὐτὰ δηλοῦσι πράγματα, τὴν γῆν, τὸν οὐρανὸν, αὐτοὺς τοὺς πλησίον, ὃ δὴ τάξει μὲν καὶ ἀριθμῷ γινόμενον, ἔοικε τοῖς ἐν ποιητικῇ κυρίοις ὀνόμασι. Ita & Athenæus l. XIV. καὶ ἐχρῶντο τοῖς σχήμασι σημείοις μόνον τῶν ᾀδομένων, *& utebantur*, inquit, *schematis quæ signa sunt eorum quæ canuntur.* Canebant enim alii, & alii gesticulabantur, ut diximus, διατίθεσθαι τὴν σχηματοποιίαν apud eundem, id est, *disponere gesticulationem.* Sidonius Apollin.

Toto in schemate vel semel latebit,
Clausis faucibus, & loquente gestu.

Athenæus λέγειν κατὰ τὴν ὄρχησιν, id est, *loqui per saltationem.* Describitur hoc schema eleganter a Nonno Panopol. p. 231. *Dionysiac.*

Ὀφθαλμοὺς δ' ἐλέλιξεν ἀλήμονας, εἰκόνα μύθων,
Νεύματι τεχνήεντι νοήμονα ῥυθμὸν ὑφαίνων,
Καὶ κεφαλὴν ἐτίναξε.

Rotabat oculos vagos, texens gestum intelligentem, verborum imaginem, nutu artificioso, & caput movit. Item,

Εγραφε φωνήεντι τύπῳ τιτάνιδα φύτλην.
—— γανυμήδεος ἔγραφε μορφὴν,
Χερσὶν ἀφωνήτοισι πολύτροπα δάκτυλα πάλλων.

Depingebat gentem Titanum geſtu loquaci. Ganymedis pingebat formam, movens digitos verſatiles manu muta. Alii vocant manum loquacem. Petronius,

Tinctus colore noctis,
Manu puer loquaci,
Anus recocta vino,
Trementibus labellis.

Totam hanc corporis conformationem delineat Claudianus *in Eutropium* l.II.

Qui melius vibrata puer vertigine molli
Membra rotet, verrat quis marmora crine ſupino?
Quis magis enodes laterum detorqueat artus?
Quis voci digitos, oculos quis moribus aptet?

Hanc partem muſicæ diſciplinæ mutam nominavere majores, ſcilicet quæ ore clauſo manibus loquitur, & quibuſdam geſticulationibus facit intelligi, quod vix narrante lingua, aut ſcripturæ textu poſſit agnoſci, ait Caſſiodorus. Juvenalis:

Geſtibus Autonoes.

Fuere olim, quos hodieque frequenter in publico ſpectavimus, juvenes & viri, quorum corpora ita mollia, flexilia, lenta eſſent, ut reſupinato dorſo, & capite pone declivi, ac propendulo terram lamberent, & rotæ inſtar flecterentur, de quibus egit Chryſoſtomus orat. *de jurejurando*: ὅταν τὶς ... τοῖς βουλομένοις καταμαλάττειν αὐτὸν, καὶ λυγίζειν αὐτοῦ τὰ μέλη παραδοὺς ἑαυτὸν φιλονεικοίη πρὸς ἀκρίβειαν τροχοῦ δίκην τὸ σῶμα ἅπαν κάμπτειν, καὶ στρέφεσθαι ἐπὶ τοῦ ἐδάφους, καὶ διὰ τῶν ὀφθαλμῶν, καὶ διὰ τῆς τῶν χειρῶν περιαγωγῆς, καὶ τῆς ἄλλης δινήσεως εἰς τὸ θῆλυ γένος ἐκβῆναι βιάζηται. Id eſt, *cum juvenis aliquis ſeipſum tradiderit iis qui corpus ejus mollire ac frangere, membraque inflectere voluerint, certaveritque accurate corpus omne convolvere rotæ inſtar, & volutare in terra, & coegerit per oculorum manuumque motum ac circulationem, aliamque volubilitatem in ſexum muliebrem abire.* τοὺς δὲ ἐπὶ τῆς ὀρχήστρας πάλιν καὶ ἐπιστρεφομένους, καὶ καθάπερ πτεροῖς τοῖς κώλοις κεχρημένους τοῦ σώματος, τίς οὐκ ἂν ἐκπλαγοῖτο; οἱ δὲ μαχαίρας ἐναλλὰξ εἰς τὸν ἀέρα ἀκοντίζοντες, καὶ πάσας ἀπὸ τῆς λαβῆς δεχόμενοι, τίνα οὐκ ἂν καταισχύνειεν. Id eſt, *eos quis non admiretur qui in orcheſtra attrahuntur & membris quaſi alis utuntur? Qui autem alternis enſes in aerem jaculantur, & omnes manibus excipiunt, cui pudorem ſuffundere non poſſint?* Theodoretus l.IV. c.XXII. Eunuchum ſaltantem ἐν κύκλῳ τῇ στροφῇ, ὧδε κἀκεῖσε τὼ χεῖρε σχηματιζόμενον, id eſt, *in circulo, convertendo ſe, huc & illuc manus conformantem.* Schema igitur, & rythmus pro geſtu ſaltantis accipitur. Suidas, καθενόπλιον εἶδος ῥυθμοῦ, πρὸς ὃν ὠρχοῦντο σείοντες τὰ ὅπλα. Heſychius, πανὸς σκῶλον, ὄνομα σχήματος, ὅταν ὁ ἀπὸ σκώλου ᾖ πεπληγώς. Id eſt, *cathenoplion genus eſt rythmi, ad quem ſaltabant commoventes arma. Panis ſcolon eſt nomen ſchematis, & geſtus, cum ab offendiculo, aut ligno præacuto fuerit læſus.* Ariſtænetus l.I. ep.XXV. Et res depingis, & omne genus ſermones indicas, & univerſæ naturæ evidens imago exiſtis, manu multiformi, & variis geſtibus pro coloribus & lingua utens, & quaſi quidam Proteus Pharius alias ad alias mutatus eſſe videris, ad canticum elegans, ac conſonum hyporchematum. καὶ πράγματα γράφεις, καὶ λόγους παντοδαποὺς ὑποφαίνεις, καὶ φύσεως ἁπάσης ἐναργὴς ὑπάρχεις εἰκὼν, ἀντὶ χρωμάτων, καὶ γλώττης χειρὶ πολυσχήμῳ, καὶ ποικίλοις ἤθεσι κεχρημένη, καὶ οἷά τις Φάριος Πρωτεὺς, ἄλλοτε πρὸς ἄλλα μεταβεβλῆσθαι δοκεῖς, πρὸς τὴν σύμμετρον τῶν ὑπορχημάτων ᾠδὴν

A ὑπορχήματα cantica erant quæ geſtibus & motibus ſaltantis repræſentabantur. Athenæus l.IV. κρητικὰ καλοῦσι τὰ ὑπορχήματα. Id eſt, *Cretica vocant hyporchemata.* Vetus epigramma:

O quoties imitata meo ſe fæmina geſtu
Vidit, & erubuit, totaque mota fuit!
Motibus ac dictis, tragica quoque voce placebam,
Fingebam vultus, habitus ac verba loquentum,
Ut plures uno crederet ore loqui.

B Geſtum vocat σχῆμα, & ῥυθμόν. Arnobius l.VII. ſi Adonis in habitu geſtum agere viderit. Erant eo habitu, & geſtu quem repræſentarent, ut apud Vellejum Plancus, cum cæruleatus & nudus, caputque redimitus arundine, & caudam trahens, genibus innixus Glaucum ſaltarent in convivio. Julius Firmicus lib. *Aſtrolog.* ſaturum geſtum pantomimi vocat, ut & Manilius l.V. id eſt, πολύσχημον, *varium*:

Nunc ſaturo geſtu, referetque affatibus ora,
Et ſua dicendo faciet, ſoluſque per omnes
Ibit perſonas, & turbam reddet in uno,
Jam magnos Heroas aget, ſceniſque togatas,
Omnes fortunæ vultus per membra reducet.

C Ea dicitur *Chironomia*, id eſt, manuum ac corporis agitatio ad veteres fabulas exprimendas, vel ut Fabius loquitur lib.I. cap.XI. chironomia lex geſtus ab Heroicis profecta temporibus, a Socrate probata. Heſychius χειρονομίαν eſſe vult ὄρχησιν κωμικὴν, κόρδακα, κορδακισμὸν, *chironomiam ſaltationem comicam, quæ dicitur cordax, & cordaciſmus.* Euſtathius χειρονομίαν πυῤῥίχην interpretatur quæ pene eadem fuit cum ſaltatione pantomimorum, ut indicat Suetonius in *Nerone* cap. XII. Inter pyrricharum argumenta, taurus Paſiphaen D ligneo juvencæ ſimulacro abditam iniit, ut multi ſpectantium crediderunt. Icarus primo ſtatim conatu juxta cubiculum ejus decidit, ipſumque cruore reſperſit. Euſtathius dixit ὀρχεῖσθαι χερσὶ, χειρονομεῖν σκέλεσι, id eſt, *ſaltare manibus, geſtum agere cruribus.* Plutarchus in *Herot.* ἱπποκλείδης ὁ τοῖς σκέλεσι χειρονομῶν. Et l.IX. *Sympoſ.* c.XV. ὠρχήσατο γὰρ πιθανῶς τὴν πυῤῥίχην καὶ χειρονομῶν ἐν ταῖς παλαίστραις ἐδόκει διαφέρειν τῶν παίδων. Id eſt, *Hypoclides cruribus ſaltans.* Item, *ſaltavit induſtrie pyrrichen, & arte pantomimum agens in palæſtris, pueris ſuperior videbatur.* Paulo aliter vocem *chironomias* uſurpat Ariſtænetus l.I. αἱ δὲ τῆς παιδὸς ἡλικιῶ- E τιδες εὔεργον ὑμεναῖον ᾖδον, οὐκ ἀναβαλλόμενον ἔτι, οὐδὲ διακοπτόμενον νόσῳ, καὶ ἡ διδάσκαλος ἐπέβλεπε τὴν ἐπάδουσαν (lego, ἀπάδουσαν) καὶ εἰς τὸ μέλος ἱκανῶς ἐνεβίβαζε χειροτονοῦσα τὸν τρόπον. Id eſt, *puellæ æquales hymenæum efficacem canebant, qui non amplius differretur, aut morbo diſcinderetur, & magiſtra oculos ad diſcordantem ſubinde adjiciebat, & in melos deducebat manu tonum aſſignans.* Mercerus ita vertit: *Spectabatque chori magiſtra incinentem, & ſaltatricis in modum ad verſus cantici, greſſum accommodabat.* Male meo animo, quia F non hic agit de ſaltatione pantomimi, ſed de hymenæi cantico. Verum ad pantomimos Achilles Tatius reſpexit l.III. ἱκετεύειν με χρὴ τοῖς νεύμασι, καὶ τὴν δέησιν δηλοῦν τῇ χειρονομίᾳ. Id eſt, *ſupplicare nutu me oportet, & geſticulatione poſtulata mea indicare.* Quas partes ſibi vendicare dicitur inter Muſas Polyhymnia. Caſſiodorus l. IV. ep. V. Polyhymnia orciſtarum artem reſpexit.

Signans cuncta manu loquitur Polyhymnia geſtu.

Epigram. Græc. p.363. l.IV.

Θῆλυς ἐν ὀρχηθμοῖς κρατέει φύσις, εἴξατε κῦροι,
Μῦσα κ̣ ἑλλαδίη τῦτον ἔθεντο νόμον.
Μῦσα ὅτι πρώτη κινήσιος εὕρατο ῥυθμὺς

Fœminea natura in saltationibus potior est, cedite pueri. Musa & Helladie hanc legem posuerunt. Musa quidem quia gestus motionum reperit. Hos gestus graphice depinxit vetus Poeta:

Mascula fœmineo derivans pectora gestu,
Atque aptans lentum sexum ad utrumque latus,
Ingressus scenam populum saltator adorat:
Solerti pendet (tendit, forte*) prodere gesta manu.*
B *Nam cum grata cohors diffundere cantica dulcis,*
Quæ resonat cantor motibus ipse probat.
Pugnat, ludit, amat, bacchatur, vertitur, astat,
Illustrat verum, cuncta decore replet.
Tot linguæ quot membra viro, mirabilis est ars,
Quæ facit articulos ore silente loqui.

Claudianus in *Mallio.*

Qui lætis risum salibus movisse facetus,
Qui nutu manibusque loquax, cui tibia flatu,
Cui plectro pulsanda chelys, qui pulpita socco
Personat, aut alte graditur majore cothurno.

C Interius alius est, exterius alium se præbet, ac quod non est simulat, omnino mollis, delicatus, ac fractus, & hoc quidem oculis, illud manibus indicans, gesticulans, inflectens se, & vario aspectu cerritum ac fanaticum agens, & modo Venerem, modo Apollinem imitatus, cædium actor, stuprorum commentator, cinædorum doctor, ait Tatianus *ad Græcos.* Tibia & naribus sonant turpia, moventur autem motibus, quibus moveri non oportuit. ἔσωθεν μέν ἐστιν ἄλλος, ἔξωθεν δ' ὅπερ ἐκ ἔστι ψεύδεται, ἀβρυνόμενος σφόδρα, κ̣ παντοίως ἀνακλώμενος, κ̣ τῦτο μὲν τοῖς ὀφθαλμοῖς μαρμαρίσσων, τῦτο δὲ τῷ χεῖρε λιγύζων, κ̣ διὰ πηλίνης ὄψεως δαιμονιῶν. κ̣ ποτὲ μὲν ὡς ἀφροδίτη, ποτὲ δὲ ὡς ἀπόλλων γινόμενος, φόνων ὑποκριτὴς, μοιχειῶν ὑπομνηματιστὴς, κιναίδων παιδευτής. Item, ῥιναυλῦσι τὰ αἰσχρὰ, κινῦνται κινήσεις ἃς ἐκ ἐχρῆν. lego ποικίλης ὄψεως. nisi πηλίνην esse putes *fæcibus inunctam*, aut *vinosam*, quia πηλὸς *vinum* esse Tzetzes Chiliade VI. docet. Arnobius l.VII. saltatoriis in motibus Adonim. Voce λιγυζομένε utitur & Nazianzenus *in Arrianos*, ὑμῶν ποῖον κατωρχήσατο μειράκιον ἀσελγὲς, αἰσχρὰ λιγυζόμενον, κ̣ καμπτόμενον; Id est, *quis adolescens intemperans vos desaltavit, turpiter se movens, ac inflectens?* id est ridicula saltatione expressit. Hoc enim proprium saltationis rythmicæ fuit. Plato l.II. *de Legib.* ἐπειδὴ μιμήματα τρόπων ἐστὶ τὰ περὶ τὰς χορείας ἐν πράξεσί τε παντοδαπαῖς γινόμενα, κ̣ τύχαις, κ̣ ἤθεσι, κ̣ μιμήμασι διεξιόντων ἑκάστων. *Quia saltationes*, inquit, *imitamenta sunt, quæ in actionibus omnis generis occupantur, & fortunis, & moribus, singulis percurrentibus.* Tale illud est Ausonii epig. LXXXIII.

Histrio saltabat qui Capanea ruit,

Juvenalis satyr. VIII. *de Nerone,*

Gaudentis fœdo peregrina ad pulpita saltu
Prostitui, Grajæque apium meruisse coronæ.

Intervalla motuum & gestus ipsos diximus a Græcis appellari ῥυθμὺς. Plato l.II. *de Legib.* μέλος δὲ κ̣ ῥυθμὺς, ἄνευ ῥημάτων, ψιλῇ κιθαρίσει, κ̣ αὐλήσει προσχρώμενοι, *Assa cithara*, inquit, *& tibia canentes, sine verbis, melos & gestus edunt.* Ita & Plutarchus in *Theseo*: γερανὸς dicitur Deliis χορεία μίμημα τῶν ἐν τῷ λαβυρίνθῳ περιόδων, κ̣ ἐξόδων ἔν τινι ῥυθμῷ παραλλάξεις, κ̣ ἀνελίξεις ἔχοντι. Id

A est, *geranus*, sive malis, *grus*, *dicitur Deliis saltatio, imitamentum exituum, & ambagum Labyrinthi, quodam gestu mutationes & involucra habenti.* Hi rythmi & gestus erant ut plurimum obscœni. Salvianus l.VI. Longum est dicere de amphitheatris, &c. pantomimis, illas rerum turpium imitationes, illas vocum ac verborum obscœnitates, illas motuum turpitudines, illas gestuum fœditates Cyprianus epist. CIII. Superinducitur homo fractus omnibus membris, & vir ultra muliebrem mollitiem dissolutus, cui ars sit verba manibus expedire, ut desaltentur fabulosæ antiquitatis libidines. Clemens l. II. *Pædag.* c. X. τῶν κατεαγότων τύπων δὴ τῶν τῆς κιναιδίας τὴν ἄφωνον ἐπὶ τὰς σκηνὰς μετιόντων ὀρχηστῶν ἀπορρέουσαν εἰς τοῦτον ὕβρεως τὴν ἐσθῆτα, οἷς οἱ ἐπιμελεῖς στολισμοὶ, κ̣ τῶν κρασπέδων ἐναπαιωρήσεις, κ̣ τῶν σχημάτων οἱ περίεργοι ῥυθμοὶ, βλακείας μικρολόγυ ἐπισυρμὸν ἐμφαίνυσι. Id est, *saltatorum mollium & fractorum, qui cinædicam mutam artem in pulpita inducunt, vestem tam contumeliose defluentem, quibus studiosi vestitus, & fimbriæ sublatæ, & gestus curiosi schematum, desidiæ pusillanimæ attractionem ostendunt.* Idem l. III. *Pædag.* vocat τὰς κατεαγυίας τῶν ὀρχηστῶν κινήσεις, id est, *fractos motus saltatorum.* Fuere qui nudi saltarent. Cyprianus ep. CIII. Ecce tibi alter nudus saltat, alter orbem æneum contentis in aerem viribus jactat. Hanc, de qua dixi, verborum ac motuum turpitudinem designavit Juvenalis satyr. XI.

—— *Ille fruatur*
Vocibus obscœnis, omnique libidinis arte,
Qui Lacedæmonium pitysmate lubricat orbem.

Id est, vir dives & luxu perditus, qui mensas marmoreas, aut tessellas ac emblemata Lacedæmonii marmoris in pavimento musivi operis pitysmate & sputo inficit. Prudentius eadem de re,

Cygnus stuprator peccat inter pulpita,
Saltat tonantem tauricomem ludius.

D Consulendi Athenæus l. I. Plutarchus l. VI. *Sympos.* Apulejus *Apolog.* & l. X. *Metamorphos.* ubi Paridis judicium in Scena belle expressum est. Plato l. II. *de Legib.* Lucianus *de saltat.* ἀκέω, ἄνθρωπε, ἃ ποιεῖς, ἐχ ὁρῶ μόνον, ἀλλά μοι δοκεῖς ταῖς χερσὶν αὐταῖς λαλεῖν. Id est, *audio, o homo, quæ facis, non cerno tantum, sed mihi videris manibus ipsis loqui.* Elegans est epigramma Palladæ lib. II. *Anthol.* in pantomimum ineptum, & artis suæ ignarum:

Δάφνην κ̣ νιόβην ὠρχήσατο μέμφις ὁ σιμὸς
Ὡς ξύλινος δάφνην, ὡς λίθινος νιόβην.

E Id est, *Memphis simus saltavit Nioben & Daphnen, ut ligneus Daphnen, ut saxeus Nioben.* Cinædi dicti sunt apud Veteres saltatores, vel pantomimi, ἀπὸ τῦ κινεῖν τὸ σῶμα, ut vult Nonius, vel ut ego malim, ἀπὸ τῦ κινεῖν τὴν αἰδῶ, vel τὰ αἰδοῖα, id est, *quod pudenda commoverent.* Plautus in *Milite*:

Tum ad saltandum non cinædus malacus æque est quam ego.

ut ex veteri manuscripto restituit doctissimus P. Pithœus. In *Aulularia*:

Ita fustibus sum mollior magis quam ullus cinædus.

F Idem in *Sticho*:

Lepidam & suavem cantionem aliquam occipito cinædicam.

Id est, quæ ad saltandum movere possit. Lucillius lib. II.

Stulte saltatum te intervenisse cinædos.

Varro ὄνος λύρας. Mœror quietus, ac demissior probandus ἀχιλλέως ἡρωϊκῶς, ἰωνικῶς κιναίδη, *Achillis Heroice, cinædi Jonice.* Ita lege, quia Jonici motus infames Arnob. l. VII. Si viderint in fæmineas mollitu-

dines enervantes se viros. Hieronymus *ad Marcel.* ep. VIII. In theatralibus Scenis idem histrio nunc Herculem robustus ostendit, nunc mollis in Venerem frangitur. Lactantius in *Epitome* c. XIV. Histrionici etiam impudici gestus, quibus infames fæminas imitantur, libidines quas saltando exprimunt docent. l.VI. c.XX. Histrionum quoque impudicissimi motus quid aliud nisi libidines docent, & instigant, quorum enervata corpora, & in muliebrem habitum, incessumque mollita, impudicas fæminas inhonestis motibus mentiuntur? Columella l.I.a *de Re Rust.* Attonitisque miramur gestus effæminatorum, quod a natura sexum viris denegatum muliebri motu mentiuntur, decipiuntque oculos spectantium. Pantomimi ergo repræsentabant nobilem aliquam personam in quam scriptum erat a Poeta canticum, quod dicitur ὑπόρχημα, quamque veste, habitu ac manuum gestu referebant. Quæ saltatio a Scena traducta est ad cænas Principum. Juvenalis:

Structorem interea, ne qua indignatio desit,
Saltantem videas, & chironomonta volanti
Cultello. ——

Quintilianus Dial. *de Orator.* Plerique jactant cantari saltarique commentarios suos, ut oratores nostri tenere dicere, histriones diserte saltare dicantur. Propertius l.II. eleg.XXII.

Sive aliquis molli deducit candida gestu
Brachia, seu varios incinit ore modos.

Stephanio togatarius primus togatam saltationem reperit ludis sæcularibus Augusti. Plinius lib. VII. c.XLVIII. Suetonius in *Calig.* c. LVII. Pantomimus Mnester Tragœdiam saltavit, quam olim Neoptolemus Tragœdus ludis, quibus Rex Macedonum Philippus occisus est, egerat. Interdum & in cavea Amphitheatri hujusmodi historiæ desaltatæ, in quibus si cædes facienda esset, noxii adhibiti in quorum corpora sæviretur. Tertullianus in *Apologet.* c.XV. Plane religiosiores estis in cavea, ubi super sanguinem humanum, super inquinamenta pœnarum perinde saltant Dii vestri, argumenta, & historias noxiis ministrantes, nisi quod & ipsos Deos vestros noxii sæpe induunt. Vidimus aliquando castratum Atym, & qui vivus ardebat, Herculem induerat. Lege Tatianum *oratione pro Christ.* Tertullianum c. X. *de Spectacul.* Zozimum lib. I. Item pantomimi chorum suum habebant, cujus carmen apto, & composito gestu exponebant. Sidonius ep. VIII.l.VIII. choros pantomimorum vocat. Manilius l.V.

Omnes fortunæ vultus per membra reducet,
Æquabitque choros cantu. ——

Cassiodorus l. IV. ep. ult. Pantomimo cum primum in scenam advenerit, assistunt consoni chori diversis organis eruditi. Vetus lapis:

MARCI AVR. AVG. LIBERO AGILIO SEPTEMTRIONI, PANTOMIMO SVI TEMPORIS PRIMO, SACERDOTI SYNODI APOLLINIS, PARASITO, ALVMNO FAVSTINÆ, AVGVSTANO, PRODVCTO AB IMPER. MARCO AVREL. COMMOD. ANTONINO PIO, FELICE, AVGVSTO, ORNAMENTIS DECVRIONATVS DECRETO ORDINIS EXORNATO, ET ALLECTO INTER IVVENES S. P. Q. LANVVINVS.

Arnobius pantomimos cum præstigiatoribus conjungit l.II. Quid pantomimos? quid mimulos, histriones, cantores tuba, tibia, calamoque flatan-

A tes, grallatores, funambulos, præstigiatores? Festus, flator, tibicen. Glossæ, flator, αὐλητής. Veteres canebant simul, & saltabant. Pylades, & Bathyllus chorum, & fistulam sibi præcinere voluerunt. Zozimus l.I. Eusebius in *Chron.* Cyprianus *de Spectac.* nulla enim obscœnis motibus membra distorquens desaltavit Græcæ libidinis fabulam. Mesochorus pertinebat ad pantomimos cordacistas, qui turpem saltationem desaltabant. Is enim qui crotalis, vel manuum plausu signa dabat, quia in medio choro erat, mesochorus dictus. Vetus Scho-
B liast. *ad satyr. Juvenalis* XI. Plinius l.II. *Epist.* mesochorum vocat eum qui in auditorum corona cæteris ad laudandum oratorem conductis plaudendi dat signum. Choraules in choro tibia canebant. Sidonius ep.XIII. l.IV. Date ravulos choraulas. Cyprianus *de Spectac.* tibiarum foramina modulans. Tertullianus l. *de Spectacul.* quid de pantomimo judicabit, qui etiam muliebribus curat? Cyprianus ep.LXI. *ad Eucbratium* de histrione; sed & gestus quoque turpes, & molles, & muliebres, magisterio impudicæ artis exprimere. Saltationem pantomimicam eleganter expressit l. II. *Dionysiac.*

C —— ἀγρομένα δὲ
Ομματα μῶνον ἔθελγεν, ὅτε στροφάδεσσιν ἐρωαῖς.
Ορχηστὴρ πολύκυκλος ἐλίσσετο λαίλαπι ταρσῶν,
Νεύματα μῦθον ἔχων, παλάμην στόμα, δακτυλα φωνήν.

Solos oculos demulcebat congregatis, quando volubili impetu saltator multos orbes volvens agitabatur celeri planta, habens nutum pro sermone, manum pro ore, digitos pro voce. Saltabant ut plerumque veteres Deorum fabulas. Arnobius l.IV. Et quod nefarium est auditu, gentis illa genitrix Martiæ, regnatoris & populi procreatrix amans saltatur Venus, & per
D affectus omnes meretriciæ vilitatis impudica exprimitur imitatione bacchari. Saltatur & magna sacris comta cum infulis mater, & contra decus ætatis illa Pessinuntia Dindimene in bubulci unius amplexu flagitiosa fingitur appetitione gestire, &c. Etiam mimis, & scurrilibus ludicris sanctissimorum personæ interponuntur Deorum. Augustinus l.VII. c.XXVI. *de Civit. Dei,* Veneris lasciviam, stupra, & turpidines, cæterorumque proferremus de libris, nisi cottidie cantarentur, & saltarentur in Theatris. Quanquam autem pleræque saltationes in Theatris exhibitæ, maxime impudicæ, & salaces, quæ-
E dam tamen & in conviviis, & in nuptiis usurpatæ in quibus minus fœditatis esset. Aliæ in rebus sacris. Euripides in *Troadib.*

Νύχιον ἐπὶ κνέφας παρῆν,
Λιβύς τε λωτὸς ἐκτύπει,
Φρύγιά τε μέλεα. παρθένοι
Δ' ἀέριον ἀνὰ κρότον ποδῶν
Βοὰν τ' ἔμελπον εὔφρονα.

Nocturnum crepusculum aderat, Libycaque tibia sonabat, & Phrygiæ modulationes. Virgines autem aereo cum plausu pedum lætam cantionem canebant,

F
Εγὼ δὲ τὴν ὀρεστέραν
Τότ' ἀμφὶ μέλαθρα παρθένον
Διὸς κόραν ἄρτεμιν
Εμελπόμαν χοροῖσι

Ego autem monticolam tunc in domo virginem Jovis filiam Dianam celebrabam choreis: Item.

Μόλπαν σκήπτρῳ πελάμε διερειδομένα
Ποδὸς ἀρχεχόρε πληγαῖς φρυγίαις.
Εὐκόμποις ἐξῆχον θεύς.

Incepi

Incepi cantum innixa sceptro Priami ictu Phrygio decenti pedis chorum ducentis in honorem Deorum. Saltationis modo luculenter expingit Lucretius lib. I.

—— In numerum procedere, membra movere.
Mollia mobiliter cum alternis brachia mittunt,
Et repetunt oculis gestum pede convenienti.

Lib. V.

—— Agrestis enim tum Musa vigebat,
Atque extra numerum procedere, membra movere
Duriter, & duro terram pede pellere matrem.

Arbitratur Lucretius & saltationem, & ludorum voluptates ab agricolis ortas:

At liquidas avium voces imitarier ore
Ante fuit multo, quam lenia carmina cantu
Concelebrare homines possent, auresque juvare,
Et Zephyri cava per calamorum sibila primum
Agrestes docuere cavas inflare cicutas,
Inde minutatim dulces didicere querelas
Tibia quas fundit digitis pulsata canentum,
Avia per nemora, ac sylvas saltusque reperta,
Per loca pastorum deserta, atque otia dia.
Sic unum quicquid paulatim protrahit ætas
In medium, ratioque in luminis eruit oras.
Hæc animos ollis mulcebant, atque juvabant,
Cum satiate cibi; nam tum sunt omnia cordi.
Sæpe itaque inter se prostrati in gramine molli
Propter aquæ rivum sub ramis arboris altæ
Non magnis opibus jucunde corpora habebant,
Præsertim cum tempestas ridebat, & anni
Tempora pingebant viridantes floribus herbas,
Tum joca, tum sermo, tum dulces esse cachinni
Consuerunt, &c. ——

Homerus *Odysseæ* VIII. βητάρμονας vocat eos qui solemni epulo saltarent, quibus Judices præmia pro merito decernebant:

Αἰσυμνῆται δὲ κριτοὶ ἐννέα πάντες ἀνέσταν
Δήμιοι, οἳ κατ' ἀγῶνας ἐϋπρήσσεσκον ἕκαστα.
Λείηναν δὲ χορὸν, καλὸν δ' εὔρυναν ἀγῶνα,
Πέπληγόν τε χορὸν θεῖον ποσί. ——

Judices electi novem omnes surrexerunt publici, qui in certaminibus omnia bene ordinabant. Lævigarunt autem chorum, & pulchrum locum certaminis dilatarunt, & divinum chorum pedibus percusserunt. Pedum exsilientium motus vocat μαρμαρυγὰς ποδῶν. Ibidem Homerus saltationis genus quoddam commemorat, in quo alius orbem purpureum in altum evibrabat, alius saltabat in sublime, & orbem recidentem manu excipiebat, prius quam ipse ex saltu terræ se redderet:

Οἳ δ' ἐπεὶ οὖν σφαῖραν καλὴν μετὰ χερσὶν ἕλοντο
Πορφυρέην. ——
Τὴν ἕτερος ῥίπτασκε ποτὶ νέφεα σκιόεντα
Ἰδνωθεὶς ὀπίσω, ὁ δ' ἀπὸ χθονὸς ὑψόσ' ἀερθεὶς
Ῥηϊδίως μεθέλεσκε πάρος ποσὶν οὖδας ἱκέσθαι.

Illi postquam sphæram pulcram purpuream inter manus ceperunt, alter jecit sphæram ad nubes umbrosas retro se reflectens, alter autem a terra in sublime se tollens facile sphæram apprehendebat prius quam pedibus in terram recidisset. Inter res igitur sacras, aut in vino, saltationes adhibitæ. Homerus ibidem:

Αἰεὶ δ' ἡμῖν δαίς τε φίλη, κίθαρίς τε, χοροί τε.

A *Semper nobis epulæ cordi, & cithara, & choreæ.*

Ἄλλῳ μὲν γὰρ ἔδωκε θεὸς πολεμήϊα ἔργα,
Ἄλλῳ δ' ὀρχηστύν τε, καὶ ἱμερόεσσαν ἀοιδήν.

Alii dedit Deus bellicam virtutem, alii saltationem, & cantiunculam amabilem. Odysseæ I.

Μολπή τ' ὀρχηστύς τε. τὰ γάρ τ' ἀναθήματα δαιτός.

Cantusque & saltatio. Hæc enim sunt solemnia, &
B *donaria convivii.*

Οἳ δ' εἰς ὀρχηστύν τε, καὶ ἱμερόεσσαν ἀοιδὴν
Τρεψάμενοι τέρποντο. ——

Illi autem ad saltationem, & cantum amabilem conversi delectabantur. Locus est elegans apud Nonnum *Dionysiac.* lib. X.

Εἰ θρασὺ αὐλὸς ἄειρε λιβυστίδος ὄργανον ἠχοῦς
Οἰδαλέῃ φύσημα παρηΐδι λεπτὸν ἰάλλων,
Μυγδόνος αὐλητῆρος οἴετο βάκχος ἀκούειν,
Ὃν τέκε θεῖος ὕαγνις, ὃς εἰς κακὸν ἤρισε φοίβῳ
C Τρητὸν ἐπιθλίβων διδυμόθροον αὐλὸν ἀθήνης.

Si tibia sustulerat audax organum Libycæ Echus tumenti maxilla flatum tenuem emittens, Bacchus putabat se audire tibicinem Mygdonium, quem genuit Hyagnis, qui in perniciem suam certavit cum Apolline, foratilem duplici sonitu tibiam Minervæ terens, &c. *ubi vero profundæ saltationis desiderio impulsus furenti Ampelus saltatrice pedum volvebatur vibratione.*

Εἰ δὲ βαθυσκάρθμοιο πόθου πεφορημένος οἴστρῳ.
Ἄμπελος ὀρχηστῆρι, ποδῶν ἐλελίζετο παλμῷ,
D Καὶ σατύρῳ παίζοντι συνέπλεκε χεῖρα χορεύων
Δόχμιον ἐκ ταρσοῖο μετήλυδα ταρσὸν ἀμείβων.

Et cum Satyro ludente saltans manus implicaret transversam ex planta plantam advenam alternans. Plato χορὸν dici vult ἀπὸ τῆς χαρᾶς, *a lætitia.* χορείαν Veteres appellarunt τὴν μετ' ᾠδῆς ὄρχησιν, ait Suidas. χοροβατεῖν, *ire ad choreas.* κορυφαῖος ἡγεῖται χοροῦ, *præsultor choreas ducit.* χοροδέκτης ὁ τοῦ χοροῦ ἐξάρχων, χοροστάτης, χοροποιὸς, *præsultor.* Hesychius, χορηγὸς ὁ τοῦ χοροῦ ἡγούμενος καὶ δοτὴρ, *dux chori.* χορικὸς ὁ τοῦ χοροῦ ἐξάρχων. χοροτύπης, χοροδιδάσκαλος, χοροκιθαριστὴς, χο-
E ραύλης, apud Suidam, Hesychium, Pollucem, *qui in choro terram pede pellit, chori doctor, qui in choro cithara, vel tibia canit.* Nonnus *Dionysiac.* lib. XVIII.

Κύμβαλα δὲ πλατάγησε, παρ' εὐκελάδῳ δὲ τραπέζῃ
Πανιάδες σύριγγες ἐβόμβεον, ἔβρεμον αὐλοὶ
Συμπλεκέες, καὶ κύκλος ἐριγδούποιο βοείης,
F Διχθαδίοις πατάγοισιν ἐπεσμαράγησε μελάθρῳ,
Καὶ κτύπος ἦν κροτάλων ἐπιδόρπιος. ἐν δ' ἄρα μέσσῳ
Οἰνοβαρὴς τρομεροῖο φέρων ποδὸς ἄστατον ὁρμὴν
Ἤϊεν ἔνθα καὶ ἔνθα μάρων δεδονημένος οἴστρῳ.

Cymbala sonabant, fistulæ autem Panicæ ad mensam bene sonantem bombum edebant, tibiæ fremebant implexæ, & circulus graviter sonantis tympani duplici

strepitu tinniebat in ædibus, & sonus erat crotalorum ad cænam. In medio autem vino gravis Maro ferens instabilem impetum tremuli pedis ibat huc & illuc œstro agitatus.

Ορθιον ἐκ δαπέδοιο παλίσσυτον ἴχνος ἑλίσσων
Χεῖρας ἑὰς διδύμων σατύρων ὑπὲρ ὦμον ἐρείσας
Μεσσοφανής. ἑτέρου δὲ ποδὸς κουφίζετο παλμῷ
Αλλοτρίου ξανθωπὸν ἔχων χρόα, μεσσόθι πέμπων
Πορφυρέας ἀκτῖνας ὅλῳ στίλβοντι καρήνῳ,
Αντίτυπον μίμημα σεληναίῃσι κεραίαις.

Volutans vestigium rectum reciprocum a terra, manus suas super humeros duorum Satyrorum firmans ipse in medio apparens: & alterius pedis vibratione allevabatur flavum colorem habens, medio mittens purpureos radios toto capite splendenti, quod simulacrum erat oppositum lunaribus cornibus. Describit saltationem satyricam quæ in Tragœdiis per interludia usurpabatur.

Καὶ στάφυλος σκίρτησε ποδῶν εὐηπάρμονι παλμῷ
Βότρυος ὀρχηστῆρος ἐπ' αὐχένι πῆχυν ἐρείσας.

Et Staphylus saltavit vibratione pedum agili cubito nixus supra collum Botruyis saltatoris.

—— Χόρευε καὶ αὐτὴ
Πήχυν ἐπικλίνουσα καὶ υἱεῖ, καὶ παρακοίτῃ,
Μεσσατίη σταφύλου καὶ βότρυος. ——

Ipsa etiam saltabat inclinans cubitum ad filium, & virum suum, media inter Staphylum & Botryem. Consule librum XIX. ubi pantomimorum saltationes graphice describuntur.

—— ἐχόρευε μάρων ἑλικώδει
Δεξιὸν ἐκ λαιοῖο μετήλυδα ταρσὸν ἀμείβων,
Σιγὴν ποικιλόμυθον ἀναυδέϊ χειρὶ χαράσσων.
Οφθαλμοὺς δὲ ἔλιξεν ἀλήμονας εἰκόνα μύθων,
Νεύματι τεχνήεντι νοήμονα ῥυθμὸν ὑφαίνων,
Καὶ κεφαλὴν ἐτίναξε. ——

Saltabat Maro planta errabunda & volubili dextrum pedem advenam ex sinistro alternans, silentiumque varie loquax manu muta signans. Oculos autem rotabat errones imaginem verborum, nutu artificioso subtexens rythmum intelligentem: & caput motabat.

Τοῦτο σοφῇ παλάμῃ κερόεις σειληνὸς ὑφαίνων
Δεξιτερὴν μὲν ἔπαυσε, &c.

Hoc corniger Silenus manu erudita texens, dextram quidem cessare fecit, multum autem saltante pede ex terra tollebatur, & in aera mittebat oculos, interdum pedes pedibus innectens, interdum separans, alterna arte vibrabatur, interdum multum volubilis solo insultans rectus in pectus vibrabatur volubiliter. Pes dexter firmus stabat, neque flectebatur alterius pedis summum digitum tenens, aut genu flectens collatis manibus, aut femora complicata extendens Silenus genibus gravis, pedis rectum impetum habens, sinistrum pedem sustulit a latere & humero elevans volutim. Cætera require ex libro XIX. ubi jucunda saltatio pantomimica describitur. ὄρχησιν & ὀρχεῖσθαι Eustathius dici vult ἀπὸ τοῦ ὀρέγειν, ut significet κίνησίν τινα χειρῶν καὶ ποδῶν, *motum manuum pedumque.* Alii ἀπὸ τῶν ὄρχων, *a vinearum ordinibus*, in quibus inter vindemiam primitias Baccho

A offerentes choreas agebant. Alii παρὰ τὸ ὁρμὴν ἔχειν, aut ὀρύειν, *moveri*, σκιρτᾷν, κινεῖσθαι. Xenophon, ὀρχεῖσθαι ἐν ῥυθμῷ, *ad numerum saltare.* ὀρχεῖσθαι πρὸς αὐλὸν, *ad tibiam saltare.* Athenæus lib. IV. in cæna πρὸς ὅπλα ὠρχοῦντο, *in armis saltabant.* ἔνοπλοι ὀρχήσεις, *saltationes armatæ.* Plato in *Cratylo*, ὀρχεῖν καὶ ὀρχεῖσθαι, μετεωρίζειν ἢ ἀπὸ τῆς γῆς, ἢ ἐν ταῖς χερσὶ πάλλειν τε καὶ πάλλεσθαι, *attollere se a terra, aut in manibus vibrare, aut vibrari;* unde dicta sit Pallas. χορεύειν, *saltare cum cantu*, ὀρχεῖσθαι, *rythmice moveri etiam sine cantu.* Plato lib. II. *de Legib.* χορεία γε μὴν ὄρχησίς τε καὶ ᾠδὴ ξυνόλον ἐστι. *Chorea, & saltatio, & cantus simul.*
B ἄλλεσθαι, βαλλίζειν, κωμάζειν, *saltare.* Athenæus lib. VIII. ὅτι βαλλίζουσιν οἱ κατὰ τὴν πόλιν ἅπαντες τῷ θεῷ. *Omnes per urbem Deo saltant.* Athenæo βαλλισμὸς *saltatio ad cymbala.* Suidas, βαλλίζειν, τὰ κύμβαλα κτυπεῖν, καὶ πρὸς τὸν ἐκείνων κτύπον ὀρχεῖσθαι. *Cymbala pulsare, & ad eorum sonum saltare.* Horatius od. XVIII. lib. III.

Gaudet invisam pepulisse fossor
Ter pede terram.

Ovidius lib. VI. *Fastor.*

Pars viridem celeri ter pede pulsat humum.

C Eusebius in *Chronico*; Phidamon vir nobilis Delphis apud Pythium delubrum primus choreas instituit, tempore Gedeonis. Pyrrhicam Curetes, & Corybantes, qui Cnossum condiderunt ætate Mosis. Romæ Romulus bellicrepam saltationem in armis instituit. Vide Isidorum l. XVIII. c. XLVII. Livium l. VII. qui ab Hetruscis saltationes & modos Romam influxisse ait; Lucianum lib. *de saltat.* Galenus l. II. *de conserv. sanit.* ὀρχηστῶν αἱ σύντονοι κινήσεις, ἐν αἷς ἅλλονται μέγιστα καὶ περιδινοῦνται στρεφόμενοι τάχιστα, καὶ ὀκλάσαντες ἐξανίστανται, καὶ προσύρουσι, καὶ διαχίζουσι ἐπιπλεῖστον τὰ σκέλη. *Saltato-*
D *rum motiones contentæ, quibus saltant maxime & circumvertuntur celerrime, & inflectentes se exsurgunt, & protrahunt, & divaricant crura.* Saltatio fune apprehenso significatur ab Horatio lib. I. epist. X.

Tortum digna sequi potius quam ducere funem.

Terentius *Adelphis*:

Tu inter eas restim ductans saltabis.

Lucretius lib. II.

Hic armata manus inter se forte catenas
Ludunt. ——

E Choroaca esse volunt, in qua funem seu chordam præsultor ducebat. Armatam saltationem describit Dionysius Halicarnass. lib. VII. sub finem, his verbis: Virorum chorus galeas æreas cristis insignibus, pennisque ornatas ferebat, præcedebant autem singulos choros singuli viri, qui sequentibus saltandi rationem præirent, & bellicos motus agitarent. Unus ex singulis choris militares, ac concitatos modulos præcinebat rythmis plerunque proceleumaticis, qui in sacris Minervæ adhibiti, & in celeumate nautico a portisculis usurpati. Pyrricham saltationem vocant, quam alii a Pallade repertam parta de Titanis victoria, quidam a Cureti-
F bus Creticis, quos & Corybantas vocant, ait Dionysius. Plinius lib. VII. cap. VII. a Pyrrho quodam in Creta primum repertam ait; Strabo lib. X. a Pyrrhico, a quo & pyrrhica dicta. Ejusmodi saltationes Homerus in clypeo Achillis exposuit, & puellis coronas, juvenibus gladios tribuit:

Καί ῥ' αἱ μὲν καλὰς στεφάνας ἔχον, οἱ δὲ μαχαίρας
Εἶχον χρυσείας ἐξ ἀργυρέων τελαμώνων.

—— δοιὼ δὲ κυβιστῆρε κατ' αὐτοὺς
Μολπῆς ἐξάρχοντες ἐδίνευον κατὰ μέσσους.

Festus, Bellicrepam saltationem dicebant, quando cum armis saltabant, quod a Romulo institutum est, ne simile pateretur, quod fecerat ipse, cum in ludis Sabinorum virgines rapuit. Apulejus lib. x. sub finem. Nam puelli, puellæque florenti virentes ætatula, forma conspicui, veste nitidi, incessu gestuosi, Græcanicam saltantes pyrrhicam, dispositis ordinationibus decoros ambitus inerrabant, nunc in orbe rotarum flexuosi, nunc in obliquam seriem connexi, & in quadratum patorem cuneati, & in catervæ dissidium separati. Plato l. VII. *de Legib.* Pyrricha est quæ motiones corporis imitatur, ictus, jactusque declinantis, & vitabundi, omnifariamque cedentis, in altum etiam subsilientis, & sese succiduo poplite demittentis; rursus contrarios his motus pyrricha imitatur, eos scilicet qui in habitus corporis actuosos feruntur, quales ejus sunt, qui sagittarum, missiliumque jaculationes effingere motu corporis, plagarumque & petitionum multiplicium imitamenta assequi, implereque contendit, quibus tela, plagæque vitantur. Apud Dionem lib. LVIII. pueri quos ad pyrrhicham saltationem ex Asia Cajus evocaverat, semel duntaxat ea saltata, civitate donati dimissi sunt. Ammianus lib. XVI. Cum exercere præludia disciplinæ castrensis Philosophus cogeretur, ut princeps, artemque modulatius incedendi per pyrricham concinentibus disceret fistulis. Solinus cap. XVI. Pyrrho repertore equestres turmas Creta primum docuit, & lascivas vertigines implicare, ex qua disciplina bellicæ rei ratio, & usus est datus. Impudicam saltationem cordacem fuisse diximus. κορδακίζειν, αἰσχρῶς κινεῖν τὴν ὀσφὺν, *movere turpiter lumbos crispantes, & fluctuantes*. Hesychius, κορδακισμοὶ τὰ τῶν μίμων γελοῖα, καὶ παίγνια. Apud Martianum cordacistæ saltatores quasi χορδικισταί. Aristophanes in *Nubibus* dixit, κόρδακα ἑλαύνειν, κόρδακα ἕλκειν. Theophrastus in *Charact.* νήφων τὸν κόρδακα ἐν κωμικῷ χορῷ. *Saltare ad restim.* Livius lib. XXVII. Et per manus reste data virgines sonum vocis pulsu pedum modulantes incesserunt. Comica enim cordax saltabatur ad restim, ut scribit Scholiastes Aristoph. *ad Nubes*. Apulejus in *Apolog.* In juventute saltandis fabulis exossis, & enervis negatur quidquam histrionis habuisse præter impudicitiam. Seneca lib. I. *nat. Quæst.* cap. XVI. obscœnitatis usque in scenam productæ. Suetonius in *Tito*, quosdam e gratissimis delicatorum saltationis artifices. In Asia, & Græcia saltatio probro non fuit. Æmil. Probus in *Epaminonda:* Scimus enim Musicen nostris moribus abesse a Principis persona: saltare enim in vitio poni, quæ omnia apud Græcos, & grata, & laude digna ducuntur. Homerus saltare, & canere vocat ἀναθήματα δαιτός. Saltabant & in conviviis nudi. Cicero *pro Muræna*, Deiotarum elatum vino se obruisse, in convivioque nudum saltasse. Idem in *Pisonem:* Cum collegæ tui domus cantu, & cymbalis personaret, cumque ipse nudus in convivio saltaret. Idem Apronio objicit, quod accubante prætextato Prætoris filio in convivio saltare nudus cœperat, lib. VII. *in Verrem*. Horatius:

Nunc est bibendum, nunc pede libero
Pulsanda tellus. ——

Apud Vellejum Plancus nudus cæruleatus atque arundine redimitus saltavit. Saltatio impudica, & turpis fuit cum fallos, & fascinos ex pellibus rubris ex collo sibi appenderent, aut inter femora ponerent, saltarentque. Svidas, φαλλὸς αἰδοῖον συκι-

A νὸν, ὕστερον δὲ ἐκ δερμάτων ἐρυθρῶν, σχῆμα αἰδοίου ἔχον ἀνδρώου, ὃ ἑαυτοῖς περιθέμενοι ἔν τε τοῖς τραχήλοις, καὶ μέσοις τοῖς μηροῖς ἐξωρχοῦντο τιμὴν τοῦ διονύσῳ ἐν τοῖς διονυσίοις ἄγοντες. Phallica saltatio in honorem Bacchi. Pollux lib. IV. cap. XIV. φαλλικὸν ὄρχημα ἐπὶ διονύσῳ. Hesychius, φαλλικὸν ὄρχημά τι, οἱ δὲ μέλος. ἄλλοι ᾠδὴν αὐτοσχέδιον ἐπὶ τῷ φαλλῷ ᾀδομένην. Seneca in *Hercule furente*:

Permistæ maribus nurus
Solemnes agitent choros,
Pingues cædite victimas.

B Bassarides, seu Bacchæ nebride amictæ saltitabant, de quibus Seneca in *Oedipo*;

Te Bassaridum comitata cohors
Nunc Edoni pede pulsant sola.

Saltabant & sicinnidem, de qua Athenæus lib. XIV. cap. XII. Virgilius lib. XI. *Æneid.*

Aut ubi curva choros inducit tibia Bacchi.
Ennius:
—— *Bacchico insultans modo.*

C Plato sub finem lib. II. *de Legib.* ὀρχήσεως δὲ ἄλλην μὲν μούσης λέξιν μιμουμένων, τὸ δὲ μεγαλοπρεπὲς φυλάττοντας ἅμα, καὶ ἐλεύθερον, ἄλλην δ' εὐεξίας ἐλαφρότητος ἕνεκα, *saltationem aliam esse eorum qui Musæ dictionem imitantur, gravitatem, & libertatem simul servantes, aliam eorum qui valetudini, & agilitati consulunt*. Galenus lib. *de Diæta* II. & lib. I. *de curandis chronic.* cap. I. saltatorum contentos motus esse ait, quibus saltant maxime, & circumvolvuntur celerrime, & in genua procumbentes exsurgunt, & protrahunt, & divaricant genua. Apud Xenophontem Socrates ait in *Sym-*
D *posio*, οὐδὲν ἀργὸν τοῦ σώματος ἐν τῇ ὀρχήσει ἦν, ἀλλ' ἅμα καὶ τράχηλος, καὶ σκέλη, καὶ χεῖρες ἐγυμνάζοντο, ὥσπερ χρὴ ὀρχεῖσθαι τὸν μέλλοντα εὐφορώτερον τὸ σῶμα ἕξειν, &c. *In saltatione nulla pars corporis est otiosa, sed simul cervix, crura, & manus exercentur, itaque saltandum ei est qui corpus agilius, & firmius habere velit.* Pantomimica saltatio jam olim a Teleside, seu Telesta sub Æschylo factitata erat, de qua Nonnus lib. XIX.

—— ἡμετέρου δὲ
Νύσσα χορὸς, βαλβίδες ἐπὶ σκιρτήματα ταρσῶν,
Χεὶρ τροχαλὴ, καὶ σκαρθμὸς ἕλιξ, καὶ νεῦμα προσώπου,
E Ἄστατα κινυμένοιο, καὶ αὐδήεσσα σιωπὴ
Δάκτυλα δινεύουσα, καὶ ὀρχηστῆρος ὀπωπή.

Vide pag. 341. Item de iis qui in capita cernuant, quos cybisteteras vocant:

Καὶ κεφαλὴ πεφόρητο παρήορος, οἷάπερ αἰεὶ
Ἀπτομένη δαπέδοιο, καὶ οὐ ψαύουσα κονίης,
—— τιναασομένου δὲ καρήνου
Ὕπτιος αὐτοκύλιστος, ἐπωλίσθησεν ἀρέρη.

F Sophocles post navale prœlium ad Salaminem circa trophæum cum lyra saltavit nudus, & unctus, narrante Athenæo lib. I. Inter saltandum autem servabant numeros, & in numerum, ad numerum saltabant, Virgilius ecloga VI.
Tum vero in numerum Faunosque, ferasque videres
Ludere, tum rigidas motare cacumina quercus.
Numeri enim dicebantur & de pantomimica saltatione, & de luctatoribus. Seneca epist. CXXVIII. *Omnes exequi numeros non potest.* Epist. LXXI. *habet numeros suos, plena est.* Marcus libro III.

de vita sua, τοὺς τοῦ καθήκοντος ἀριθμοὺς ἀκριβοῦν, *numeros decori ex arte implere*. Stobæus, καθῆκον πάντας ἐπέχον τοὺς ἀριθμοὺς, *decorum quod omnes numeros habet*, ut Cicero lib. III. *de Offic.* Omnes ludii qui ad cantum, & tibiam in sacris ludunt, Salii, & Salisubsuli dicuntur. Virgilius;

Tum Salii ad cantus incensa altaria circum
Populeis adsunt evincti tempora ramis.

Qui primi in Italia armatam saltationem saltarunt Salii dicti. Vet. Gloss. Salius, ὑμνῳδός. Pacuvius, pro imperio sic salisubsulus vestro excubet Mars. Ludii luperci dicti. Vetus Poeta,

Salvete vosque ludiæ lacus undæ.

Ovidius,

Ludius æquatam ter pede pulsat humum.

Statius ludias tumentes. Tertullianus lupercos ludios. Plautus,

Fite causa mea, ludii barbari subsilite.

Varro lib. II. *de Re Rust.* Cum insulas ludiano ritu χορῶσας vidisses, ὀρχηστής, χορδιστής, σατυριστής, σκηνικός, *ludio*. Stellæ in cauda Cynosuræ χορεῦται Græcis, ludentes Germanico dicuntur. Ovidius,

Si vox est, canta, si mollia brachia, salta.

Pollux lib. IV. βίβασιν εἶδος Λακωνικῆς ὀρχήσεως ἐν ᾗ ἔδει καὶ ἅλλεσθαι, καὶ ψαύειν τοῖς ποσὶ πρὸς τὰς πυγάς. Oribasius lib. *Collect.* VI. cap. XXXI. πιτυλίζειν est summis pedibus ingredi tensis in sublime manibus, hanc quidem antrorsum, illam retrorsum celerrime movendo. Cicero *in Pisonem*; cumque ipse nudus in convivio saltaret, cum illum suum saltatorium orbem versaret. Idem *Paradoxo* II. saltare mimice dixit. Servius ad hæc,

Tum vero in numerum Faunosque, ferasque videres
Ludere. —— .

In numerum ludere, hoc est, saltare in modum rythmi, & cantilenæ. Persius satyr. V.

Tres tantum ad numeros satyri moveare Bathylli.

Cicero Paradoxo II. extra numerum se movere. De Bathyllo Seneca in proœmio lib. I. *Controv.* Recitabit rescriptum Labieni pro Bathyllo Mæcenati, in quo suspicietis adolescentis animum illos dentes ad mordendum provocantis. Mæcenas enim scripserat pro Bathyllo, Labienus responderat illi scripto. Bathyllus Alexandrinus libertus, & delicium Mæcenatis, ut scribunt Athenæus lib. I. Plutarchus sympos. VI. cap. VIII. Seneca initio lib. III. *Controv.* & Vet. Glossæ ad Persium. Suidas in voce ὄρχησις παντόμιμος. ταύτην ὁ Αὔγουστος καῖσαρ ἐφεῦρε Πυλάδου καὶ Βακχυλίδου (lege, Βαθύλλου) πρώτων αὐτὴν μετελθόντων. Anagallis Corcyræa Grammatica saltationem cum orbe repertam a Nausicae Alcinoi filia tradit. τῆς σφαίρας εὕρεσιν Ναυσικάᾳ ἀνατίθησι. Balimachiæ saltationes Concilio Tolet. III. cap. ultimo vetantur, ut & balationes Concil. Bracar. cap. VIII. Ballistea dicuntur cantiunculæ ad quas pueri saltant. Vopiscus de Aureliano; *adeo ut etiam ballistea pueri, & saltatiunculas in Aurelianum tales componerent.* Athenæus lib. VIII. βαλλίζειν, *saltare*, βαλλισμός, *saltationis genus*: quæ vox hodie frequens in Italia, & Gallia. Photius in *Nomocanone* tit. XIII. περὶ τοῦ μὴ βαλλίζειν ἢ ὀρχεῖσθαι ἐν γάμοις, *de non saltando in nuptiis*. Concil. Laodiceno cap. LIII. οὐ δεῖ χριστιανοὺς εἰς γάμους ἀπερχομένους βαλλίζειν, ἢ ὀρχεῖσθαι. Vetus Interpres, *non oportet Christianos ad nuptias euntes vel ballare, vel saltare.* Paulus *ad Roman.* cap. XIII. ὡς ἐν ἡμέρᾳ εὐσχημόνως περιπατήσωμεν, μὴ κώμοις, καὶ μέθαις, *ut in die honeste ambulemus, non in comessationibus, & ebrietate.* Glossæ Cyrilli, κῶμος ὄρχησις μετ' ᾠδῆς, καὶ μέθης. *Comus saltatio cum cantu & ebrietate.* Suidas, κῶμος ἡ μέθη καὶ ὀρχισμός. *Comus ebrietas & saltatio.* κῶμός ἐστι μεθυστικὸς αὐλὸς ἐγχρονίζοντος τοῦ οἴνου ἐρεθίζων τὴν ἡδυπάθειαν, καὶ θέατρον, ἀσχήμον ποιῶν τὸ συμπόσιον κυμβάλοις τισὶ, καὶ ὀργάνοις καταθέλγον τοὺς δαιτυμόνας. *Comus est tibia inter ebrios vino diutius durante irritans libidinem, & theatrum, inhonestum faciens convivium, cymbalis, & aliis organis convivas demulcens.* Cæterum saltatorem plausu & crepitu Mesochorus juvabat. Lucianus in *Etæric.* ἤδη δὲ προχωροῦντος τοῦ ποτοῦ ἐγὼ μὲν ὑπεκρεκόν τι τῶν Λυδίων, ὁ γεωργὸς δὲ ἤδη ἀνίστατο ὀρχησόμενος, ἡ Κροκάλη δὲ ἐκρότει, καὶ πάντα ἦν ἡδέα, ἐν τοσούτῳ δὲ κτύπος ἠκούετο, καὶ αὔλιον ἠράσσετο. *Jam autem procedente epulo ego insonui aliquid Lydium, agricola autem jam surrexit saltaturus, Crocale plaudebat, & omnia jucunda erant, interea sonitus auditus, & stabulum pulsatum est.* Martialis lib. IV. epig. V.

Plaudere nec Cano, plaudere nec Glaphyro.

Ferreis item calceis terram pulsabant. Lucianus *de saltat.* ἑνὸς γὰρ τῷ τοῦ σιδηρῷ ὑποδήματι κτυπόντων τὴν ἐσθῆτα κατέρρηξε. *Vestem unius qui ferrea solea crepabat, rupit.* Caligula saltabat nonnunquam etiam noctu, & quondam tres consulares secunda vigilia in palatium accitos, multaque, & extrema metuentes super pulpitum collocavit, deinde repente magno tibiarum, & scabillorum crepitu, cum palla, tunicaque talari prosiluit, ac desaltato cantico abiit; apud Suetonium cap. LIV. Spectatores sæpe plausum dabant. Ovidius lib. I. *de Arte*:

Dumque rudem præbente modum tibicine Thusco
Ludius æquatam ter pede pulsat humum,
In medio plausu, plausus tunc arte carebat.

Lucianus lib. *de saltat.* *Ista barba & canitie sedere inter mulierculas & furentes spectatores*, κρότοῦντα τε προσέτι, καὶ ἐπαίνους ἀπρεπεστάτους ἐπιβοῶντα ὀλεθρίῳ τινὶ ἀνθρώπῳ εἰς οὐδὲν δέον κατακλωμένῳ, *plausum dantem, & indecora præconia acclamantem perdito cuidam homuncioni ad impudicitiam fracto*. De pyrricha saltatione Athenæus lib. I. & l. XIV. Plato lib. VII. *de Legib.* Plinius cap. LVI. l. VII. a Pyrricho uno ex Curetibus dicta, ut Pausan. Dionysius Halicar. lib. VII. Eustathius interdum Pyrrhicho Laconi Creticam istam saltationem, interdum Pyrrho Achillis filio tribuit. Militares pyrrichas vocat Spartianus; Principes habuit gladiatores fiscales, & postulatitios, militares pyrrhicas populo frequenter exhibuit. Ammianus lib. XIV. Artem modulatius incedendi per pyrrhicam concinentibus didicit fistulis. Pyrrcharii dicti qui pyrricham saltabant. Ulpianus l. *damnum.* §. *quicunque. D. de pœnis.* Instituuntur venatores, aut pyrricharii, aut in aliam quoque voluptatem gesticulandi, vel aliter se movendi gratia. Sunt motus ὀρχιστῶν pantomimorum. Cassiodorus lib. IV. epist. ult. *His sunt additæ orchestarum loquacissimæ manus* (*orcistarum* vulgo legitur, & bene, prout Cassiodori tempora ferebant) *linguosi digiti, silentium clamosum.* Salvianus: in Theatris nihil bonum, nihil reatu vacat, quia & concupiscentiis animus, & auditu aures, & aspectu oculi polluuntur. Quæ quidem omnia tam flagitiosa sunt, ut etiam explicare ea quispiam, aut eloqui salvo pudore non valeat. Quis enim integro verecundiæ statu dicere queat illas rerum turpium imitationes, illas vocum ac verborum obscœnitates, illas morum turpitudines, illas gestuum fœditates, quæ quanti sint criminis vel hinc intelligi potest, quod relationem sui interdicunt? Cypr. l. II. ep. II. Morum quanta labes, quæ probrorum fo-

menta, quæ alimenta vitiorum histrionicis gestibus inquinarit. Videre contra fœdus, jusque nascendi patientiam incestæ turpitudinis elaboratam. Evirantur mares, honor omnis, & vigor sexus enervati corporis dedecore mollitur, plusque illic placet, quisquis virum in fœminam magis fregerit; in laudem crescit ex crimine, & peritior quo turpior judicatur. Arnobius lib. II. Ideo ut res sanctissimi, atque augustissimi numinis symphonias agerent, & fistulatorias hic artes ut inflandis bucculas intenderent tibiis, cantionibus ut præirent obscœnis numerositer, & scabillorum concrepationibus sonoris, quibus animarum alia lasciviens multitudo incompositos corporum dissolveretur in motus, saltitaret, & cantaret, orbes saltatorios verteret, & ad ultimum lumbis & coxendicibus sublevatis, lumborum crispitudine fluctuaret. In fœminis fierent meretrices, sambucistriæ, psaltriæ, venalia ut prosternerent corpora, vilitatem sui populo publicarent, in lupanaribus promptæ, in fornicibus obviæ, nihil pati renuentes, ad oris stuprum paratæ. Heliodorus de Thisbe psaltria, ἡ δὲ Θίσβη τὴν ἀσχολίαν τὴν ἐκείνου σχολὴν ἑαυτῆς ἐποιεῖτο, καὶ τοῖς συμποσίοις ἑαυτήν τε καὶ τὴν τέχνην ἐξεμίσθου: *Negotium ejus suum otium faciebat, & conviviis se ipsam & artem locabat*. Artemidorus lib. I. cap. VIII. οὐδὲν ἀρνησάμεναι παρέχουσιν ἑαυτάς, *nibil recusantes seipsas præbent*. Apud Homerum variæ sunt saltationes, una eorum qui se in caput provolverent, altera pilariorum, quam Aristonicus Carystius cum Alexandro magno saltavit, ut docet Eustathius *ad lib.* IX. *Odysseæ*, ἔτι δὲ τὸ σφαιρίζειν οὐκ ὀλίγη μοῖρα ἐνομίζετο γυμναστικῆς, καὶ συμβάλλειν ἔστι καὶ ἐκ τῆς Ἠροφίλου τοῦ ἰατροῦ εἰκόνος. παράκειται γὰρ αὐτῇ σὺν ἑτέροις τισὶ γυμναστικοῖς ὀργάνοις καὶ σφαῖρα. παιδιὰ ὀρχηστικὴ καὶ τὸ καλούμενον διὰ τῆς σφαίρας ἁρπαστὸν, ὡς ἡ εἰρημένη φαινίνδα, ἄφεσιν εἶχε, καὶ φυγὴν, ἔμελεν δ᾽ εὐρυθμίας τοῖς σφαιρίζουσι. *Pila ludere non minima pars gymnasticæ esse censebatur, quod conjicere licet ex imagine Erophili Medici. Assita enim est ei & pila inter alia instrumenta gymnastica. Sed & barpastum in pila fuit exercitatio saltatrix, ut & phæninda, quæ babuit missionem & fugam. Pila ludentes curam babuerunt rytbmi, & numeri elegantis*. Apud Athenæum lib XII. Sophocles Thamyrim fabulam agens cithara cecinit, & cum Nausicaam exhiberet, egregie assumpta pila saltavit. Athenæus lib. XIV. tres saltationes ponit, pyrrichen gymnopædicen, hyporchematicem. Pyrrichem apud solos Lacedæmonios perseverasse ait, quam ab anno ætatis quinto omnes discerent: ἐκμανθάνουσι δὲ πάντες ἐν τῇ Σπάρτῃ ἀπὸ πέντε ἐτῶν πυρριχίζειν. τακτέον δὲ ἐπὶ τῆς πυρρίχης τὰ κάλλιστα μέλη καὶ τοὺς ὀρθίους ῥυθμούς. Lacedæmonii item gymnopædicen saltabant nudi gesticulantes manibus ad numerum, ait Athenæus: πυρρίχη καλεῖται χειρονομία. ἡ δὲ ὑπορχηματική ἐστιν ἐν ᾗ ᾄδων ὁ χορὸς ὀρχεῖται. ἔστι δὲ ὄρχησις ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν. Saltationis comicæ Bathyllum Romæ auctorem fuisse diximus. Italica saltatio conflata erat e cordace, emmelia, & sic innide, apud Plutarchum sympos. VII. q. VIII. & Athenæum lib. I. Socrates Memphiticam saltationem adamavit, in qua deprehensus ab amicis, dixit omnium corporis membrorum exercitationem esse, τῆς δὲ μέμφεως ὀρχήσεως ἤρα καὶ Σωκράτης. Pollux duas saltationis partes fuisse ait, τὸ μὲν χειρῶν κίνησιν ἀσκεῖν, τὸ δὲ πηδητικὸν, *alteram quæ moveret manus, alteram quæ saltaret*. Pilarios certis rythmis adhibitis inter saltandum prehensa manibus pila, & jacta in aerem, atque invicem transmissa certasse nudos, ex solo campestri, aut subligaculo tectos discimus ex nummis Gordiani III. in quibus ita expressi sunt. Certum est illos pilicrepos subsultim pedes in altum extulisse, πηδῶντας ἐξᾶραι τοὺς πόδας, ut docet Eustathius *ad lib.* IX. *Odyss.* qui ejusmodi sphæromachiam Lacedæmone usurpatam ostendit; οὕτω ἀναπηδήσαντες εἰς ὕψος πρὸ τοῦ κατενεχθῆναι ἐπὶ γῆν παραλλαγὰς πολλὰς τοῖς ποσὶν ἐποίουν, ὃ δὴ θερμαυστρίζειν ἔλεγον. *Ita saltantes in altum prius quam in terram relaberentur varias pedum transmutationes faciebant, quod dixere thermaustrizare*. Idem scribit, hyporchemata sub Xenophonte viguisse, id est, saltationem pantomimicam, quæ sit imitatio rerum quæ dictione explicantur, de qua ille in expeditione Cyri commemorans saltationes in armis, & saltus sublimes, & leves, inter, aut supra ensem ponit; ἐναρμόνια δηλαδὴ καὶ αὐτὰ ὁποῖα καὶ τὰ τῶν ἐνταῦθα βηταρμόνων. *Hæ saltationes fiebant ad rytbmum, & numerum, ut saltatorum qui dicuntur Betarmones*; quorum artis exemplum fuit Telestes saltator Æschyli tam accuratus artifex, ut saltans VII. duces ad Thebas res ipsas per saltationem expresserit. Athenæus lib. I. Telesin, seu Telesten saltatorum doctorem, ὀρχηστοδιδάσκαλον, multa scribit invenisse schemata, quæ manibus exprimerent ea quæ dicebantur. Fuere autem saltationes propriæ certis gentibus, Lacedæmoniæ, Trœzeniæ, Epizophyriæ, Cretenses, Ionicæ, Mantiniacæ, eodem libro, in quibus erat manuum motio. Erat & Atheniensis saltatio, per quam cubisteteres, seu cernuatores in caput se provolvebant, ut indicat Herodotus lib. VI de Hippoclide, qui defixo capite super mensam erectis in altum pedibus σκέλεσι ἐχειρονόμησε, *cruribus saltavit, & gestum egit*. Plato lib. VII. *de Legib.* Curetum ludicra armata utilia esse Cretibus ait, Laconibus Dioscurorum pyrrichen, Athenis Proserpinam & Dominam armis omnibus ornatam ludicro saltationis oblectari, & ita saltationem peragere. Pyrriches genus usurparunt Salii, qui armati per vicos saltabant. Plutarchus in *Numa* dictos Salios esse vult, non ex nomine Salii viri Samothracis, vel Mantinæi, qui armatam saltationem docuerit; sed ab ipso potius tripudio quod saltando obeunt, cum mense Martio sacras peltas per urbem ferunt trabeati, baltheis latis succincti, æneis galeati, ære ac minutis pugionibus ad peltas concrepantes. ὅταν τὰς ἱερὰς πέλτας ἀναλάβωσι ἐν τῷ μαρτίῳ μηνὶ φοινικοῦς μὲν ἐνδεδυμένοι χιτωνίσκους, μίτραις δὲ χαλκαῖς ὑπεζωσμένοι πλατείαις, καὶ κράνη χαλκᾶ φοροῦντες, ἐγχειριδίοις δὲ μικροῖς τὰ ὅπλα κρούοντες. ῥικνοῦσθαι τὴν ὀσφὺν, φορτικῶς περιάγειν Polluci, *lumbis crispantibus fluctuare* Arnobio. Bactriasmus, Apocinus, Strobilus, aposesis, saltationes ἀσελγεῖς ἐν τῇ τῆς ὀσφύος περιφορᾷ, *lumbis fluctuantibus*. Grus dicta saltatio cum multi saltant, quisque apud se ordinem servans, ductoribus extrema utrinque habentibus, & quæ Theseo contigerunt repræsentantibus, primum circum aram Deliam, imitantibus exitum ex labyrintho, ait Pollux lib. IV. cap. XIV. Leo saltationis genus fuit terribile, & formidolosum. Fuit & Laconibus saltatio terribilis, in qua Sileni, & Silenis Satyri impositi subtus in orbem saltabant, ὑπότροχα ὀρχούμενοι. Itymbi saltatio fuit Baccho sacra, Cariatidis Dianæ, Baryllichica a Barylicho dicta repertore, in qua saltabant mulieres, Apollini, & Dianæ. Suidas voce ὄρχησις meminit Baryllici aut Bathylli potius. Apud Pollucem dicitur Baryllica; male. Hypogypones scipionibus senes imitabantur. Gypones grallatores saltabant ligneis tibiis pellucida Tarentina amicti. Veteres Glossæ, gypones, πανικὰ φοροῦντες. *Armaturæ dicuntur cum armati currunt*, ὁπλορχησταὶ, οὓς καλοῦσι ἀρματούρας, οἷοί πέρ εἰσι οἱ μεθ᾽ ὅπλων ὀρχούμενοι, *quales sunt qui cum armis saltant*. Artemidorus, τὸ λεγόμενον ὅπλον τελευταῖον τῶν ἀγωνισμάτων, *armata*

saltatio est ultima in certaminibus. Apud Pollucem *καλλίνικος* saltatio in honorem Herculis; unde cantilenæ ad tibiam callinici dictæ apud Athenæum l. XIV. Pollux saltationem partem Musicæ esse ait, *μέρος μυσικῆς. ὀρχηςοδιδάσκαλον, σχηματοποιήσασθαι, σχηματίσασθαι, gesticulari*. In saltando servari debet *εὐρυθμία, νεῦσαι. συναπονεῦσαι, τὴν κεφαλὴν περιενεγκεῖν, τῶν χειρῶν περιαγωγὴν, ὀρχηςὴν ὑγρομελῆ, εὐκαμπῆ, ἐπικλώμενον, ἐξυγραινόμενον, ταχύχειρα, ταχύπυν, εὐκέφαλον λιγυςικὸν, λιγυσμὸν, παραγωγὴν, κάμψιν, παραφορὰν*, ait Pollux lib. IV. *ὀξυχειρίαν, εὐποδίαν ἐπίδειξιν, παρεισδείξασθαι, παρεπιδείξασθαι*. Chorus Suidæ, *οἱ χορεῦται, καὶ ὁ τόπος, saltatores, & locus in quo saltatur*. Homerus *Odyss.* IX.

> *Πέπληγον δὲ χορὸν θεῖον ποσί.* —

Horatius,

> *Nympharumque leves cum Satyris chori.*
> *Jam Cytherea choros ducit Venus imminente Luna,*
> *Junctæque Nymphis gratiæ decentes*
> *Alterno terram quatiunt pede.*

Virgilius lib. VI. *Æneid.*

> *Et pedibus plaudunt choreas.* —

Pollux lib. IV. cap. XV. locum in quo choreæ ducuntur, *χορηγεῖον, χορεῖον, χορήγιον, χοραγεῖον* vocat. Saltationum autem genera apud Pollucem Emmelea tragica, Cordaces comicæ, Sicynnis satyrica, armatæ saltationes Pyrriche, & Telesias a Pyrrhico & Telesia Judicibus saltatorum dictæ, Xiphismus ab ensibus, & podismus. Comus est genus saltationis, tetracomus saltatio militaris Herculi sacra. Comastice pugnam & verbera habet. Hedycomus, Cnismus, oclasma saltatio Persica vehemens, & humida per Thesmophoria, *σύντονος καὶ ὑγρά*. Colabrismus Thracica saltatio, & Carica armata. Baucismus delicata saltatio, *τὸ σῶμα ἐξυγραίνουσα*, a Bauco saltatore. Moton nautica, & molesta saltatio. Dipodia saltatio Laconica. Gingras saltatio ad tibiam. Ecaterides, & Thermaustrides contentæ saltationes, quarum Ecateris manus movebat, Thermaustris pedes. Eclactismata fæminarum tripudia, in quibus oportuit supra humerum calces jacere, *ὑπὲρ τὸν ὦμον ἐκλακτίσαι*. Pinacidas saltabant in tabulis, & asseribus, aut asseres ferentes. Cernoforum saltatio fuit, quam saltabant crateras tenentes, *ἐσχαρίδας καὶ κέρνα*. Ionicum Siculi saltabant in honorem Dianæ. Angelicum imitabatur schema nuntiorum. Morphasmus erat imitatio omne genus animantium. Scops, & scopia saltatio habuit quandam cervicis circumductionem similem avi scopi, quæ obstupescens ad homines saltantes capitur. Charinon saltatio fuit. Turbasia, saltatio dithyrambica. Mimitice, saltatio in qua imitantur eos qui deprehensi sunt in furto rancidarum partium, *ἑώλων μερῶν*. Lamproteram saltabant nudi cum turpibus verbis. *σχιςὰς ἕλκειν*, erat saltatio chorica, in qua saltantes alternabant crura. Tragicæ saltationis schemata fuere Sima, Chirocalathiscus, manus deorsum errans, *καταπλανής*, ligni apprehensio duplex, cubistesis, transcendere quatuor. Pollux, *χεὶρ καταπλανής, ξύλυ παράληψις διπλῆ, θερμαυςρὶς, κυβίςησις, παραβῆναι τέτταρα*. Tetracomus saltatio forte pertinuit ad quatuor pagos Atheniensium, Piræenses, Phalerenses, Oxypeteonas, Thymœtiadas. Lucianus lib. *de saltatione* existimat, saltationem ortam ab observatione diversi motus stellarum errantium, & fixarum. Alii a sacris in quibus

A ad aras saltabatur, aut graviter se movebant ambulantes. Quo respexit Virgilius lib. IV. *Æneid.*

> *Aut ante ora Deum pingues spatiatur ad aras.*

Aristoteles lib. *Poetic.* cap. IV. a natura esse harmoniam, rythmum, metrum, & ipsum corporis motum recte putat. Saltationis auctorem quidam Orpheum, alii Musæum faciunt, nonnulli Erato Musam, quidam ad Hieronem referunt Siciliæ Tyrannum, qui cum populo mutuis colloquiis interdixisset, motibus, & gestibus corporis cœperunt Siculi sensus suos exprimere. Molles saltationes, B & impudicos motus Iones reperere. Sumuntur autem saltationum genera vel a cantu, vel a motu, vel a regionibus, vel ab inventoribus, vel ab argumento, vel a partibus corporis, vel ab imitatione, vel ab instrumentis, vel ab habitu, vel a sexu, vel ab ætate, vel ab usu. Vetustissima saltatio sine cantu fuit, quæ *κωφὴ, ὄρχησις, muta* dicta: altera vocalis, quæ proprie *χορεία, ἡ μετ' ᾠδῆς ὄρχησις*. A motu sunt duæ saltationes, stataria, quæ tam leniter movetur ut stare videatur; motoria, quæ vehementius. Motum Aristoteles fieri ait *ἐξ ἕλξεως καὶ ὤσεως, ex impulsu & tractu*, quæ sunt summæ motus differentiæ. Appellabant C hos motus *σχηματισμούς*. Plato libris *de Repub.* saltationem aliam militarem & armatam esse ait, aliam pacificam, quæ dicitur *emmelea*, ad quam revocat gelasticen, & satyricam, seu comicam. Nonnulli quatuor saltationum genera ponunt, religiosum, militare, theatricum, convivale. Religiosum Lucianus vocat exercitium divinum, ac mysticum, quod in Deorum honorem celebraretur. Nulla enim sacra olim, nulla initia sine saltatione peracta. Ideo Corybantes in Phrygia, Curetes in Creta saltationibus usi, ait Lucianus lib. *de salt.* Deli puerorum chori ad tibiam, & citharam saltabant, D quos optimi quique facto delectu choreis excipiebant. Itaque cantica choris conscripta *ὑπορχήματα* vocabant, quod inter aras desaltarentur, unde *ἐξορχήσασθαι* dicti qui mysteria enuntiabant, ut Demosthenes in *Androtion*. Mane cum evigilassent precibus functi ad Solis ortum saltabant Indi maxime, & Brachmanes. Ducebant autem Græci choreas in sacris suis a læva aræ ad dextram, ut motum cæli ab ortu in occasum imitarentur; postea redibant a dextra in sinistram, ut errantium stellarum cursum exprimerent, ait Lucianus; Virgilius lib. IV. *Æneid.*

> E *Instauratque choros, mistique altaria circum*
> *Cretesque, Dryopesque fremunt, pictique Agathyrsi.*

Vide Platonem lib. VII. *de Legibus*. Certe in Sacris Literis Pharaone mari merso Maria, & virgunculæ, Goliathe interempto, puellæ, ipse David ante Arcam lætitia gestiens saltat. Militari saltationis genere usi Lacedæmonii a Castori bus docti *καρυατίζειν*. quæ vox facta a Caryis Laconum urbe, ut Lucianus scribit. Tertium genus saltationum fuit theatricum, de quo supra diximus. Apud Thessalos viri fortes dicti *προορχισῆρες* F. Antiochus magnus in vino cum amicis pyrrhichen desaltavit. Æthiopes in hostes euntes armatæ saltationis lege incedebant, nec quisquam sagittam capite avulsam, quo pro pharetra utebantur, in hostem mittebat, nisi prius saltatione hosti terrorem injecisset. Plato lib. VII. *de Legib.* Palladem saltatione armata usam ait. Athenæus lib. XIV. *saltationis*, inquit, *in choris fuit genus εὔσχημον, καὶ μεγαλοπρεπὲς, καὶ ὡσανεὶ τὰς ἐν τοῖς ὅπλοις κινήσεις ἀπομιμούμενον*. Idem saltatio-

nem quandam fuisse ait ἐξοπλησίαν, *armorum instructionem*. Staticuli saltatores e genere pantomimorum fuisse videntur, quieti tamen gestu & saltu. Vetus Poeta:

Cinædus contra staticulos stare nobis
Non magis potis est, quam fungus imbri.

Proprie tamen staticuli saltatores sunt, qui jam consistunt, jam prosiliunt. Cato apud Macrobium lib. III. *Saturnal.* Descendit de cantherio, inde staticulos dare, ridicularia fundere. Item jocos dicit, voces demutat, staticulos dat. Plautus in *Persa:*

Nequeo leno quin tibi saltem staticulum dem
Quem Hegea faciebat. ——

Plinius *Panegyrico* scribit Domitianum pantomimos sustulisse, quos deinde Nerva restituerit, Trajanus iterum sustulerit.

Cap. LII.

De Præside ludorum theatralium.

Ludi theatrales primum ab Ædilibus dati, mox & a Consulibus, Imperatoribus, aliisque, qui ludos darent. Ædiles autem novi prætextati ludis theatralibus præsederunt, ut est apud Ciceronem VII. *in Verr.* curabantque ludos suis impensis, eodem auctore *pro Muræna*, & lib. II. *de Offic.* eorum arbitratu mimi ac histriones vapulabant, ut Plautus in *Trinum.* scen. XIII. & Apulejus *Flor.* I. Olim Ædilibus coercitio in histriones fuit omni tempore, & loco, Augustus hanc eis potestatem ademit, præterquam in ludis & scena. Suetonius in *Augusto* cap. XLV. Iidem palmam dabant mimis qui excelluissent. Tertullianus lib. IV. *in Marcion.* Pœna histrionum duplex, ornamenta enim conciduntur, virgis cæduntur. Plautus in *Prolog. Amphit.* Tacitus tamen lib. I. scribit, D. Augustum immunes verberum histriones quondam respondisse. Erant apud Græcos ἀγωνάρχαι, ἀγωνοθέται, ἀθλοθέται. Xiphilinus scribit, Neronem agonothetas timuisse, & Lucianus in *Necrici* monet, histriones qui aliquid peccarint, ab agonothetis flagellis cædi. Sophocles in *Ajace Mastigoph.*

Καὶ τ' ἀμὰ τεῦχη μήτ' ἀγωνάρχαι τινὲς
Θήσουσ' ἀχαιοῖς. ——

Id est, *mea arma neque ulli certaminis præsides Achivis proponent.* ἀγωνοδίκης Hesychio βραβευτὴς dicitur, quasi *judex certaminis*: munerarii, seu editores, Græcis ἑλλανοδίκαι. Xiphilinus in *Nerone*, qui ἑλλανοδίκαις τὰς πέντε καὶ εἴκοσι μυριάδας ἔδωκεν, id est, *decem & quinque myriadas nummorum sextertium dedit editoribus.* Lucianus in *Nigrino* ληφθέντα γάρ τινα τῶν πολιτῶν ἄγεσθαι παρὰ τὸν ἀγωνοθέτην, ὅτι βαπτὸν ἔχων ἱμάτιον ἐθεώρει. Id est, *civem quendam captum duci ad agonothetam, quia tincta veste spectaret.* Sed de his infra pluribus agetur.

Cap. LIII.

De Personis.

Personæ dictæ sunt a personando. Nam caput, & os cooperimento personæ tectum undique, unaque tantum vocis emittendæ via pervium, quoniam non vaga, neque diffusa est, in unum tantummodo exitum collectam, coactamque vocem, & magis claros, canorosque sonitus facit, ait Gellius lib. V. cap. VII. Columella lib. VII. cap. XVIII. & Plinius lib. XXI. cap. XV. scribunt, personam herbam esse pastinacæ similem (hodie *lappa major* dicitur) quæ foliis latis faciem tegat. Zonaras herbæ nomen mutat, scribitque, θρῖα ficus folia fuisse, quibus triumphum secuti vultum tegerent, unde etiam triumphus nomen invenerit. Græci προσωπεῖα vocant, quia πρόσωπον tegunt. Unde & Athenis προσωπῦττα, ἀγγεῖον χαλκοῦν, ἐχίνῳ παραπλήσιον, περὶ τὸ στόμα προσωπεῖα ἔχον λεόντων, καὶ βοῶν, id est, *prosoputta vas æneum est, echino assimile, cui ad os affixi vultus leonum, & boum*, ut scribit Pollux lib. II. Personas autem repertas volunt ab Æschylo. Horatius in *Arte*:

Post hunc personæ, pallæque repertor honestæ
Æschylus.

Quas autem personas repererit, Suidas indicat Αἰσχύλος πρῶτος εὗρε προσωπεῖα δεινὰ κεχρισμένα ἔχειν τοὺς τραγικούς, καὶ ταῖς ἀρβύλαις ταῖς καλουμέναις ἐμβάταις κεχρῆσθαι. Id est, *Æschylus primus reperit personas horrificas oblitas, quibus Tragici, sicut & calceis embatis, seu cothurnis, uterentur.* Nam ante eum personis abstinuere, contenti minio vultus, aut fæcibus oblinere, auctore Thespi. Horatius,

—— *Et plaustris vexisse poemata Thespis,*
Quæ canerent, agerentve peruncti fæcibus ora.

Suidas, Θέσπις πρῶτος χρίσας τὸ πρόσωπον ψιμμυθίῳ ἐτραγῴδησεν, εἶτα ἀνδράχνῃ ἐσκέπασεν ἐν τῷ ἐπιδείκνυσθαι, καὶ μετὰ ταῦτα εἰσήνεγκε καὶ τὴν τῶν προσωπείων χρῆσιν ἐν μόνῃ ὀθόνῃ κατασκευάσας. *Thespis*, inquit, *primus minio vultum inunxit, deinde portulaca texit in scena cum ageret, postea & personis uti instituit, tunica sola utens.* Certe Aristoteles ejus rei auctorem ignorare se fatetur lib. *Poet.* cap. V. τὶς δὲ πρόσωπα ἀπέδωκε, ἢ προλόγους, ἢ πλήθη ὑποκριτῶν, ἠγνόηται. Id est, *ignoratur quis personas repererit, aut prologos, aut plures histriones.* Romæ ante Livium Andronicum galeris, non personis utebantur, ut qualitas corporis indicium faceret ætatis, cum essent aut albi, aut nigri, aut rufi. Personis primus uti cœpit Roscius Gallus, oculis perversis, nec satis decorus in personis, nisi parasitos pronuntiaret, ut scribit Diomedes lib. III. Personati primi egere Comœdiam Cincius & Faliscus, Tragœdiam Minutius, & Prothonius, auctore Donato. Ulysses semper palliatus inducebatur, quia Ithacenses & Locri palliati; Priamus rasus. Hesychius, πελαμωθήσομαι, ξυρήσομαι, ἐπειδὴ τὸ τραγικὸν τοῦ Πελάμου πρόσωπον ξυρίας ἐστί. *Priamotesomai*, id est, *radar, quia tragica persona Priami rasa est.* Achilles & Neoptolemus diademata habent, quamvis regalia sceptra nunquam tenuerint. Comicis senibus candidus vestitus inducitur, adolescentibus discolor, servi comici amictu exiguo teguntur, parasiti cum intortis palliis veniunt. Læto vestitus candidus, ærumnoso obsoletus, purpureus diviti, pauperi Phœniceus, militi chlamys purpurea, puellæ habitus peregrinus. Leno pallio varii coloris tegitur, meretrix lutea veste, ait Donatus. Dabantur & scortis syrmata, vestes oblongæ more Græcanico, quæ terram verrerent; nam vulgo Romæ prostibula togata, non stolata, aut cum veste breviori, quæ infra genua non demitteretur. Terentii ætate histriones personati agebant. Donatus in *Adelph.* Hæc sane acta est ludis scenicis funebribus L. Æmilii Pauli, agentibus L. Ambivio, & L. Turpione, qui cum suis gregibus etiam tunc personati agebant. In veteri quidem Comœdia personæ similes erant iis quos in Scena traducebant, ut agnosci possent primo aspectu, priusquam actores aliquid dicerent. In media autem, & nova Comœdia de industria personas ludicras, & ad risum accommodatas finxerunt, metu Macedonum, ne uni alicui e Principibus personæ assimiles essent, unde Poeta in discrimen capitis veniret. Videmus igitur apud Menandrum qualia supercilia, quantaque personæ habeant, quam absono, perverso, ac distorto sint corpore, & a

natura hominum alieno. Crates Atheniensis primus ebrios in Comœdiam induxit. Aristophanis Scholiastes in hæc verba, μὴ δείδιθι, οὐ γάρ ἐστιν ἐξῃκασμένος. εἴκαζον γὰρ τὰ προσωπεῖα τοῖς κωμῳδουμένοις, ἵνα πρίν τι ὑπὸ τοὺς ὑποκριτὰς λέγειν ὁ κωμῳδούμενος ἐκ τῆς ὁμοιότητος τῆς ὄψεως καταδήλος ᾖ. ἐν δὲ τῇ μέσῃ καὶ νέᾳ κωμῳδίᾳ ἐπίτηδες τὰ προσωπεῖα πρὸς τὸ γελοιότερον ἐδημιούργησαν, δεδοικότες τοὺς μακεδόνας, καὶ τοὺς ἐπηρτημένους ἐξ αὐτῶν φόβους, ἵνα μὴ ἐκ τύχης τινὸς ὁμοιότης προσώπου συμπέσῃ τινὶ μακεδόνων ἄρχοντι, καὶ δόξας ὁ ποιητὴς ἐκ προαιρέσεως κωμῳδεῖν, δίκας ὑπόσχῃ. ὁρῶμεν οὖν τὰς ὀφρῦς ἐν τοῖς προσώποις τοῖς μενάνδρου κωμῳδίας ὁποίας ἔχει, καὶ ὅπως ἐξεστραμμένον τὸ σῶμα, καὶ οὐδὲ κατ' ἀνθρώπων φύσιν. κράτης ἀθηναῖος πρῶτος μεθύοντας ἐν τῇ κωμῳδίᾳ κατήγαγε. Ejusmodi personæ terrificæ dicuntur a Græcis μορμολύκεια, γοργεῖα (γοργονεῖα melius, quam γοργεῖα) ὀξυόδοντες, a Latinis manduci, gumiæ. Pollux lib. x. μορμολύκειον, γοργεῖον προσωπὶς, ὠθόνιον πρόσωπον. Illud postremum quid sit non satis capio, nisi quis ὀθνεῖον legendum putet, id est, *peregrinum*, aut fuerit Otho aliquis vultu distorto. Scholiastes Aristophan. in *Pace*, μορμὼ μορμολύκειον κωμῳδικόν. Theocritus:

Μορμὼ δάκνει ἵππος. ——

Id est, *mormo equus mordet*, ait mater puellulo. Dio Chrysost. *de gloria*: καθάπερ τῶν παιδαρίων ἕκαστον ἰδιότροπόν τινα μορμὼ δέδοικε. Id est, *quemadmodum singuli pueri timent singulare aliquod terriculum*. Docet autem Festus, manias, quas nutrices minitantur parvulis, esse larvas, id est, manes, quos Deos, Deasque putabant. Idem manias interpretatur turpes, deformesque personas, ut sint ficta quædam ex farina in hominum figuras, quia turpes fiant, quas alii maniolas vocant. Erant ore hianti μορμολύκεια. Aristophanes in *Nebulis*:

Ἄπολλον ἀποτρόπαιε τοῦ χάσματος.

Id est, *Apollo averrunce, quantus est oris hiatus*. Juvenalis satyr. III.

—— Ipsa dierum
Festorum herboso colitur si quando Theatro
Majestas, tandemque redit ad pulpita notum
Exodium, cum personæ pallentis hiatum
In gremio matris formidat rusticus infans.

Item,
—— magno manducus hiatu.

Prudentius *in Symmachum*:
Ut tragicus cantor ligno tegit ora cavato,
Grande aliquid cujus per hiatum crimen anhelet.

Ita describitur a Luciano *de saltat.* εἰς μῆκος ἄρρυθμον ἠσκημμένος ἄνθρωπος, ἐμβάταις ὑψηλοῖς ἐποχούμενος, πρόσωπον ὑπὲρ κεφαλῆς ἀνατεινόμενον ἐπικείμενος, καὶ στόμα κεχηνὸς παμμέγα, προστερνίδια, καὶ προγαστρίδια παντελῆ παχύτητα προσποιοῦνται. Id est, *homo quidam exstructus in proceritatem absonam, & absurdam, qui calceis altis quasi quodam equo inveheretur, personam faciemve habens supra caput sublatam, & os hians maximum, fasciæ ante pectus, & ventrem, pinguitudinem exuberantem assimulant.* De iisdem Festus, manducus inter cæteras ridiculos, formidolosusque ire solebat, magnis malis late dehiscens, & ingentem sonitum dentibus faciens. Pollux lib. IV. c. XX. in personis ὄγκος ἐστὶ τὸ ὑπὲρ πρόσωπον, id est, *tumor dicitur supra vultum*. Suidas, ἀναπολήκων τὸ εἴδωλον κροτοῦν τοῖς δακτύλοις. ἀνακροταλῶν, ὥσαν ἀπολήκων δακτύλοις. & in voce *Sardanapalos*, τὸ γὰρ ἐφεστὸς τῷ μνήματι ἄγαλμα, ὑπὲρ τῆς κεφαλῆς ἔχον τὰς χεῖρας πεποίηται, ὥσαν ἀπολήκων τοῖς δακτύλοις. Id est, *apolecon, aut anapolecon, est simulacrum strepitum edens digitis* (pollice nimirum & medio.) Item, *simulacrum quod in monumento situm est, ita factum, ut supra caput manus habeat, quasi digitis crepans*. In personis sæpe Batavi, Æthiopes, Germani, quasi absurdæ & horrificæ personæ repræsentabantur. Personata fabula quædam Nævii inscribitur, quam putant quidam primum actam a personatis histrionibus. Sed cum post multos annos Comœdi & Tragœdi personis uti cœperint, verisimilius est eam fabulam propter inopiam Comœdorum actam novam per Atellanos, qui proprie vocantur personati, quia jus est iis non cogi in scena ponere personam, quod cæteris histrionibus pati necesse est, quoties exsibilarentur, neque placerent. Unde Macrobius loquens de Pylade histrione, cum in Herculem furentem prodiisset, & nonnullis incessum histrioni convenientem non servare videretur, deposita persona ridentes increpuit, μωροὶ, μαινόμενον ὀρχούμεθα, id est, *stulti, furentem saltamus*. Festus; Mæson persona comica appellatur, aut coci, aut nautæ, aut ejus generis, ab inventore ejus Mæsone Comœdo, ait Aristoph. Grammaticus. Athenæus, ἐκάλουν δὲ οἱ παλαιοὶ τὸν μὲν πολιτικὸν μάγειρον μαίσωνα, &c. μαίσωνα ἀπὸ τοῦ μασᾶσθαι, οἷον τὸν ἀμαθῆ καὶ πρὸς γαστέρα νενευκότα, &c. μαίσων γέγονε κωμῳδίας ὑποκριτὴς μεγαρεὺς τὸ γένος, ὃς καὶ τὸ προσωπεῖον εὗρε τὸ ἀπ' αὐτοῦ καλούμενον μαίσωνα, &c. εὗρε δὲ καὶ τὸ τοῦ θεράποντος πρόσωπον, καὶ τὸ τοῦ μαγείρου. *Veteres*, inquit, *vocarunt politicum cocum Mæsona, a* μασᾶσθαι, *quasi indoctum, & ventri deditum. Mæson fuit Comœdiæ actor Megarensis genere, qui personam invenit Mæsona dictam, & personam famuli & coci.* De personis Tertull. *de Spect.* cap. XXIII. Jam vero ipsum opus personarum quæro an Deo placeat, qui omnem similitudinem vetat fieri, quanto magis imaginis suæ? Non amat falsum auctor veritatis. Adulterium est apud illum omne quod fingitur. Proinde vocem sexus, ætates mentionem, amores, iras, gemitus, lacrymas adseverantem non probabit, qui omnem hypocrisim damnat. Pollux lib. IV. c. XVIII. πρόσωπον, προσωπεῖον, προσωπὶς, μορμολύκειον, γοργόνειον. Demosthenes in orat. παραπρεσβ. Cerybio ἐν τῇ πομπαῖς ἄνευ τοῦ προσωπείου κωμάζει, quod erat impudentiæ. Romæ histriones, si minus placerent, cogebantur in Scena ponere personam. Pollux lib. IV. c. XX. ὁ δὲ ξυρίας ἀνὴρ, πρεσβύτατος τῶν γερόντων, λευκότατος τὴν κόμην, προσκείμεναι τῷ ὄγκῳ αἱ τρίχες. ὄγκος δὲ ἐστὶ τὸ ὑπὲρ τὸ πρόσωπον ἀνέχον εἰς ὕψος λαμβδοειδεῖ τῷ σχήματι· τὸ δὲ γένειον ἐν χρῷ κουρίας ἐστὶν ὁ ξυρίας ἐπιμήκης ὢν τὰς παρειάς. λαυροστόμοι, *qui magna crepant*. Vide apud Pollucem omnes personas tragicas, comicas, satyricas. λαβδοειδὲς σχῆμα figura est quæ λ. literam exprimit, quam vocem apud Pollucem retineo. De personis quibus Batavi expressi, Martialis:

Sum figuli lusus, ruffi persona Batavi,
Quæ tu derides, hæc timet ora pater.

Dixi vocari manducos, gumias, oxyodontas, lamias. Manduci dicuntur mattici; ματτύας enim σιαγόνας vocant. Plautus in *Rudente*:

Quid si aliquando me pro manduco locem?
Quia pol clare crepit dentibus. ——

Pomponius, magnus manducus, camelus, cantherius. Lucillius:

Illo quid fiat lamia & pytho.
Oxyodontes qui veniunt illæ gumiæ.

Festus, *degumiare, devorare*. Accius manducos illos, & gumias vocat personas distortas, oribus deformes. Ejusmodi autem personarum multa sunt nomi-

nomina apud Græcos, κωύθιον, μομβρὼ, σιλλὸς, σιμηχεὶρ, κύειθρα, βρυδαλίχα, βρυλλοχισταί. κωύθιον Hesychio persona est lignea, προσωπεῖον ξύλινον. μομβρὼ terriculum est, φόβητρον. σιλλὸς ἀναφάλαντος, μωμὸς, id est, *sillus calvus, irrisor* Hesychio, licet hanc vocem in singulari numero reperiri quidam negent. Proprie ἴλλος *oculum* significat; unde & Pollux, οἱ δὲ καὶ ἴλλους τοὺς ὀφθαλμοὺς ἰονικῶς ὠνόμασαν. σιλλαίνειν δὲ τὸ ἐπὶ χλευασμῷ σείειν τοὺς ὀφθαλμούς. Id est, *sillainein est suggillare, sive per risum oculos movere*. σιλλὸς, τὸ χλευαστικὸν ποίημα, *est poema ludicrum quo aliqui risui habentur*. σιμηχεὶρ, σχῆμα τραγικὸν, *gestus est tragicus*. Pollux σίμην refert inter gestus tragicæ saltationis. σίμη σχῆμά ἐστι τραγικῆς ὀρχήσεως. κύειθρα dicuntur προσωπεῖα ξύλινα. κύειττοι οἱ ἔχοντες τὰ ξύλινα προσωπεῖα κατ' ἰταλίαν, καὶ ἑορτάζοντες τῇ κορυθαλλίᾳ γελοιασταί. Id est, *curithra sunt personæ ligneæ. Curitthi sunt qui habent ligneas personas in Italia, & ridiculi qui corythelia celebrant*. βρυδαλίχα persona est muliebris ridicula & turpis, πρόσωπον γυναικεῖον, παρὰ τὸ γελοῖον καὶ αἰσχρόν. unde & Lacones mœchas vocant brudalichas. ὅθεν καὶ τὰς μοιχαλίδας βρυδαλίχας καλοῦσι λάκωνες. βρυλλοχισταί, οἱ αἰσχρὰ προσωπεῖα περιτιθέμενοι, γυναικείους ὕμνους ᾄδοντες. Id est, *bryllochistæ, qui personas turpes assumunt, & canunt hymnos muliebres*. Nonnulli putant legendum apud Hesychium βρυλίχα, βρυλλιχισταὶ, non βρυδαλίχα, βρυλλοχισταί. Hesychius certe βρυαλίγμον sonitum, ἦχον interpretatur, βρυαλίκτας saltatores militares ex Ibyco & Stesichoro. Quid si βρυλλοχιστὰς ebriosos meribibones intelligas? nam βρύλλω id est, *pitisso, bibo*. βρύλλας Hesychius interpretatur μυρήματα, id est, *sonitus*, aut *gemitus*. μυρεῖν, nihil est aliud quam ὕδωρ ῥεῖν, aut κλαίειν. Sunt & aliæ personæ de quibus Hesych. ἔσκευα τὰ παρεπόμενα πρόσωπα ἐπὶ σκηνῆς. Id est, *ecsceva dicuntur personæ asseclæ, vel sequentes in scenis*. forte legendum, ἔκσκευα in vet. Gloss. ἰαχινὸς, *micus*, a quo mica appellata, quas nugas Glossarium Arabico-Latinum interpretatur. Martialis,

Mica vocor, quid sim cernis, cænatio parva.

Erat, ut videtur, cænaculum, ubi testa mortui foco incubans, aut lectulo, quam larvam argenteam vocat Petronius, quæ vertebris, & articulis varie flecteretur, & in mensa proponeretur convivis, cum hoc disticho:

Sic erimus cuncti postquam nos ceperit Orcus,
Ergo vivamus dum licet esse bene.

Fuerunt personæ quæ vultum illustrium virorum, aut fæminarum repræsentarent. Suetonius in *Nerone* cap. XXI. Tragœdias quoque cantavit personatus, Heroidem, ac Dearum personis effictis ad similitudinem oris sui, & fæminæ, prout quamque diligeret; & Xiphilinus in *Nerone*: ὁπότε καὶ ἐπὶ τὰς ἐμβάτας ἀναβαίνων ὁ νέρων, καὶ ἔπιπτε τοῦ κράτους, καὶ τὸ προσωπεῖον ὑποδύνων τὰ τῶν γυναικῶν πρόσωπα πάντα πρὸς τὴν σαβίναν ἐσκεύαστο. Id est, *quando & cothurnis sumptis, & excidit imperio, & personas induens, omnes personæ ad vultum Sabinæ erant expressæ*. Ejusmodi personæ erant ex ligno, fæce, foliis, cortice, testis, & cæteris ejus generis rebus. Virgilius,

Oraque corticibus sumunt horrenda cavatis.

Arrianus in *Epicteto* lib. III. cap. XXII. προσωπεῖα ὀστρακινὰ, *personas testaceas*. Tzetzes Chiliade VI. πηλὸς, τουτέστιν οἶνος, ὅθεν προπηλακισμὸς ἀπὸ τῆς τρυγὸς τῆς τοῦ πηλοῦ, ἧς κατ' ἀρχῆς οἱ κωμῳδοὶ τὰ πρόσωπα χρίοντες πολλοὺς κατεκωμῴδησαν ἐν μέσαις ταῖς ἀθήναις. *Pelus, id est, vinum, unde propelacismus, seu conculcatio, a fæce vini, qua Comœdi ora inungebant, ut traducerent Athenis eos qui peccassent*. Personas, & cætera histrionum ornamenta describit Lucianus lib. *saltatione*, & in *Jove Tragœdo*. προσωπεῖα, ὑποδήματα, ἐμβάδας, ποδήρεις χιτῶνας, χλαμύδας, χειρίδας, προγαστρίδια, σωμάτια, *personas, calceos, cothurnos, tunicas talares, chlamydas, manuum, ventris, & corporis integumenta*; quæ subligaria lata significatione vocavit Juvenalis satyr. VI.

Personam, thyrsumque gerens, & subligar Acne.

Indigne acceptum est quod Nero viros nobiles personas deponere jusserit, cum tibia in Scena canerent, apud Xiphilinum. Idem vetuit ne personati histriones in Scenam prodirent: καὶ ἐπειδή τινες αὐτῶν προσωπεῖα ὑπ' αἰσχύνης ἵνα μὴ γνωρίζωνται περιέθεντο. Legendum est pag. 157. 176. libri typis excussi Henrici Stephani. Certe apud Græcos qui in Theatro aliquid vile obirent, personati erant. Theophrastus in *Charact.* ἀπόνους προσωπεῖον ἔχων ἐν κωμικῷ χορῷ, καὶ ἐν θεάμασι δὲ τοὺς χαλκοὺς ἐκλέγειν καθ' ἕκαστον παριὼν, καὶ μάχεσθαι τοῖς τὸ σύμβολον φέρουσι, καὶ προῖκα θεωρεῖν. Id est, *a spectatoribus personatus æs exigit in spectaculis unumquemque conveniens, & cum iis concertat qui tesseram afferunt, & gratis spectare volunt*.

CAP. LIV.

De Monitoribus, Curionibus, Lictoribus in Scena.

ERANT in Scena monitores, qui actoribus verba suggererent, si forte memoria laberentur. Festus, histriones in Scena suos habent monitores. Plutarchus in *Politic.* μιμεῖσθαι καὶ τοὺς ὑποκριτὰς τοῦ ὑποβολέως ἀκούοντας, καὶ μὴ παρεκβαίνοντας τοὺς ῥυθμοὺς, καὶ τὰ μέτρα τῆς δεδομένης ἐξουσίας. Id est, *imitari oportet histriones qui monitorem audiunt, & tenorem ac modum datæ sibi potestatis non egrediuntur*. Curiones dicti sunt servi publici, qui cum manumitterentur, magistratus nomen & prænomen sumebant. Martialis *Epigr.* lib. II. Video quare Tragœdi epistolam accipiant, quibus pro se loqui non licet, epigrammata curione non egent, & contenta sunt sua, id est, mala lingua. Omnia enim quæ in Amphitheatro magistratuum edicto pronuntiantur, per curionem dicuntur. Imo & ipsi Imperatores in Theatro, vel Amphitheatro non nisi per curionem populo quid velint significant. Pollio in *Galliena*: Ille per curionem dici jussit; *Taurum toties non ferire difficile est*. Curio recitat in Theatro epistolam, qua se scenici commendant spectatoribus. Iidem dicti curiales, id est, servi curiarum. Sic apud Terentium dicitur curialis vernula. Erant & præcones qui audientiam imperarent populo, & voluntatem Imperatoris ac jussa significarent, actoresque populo ostentarent. Plautus in *Pœnulo*:

Exsurge præco, fac populo audientiam.

In *Asinaria*:

Face jam tu præco nunc omnem auritum populum.
Age nunc, reside, cave ne gratiis.

Dio lib. LVIII. de Claudio, κήρυξι μὲν ἐλάχιστα ἐχρῆτο, τὰ δὲ δὴ πλείω ἐς σανίδας γράφων διεδήλου. *Præconibus raro utebatur, sed ut plurimum in tabellis scribebat quid animi haberet, ac populo indicabat*. Aristides de non agendis Comœdiis. Præcones, inquit, ἐν ταῖς πανηγύρεσι primo quoque verbo nos εὐφημεῖν jubent, id est, *pascere linguam, male nominatis parcere verbis*. Chrysost. orat. *ad Neophytos*: οἱ γὰρ μέλλοντες εἰς τὸ θέατρον ἕλκεσθαι ἐκεῖνο, οὐ πρότερον καθιᾶσιν εἰς τοὺς ἀγῶνας, ἕως ἂν αὐτοὺς ὁ κῆρυξ λαβὼν ὑπὸ τοὺς ἁπάντων ὀφθαλμοὺς περιαγάγῃ βοῶν καὶ λέγων, μή τις τοῦτον κατηγορεῖ; *Qui enim trahendi sunt*

A *in Theatrum ejuſmodi* (ludos Græcanicos intelligere videtur) *non prius deſcendunt in certamen, quam eos præco in omnium oculis circumquaque deduxerit clamans, quis hunc hominem accuſat?* Erant qui populo ſignificarent quid agendum mox eſſet in Scena. Syneſius lib. II. *de Provid.* καὶ δεῖ τινὰ προεξελθόντα διαλεχθῆναι τῷ δήμῳ, τί μετὰ μικρὸν ὄψεται. οὗτος οὐ πλημμελεῖ. τῷ γὰρ ἀγωνοθέτῃ διακονεῖται. ὅτε γε οὐδ' ἀεὶ τοὺς ἀγωνιστὰς εἰδέναι τὸν καιρὸν τῆς ἀγωνίας νόμος ἀφίησι, ἀλλὰ περιμένειν δεῖ καταπεμπόμενον τῆς προόδου τὸ σύνθημα. Id eſt, *oportet aliquem antequam ludi committantur prodire, qui populo renuntiet, quid jam ſpectaturus ſit; hic non peccat, cum agonothetæ miniſtret.* B *Quando neque lex ſemper permittit agoniſtas ſcire tempus certaminis, ſed expectare oportet eum qui prodeundi ſignum mittat.* Erant item conquiſitores, qui conquirerent ſi cui fautores delegati eſſent. Plautus *Prolog. Amphitr.*

Ut conquiſitores ſinguli in ſubſellia eant
Per totam caveam ſpectatoribus,
Si cui fautores delegatos viderint,
Ut his in cavea pignus capiatur togæ.

Erant quoque deſignatores. Plautus in *Pænolo*:

Ne deſignator præter os obambulet,
Ne ſeſſum ducat dum hiſtrio in ſcena ſiet.

C Tertullianus lib. *de Spectac. Ab aris & templis, inter tibias & tubas, itur ad Circum & Theatrum, duobus inquinatiſſimis arbitris funerum & ſacrorum, deſignatore, & haruſpice.* Nonnulli volunt eos qui apud Græcos βραβευταὶ dicuntur, eoſdem fuiſſe cum deſignatoribus, quos ἀποδεικτὰς Gloſſæ vocant. Erant & maſtigophori, & agonothetæ. Xiphilinus in *Nerone*, quem ait τοὺς ἀγωνοθέτας, τούς τε μαστιγοφόρους φοβούμενον, καὶ χρήματα αὐτοῖς ἀναλίσκοντα, μὴ ἐλεγχθεὶς μαστιγωθῇ, *agonothetas, & maſtigophoros timuiſſe, & pecunias illis numeraſſe, ne ſi forte peccaſſet, verberibus cæderetur.* Lucianus in *Necricis*, ἀθλοθέται μαστιγοῦσι, ἤν τις ὑποκριτὴς τὸν Δία ὑποδεδυκώς, μὴ κατ' ἀξίαν θεοῦ ὑποκρίνοιτο. D Id eſt, *athlothetæ flagellis cædunt hiſtrionem qui Jovis perſonam ſuſtinens, non ex dignitate Dei egerit.* Erant & qui noctu faces ſpectatoribus in Theatro accenderent, & abeuntibus e Theatro prælucerent. Xiphilinus in *Tiberio* ſcribit, Sejanum per D. pueros calvos abeuntibus e Theatros faces prætuliſſe. Statius lib. I. *Sylvar.* ſyl. ult.

Vix dum cœrula nox ſubibat orbem,
Deſcendis media nitens arena.

E Vopiſcus in *Philip.* Scenicos ludos in Pompeji Theatro tribus diebus, & totidem noctibus populus pervigil ſpectavit, funalibus atque lychnis tenebras vincentibus.

CAP. LV.

De Ornatu Hiſtrionum.

HISTRIONUM ornatus varius fuit, pro varietate fabulæ quam agerent, & perſonarum quas ſuſtinerent. Alius enim comici ſenis, alius tragici Regis, alius mimi, planipedis, pantomimi habitus, cultuſque corporis fuit. Varro *Eumenidib.* F Tragici prodeunt capite gibbero, cum antiqua lege ad frontis ſuperficias. Gibberum caput perſonatum vocat. Epictetus c. XXXIX. τραγικοὶ προσωπεῖα, ἐμβάδας, καὶ τὸ σύρμα, ὡς καὶ γελωτοποιός. κοινὰ γὰρ ἔχουσι ἄλλα ἀμφότεροι. *Tragici*, inquit, *perſonas gerunt, cothurnos, veſtem talarem, ut & ridiculus ſcurra. Utrique enim reliqua omnia communia habent.* Calcei Tragœdorum deſcribuntur a Luciano in *Anacharſi*: τραγῳδοὶ ὑποδήματα ἔχουσι βαρέα, καὶ ὑψηλά, χρυσαῖς δὲ ταινίαις τὴν ἐσθῆτα ποικίλλονται. κράνη ἔχουσι παγγέλοια, κεχηνότα, παμμεγέθη. Id eſt, *Tragœdi*

A *calceos habent graves & altos, aureis tæniis veſtem diſtinguunt. Galeas gerunt abſurdas, ridiculas, hiantes, magnas.* Legendus Pollux lib. VI. c. XVI. & XVIII. κόθορνοι τραγικὰ ὑποδήματα. *Cothurni tragici ſunt calcei.* Lucianus in *Gallo*: καὶ τῶν ἐμβάδων τὴν ὑπόδεσιν ἀμορφοτάτην, καὶ οὐχὶ κατὰ λόγον τοῦ ποδός. Id eſt, *& cothurnorum devinctionem abſurdam, & non ad rationem & modum pedis.* Polluci ἐμβάται, τὰ κωμικὰ ὑποδήματα, ſunt *ſocci comici.* Lucianus tamen ἐμβάτας pro cothurnis poſuit lib. *de ſaltatione*, ἐμβάταις ὑψηλοῖς ἐποχούμενον, *cothurnis altis invectum.* Item, καὶ προσωπεῖον ἀποθέμενος, καὶ καταβὰς ἀπὸ τῶν ἐμβατῶν. Id eſt, *perſona* B *depoſita cum deſcendiſſet e cothurnis*, quos & ἐμβάδας vocat. Idem in *Pſeud.* οὐδεὶς πρὸς σοῦ εἰσῆλθεν εἰς τὸ θέατρον, οὐδ' ἂν ἐμήνυσεν, ὅτι τοὔνομα τῷ δράματι, ἀλλὰ σὺ κοσμίας χρυσέας ἐμβάδας ἔχων, καὶ ἐσθῆτα τυραννικήν, εὐμένειαν αἰτήσων παρὰ τοῦ θεάτρου, στεφάνους κομίζων, καὶ κρότῳ ἐπιών, ἤδη τιμώμενος πρὸς αὐτῶν. Id eſt, *nemo a te ingreſſus eſt Theatrum, neque nomen fabulæ indicavit, ſed tu ipſe aureos cothurnos ornatos habens, & veſtem regiam, benevolentiam flagitaturus a ſpectatoribus, coronas gerens, & cum plauſu ingrediens, jamque ab iis honoratus.* Cothurnos etiam Latini vocant. Horatius in *Arte poet.*

C *Hunc ſocci cepere pedem, grandeſque cothurni.*

Ovidius lib. II. *Amor.* eleg XVII.

Riſit amor pallamque meam, pictoſque cothurnos.

Lib. III. eleg. I.

Lydius apta pedum vincla cothurnus erat.

Lydium cothurnum vocat, vel quod a Lydis ludi profecti, vel quia ludii cothurnati. Cothurnus autem utrique pedi & ſexui utilis: unde & Theramenes unus e XXX. Athenienſium Tyrannis dictus eſt cothurnus, quod utrique parti ſtuderet, auctore Plutarcho, διὰ τὸν περὶ τὴν πολιτείαν ἀμφοτερισμόν. D Heſychius, κόθορνος ὑπόδημα ἀμφοτέροις τοῖς ποσὶ πεποιημένον. τινὲς δὲ καὶ ἀνδράσι καὶ γυναιξὶν ἐφαρμόττειν φασὶ τὸ ὑπόδημα τὸν κόθορνον. Id eſt, *cothurnus calceus utrique pedi ſerviens; mulieri item & viro aptus.* Item, me vocat cothurnum, ut qui utrique ſtudere cupiam. Xenophon. *Hellenic.* lib. II. ἀποκαλεῖ δὲ κόθορνον με, ὡς ἀμφοτέροις πειρώμενον ἁρμόττειν. Multa ſupra de embatis ex Suida, Dione, & Luciano diximus. Nonnulli volunt ὀκρίβαντας eſſe cothurnos. Plato in *Sympoſio*: ἰδὼν τὴν σὴν μεγαλοφροσύνην ἀναβαίνοντος ἐπὶ τὸν ὀκρίβαντα μετὰ τῶν ὑποκριτῶν, καὶ βλέψαντος ἐναντίον τοσούτου E θεάτρου. Id eſt, *videns te magnificum aſcendentem in pulpitum cum hiſtrionibus, & intuentem tot ſpectatores.* malo enim *pulpitum* vertere quam *cothurnos*. Heſychius, ὀκρίβας, κιλλίβας τρισκελὴς ἐφ' οὗ ἱστάντο οἱ ὑποκριταί, καὶ τὰ ἐκ μετεώρου ἔλεγον; vel ut alii, τὸ λόγιον ἐφ' οὗ οἱ τραγῳδοὶ ἠγωνίζοντο. Id eſt, *ocribas eſt lignum tripes in quo ſtabant hiſtriones, & quæ ex alto dicenda erant, dicebant*; vel ut alii, *logium in quo Tragœdi certabant.* Heſychius etiam ὀκρίβαντας, ἐμβάτας, & *cothurnos* interpretatur. Quomodo & Philoſtratus accepit lib. VI. *Apollon.* ὀκρίβαντας δὲ τοὺς ὑποκριτὰς ἐνεβίβασεν, ὡς ἴσα ἥρωσι F βαίνοιεν. Id eſt, *in ocribantas induxit hiſtriones, ut ingreſſu pares Heroibus eſſent.* κιλλίβας eſt lignum tripes in quo firmiter tabulæ compinguntur. Uſi ſunt in ſcena nonnulli calceis fæmineis. Libanius, βάταλος, inquit, ἐφέσιος αὐλητής, ὃς πρῶτος ὑποδήμασι γυναικείοις ἐπὶ τῆς σκηνῆς ἐχρήσατο, καὶ μέλεσι κατεαγόσι. unde βαταλίζειν. *Batalus Epheſius tibicen primus uſus eſt muliebribus calceis in ſcena, & cantu fracto & molli.* A cothurnis Tertullianus *in Valentinianos* cap. XIII. dixit; hæc prima Tragœdiæ ſcena eſt, alia autem trans ſiparium cothurnatio eſt. Habuerunt & in ſcena veſtem ta-

larem, quæ fyrma dicta eft. Martialis lib. XII. A epig. XCI.

Aptafti longum tu quoque fyrma tibi.

Juvenalis fatyr. XV.

—— Quanquam omnia fyrmata volvas,
Nullus apud Tragicos populus facit. ——

Horatius in *Arte*,

—— Traxitque vagus per pulpita veftem.

Apulejus *Apol.* I. Tragœdos fyrma hiftrionis, mimos centunculum gerere ait. B Ea fyrmata purpura, & auro intertexta fuere apud Græcos, quemadmodum & purpura prætexta apud Rom. in prætextatis fabulis, dicunturque Tragœdorum fyrmata, στατοὶ ξυστίδες, id eft, *veftes tragicæ rectæ*, quomodo Latinis recta tunica, quæ ab erectis & ftantibus texitur, ὀρθοστάδιος χιτὼν, cujufmodi defcribitur in Euangelio, χιτὼν ἄῤῥαφος, ἐκ τῶν ἄνωθεν ὑφαντὸς δι᾽ ὅλου. Id eft, *tunica inconfutilis, defuper contexta per totum*, ut eft apud Joannem cap. XIX. vel, *ex fummo contexta tota*. Plutarchus in *Alcibiade* στατοὺς pro rectis illis pallis pofuit, C στατοὺς, καὶ ξυστίδας, καὶ τὸν ἄλλον ἐναγώνιον ἀμπεχόμενος κόσμον, id eft, *rectas pallas aut tunicas, & xyftidas, & alium ornatum qui in certamine adhiberi folet, indutus*. Athenæus lib. XII. χρυσόπαστα vocat veftes auro intertextas. Dionyfius inquit, ξυστίδα, καὶ χρυσοῦν στέφανον ἐπὶ περόνῃ μετελάμβανε τραγικόν. Id eft, *xyftidem, & auream coronam cum fibula fumpfit*. Hefychius chlanidas comicas, xyftida tragicam veftem effe vult, ξυστὶς τραγικὸν ἔνδυμα. Suidas xyftide uti ait Reges tragicos, ξυστίδι χρῶνται οἱ τραγικοὶ βασιλεῖς. τραγικὸν ἔνδυμα ἐσκολοποιημένον, καὶ ἔχον ἐπιπόρπημα ξυστίς. *Tragica veftis elaborata, & fibulata xyftis*. D Plutarchus lib. *de tarda Dei vindict.* παιδάρια τοὺς κακούργους ἐν τοῖς θεάτροις θεώμενα πολλάκις ἐν χιτῶσι διαχρύσοις, καὶ χλαμυδίοις ἁλουργοῖς ἐστεφανωμένους, καὶ πυῤῥιχίζοντας, ἄγαται καὶ τέθηπεν ὡς μακαρίους, ἄχρις οὗ κεντούμενοι, καὶ μαστιγούμενοι, καὶ πῦρ ἀνιέντες ἐκ τῆς ἀνθινῆς ἐσθῆτος ὀφθῶσι. Id eft, *puerulı maleficos in Theatris veftibus inauratis, & chlamyde purpurea amictos, coronatos fæpe intuentes, pyrricham faltantes admirantur ut beatos, & obftupefcunt, donec ftimulis confoffi, flagellis cæfi, & ignem e florida vefte ejectare videantur*. Hiftrionum ornatum Pollux lib. IV. his verbis defcribit. Calcei comici dicuntur ἐμβάδες, E ἐμβάται, ποικίλον tunica tragica, pallium, xyftis, batrachis, chlanis, chlamys purpurea auro intexta, tiara, mitra. Agrenum erat textum reticulatum ex lana circa omne corpus, quod Tirefias induebat. Colpoma varius amictus Regum. Ephaptis purpureum volumen, quo venatores, aut bellatores manum involvebant. Crocotus, mafchalifter floridus, feu epomis, & thyrfus ornamenta funt Dionyfi. Mafchalifter eft epomis, vel cinctıculum fubalare. Veftis fatyrica fuit pellis hinnuli, vel capræ, quam Ifalen vocant, & tragen, & pardalem textam, & venabulum Dionyfiacum, & chlamys florida, & purpureum pallium, & tunica ex fœno denfa, quam Sileni ferunt. F Comica veftis exomis, tunica alba, non infignita, futura carens a lævo latere. Vide Pollucem lib. IV. cap. XVIII. Veftes hiftrionum multicoloriæ erant, apud Sidonium lib. II. epift. II. Artemidorus lib. II. cap. III. διάχρυσος, χρυσόπαστος, φοινικὶς, ποικίλον Polluci. Palla veftis Liberi Patris fuit, & Apollinis, ut Tibullus lib. III. eleg. IV. Solinus cap. IV. Athenæus lib. I. Philoftratus in *Gorgia* Æfchylum pallæ inventorem facit. Horatius,

—— Pallæque repertor honeftæ
Æfchylus. ——

Lucianus εἰς ἀπαίδευτον, fcribit Euangelum peffimum citharœdum ὅλον περιλαμπόμενον τῷ χρυσῷ καὶ τοῖς σμαράγδοις, καὶ βηρύλλοις, καὶ ὑακίνθοις, *fuiffe totum circumfulgentem auro & fmaragdis, beryllis, & hyacinthis*. In fyrmate propter amplitudinem erant rugæ, & contabulationes, ut vocat Tertullianus l. *de Pallio*. Sidonius carm. XV.

Crifpato rigidæ crepitant in fyrmate rugæ.

Valerius in *Phormione*,

Quid hic cum tragicis veftibus, & fyrma facis?

Vopifcus in *Carino*; pallio aurato, atque purpurato pro fyrmate Tragœdus uteretur. Sidonius epift. XI. lib. VIII.

Et rugas tibi fyrmatis profundi
Succingunt hederæ expeditiores.

Prudentius in *Pfychomach.*

Ut tener inceffus veftigia fyrmate verrat.

Apulejus in Bathylli ftatua pantomimi habitum depinxit. Adolefcens eft vifenda pulcritudine, crinibus, fronte parili feparata, per malas revulfus; pone autem coma prolixior interlucentem cervicem fcapularum finibus obumbrat; cervix fucci plena, malæ uberes, genæ teretes, ac modico mento jaculatur, eique prorfus citharœdicus ftatus Deam confpiciens canenti fimilis, tunicam picturis variegatam deorfus ad pedes dejectus, &c. Plutarchus in *fympofio feptem Sapientum* fcribit, Arionem citharœdum τῇ στολῇ καταφανῆ γενόμενον, ὃν γὰρ ἐναγώνιον ἐτύγχανεν ἀμπεχόμενος κόσμον, ᾧ κιθαρῳδῶν ἐχρήσατο, *fuiffe ornatu fplendidum, amictus enim erat cultu quo in certaminibus canens utebatur*. Lucianus de Euangelo: ἐσθῆτα χρυσόπαστον ποιησάμενος, καὶ στέφανον δάφνης χρυσῆς κάλλιστον, ὡς ἀντὶ καρποῦ τῆς δάφνης σμαράγδους εἶναι ἰσομεγέθεις τῷ καρπῷ, καὶ ἡ πορφύρα δὲ ἐνέπρεπε τῆς ἐσθῆτος ἡ μεταξὺ τοῦ χρυσοῦ διεφαίνετο. Coronati enim citharœdi in pulpitum procedebant. Nonnus *Dionyf.* lib. XIX. de Oeagro, & Erectheo pag. 336.

Ἄμφω δ᾽ εἰς μέσον ἦλθον ἀεθλητῆρες ἀγῶνος
Φορμίγγων ἐλατῆρες, ἐμιτρώσαντο δὲ χαίτας
Δαφναίοις πετάλοισι, ἀνεζώννυντο δὲ πέπλους,
Ἀρχόμενοι δ᾽ ἐλέλιζον ἐθήμονι δάκτυλα παλμῷ.

Ambo pares in medium proceſſerunt citharœdi, & cinxerunt laurea comas, induxerunt pallam, & incipientes moverunt digitos folitu motu. Hiftrionum veftes intrinfecus pannofæ, & e centunculis conflatæ erant. Lucianus *ep. faturnalit.* ὀλιγόχρυσον μὲν τὰ ἔξω, κατάῤῥαφον δὲ τὰ ἔνδον; ὥσπερ αἱ τραγικαὶ ἐσθῆτες, ἐκ ῥακῶν πάνυ εὐτελῶν συγκεκομμέναι. Id eft, *extrinfecus aureum, intrinfecus pannofum, cujufmodi funt veftes tragicæ, ex centonibus omnino vilibus confciffæ*. Ea autem veftimenta fumebantur a chorago, qui fæpe fuis fumptibus ludos edebat, ut Plutarchus docet in *Andocide*. Plautus in *Perfa*:

Veftimenta abs chorago fumito, dare debet.

In *Trinummo*:

Ipfe a chorago hæc veftimenta fumpfit fuo periculo.

Tragicam pallam Valerius in Phormione *fyrmam* fæminino genere vocat, ficut & alii *fchemam* pro *fchemate* dixere.

Quid hic cum tragicis veftibus, & fyrma facis?

Comicis alia veftis fuit, pro perfona quam agerent. Certe intrabant ut plurimum præcincti, aut verenda coriacea & fcortea, ridiculi caufa, fupra femora obtendebant, quæ dicuntur fcutina. Hefychius, διεζωσμένοι εἰσῄεσαν οἱ κωμικοὶ ὑποκριταὶ.

οἱ ᾗ αἰδοῖα δερματινὰ τῶ γελοίϖ χάριν ἀνωτέρω τ̃ ἰσχίων, κ̀ τ̃ αἰδοίων παρακείμενοι, ἃ λέγεται σκύτινα. Soracum autem, vel ſarracum vehiculum erat, quo ſcenicorum ornamenta portabantur, veſtes, baculi, cludines. Scenici enim cum agerent, virgas, aut baculos incurvos in manu habuerunt, de quibus Plutarchus lib. περὶ τ̃ τ̃ παιδ. ἀγω. τὰς τ̃ ὑποκειτῶ καμπύλας βακτηρίας ἀπευθύνειν ἀμήχανον. Id eſt, *curvi baculi Scenicorum dirigi non poſſunt*. Suetonius in *Nerone* cap. XXIV. *Atque etiam in tragico actu cum elapſum baculum cito reſumpſiſſet, pavidus, & metuens ne ob delictum certamine ſummoveretur*, &c. Heſychius notat Comicorum baculum dictum ἄρεσκον. ἄρεσκος, inquit, ἡ διδομένη ῥάβδος τοῖς κωμικοῖς. Vide an apud Suetonium baculus ille de ſceptro exaudiendus ſit, maxime cum Philoſtratus lib. V. *Apollon.* de Nerone Oedipodem agente loquens στολῆς κ̀ σκήπτρϖ meminerit. Scenici geſſerunt & cludinem, quem gladium eſſe volunt, quo mimi, & ſcenici uterentur, ſi quando in ſcena cædes facienda eſſet. Apulejus in *Apolog.* de fabulis quæ ſaltabantur a pantomimis, quas tu cum ſaltas, tanta mollitia animi, tanta formido ferri eſt, ſine cludine ſaltas. Cludinem deſcribit Achilles Tatius in *Leucippe* lib. III. ξίφος τὴν μὲν κώπην ἔχον παλαιστῶν τεσσάρων, τ̃ δὲ σίδηρον ἐπὶ τῇ κώπῃ βραχύτατον δακτύλων ὅσον ἐ πλείω τριῶν πρὸς τὰς κιβδήλους σφαγάς. *Gladius cæcus & incluſus manubrio longo palmas IV. ferro extante digitos tres, ſed quod levi motu in longitudinem exiret, quanta ipſius manubrii*, ſimilis doloni, de quo Servius *ad lib.* VII. *Æneid.* Dolonem eſſe ait flagellum intra cujus virgam latet pugio. Apud Apulejum quidam legunt *clunaculum*, quod inter ſpecies gladiorum refert Gellius. Apud Feſt. clunaculum gladius eſt ad clunes appendi ſolitus, quales laniorum & coquorum. Dio in *Caracalla* ſaltatores ſcenicos gladium geſtaſſe oſtendit, de Theocrito loquens olim ſcenico, quem cum Titianus procurator Alexandriæ offendiſſet diſco, is in Titianum ſtricto ferro proſiluit; cui Titianus, ὡς ὀρχηστὴς ἐποίησας, quia mimi ferrum gerebant, & pantomimi. Eos qui carmina Homeri recitarent laureum ramum, δαφνίνην, geſtaſſe ſupra oſtendimus. Pindarus de Homero loquens Ajacis laudatore ode IV. *Iſthm.*

Ἀλλ' Ὅμηρός, inquit, τοι τετίμα-
κεν δι' ἀνθρώπων, ὃς αὐτοῦ
Πᾶσαν ὀρθώσαις ἀρετὰν,
Κατὰ ῥάβδον ἔφρασε
Θεσπεσίων ἐπέων λοιποῖς ἀθύρειν.

Sed Homerus Ajacem inter homines honoravit, qui omnem virtutem ejus in rapſodia cecinit divinis verſibus, & aliis canendam reliquit. Igitur pantomimi, ſi fabula exigeret, ferro uſi. Auſonius in *Canace*:

—— Viſus multo felicior ipſa,
Quod non hic ferro viſcera diſſecuit.

Quod ille mutuatus eſt a Lucillio lib. II. *Græc. Antol.*

Πάντα καθ' ἱστορίην ὀρχούμενος, ἓν τὸ μέγιστον
Τῶν ἔργων παριδὼν, ἠνίασας μεγάλως.
Τὴν μὲν γὰρ Νιόβην ὀρχούμενος, ὡς λίθος ἔστης,
Καὶ πάλιν ὡς Καπανεὺς ἐξαπίνης ἔπεσες.
Ἀλλ' ἐπὶ τ̃ Κανάκης ἀφυῶς, ὅτι κ̀ ξίφος ἦν σοι,
Καὶ ζῶν ἐξῆλθες, τοῦτο παρ' ἱστορίην.

Id eſt, *omnia ex hiſtoria deſaltans magno dolore ſpectatores affeciſti, cum unum modo quod maximi momenti fuit, omiſeris. Nioben enim ſaltans, ut lapis conſtitiſti, & Capanea agens, rurſum ut Capaneus cito excidiſti. Sed in Canace ſupinus fuiſti, quia enſis tibi in manu fuit, & vivus exiiſti, hoc eſt, præter hiſtoriam*. Scenici enim omnes, & pantomimi eo cultu fuerunt, quo uſum eſſe veriſimile eſt eum quem agerent. Alius tamen eſt baculus ille curvus, cujus meminit Plutarchus, & ſceptrum Regis tragici, & enſis, & cluden Apuleii. Philoſtratus lib. V. *Apollon.* καὶ τὰ μὲν Κρέοντος, καὶ Οἰδίποδος οὕτως ἐξακριβοῦν, ὡς δεδιέναι μήπου λάθοι ἁμαρτὼν θύρας, ἢ στολῆς, ἢ σκήπτρου. Id eſt, *fabulam Creontis, & Oedipodis ita exacte agebat, ut timeret, ne imprudens erraret in janua, ornatu, aut ſceptro*. Lucianus in *Anacharſi*; Dionyſio, inquit, qui Liber Pater eſt, Comœdi ſunt breviores, & pedites, & minus clamant, habentque galeas ridiculas. βραχύτεροι, ἢ πεζοὶ, καὶ ἧττον ἐβόων, κράνη πάνυ γελοιότερα ἔχουσι.

CAP. LVI.

De Calvis Scenicis.

MIMI calvi, auctore Nonio, omnibus erant fruſtratui. Item, calvi mimi, capite raſo planipedes. Feſtus, & Pollux ſcribunt, eos qui lenonem agerent, recalvaſtros fuiſſe, a quibus facit Cicero *pro Roſcio Comœdo*. Qui idcirco capillo & ſuperciliis ſemper eſt raſis, ne ullum pilum viri boni habeat. Nam Gallionem illum perjuriſſimum lenonem cum agit, agit Chercam; unde & calvi contemptui fuere. Perſius ſatyr. I.

—— Cum tibi calve
Pinguis aqualiculus propenſo ſeſquipede extet.

Depugnabant calvi in ſcena. Syneſius *de calvitio*: σκύθῃ κομήτῃ εἴτις ἐντείνει κόνδυλον ἀπολώλεκεν. τὸν ἐν θεάτρῳ δὲ ἄνθρωπον, ὃς πολλὴν καὶ καλὴν παρέχει τῷ δήμῳ τὴν διατριβὴν, ἔξεστι καθ' ἑκάστην ἱερομηνίαν τῷ καταλαβόντι θέαν θεᾶσθαι. οὗτός ἐστι μὲν τῇ τέχνῃ φαλακρῶν, οὐ τῇ φύσει, βαδίζων εἰς τὰ κουρεῖα ταῖς ἡμέραις πολλάκις. πάρεισι δὲ εἰς τὸν δῆμον ἐπ' αὐτὸ τοῦτο τῆς κεφαλῆς τὴν ῥώμην ἐπιδειξόμενος, ᾗ μηδέν ἐστι δεινὸν τῶν δεινῶν, &c. *Scythæ*, inquit, *comato ſi quis alapam incuſſerit, occidet. Videre autem eſt ei qui ſpectaculo quibuſque Kalendis frui voluerit, hominem in Theatro, qui multam & gratam populo præbet exercitationem. Hic eſt ex eorum numero, qui non naturæ ſponte, ſed data opera calvi ſunt, qui ſæpe tonſtrinas adit, & in populi oculis verſatur eo animo, ut capitis robur oſtendat, cui nihil eorum quæ difficilia ſunt difficile eſt; verum & cum pice ferventi componitur, & arietat cum ariete ad id docto, a longe ſpumam ebullienti; deficiunt autem fictilia vaſa Megarenſium hoc capite confracta, ſecantur ac conſcinduntur*. Deinde addit, licere calvis qui pudorem tantillum exuerint, eſſe miraculorum patratoribus. θαυματοποιοῖς εἶναι ἔξεστι τοῖς φαλακροῖς μικρὸν ἀπερυθριάσασι. Dixi ſupra ex Dione Sejanum φῶς τοῖς ἀπιοῦσιν ἐκ τοῦ θεάτρου διὰ πεντακισχιλίων παίδων ἀπεξυρημένων παρεσχηκέναι ut calvitiem Tiberii rideret, *lumen abeuntibus e Theatro, per quinque millia puerorum qui raſo capite eſſent prætuliſſe*. Calvi item erant qui libertate donabantur. Plautus in *Amphitru.*

Calvus raſo capite pileum accipiam.

Exiſtimem calvos iſtos ridiculos in eorum ordine fuiſſe qui per riſum inter ſe alapas incutiebant & excipiebant. Juvenalis ſatyr. VIII.

—— Irridere poteſt qui
Mamercorum alapas. ——

Martialis lib. II.

Os tibi præciſum eſt, quantum non ipſe Latinus
Vilia Panniculi percutit ora ſono.

Cæterum calvorum duo genera, quorum aliis pili defluxere, qui Græcis σεληνιῶντες & πασσέληνοι,

aut ἧλιοι dicti apud Nicetam Choniatem, & Synesium in *encomio calvitii*: alii rasi sunt, ut servi qui ad libertatem vocarentur. Sosia apud Plautum,

Raso capite calvus fiam.

Unde & Venus calva. Mimi calvi erant, ne pilum boni viri haberent. Artemidorus lib. I. cap. XXIII. ξυρᾶσθαι δὲ δοκεῖν τὴν κεφαλὴν ὅλην πλὴν αἰγυπτίων θεῶν ἱερεῦσι, καὶ γελωτοποιοῖς, καὶ τοῖς ἐξ ἔθους ξυρᾶσθαι ἀγαθόν. Moriones item rasi. lib. II. *Anthολog.* tit. III. μωρὸν ὁρᾷς φαλακρόν. Profluvio calvi fuere Julius Cæsar, & Otho Imperatores. Raro fœminæ calvæ sunt, rarius qui a mulierum consuetudine semper abstinuerunt. De alapis mimorum Martialis lib. V. epig. LXIV.

O quam dignus eras alapis Mariane Latini,
Te successurum credo ego Panniculo.

Cyprianus epist. CIII. Ictibus infelix facies locatur, ut infelicior venter saginetur. Salaputas alapas vocat Arnobius lib. VII. *salaputarum sonitu & plausu*. Vetus Glossarium, salap[..]ta, ῥάπισμα Tertullianus lib. *de Spectacul.* Insuper contumeliis alaparum sic os objicit.

CAP. LVII.

An nominatim appellare aliquem in Scena licuerit?

IN veteri Comœdia personæ similes erant iis qui publice irrisi, quorum nomina palam recitabantur. In media & nova mos exolevit. Romæ tamen C. Cælius Judex absolvit injuriarum eum qui Lucillium Poetam nominatim læserat. P. Mucius eum qui L. Accium Poetam nominaverat, condemnavit. Mimus quidam nominatim Accium Poetam compellavit in Scena. Cum eo Accius agit injuriarum: hic nihil aliud defendit, nisi licere nominare, cujus nomine scripta dentur agenda. Legendus Cornificius lib. II. *ad Herennium*.

CAP. LVIII.

De mercede, quæ Scenicis data.

CUM pecunias Athenienses de publico haberent militares, eas viritim populo dividendas in Theatra censuerunt, ut singuli duos obolos acciperent, & altero vitam tolerare, alterum præbere magistro & dispensatori Theatri possent. nec enim id temporis Theatrum e lapidibus exædificatum. Pericles autem, ut plebeculæ gratiam iniret, cum tenuiores non haberent unde loca emerent, quæ a divitibus numerata pecunia obsidebantur, publicas omnes pecunias theoricas esse voluit. Ulpianus I. *Olynth.* χρήματα ἔχοντες οἱ ἀθηναῖοι σύγχος αὐτὰ πεποιήκασι θεωρικά, ὥστε λαμβάνειν ἐν τῇ θεωρείᾳ ἕκαστον τῶν ἐν τῇ πόλει δύο ὀβολούς· ἵνα τὸν μὲν ἕνα κατάσχειν εἰς τὴν ἰδίαν τροφὴν, τὸν δὲ ἄλλον παρέχειν ἔχωσι τῷ ἀρχιτέκτονι τοῦ θεάτρου. οὐδὲ γὰρ εἶχον τότε θέατρον ἐκ λίθων κατεσκευασμένον. τὰ χρήματα ταῦτα τὰ δημόσια θεωρικὰ ἐποίησεν ἐξ ἀρχῆς ὁ περικλῆς, &c. Apollodorus quidam iterum militares pecunias efficere conatus est; quæ ab Ulpiano petenda sunt. Theoricas Kalendis, quas *jero noumenias* vocat, tantum accipiebant. Decrevit Demosthenes (ut habetur oratione *pro Corona*) ne architecton locum daret legatis in Theatro, quem alioqui habuissent duobus obolis solutis. Architecton dicitur ἄρχων τοῦ θεάτρου, *magister Theatri*. spectaculum emere, locare, dicuntur θέαν ἀγοράζειν. Plutarchus θεωρητήρια ἐκμισθοῦν. Theophra-

A stus in *Character.* καὶ ξένοις δὲ αὐτοῦ θέαν ἀγοράσας, μὴ δοὺς τὸ μέρος θεωρεῖν. Id est, *hospitibus suis cum emerit spectandi locum, non dat eis partem graduum, in qua considant*. Theatronæ sunt redemptores, & mancipes Theatrorum: iidem Lucar exigebant. θεατρώνης ὁ θέαν ἀπομισθῶν. Pollux ex Aristoph. ὁ διοικητὴς τοῦ θεάτρου, id est, *administrator Theatri*. Theophrastus *de impunitate*, καὶ ἐπὶ θέαν ἡνίκα ἂν δέῃ πορεύεσθαι οὐκ ἐῶν τοὺς υἱεῖς, ἡνίκα δὲ προῖκα ἀφιᾶσιν οἱ θεατρῶναι. *Non patitur ut filii eant in spectacula cum eundum est, cum autem theatronæ Lucar non exigunt*. Dicitur & Polluci θεατροπώλης. ἀρχιτέκτων vocatur Demosth. *pro Corona*. Demosthe-
B nes enim decrevit θέαν μὴ κατανεῖμαι τὸν ἀρχιτέκτονα τοῖς πρέσβεσι κελεύων, ἀλλὰ ἐν τοῖν δυοῖν ὀβολοῖν ἐθεώρουν, *ne architecton & magister Theatri locum daret legatis in Theatro, quem alioqui habuisset duobus obolis solutis*: duos enim obolos solvebant. Aristoph. in *Vespis*:

—— τεθεώρηκα δύο ὀβολὼ φέρων.

Spectavi duos obolos ferens. ubi Scholiastes, ἴκριοις θεωροῦντες δύο ὀβολοὺς παρεῖχον. Id est, *qui e tabulatis, & foris spectabant, duos obolos præbebant*. Eas pecunias adnumerabant Kalendis cujusque mensis. Ulpianus in III. *Olynth.* τὰ θεωρικὰ ταῖς ἱερομηνίαις μόνον ἐλάμβανον. Qui autem exigebant
C a populo theoricon, dicti sunt χαλκολόγοι, *æruscatores*. Sub Diophanto tamen drachma Lucar fuit. ἐπὶ διοφάντου τὸ θεωρητικὸν (malim θεωρικὸν) ἐγένετο δραχμὴ ait Hesychius. θεωρικὸν appellat Aristides in *Apologia*, καὶ κατ' ἄνδρα ὥσπερ θεωρικὸν τὴν ἐπιστήμην διανείμαντες. Id est, *viritim quasi theoricam scientiam dividentes*. Solon olim legem tulerat, ut spectaculis ludorum tres drachmæ solverentur privato cuique, & duæ aliæ in publicum conferrentur. καὶ θεωρίας ἐστὶς ἀγώνων τρεῖς δραχμὰς τῷ ἰδιώτῃ, δύο δὲ ἄλλας ἀποτίναι εἰς τὸ δημόσιον ἐπάξε, ait Plutarchus in *Solone*. Hesychius θεωρι-
D κὰ χρήματα, θεωρικὸν ἀργύριον vocat. Plutarchus in *Rom.* cap. πθ. Lucar τὸ τελούμενον εἰς θέας. Vet. Gloss. Lucar, θεατρικὸς μισθὸς ἀπὸ φίσκου. Id est, *Lucar est quod solvitur in spectacula*: vel, *merces theatrica de fisco*. Id quod Lucaris nomine pantomimis datum est, vocatur menstruum a Cassiodoro lib. I. *Variar.* pantomimi prasinis menstruum. De Lucare Tacitus lib. I. Augustus immunes verberum histriones quondam responderat. De modo Lucaris, & adversus lasciviam fautorum multa decernuntur: ne quis domos pantomimorum Senator introiret, ne egredientes in publicum equites Romani cingerent. Lucar quod a *luco* Latinis di-
E ctum est, Græcis dicitur κωλεὶρ, auctore Hesychio. κωλεὶρ τὸ προστιθέμενον ἆθλον τοῖς ἀγωνιζομένοις. Id est, *Lucar præmium est propositum certantibus*. malim τὸ προτιθέμενον ἆθλον. Idem ostendit mercedem Comicorum proprie μισθὸν dictam, & quinque modo fuisse qui mercedem hanc consequerentur. μισθὸς τὸ ἔπαθλον τῶν κωμικῶν, ἔμμισθοι δὲ πέντε ἦσαν. Varia autem a variis Imperatoribus merces histrionibus constituta est. Antoninus enim Philosophus temperavit scenicas donationes, jubens ut quinos aureos scenici acciperent, ita tamen ut nullus editor decem aureos egrederetur, ut ait Capitolinus in *Antonino*. Philo & Lampridius
F in *Alexand.* Alexander Imperator arcarios instituit, qui de arca fisci ederent munera, eaque parciora, ut est in manuscripto codice Petri Pithœi: unde arcæ theatralis præfecti urbis mentio fit Novella LVII. Sex aurei dabantur prius, ut notat Scholiastes Juvenalis in hæc verba,

—— Victori populus quod postulat aurum.

Solent, inquit, petere sex aureos. Nam non lice-

bat amplius dare. Roscius tamen mercedem diurnam de publico mille denarios sine gregalibus solus accipiebat, ut scribit Macrobius lib. III. *Saturn.* cap. XIV. & Cicero *pro Roscio*. Certe *Eunuchus* Terentii bis acta est, meruitque pretium quantum nulla alia cujusquam Comœdia, id est, octo millia nummorum, propterea summa quoque titulo ascribitur, ait Donatus. Actores emebant a Poetis fabulas. Terentius in *Hecyra*:

Ut libeat scribere aliis, mihi ut discere,
Novas expediam posthac pretio emptas.

Olim Poetis tragicis victoribus hircus datus, agnus Homericis rapsodis, qui ex eo ἀρνῳδοὶ vocati. Eustathius initio *Iliad.* ἀρνῳδοὶ, ῥαψῳδοὶ, ῥαβδῳδοὶ, ἐπειδὴ οἱ ἀγωνιζόμενοι ἐν ᾠδῇ ὁμηρικῇ, οἱ νικῶντες ἄρνα ἐλάμβανον ἔπαθλον. Id est, *arnodi, rapsodi, rabdodi, quia qui cantu Homerico certabant, victores agnum accipiebant mercedem.* Nonnulli putant scenicis in diem tribus obolis Lucar definitum, quod D. Chrysostomus dixerit orat. *de statuis*: ἐντεῦθεν τὸ ἦθος αὐτῆς πόλεως διαβάλλοντές εἰσιν οἱ τὰς αὐτῶν φωνὰς τοῖς ἀρχομένοις πωλοῦντες, καὶ τριῶν ὀβολῶν τὴν ἑαυτῶν προδιδόντες σωτηρίαν. Id est, *inde sunt ii qui mores urbis incusant, qui voces suas Magistratibus vendunt, & ob tres obolos suam ipsorum salutem produnt.* lego, τοῖς ἄρχουσι. Scenicis autem honor habitus in Græcia, ut supra ostendimus, & docet Augustinus lib. II. *de Civit.* cap. X. Nam interdum & civitate donati, & corona, & pecunia. De civitate, & libertate Plutarchus in *Lycurgo* oratore, qui legem tulit, ut Chytris agon Comœdorum ederetur in Theatro, & qui vicisset in civitatem allegeretur, cum id olim nefas esset: εἰσήνεγκε δὲ νόμους, τὸν περὶ τῶν κωμῳδῶν ἀγῶνα τοῖς χύτροις ἐπιτελεῖν ἐφάμιλλον ἐν τῷ θεάτρῳ, καὶ τὸν νικήσαντα εἰς τὸ ἄστυ καταλέγεσθαι, πρότερον οὐκ ἐξόν. l. *Divo.* C. *qui manumitti non poss.* l. *si privatus.* in Pandect. tit. *qui & a quibus libert. & civit.* Coronatos fuisse victores vulgo notum est. Synesius in *Ægyptio*: καὶ γὰρ ἐν τῷ τῆς γραὸς εὐδοκιμῶν στεφανοῦνται, καὶ κηρύττεται, καὶ ἐν τῷ τοῦ βασιλέως ἀσχημονῶν κλώζεται, καὶ συρίττεται. Id est, *etenim in vetulæ persona agenda coronatur & prædicatur, in Regis persona peccans exploditur, & sibilatur.* Suetonius in *Nerone* cap. LIII. *Exiit opinio post scenicas coronas proximo lustro descensurum eum ad Olympia inter athletas.* Varro l. IV. *de ling. Lat.* Corollarium quod additur, vox ficta est a corollis, quod hæ, cum placuerint actores in scena, dari solitæ sint. Julius Firmicus l. VIII. *Astron.* cap. XX. & XXIV. coronatos histriones esse ait. Scholiastes Aristoph. ἐστεφανώθη θαλλῷ τῆς ἐλαίας ἱερᾶς, ὃς νενόμισται ἰσότιμος χρυσῷ στεφάνῳ. *Coronatus est ramo sacræ oleæ, qui aureæ coronæ pretio exæquatur.* Agones illi dicti sunt stephanitæ, de quibus Demosthenes *in Leptinem*, μεγίστας δίδοτε ἐκ παντὸς τοῦ χρόνου δωρεὰς τοῖς τοὺς γυμνικοὺς ἀγῶνας νικῶσι τοὺς στεφανίτας. Id est, *maxima dona in eos post hominum memoriam contulistis, qui ludis gymnicis coronariis victores essent.* ubi Ulpianus: τοὺς ἐπῳδικοὺς καλουμένους λέγει. οἱ μὲν γὰρ τῶν ἀγώνων εἰσὶ στεφανῖται, οἱ δὲ ἀργυρῖται. δίδονται οὖν μέγισται δωρεαὶ καὶ μετὰ στεφάνων. Id est, *ludos intelligit epodicos in quibus cantu certatur. Certaminum enim alia coronis, alia argento donantur. Dantur autem & maxima dona cum coronis.* Gnathæna meretrix dicebat ἀγῶνα suum non esse στεφανίτην, ἀλλ' ἀργυρίτην. Tertullianus *de anima*; præ gloria moritur, ut Cleodemus Atheniensis, dum ab histrionibus ob præstantiam auro coronatur. Scenicæ autem coronæ Romæ ex ære Cyprio factæ auri speciem præbente, ut Plinius lib. XXXIV. cap. VIII. Suetonius in *Claudio* cap. XI. Comœdiam quoque Græcam Neapolitano certamine docuit, ac de sententia Judicum coronavit. Dictæ sunt coronæ donaticæ, auctore Festo, quod his victores in ludis donabantur, quæ postea magnificentiæ causa institutæ sunt super modum aptarum capitibus, quali amplitudine fiunt cum Lares ornantur; id est, majores quam ut hominis capiti congruant. Plutarchus lib. εἰ πρεσβυτέρῳ πολιτευτέον. φιλήμονα τὸν κωμικὸν, καὶ ἄλεξιν ἐπὶ τῆς σκηνῆς ἀγωνιζομένους, καὶ στεφανουμένους ὁ θάνατος κατέλαβεν. Id est, *Philemona comicum, & Alexin in scena certantes, & coronatos mors comprehendit.* Sed Poetæ, non histriones fuerunt, qui & ludis Capitolinis coronati, ut est in veteribus inscriptionibus:

L. VALERIO L. F. PVDENTI. HIC CVM ESSET ANNORVM TREDECIM ROMÆ CERTAMINE IOVIS CAPITOLINI, LVSTRO SEXTO, CLARITATE INGENII CORONATVS INTER POETAS LATINOS, OMNIBVS SENTENTIIS IVDICVM. HVIC PLEBS VNIVERSA HISCONIENSIVM STATVAM ÆRE COLLATO DECREVIT.

Ejusmodi agones dicti coronarii, στεφανῖται. Plutarchus II. sympos. quæst. V. scribit, Lacedæmone eos qui coronarium certamen vicissent, in acie prope Regem stare solitos. ἐν δὲ λακεδαίμονι τοῖς νενικηκόσι στεφανίτας ἀγῶνας ἐξαίρετος ἦν ἐν ταῖς παρατάξεσι χώρα περὶ αὐτὸν τὸν βασιλέα τεταγμένους μάχεσθαι. Idem sympos. V. quæst. II. poeticen in sacris certaminibus olim coronatam scribit. ποιητικὴν ἐπὶ τοὺς ἱεροὺς ἀγῶνας πρόπαλαι στεφάνων ἐπινικίων τυχοῦσαν. Per initia igitur agones fuere coronarii; postea ἀργυρῖται, & pecuniarii, denuo facti coronarii, ut scribit Pollux lib. III. cap. XXX. Thematici dicti in quibus pecuniæ, vel res aliæ pro præmio positæ, qui sicuti coronarii agones sacri fuere. τοὺς μὲν καλουμένους ἱεροὺς ἀγῶνας, ὧν τὰ ἆθλα ἐν στεφάνῳ μόνῳ στεφανίτας ἐκάλεσαν, καὶ φυλλίνας, τοὺς δὲ ὀνομαζομένους θεματικοὺς ἀργυρίτας. θέμα *præmium* significat. Sibylla,

Ἁγνὸς γὰρ χρυσὸς τούτοις τὰ δίκαια βραβεύσει,
Καὶ δοκίμους στέψει, αὐτοῖς θέμα μάρτυσι δώσει
Ἀθάνατον. ——

Thema tamen videtur & de coronis dici. Plutarchus in *Sympos.* πεντάθλοις στέφανον τεθέντα. Vetus inscriptio, χρυσάνθινα ἐν σάρδεσι, καὶ θεματεῖται πλείονας, agonas Thematitas cum Chrysanthinis conjungit. In basi stephanitas velut diversos ponit. In certaminibus musicis dicebantur ministrare Deo, ait Pollux, in quibus sedebant Judices, sicut in gymnicis brabeutæ, & præpositi. Pindarus, *a Sicyone*, inquit, *venerunt argento donati cum phialis vinosis.* Suidas scribit, initio præmia proposita certantibus. Postquam cœperunt certare sine præmio, amici, aut affines coronis victores cingebant, & pretiosis muneribus donabant, alii floribus, & foliis circumeuntes spargebant: ut hodie jaciunt zonas, petasos, tunicas. Moris item fuit, ut amici victorem ludis musicis cæna exciperent. Plutarchus symposio I. σωσικλέα τὸν κορωνῆθεν πυθίοις νενικηκότα ποιητὰς εἱστιῶμεν τὰ ἐπινίκια. *Sosicli qui Pythiis vicerat Poetas, ob victoriam cœnam præbemus.* Athenæus scribit lib. IX. epulum Agathoni datum esse ob victoriam, qui Lenæis Bacchi ludis vicerat. Sed & Plato initio *Symposii* ejus epuli meminit, additque, Agathonem

ſequenti poſt victoriam die cum chori ſociis rem divinam Diis feciſſe. τῇ ὑςεραίᾳ ἣ ᾗ τὰ ἐπινίκια ἔθυεν αὐτός τε, καὶ οἱ χορευταί. Merces vocatur, ſeu bravium, ἔπαθλα, ἆθλα, νικητήρια, ἐπιχείρια, γέρα. ἐπὶ τῶν μυσικῶν ἴδιον λειτουργεῖν τῷ θεῷ διονυσιακῆς ἀγωνίας ἀθληταὶ, διονυσιακοὶ τεχνῖται, ἀθληταὶ μυσικοί. τοῖς μυσικοῖς κριταὶ κάθηνται, τοῖς γυμνικοῖς βραβευταὶ, καὶ βραβεῖς, καὶ ἐπιςάται. *In muſicis proprie artifices dicuntur miniſtrare Deo, qui vocantur Dionyſiaci certaminis athletæ. Muſicis Judices ſedent, gymnicis brabeutæ*. De muſicis dicitur συμπλέκεσθαι περὶ τοῦ ςεφάνου, ἐπὶ ςεφάνῳ, περὶ φοίνικος, ἐπὶ φοίνικι, *certare de corona, de palma*, ut Pollux ſcribit lib. III. cap. XXX. Thematicos agonas fuiſſe pecuniarios diximus, de quibus Pindarus *Nemeon* ode X.

Σικυωνόθεν δ' ἀργυρωθέντες
Σὺν οἰνηραῖς φιάλαις ἐπέβαν.

Virgilius lib. V. *Æneid.*

Et palmæ pretium victoribus, armaque, & oſtro
Perfuſæ veſtes. ——

Homerus in funere Patrocli, Athenæus lib. II. de iis ludis qui fiebant in Scirrhis prope Athenas. Suidas in voce περιαγειρόμενοι: λέγεται γὰρ ὅτι ἐξ ἀρχῆς ἆθλα προυτίθεσαν τοῖς ἀγωνιζομένοις. ἐπεὶ δὲ ἤρξαντο χωρὶς ἄθλων ἀγωνίζεσθαι τοὺς νικήσαντας οἱ μὲν κατὰ φιλίαν ἢ συγγένειαν προσήκοντες ςεφάνοις ἀνέδουν. τῶν δὲ ἄλλων οἱ μὲν συγγενεῖς καθήμενοι πλησιάζοντες πλείονος ἄξια ἀπετίθεσαν, οἱ δὲ πορρώτερον ἄνθεσι καὶ φύλλοις ἔβαλλον περιερχομένους. ὡς καὶ νῦν τοῖς ἐπιφανῶς ἀγωνισαμένοις ἐπιβάλλουσι πετάσους, καὶ ζώνας, οἱ δὲ χιτῶνας. ἐκ τούτου συνήθες ἐγένετο κύκλῳ περιπορευομένους τοὺς ἀθλητὰς ἐπαγείρειν, καὶ λαμβάνειν τὰ διδόμενα. Pauſanias lib. II. *Eliacon* ſcribit, Diagoram ab Acuſilao & Damageto Olympionicis filiis ſuis arena media circumlatum injectis floribus, fauſtiſque vocibus cohoneſtatum. In certamine ſi æqua manu uterque diſceſſit, antagoniſtæ ἀήττητοι, & invicti præmium Deo conſecrant, cujus eſt id feſtum, narrante Gellio lib. XVIII. cap. II. Seneca vocat *hieram facere*. Si χρηματίτης ἀγὼν, *pecuniarum certamen* erat, præmium æquis partibus utrique cedebat. Si ſtephanites fuit agon, & coronarius, vel ſorte litem diremerunt, vel arbitrio Judicis. Plutarchus in libro *de Stoicor. contrad* ἐν τῷ περὶ τοῦ δικάζειν, ὑποθέμενος δύο δρομεῖς ὁμοῦ συμπίπτειν ἀλλήλοις διαπορεῖ, *in diſſertatione de judicando, ſubjiciens duos curſores ſimul uno tempore in eundem locum inter ſe concurriſſe, dubitat*, quid brabeutæ faciendum ſit. An Judex poteſt palmam cui vult reddere, ſi fuerint ipſi familiares, quaſi aliquid ſuum aliquo modo utri velit gratificetur. An æquius eſt, quaſi palma ambobus ut quædam hæreditas ſit communis, ut varie det palmam prout fors tulit ſecundum inclinationem. In certaminibus pecuniariis primo victoribus bravium donabatur, deinde erat collectio, tertio a ſpectatoribus folia injiciebantur: tandem erat corona, cum poſt bellum Medicum Græciæ luxus in majus auctus eſſet. Clemens Alexandrin. lib. II. *Pædagog.* ἐν δὲ τοῖς ἀγῶσι πρῶτον ἡ τῶν ἀθλητῶν δόσις ἦν (lego, ἄθλων,) δεύτερον δὲ ὁ ἐπαγερμὸς, τρίτον ἡ φυλλοβολία, τελευταῖον ὁ ςέφανος ἐπίδοσιν λαβούσης εἰς τρυφὴν τῆς ἑλλάδος μετὰ τὰ μηδικά. Cato præter mercedem dabat ſcenicis dona vilia, Græcis quidem betas, lactucas, raphanos, pyra; Romanis vini teſtas, carnes ſuillas, ficus, cucumeres, & lignorum faſces. Plutarchus in *Catone*, δῶρα ἀντὶ τῶν πολυτελῶν τοῖς μὲν ἕλλησι τεῦτλα, καὶ θρίδακας, καὶ ῥαφανίδας, καὶ ἀπίους τοῖς δὲ ῥωμαίοις οἴνου κεράμια, καὶ κρέα ὕεια, καὶ σῦκα, καὶ σικύους, καὶ ξύλων ἀγκαλίδας. Corollarium Varroni eſt omnis additio, & acceſſio lucroſa. Cicero *in Verrem*; Hic quaſi feſtivum acroama ne ſine corollario de convivio decederet, ibidem convivis inſpectantibus emblemata avellenda curavit. Plinius lib. XXI. Paulatim Romæ ſubrepſit appellatio corollis inter initia propter gracilitatem nominatis, mox & corollariis, poſtquam e lamina ærea tenui, & aurata, aut inargentata dabatur. Philo *de Legat.* ſcenicis laudes, honores, præmia, coronas, prædicationes dari ait: εἰ τὰ μηδὲν ὠφελοῦντα τὸν ἄνθρωπον ἐκπονοῦσιν οὕτω τινὲς ὡς ἐπαινεῖσθαι τε, καὶ θαυμάζεσθαι, καὶ γέρα, καὶ τιμὰς, καὶ ςεφάνους μετὰ κηρυγμάτων λαμβάνειν. Firmicus lib. VIII. cap. XX. Celebres faciet ſcenicos, qui in ſacris certaminibus conſtituti pulcerrima conſequantur inſignia coronarum. Sed ut ad ſcenicos qui Romæ agebant, redeamus, theatralis arca fuit, in quam mulctæ inferrentur, & unde ſumptus ludis fierent, ab Alexandro Severo Imperatore inſtituta, de quo Lampridius; *Arcarios inſtituit, ut de arca fiſci ludos ederent*. Novel. LXIII. ἡ θεατραλία vocatur arca theatralis. *Decem*, inquit, *librarum auri illatarum in arcam theatralem tuæ eminentiæ*, εἰσκομιζομένων τῇ θεατραλίᾳ τῆς σῆς ὑπεροχῆς. Præfectum urbis Conſtantinopolitanæ alloquitur. De mercede hiſtrionum Arnobius lib. IV. Et quod nullis poſſit expiari ſatisfactionibus, exoletis, atque irriſoribus numinum dona inſtituuntur, & munera, ab officiis otium publicis, immunitas, & vacatio cum coronis. Lactantius lib. V. cap. XX. Qualis hæc religio, aut quanta majeſtas putanda eſt, quæ adoratur in templis, illuditur in Theatris, & qui hæc fecerint, non pœnas violati numinis pendunt, ſed honorati etiam, laudatique diſcedunt? Theodoretus *de provident.* καὶ τραγῳδίας μὲν, καὶ κωμῳδίας ὑποκριταὶ ἔχουσιν εἰς ὃ βλέποντες τὴν τέχνην μετιᾶσι καὶ τῇ τῶν ςεφάνων ἐλπίδι τῶν πόνων ἀνέχονται. Inſcriptio vetus;

M. VLPIVS AVG. LIB. APOLAVTVS
MAXIMVS PANTOMIMORVM, CORONATVS ADVERSVS HISTRIONES,
ET OMNES SCENICOS ARTIFICES.

Plautus in *Trinummo*:

—— *Euge, euge Luſiteles,*
Facile palmam habes, hic victus vicit tua Comœdia,
Hic agit magis ex argumento, & verſus meliores facit,
Etiam ob ſtultitiam tuam te tueris, mulctam abomina.

Suetonius in *Veſpaſiano*; Ludis per quos ſcena Marcelliani Theatri reſtituta dedicabatur, vetera quoque acroamata revocaverat. Apollinari Tragœdo quadringenta, Terpno, Diodoroque citharœdis ducena, nonnullis centena, quibus minimum quadragena ſeſtertia ſuper plurimas coronas aureas dedit. In *Aug.* c. XLV. Auguſtus corollaria, & præmia alienis quoque muneribus, ac ludis, & crebra, & grandia de ſuo offerebat. Non modo autem coronis, ſed & ſtatuis in Græcia victores donati, ut docet Clemens Alex. in *Proptreptico*, de Eunomo citharœdo, cui cum cicada accinuiſſet, ei ſtatua ærea poſita, in qua cicada expreſſa. Pauſanias in *Phocicis* ſcribit, citharistis qui ſine voce, ſolis fidibus canerent, octava Pythiade coronæ præmium ſtatutum. Idem auctor eſt, ſecunda Pythiade muſicum agonem coronarium factum, qui prius fuerat χρηματίτης, ſeu ἀργυρίτης, ut ait Strabo. Capitolinus de Marco Philoſopho; temperavit ſcenicas donationes, jubens ut quinos aureos ſcenici acciperent. De corollariis hiſtrionis agit, aut de omnibus quæ accipere ſoliti hiſtriones. Lampridius de Alex. Severo;

scenicis nunquam aurum, nunquam argentum, vix pecuniam donavit: spectacula frequentavit cum summa donandi parsimonia. Dabantur scenicis præter certam mercedem lege definitam coronæ, quas ob vilitatem Cicero corollaria vocat. Sed postea ex auro & argento coronæ histrionibus datæ, auctore ejus moris Crasso divite, ut scribit Plinius lib. XXI. cap. III. Sed ut victoribus coronæ & pecuniæ datæ sunt, ita iis qui aliquid in Scena peccassent verbera imposita. Histrio si serius quam oporteret proscenium ingrederetur, vapulabat. Plautus in *Trinummo*:

Enimvero sero quoniam advenis,
Vapulabis arbitratu meo & novorum Ædilium.

In *Cistellar. epilogo*:

—— *Ornamenta ponent postidea loci,*
Qui deliquit, vapulabit, qui non deliquit, bibet.

Coronas autem non Olympionicis tantum, sed & vel maxime Regibus ac Consulibus victoribus dari solitas ostendimus libro *de Triumpho*; unde & aurum Romæ coronarium. Certe aureæ coronæ ab urbibus Græciæ Philippo datæ sunt ob ludos musicos, qui nuptiis filiæ ejus Cleopatræ celebrati. Diodorus Siculus, τέλος δὲ πολλῶν πανταχόθεν πρὸς τὴν πανήγυριν συῤῥεόντων, καὶ τῶν ἀγώνων, καὶ γάμων συντελουμένων ἐν αἴγαις τῆς μακεδονίας οὐ μόνον κατ᾽ ἄνδρα τῶν ἐπιφανῶν ἐστεφάνωσαν αὐτὸν χρυσοῖς στεφάνοις, &c. Id est, *denique multis undique ad panegyrin confluentibus, & ludis ac nuptiis celebratis apud Ægas Macedoniæ urbem, non modo singulatim viri illustres eum coronarunt aureis coronis, sed etiam ipsæ urbes*. Strabo lib. IX. scribit, tibicines victores Pythiis præmia cum coronis consequutos. Item Plutarchus *Sympos.* lib. V. quæst. II. & Athenæus lib. XIV. δίδοται δὲ ὁ στέφανος τῷ ἱλαρῳδῷ, καὶ τῷ αὐλῳδῷ, οὐ τῷ ψάλτῃ, οὐδὲ τῷ αὐλητῇ. Id est, *datur corona hilarodo, & aulœdo, non psalti, aut auletæ*. Quod est contra Strabonem, & Pindarum ode XII. *Pyth.* qui Midæ Agrigentino auletæ victori XXIV. Pythiade coronam datam ait:

Νικάσαντα τέχνᾳ τάν ποτε Παλλὰς ἐφεῦρε.

Id est, *vincentem in arte tibiæ quam Pallas invenit*. Horatius,

Arbiter pugnæ posuit Nearchus
Sub pede nudo palmam.

Id est, neutri favit, sed palmam subjecit pedibus, contra morem brabeutarum, qui brabeon in manu promptum habent, ut victori porrigant. Palmam histrioni victori datam ostendit Plautus in *Amphitru*.

Sive ambissent qui palmam histrionibus,
Sive cuiquam artifici. ———

Datum est & illis argentum cum encomio. Plutarchus in *Lycurgo Rhetore* scribit, eum legem tulisse Athenis ad populum, ut Neptuni certamen non minus tribus anniversariis choris, pompisque in Piræo fieret, victoresque decem minis donarentur, qui primo loco vicissent, qui autem secundo, octo, qui tertio, non minus sex minis. Ejus præterea qui musico certamine vicisset laudes publice decantatæ, ut Lucianus lib. *de Herodoto*. In Græcia θοραγοὶ dicti videntur, qui Romæ ludorum editores. Plutarchus in *Themistocle*, ἐνίκησε δὲ καὶ χορηγῶν τραγῳδοῖς, μεγάλην ἤδη τότε σπουδὴν καὶ φιλοτιμίαν τοῦ ἀγῶνος ἔχοντος, καὶ πίνακα τῆς νίκης ἀνέθηκε τοιαύτην ἐπιγραφὴν ἔχοντα, θεμιστοκλῆς φρεάῤῥιος ἐχορήγει, φρύνιχος ἐδίδασκεν, ἀδείμαντος ἦρχε. Id est, *vicit autem cum sumptus sufficeret Tragœdis, & hoc certamen in pretio jam esset, & tabulam victoriæ dedicavit cum hac inscriptione, Themistocles Phrearius sumptus suppeditavit, Phrynichus docuit, Adimantus præfuit*. Idem in *Andocide* ait, Andocidem choro cyclico, sive annuo certanti dithyrambico tribui suæ sumptus subministrasse. Editorum Romæ ingentes fuere sumptus, ut sæpe in impensam ludorum ab amicis pecuniam acciperent. Seneca lib. II. *de Ben.* cap. XXI. Cyprianus *de opere & eleemosyn.* Rebus, inquit, suis vel obligatis in muneris apparatione, vel venditis, ac nisi editio bona successerit, conviciis ac sibilis ejiciuntur, & furore populari nonnunquam lapidantur. Sed hoc proprie ad gladiatores pertinet. Jam vero moris Romæ fuit, ut gratis spectarent. Neque a populo quicquam theatralis pecuniæ exactum, populus tamen sponte in ludos stipem spargere solitus. Quod institutum est S. Posthumio, Q. Martio Coss. tanta abundantia pecuniæ erat, ut eam populus conferret, ait Plinius lib. XXXIII. cap. X. In Græcia minutum æs dari solitum, ut diximus, puta duo oboli, pro theorico. Theophrastus in *Character.* ἀπόνους προσωπεῖον ἔχων ἐν κωμικῷ χορῷ, καὶ θεάμασι δὲ τοὺς χαλκοῦς ἐκλέγειν καθ᾽ ἕκαστον παριὼν, καὶ μάχεσθαι τοῖς τὸ σύμβολον φέρουσι. Id est, *vecors personatus in comico choro, & in spectaculis æra legit, unumquemque adiens, & pugnat cum iis qui symbolum ferunt*. Gratis enim spectabant qui symbolum seu tesseram ferebant. χαλκοῦς vocat æra minimi pretii, æsculum. Vet. Glos. æsculator, & χαλκολόγος.

CAP. LIX.

De Plausu & Sibilo.

Plausus pene ludi omnibus, sic placuissent, datus est, & ab histrionibus expetitus. Quintilianus lib. V. Et cum sit maxima pars epilogi, amplificatis verbis, atque sententiis uti licet, magnificis atque ornatis; tunc est commovendum Theatrum, cum ventum est ad illud ipsum quo veteres Tragœdiæ, Comœdiæque clauduntur, *Plaudite*. Plautus *Truculento*:

Spectatores bene valete, plaudite, exsurgite.

Item in *Epidico, Curculione, Amphitruone, clare plaudite. Captivis, plausum date*, & in omnibus fabulis. Horatius in *Arte*,

—— *Donec cantor vos plaudite dicat.*

Apulejus l. II. *Flor.* Tertullianus l. I. *in Valentin.* Cicero in *Catone majore*. Suetonius in *Aug.* sub finem. Seneca l. III. *nat. Quæst.* quod vel a grege, vel a persona quæ ultimas partes agebat, dici solitum. Manasses in *Politic.* de Augusto, μεθιστάμενος τῆς τύρβης τῶν πραγμάτων κροτῆσαι βούλομαι πολλοῖς ἐπὶ τελευτῇ μου, καὶ κροταλίσαι χεῖρας. Interdum etiam exsibilati sunt histriones si parum probarentur. Cicero in *Paradox.* Histrio si paulum se movit extra numerum, aut si versus pronuntiatus est syllaba brevior, aut longior, exsibilatur, exploditur. Lib. III. *de Oratore*: Quotus quisque est, qui teneat artem numerorum ac modorum? At in his si paulum modo offensum est, ut aut contractione brevius fuerit, aut productione longius, Theatra tota reclamant. κλωσμὸς vocatur a Græcis. Harpocration, κλωσμὸν ἔλεγον τὸν γιγνόμενον ἐν τοῖς στόμασι ψόφον, ᾧ πρὸς τὰς ἐκβολὰς ἐχρῶντο τῶν ἀκροαμάτων, ὡς οὐχ ἡδέως ἀκρωντῶν. Aristid. orat. περὶ τῶν ἐξορχουμένων. ὥσπερ ἂν τῶν ὑποκριτῶν οἱ ἐκπίπτοντες, καὶ μὴ δυνάμενοι τὸ δρᾶμα περαίνειν κατὰ φύσιν. Id est, *ut histriones qui excidunt, nec possunt fabulam ad finem, ut natura rei poscit, deducere*. Postea συρίττεσθαι eos ait, καὶ κλώζεσθαι ὑπ᾽

αὐτῶν

αὐτῶν θεατῶν, qua voce usus Demosthenes in *Æsch.* ἐτέλεις, ἐγὼ δὲ ἐτελούμην, ἐδίδασκες, ἐγὼ δὲ ἐφοίτων ἐτριταγωνίστεις, ἐγὼ δὲ ἐθεώμην, ἐξέπιπτες, ἐγὼ δὲ ἐσύριττον. Id est, *lustrabas, & ego circumferebar, docebas, ego ibam ut audirem, tertias in fabula partes agebas, & ego spectabam, excidebas, ego sibilabam*. Pollux l.iv. c.xix. ἐδώλια τῇ πτέρναις κατακρούειν, πτερνοκοπεῖν, *tabulata plantis pedum verberare*, quod faciebant cum aliquem sibilo ejicerent. Idem l.ii. πτερνοκοπεῖν, τῇ πτέρναις κτυπεῖν πρὸς τὰ ἐδώλια ἐν τοῖς θεάτροις. Eustathius κλώζειν, ποιὸν ἦχον ἀποτελεῖν τῷ στόματι ἐν τῷ ἀποσυρίττειν τινά. Id est, *certum sonum ore edere in aliquo exsibilando*. Demosthenes *de falsa Legat.* ὅτε μὲν ὁ Αἰσχίνης τὸ θυέστη ἠγωνίζετο, ἐξεβάλλετε αὐτὸν, καὶ ἐξεσυρίττετε ἐκ τῶν θεάτρων, καὶ μονονοὺ κατελεύετε. *Quando*, inquit, *Æschines certabat, ejecistis eum, & exsibilastis e Theatro, & pene eum lapidastis.* De plausu Tacitus l.xiv. tunc primum conscripti sunt equites Romani cognomento Augustanorum, ætate ac robore conspicui: hi dies ac noctes plausibus personare. Lib.xvi. Et plebs quidem urbis histrionum, quoque gestus juvare solita personabat certis modis plausuque composito. Juvenalis vetus Scholiast. Nam antea testis percutiebant saltantibus pantomimis. Has mos erat ut mesochori percuterent manibus. Lib. *de caussis corruptæ eloquentiæ*: Populus auditis in Theatro versibus Virgilii surrexit universus, & forte præsentem, spectantemque Virgilium sic veneratus est, quasi Augustum. Seneca ep.xxix. si intrante te clamor, plausus, & pantomimica ornamenta obstrepuerint. Quintilianus Dialogo de oratoribus, sive quis alius auctor est, & Valerius Maximus l.vi. c.ii. histrionalem favorem pene in utero concipi ajunt. Diphilus cum Apollinaribus ludis inter actum ad eum versum venisset; *miseria nostra magna est*, directis in Pompejum manibus, revocatusque aliquoties a populo. De acclamationibus quæ datæ histrionibus, Tertullianus lib. *de Spectac.* Sed Tragœdo vociferante inter effæminationis modos, illas manus in laudando histrionem fatigare, ex ore quo Amen sanctum protuleris, gladiatori testimonium reddere, εἰς αἰῶνας, alii omnino dicere quam Deo Christo. Non modo autem histrionibus, sed maxime Principibus plausum dabant, ad eamque rem habuere oraria, id est sudaria, quæ jactabant, ut favere se ostenderent. Eusebius l.vii dixit καταςείειν ὀθόνας, *jactare oraria*. Ea Aurelianus Aug. primus populo donavit, quibus uteretur ad favorem, narrante Vopisco. Non soli histriones qui excidissent, & Poetæ, sed etiam Magistratus, & alii qui populo ingrati essent, sibilo explodebantur. Seneca ep.xiv. Cato cum modo per populi levatus manus, & obrutus sputis extra forum traheretur. Cicero *pro Sextio;* qui rumore populi ducuntur, eis sibilus mors est. Cœlius l.viii. *Epist. ad familiares*. In Theatro Curionis, cum Hortensius ingressus est, hic tibi strepitus, fremitus, clamor tonitruum, & rudentium sibilus. Intactus a sibilo pervenerat ad senectutem Hortensius. Sidonius l.iv. *Epist.* in Theatris pastoritiæ fistulæ. Philo in *Cain.* ἐν θεάτρῳ κλωσμῷ συριττόντων καταμωκώμενον, *irrisum strepitu oris sibilantium*. Sed ut viri illustres, si populo ingrati essent, sibilo excepti sunt, ita & si grati, plausus eis datus. Horatius l.i. ode xxix.

—— Datus in Theatro
Cum tibi plausus,
Care Mecænas eques, ut jocosa
Redderet laudes tibi Vaticani
Montis imago.

Claudianus imitatus est l.ii. in *Stilicon.*

—— Quantos proscenia plausus
Ad cælum, quoties vallis tibi Martia ducet
Nomen Aventino, Pallantæoque recessu.

Panegyr. iv.

Consensu caveæ sublatus in æthera clamor,
Plebis adoratæ reboat fragor.

Doctissimus Lipsius plebem adoratam dici vult, quod ori oraria admoverent, ut modulatus esset plausus. Non equidem repugno, sed tamen verius ea verba sic exaudiri posse puto, ut plebs a viris principibus adorari dicatur. Claudianus *de sexto Consulatu Honorii:*

—— Cum regia Circi
Connexum gradibus veneratur purpura vulgus.

Suetonius in *Claudio;* Consules spectacula edentes voce ac manu veneratus est. κρότους Græci vocant *plausus*, qui viris tantum principibus dati. Augustus enim ægre accepit, ὅτι γάϊον κρότοις καὶ ἐπαίνοις ἐτίμησαν in Theatro, ait Dio, id est, *quod Cajum plausu, & laudibus honorassent*. Alii bombum vocant, & βομβήσεις. Philostratus in *Alexandro Seleuciensi:* διςαλὴς δὲ οὕτως τοῖς Ἀθηναίοις ἔδοξεν, ὡς καὶ βόμβον διελθεῖν αὐτοῦ ἔτι σιωπῶντος. *Usque adeo compositus Athieniensibus visus est, ut bombus discurreret ipso adbuc tacente.* Themistius in orat. *Sophist.* ἐπιδεῶς ἔχοντα κρότου τε, καὶ ἐκβομβήσεων. Suetonius in *Nerone*, bombos, imbrices, & testas vocat, c.xx. Qui plausuum genera condiscerent, bombos, & imbrices, & testas nominabant. Bombi graviore sono, quales illi, de quibus Persius,

Torva mimalloneis implerunt cornua bombis.

Martianus Capella l.ii. tympani bombum vocat. Imbrices leviore, quasi crepitantis super tegulas pluviæ, aut collisis imbricibus: testæ acuto, ut testarum crepitus, de quibus Juvenalis sat.xi.

—— Audiat ille
Testarum crepitus. ——

Cymbala dicuntur Plinio l.ii. ep.xiv. plausus, inquit, tantum, ac potius cymbala. Fiebat is plausus, cum dextera digitis junctis, & demissis in manus lævæ cavum pulsaret, & complosiones illæ dulcisonæ manus erant instar cymbalorum. Aristænetus ep.x. l.i. ἡ δεξιὰ τοῖς δακτύλοις ὑποχειμένη τὴν ἀριστερὰν ἔπληττεν εἰς τὸ κοῖλον, ἵνα, φασὶν αἱ χεῖρες σύμφωνοι συμπληττόμεναι τρόπον κυμβάλων. Corippus l.ii.

Emittunt dextras pariter, pariterque remittunt,
Ingeminantque cavos dulci modulamine plausus.

Martialis l.vi. epigr.xxxv.

Quæque sonant pleno vocesque, manusque Theatro,
Cum populus subiti Cæsaris ora videt.

Crepare dixit Horatius l.ii. ode xvii.

—— Cum populus frequens
Lætum Theatris ter crepuit sonum;

Plutarchus in *Sertorio:* ὃν εἰσελθόντα εἰς τὸ θέατρον ὁ δῆμος ἐξεδέξατο τε κρότῳ, καὶ κατευφήμισεν, ὧν οὐδὲ τοῖς πάνυ προήκουσι ἡλικίᾳ, καὶ δόξῃ τυχεῖν ἦν ῥάδιον. *Sertorium*, inquit, *in Theatrum ingredientem populus excepit plausu, & acclamatione, quæ raro viri illustres, & grandævi consequuti sunt*. Libanius in *legatione ad Julianum*, ἤκουσαν οἱ θεοὶ βοῆς ἡλίκης, οὐ πρόσθεν, τῶν μὲν ἀνδρῶν ἐμπεπληκότων οὐ μόνον τὸ θέατρον, ἀλλὰ καὶ τὰς τῆς ὄρους λαγόνας. Id est, *audierunt Dii clamorem, quantus antea non auditus est, hominibus non solum Theatrum implentibus*, &c. Cicero lib.i. *ad Atticum*, ludis & gladiatoribus mirandas ἐπισημασίας auferebamus, sine ulla pastoritia fistula. Tacitus l.xvi. plebs personabat certis modis, plausuque composito, ne quod temporis momentum impari clamore, aut silentio segni præteriretur. Proferebant

enim voces organo dulciores, & sub quadam harmonia citharæ concavum Theatrum per eos resonabat, ut toni potius, quam clamores essent, ut loquitur Cassiodorus. l.I. *Variar.* A Græcis mos ille plausuum petitus. Plato in *Axiocho*; πρὸς ὄχλον ζῶν εἰ ποππυσθείη, καὶ κροτηθείη, δήμου παίγνιον ἐκβαλλόμενος, συριττόμενος, ζημιούμενος. Id est, *ad plebeculæ studium vivens, si plausu accipiatur, populi ludibrium, ejectus, exsibilatus, mulctatus*. Plausus autem a stantibus datus: exsurgebant enim & exsiliebant, ut plauderent. Cicero l.II. *ad Atticum*; Curioni stantes plauserunt. Philostratus in *Arrichione*, βοῶσι γοῦν ἀναπηδήσαντες τῶν θάκων, καὶ οἱ μὲν τὼ χεῖρε ἀνασείουσι, οἱ δὲ τὴν ἐσθῆτα, οἱ δὲ αἴρονται ἀπὸ τῆς γῆς, οἱ δὲ τοῖς πλησίον ἱλαρὸν προσπαλαίουσι. Id est, *clamant exsilientes e sedibus, & hi quidem movent manus, illi vestem, isti tolluntur a terra, nonnulli cum vicinis hilariter luctantur.* Aristenætus l.I. ep.XXVI. ὁ δὲ δῆμος ἀνέστηκε ὀρθὸς ὑπὸ θαύματος, καὶ φωνὰς ἀμοιβαίας ἀφίησιν ἐμμελῶς, καὶ τὼ χεῖρε κινεῖ, καὶ τὴν ἐσθῆτα σοβεῖ, ἔπειτα συγκαθήμενος διηγεῖται καθ' ἕκαστον ἄλλος ἄλλῳ κινήματα πολυτρόπου σιγῆς. *Populus*, inquit, *exsurrexit erectus præ admiratione, & voces alternis modulatas mittit, & manus movet, postea considentes inter se narrant motus silentii multorum mores effingentis.* Arnobius l.IV. Conclamant & assurgunt Theatra, caveæ omnes concrepant fragoribus atque plausu. Propertius,

Stantiaque in plausum tota Theatra juvent.

Apud Suetonium Galba solemni spectaculo plaudentes milites inhibuit datis tesseris, ut manus penulis cohiberent. Mulieres etiam plausum dedere, apud Libanium in *legatione ad Julianum*: Antiochiæ, inquit, γυναικῶν κατὰ τὸν αὐτῶν νόμον οἴκοθεν ἑκάστης συνεκπεμπούσης εὐφημίαν, ἀπὸ τῶν ἐνταῦθα πεπραγμένων. Id est, *cum mulieres de more ex ædibus suis acclamarent ob ea quæ illic gesta erant*. De plausu Cicero *ad Atticum* l.XIV.ep.III. Tu si quid πραγματικὸν habes. Sin minus populi ἐπισημασίαν, & mimorum dicta perscribito. In plausu assurgere, & subsilire populus solebat. Quinctilianus l.II. *Instit.* assurgendi, exsultandique velut in Theatro licentia. Suetonius in *Aug.* & universi quasi de ipso dictum exsultantes comprobassent. Arrianus l. III. *Epicteti* c.IV. ὅρα πῶς ὁ ἐπίτροπος τοῦ καίσαρος θεωρεῖ; κέκραγε, κἀγὼ τοίνυν κραυγάσω. ἀναπηδᾷ, κἀγὼ ἀναπηδήσω. *Vide, quomodo procurator Cæsaris spectat? Si exclamavit, & ego acclamabo; si exsultavit, & ego exsultabo.* Eusebius Samosatenus τοῖς μὴ ἐπαινοῦσι, μηδὲ ὡς ἐν θεάτροις κατασείουσι τὰς ὀθόνας, μηδ' ἐκβοῶσί τε, καὶ ἀναπηδῶσι κατὰ τὰ αὐτὰ τοῖς ἀμφ' αὐτὸν σωματοφύλαξιν ἐπιτιμῶν. *Iis qui se non laudarent, nec ut in Theatro jactarent oraria, nec exclamarent, nec exsultarent, ut ii qui latus ejus cingentes ab eo faciebant, opprobrans & coarguens.* Ut autem Romæ & Athenis viri probi plausu excipiebantur, ita & improbi explodebantur sibilis. Theophrastus in *Character.* καὶ ἐν τῷ θεάτρῳ κροτεῖν ὅταν οἱ ἄλλοι παύωνται, καὶ συρίττειν οὓς ἡδέως θεωροῦσιν οἱ λοιποί. Aristophanes in *Vespis*:

Οἱ δὲ ἀνεκρότησαν πλὴν γε Θεοφράστου μόνου.
Οὗτος δὲ διεμύλλαινεν ὡς δὴ δεξιός.

Alii plausum dederunt, excepto solo Theophrasto, ille sibilabat ore contracto in rictum: διαμυλλαίνει est sibilare rictu oris. dicebant & κλώζειν, κλωσμοσυρίττειν. Verba Theophrasti sic Latine sonant: *In Theatro plausum dare cum alii desierint, & eos exsibilare quos alii libenter spectant.* Isocrates in *Panathenaico*, καὶ τῶν ἄλλων ἰδεῶν τοὺς ἀκούοντας ἐπισημαίνεσθαι καὶ θορυβεῖν ἀναγκαζουσῶν. *Cum aliæ species cogerent audientes plaudere, & tumultuari.* Plato l. III. *de Leg.* τὸ δὲ κῦρος τούτων γνῶναι οὐ σύριγξ ἦν, οὐδέ τινες ἄμουσοι βοαὶ πλήθους καθάπερ τὰ νῦν, οὐδ' αὖ κρότοι ἐπαίνους ἀποδιδόντες. *Cognoscere robur ac firmitatem harum non erat fistula, neque aliqui clamores absurdi, quod nunc fit, neque plausus, qui laudes redderent.* Plausus illi sæpe empti erant, Martiali teste l.VII. epig.LXXIII.

Vendere nec linguam Siculis, plausumque Theatris.

Viri enim ambitione perditi pecuniæ non parcebant, ut hos plausus extorquerent. Cicero *pro Sextio*: Emptos plausus, & exiles, & raros levitate nonnullorum theatrales & gladiatorii consessus exhibent. Videtur hic mos ætate Ciceronis in Rempublicam irrepsisse, sic enim l.IV. *ad Atticum*, cum concio more hoc insulso, & novo plausum meo nomine recitando daret. Ovidius tamen ab antiquo morem hunc repetit I. *Artis*:

In medio plausu, plausus tunc arte carebat.

Postea fuit artificiosus & modulatus, qui non tantum in Theatro, sed etiam in exercitu a militibus datus est. Plutarchus in *Mario*, οἱ στρατιῶται ἐνόπλιόν τινα κρότον, καὶ πατάγῳ συνηλάλαξαν ὑφ' ἡδονῆς. *Milites strepitu quodam, & sonitu armato præ voluptate simul acclamarunt.*

CAP. LX.

De clamoribus & acclamationibus Theatri.

DICTUM est ea de re a Lipsio erudite, dictum & a nobis in *Circo nostro*; hic tamen pauca adnotamus. Quoties in Scena aliquid ageretur quod omnes probarent, exclamabat cavea, lætitiæ & approbationis argumento. Cicero *de Amicitia*, qui clamores semper tota cavea in M. Pacuvii nova fabula, cum ignorante Rege, uter esset Orestes, stantes plaudebant in re ficta. Xiphilinus, Nerone canente ἦν ἀκούειν πῶς αὐτῶν λεγόντων, ὁ καλὸς καῖσαρ, ὁ ἀπόλλων ὁ αὔγουστος. πολλάκις καὶ μέχρις ἑσπέρας ἐξ ἑωθινοῦ παρεξετείνοντο ἐκβοῶντες, *audire erat quodammodo ipsos dicentes, pulcher Cæsar, Apollo, Augustus. Sæpe a mane ad vesperam clamare pertendebant.* Plutarchus in *Galba* θέας οὔσης, καὶ τῶν χιλιαρχῶν καὶ λοχαγῶν τὸ ῥωμαίοις συνηθὲς εὐτυχίαν ἐπευχομένων τῷ αὐτοκράτορι. *Cum spectaculum esset, & tribuni ac centuriones morem solemnem retinerent, ut bona omnia precarentur Imperatori.* Quod & usurpatum in concione populi & in Senatu. Cicero *in Verrem*. factus est strepitus, & grata concionis admurmuratio. Cum autem judiciis se consulturum dixisset, non strepitu, sed maximo clamore suam populus Roman. significavit voluntatem. Idem & in Græcia obtinuit. Plutarchus in *Flaminio*, κραυγὴ μὲν ἄπιστος τὸ μέγεθος διὰ χαρὰν, κόρακες περιπετόμενοι ἔπεσον. *Cum a Flaminio libertas Græciæ renuntiata est, clamor incredibilis magnitudine fuit ob voluptatem*, &c. Legendi Suetonius in *August.* c.XCIX. Volcatius in *Avidio*, Spartianus in *Antonino Pio*, Dio p.429. Sejano, cum in Senatum ingressus esset, ἐπιβοήματα Senatorum data. Quod tanti fuit, ut eæ acclamationes in acta publica mitterentur, & in æs inciderentur. Plinius *Panegyrico Trajani*. Illas acclamationes P.C. in acta publica mittendas & incidendas in ære censuit. Suetonius in *Claudio* c.VII. præsedit spectaculis in Caii vicem acclamante populo felicitatem. Lampridius in *Diadumeno*, Acclamatum Macrino, Imperator Dii te servent. Antoninum Divum omnes rogamus. Jupiter Opt. Max. Macrino & Antonino vitam. Lege Arrianum in *Epict.* l.III.c.IV. Dio Chrysostomus in *Cyneg.* ὁ ὄχλος ἐβόων ποτὲ μὲν πράως καὶ ἱλαρῶς πάντες ἐπαινοῦντές τινας, ποτὲ δὲ σφόδρα, καὶ ὀργίλως. Id est, *turba exclamabat interdum leniter & hilariter, cum omnes aliquos laudarent; interdum vehementer & iracunde.* Lege, si tanti tibi est, *Circum nostrum* sub finem. Marcellinus l.XXVIII. Pro acclamatione dicitur hodie, per te ille discat: nec viris tantum, sed etiam matronis. Zonaras in

Commodo ζήσειας ἐξεβόων. ϰ̀ κύριος εἶ. Suetonius in *Calig.* c.XIII. superflua nomina, sydus, & puppum, & pullum (vocantes.) Mos hic etiam apud Christi cultores. Augustinus ep. cx. Presbyterum Erodium mihi successorem volo. A populo accla- A matum est, Deo gratias, Christo laudes, dictum est vicies ter, exaudi Christe. In vita Augustini; Dictum est sexies decies, te patrem, te Episcopum; dictum est octies. Legendus est locus.

JULIUS CÆSAR BULENGERUS

JULIODUNENSIS

DE THEATRO.

LIBER II.

CAP. I.

De Ludis musicis, & scenicis.



ADHUC ea quæ motu, gestuque corporis sine organis & flexione vocis in Theatro actitata sunt, ut brevissime persequuti sumus. Proximum est ut ad ea deveniamus, quæ cantu ac modulatione vocis, reliquoque musicæ rei apparatu continentur. Quod priusquam perficimus, hoc imprimis fixum esto, ludos omnes in Græcia aut gymnicos fuisse, aut musicos, aut scenicos. a Græcis vocantur ἀγῶνες, a Latinis ludi, quæ vox a Lydis facta est, quos in Hetruriam delatos esse Timæus scribit, ubi deinde ludi usurpati. Polybius admonet, Arcadas, ut feros civium suorum animos mitigarent, ludos reperisse. Augustinus ludos scenicos spectacula turpitudinum, & licentiam vanitatum non hominum vitiis, sed Deorum jussis Romæ institutos ait. Lege Isidorum l.XVIII. c.XVI. Ab Hetruscis Romani accersitos artifices mutuati sunt, ait Tertullianus lib. *de Spectaculis* c.V. Nam & cum promiscue ludi Liberalia vocarentur, honorem Liberi Patris manifeste sonabant. Libero enim a rusticis primo fiebant, ob beneficium quod ei ascribunt, pro demonstranda gratia vini. Tzetzes Chiliade III. c. CCCCLXXV. ludos alios esse vult coronarios, alios donaticos στεφανῖται ἀγῶνες, ἢ δωρῖται. Causam cur donatici dicerentur hanc affert, οἱ ἀθληταὶ λαμβάνειν τὶ χρήζοντες τοῖς ἀγῶσι, μὴ λείρια, ϰ̀ ἄνθη ἢ, ϰ̀ βοτάνων στεφάνες, νικήσαντες διέτρεχον τὴν ἀγορὰν τὸ πλῆθος, ὅθεν ϰ̀ ἀγύρται. Id est, *athletæ consequi aliquid muneris cupientes sacris certaminibus, non lilia, & flores, & herbarum coronas, victores per coronam populi in foro discurrebant, unde & Agyrtæ dicti.* Certe melius eos donaticos, & munerarios vocamus, quibus victores auro, argento, bubus, & cæteris id genus muneribus afficerentur, cujusmodi sunt agones apud Virgilium l.V. *Æneid.* Statium l.VI. *Thebaidos*, & ante alios omnes apud Homerum l. XXIII. *Iliad.* Plutarchus *politicis præcep.* ἀργυρίτην ἀγῶνα videtur alium facere a dorite. ὐκ ἀργυρίτην, ὐδὲ δωρίτην ἀγῶνα πολιτείας ἀγωνιζόμενος, ἀλλ' ἱερὸν ὡς ἀληθῶς. ϰ̀ στεφανίτην, *non certans certamen Reipublicæ argentarium aut munerarium, sed sacrum re vera, & coronarium*, id est, qui non argento, & muneribus corrumpi se sinat, sed laudes tantum, & coronam expectet. Ut argentarii ludi sint, quibus pecuniæ, munerarii quibus alia munera donantur. Pollux l.III. docet, φυλλίνας, & στεφανίτας, *foliaceos*, & *coronarios* vocari agonas, si

B fuerint τὰ ἆθλα ἐν στεφάνῳ μόνῳ. Hesychius φυλλίναι ἀγῶνες ἐν οἷς μὴ ἐτίθετο ἀργύριον, ἀλλὰ στέφανοι, ϰ̀ εἶδός τι κυκεών. Id est, *phullinæ seu foliacei ludi sunt, in quibus argentum non in præmium proponebatur, sed coronæ tantum, & potio quædam Cyceon dicta.* forte foliacei ludi, quibus victores foliaceis coronis donarentur, aut foliis ab astantibus spargerentur. Clemens l.II. c.VIII. ἐν δὲ τοῖς ἀγῶσιν πρῶτον ἡ τῶν ἄθλων δόσις ἦν. δεύτερον δὲ ὁ ἐπαγερμὸς, τρίτον ἡ φυλλοβολία, τελευταῖον ὁ στέφανος ἐπίδοσιν λαβούσης εἰς τρυφὴν τῆς ἑλλάδος μετὰ τὰ μηδικά. Id est, *in cerrtaminibus prima fuerunt præmia, & munera, deinde stipes quæ a victoribus colligerentur, tertia foliorum sparsio, ultima corona, cum rebus ad victum pertinentibus abundaret Græcia exacto bello* C *Medico.* Hoc supra voluit Tzetzes, qui ἀγύρτας, eos dictos autumat. φυλλοβολίαν Tertullianus lib *de resurrect. carnis* vocat florum asperginem. Apulejus jacula floris, serti & soluti. Athenæus l. XIII. ὐ γὰρ στεφανίτης ὁ ἀγών ἐστιν, ἀλλ' ἀργυρίτης. Munera, dona, præmia, bravia, dicuntur ἆθλα, ϰ̀ ἔπαθλα, non tantum in gymnicis agonibus, sed & musicis, auctore Polluce lib. III. c. XXX. Quanquam proprie ἀγωνοθέτης dicitur, qui edit musicos agonas, ἀθλοθέτης, qui gymnicos. Hesychius ὁ μόνα γυμνικὰ, ἀγωνοθέτης ὁ τὰ μυσικὰ ἀκροάματα διατιθέμενος, & Suidas, ἀγωνοθέτης ὁ ἐν τοῖς μυσικοῖς, ἀθλοθέτης ὁ ἐν τοῖς γυμνικοῖς. Philo Judæus pag.550. ἀθλοθέτης τῶν γυμνικῶν ἀγώνων τῆς θέας ἀνείργων γυναῖκας. D *Athlotheta gymnicorum certaminum spectaculo fæminas exclusit.* Promiscue tamen athlotheta pro agonarcha, & agonotheta ponitur, & contra apud Pausaniam in *Eliacis*, ubi primum duos ἀγωνοθέτας fuisse, deinde novem Hellanodicas, denique decem ἀθλοθέτας scribit. Ita & Themistius orat.II. quem prius dixerat ἀθλοθέτην in stadio, eundem postea vocat ἀγωνοθέτην. Quod & cæteri auctores plerumque faciunt, ut pluribus locis, qui passim in his nostris libellis sparsi sunt, videre est. Unde & Plat. τὰς περὶ τὴν μυσικὴν ἀθλητὰς vocat, quia ἆθλα etiam de musicis dicuntur. Ludi musici erant, quos Ptolemæus Musis & Apollini dedicavit, & quemad- E modum athletarum, sic communium scriptorum victoribus præmia & honores constituit, ait Vitruvius procemio lib. VII. Proprie musici agones Pythiis, Nemeis, Isthmiis celebrabantur, atque adeo Olympicis, ut Plinius scribit. Forte post Neronem, qui primus agona musicum Olympiæ celebravit, ut docet Suetonius in *eod.* cap.XXIII. his verbis: *Olympiæ quoque præter consuetudinem musicum agona commisit*; & Philostratus lib.IV. *Apollon.* dicebanturque musici agones, cum aut Poetæ inter se committerentur, aut fidicines, tibicines, citharœdi, quorum nullus usus ludis Olympicis. Philostratus lib.VIII. ἐκέλευσε τὰς ἠλείυς

ὁ νέρων τραγῳδίαν ἀπαγγεῖλαι, καὶ κιθαρῳδίαν, οἷς μήτε θέατρόν ἐστι, μήτε σκηνὴ πρὸς τὰ τοιαῦτα, στάδιον δὲ αὐτοφυὲς, καὶ γυμνὰ ταῦτα. Id est, *jussit Nero Eleos Tragœdiam renuntiare, & citharædorum certamen, quibus neque Theatrum est, neque scena est, ut hi agones edantur, sed stadium spontaneum, ac nativum, & nuda ista.* In Elide tamen apud Lalichmium agones musici celebrati. Pausanias l. II. *Eliac.* ἐν τούτῳ τῷ γυμνασίῳ καὶ βουλευτήριόν ἐστιν ἠλείοις καὶ ἐπιδείξεις ἐνταῦθα λόγων τε αὐτοσχεδίων καὶ συγγραμμάτων ποιοῦνται παντοίων. καλεῖται δὲ λαλίχμιον τοῦ ἀναθέντος ἐπώνυμον. *In hoc*, inquit, *gymnasio senaculum est Eleis, & declamationes ibi fiunt orationum ex tempore, & scriptorum omnis generis; vocatur autem Lalichmium ab auctore*. Pythiis erant nobiles Musicæ agones, quibus victores coronati. Plutarchus lib. *de Musica*, Terpander τὰ πύθια τετράκις ἑξῆς νενικηκὼς ἀναγέγραπται. Item, σακάδας τὰ πύθια νενικηκὼς ἀναγέγραπται. Id est, *Terpander, & Sacadas quater uno ordine Pythiis vicerunt*. Apud Ælianum in *Varia Hist.* Pindarus Poeta certamine Thebis suscepto, cum in auditores indoctos incidisset quinquies a Corinna victus est πίνδαρος ὁ ποιητὴς ἀγωνιζόμενος θήβαις, ἀμαθέσι περιπεσὼν ἀκροαταῖς ἡττήθη κορίννης πεντάκις. Neapoli certamen fuit musicum & gymnicum, Strabo l. I. νυνὶ δὲ πενταετηρικὸς ἱερὸς ἀγὼν συντελεῖται παρ' αὐτοῖς μουσικός τε, καὶ γυμνικός. Rapsodis etiam certaminibus illis locus fuit. Plato lib. III. *de Republ.* κεκοσμημένος ἐσθῆτι ποικίλῃ, καὶ χρυσοῖς στεφάνοις κλαίει τε ἐν θυσίαις καὶ ἑορταῖς ῥαψῳδός. *Ornatus*, inquit, *veste varia, & aureis coronis, flet in sacrificiis, & festis celebritatibus rapsodus*. Erant & musici agones a Nerone, & Domitiano, ceterisque Imperatoribus variis locis instituti Suetonius *Nerone* c. XII. *Instituit & quinquennale certamen primus omnium Romæ more Græco triplex, musicum, gymnicum, equestre, quod appellavit Neronia*. Philostratus *Præfat. ad Iconas*. Statius. Surrentin. Sueton. in *Ner.* c. XX. *Prodire in Scenam concupivit, & prodiit Neapoli primum, ac ne concusso quidem repente motu terræ Theatro, ante cantare destitit, quam inchoatum absolveret* νόμον. Cap. XXI. *Cum magni æstimaret cantare etiam Romæ Neroneum agona ante præstitutam diem revocavit*. Philostratus l. IV. *de vita Apollonii* c. IV. Athenæus l. XIV. Ludos item Capitolinos Domitianus instituit, quibus victores quercu coronarentur. Juvenalis satyr. V.

An Capitolinas deberet Pollio quercus
Sperare, & fidibus promittere.

Albæ quoque certamen musicum, & poeticum fuit. Statius l. IV. *Sylvarum*:

—— *Trojanæ qualis sub collibus Albæ,*
Cum modo germanas acies, modo Daca sonantem
Prælia, Palladio tua me manus induit auro.

De Capitolinis Martialis l. IV. epigr. LV.

O cui Tarpejas licuit contingere quercus!

Lib. XI. epigr. X.

Clarus fronde Jovis, Romani fama cothurni.

Adrianus Smyrnæ Musicum certamen instituit. Artemidorus lib. VII. cap. LXVII. οἶδα δέ τινα κιθαρῳδὸν ἐν σμύρνῃ μέλλοντα ἀγῶνα τὸν ἀδριανοῦ ἀγωνιεῖσθαι. Id est, *novi Smyrnæ quendam citharœdum, qui cum certamen Adriani certaturus esset*. Sacris autem Græciæ certaminibus, etiam Olympicis, musicæ & poeticæ agonas editos esse testantur e Veteribus multi. Acro lib. IV. ode II. *Carm.* Horat. de ludis Olympiis agens: *In eodem agone*, inquit, *Poetæ Heroum laudibus decantandis, & accepto themate certabant, & palma coronabantur*. Dio Chrysost. Diogen. p. 96. Isthmiis, ait, circa templum Neptuni multis quidem Sophistis clamantibus, &

A inter se conviciantibus, multis item scriptoribus legentibus sua scripta, multis Poetis sua poemata canentibus. περὶ τὸν νεὼν ποσειδῶνος πολλῶν μὲν σοφιστῶν βοώντων, καὶ λοιδορουμένων ἀλλήλοις, πολλῶν δὲ συγγραφέων ἀναγινωσκόντων τὰ συγγράμματα, πολλῶν δὲ ποιητῶν ποιήματα ᾀδόντων. Unde discas Poetas ejusmodi certaminibus poemata sua cantillando recitasse: imo & historicos, apud Lucianum, qui Herodotum Olympiis historias suas summo omnium consensu canentem pronuntiasse commemorat. Legendus Plutarchus lib. II. *Sympos.* &
B Diodorus l. XIV. ἔπεμψε δὲ καὶ ῥαψῳδοὺς τοὺς κρατίστους, ὅπως ἐν τῇ πανηγύρει τὰ ποιήματα αὐτοῦ προφερόμενοι ποιήσωσιν ἔνδοξον τὸν διονύσιον, *Misit*, inquit, *Dionysius rapsodos optimos, ut in panegyri poemata ejus proferentes, eum clarum efficerent*. Ita & Romæ Nero in Orchestram, ait Suetonius cap. XII. Senatumque descendit, & orationis quidem, carminisque Latini coronam, de qua honestissimus quisque contenderat, ipsorum consensu concessam sibi recepit, citharam autem a Judicibus ad se delatam adoravit, ferrique ad Augusti januam jussit. Olim rapsodi dicti Homeristæ. Demetrius Phalereus primus in Theatro dedit τοὺς νυνὶ ὁμηριστάς,
C ait Athenæus l. XIV. & lib. I. pag. 19. 20. 21. Dio Chrysostomus *de Sympos.* multos ait εἰς τὰς πανηγύρεις ἐλθόντας ποιήματα ἐπιδεικνῦντας, id est, *in panegyri poemata recitasse*. Plato lib. II. *de Repub.* Tunc, inquit, oportet expectare ut musici agones divisim ac distincte edantur, τότε καὶ τοὺς μουσικῆς ἀγῶνας χρὴ προσδοκᾷν κατὰ μέρος ἀγωνιεῖσθαι, quibus qui vicerunt, suæ artis socios convivio excipiunt. Plutarchus l. I. *Sympos.* q. IV. σωτικλέα τὸν κορωνῆθεν πυθίοις νενικηκότα ποιητὰς εἱστιώμενον τὰ ἐπινίκια, id est, *Soticlem Coronensem victorem Pythiis Poetis victoriæ epulum celebrasse*. Lib. V. q. II.
D τὴν δὲ ποιητικὴν ἀποφαίνομεν οὐκ ὄψιμον, οὐδὲ νεαρὰν ἐπὶ τοὺς ἱεροὺς ἀγῶνας, προπάλαι δὲ στεφάνων ἐπινικίων τυγχάνουσαν. Id est, *poeticam ostendimus non nuper in sacra certamina deductam esse, coronaque donatam, sed ab antiquo*, τὰ μέν γε πύθια τῶν μουσικῶν εἶχε τρεῖς, ἢ τέτταρας ἐπεισοδίους ἀγῶνας. *Pythia*, inquit, *Musicorum habuerunt tres, aut quatuor agonas, qui initium certandi facerent*. Visa item esse ait ἀναθήματα τῆς ἐρυθραίας ποιητρίας ἴσθμια νενικηκυίας, id est, *donaria Eritbreæ Poetriæ quæ Isthmia vicerit*. Plato in *Axiocho*, musicas auditiones, Theatra Poetarum, & cyclios choros eodem numero ponit, μουσικὰ ἀκούσματα, θέατρα ποιητῶν κυκλίους χορούς
E Suetonius in *Augusto* vocat *acroama* c. LXXIV. *aut acroama & histriones, aut etiam triviales ex Circo ludios interponebat*. Athenæus l. XII. περὶ τῶν θεωρημάτων, καὶ ἀκροαμάτων, *de spectaculis, & auditionibus*. Cicero *pro Sextio*; ille ipse ludius non solum spectator, sed actor & acroama. Ita & Plutarchus in *Galba* canum tibicinem ἀκρόαμα εὐδοκιμώτατον vocat. Idem in *Fabio* θέας μουσικάς, καὶ θυμελικάς, musicum agonem appellat, qui graphice describitur a Nonno Heliopolit. l. XIX. *Dionysiac.*

Καὶ πρῶτον κλήροιο τυχὼν τεχνήμονι ῥυθμῷ
F Κεκροπίης ναέτης κιθάρην ἐλέλιξεν ἐρεχθεὺς,
Μέλπων πάτριον ὕμνον, ——
Δεύτερον αἰόλον ἄναξ οἴαγρος ὑφαίνων.

Primus, inquit, *Erectheus sorte hoc dante citharam percussit canens hymnum patrium. Secundo loco Rex Oeager hymnum texens*, &c. Lucianus *adversus indoctum* historiam amœnam de musico certamine, quod Pythiis agi solitum, refert. Evangelus quidam inquit, Tarentinus non obscuro loco natus venit Delphos, τά τ' ἄλλα λαμπρὸς, καὶ δὴ καὶ ἐσθῆτα χρυσόπαστον ποιησάμενος, καὶ στέφανον δάφνης χρυσῆς κάλλιστον, *& rebus aliis splendidus, & vestem auro distin-*

ctam gerens, & coronam pulcherrimam ex aurea lauro, quæ ſmaragdis lauri fructus magnitudine exæquantibus ornata eſſet. At cithara, res viſu mirabilis, apparatu dives ex puriſſimo auro fabricata, annulis, ſigillis, & variis lapillis diſtincta, Muſarumque, Apollinis, & Orphei imaginibus ſculpta, ſpectatores animi ſuſpenſos tenebat. Cum autem certaminis dies veniſſet, tres in ſcenam deſcenderunt, obtigitque ſors Evangelo, ut ſecundo loco caneret. Procedit ille poſt Theſpin Thebanum, qui non male certaverat, auro, ſmaragdis, beryllis, hyacinthis totus collucens. Ipſa purpura quæ auro contexta viſebatur, mirifice hunc B cultum commendabat. Sed cum jam citharam pulſare & canere neceſſe eſſe, perſonat agreſte quiddam, inerſque ac incompoſitum, cantus autem plane ineptus erat ac ſolutus, ita ut omnibus riſui fuerit. Athlothetæ autem irati, τὺς ἀθλοθέτας δὲ ἀγανακτήσαντας ἐπὶ τῇ τόλμῃ μαστιγώσαντας αὐτὸν ἐκβαλεῖν τῦ θεάτρυ, &c. κ) ὑπὸ τ͂ μαστιγοφόρων συρόμενος διὰ μέσης τ͂ σκηνῆς, ϛ τὰ σκέλη καθῃματωμένος ἐκ τ͂ μαστίγων, *hominis temeritate, cum eum loris cæcidiſſent, ejecerunt e Theatro. Ille tractus & raptatus per ſcenam a maſtigophoris, & crura verberibus cruentata habens*, &c. Paulo poſt ſubiit Eumelus quidam Eleus, C pervetuſtam citharam afferens, cujus lignei erant clavuli (κόλλοπες, de quibus infra agemus) veſte amictus, quæ cum corona vix decem drachmis ſeu denariis æſtimaretur, belle canens, commode fides feriens, ἐκράτει, κ) ἀνεκηρύττετο, *victor renuntiatus eſt*. Ubi mihi notes velim, citharœdos coronatos in Theatrum aſcendiſſe; deinde victores Delphica aut Pythia corona inſuper donatos. Addit enim, ἐγὼ ϳ ὁ πένης τὴν δελφικὴν. *Aurea*, inquit, *corona redimitus es, quia dives, ego pauper Delphica*. Legendus Athenæus lib. XIV. Plutarchus in *Philopœm.* qui Nemeis citharœdos in Theatro decertaſſe narrat, D Dio Chryſoſt. orat. *ad Alexandrinos*, quos ad citharæ modos ſæpe pugnaſſe ſcribit, cum in factiones diſtraherentur. Tacitus lib. XIV. Suetonius cap. XXIII. Neronis certamen muſicum commemorant.

CAP. II.

De Muſica Theatrali.

MUSICAM quæ in Theatris uſurpata eſt, non longe a muſicis certaminibus quæ Pythiis, Nemeis, Iſthmiis, Olympiæ, Smyrnæ, E Neapoli, atque adeo Romæ habita ſunt, abſuiſſe certum eſt. Nam utrobique certabant ſub Judice, & frequenti hominum corona in Scenam ſorte prodibant. Suetonius in Nerone cap. XXI. *Ac ſine mora nomen ſuum in albo profitentium juſſit aſcribi, ſorticulaque in urnam cum cæteris demiſſa, intravit ordine ſuo, ſimulque præfecti prætorio citharam ſuſtinentes*. Ariſtoteles lib. VIII. *Politic.* vocat eos theatricæ Muſicæ artifices, τὺς τὴν θεατρικὴν μυσικὴν μεταχειριζομένυς: dicuntur actuarii thymeles C. Theodoſ. l. 21. l. 22. tit. *de diverſ. apparit.* Victruvius lib. V. θυμελικὺς κ) ὀρχηστάς. Juſtinianus Novel. CV. τὺς ἐπὶ τ͂ θυμέλης χορὺς. Cicero ludos F Theatri ſcenicos vocat, quos Pompejus edidit, & in Clytæmneſtra ſexcentos mulos induxit, lib. VII. *Epiſt. ad Familiar.* Ad ſcenicos referuntur oſci ludi, qui lingua Oſcorum veteri peregrina & abſurda ſunt acti. Strabo lib. V. τῶν μὲν ὄσκων ἐκλελοιπότων, καὶ διάλεκτος μένει παρὰ τοῖς ῥωμαίοις, ὥστε καὶ ποιήματα σκηνοβατεῖσθαι κατά τινα ἀγῶνα πάτριον, κ) μιμολογεῖσθαι. *Cum*, inquit, *defecerint Oſci, lingua tamen manet apud Romanos, ita ut poemata quædam, & mimi Oſca lingua in pulpito*

A *certis ludis agantur*. Unde apparet Oſcorum dialecton aliam fuiſſe a Romana. Titinnius apud Feſt. Qui Oſce & Volſce fabulantur; nam Latine neſciunt. Oſcorum ludorum meminit Cicero lib. VII. epiſt. II. *ad Famil.* & Tacitus lib. IV. oſcum quoddam ludicrum tenuiſſimæ apud vulgum oblectationis eo virium veniſſe. Ab oſcis oſcedo, putor oris, quod Oſci opici lingua ad res obſcœnas, a quibus honeſtæ aures abhorrent, abuterentur. Sammonicus cap. XIV.

Hinc oſcedo fugit, linguæ quoque vulnera cedunt.

Juvenalis ſatyr. VI.

B *Nec curanda viris opicæ caſtigat amicæ*
Verba.

Iſidorus lib. IV. *Etymol.* cap. VIII. oſcedo eſt qua infantium ora violantur. Gellio tamen lib. IV. c. XX. oſcedo vitium eſt quo ſæpe oſcitamus, quaſi ab ore, non ab oſcis oſcedo dicta ſit. Feſtus; Opicum quoque invenimus pro oſco. Oſcis enim frequentiſſimus fuit uſus libidinum ſpurcarum. Unde & verba impudentia appellantur obſcœna. Juvenalis ſatyr. III.

Et divina opici rodebant carmina mures.

Sidonius turba & præceps, & opica. Auſonio opicus magiſter, id eſt, ἐῤῥηποποιός. Oſci, ſeu O- C pici Straboni populi Campaniæ, & Thucydidi lib. III. Dionyſ. Halic. lib. I. Catonis verba ſunt, nos ſpurios dicunt, & opicorum cognomento dedecorant. Ut ut ſit, ludi ſcenici ubique in Græcia nobiles fuerunt, uſque adeo ut ne Alexander quidem ab iis abhorruerit, cum gymnicos averſaretur. Plutarchus in *Alexand.* χορὺς ἐγκυκλίυς κ) τραγικῶν ἀγῶνας Alexander dedit. Et Hieroſolymis ab Herode dati ſunt, ut Joſephus ſcribit lib. XV. *Origin.* cap. XI. Cæterum theatralis Muſica mollis fuit & effæminata, cum in muſicis agonibus virilis fuerit, in Deorum ac Heorum laudibus occupata. D Plutarchus lib. *de Muſica*: ἐπὶ μέντοι τῶν ἔτι ἀρχαιοτέρων, ὐδὲ εἰδέναι φασὶ τὺς ἕλληνας τὴν θεατρικὴν μῦσαν. ὅλην δὲ αὐτῆς ἐπιστήμην πρός τε θεῶν τιμὴν, κ) τὴν τῶν νέων παίδευσιν παραλαμβάνεσθαι. *Per initia*, inquit, *ſi vetuſtiora replices, ne Græcis quidem in uſu fuiſſe theatralem Muſicam comperies, cujus omnis ſcientia vel ad Deorum honores, vel ad juventutis inſtitutionem referretur, cum apud eos nulla dum Theatra eſſent, ſed templorum cancellis Muſica contineretur, in quibus honorem Deorum, & virorum fortium laudes prædicabant*: μηδὲ τὸ παράπαν ἤδη θεάτρυ παρὰ τοῖς ἀνδράσιν ἐκείνοις κατασκευασμένυ, ἀλλ᾽ ἔτι τ͂ μυσικῆς ἐν τοῖς ἱεροῖς ἀναστρε- E φομένης, ἐν οἷς τιμὴν τε τῦ θείυ διὰ ταύτης ἐποιῦντο, κ) τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν ἐπαίνυς. *Veroſimile eſt autem & Theatrum, & ipſum* θεωρεῖν *a Deo appellata eſſe*. εἰκὸς δὲ, ὅτι εἶναι (deleo τὸ εἶναι) τὸ θέατρον ὕστερον, κ) τὸ θεωρεῖν πολὺ πρότερον ἀπὸ τ͂ θεῦ τὴν προσηγορίαν ἔλαβεν. Plato lib. III. *de Legib.* διῃρημένη γὰρ τότε ἦν ἡ μυσικὴ κατ᾽ εἴδη τε ἑαυτῆς ἄττα, καὶ σχήματα, καί τι ἦν εἶδος ᾠδῆς εὐχαὶ πρὸς θεύς. ὄνομα δὲ ὕμνοι ἐπεκαλῦντο. κ) τύτῳ δὴ τὸ ἐναντίον ἦν ᾠδῆς ἕτερον εἶδος. θρήνυς δέ τις ἂν αὐτὺς μάλιστα ἐκάλεσε, κ) παιᾶνας ἕτερον. κ) ἄλλο διονύσυ γένεσις οἶμαι διθύραμβος λεγόμενος. legendus eſt eo loco ſub finem lib. III. Id eſt, *diviſa enim tunc erat* F *Muſica in ſpecies quaſdam, & figuras ſeu geſtus, & preces ad Deos erant ſpecies aliqua cantilenæ; hymnos vocant. Aliud genus fuit plane contrarium, threnos dicunt, & pæanas; aliud fuit in honorem Bacchi, & dithyrambum vocant*. Conqueritur ea de re D. Baſilius l. IV. *in Examer*. Sunt, inquit, urbes quædam, quæ a prima luce ad veſperam oculos ſpectatorum ſpectaculis præſtigiatorum omne genus paſcunt, & modos quoſdam fractos, corruptos, ac impudicos audientes non ſatiantur; orcheſtra

ſpectaculis laſcivis abundans, publica ſchola impudicitiæ: *εἰσί τινες πόλεις παντοδαποῖς θεάμασι θαυματοποιῶν ἀπὸ βαθέος ὄρθρου μέχρις ἑσπέρας αὐτῆς ἑστιῶσαι τὰς ὄψεις, καὶ μελῶν τινῶν κεκλασμένων, καὶ διεφθαρμένων ἀκούοντες οὐκ ἐμπίπλανται*. paulo infra. *ὀρχήστρα δ᾽ ἐθυνωμένη θεάμασι ἀκολάστοις, δημόσιον διδασκαλεῖον ἀσελγείας*. Sed ante Baſilium Seneca epiſt. LXXXIV. quaſi rem indignam exaggerat. Noſtris plus cantorum eſt, quam in Theatris olim ſpectatorum fuit; jam omnes vias ordo canentium implevit, & cavea æneatoribus cincta eſt, & ex pulpito omne tibiarum genus, organorumque conſonuit, fit concentus ex diſſonis. Vetus autem Muſica Græcorum licet in odeis, foris, aut Theatris haberetur, nihil tamen habuit effæminati, ſed plane virilis ac robuſta fuit, *οἱ δὲ νῦν τὰ σεμνὰ αὐτῆς παραιτησάμενοι ἀντὶ τῆς ἀνδρώδους ἐκείνης, καὶ θεσπεσίας, καὶ θεοῖς φίλης κατεαγεῖσαν, καὶ κωτίλην εἰς τὰ θέατρα εἰσάγουσι*, ait Plutarchus lib. *de Muſica*. Id eſt, *qui nunc in Theatris Muſicam exercent, veterem honeſtatem averſati, pro virili illa, & divina, Diiſque amica, fractam & garrulam in Theatra induxerunt*. Hoc addo, ſcenicos artifices a citharœdis Theatri, & muſicis agonibus alios eſſe. Illos artifices ſimpliciter vocat Livius libro XXXIX. Multi, inquit, artifices ex Græcia venerunt ejus honoris cauſa; qui ſcilicet in ſcenam prodibant, cum thymelici, & muſici non in Scenam, ſed in orcheſtram, aut pulpitum aſcenderent. Cicero *pro Archia* ſcenicos artifices appellat. Ariſtoteles *problem.* ſect. XXX. q. X. *τεχνίτας τοὺς περὶ διόνυσον*, alii *τοὺς διονυσιακοὺς τεχνίτας*: a Clemente lib. VIII. *Conſtit.* cap XXXII. vocantur *οἱ ἐπὶ σκηνῆς*, a quorum conſuetudine Chriſtiani deterrentur: *τῶν ἐπὶ σκηνῆς ἐάν τις προσείη ἀνὴρ ἢ γυνὴ, ἢ ἡνίοχος, ἢ μονομάχος, ἢ σταδιοδρόμος, ἢ λουδεμπιστὴς, ἢ ὀλυμπιακὸς, ἢ χοραύλης, ἢ κιθαριστὴς, ἢ λυριστὴς, ἢ ὁ τὴν ὄρχησιν ἐπιδεικνύμενος, ἢ κάπηλος, ἢ παυσάσθωσαν, ἢ ἀποβαλλέσθωσαν*. Artifices tamen & de Scenicis, & de Thymelicis ſæpe dicuntur.

CAP. III.

De Muſica.

CUM nos inſtitutus de Theatro ſermo ad muſicos agonas deduxerit, non alienum videbitur, ſi paucula quædam de Muſicæ inventoribus, & partibus delibemus, & digitum ad fontes intendamus, unde cætera peti poſſint. Muſica eſt bene modulandi ſolertia, quæ melicis & rythmicis aſtructionibus continetur, ait Martianus Capella; vel ut Iſidorus, Muſica eſt peritia modulationis, ſono cantuque conſiſtens, cujus primordia Pythagoras reperit ex malleorum ſonitu, & chordarum extenſione percuſſa, ut Caſſiodorus lib. *de Muſica* docet, cum Clemens Alexand. *Protreptico* ſuo velit a Muſis Muſicam repertam, quæ ipſæ vel a *μαίειν*, vel *μαστεύειν*, vel *μῶσθαι*, id eſt, *inquirendo* dictæ ſint. Verius certe magnus ille Moſes *θεοδίδακτος* a Tubal ante univerſam aquarum eluvionem Muſicam repertam eſſe ſcribit. Nonnulli Linum Thebanum, Zethum, & Amphiona ejus artis ante alios omnes laude viguiſſe contendunt. Clemens Alex. lib. I. *Strom.* Idæos Dactylos muſicos rythmos reperiſſe auctor eſt. Solinus autem cap. XVII. Muſica a Cretenſibus reperta eſt, cum Idæi Dactyli modulos crepitu ac tinnitu æris deprehenſos in ordinem verſuum tranſtuliſſent. Strabo libro VII. Muſicam a Dardanis repertam aſſerit: *ἄγριοι δὲ οἱ δάρδανοι τελέως, ὥστε ὑπὸ τῶν κοπρίαις ὀρύσαντες σπήλαια, ἐνταῦθα διαίτας ποιεῖσθαι, μουσικῆς δ᾽ ὅμως ἐπεμελήθησαν, μουσικοῖς ἀεὶ χρώμενοι καὶ αὐλοῖς, καὶ τοῖς ἐντατοῖς ὀργάνοις*. *Dardani cum eſſent oppido agreſtes, ita ut ſpelæa ſub fimo, & ſterquilinio fodientes, ibi verſarentur, Muſicæ tamen ſtudioſi fuerunt, muſicis ſemper uſi & tibiis, & inſtrumentis quæ fidibus intenderentur*. Plutarchus lib. *de Muſica* putat Apollinem omnis Muſicæ repertorem, quæ tibia, & fidibus conſtet: *οὐ μόνον ἡ κιθάρα ἀπόλλωνος, ἀλλὰ καὶ αὐλητικῆς, καὶ κιθαριστικῆς εὑρέτης ὁ θεός. δῆλον δὲ ἐκ τῶν χορῶν, καὶ τῶν θυσιῶν, ἃς προσῆγον μετ᾽ αὐλῶν τῷ θεῷ*. Alii Laſum quendam Hermionea urbe oriundum Muſicæ parentem faciunt. Martianus Capella lib. IX. primo quippe cum Laſus exorſus harmoniæ vim mortalibus divulgaret; ubi Joſephus Scaliger legit, Laſus ex urbe Hermionea. Conjecturam ejus adjuvat Plutarchus lib. *de Muſica*: *λασος δὲ ἑρμιονεὺς εἰς τὴν διθυραμβικὴν ἀγωγὴν μεταστήσας τοὺς ῥυθμοὺς, καὶ τῇ τῶν αὐλῶν πολυφωνίᾳ κατακολουθήσας, πλείοσί τε φθόγγοις, καὶ διερριμμένοις χρησάμενος εἰς μετάθεσιν τὴν προϋπάρχουσαν ἤγαγε μουσικήν*. Id eſt, *Laſus Hermioneus rythmos transferens ad dithyrambicam inſtitutionem, & varios tibiarum ſonos adjungens, pluribuſque phthongis, & diſſipatis utens* (malim *διῃρημένοις*, *diviſis*) *ad mutationem quæ prius fuerat, Muſicam deduxit* malim, *εἰς κατάθεσιν οὐ πρότερον ὑπάρχουσαν*, id eſt, *in ſtatum qui prius non fuerat*. Varii ſcilicet fuere variarum Muſicæ partium repertores: *ἡρακλείδης ἐν τῇ συναγωγῇ τῶν ἐν μουσικῇ, τὴν κιθαρῳδίαν, καὶ τὴν κιθαρῳδικὴν ποίησιν πρῶτόν φησιν ἀμφίωνα ἐπινοῆσαι, τοῦ διὸς ἐξ ἀντιόπης τοῦ πατρὸς δηλονότι διδάξαντος αὐτὸν*, ait Plutarchus. *Heraclides in iis recenſendis qui Muſicæ laude viguerunt, ſcribit primum Amphionem artem cithara canendi, & poeſim quæ ad citharam caneretur, inveniſſe, cum a Jove patre, qui ex Antiopa eum ſuſceperat, didiciſſet*. Olympus Marſyæ diſcipulus enarmonicam Muſicam invenit. Ante eum omnia erant diatona, & chromata: *ὄλυμπος τοῦ ἐναρμονίου γένους εὑρετὴς γεγένηται. τὰ γὰρ πρὸ ἐκείνου πάντα διάτονα, καὶ χρωματικὰ ἦν*. Enarmonium Dorio tono cecinit. Muſica autem omnis tribus principiis oriunda eſt, dolore, voluptate, enthuſiaſmo, quæ ſingula mentem immutant, & vocem inflectunt. Dolores enim flebilem facile ſonum in cantum ducunt. Quare hiſtriones in lamentatione & queſtu ſenſim videmus in cantum delabi (*εἰς τὸ μελῳδεῖν*) vocemque intendere, & ingentes lætitiæ eorum qui levioris ſunt ingenii corpus omne attollunt, & revocant ad motum *ἔνρυθμον* ſaltantium & ſtrepentium (*κροτούντων*.) maxime enthuſiaſmus ponit extra ſe, & a conſueto vocem & corpus abducit. Unde & Bacchationes rythmis utuntur. Plutarchus ſympoſ. I. cap. V. *λέγει δὲ θεόφραστος μουσικῆς ἀρχὰς τρεῖς εἶναι, λύπην, ἡδονὴν, ἐνθουσιασμὸν, ὡς ἑκάστου τῶν αὐτῶν παρατρέποντος ἐκ τοῦ συνήθους τὴν ψυχὴν, καὶ ἐγκλίναντος τὴν φωνήν. αἵτε γὰρ λῦπαι τὸ γοερὸν καὶ θρηνητικὸν ὀλισθηρὸν εἰς ᾠδὴν ἔχουσι*. Quidam putant aſtra Muſicos efficere. Firmicus l. IV. cap. XXXI. Muſicos faciunt, vel ære nervos dulci modulatione percutiunt.

CAP. IV.

De Muſicæ partibus.

MUSICÆ natales expoſuimus, jam ad ejus partes deveniamus. Modulatio eſt ſoni multiplicis expreſſio. Melos eſt actus acuti, aut gravioris ſoni, id eſt, ipſe ſonus acutus, aut gravis feriens aures. Plutarchus c. ult. l. ult. *Sympoſ.* *τὸ μέλος ἐκ τῶν φθόγγων, καὶ τῶν διαστημάτων ἐστί*. Id eſt, *melos eſt e phthongis, & diaſtematis*. Apud Athen. l. XIV. c. VIII. melos proprie carmen modificatum, & *μεμελοποιημένον*, in quo habita eſt ratio harmoniæ,

ut cani possit; talia sunt lyrica. Ideo omnes Poetæ sua carmina odas vocant & mela, ut loquitur Martianus. Melopœæ, ait Capella, differunt genere, aut specie. Genere quidem, ut alia sit enarmonica, alia chromatica, alia diatonos: specie vero quæ gravioribus sonis constat, dicitur ὑπατοειδής, & tragica. Mesoeides dithyrambica est, quæ tonos æquales, mediosque custodit. Netoides dicitur, & nomice, quia plures sonos ex ultimis recipit. Melopœæ differunt tropis, ut Dorio, Lydio, Phrygio. Symphonia Cassiodoro est sonitus gravis cum acuto temperatus modulationem efficiens, sive in voce, sive in organis quæ percutiuntur, sive quæ inflantur. Enarmonicum genus ob difficultatem exolevit, ait Macrobius lib. II. c. IV. *de Somno Scipion.* Chromaticum est infame mollitie. Diatonicum mundanæ Musicæ ascribitur. Plutarchus tamen lib. *de Musica* scribit, Veteres enarmonicum solum attigisse; nam neque chroma, neque diatonum attingebant. Idem ait, χρῶμα πρεσβύτερον εἶναι τῆς ἁρμονίας. τὸ δὲ χρωματικὸν γένος, ἐν τῷ ῥυθμῷ τραγῳδία μὲν οὐδέπω καὶ τήμερον κέχρηται. Enarmonium est, ait Capella, quod pluribus spatiis, & angustioribus separatur. Diatonon, quod tonis copiosum est. Chroma, quod hemitoniis componitur. Sicut enim quod inter album nigrumque est, color dicitur: ita hoc chroma quia inter utrumque est, nominatur. Harmonicum est modulatio ab arte concepta, & ea re cantio ejus maxime gravem & egregiam habet auctoritatem. Chroma subtili solertia, ac crebritate modulorum, suaviorem habet delectationem: diatonon vero, quia naturalis, facilior est intervallorum distantia, ait Victruvius lib. V. cap. IV. ubi vides harmonicum, & enarmonium genus pro eodem poni; nisi forte reponendum sit *enarmonicum*, quod verius puto, cum harmonica Musica de cantu vocali proprie accipiatur, si audiendus est Isidorus. Philo Judæus lib. περὶ τῆς γεωργίας Musicam dividit in rythmum, in meros, seu partem, in melos; & quidem meros esse vult chromaticum, enarmonicum, diatonicum, & diatessaron, diapente, diapason, & disjunctorum ac conjugatorum modulationes. εἰς ῥυθμὸν, εἰς μέρος, εἰς μέλος. καὶ τὸ μέρος εἴς τε τὸ χρωματικὸν καὶ ἐναρμονικὸν, καὶ διατονικὸν εἶδος, καὶ διὰ τεσσάρων, καὶ διὰ πέντε, καὶ διὰ πασῶν, συνημμένων τε, καὶ διεζευγμένων μελῳδίας. Pappus & Cleonides mixtum ex enarmonico, diatono, & chromate repererunt. Vulgo Musicam in tres partes dividunt, harmonicam, rythmicam, & metricam. Harmonica est quæ discernit in sonis acutum, & gravem, ut Cassiodorus loquitur; sic enim apud eum legendum est ex Isidoro lib. II. *Origin.* Rythmica, quæ requiritur in concursione verborum, utrum bene sonus an male cohæreat. Metrica est quæ mensuras diversorum metrorum probabili ratione cognoscit, ut Heroicum, Jambicum, Elegiacum. Martianus Capella existimat, ea quæ ad melos pertinent, harmonica esse, quæ ad numeros, rythmica, quæ ad verba, metrica. Harmonica Musica constat ex vocum cantibus, ait Isidorus; organica ex statu consistit; rythmica impulsu digitorum numeros recipit. Nam aut voce editur sonus, sicut per fauces, aut flatu, sicut per tubam, aut tibiam, aut impulsu, sicut per citharam. Cicero *pro Roscio Comœdo* cantum vocum, nervorum, & tibiarum nominat, ut Musica sit triplex, ore, manu, spiritu edita. Accedit & illud Platonis apud Laertium, μουσικῆς τὸ μὲν ἀπὸ στόματος μόνου, τὸ δ᾽ ἀπὸ τοῦ στόματος, καὶ τῶν χειρῶν, οἷον ἡ κιθαρῳδία, τρίτον ἀπὸ τῶν χειρῶν μόνον, οἷον ἡ κιθαριστική. Nec discedit longius Cyprianus lib. *de Spectac. Græca illa certamina vel in cantibus, vel in fidibus, vel in vocibus.* Vir eruditus delenda esse putat hæc verba (*vel in cantibus*) quasi supervacanea, cum postea de vocibus agat. Equidem proba esse, nec respuenda puto, quod cantus ad tibias, nervos, & organa musica pertineat. Quintilianus lib. I. cap. XII. tibiarum cantus vocat. Cicero I. *Tuscul.* Epaminondas præclare cecinisse fidibus dicitur. Item, summam eruditionem Græci sitam censebant in nervorum, vocumque cantibus. Eodem pertinet illud Ciceronis lib. II. *de Leg.* Ludis publicis, quod sine curriculo, & sine corporum certatione fiat, populi lætitiam in cantu, & fidibus, & tibiis moderantor, eamque cum Divum honore junguntor. Melius fortasse dixeris Musicam omnem aut assa voce contineri, aut assis organis, aut mixtam esse ex organis & voce; sic enim Cato. Melos autem in cantibus est bipertitum: unum quod est in assa voce, alterum organicum. Festus, assa tibia cantus est tibiarum sine voce. Servius, assæ tibiæ quibus canitur sine chori voce. Assum, id est, merum. Asconius, cani Regibus per symphoniacos solebat, ac per assam vocem, id est, ore prolatam. Nonius, assa, id est, voce sola. Varro *de vita populi Rom.* In conviviis pueri modesti ut cantarent carmina antiqua, in quibus laudes erant majorum, & assa voce, & cum tibicine. Assam vocem a Platone μονῳδίαν dici quidam putant; sic enim lib. VI. *de Legib.* μουσικῆς ἀθλοθέτας τὰς περὶ μονῳδίαν τε, καὶ μιμητικὴν, οἷον ῥαψῳδῶν, καὶ κιθαρῳδῶν, καὶ αὐλητῶν, τὰς δὲ περὶ χορῳδίαν. Assa vox autem dicitur metaphora petita ab obsoniis, in quibus assæ carnes sine pigmento saporis alieni visuntur, ait Nonius. Sic axamenta quæ assa voce canuntur, carmina Saliorum apud Festum, aut quia in axibus scripta sunt. Mixtus e voce & organo cantus dicitur psalmus, auctore Basilio *in Psal.* XXIX. ὁ ψαλμὸς λόγος ἐστὶ μουσικὸς, ὅταν εὐρύθμως κατὰ τοὺς ἁρμονικοὺς λόγους πρὸς τὸ ὄργανον κρούηται. Assa vox dicitur ᾠδή. sic ille: ᾠδὴ δὲ φωνὴ ἐμμελὴς ἀποδιδομένη ἐναρμονίως χωρὶς συνηχήσεως τοῦ ὀργάνου. *Psalmus*, inquit, *est sermo musicus, qui consonus harmonica ratione ad instrumentum adjungitur. Ode autem vox est modulata sine organi concentu.* Cicero lib. II. *de Repub.* cantum ac voces vocat. In fidibus, inquit, ac tibiis, atque cantu ipso ac vocibus concentus est quidam tenendus ex distinctis sonis. Assam citharam sonitum ex fidibus vocat Martianus lib. II. Nec tibiarum mela, nec ex fidibus sonitus, nec hydraularum harmonica deerat plenitudo. Qui assis organis utuntur, Græcis dicuntur κιθαρισταὶ, αὐληταὶ, ψιλοκιθαρισταί. Cicero *pro Muræna*; In Græcis artificibus ajunt eos auletas esse, qui citharœdi esse non potuerint. Assam tibiam Plutarchus vocat ψιλὸν μέρος sympos. VII. cap. VIII. οἶμαι δὲ καὶ τὸν Μαρσύαν ἐκεῖνον ὑπὸ τοῦ θεοῦ κολασθῆναι, ὅτι φορβειᾷ καὶ αὐλοῖς ἐπιστομίσας ἑαυτὸν ἐτόλμησε ψιλῷ μέρει διαγωνίζεσθαι πρὸς ᾠδὴν καὶ κιθάραν. Id est, *puto autem Marsyam illum a Deo castigatum, quia phorbæa & tibiis cum os sibi præclusisset, ausus est assa tibia certare cum cithara.* Tibicines ὑπ᾽ αὐλὸν ᾄδειν dicuntur. Plutarchus *de audiendo*, τῶν ὑπ᾽ αὐλῷ ᾀδόντων αἱ πολλαὶ ἁμαρτίαι τοὺς ἀκούοντας διαφεύγουσι. Id est, *multa peccata eorum qui ad tibiam canunt, fugiunt audientes.* Cicero I. *Tusculan.* dixit fundere ad tibiam septenarios. Virgilius Eclog. VIII.

Incipe Mænalios mecum mea tibia versus.

αὐλῳδοὶ canunt ad tibiam. Athenæus lib. XII. αὐλῳδοὶ δὲ παρῆλθον, Διονύσιος ὁ Ἡρακλεώτης. παρῆλθον δὲ καὶ αὐληταί, οἱ πρῶτοι τὸ πυθικὸν ηὔλησαν. Id est, *tibicines advenerunt, Dionysius Heracleotes, adfuerunt & auletæ, qui primi Pythiis cecinerunt.*

Apud eundem συναυλία dicitur citharæ cantus cum tibia conjunctus: περὶ δὲ τῶν αὐλῶν πρὸς λύραν ... ἐπεὶ ... συναυλίας ἔθελ-γεν, *De conjunctione autem tibiarum cum lyra, quia sæpe nos & ipsa utriusque conjunctio demulsit*. Eustathius tamen l. XVI. *Iliad.* συναυλία ἐκαλεῖτο συμφωνία ... ἀμοιβαῖος αὐλῶν καὶ ῥυθμοῦ, χωρὶς λόγου τοῦ προσμελῳδοῦντος. *Synaulia vocabatur symphoniæ certamen alternis tibiæ & gestuum, sine sermone ejus qui caneret*. In Græcis epigram. monaulos dicitur auletes, qui assa tibia canit; ᾄσματα & ᾠδαὶ proprie humana voce fiunt. Dio Chrysostomus *Ad Alexandrinos*, ᾄσματα γυναικῶν, κρόματα ὀρχηστῶν, παίγνια τερετισμάτων. *Cantica mulierum, crumata & pulsus saltatorum, ludicra teretismatum*: τερετίσματα sunt crumata & pulsus citharæ, vel odæ ἀποπλαί, ait Hesychius; cantica vocat Quintilianus lib. I. cap. III. Omne convivium obscœnis canticis strepit, pudenda dicta spectantur.

CAP. V.

De Cantico assæ vocis.

A Vocis definitione exordiendum est, ut via & ratione ingrediamur. Vox igitur est aer spiritu verberatus; unde & verba sunt nuncupata, ut putat Isidorus: vel ut Plutarchus lib. *de Musica*, φωνὴν ἀέρα πεπληγμένον εἶναι αἰσθητὸν ἀκοῇ, *vocem aerem esse percussum, qui auribus percipi possit*. Vox autem acuta est, aut gravis; sonus gravis est cum ex intimo spiritus trahitur, acutus, cum ex superficie oris emittitur, ait Martian. Capella. Vox item aut continua est, ut colloquium: aut divisa, & diastematica, quam in modulationibus servamus: aut mixta, qua carmina recitantur. Diastemata sunt intervalla, id est, vocis spatia, quibus acuta & gravis includitur; ex diastematis fiunt systemata. Tetrachordum est quatuor sonorum in ordine positorum congruens & fida concordia. Pthongi Ptolemæo sunt soni unum & eumdem tenorem tenentes, de quibus legendus Victruvius lib. v. cap. IV. ubi pthongorum ponit XVIII. tropos. Antiqui in lyra eptachordo septem pthongos statuerunt, hypaten & summam, parypaten, hyperypaten, quæ dicitur lichanus, mediam, paramesen, quæ mediæ proxima, paraneten, neten, seu infimam; lichanus supra mediam est; in tetrachordo quatuor. Julianus Cæsar, τούτῳ δὲ τῷ πανηρμονίῳ τετραχόρδῳ παραφύεται δεινόν, καὶ τραχύ, καὶ ταραχῶδες σύστημα. Id est, *assitum est dirum & turbulentum systema huic concordi, & sonoro tetrachordo*. Cantum autem harmonicum qui voce constat (hanc enim harmonicam Musicam vocat Isidorus lib. II. cap. XIV.) ad Comœdos, Tragœdos, choros, cæterosque omnes qui voce canunt, pertinere arbitramur. Vox proprie ab homine proficiscitur; cantus est inflexio vocis. Nam sonus directus est; præcedit autem sonus cantum. Modulationem Capella μελοποιΐαν interpretatur, & soni multiplicis expressionem. Harmonia est modulatio plurium vocum inter se concinentium, vel ut Isidorus ait, coaptatio plurimorum sonorum. Symphonia est moderationis temperamentum ex gravi & acuto concordantibus sonis, sive in voce, sive in flatu, sive in pulsu. Arsis est vocis elevatio, & initium. Thesis vocis est positio, hoc est, finis. Suaves voces sunt subtiles & spissæ, claræ & acutæ. Perspicuæ sunt quæ longius protrahuntur, ita ut omnem impleant continuo locum, sicut clangor tubarum. Vinnolata vox est levis, & mollis, atque flexibilis, dicta a vinno, hoc est, cincinno molliter flexo. Vet. Annal. Caroli magni. Tre-

A mulas, vel vinnulas, sive collisibiles, vel secabiles voces in cantu non poterant perfecte exprimere Franci, frangentes in gutture voces potius quam exprimentes. Cœca vox est quæ mox ut emissa fuerit, conticescit, atque suffocata nequaquam longius producitur, sicut est in fictilibus. Legendus est Isidorus lib. II. cap. XIX. Pæan cantio est quæ clara exsultantique voce citatur. Minuritio minorum avium cantus, auctore Festo. Aristophani μινυρίζειν est *exiliter canere*, Hesychius μίνυρον ὀλίγον. Vet. Glos. minurit, μινυ-

B ρίζει. Spartianus in *Geta*, palumbes minuriunt, id est, querulo & flebili sono cantillant. Cicero I. *de Orat.* Pæanem aut minuritionem citare. Euripides Pæanem ad tibias transtulit in *Troadibus*;

—— αὐλῶν παιᾶνι συγ...,
Συρίγγων τε εὐφθόγγῳ φωνῇ.

Id est, *tibiarum Pæane tristi, & voce consona & modulata tibiarum*. Pæan hilaritatis cantus est & lætitiæ Virgilio VI. *Æneid.*

—— *Lætumque choro Pæana canentes*.

Pro militari barritu Æschylo in septem Thebis,

—— παιᾶνα ... ἐξιακχάσας.

C Id est, ἐπινίκιον. *Pæanem captæ urbis victorem cum furore Bacchico exclamans*. Ovidius lib. II. *Artis*,

Dicite Io Pæan, & Io bis dicite Pæan.

Eustathius, παιὰν ὕμνος εἰς Ἀπόλλωνα ἐπὶ καταπαύσει κακῶν. Id est, *hymnus est in Apollinem ut mala sedet*. Olim erant præmia iis qui hymno canendo vicissent. Pausanias in *Phocicis*, ᾆσαι εἰς τὸν θεὸν ἀρχαιότατον, ἀγώνισμα ἐφ᾽ ᾧ ἆθλα ἔθεσαν. Id est, *canere hymnum in Deum antiquissimum, est certamen in quo præmia posuerunt*. Athenæus lib. XII. ψιλοκιθαριστῶν τῶς ἐπὶ τῶν ἀφώνων κρουμάτων vocat qui assa cithara canerent. In minuritione fuit so-

D nus vibrans, de quo Plinius lib. IX. *Hist. natur.* A luscinia modulatus editur sonus, & nunc continuo spiritu trahitur in longum, nunc variatur inflexo, distinguitur concilo, promittitur revocato, infuscatur inopinato, plenus, gravis, summus, vibrans. A *vibranti* factum vocabulum *vibrissare*, id est, vocem in cantando crispare. Titinnius,

Si erit tibi cantandum, facito usque exvibrisses

Frequentamenta vocis alii vocant.

CAP. VI.

E

De Fibula.

DIXI cantum & cantica proprie vocis humanæ fuisse, ut & Ovidius indicat lib. v. *Metamorph.*

Tunc sine sorte prior, quæ se certare professa est
Bella canit superum.

Ut suavius canerent fibula sæpe cantoribus addita. Juvenalis,

Solvitur his magno Comœdi fibula sumptu.
Sunt quæ chrysogonum cantare vetent.
—— *Nullius fibula durat*
Vocem vendentis Prætoribus.

F Celsus lib. VII. cap. XXV. Galenus lib. VII. cap. I. κατὰ τόπους scribit vocales frequentibus balneis, & laxantibus eduliis usos. Martialis,

Dic mihi simpliciter, Comœdis, atque Tragœdis
Fibula quid confert?

Tertullianus *de coron. milit.* fibulam laxare dixit, lib. *de monog.* supremam fibulam carni imponere. Cornelius Celsus lib. VII. scribit moris fuisse, ut adolescentibus in Venerem ruentibus pudenda fibula trajicerentur. Martialis lib. VII. epig. LXXXI.

Meno-

Menophili penem tam grandis fibula vestit,
Dum ludit media populo spectante palæstra,
Sollicitum voci parcere velle suæ.

Clemens Alexandr. lib. III. *Stromat.* ἐυνεχῶν) ἐξ ἀνάγκης οἱ θεατρικοὶ ἀσκηταὶ. οἵ τινες διὰ τὴν ἀνθολκὴν τ̃ δόξης κρατοῦσιν ἑαυτ̃. Id est, *actores scenici exscindunt sibi virum, qui ambitione illecti seipsos edomant.*

CAP. VII.

De Phonascis.

HABUERUNT & phonascos qui vocem ad cantum flecterent, & formarent, quos ἁρμονικὸς vocat Plutarchus l. περὶ ἀοργησίας. in vet. Glos. φωνασκητὴς dicitur *vociferarius, vocalis, artifex vocis, edomator vocis* Sidonio Apollinari lib. I. epist. II. *præcentor in choris* Apulejo in *Apologet.* a quibusdam χορ̃ κορυφαῖος, quem tamen alium esse a phonasco alibi ostendimus. Alius item est vocalis Gregorio Turonensi lib. *de vita Patrum* c. III. Valentinianus diaconus presbyter, atque vocalis. Tertullianus l. *de Pal.* musicus monitor. Cælio Aurel. lib. II. cap. VI. musicus artifex. Lib. IV. c. VII. musicus præceptor. Lib. II. cap. XIII. magister cantus, & vocis modulator. Sidonius Apoll. lib. I. non sub phonasco vocalium meditatum acroama intonat. Eorum erat præparare ab imis sonis vocem ad summas. Quintilianus lib. II. cap. III. Præparet ab imis sonis vocem ad summas, nec semper a contentione conquiescere licet. Varro in sat. ὄνος πρὸς λύρ.

Phonascus aasum vocis suscitabulum,
Cantantiumque gallus gallinaceus.

Hesychius, τράμις λέγεται φωνή τις ὑπὸ τῶ φωνασκῶν. Id est, *tramis vox quædam est sub phonascis.* erant φωνῆς ἀσκηταὶ, *vocis exercitores.* Ad eam rem utebantur phonascico instrumento, quo vocem vel attollerent, vel summitterent, & tonos moderarentur. Plutarchus περὶ ἀοργησίας, δινκοσμένον συρίγγιον vocat, id est, *fistulam apparatam, & aptam ad eum usum.* Cicero lib. III. *de Oratore.* Quintilianus lib. II. cap. X. & Plutarchus in *Cajo Graccho*, qui cum impetu orationis sæpe raperetur extra se, & voce uteretur asperiori, usus est famulo quodam Licinnio, qui phonascico instrumento voci ejus moderaretur: ὃς ἔχων φωνασκικὸν ὄργανον, ᾧ τὰς φθέγγυς ἀναβιβάζυσι, ὄπισθεν ἑςὼς τ̃ γαΐυ λέγοντος, ὁπηνίκα τραχυνόμενον αἴσθοιτο τῇ φωνῇ, ἢ παραρρηγνύμενον δι' ὀργὴν ἐνεδίδυ τόνον μαλακὸν ᾧ τὸ σφοδρὸν ἐκεῖνος δ' εὐθὺς ἅμα τῦ πάθυς, ἢ τ̃ φωνῆς ἀνιεὶς ἐπραΰνετο. Nero certe nihil serio, vel joco egit nisi astante phonasco, qui moneret, parceret arteriis, ac sudarium ad os applicaret. Ipse etiam Augustus assidue operam dabat phonasco. Legendus Suetonius in *Augusto*, & in *Nerone* cap. XX. Phonascus mollit arterias, ut vox commode attolli possit. Alexander Aphrodis. in *Problem.* οἱ φωνασκοὶ δὲ παιωνίζοντες προμαλακύνυσι τὰ ἀναπνευςικὰ, ἢ τὰς ἀναφωνήσεις παρελάμβανον.

CAP. VIII.

De Mollienda Voce.

FUERE qui ut vocem mollirent, clystere, & vomitu se purgarent, & plumbeam chartam supino pectore sustinerent. Suetonius in *Nerone* c. XX. *Nero plumbeam chartam supinus pectore sustinere, & clystere vomituque purgari, & abstinere pomis, aliisque officientibus, ut vox suavior esset.*

A Idem porro vocem præparabat, ut Plinius l. XIX. c. VI. Mane autem vocem exercitatione fingebant, & acuebant, Aristotele auctore sectione X. *Probl.* τοῖς μετὰ τὰ σιτία κεκραγόσιν ἡ φωνὴ διαφθείρε). ἢ πάντας ἂν ἴδοιμεν τὺς φωνασκῦντας, οἷον ὑποκριτὰς, ἢ χορευτὰς ἕωθεν ἢ νήςεις ὄντας τὰς μελετὰς ποιυμένυς. Id est, *Iis qui clamant post cibum vox corrumpitur, quare videmus omnes eos qui vocem exercent, ut histriones, & qui in choro agunt, mane jejunos vocem exercitatione formare.* Fuit & potio ad molliendam vocem, de qua Plinius lib. XIX. cap. VI.

B

CAP. IX.

De Plasmate.

A PHONASCIS profecta est fictio illa vocis quæ plasma dicitur Persio, & Quintiliano. Persius satyr. I.

—— *Liquido cum plasmate guttur*
Mobile collueri t.

Quintilianus lib. I. cap. VIII. Pronuntiatio plasmate, ut nunc fit, plerisque effæminata. Theophrastus *de Tibiis*, τῦτο δ' ἀναγκαῖον τοῖς μετὰ πλάσματος αὐλῦσι. *Hoc autem*, inquit, *est necessarium*
C *iis qui cum plasmate canunt.* πρὸ ἀντιγενίδυ μὲν ἡνίκα ηὔλυν ἁπλᾶς ῳ. Plinius ita vertit, *usque ad Antigenidem cum adhuc simplici Musica uterentur.* ἐπεὶ δὲ εἰς τ̃ πλάσιν μετέβησαν. *Postquam ad fictionem vocis ventum est.* Plinius lib. XVI. cap. XXXVII. tertia arundo est tibialis calami apertioribus ligulis ad flectendos sonos. Cicero ipse flexiones vocis vocat lib. III. *de Oratore.* Quanto, inquit, meliores sunt, & delicatiores in cantu flexiones, & falsæ voculæ, quam certæ & severæ? Hesychius κάμπτειν interpretatur, τὸ ἐν τῇ ᾠδῇ καμπὰς ποιεῖν, id est, *in cantu flexiones facere.* Unde Aristophanes in *Nubibus*, ἀσματοκάμπτας vocat Vet. Glos. καμπταύλης. Vo-
D piscus in *Carino:* qui flexo tibiarum cantu utitur camptaules. Nam & neurobaten qui velut in ventis cothurnatus ferretur, exhibuit, & teicholaten qui per parietem urso eluso cucurrit, & ursos mimum agentes, & item centum salpistas uno crepitu concinnentes, & centum camptaulas, choraulas centum, etiam pithaulas centum, pantomimos, & gymnicos multos. Plutarchus in sympos. II. c. XI. φωνῆς πλάσμα, ἢ σχῆμα, ἢ διαθέσεις ἑπόμεναι τοῖς λεγομένοις. Id est, *vocis fictio, & gestus, & affectus verbis congruentes.* Hoc genus vocis expressit Persius satyr. I.

—— *Tenerum, & laxa cervice legendum.*
——— *summa delumbe saliva*
E *Hoc natat in labris, & in udo est Mænas, & Atys.*
Rancidulum quiddam balba de nare locutus
Phyllidas, Hypsipylas, vatum & plorabile si quid,
Eliquat, & tenero supplantat verba palato.

Aristoteles lib. περὶ ἀκυςῶν, vocem fractam vocat σαθρὰν, παρερρυκυῖαν, id est, *putrem, diffluentem.* Hesychio φωνὴ χοινίνη, vel χοινία, σαθρὰ, διερρωγυῖα, *vox juncea*, vel *ejuncida, putris, fracta.* Lege Athenæum lib. XV. Theophrastus in *Charact.* ait, linguam in humido esse, quæ fluit inani verborum colluvione, & molli pronuntia-
F tione colliquescit: ὡς ἐν ὑγρῷ ἐςὶν ἡ γλῶσσα. Hostius Poeta apud Macrobium lib. VI. *Saturnal.* cap. III. voces liquatas dixit. Apulejus *Florid.* II. canticum ore tereti semihiantibus in conatu labellis eliquare. Appianus lib. I. ὑγρὰ μελῳδεῖν. Varro apud Nonium, Quinctiporis Clodiani forias, ac poemata gargaridians. γαργαρίζειν est colluere guttur aqua, vel medicamento, apud Dioscoridem lib. II.

CAP. X.

De Cantu in scena.

CANTUM diximus aut assum fuisse, aut cum organo conjunctum, cujusmodi est apud veterem Poetam,

Musica contingens sublimi stamina pulsu
Ingreditur, vulgus auribus ut placeat.
Stat tactu, cantuque potens, cui brachia linguæ
Concordant sensu conciliata pari.

& apud Cyprianum epist. CIII. *Alter cum choris, & cum hominis canora voce spiritu suo quem de visceribus trahit*, &c. Assa voce canebant non tantum cantiunculas vulgares, sed etiam poemata & historias; quod Herodotum fecisse ludis Olympicis cum omnium admiratione scribit Lucianus in *Herodoto*. Ovidius lib. V. *Metamorph.*

Tunc sine sorte prior quæ se certare professa est
Bella canit superum. ——

Et carmina quidem Æschyli myrti ramum tenentes canebant, Homeri laurum. Scholiastes Aristoph. in *Nebulis*, *μυῤῥίνης κλάδον κατέχοντες ᾖδον τὰ αἰσχύλου, δάφνης τὰ ὁμήρου.* Aristophanes,

Ἀλλὰ μυῤῥίνην λαβόντα τῶν αἰσχύλου λέξαι τι μοί.

Eustathius lib. I. *Iliadis*. *εἴ τε καὶ παρὰ τὴν ῥάβδον οἱονεὶ ῥαβδῳδίαι τινὲς οὖσαι, ἀκολούθως καλλιμάχῳ εἰπόντι, τὸ ἐπὶ ῥάβδῳ μῦθον ὑφαινόμενον. δαφνίνη δὲ ἦν ῥάβδος, ἣν κατέχοντες ἐποιοῦντο τὰς τοιαύτας ᾠδάς. διὰ δὲ τὴν αὐτὴν αἰτίαν καὶ στιχῳδούς. στίχοι γὰρ ὑπό τινων αἱ ῥάβδοι ἐλέγοντο.* *Sive*, inquit, *a virga rapsodiæ dictæ sunt, quasi rabdodiæ, quomodo dixit Callimachus, fabulam quæ texitur ad baculum. Laurea autem erat virga, quam manu tenentes ejusmodi cantus canebant. Ab eadem causa dicti & Stichodi. Stichi enim virgæ a quibusdam dictæ.* Iidem & Arnodi vocati. In conviviis Scolion canebant myrtum tenentes. Erat autem Scolion convivale carmen quod in vino canebatur, dictum ex eo quod vino mens obliqua esset, ut Orus Grammaticus; vel ut Suidas, quia facillimum erat, & *μέλος ὀλιγόστιχον*, vel ut Hesychius, quia a doctis tantum canebatur. Dicæarchus de Musica; Triplex odarum genus fuit. Unum, quod omnes pariter uno concentu; alterum, quod viritim singuli per ordinem canebant; & tertium Scolium, quod a peritissimo quoque, ut res in ordine cadebat, succinebatur. Aristoxenus scribit, in nuptiis cum varii circa mensam lecti dispositi essent, accumbentes myrteis per vices sertis redimitos amatoria cantillasse, & canendi vices ob lectorum positum obliquo modo peractas. Aristophanis Scholiast. qui cantum auspicabatur, laureum ramum manu tenens, Simonidis, aut Stesichori odas canebat: deinde cui vellet tradebat, hic tertio, tertius quarto cui vellet, non servato accumbendi ordine, & sic deinceps; unde scholia & obliqua dicta. Idem pene Plutarchus lib. I. *Sympos.* *διὰ τὸ πολυκαμπὲς τῆς περιόδου.* Quintilianus post cænam lyram circumferri solitam. Dicæarchus lib. *de musicis certaminib.* *οἱ γὰρ ᾄδοντες ἐν τοῖς συμποσίοις ἐκ παλαιᾶς τινὸς παραδόσεως κλῶνα δάφνης ἢ μυῤῥίνης λαβόντες ᾄδουσι.* Qui versus Æschyli canebant, myrteum ramum, qui Homeri laureum tenebant, ait Eustathius *ad lib.* I. *Iliad.* Plutarchus lib. *de Musica* Terpandro inventionem Scolii carminis tribuit. Eustathius Scolion de Admeto Thessalo Athenis decantatum ait, cujus initium *ἀδμήτου λόγον, ὦ ἑταῖρε μαθὼν τοὺς ἀγαθοὺς φίλει, τῶν δειλῶν, δ' ἀπέχου, γνοὺς ὅτι δειλῶν ὀλίγα χάρις.* Scoliis enim istis clarorum virorum laudes canebant. Aristoph. in *Vespis*;

A *Ὁ μὲν ᾖδεν ἀδμήτου λόγον πρὸς μυῤῥίνην.*

Aliud Scolium de Harmodio, *φίλτατε ἁρμόδιε οὔ τοί πω τέθνηκας.* Aristophanes in *Acharn.* hujus Scolii meminit,

Οὐδὲ παρ' ἐμοί ποτε τὸν ἁρμόδιον ᾄσεται συγκατακλινείς.

Aliud de Telamone Eustathius:

Παῖ τελαμῶνος αἶαν αἰχμητὰ λέγουσί σ' εἰς
Τροίαν ἄριστον ἐλθεῖν ἀχαιῶν μετ' ἀχιλλέα.

B Plato in *Gorgia*; *οἴομαι γάρ σε ἀκηκοέναι ἐν τοῖς συμποσίοις ᾀδόντων ἀνθρώπων τοῦτο τὸ σκόλιον, ἐν ᾧ καταριθμοῦνται ᾄδοντες ὅτι ὑγιαίνειν μὲν ἄριστόν ἐστι, τὸ δὲ δεύτερον καλὸν γενέσθαι, τρίτον δ' ὥς φησιν ὁ ποιητὴς σκολίου τὸ πλουτεῖν ἀδόλως.* Nonnulli putant Orthium nomon Scolio plane contrarium fuisse, qui toto genere differunt. Jam vero Arnodi dicti *ἐπειδὴ οἱ ἀγωνιζόμενοι ἐν ᾠδῇ ὁμηρικῇ, καὶ νικῶντες ἄρνα ἐλάμβανον ἔπαθλον*, *quod ii qui vicissent Homerico carmine recitando, agnum in præmium acciperent.* Eosdem dictos Homeristas scribit Diomedes lib. III. & Festus. Legendus A-
C thenæus lib. XIV. Plato lib. III. *de Republ.* & lib. VIII. *de Legib.* *τὰ δὲ τῶν ῥαψῳδῶν, καὶ τῶν τούτοις ἑπομένων, καὶ ὅσαι ἐν ἑορταῖς ἅμιλλαι χορῶν ἀναγκαῖαι γίγνεσθαι ταχθέντων τοῖς θεοῖς.* Id est, *quod attinet ad rapsodos, & alios ejus generis, cæteraque certamina inter choros qui Diis instituti sunt.* Erant & vulgares cantiunculæ quæ assa voce canerentur, cujusmodi fuit *ἱμαῖος*. de quo Aristoph. Interpres in *Ranis*. *καὶ τὸ ᾆσμα ὃ ᾄδουσιν οἱ ἀθληταὶ ἱμαῖον.* Aristophanes;

Πόθεν συνέλεξεν ἱμονιοστρόφου μέλη.

Callimachus:

D *Ἀείδει καὶ πού τις ἀνὴρ ὑδατηγὸς ἱμαῖον.*

Dicitur & *ἐπιμύλιος*, & mylothros, quæ a molentibus canitur, *ἣν παρὰ τοὺς ἀλετοὺς ᾖδον. ἱμαλὶς* Doribus *ὁ νόστος, καὶ τὰ ἐπίμετρα τῶν ἀλετῶν.* Eustathius *Iliad.* τ. & φ. *ἐλέγετο καὶ μυλωθρὸς ὁμωνύμως ἀνδρὶ, ἢ γυναικὶ ἀθρούσῃ τὴν μύλην. λέγει δὲ νόστον ἐνταῦθά τινα δαίμονα ἐπιμύλιον τῶν ἀλετῶν, ὃς καὶ εὔνοστος ἐλέγετο.* Id est, *cantilena dicta mylothros eodem nomine cum eo qui molam aspiciat*: *ἐπανταῖος*, vel ut Casaubonus, *ἐπαντλαῖος*, *ἐπίνοστος* dæmon. ejus cantiunculæ initium fuit, *ἄλει μύλα ἄλει*, ut Ælianus lib. VII. cap. IV. *Var.*
E Pollux lib. VII. Plutarchus *Sympos. septem Sapient.* vide Aristot. *Probl.* XIX. cap. XX. Maxim. Tyrium ser. XXI. Pollucem lib. IV. c. IX. Alia cantiuncula Calyce dicta, cujus auctor Stesichorus, de quadam Calyce quæ se vi amoris præcipitavit: *ᾠδὴ καλύκη στησιχόρου ποίημα, ἐπί τινι καλύκῃ κατακρημνισθείσῃ δι' ἔρωτα.* Harpalice quoque dicta est alia cantilena, *ἐπὶ ὁμοίῳ πάθει*, cum & hæc se præcipitem e rupe dedisset. Aliud canticum eodem auctore, quod in plebem maxime probaretur, fuit, *σιδωνιάν ποτε ἄστυ κάδμος ἐκλιπὼν ἀγήνορος παῖς*, apud Hesychium *διεβέβοητο δὲ τὸ μέλος τοῦτο.* Unde
F proverbium *γλυκερῷ σιδωνίῳ.* Lege apud Damascen. pag. 404. 405. cantica Græcorum varii generis. Ejusmodi cantica interponebantur non modo ad voluptatem populi, sed vel maxime ad levandos actores. Victruvius l. v. præfat. Græci quoque Poetæ comici interponentes e choro canticum diviserunt spatia fabularum. Legendus Athenæus l. XIV. de canticis ejuscemodi. Cæterum in Theatro cantica temperabantur modis, non a Poeta, sed a perito artis musicæ factis. Neque enim omnia iisdem modis agebantur in uno cantico, sed sæpe mutatis,

cum tres ſint numeri, qui tres cantici mutatos modos continent, ait Donatus. Symphoniaci pueri videntur iidem fuiſſe cum iis qui mera voce canerent, quanquam omnis concentus ſive voce, ſive fidibus, & flatu fiat, ſymphonia dici poteſt, Lampridius in *Alexandro* vocat eos vocales. Vocalium concentus apud Sidonium lib. I. epiſt. II. & vetus Interpres Juvenalis ſatyr. VI. Omnes pueri vocales fibulas habent in naturis ne coeant. Vet. Gloſſ. vocalis, fabarius, cantor. Iſidorus lib. II. *de divinis officiis*, cur fabarius dicatur cantor, oſtendit. Tibiarum cantum Plinius lib. VIII cap. XLII. ſymphoniæ cantum vocavit. Equorum, inquit, docilitas tanta eſt, ut univerſus Sybaritani exercitus equitatus ad ſymphoniæ cantum ſaltatione quadam moveri videatur. Lampridius in *Alexandro* nanos, & nanas, vocales, & exoletos. Symphoniaci ſervi Aſconio Pædiano dicuntur, per quos remigibus celeuma canitur, & per aſſam vocem, id eſt, ore prolatam, & ut in Argo navi interdum per citharam. Cicero I. *in Verrem:* Ab hac muliere præfectus Antonii quidam ſymphoniacos ſervos adducebat per injuriam, quibus ſe in claſſe uti velle dicebat. ubi Pædianus; Poſſumus, inquit, intelligere ad hoc ſymphoniacos ſervos capi ſolere, ut in claſſe claſſicum pugnantibus canant. Quod minus probo. Græci *συμφωνίαν* vocant conſonantiam, ut Victruvius loquitur, & plurium vocum ſuavem concentum. Plato in *Sympoſio*, *ἡ γὰρ ἁρμονία συμφωνία ἐστι. συμφωνία δὲ ὁμολογία τίς.* Auguſtinus lib. II. *de Civit.* cap. IV. Veniebamus nos etiam ad ſpectacula, ſpectabamus arreptitios, audiebamus ſymphoniacos ludis turpiſſimis, qui Diis Deabuſque exhibentur. Caſſiodoro ſymphonia eſt ſonitus gravis cum acuto temperatus modulationem efficiens in voce, vel in organis quæ percutiuntur, aut inflantur. Non autem cantica tantum in Theatra, verum & in convivia cum mimis & pſaltriis introducebantur, quod mox indicabimus, ubi pauca de muſicis certaminibus ſubjecerimus. De muſico certamine Tacitus libro XIV. Sub Nerone quinquennale ludicrum Romæ inſtitutum eſt ad morem Græci certaminis. Lib. XV. luſtrale certamen vocat. Sub Auguſto Neapolitani quinquennale certamen inſtituerant, muſicum, & gymnicum. Suetonius lib. II. cap. VIII. lib. V. cap. II. Lib. I. Græcorum epigramm. tit. XXV. *Clio citharam, Euterpe Tragœdiam, Melpomene barbitum, Terpſichore tibias, Polyhymnia ſaltationem, Thalia Comœdiam.*

Κλειὼ καλλίχορος κιθάρης μελιηδέα μολπὴν,
Εὐτέρπη τραγικοῖο χοροῦ πολυηχέα φωνήν.

Amphioni tribuitur cithara ſeptichordis:

Σῆς χειρὸς ἀμφίων ἄπονος χάρις, ἑπτάπυλον γὰρ
Πάτρην ἑπταμίτῳ τείχισας ἐν κιθάρῃ.

Citharæ leges fuerunt, ne feſſus reſideret, ne ſudorem niſi ea quam indutui gerebat, veſte detergeret, ut nulla oris, aut narium excrementa viſerentur; poſtremo flexus genu, & cœtum illum manu veneratus, ſententias Judicum operiebatur ficto pavore, ait Tacitus lib. XVI. de Nerone. Cantus Comœdiæ, & Tragœdiæ Philoſtratus lib. VI. *de vita Apollonii* vocat *ψάλσιν κωμῳδίας, καὶ τὴν πυθῶ τοὺς εἰς αὐτὴν ἥκοντας, αὐλῷ τε παραπέμπειν, καὶ ᾠδαῖς, καὶ ψάλσει κωμῳδίας, καὶ τραγῳδίας ἀξιοῦν, & Pythonem quidem dignari eos qui eo veniſſent, tibia, carminibus, & cantibus fidium Comœdiæ, & Tragœdiæ, poſtea dare gymnicos ludos.* De ſymphonia Seneca lib. IX. *Controverſ.* II. Si tribunal conſcenderit convivali veſte, ſi cum claſſicum canere debet, ſymphoniam canere juſſit. Arnobius lib. II. & ſymphoniacas agerent, & fiſtulatorias artes, cantionibus ut præirent obſcœnis numeroſiter, & ſcabillorum concrepationibus ſonoris, quibus ani-

A marum alia laſciviens multitudo incompoſitos corporum diſſolveretur in motus, & ad ultimum clunibus, & coxendicibus ſublevatis lumborum criſpitudine fluctuaret. De mimis Petronius; cum intrans cymbaliſtria, & concrepans æra, omnes excitavit. Intrat cinædus homo, qui ut infractis manibus congemuit, ejuſmodi carmina effudit:

Huc, huc convenite nunc ſpatalocinædi,
Femore facili, clune agili, & manu procaces;
Molles veteres Deliaci manu reciſi.

Juvenalis ſat. XI.

B *—— Ut Gaditana canoro*
Incipiat prurire choro, plauſuque probatæ
Ad terram tremulo deſcendat clune puellæ.

Arnobius lib. II. laſcivia deinde luxuriantis aſſumpta huc atque illuc clunes torquet. Juvenalis ſat. II.

—— & de virtute loquuti
Clunem agitant. ——

Erant cantiunculæ in Theatris ſæpe laſcivæ, & ſcurriles. Gloſſæ Iſidori. Exodium cantio in Theatris ludicra, & ſcurrilis. Aliæ fuere graves, cujuſmodi Tetracomus, de quo Heſychius,
C *τετράκωμος μέλος τι πεποιημένον εἰς ἡρακλέα ἐπινίκιον. ἐκαλεῖτο δὲ τέσσαρες κῶμοι.* A Polluce inter ſaltationes recenſetur. Apud Macrobium Scipio Æmilianus conqueritur puellas ingenuas doceri præſtigias inhoneſtas, cum cinædulis, & ſambuca, pſalterioque ire in ludum hiſtrionum, diſcere cantare, quæ majores, inquit, noſtri ingenuis probro ducier voluerunt. Genus cantilenæ fuit callinicus apud Euripidem in *Medea*,

Δεινὴ γάρ. οὔτοι ῥᾳδίως γε συμβαλὼν
Ἐχθρόν τις αὐτῇ, καλλίνικον ᾄσεται.

Canebatur victoribus callinicus, ut Io triumphe,
D ait Athenæus lib. XIV. Euripides in *Hercule furente*,

Τὸ καλλίνικον μετὰ θεῶν ἐκώμασεν.
Ἔτι τὸν ἡρακλέους
Καλλίνικον ἀείσω.

Idem in *Electra*,

Ἐπάειδε καλλίνικον ᾠδὰν ἐμῷ χορῷ.

Id eſt, *terribilis eſt. Non facile aliquis cum ea inimicum committens, callinicum cecinerit. Callinicum cum Diis decantavit. Herculis callinicum canam. Accine meo choro callinicum.* Vocales autem pueri dicti qui phonaſco dant operam. Victor Uticenſis lib. III. quos ille noverat vocales ſtrenuos, & aptos modulis cantilenæ. Iſidorus lib. II. *de divinis*
E *officiis* cap. XII. cur cantores dicti ſint fabarii, oſtendit. Antiqui, inquit, pridie quam cantandum erat, cibis abſtinebant, pſallentes tamen legumine in cauſa vocis aſſidue utebantur. Unde & cantores apud Gentiles fabarii dicti ſunt. Veteres lamina pectori impoſita ſibi ad cantica exclamanda pſallendis vocibus rationem demonſtravere. Sidonius epiſt. IX. lib. VIII. pſalten vocat, Quintilianus lib. I. cap. XIV. pſaltam. Vet. Gloſ. Pſaltes, nablio, pſalta. Vetus inſcriptio:

F DECVRIONVM COCCEI L. CVRAT.
STRATONE COMOEDO, IBVCO
PSALTE CHRESTO.

Scholiaſtes Juvenalis ſat. XI. Pſaltria, quæ ad molles corporis geſticulationes effracta eſt, quam olim ſympoſiis intromitti ſolemne erat, uſque adeo, ut ne emendatioris vitæ Philoſophi abſtinerent. Macrobius libro II. *Saturn.* cap. I. Quia ſub illorum ſupercilio non defuit qui pſaltriam intromitti peteret, ut puella ex induſtria ſupra naturam mollior canora dulcedine, & ſaltationis lubrico exerceat ille-

cebris philoſophantes. Scholiaſtes Juvenalis ad hæc,

Forſitan expectes ut Gaditana canoro
Incipiat prurire ſono. ——

Quæ ſuo motu faciunt barbatos pati pruriginem. Gellius lib. I. cap. XI. fiſtulatores, tibicinas, fidicinos laſcivientium delicias conviviorum. Puellam ſalticam vocat Tertullianus *adverſus Gnoſticos*, Theodoſius pſaltrias edicto prohibuit, ut Aurelius Victor in *Theodoſ.* & C. Theodoſ. tit. *de Scenicis* l. x. Fidicinam nulli liceat vel emere, vel docere, vel vendere, vel conviviis, aut ſpectaculis adhibere. Claudianus in *Panegyr. Stiliconis:*

—— *Nullo citharæ convivia cantu,*
Non pueri laſciva ſonant. ——

Lex tamen illa non diu tenuit, ut ex iis quæ ſubjiciemus apparebit. Varro in *Eumenidib.* cum pſaltria, & cum Flora lurcare adſtrepit. Quintilianus libro I. cap. III. Omne convivium obſcœnis canticis ſtrepit, pudenda dicta ſpectantur. Ammianus libro XXX. Cumque apponerentur exquiſitæ cupediæ, & ædes amplæ nervorum articulato, ſtatilique ſonitu reſultarent. Spartianus in *Adriano*: In convivio Comœdias, Tragœdias, Atellanas, lectores, poetas pro re ſemper exhibuit. In convivia enim intromittebantur Mimi, Comœdi, Lyriſtæ Sidonius lib. I. epiſt. II. Theodoricus Rex inter cœnandum citharœdum intromiſit. Item, introducuntur mimici ſales, ita ut nullus conviva mordacis linguæ felle feriatur. Caſſiodorus lib. II. epiſt. XL. Cum Rex Francorum convivii noſtri fama pellectus a nobis citharœdum magnis precibus expetiiſſet. Quid enim Muſica præſtantius, quæ cœli machinam ſonora dulcedine modulatur, & naturæ convenientiam ubique diſperſam virtutis ſuæ gratia comprehendit? Plinius lib. III. epiſt. I. Frequenter Comœdis cæna diſtinguitur, ut voluptates quoque ſtudiis condiantur. Seneca ep. LXXXIV. in comeſſationibus noſtris plus cantorum eſt, quam olim in Theatris fuit. Lege Gregorium Nyſſenum orat. *de pauperibus*. De cantandi ſaltandique ſtudio Seneca lib. I. *Contr.* Cantandi ſaltandique nunc obſcœna ſtudia effœminatos tenent animos, & capillum frangere, & ad muliebres blanditias vocem extenuare, mollitie corporis certare cum fœminis, noſtrorum adoleſcentium ſpecimen eſt. In convivia cantores canticorum turpium inducebantur. Perſius ſatyr. I.

—— *Cum carmina lumbum*
Intrant, & tremulo ſcalpuntur ubi intima verſu,
Tunc neque more probo videas, neque voce ſerena
Ingentes trepidare Titos. ——

Ex Corintho fidicines arceſſiti. Sidonius lib. IX. epiſt. XIII.

Bimari remittat urbe
Thymelen, palenque doctas
Tepidas ad officinas,
Cithariſtrias Corinthus;
Digiti quibus ſonantes
Pariter ſonante lingua
Vice pectinis fatigent
Animata fila pulſu.
Date & æra fiſtulata
Satyris amica nudis.

Pocillatores cantillantes præbebant pocula. Horatius epiſt. II. lib. II.

Quin etiam canet indictum, ſed dulce bibenti.

Petronius; Potionem popoſci, paratiſſimus puer non minus me acido cantico excepit. De Gaditanis puellis Martialis lib. XIV. epig. CCIII.

Tam tremulum criſſat, tam blandum prurit, ut ipſum
Maſturbatorem fecerit Hippolytum.

Lib. III. epig. LXIII.

Cantica qui Nili, qui Gaditana ſuſurrat.

Lib. VI. epigr. LXXI.

Edere laſcivos ad Bætica crumata geſtus.

Ex Gadibus enim, ex Hiſpania, Syria, Ægypto crotaliſtriæ, pſaltriæ, & pueri dicaces petebantur. Virgilius,

Copa Syriſca caput Graja redimita mitella,
Criſpum ſub crotalo docta movere latus.

Statius lib. I. *Sylvar.*

Hoc plaudunt grege ludiæ trementes,
Illic cymbala tinnulæque Gades,
Illic agmina confremunt Syrorum.

Idem lib. V.

Non ego mercatus Pharia de puppe loquaces
Delicias, doctumve ſui convitia Nili,
Infantem linguaque ſimul, ſalibuſque protervum.

Quintilianus libro I. *Inſtit.* cap. II. verba ne Alexandrinis quidem permittenda deliciis, riſu, & oſculo excipimus. Seneca in *Conſolat. ad Albinam.* Itaque loquax, & ingenioſa in contumelias Præfectorum provincia, in qua etiam hi qui vitaverunt culpam, non effugerunt infamiam. De Ægypto loquitur. Herodianus lib. IV. ſcribit, Alexandrinos eſſe φιλοσκώμμονας, καὶ λέγειν εὐστόχως, ὑπογραφὰς, ἢ παιδιὰς ἀπορριπτοῦντας εἰς τοὺς ὑπερέχοντας, πολλὰ χαρίεντα μὲν αὐτοῖς δοκοῦντα, λυπηρὰ δὲ τοῖς σκωφθεῖσι. quod idem docet Dio lib. XXXIX. Ex ea urbe, ut & ex Syria, pantomimi, pſaltriæ, cantores, pueri dicaces. Juvenalis,

Jam dudum Syrus in Tiberim defluxit Orontes,
Et linguam, & mores, & cum tibicine chordas
Obliquas, nec non gentilia tympana ſecum
Vexit, & ad circum juſſas proſtare puellas.
Ite quibus grata eſt picta lupa barbara mitra.

Cantica & pſalteria in cænis adhibita docet Plutarchus ſympoſ. IV. quæſt. VIII. Suidas pſalteria naula vocari ait. Sophocles apud Plutarchum,

Οὐ ναῦλα κωκυτοῖσι, ἡ λύρα φίλα.

Strabo lib. X. Nablia pſalteria quæ utraque manu pulſantur. Ovidius,

Diſce etiam duplici genialia nablia palma
Vertere, conveniunt dulcibus illa modis.

Ambroſius lib. III. de utilitate jejunii, pſalteria docet adhiberi conviviis, ut libidines incitentur. S. Hieronymus epiſt. *ad Dardan.* pſalterium interpretatur laudatorium, quod formatum fuerit in clypei quadrati modum chordarum decem. De cantico convivali Manilius,

Ille dabit cantus inter convivia lætos.

Seneca *de beata vita* cap. XI. de Apicio, & Nomentano; vides hos e ſuis lectis ſpectantes popinam ſuam, aures vocum ſono, ſpectaculis oculos oblectantes. Macrobius lib. II. c. IV. delectatus inter cænam pueris ſymphoniacis. Capitolinus de Vero; Adduxerat ſecum & fidicines, & tibicines, hiſtriones, ſcurraſque mimarios, & præſtigiatores, & omnia mancipiorum genera, quorum Syria & Alexandria paſcitur voluptate.

CAP. XI.

De Vocibus Iuleis.

VIDEO dubitari quæ ſint Iuleæ voces apud Lactantium in *Phœnice*;

Quam nec Iuleæ voces, nec tibia poſſit
Muſica cyrrhæis aſſimilare modis.

Nonnulli arbitrantur fuiſſe cantus ſolemnes haberi ſolitos ludis quinquennalibus inſtitutis a Nerone & Domitiano. Tzetzes Chiliade XIII. cantum eſſe vult. Meminit & Clemens Alexandrinus lib. VI. *Strom.* p. 279. & ex Eratoſthene citat hunc locum,

Χερνῆτις σεἰχȣσα καλὰς ἤειδεν ἰȣ́λȣς.

Athenæus l.xiv. ſcribit, manipulos in cumulum congeſtos vocari iulos,& hymnos in Cererem iulos. τὰς καρπȣ̀ς ϗ̀ τȣ̀ς ὕμνȣς τȣ̀ς εἰς τ̃ θεὸν καλȣ̃σι ϗ̀ ἰȣ́λȣς. Euſtathius *Iliad.* σ. δήμητρος ἴȣλος ϗ̀ συνθέτως δημητρίȣλοι ὕμνοι εἰς δήμητραν, οἳ ϗ̀ καλλίȣλοι, ϗ̀ ἐπιφώνημα ἐμμελὲς τὸ,

Πλεῖςον ȣ̃λον ȣ̃λον, ἴȣλον ἵει.

Fructus, inquit Athenæus, *& hymnos in Cererem vocant ulos, & iulos.* Euſtathius, *Cereris iuli, & demetriuli una voce hymni ſunt in Cererem, qui & calliuli dicuntur, & acclamatio fuit conſona; Plurimum fructum julum mitte.* Polluci l.i. dicitur Demetrulus, aut Demetriulus. Monet item Athenæus ἴȣλον dici cantilenam lanificarum, τ̃ τῶν ταλασιȣργῶν ᾠδὴν. αἱ δὲ ἴȣλοι καλȣ́μεναι ᾠδαὶ δήμητρι ϗ̀ περσεφόνῃ πρέπȣσι. *Iulei cantus Cereri, & Proſerpinæ canuntur.* Euſtathius *Iliad.* σ. ἡ μὲν τοι ἐξ ἐπιχάρμȣ χρῆσις ἐθέλȣσα τὸν αἴλινον ᾠδὴν ἰςȣργȣ́ντων εἶναι, ȣ̓ τὸν λίνον τὸ κύριον ἐγκεῖσθαι τῷ αἰλίνῳ βȣ́λεται, ἀλλὰ τὸ λίνον. *Epicharmus cum ælinon cantiunculam lanificarum eſſe vult, linus in voce ælinus non eſt nomen proprium viri, ſed linus ſignificat.* Ibidem oſtendit Euſtathius lityerſen τῶν θεριςῶν ᾠδὴν εἶναι *meſſorum*: βȣκολισμὸν τ̃ τῶν βοσκόντων. Lityerſes Midæ nothus, meſſor inſignis laudari ſolitus. Bucoliſmus, cantiuncula paſtorum. Imæus quibuſdam cantio quam concinunt ἀντληταὶ, id eſt, *aquarum hauſtores*. Callimachus.

Ἀείδει ϗ̀ πȣ̃ τις ἀνὴρ ὑδατηγὸς ἱμαῖον

Canit aliquis aquam hauriens Imæum. τήνελλος Ariſtophanis Scholiaſtæ eſt κρȣμάτιον, id eſt pulſatiuncula, quæ in victoria editur, vel lyræ harmonia. Ariſtophanes.

Ἀλλ᾽ ἐὰν μὲν τοίγε νικᾷς τῇ βοῇ τήνελλος εἶ.

Si ſuperas voce tenellus es, id eſt, victor. Cantilena ἐπινίκιος τήνελλα καλλίνικε. Pindarus ode ix. *Olymp.*

τὸ μὲν ἀρχιλόχȣ μέλος
φωνᾶεν ὀλυμπίᾳ,
καλλίνικος ὁ τρίπλοος κεχλαδὼς,
ἄρκεσε κρόνιον παρ᾽ ὄ-
χθον ἡγεμονεῦσαι
κωμάζοντι φίλοις ἐφαρ-
μόςῳ σὺν ἑταίροις

ubi Scholiaſtes; τὸ ἀρχιλόχȣ μέλος τοῖς νικῶσι τὰ ὀλύμπια ᾔδετο. ἦν τρίςροφον, κοινῶς δυνάμενον ἁρμόζειν ἐπὶ παντὸς νικηφόρȣ, διὰ τὸ τ̃ πράξεως αὐτῆς ψιλὸν ἔχειν τὸν λόγον, μήτε δὲ ὄνομα, μήτε ἰδίωμα ἀγωνίσματος. *Archilochi vocale melos in Olympia, callinicus triplex ſonans ſatis fuit, ut ad collem Saturnium Ephar moſto comeſſanti cum caris ſociis viam præiret. Archilochi melos tribus ſtrophiis conſtat, cuilibet victori poteſt aptari qui rem tangit, non nomen certaminis.* Tenellum volunt eſſe filium Apollinis ex Melia Oceani filia, vatem apud Iſmenum ubi μαντεῖον ejus Iſmenium ἐπιλήνειος ᾠδὴ, ad torcular Baccho ſacra cantilena. Lego Athenæum l.xiv. c.iii. ubi Caſaubonus multa & præclara.

CAP. XII.

De Meſochoro, Hilarodo, Magodo, & aliis.

IN Theatro fuere meſochori, lyriſtæ, choraulæ, tympaniſtriæ, pſaltriæ, hilarodi, ſimodi, magodi. Sidonius l.i. c.ii. Nec ſub phonaſco vocalium meditatum acroama ſimul intonat, nullus ibi lyriſtes, choraules, meſochorus, tympaniſtria, pſaltria. Lyriſten intelligo qui aſſa & mera lyra canat ſine voce. Choraulen, qui in choro tibiam inflet. Apulejus lib. *de Deo Socratis*. Sidonius in *Narbone*:

Quid dicam cithariſtrias, choraulas?

Meſochorus in medio choro ſtetit, ut ſignum canendi daret. Plinius l.ii. ep.xiv. Hoc infiniti clamores commoventur, cum meſochorus dedit ſignum. Meſochorus item ſaltatorem plauſu & crepitu juvabat. Vet. Scholiaſtes Juvenalis ſatyr. vi. Antea teſtis percutiebant ſaltantibus pantomimis. Mos erat ut meſochori percuterent manibus. Pſaltriæ & tympaniſtriæ puellæ ſalticæ fuerunt, ut loquitur Joannes Saliſberienſis *Polycrat.* l.viii. c.xii. vel potius ſaltatrices, quæ nudæ fluctuantibus lumbis ac criſpantibus obſcœno motu in conviviis pruriginem ſpectantibus conciliarent. Hilarodi erant qui ludum gravitate temperant, & hilaritate carmina ſua condiunt. Athenæus l.xiv. ex Ariſtotel. σεμνότερος δὲ τῶν τοιȣ́των ἐςὶ ποιητῶν ὁ ἱλαρῳδὸς καλȣ́μενος. ȣ̓δὲν γὰρ σχινίζεται, χρῆται δὲ ἐσθῆτι λευκῇ ἀνδρείᾳ, ϗ̀ ςεφανȣ̃ται χρυσȣ̃ν ςέφανον, ϗ̀ τὸ μὲν παλαιὸν ὑποδήματι ἐχρῆτο, νῦν δὲ κρηπῖσι. ψάλλει δὲ αὐτῷ ἄῤῥην ϗ̀ θήλεια, ὡς ϗ̀ τῷ αὐλῳδῷ. *Hilarodus plus gravitatis habet quam ii quos ſupra poſui. Non enim frangitur in motus parum viriles, utitur veſte virili, corona aurea coronatur; olim calceo uſus eſt, nunc crepida, pſallit ei mas & fœmina, ut & tibicini.* Dicti ſunt & ſimodi a Simo Magnete Poeta hilarodo elegante, ait Ariſtoteles. Magodus dicitur qui muliebres & viriles perſonas ſumit, minuſque gravis eſt quam hilarodus. Athenæus l.xiv. c.iv. μαγῳδὸν τὸν ἀνδρεῖα ϗ̀ γυναικεῖα πρόσωπα ὑποκρινόμενον. Frangebatur in motus & voces effæminatas. Hilarodi Tragœdiæ ſerviunt, magodi Comœdiæ. τ̃ μὲ ἱλαρῳδίαν σεμνὴν ȣ̓̃σαν παρὰ τ̃ τραγῳδίαν εἶναι, τ̃ δὲ μαγῳδίαν παρὰ τ̃ κωμῳδίαν.

CAP. XIII.

De Chori Canticis.

IN Theatro proprium choro fuit, ut aſſa voce caneret, ac e multis vocibus concentum unum efficeret, quanquam & alicubi tibiæ interpoſitæ ſunt. Seneca ep. LXXXIV. Non vides, quam multorum vocibus chorus conſtet, unus tamen ex omnibus ſonus redditur. Aliqua illic acuta eſt, aliqua gravis, aliqua media. Accedunt viris fæminæ, interponuntur tibiæ. Singulorum ibi latent voces, omnium apparent. Unus ex omnibus fuit, qui tonum præiret cuique, ne deerrarent, & diſcordes fierent. Ariſtoteles *de mundo*, καθάπερ δὲ ἐν χορῷ κορυφαίȣ κατάρξαντος συνεπηχεῖ πᾶς ὁ χορὸς ἀνδρῶν, ἔσθ᾽ ὅτε ϗ̀ γυναικῶν, ἐν διαφόροις φωναῖς ὀξυτέραις ϗ̀ βαρυτέραις μίαν ἁρμονίαν ἐμμελῆ κεραννύντων. κατὰ τὸ ἐνδόσιμον ὑπὸ τȣ̃ κορυφαίȣ προσαγορευθέντος. *Ut in choro Coryphæo incipiente univerſus chorus ſimul accinit virorum, & mulierum, in diverſis vocibus acutis & gravibus unum concentum miſcentibus. Secundum rythmum a Coryphæo præſcriptum.* Philoſtratus in *Venere*: ϗ̀ ἡ διδάσκαλος ὑποβλέπει τ̃ ἀπᾴδȣσαν κροτȣ̃σα τὰς χεῖρας, ϗ̀ τὸ μέλος ἱκανῶς ἐμβιβάζȣσα. Id eſt, *& magiſtra reſpicit eam quæ in cantu diſcordat plaudens manus, & in melos ſufficienter deducens.* Quæ verba imitatus eſt Ariſtænetus lib. i. ϗ̀ ἡ διδάσκαλος ἐπέβλεπε τ̃ ἀπᾴδȣσαν, ϗ̀ εἰς τὸ μέλος ἱκανῶς ἐνεβίβαζε χειρονομȣ̃σα τὸν τρόπον: Id eſt, *& magiſtra chori reſpiciebat eam quæ in cantu diſcordaret, & in melos commode deducebat manu tonum aſſignans.* Quam interpretationem veram eſſe locus Philoſtrati do-

docet, legendumque ἀπάδυσαν, non ἐπάδυσαν, ut vulgo. Olim chorus in Tragœdiis totam fabulam peragebat, ait Ariſtoteles l. *de Poetica*, διεδραμάτισεν. Poſtea Theſpis unum actorem induxit, Æſchylus alterum. Idem contraxit choros nimium extenſos refugiens prolixas illas monodias, ut ſupra oſtendimus. Chorus autem primum repertus eſt a Philammone Delphico, circa templum Delphicum inſtitutus, auctore Plutarcho lib. *de Muſica*: φιλάμμωνα χορὸς πρῶτον περὶ τὸ ἐν δελφοῖς ἱερὸν στῆσαι. Is partes ſuas non modo cantu, ſed etiam certo genere ſaltationis peragebat; cujus rei originem ab agricolis arceſſit Tibullus,

Agricola & minio perfuſus Bacche rubenti
Primus inexperta duxit ab arte choros.

Poſtea chorus cum in ſcenam inductus eſſet, per initia totam fabulam peregit: ubi res longius progreſſa eſt, pro auctore & reliquis pauca præfatus eſt. Iſocrates *Panathen.* καὶ περὶ ἐμοῦ αὐτοῦ, καὶ περὶ τῶν ἄλλων, ὥσπερ χορὸς πρὸ τοῦ ἀγῶνος, προαναβάλλεσθαι ταῦτα ἐβουλήθην. Id eſt, *& de me ipſo, & de aliis, quaſi chorus ante certamen, præmittere iſta volui.* Horatius in *Arte*,

Actoris partes chorus, officiumque virilo
Defendat. ——

Tandem ita res deſcripta eſt, ut duæ partes Tragœdiæ præcipuæ eſſent; ſcenica, quæ ab hiſtrionibus peragitur in ſcena, ſeriemque rei geſtæ exhibet; chorica, quæ ornatus fere cauſa e viris & fæminis in Tragœdiis interponuntur, & res ab hiſtrionibus expoſitas aut querelis, aut hymnis proſequitur. Horatius de choro loquens,

—— *Neu quid medios intercidat actus*
Quod non propoſito conducat, & hæreat apte.
Ille bonis faveat & concilietur amicis,
Et regat iratos, & amet peccare timentes.

Moris autem erat, ut in viis tibicen perſonis choricis præiret: ut vetus Scholiaſtes. ἐν ὁδοῖς τῶν τῆς τραγωδίας χορικῶν προσώπων αὐλητὴς προηγεῖτο, ὥστε αὐλοῦντα προπέμπειν. In Comœdiis quoque chorus fuit viginti & quatuor perſonis conſtans, vetus Schol. ὁ κωμικὸς χορὸς συνέστηκεν ἐξ ἀνδρῶν κδ΄. καὶ εἰ μὲν ἀπὸ τῆς πόλεως ἤρχετο ἐπὶ τὸ θέατρον. διὰ τῆς ἀριστερᾶς ἀψῖδος εἰσῄει, εἰ δὲ ὡς ἀπ᾽ ἀγροῦ, διὰ τῆς δεξιᾶς ἐν τετραγώνῳ σχήματι ἀφορῶν εἰς τοὺς ὑποκριτάς. *Et ſi quidem chorus ex urbe veniret in Theatrum, intrabat per fornicem ſiniſtrum, ſi autem ab agro, per dextrum forma quadrata procedens, & ſpectans actores, qui cum diſceſſiſſent ſepties chorus vertebatur, in utramque Theatri partem ſe flectens Vocabatur autem prima converſio parabaſis; ſecundæ fuit idem nomen, tertia dicta eſt longa, ſeu* πνῖγος: *quarta ſtrophe aut ode: quinta epirrhema: ſexta antiſtrophos, aut antode: ſeptima antepirrhema.* ἀναχωρούντων δὲ τῶν ὑποκριτῶν ἑπτάκις ἐστρέφετο ὁ χορὸς προσέχων ἐφ᾽ ἑκάτερα μέρη τοῦ θεάτρου. ἐκαλεῖτο δὲ τῷ γένει τὸ τοιοῦτον ὄνομα τῆς ὀρχήσεως παράβασις. ὁμονύμως τῷ γένει (puto legendum, δεύτερον δὲ ὁμονύμως τῷ γένει.) τὸ τρίτον μακρὸν, τὸ καὶ πνῖγος: τέταρτον στροφὴ, ἢ ᾠδή: τὸ πέμπτον ἐπίρρημα: τὸ ἕκτον ἀντίστροφος, ἢ ἀντῳδή: τὸ ἕβδομον ἀντεπίρρημα. Paulo aliter, & meo animo melius, alius Scholiaſtes. Parabaſis, inquit, eſt curſio quædam & quaſi digreſſio, qua, ubi hiſtriones e ſcena diſceſſiſſent, chorus apoſtrophen habebat ad populum, vel de ſe ipſo, vel de Rep. vel de ſingulorum vitiis. Ea implebatur melydrio, commatio, ſtropha antiſtropha, epirrhemate, antepirrhemate, & anapæſto. Chorus autem comicus introducebatur in orcheſtram, cui logio nomen: & quoties ſermonem haberet ad hiſtriones ſcenam ſpectabat quoties autem abiiſſent hiſtriones, anpæſtos ſuos percurrebat, populumque intuebatur, quæ dicitur ſtrophe. Erant autem Jambica tetrametra. Deinde antiſtrophon accinentes, iterum tetrametra canebant, quorum erat unus ordo qui XVIII. verſibus conſtabat. Vocabantur autem epirrhemata. Chori univerſa actio dicebatur parabaſis: ὁ χορὸς ὁ κωμικὸς εἰσηγάγετο ἐν τῇ ὀρχήστρᾳ τῷ νῦν λεγομένῳ λογίῳ. καὶ ὅτε πρὸς τοὺς ὑποκριτὰς διελέγετο πρὸς τὴν σκηνὴν ἀφεώρα, ὅτε δὲ ἀπελθόντων τῶν ὑποκριτῶν τοὺς ἀναπαίστους διεξῄει πρὸς τὸν δῆμον ἀπεστρέφετο, καὶ τοῦτο ἐκαλεῖτο στροφή. ἦν δὲ τὰ ἰαμβεῖα τετράμετρα. εἶτα τὴν ἀντίστροφον προσᾴδοντες πάλιν τετράμετρα ἐπέλεγον, εἷς ὤν (ὧν lege) στίχος. ἦν δὲ ἐπὶ τὸ πλεῖστον ις΄. ἐκαλεῖτο δὲ ταῦτα ἐπιρρήματα, ἡ δὲ ὅλη πάροδος τοῦ χοροῦ ἐκαλεῖτο παράβασις. Chorus autem tragicus perſonis XV. conſtabat, quinis in longum ternis in latum diſpoſitis. Quorum hoc ζυγὸν, illud στοιχὸν vocant. κατὰ ζυγὸν ingrediuntur terni, κατὰ στοιχὸν quini. In Comœdiis quatuor erant in jugo, ſeni in ſtœcho. Primus ingreſſus chori in Theatrum dicitur parodus. Alter epiparodos. Medius digreſſus, quando in medio fabulæ in utramvis partem digrediebatur chorus, μετάστασις. Chorus in orcheſtra ſe primum ad dexteram, ſeu ad ortum convertebat, quæ ſtrophe dicta eſt, deinde ſiniſtrorſum in occaſum, quæ antiſtrophe, ipſa cantio ode, & antode vocatur. Tertio conſiſtebant in medio quaſi in conſpectu Deorum, & canticum quod cæteris accinitur, & dicitur epodos, abſolvebant, quod aras circumobeuntes Deorum præconia verſibus canebant. Quem morem a Theſeo inſtitutum volunt, cum e Creta redux ac vota ſolvens labyrinthi ambages imitaretur. Alii ſumptum putant a converſione cæli in occaſum, & erronum in ortum, & ſicuti terra in medio conſiſtit immobilis, ita ἐπῳδὸν in medio conſiſtere voluerunt. Legendi Scholiaſtes Ariſtophanis, Victorinus & Didymus *in Pindarum*. Aliquando chorus in duas partes diſcedebat, quam rem διχορίαν vocant. Ipſæ partes ſeu cantica dicuntur ἡμιχόρια, ſeu ἀντιχόρια Polluci. Canticorum autem erant alia parodica, alia quæ aſtantibus canerentur, nonnulla quæ præcinerentur, quædam quæ in medio, alia quæ in fine fabulæ. Ariſtophanes in *Veſpis*. Scholiaſtes, τῶν χορικῶν μελῶν τὰ μέν ἐστι παρῳδικὰ, τὰ δὲ στάσιμα, τὰ δὲ προῳδικὰ, τὰ δὲ ἐπῳδικὰ, τὰ δὲ ἐξῳδικὰ, καὶ ὑποχωρητικὰ, ἅπερ ἐπὶ τῇ ἐξόδῳ τοῦ δράματος ᾄδεται. Epodici exemplum eſt apud Euripid. in *Hecuba*. ἐμοὶ χρῆν συμφορὰν, τὰ τοιαῦτα εἴδη τῶν χορῶν καλεῖται ἐπῳδικὰ, ἐν οἷς ὁμοίοις ἀνόμοιόν τι ἐπιφέρεται. Vide Interpretem Euripidem fol. 27. 28. fol. 30. 31. pag. 1. Erant in choro qui ſoli canerent, ii nempe quibus vox eſſet gratiſſima, & præ cæteris ſuavis. Nec enim chorodidaſcalus eum qui cæteris nitidius caneret, miſtum aliis in turba canere ſinebat. Ariſtoteles III. *Politic.* οὐδὲ δὴ χοροδιδάσκαλος τὸν μεῖζον καὶ κάλλιον τοῦ παντὸς χοροῦ φθεγγόμενον ἐάσει συγχορεύειν. Paregoremata dicebantur ubi quid ageret chorus quod in Theatro exaudiretur. Sicuti ranarum chorus apud Ariſtophanem. Olim alii canebant in turba, numeriſque præcinentis magiſtri conſentiebant, Columella lib. XII. cap. II. Ubi chorus canentium non ad certos modos, neque numeris præeuntis magiſtri conſenſit, diſſonum, contra ſi conſenſit.

nefas enim fuit ἐν χορῷ χορδ̄τλω̃ ὄντα μὴ προσέχειν τῷ κορυφαίῳ, id est, *in choro choricum existentem non attendere Coryphæo*, ait Dio Chrysostomus *de libertat.* Quemadmodum autem inducebatur chorus a tibicine in Scenam, ita & revocabatur ac emittebatur, unde modi tibicinum quibus receptui canitur, dicuntur ἔξοδοι. Suidas, οἱ ἔξοδοι, νόμοι αὐλικοὶ, δι' ὧν ἐξῄεσαν οἱ χοροὶ, καὶ οἱ αὐληταί. Cratinus;

Τοὺς ἐξόδους ὑμῖν ἵν' αὐλῶ τοὺς νόμους.

Hesychius ait, ἀλλ' ἄναξ, ἐξόδιον εἶναι κιθαρῳδοῦ τὸ κιθαρῴδιον καὶ τὸ νῦν. Id est, *hæc verba*, ἀλλ' ἄναξ *exodium & egressio erat citharœdi, quod hodieque accinitur*. Exodii illius initium, ἀλλ' ἄναξ, *sed o Rex*. Atellanis novissimum canticum fuit, *venit jo simus a villa*. Suetonius in *Galba* c. XIII. vel venit noster simus a villa. Erant & chori saltatorum dicti βυλλίχαι χοροί τινες ὀρχηστῶν παρὰ Λάκωσι. Motus enim chori in orchestra saltationis genus fuit, unde proverbium, ἀπροσδιόνυσον ἐκτὸς χοροῦ ὀρχεῖσθαι, id est, *absurdum est extra chorum saltare*, quod dicitur ἐξορχεῖσθαι, ἀπορχεῖσθαι. Apud Ath. l. XIV. Prasinas Fliasius cum tibicines & chorici mercenarii orchestras obtinerent, ἀγανακτεῖ ἐπὶ τῷ τοὺς αὐλητὰς μὴ συναυλεῖν τοῖς χοροῖς, καθάπερ ἦν πάτριον, ἀλλὰ τὸν χορὸν συνᾴδειν τοῖς αὐληταῖς. De choro Pollux l. IV. hæc habet. Choragium locus ubi est apparatus choragi. Coryphæus chori, chorolectes, chorolectes, choropœus, doctor chori, subdoctor, chorodidascalus, qui stat a dextra parte, qui stat a læva λαυροστάτης, qui in medio choro latet, quia est deterior, τριτοστάτης, qui stat tertius. Erant varii chori, chorus puerorum, virorum, comicus, tragicus, semichorus, contrarii chori, ἀντιχορία. Cum chorus in duo dividitur, dicitur dichoria, utraque pars, semichorus, cum canunt contrarii, ἀντιχορία. Tres chori Laconum, puerorum, juvenum, senum τριχορία. Ingressus chori dicitur parodus, exitus metastasis, alter ingressus ἐπιπάροδος, perfectus exitus ἄφοδος. Episodium in fabula res quædam est conjuncta & cohærens. Exodium canticum est, quod exeuntes canunt. Partes autem chori sunt stœchus, id est, ordo a fronte ad tergum, jugum ordo ab uno cornu ad alterum. Tragici chori juga sunt quinque, quorum singula tribus choricis constant, stœchi tres, quorum singuli quinque choricis constabant. In choro enim tragico quindecim chorici erant. Si per juga intrarent, tres simul intrabant, interdum singuli. Comicus chorus constabat XXIV. choreutis, seu choricis, & jugis sex. Singula juga quatuor choricis continebantur. Stœchi erant quatuor, in quibus singulis sex chorici erant. Parascenium dicitur cum pro quarto histrione choricum aliquem aliquid dicere canentem oportet. Si quartus histrio aliquid diceret, vocabatur parachoregenia, quia præter chorum loqueretur. Olim tragicus chorus quinquaginta choricis continebatur, usque ad Eumenides Æschyli, qui numerum contraxit. Chori mulierum meminit S. Chrysostomus lib. *contra eos qui subintroduct.* καθάπερ ἐπὶ τῆς ὀρχήστρας ἐν τῷ χορῷ τῷ γυναικῶν ὁ τοῖς ὑπορχουμένοις ὑπᾴδων χοραύλης, *ut choraules in orchestra, qui in choro mulierum saltantium canit*. Chori autem cantica interponebantur ad voluptatem populi, tum vero ad levandos actores. Vitruvius l. V. præfat. Græci quoque Poetæ comici interponentes e choro canticum, diviserunt spatia fabularum, ita partes cubita ratione facientes intercapedinibus levant actorum pronuntiationes. Ut autem minueretur fastidium audientium, quemadmodum histrionum diverbia inter se pugnabant, ita & chori cantica, non unum & idem, eodemque modo, sed varie varia ingerebant, & inter se verbis velitari videbantur ad tripodes orchestræ. Aristides in *Rhodio de concordia*: Aspicite hos tripodas, inquit, scenicos (forte legendum, ἀπεβλέψατε, *aspexistis*.) omnes autem gaudetis eorum aspectu. An isti diutius starent, si chori in tripodibus pugnarent? An hoc apparet, nisi contraria, & alius aliud diceret, aut eadem diverso modo, necessario iis fugiendum, & abs istendum esse? ἢ τοῦτό γε ἔνδηλον, ὅτι κἂν εἰ μὴ τ' ἐναντία, μηδ' ἄλλος ἄλλο τι, ταυτὰ δὲ ῥήματα μὴ κατὰ ταυτὸν ἅπαντες ᾖδον, φεύγειν λοιπὸν ἦν αὐτοῖς.

CAP. XIV.

De Choris cyclicis.

DICEBANTUR chori cyclici non modo qui in orbem formarentur in orchestra, sed & anniversarii, qui in orbem anno confecto redirent. Plutarchus in *Andocide*, καὶ αὐτὸς δὲ ἐχορήγησε κυκλίῳ χορῷ τῇ αὐτοῦ φυλῇ ἀγωνιζομένῳ διθυράμβῳ. in *vita Lycurgi Rhetoris*, ποσειδῶνος ἀγῶνα ποιεῖν ἐν πειραιεῖ, κυκλίων χορῶν οὐκ ἔλαττον τριῶν. Id est, *Andocides sumptus suffecit cyclico choro suæ tribui certanti dithyrambo*. Item, *in Piræo Neptuni certamen facere, cum cyclici chori tribus pauciores non essent*. Cyclicæ tibiæ, quæ choro servirent. Cyclicus magister, qui chorum doceret. Hesychius, κύκλειοι χοροὶ, & κυκλικοὶ, κύκλειοι αὐλοὶ, χορικοί. κύκλιον, διδάσκαλον κύκλειον; καὶ χορὸν διδάσκοντα. Encycliæ disciplinæ proprie lyrice, ait Tzetzes, quod chorus e viris quinquaginta in circulum stans melodias caneret. Chiliade XI. cap. CCCLXXVII. ἐγκύκλια μαθήματα τὰ λυρικὰ κυρίως, ἀπὸ τοῦ κύκλῳ τὸν χορὸν τῶν ἑστῶτα ἀνδρῶν ὄντα πεντήκοντα λέγειν τὰς μελῳδίας. Xenophon in *Oecumenico*, ὥσπερ κυκλικὸς χορὸς οὐ μόνον αὐτὸς καλὸν θέαμά ἐστι, ἀλλὰ καὶ τὸ μέσον αὐτοῦ καλὸν, καὶ καθαρὸν φαίνεται. *Ut cyclicus chorus*, inquit, *non tantum aspectu gratus, sed media ejus pars pulcra, & pura cernitur*. Aristophanis in *Avibus* Scholiastes μέλη κύκλια interpretatur ἐκτεταμένα, τοὺς δὲ κυκλίους χοροὺς στῆσαι πρῶτον Λᾶσον ἑρμιονέα. ἄλλοι δὲ ἀρίονα μηθυμναῖον. *Cantus, seu modos circulares interpretatur extensos. Lasum Hermioneum, alii Arionem Methymnæum ferunt primum omnium choros cyclicos instituisse*. Philoxenus vero primus carmen modificatum in cyclios choros intulit, ut scribit Plutarchus lib. *de Musica*, εἰς τοὺς κυκλίους χοροὺς μέλη εἰσηνέγκατο. In *vita Alexandri* χοροὺς ἐγκυκλίους vocat non annuos, sed lyricos, qui stantes in orbem canebant, ut ait Tzetzes. Athenis chori cyclii Dionysiis certabant, & victori Judices præmium adjudicabant. Æschines *contra Ctesiphont.* τοὺς μὲν κριτὰς τοὺς ἐκ διονυσίων, ἐὰν μὴ δικαίως τοὺς κυκλίους χοροὺς κρίνωσι, ζημιοῦτε. *Mulctatis Judices Dionysiis, nisi juste cyclios choros judicarint*. Meminit Plato in *Axiocho*, διατριβαὶ φιλοσόφων, καὶ θέατρα ποιητῶν, καὶ κύκλιοι χοροὶ, μουσικὰ ἀκούσματα. Aristophanes in *Nubibus*,

—— Κυκλίων τε χορῶν ᾀσματοκάμπτας.

Id est, *qui flectit cantica in choris cyclicis*. Aristophani κύκλια μέλη, κυκλιοδιδάσκαλος, id est, ut Scholiastes in *Avibus* interpretatur; διθυραμβοποιὸς quia διθυραμβοποιοὶ τὰ ἐγκύκλια διδάσκειν solebant. Cyclici & dithyrambici iidem fuere, ut Aristoph. Scholiastes in *Avibus*. Isaac. Tzetzes *in Lycoph.* Cyclia illa, sive dithyrambica canebantur ad lyram, quæ communis melicis, & dithyrambicis. Non tamen omnes cyclici erant dithyrambici. Erant enim & cyclici epici. Galenus l. I. *Therapeut.* τινὸς μελοποιοῦ κατὰ πίνδαρον ᾄσαντος ὑψηλῶς

A ἐν διθυράμβοις πάλαι τὸν διόνυσον. Suidas, διθυραμβοδιδάσκαλοι περὶ μετεώρων καὶ τῶν νεφελῶν λέγουσι πολλά. Eorum sunt πολύστροφοι ὕμνοι. Tzetzes *ad Lycophr.* πρὸς διόνυσον πολυστρόφους ὕμνους. Scholiast. Aristophan. *ad Nubes*, πολυπλόκους λέξεις, καὶ συνθέσεις τῶν διθυραμβοποιῶν. Demetrius Phalereus lib. *de Interpretat.* juncturam verbi audacem vocat διθυραμβώδη δίπλωσιν. Suidas, διθύραμβος λέξις φλεγμαίνουσα ποιητικοῖς ὀνόμασι. Pindarus ode III. *Olymp.* dithyrambum vocat βοηλάταν & *clamosum*. Epicharmus apud Athenæum lib. XIV. οὐκ ἔστι διθύραμβος αἰ ὕδωρ πίνῃ. Nonnulli putant choros encyclios dictos, qui in triviis, & circulis canebant, πρὸς διαστολὴν τῶν θυμελικῶν, *ad differen-* B *tiam chori thymelici, & scenici*, quorum imaginem retinebant Romæ mimi planipedes, qui non in scena, vel in orchestra, sed in circulis de plano nudis pedibus agebant. Aristoteles problemate XV. sect. XIX. διθυραμβοποιῶν χοροὺς κυκλικοὺς dictos ait quia nullis strophis, aut antistrophis uterentur. Plutarchus in *Vitis* X. *Rhetorum* scribit, Andocidem choro cyclico, sive annuo certanti dithyrambico tribui suæ ministrasse sumptus, victoremque dicasse tripodem, excelsoque in loco statuisse. Philoxenus dithyrambicus Poeta erat in Sicilia apud Doras. Ajunt autem eum rem habuisse cum Gala- C tea quadam Dionysii Tyranni concubina, quare & in latomias relegatus est, unde fugiens venit Cythera, ubi fabulam Galateam fecit, in qua Cyclopem Galateæ amore captum introducit, Dionysium obscure significans. Aristophani Scholiastes in *Pluto*. φιλόξενος ὁ διθυραμβοποιὸς ἐν σικελίᾳ ἦν παρὰ δωριεῦσι. λέγουσι δὲ ὅτι ποτὲ γαλατείᾳ τινὶ παλλακίδι διονυσίου προσέβαλε, &c. Ælianus l. XII. *Var.* κύκλωπα τῶν φιλοξένου μελῶν κάλλιστον, *pulcerrimum carminum Philoxeni* vocat. Sed ut ad patulum orbem Horatii, & cyclos poeticos veniamus; nonnulli existimant orbes Poetarum fuisse tres, antiquum, novum, Homericum. Horatius, D

Ne circa vilem, patulumque moraberis orbem.

Proclus in Chrestomathia; Vetus, inquit, orbis a chao exorsus in reditum. Ulyssis in patriam desinit. Novi principium ab ortu belli Thebani, aut Trojani. Primus orbis fuit in Thebaide Antimachi, cujus principium, *Fortuna Priami cantabo*. Tertius cyclus est Homeri, qui a medio incipit, de quo circulo Aristoteles cap. IX. lib. I. *de Repre-* E *hens. Sophist.* ὁ δὲ ὅτι ὁμήρου ποίησις σχῆμα διὰ κύκλου. ubi Alexander Aphrodisæus ita arguit; τὰ ἔπη κύκλος, ὁ κύκλος σχῆμα, τὰ ἔπη σχῆμα. *Versus sunt circulus, sed circulus est figura, igitur versus sunt figura*, Photius in *Biblioth.* de Proclo loquens, διαλαμβάνει δὲ καὶ περὶ λεγομένου ἐπικοῦ κύκλου, ὃς ἄρχεται ἐκ τῆς οὐρανοῦ, καὶ γῆς μυθολογουμένης μίξεως, διεξέρχεται δὲ περὶ θεῶν τὰ τ' ἄλλα τοῖς ἕλλησι μυθολογούμενα. *Differit autem de epico orbe, qui incipit a cæli, & terræ fictitia mixtione, discurrit autem & de Diis ea quæ vulgo fabulantur*. Quod ab Hesiodo factum in *Theogonia*. Circulum vocat perpetum carmen, poema perpetua serie contextum. τοῦ ἐπικοῦ κύκλου τὰ ποιήματα F διασώζεται, καὶ σπουδάζεται, οὐχ οὕτω διὰ τὴν ἀρετὴν, ὡς διὰ τὴν ἀκολουθίαν τῶν ἐν αὐτῷ πραγμάτων, ut ait Proclus. *Orbis epici poemata servantur studiose non tam adeo propter virtutem, quam ob perpetuam, & connexam seriem rerum quæ in eo sunt*. Quæcunque circulo fiunt, generaliter fiunt, ut κύκλῳ διδάσκειν παῖδα, τουτέστι καθολικῶς, *circulo puerum docere, est a prima literatura totum artium orbem tradere*, Vegetius *de Re Veterinaria* dixit, circulo curare, Synesius in *encomio calvitiei*, τοὺς καλουμένους κύκλους ὑπὸ τῶν ἰατρῶν. Suidas scribit, Dionysium

A Milesium scripsisse circulum historicum. Item τὰ κύκλῳ ea omnia dicuntur quæ sunt extra rem. Aristoteles l. III. *Rhetor.* opponit τὰ κύκλῳ, καὶ τὰ ἐν τῷ πράγματι, *quæ dicuntur circulo cum ambagibus, & quæ dicuntur ad rem*. Quare servi non ad interrogata respondent, sed τὰ κύκλῳ, *extra rem per ambages*, καὶ προοιμιάζονται, *utuntur procemiis*. ubi interpres, τὰ κύκλῳ, τὰ ἐκτὸς πράγματος, καὶ τῆς ὑποθέσεως, *ea quæ sunt extra rem*. Sed ut ad epicum circulum redeamus, is triplex fuit, ut ex Proclo ostendimus, aut certe duplex, quorum alter omnes Poetarum fabulas perpetua serie continebat, qualem circulum Ovidius dedit, & carmen B perpetuum vocavit,

——— *Primaque ab origine mundi*
Ad mea perpetuum deducite tempora carmen.

Aristoteles in *Posterior*, τὴν κύκλῳ δεῖξιν vocat *demonstrationem, quæ circulo fit*, in qua priora sequentium causæ sunt, quod Themistius κύκλῳ περιέρχεσθαι, *circulo comprehendere* dixit. Alius circulus est carmen perpetuum, quod unum argumentum libris aliquod complectitur, ut Homeri *Ilias*, & *Odyssea*, qui tamen non ut Antimachus ab ovo C rem repetiit, sed a medio, ut & Virgilius, quem orbem Homericum supra vocavimus. Omnes epici Poetæ fuere cyclici; quare Aristophanis Scholiastes κύκλια vocat τὰ τὴν αὐτὴν θέσιν ἔχοντα, *circularia quæ idem argumentum exsequuntur*. Cycliis istis opponuntur ii qui vel epigrammata, vel breve aliquod opus tractant. Pollianus l. III. *Antholog.*

Τοὺς κυκλίους τούτους, τοὺς αὐτὰρ ἔπειτα λέγοντας
Μισῶ, λωποδύτας ἀλλοτρίων ἐπέων.
Οἱ δ' οὕτω τὸν ὅμηρον ἀναιδῶς λωποδυτοῦσι,
Ὥστε γράφειν ἤδη μῆνιν ἄειδε θεά.

Odi ego cyclios istos Poeta qui verba Homeri furantur D *alienorum carminum fures, qui omnia pene Homeri verba exscribunt, & pro suis obtrudunt*. Lucanus altius in perpetuo carmine rem arcessit, & historiam texit, non poema, in quem expetit illud Horatii,

Nec sic incipies ut scriptor cyclicus olim.

Eusebius l. I. *Præparat. Evangel.* Hesiodum cyclicum Poetam vocat, ἡσίοδος, οἵτε κυκλικοὶ περιηχημένοι (lego, τὴν περιοικουμένην) θεογονίας ἔπλησαν. *Hesiodus, & Poetæ cyclici terrarum orbem Deorum generatione replerunt.* Monuimus supra ex Tzetze, E encyclias disciplinas a cyclio choro proprie dici lyricas. Quintilianus encyclopædian vocavit omnium scientiarum orbem. Ineptit Ramires *ad Martialem*, qui cyclicas disciplinas putat dici triviales, quod in circulis & compitis traderentur. Viri eruditi non sunt circulatores. Quintilianus l. I. ut efficiatur orbis ille doctrinæ, quem Græci *encyclopædian* vocant. Victruvius l. I. c. I. Cum autem animadverterint omnes disciplinas inter se conjunctionem rerum, & communicationem habere, fieri posse facile credent. Encyclios enim disciplina, ut corpus unum, ex his membris est composita.

CAP. XV.

De Chorago, & Chorodidascalo.

CHORAGI olim dicti chori ductores, quibus id erat negotii, ut priscas rectæ Musicæ leges observarent. Athen. l. XIV. τοὺς χορηγοὺς οὐχ ὥσπερ νῦν τοὺς μισθωμένους τοὺς χοροὺς ἀλλὰ τοὺς καθηγουμένους τοῦ χοροῦ, καθάπερ αὐτὸ τοὔνομα σημαίνει, καὶ τὸ χρησομαθεῖν, καὶ μὴ παραβαίνειν τοὺς ἀρχαίους τῆς μουσικῆς νόμους. Id est, *choragos dicebant non eos qui choros conducunt, iisque mercedem solvunt, sed eos qui chori ductores*

ductores sunt, quemadmodum nomen ipsum significat, & bene Musicam tractare, nec transgredi antiquas Musicæ leges. Postea choragi dicti qui sumptus choro suppeditarent, iique sortito legebantur. Demosthenes *in Midiam*; ἐχρῆν (Midiam) ὅτ' ἐγὼ τῆς πανδιονίδος χορηγὸς ὑπέστην, ἔν τε τῷ δήμῳ τῆς ἐρεχθηίδος ἀναστάντα τῆς ἑαυτοῦ φυλῆς ἀνθυποστῆναι, καὶ κατασκευάσαντα ἑαυτὸν ἐξ ἴσου, καὶ τὰ ὄντα ἀναλίσκοντα, ὥσπερ ἐγὼ, οὕτω με ἀφαιρεῖσθαι τὴν νίκην. *Oportebat Midiam, quo tempore choragus Pandionidis fui, in tribu Erecthide surgentem pro sua tribu se mihi opponere, & ex æquo se ipsum constituentem, & sua insumentem, ut ego, ita mihi præripere victoriam.* Plutarchus in *Alexandro*: καὶ πομπὰς ἐπετέλει, καὶ χορῶν ἐγκυκλίων, καὶ τραγικῶν ἀγῶνας, &c. ἐχορήγουν γὰρ οἱ βασιλεῖς τῶν κυπρίων, ὥσπερ ἀθήνησι οἱ κληρούμενοι τὰς φυλὰς, &c. οὗτοι γὰρ ἔλαχον τοῖς ἐνδοξοτάτοις ὑποκριταῖς χορηγεῖν. Aristides in *Minerva*: ἡ ἀθήνη ἐναγωνίῳ ἑρμῇ ἀντὶ χορηγοῦ καθέστηκεν. Id est, *& pompas celebrabat Alexander, & certamina chororum encycliorum, & tragicorum.* Item, *Reges Cypriorum sumptus sufficiebant, & chori ductores erant, ut Athenis qui sortiebantur tribus. Illi enim sortiebantur, ut sumptus sufficerent histrionibus clarissimis.* Item, *Minerva Mercurio enagonio, & certaminum præsidi pro chorago constituta est.* Choragium, totum scenicum apparatum significat. Victruvius lib. v. post scenam porticus sunt constituendæ, uti cum imbres repentini ludos interpellaverint, habeat populus, quo se recipiat ex Theatro, choragiaque laxamentum habeant ad comparendum, ut sunt porticus Pompejanæ. Prætores & Ædiles cum ludos ederent, choragium, seu instrumentum scenicum scenicis præbendum locabant. Plautus in *Persa*:

> Πόθεν *ornamenta? ab chorago sumito,*
> *Præbenda Ædiles locavere.*

Choragus omnia præbenda scenicis redimebat, & conducebat ab Ædilibus. Athenis potentiores ultronea liberalitate sæpe redempturam illam subibant. Isocrates in *Panegyr.* χορηγίαν vocat. Choragus est dux chori, & suppeditator instrumenti ludicri, & expensarum. Victruvius choragium posuit pro loco unde omnia promuntur ad ludos necessaria. Apulejus in *Apolog.* choragium thymelicum. Plautus in *Trinummo*:

> *Ipse ornamenta a chorago hæc sumpsit suo periculo.*

Choragi ipsi coronis donati sunt, quia tibias choro inflabant. Aristoteles lib. VIII. *Polit.* καὶ γὰρ ἐν λακεδαίμονί τις χορηγὸς αὐτὸς ηὔλησε τῷ χορῷ. *Nam & Lacedæmone choragus quidam ipse cecinit choro.* Plutarchus de Nicocreonte Salaminio, & Pasicrate Solio, ἔλαχον τοῖς ἐνδοξοτάτοις ὑποκριταῖς χορηγεῖν. Chorodidascali fuerunt qui chorum docerent & regerent. Diogenes Cynicus apud Laertium ait, imitari se chorodidascalos: καὶ γὰρ ἐκείνους ὑπὲρ τόνου ἐνδιδόναι, ἕνεκα τοὺς λοιποὺς ἅψασθαι τοῦ προσήκοντος τόνου. *Illi enim supra tonum attolluntur, ut cæteri tonum idoneum & commodum accipiant.* Demosthenes *in Midiam*, διδάσκαλον τοῦ χοροῦ vocat. ibidem συγκροτεῖν καὶ διδάσκειν τὸν χορὸν dicitur. ὁ μετὰ ῥυθμοῦ, καὶ προσήκοντος μέλους ᾄδειν διδάσκων, ait Ulpianus, quem κορυφαῖον, καὶ ἡγεμόνα τῶν χορευτῶν vocat. Id est, *Coryphæus & ductor choreutarum, qui dicitur consonare, & docere chorum, docens eum cum rytbmo, & idonea modulatione canere.* Aristoteles *de mundo*, ἐν χορῷ κορυφαίου κατάρξαντος συνεπηχεῖ πᾶς ὁ χορὸς ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν ἐν διαφόροις φωναῖς. Præcentor a Latinis dicitur. Id est, *in choro ubi coryphæus inchoavit, accinit omnis chorus virorum, & mulierum in variis vocibus.* Aristides I. *Jericho*, οὐ δουλεύει τῶν τοῦ χοροῦ ταῖς ἐπιθυμίαις ὁ κορυφαῖος, ἀλλ' εἴ τί που καὶ χαρίζεται, τὸ μηδὲν ἐπᾶσαι συμπαρατηρῶν τῷ χαρίζεσθαι, ἀλλ' οὐχ ὑποβάλλουσι γ' αὐτῷ τὸ ἐνδόσιμον οἱ χορευταὶ, οὐδ' ὅπως ἂν ἐκεῖνοι κελεύωσι, οὕτω προσάγει τὸ μέλος καὶ τὸν ῥυθμὸν, οὐδὲ αὖ τι χρὴ διδάσκειν αὐτοὺς, παρ' ἐκείνων μανθάνει. Id est, *coryphæus non servit libidini eorum qui in choro canunt, sed ut eis gratificetur, aliquid canit dum eis gratificatur, ne accinat eorum cantui, non tamen ei subjicitur, ac suggerunt toni modum, ac tenorem, neque ita modulationem ac gestum, ut illi jusserint, format, neque si quid eos docere oportet, ab iis discit.*

CAP. XVI.

De Choro.

OLIM Tragœdiæ & Satyræ partes suas solo choro peragebant sine histrionibus. Athenæus lib. XIV. συνέστηκεν ἡ σατυρικὴ ποίησις ἐκ χορῶν μόνον, ὡς καὶ ἡ τότε τραγῳδία, οὐδὲ γὰρ ὑποκριτὰς εἶχε: lege Pollucem lib. IV. cap. XV. Id est, *satyrica poesis constat e solis choris, ut vetus Tragœdia, quæ actores & histriones non habuit.* Moris autem fuit, ut Poeta ab archonte chorum peteret, quem cum accepisset docebat, ut Plato lib. VII. *de Legib.* & Athenæus lib. XIV. ὃς οὐκ ἔδωκεν αἰτοῦντι σοφοκλεῖ χορόν. Id est, *qui non dedit Sophocli petenti chorum.* Cæterum chorus tragicus nunquam hypodoria modulatione, aut hypophrygia usus est, quod hypophrygia rebus gerendis accommodata sit, hypodaria ingenio expetat magnanimo, & constanti, unde & citharæ maxime congruit. Res autem gerendæ & animi excelsi, & constantes, alieni sunt a partibus chori, non ab actoribus qui personas Heroum gerunt, cum chorus populi partes agat. Quare & ei luctus, & ejulatus convenit, & mores tranquilli, & modulatio ipsa. Quæ cæteris harmoniis insunt, non autem hypophrygiæ, quæ est furori & Baccho accommodata. Lydia autem modulatione valde afficimur. Imbecilli enim affici magis solent, quam fortes; quare & Lydia modulatio convenit choris. Agimus autem, non patimur modulatione hypodoria, & hypophrygia; quod alienum est a choro. Est enim otiosus chorus & funebris; benevolentiam enim ei tantum præbet cui adest. In Græco contextu Aristotelis sect. XIX. cap. XLVIII. *Problemat.* hæc verba corrupta esse arbitror, οἱ δὲ λαοὶ ἄνθρωποι ὧν ἐστὶν ὁ χορὸς, διὸ καὶ ἁρμόζει αὐτῷ τὸ γοερὸν, καὶ ἡσύχιον ἦθος, καὶ μέλος. ταῦτα δ' ἔχουσι αἱ ἄλλαι ἁρμονίαι, ἥκιστα δὲ αὐτῶν ἡ ὑποφρυγιστί. ἐνθουσιαστικὴ γὰρ καὶ βακχική. κατὰ μὲν οὖν ταύτην πάσχομέν τι. παθητικοὶ γὰρ οἱ ἀσθενεῖς μᾶλλον τῶν δυνατῶν εἰσι (lego, κατὰ μὲν οὖν τὴν ὑπολυδιστὶ) διὸ καὶ αὐτὴ ἁρμόττει τοῖς χοροῖς. κατὰ δὲ τὴν ὑποδωριστὶ, καὶ ὑποφρυγιστὶ πράττομεν, ὃ οὐκ οἰκεῖόν ἐστι χορῷ (aut forte legendum esset, κατὰ μὲν οὖν τὰς ἄλλας πάσχομέν τι, &c. διὸ καὶ αὐταὶ ἁρμόττουσι τοῖς χοροῖς.

CAP. XVII.

De Tropis Musicæ.

MARTIANUS Capella quindecim tropos Musicæ constituit, sed quinque palmarios, quibus bini cohærent; Lydium, cui adhæret hyperlydius, & hypolydius. Secundus Jastius est, cui sociatur hypojastius, & hyperjastius. Tertius Æolius cum hypoæolio, & hyperæolio. Quartus Phrygius cum hypophrygio, & hyperphrygio. Quintus Dorius cum hypodorio & hyperdorio. Tres olim tantum toni erant secundum

Polymnastum & Sacadam, Dorius, Phrygius, & Lydius; in singulis Sacadas strophen efficiens docuit chorum canere, Dorium quidem primum, Phrygium secundum, Lydium tertium; & hunc nomum vocatum tripertitum ob mutationem ait Plutarch. lib. *de Musica*: τόνων γὰρ τριῶν ὄντων κατὰ πολύμναστον καὶ σακάδαν, τοῦ δωρίου, καὶ φρυγίου, καὶ λυδίου, ἑκάστων εἰρημένων τόνων στροφὴν ποιήσαντά φασι. Hyperdorius sonus omnium gravissime sonat, propter quod inferior nuncupatur. Hyperlydius novissimus & acutissimus omnium, septem tonis superat hyperdorium omnium gravissimum. Modulationum autem, ait Aristoteles lib. III. *Politic*. cap. ult. aliæ faciunt ad mores, aliæ ad res gerendas, nonnullæ furorem quemdam animis injiciunt. Dorica mores juvat, perturbationes sedat, purgat, voluptatem innoxiam animo affert cum eruditione conjunctam. Qui motu furente extra se rapiuntur, si quis modulatione utatur Doria, quæ animos sedat, illico videas eos sedari ac conquiescere. Phrygia vim habet eandem quam tibiæ in organis; utræque enim furorem quemdam injiciunt, & animum concitant. Quod apparet e genere poeseos quæ tota furens est, ac Bacchica; hic autem motus maxime in tibiis reperitur. Apparet item in modis Phrygiis, ubi ea vis maxime elucet. Quemadmodum in dithyrambo, quem a Phrygibus exortum volunt. Philoxenus enim cum Dorica modulatione dithyrambum scribere aggressus est, non potuit, sed ab ipsa rei natura in harmoniam Phrygiam incidit. Harmonia Doria maxime constans est, habetque mores viriles, & inter cæteras harmonias est intermedia. Lydia maxime convenit pueritiæ, quod ornatum habeat, & institutionem. Arist. lib. III. *Polit*. cap. ult. μέλη τὰ μὲν ἠθικά, τὰ δὲ πρακτικά, τὰ δὲ ἐνθουσιαστικά; ostendit totidem esse harmonias; deinde ait, ὑπ' ἐνθουσιασμοῦ κινήσεως κατακώχιμοί τινές εἰσι. ἐκ δὲ τῶν ἱερῶν ὁρῶμεν τούτους, ὅταν χρήσονται τοῖς ἐξοργιάζουσι, τὴν ψυχὴν μέλεσι καθισταμένους, ὥσπερ ἰατρείας τυχόντας, καὶ καθάρσεως. τὰ μέλη τὰ καθαρτικὰ παρέχει χαρὰν ἀβλαβῆ τοῖς ἀνθρώποις πρὸς παιδείαν τοῖς ἠθικοῖς τῶν μελῶν χρηστέον. τοιαύτη δὲ ἡ δωριστί. ἡ φρυγιστὶ τῶν ἁρμονιῶν ἔχει τὴν αὐτὴν ὥσπερ αὐλὸς ἐν τοῖς ὀργάνοις, &c. Phrygii modulatio suavissima est, unde apud Athenæum lib. XIV. φρύγιος ὀδμὴ, *suavis*. Agias Musicus ait storaca qui adoletur in orchestris per Dionysia, Phrygium facere odorem iis qui odorantur. Gravis fuit rythmus Phrygius, quare & ei cornu tribuunt, quod respondet tubarum clangori: ἀγίας ὁ μουσικὸς ἔφη τὸν στύρακα τὸν ἐν ταῖς ὀρχήστραις θυμιώμενον τοῖς διονυσίοις, φρύγιον ποιεῖν ὀδμὴν τοῖς αἰσθανομέναις. Item, φρύγιος ῥυθμὸς βαρὺς, παρ' ὃ καὶ τὸ κέρας αὐτῷ προσάπτουσι, ἀνάλογον τῷ σαλπίγγων κώδωνι. Idem Musicam vehementissimam ait esse Phrygiam; & multos Ischiacos convaluisse a morbo Phrygiæ harmoniæ cantu sublevatos. Eadem ad furorem concitat, & Bacchica dicitur, qua Lacones & Cretes usi in bello, quia constat anapæsto. Eadem Timotheus Alexandrum ad arma incitavit, & apud Boetium juvenis Tauromenitanus domum in qua scortum latebat, Phrygio sono excitus comburere festinavit. Dorium ut gravem amplectuntur Cretes, Lacones, Arcades. Ptolemæus ponit hypermixolydium omnium acutissimum. Apulejus *Florid*. I. Æolium simplex, Asium varium, Lydium querulum, Phrygium bellicosum, Dorium religiosum, Jonium jucundum & floridum. Seneca epist. CVIII. Phrygii tibicinis sono semiviri concitantur, & ex imperio furentes. Quintilianus lib. IX. c. IV. *Instit*. In sacris certaminibus non eadem ratione incitant animos, ac remittunt. Ad eam rem adhibita & Carica Musica apud Athenæum, μελῶν γάρ τι κατεαγότων, καὶ ῥυθμῶν γοερῶν τῆς μούσης τῆς καρικῆς αἱ ποικίλαι φαρμακεῖαι, *Variæ*, inquit, *medicinæ sunt Musæ Caricæ modulorum fractorum & lugubrium*. Dorius tropus moribus honestis ac severis accommodatus fuit, verbisque gravibus. Synesius περὶ προνοίας: καὶ πρὸς λύραν ᾖδε τὸν τρόπον τὸν δώριον, ὃν μόνον ᾤετο χωρεῖν βάρος ἤθους, καὶ λέξεως. οὐ μὴν ἐξέφερεν εἰς τὸ πλῆθος, ἀλλ' εἴ τις ἀκοὴ λόγων ἀῤῥένων συνιεῖσα. *Ad lyram canebat tropum Dorium, quem unum judicabat capacem esse ponderis morum, & verborum. Non tamen in vulgus efferebat, sed si quæ aures essent virilem & fortem sermonem intelligentes*. Plutarchus lib. *de Musica*, πολὺ τὸ σεμνόν ἐστιν ἐν τῇ δωριστὶ, διόπερ ταύτην προετίμησεν ὁ πλάτων. *Plurimum est honestatis in Dorio; quare Plato eam cæteris prætulit*. Lucianus ἐν ἁρμονίδῃ: τῆς ἁρμονίας φρυγίου τὸ ἔνθεον, τῆς λυδίου τὸ βακχικὸν, τῆς δωρίου τὸ σεμνὸν, τῆς ἰωνικῆς τὸ γλαφυρόν. *Harmoniæ Phrygii tropi divinum, Lydii Bacchicum, Dorii honestum & grave, Jonici elegans & politum*. Lydium certe Plato aversatur ut luctuosum & funestum; lib. III. *Politicon*. τὴν λύδιον ἁρμονίαν παραιτεῖται ἐπιτήδειον πρὸς θρῆνον, ἢ καὶ τὴν πρώτην σύστασιν αὐτῆς φασὶ θρηνώδη τινὰ γενέσθαι. Olympus primus ἐν τῷ πυθῶνι λέγεται ἐπικήδειον αὐλῆσαι λυδιστὶ, *epicedion in Pythone sono cecinit Lydio, qui dissolutus & effæminatus est*, τὴν λυδιστὶ ἐπανειμένην οὖσαν καὶ ἐκλελυμένην. Dissolutior etiam fuit hypolydius a Polymnasto repertus: πολυμνάστῳ δὲ τόν θ' ὑπολύδιον νῦν ὀνομαζόμενον τόνον ἀνατιθέασι, καὶ τὴν ἔκλυσιν, καὶ τὴν ἐκβολὴν πολὺ μείζω πεποιηκέναι φασί. Mixolydius affectibus aptus est, & Tragœdiis. Quare & Tragœdi mixolydium miscuerunt Dorio grandiori, & digniori: ἡ μιξολύδιος παθητική τις ἐστὶ τραγῳδίαις ἁρμόζουσα. τραγῳδοποιοὶ τὴν μιξολυδιστὶ συνέζευξαν τῇ δωριστί. ἐπεὶ ἡ μὲν τὸ μεγαλοπρεπὲς, καὶ ἀξιωματικὸν ἀποδίδωσι, ἡ δὲ τὸ παθητικόν. Terpandro Plutarchus Dorium & mixolydium tribuit, quem Argivi respuerunt, & ei mulctam indixerunt, qui aliquid in Musica innovaret, aut plus septem chordis adhiberet, aut mixolydio uteretur: ἀργείους μὲν γὰρ καὶ κόλασιν ἐπιθεῖναί ποτε φασὶ τῇ εἰς τὴν μουσικὴν παρανομίᾳ, ζημιῶσαί τε τὸν ἐπιχειρήσαντα πρῶτον τοῖς πλείοσι τῶν ἑπτὰ χρήσασθαι παρ' αὐτοῖς χορδῶν, καὶ παραμιξολυδιάζειν ἐπιχειρήσαντα. Sappho reperit mixolydium, ut alii, Pitoclides tibicen, ut Lysias putat, Lamprocles Atheniensis. Lucianus ἐν ἁρμονίδῃ Phrygio modo tribuit sonum ἔνθεον, Lydio Bacchicum, Doria σεμνὸν, Jonio γλαφυρὸν, & scitum Seneca in *Troade* de Phrygio:

Non inter aras mobili velox pede,
Revocante flexo concitos cornu modos,
Barbarica prisco templa saltatu coles.

Vide Aristotelem lib. VIII. *Politicon*. Telestes Selinuntius:

Πρῶτοι παρὰ κρατῆρας ἑλλήνων ἐν αὐλοῖς
Συνοπαδοὶ πέλοπος ματρὸς ὀρείας
Φρύγιον ἄεισαν νόμον. τοὶ δὲ ὀξυφώνοις
Πηκτίδων ψαλμοῖς κρέκον λύδιον ὕμνον.

Euripides in *Troadibus*:

Λιβὺς τε λωτὸς ἐκτύπει φρύγιά τε μέλεα.

Catullus,

Barbaraque horribili stridebat tibia cantu.

Cantum tibiæ quo equi ad Venerem excitantur, vocant ἱππόθορον. Tibullus lib. II. eleg. I.

Obstrepit, & Phrygio tibia curva sono.

Propertius lib. II.

Et Phrygis insanos cæditur ad numeros.

Morbos levari tibia creditum est. Gellius cap. XIII. lib. IV. Ischiaci cum maxime doleant, tum si modulis lenibus tibicen incinat, minui dolores. Ego nuperrime in libro Theophrasti scriptum inveni, viperarum morsibus tibicinem scite modulateque adhibitum mederi. Theophrastus harmonia Phrygia levari Ischiacos scripsit. Aristoteles tibiam adhibendam ait ἐν οἷς ἡ θεωρία κάθαρσιν μᾶλλον δύναται ἢ μάθησιν. Athenæus lib. XIV. ὅτι δὲ καὶ νόσους ἰᾶται μουσικὴ Θεόφραστος ἱστόρησεν ἐν τῷ περὶ ἐνθουσιασμοῦ, ἰσχιακοὺς φάσκων ἀνόσους διατελεῖν, εἰ καταυλήσοι τις τοῦ τόπου τῇ φρυγιστὶ ἁρμονίᾳ. Eundem consule lib. XII. cap. IV. Gellius lib. IV. cap. XIII. Ex libro Democriti, qui inscriptus erat περὶ λοιμικῶν, ἢ λοιμῶν κακῶν, plurimis hominum morbis cantum tibiarum medicinam fuisse ait. Plutarchus ex Pratina commemorat, Thaletem Cretensem ope musica Lacedæmonios peste liberasse. Galenus lib. I. *de sanitate tuenda*, se plures sanasse scribit solis animi motibus ad debitum modum revocatis. Apud Martianum Capellam Xenocrates organicis modulis lymphaticos liberabat. Thaletem Cretensem citharæ cantu compertum est morbos ac pestilentiam fugavisse. Hæc Veteres illi de Musicæ vi & efficacitate, & de modis musicis, quos alii septem, alii quindecim numerant. Porphyrio in lib. *Epod.* ode X. Notandum est modos musicos esse septem, Dorium, hypodorium, Phrygium, hypophrygium, Lydium, hypolydium, mixolydium. Martianus Capella quindecim quos supra posuimus: Censorinus tredecim in *Fragmentis* cap. XII. Species carminum tredecim, ex quibus primæ sunt, Phrygium, Dorium, Lydium. His accesserunt gravissimum hypodorium, mox duo hypophrygii gravior, & acutior, deinde hypolydii totidem. Lyra Doria fuit, tibia Phrygia. Horatius *Epod.* X.

Sonante mistum tibiis carmen lyra,
Hac Dorium, illis barbarum.

Id est, Phrygium, quem Theocritus Idyllio XIX. vocat αὐλὸν μυγδόνιον. Alcman,

Φρύγιον ηὔλησε μέλος τὸ κερβήσιον.

Pindarus ode I. *Olymp.* de Doria lyra,

Ἀλλὰ δωρίαν ἀπὸ φόρμιγγα πασσάλου
Λάμβανε.

Id est, *sed Doriam citharam e clavo exime*: ubi Scholiastes, ὅτι δωρικῇ ἁρμονίᾳ ἥρμοσται τῷ πινδάρῳ ἡ λύρα. Dorios modos a Thamyra repertos volunt. Plinius lib. VIII. cap. LVI. Musicam invenit Amphion, fistulam & monaulon Pan Mercurii, obliquam tibiam Midas in Phrygia, geminas tibias Marsyas in eadem gente, Lydios modulos Amphion, Dorios Thamyras Thrax, Phrygios Marsyas Phryx, citharam Amphion, ut alii, Orpheus, ut alii, Linus. Septem chordis additis Terpander (forte, septem chordas addidit) octavam Simonides addidit, (deleo, τὸ addidit) nonam Timotheus. Cithara sine voce cecinit Thamyras primus, cum cantu Amphion, ut alii, Linus. Citharœdica carmina composuit Terpander. Cum tibiis canere voce Trœzenius Dardanus instituit. Saltationem armatam Curetes docuere, pyrricham Pyrrhus, utramque in Creta. Plutarchus lib. *de Musica* de Terpandro: πρῶτος ἀπέφηνε ὀνόματα τοῖς κιθαρῳδικοῖς νόμοις. κλωνᾶς ὁ πρῶτος συστησάμενος τοὺς αὐλῳδικοὺς νόμους, καὶ τὰ προσῴδια. ὄλυμπος παιδικὰ γενόμενος τοῦ μαρσύου, καὶ τὴν αὔλησιν μαθὼν παρ' αὐτοῦ τοὺς νόμους ἁρμονικοὺς ἐξήνεγκεν εἰς τὴν ἑλλάδα. ὁ τέρπανδρος κρούματα πρῶτος εἰς τοὺς ἕλληνας ἐκόμισε. *Terpander primus nomis citharœdicis nomina indidit*, βοιώτιόν τινα, καὶ αἰόλιον, τροχαῖον τε, καὶ ὀξὺν, A καὶ τερπάνδρειον καλῶν, ἀλλὰ μὴν καὶ τετραοίδιον, *ut alius diceretur Bœotius, alter Æolius, trochæus, acutus, Terpandrius, tetraœdus. Clonas primus tibiarum nomos constituit, & personas. Olympus Marsyæ puer pathicus ab eo Musicam didicit, & nomos harmonicos in Græciam intulit. Terpander crumata primus in Græciam induxit, & Idæi Dactyli.* Primus Hiagnis tibia cecinit; deinde filius ejus, tum Olympus, Polymnastus Poeta, filius Meletis Colophonii, qui polimnastum & polymnestem nomos fecit & quæ polymnastia dicuntur, ait Plutarchus lib. *de Musica*. Plato lib. III. *Politic.* μιξολυδιστὶ, καὶ συντονολυδιστὶ θρηνώδεις ἁρμονίαι. ἰαστὶ καὶ B λυδιστὶ αἵτινες χαλαραὶ καλοῦνται μαλακαὶ, καὶ συμποτικαί. *Mixolydia, syntonolydia lugubres harmoniæ. Jas & Lydia molles, convivales, agiles.* De his erudite differit Athenæus lib. XIV. aitque ex Theophrasto, eam esse vim Musicæ, ut qui vexantur coxendice, eo cruciatu liberentur, si quis dum urget dolor, Phrygium modum canat: ὁ δ' ἀριστόξενος τὴν εὕρεσιν αὐτῆς ὑάγνιδι τῷ φρυγὶ ἀνατίθησι. *Aristoxenus modum hunc ab Hiagnide repertum putat.* Heraclides Ponticus tres tantum modulationes & harmonias agnoscit, Doricam, Jonicam, Æolicam, quod tria tantum illa sint Græcorum genera; Phrygiam & Lydiam modulationem loco & C ordine excludit; ἡ μὲν οὖν δώριος ἁρμονία τὸ ἀνδρῶδες ἐμφαίνει, καὶ τὸ μεγαλοπρεπὲς, &c. *Doricus modus virilem præ se fert gravitatem, & magnificentiam, non diffusus, aut hilarior, non varius, aut multiplex, sed vehemens, severus, ac tetricus. Æolum cantus superbus est, tumidus, subinanis & laxus:* τὸ δὲ τῶν αἰολέων ἦθος ἔχει τὸ γαῦρον, καὶ ὀγκῶδες, ἔτι δὲ ὑπόχαυνον. Duo vero illa genera complectitur hypodorici concentus lex, quem, ut scribit Heraclides, Æolicum etiam vocarunt, ὡς καὶ λᾶσος ὁ ἑρμιονεὺς, *ut & Lasus Hermioneus vocat.* Jonicus modus, neque floridus, neque lætus est, sed austerus D & durus, in quo tamen aliquid est elatum & generosum. Quare & modus hic aptus Tragœdiæ: τὰ δὲ τῶν νῦν ἰώνων ἤθη τρυφερώτερα, *nostra ætate Jonum mores deliciis perditi sunt*, eorumque cantus ab illo vetusto multum diversus, Phrygia, Lydiaque modulationes barbaræ Græcis innotuerunt, ex quo Lydia & Phryges in Peloponnesum una cum Pelope descenderunt. Modus Jonicus lib. IV. ode ult. & epod. IX. Horat. Porphyrioni, in hæc verba;


Motus doceri gaudet Jonicos
Matura virgo.

ἡ τραγῳδία ἰαστὶ μελοποιΐᾳ κέχρηται, ait Plato. *Tragœdia utitur Jonica modulatione. Lydia remissa con-* E *traria mixolydiæ, simillima Jonicæ*, ἡ ἐπανειμένη λυδιστὶ ἐναντία ἐστὶ τῇ μιξολυδιστὶ, παραπλησία τῇ ἰάδι. Hesychio Lesbius nomus κεκωμῴδηται ὡς διαφθείρων τὴν μουσικὴν, καὶ πρὸς τὸ βωμολοχεύειν τρέπων, *traducitur & improbatur quasi Musicam corrumpat, & ad parasitandum vergat.* Prima citharæ species secundum Cepionem Terpandri discipulum facta est, quæ dicitur Asiatica, vel Asias, quod Lesbii ea uterentur Asiæ proximi: ἐποιήθη δὲ καὶ τὸ σχῆμα τῆς κιθάρας πρῶτον κατὰ κηπίωνα, ἐκλήθη δὲ ἀσιάς. Doria & Phrygia sunt viriles: δωριστὶ καὶ φρυγιστὶ ἀνδρειότεραι. Suidas, βοιώτιον οὕτω καλούμενον F εὗρε τέρπανδρος, ὥσπερ καὶ τὸ φρύγιον. μόσχος ᾄδων βοιώτιον. *Terpander reperit Bœoticum nomon & Phrygium*: νόμοι dicti, ἐπειδὴ οὐκ ἐξῆν παραβῆναι καθ' ἕκαστον νενομισμένον εἶδος τῆς τάσεως. ἐν τοῖς νόμοις ἑκάστῳ διετήρουν τὴν οἰκείαν τάξιν. *Nomi dicti, quia nefas fuit transilire solitam speciem intensionis. Singulis nomis proprius ordo servatus.*

CAP. XVIII.

De Musica Pythagorica.

PLINIUS lib. II. cap. XXII. erronibus septem tonos attribuit, quam diapason harmoniam vocat; in ea Saturnum Dorio moveri, Jovem Phrygio; legendus Macrobius *in Somnium Scipionis* lib. II. Plato ait singulas sirenas singulis orbibus insidere. Sirenas quasi *σιω̃ εἰρϐσας*, id est, *ϑεῷ*, dici volunt, novemque Musas octo sphærarum musicos cantus, & unam maximam convenientiam esse quæ constet ex omnibus. Hic addere libet quæ in eam rem ex manuscripto anonymo didici: *οἱ πυϑαγόρειοι τὰ μὲν ὀνόματα τῶν φϑόγγων ἀπὸ τῶν κατ᾽ ϐρανὸν φαινομένων ἀςέρων ὑπέϑεντο, κομψῶς λέγοντες ῥιζϐν τϐς ἀςέρας, ἢ παρὰ τϐς ἑαυτῶν ὄγκϐς, ἢ παρὰ τὰς ἰδίας ταχύτητας, ἢ ἐποχάς. ἀπὸ μὲν οὖν τοῦ κρονικϐ̃ κινήματος βαρύτατος ἐν τῇ διὰ πασῶν ἐκλήϑη ὑπάτη, ἀπὸ δὲ τϐ̃ σεληνιακϐ̃ νεάτη, ἀπὸ δὲ τϐ̃ διὸς παρυπάτη, ἀπὸ δὲ τϐ̃ ὑπὲρ τὴν σελήνην τϐ̃ τῆς ἀφροδίτης παρανήτη, ἀπὸ δὲ τϐ̃ ἡλιακϐ̃ τϐ̃ μεσαιτάτϐ μέση, καὶ διὰ τεσσάρων πρὸς ἀμφότερα τὰ ἄκρα, ἀπὸ δὲ τῶν παρ᾽ ἑκάτερα τϐ̃ ἡλίϐ, ἄνω μὲν τϐ̃ ἄρεως ὑπερμέση, κάτω δὲ τϐ̃ ἑρμϐ̃ παραμέση. τὴν δ᾽ ὑπερμέσην καὶ λιχανόν φασι.* Id est, *Pythagorei nomina tonorum ab astris quæ in cælo apparent imposuerunt, magnifice dicentes fundare se radicitus stellas, aut pro earum magnitudine, aut pro celeritate, aut tarditate singularum. Gravissimus igitur tonus in harmonia diapason a motu Saturni vocatur summa, hypate, a motu Lunæ neate, novissima, a motu Jovis parupate, proxima summæ, a motu Veneris quæ supra Lunam est, paranete, a motu Solis, qui medius est, media, & diatessaron ab utraque summa, a motu erronum, qui utrinque stipant Solem, supra quidem Martem hupermese, infra Mercurium peramese. Hypermesen vocant & lichanon.* Quoniam vero septem erant errones, lyra septem fidibus apta est, cum media chorda supremæ & infimæ serviat, ut duo tetrachorda fiant. Alii contra, hupaten & summam Lunæ tribuunt, Veneri parupaten, lichanon seu hyperupaten Mercurio, mediam Soli, peramesen Marti, paraneten Jovi, netem Saturno, ut acutissimam & altissimam. *ἐπεὶ δὲ ἑπτά εἰσιν οἱ πλανῆτες ἑπτάχορδος λύρα ἦν, τϐ̃ μέσϐ κατ᾽ ἑκατέρην λαμβανομένϐ, ὡς γίνεσϑαι δύο τετράχορδα. ἕτεροι δὲ τὸ ἀνάπαλιν λέγϐσι, ὑπάτην μὲν ὡς βαρυτάτην σεληνιακὴν, τὴν δὲ τῆς ἀφροδίτης παρυπάτην, ὑπερυπάτην δὲ καὶ λιχανὸν τὴν τϐ̃ ἑρμϐ̃, μέσην ἡλίϐ, τὴν δὲ τϐ̃ ἄρεως παραμέσην, διὸς παρανήτην, καὶ νήτην τὴν τϐ̃ χρόνϐ, ὡς ὀξυτάτην καὶ ὑψηλοτάτην.* Longior chorda ad breviorem, habet tonum graviorem, ideo merito majores chordæ tribuuntur erronibus, quorum tardior motus est, minores fides incitatioribus; ideo Sol, Mercurius, Venus, & Luna faciunt ex quatuor chordis secundum tria diastemata tetrachordum summarum; Sol autem, Mars, Jupiter, & Saturnus faciunt ex quatuor chordis secundum tria diastemata tetrachordum infimarum, cum Sol, qui est intermedius, utrique serviat, in summis ut infima chorda, in imis ut summa. *ἡ μακροτέρα χορδὴ πρὸς τὴν βραχυτέραν βαρύτερον φϑόγγον ἔχει. διὰ τϐ̃το εἰκότως τοῖς βραδυκινήτοις τῶν πλανωμένων καὶ μείζϐς χορδαὶ ἀποδίδονται, τοῖς δὲ ταχυκινήτοις αἱ ἐλάττϐς, καὶ γοῦν καὶ ἥλιος, καὶ ἑρμῆς, καὶ ἀφροδίτη, καὶ σελήνη ποιϐ̃σιν ἐκ χορδῶν δ. κατὰ τρία διαςήματα τετράχορδον ὑπατῶν, ἥλιος δὲ, καὶ ἄρης, καὶ ζϐ̀ς, καὶ κρόνος ἐκ δὲ χορδῶν δ. κατὰ τρία διαςήματα τετράχορδον νητῶν. τϐ̃ μέσϐ ἡλίϐ δὶς καὶ ἐν ἀμφοτέροις λαμβανομένϐ ἐν μὲν τῷ τῶν ὑπατῶν ὡς νήτη, ἐν δὲ τῷ τῶν νητῶν ὡς ὑπάτη.* Pythagoras interposuit octavum quemdam tonum inter mediam & paramesen, conjungens & avellens a media integrum tonum, a paramese hemitonium, ita ut prior in eptachordo paramese existens, etiam & hic tertia ab infima sit; chorda autem quæ interjecta est, quarta sit ab infima, & concinat cum ea concentu diatessaron, qui concentus prius fuerat mediæ ad summam; tonus autem intermedius inter mediam & eam quæ interjecta est, quæque nominata est pro priore paramese, utri tetrachordo addita sit, si quidem tetrachordo summarum addatur fidium, *νητοδεέςερος*, si autem tetrachordo infimarum, *ὑπατοδέςερος*, efficiet harmoniam diapente, quæ est utrinque constitutio ipsius tetrachordi, & toni qui additur. Sicuti & ratio hemiolica toni diapente systema invenitur epitriti simul & epogdoi. Tonus qui inde fit epogdoos, id est, superoctavus dicitur. Et sic eptachordum, octachordum factum est in dupla ratione summarum: *ὁ πυϑαγόρας παρενέϑηκεν ὄγδοόν τινα φϑόγγον μεταξὺ μέσης, καὶ παραμέσης συνάψας, καὶ ἀποςήσας ἀπὸ μὲν τῆς μέσης ὅλον τόνον, ἀπὸ δὲ τῆς μέσης ἡμιτόνιον. ὥςε τὴν μὲν προτέραν ἐν τῷ ἑπταχόρδῳ παραμέσην ϐ̃σαν, καὶ ἔτι τρίτην εἶναι ἀπὸ τῆς νήτης, τὴν δὲ παρεντεϑεῖσαν τετάρτην μὲν ἀπὸ τῆς νήτης ὑπάρχειν, συμφωνεῖν δὲ πρὸς αὐτὴν τὴν διὰ τεσσάρων συμφωνίαν, ἥνπερ καὶ ἡ ἐξ ἀρχῆς μέση πρὸς τὴν ὑπάτην εἶχεν. ὁ δὲ μεταξὺ ἀμφοτέρων τόνος μέσης τε καὶ παρεντεϑείσης, ὀνομαϑείσης δὲ ἀντὶ τῆς προτέρας παραμέσης, ὁποτέρῳ ἂν τετραχόρδῳ προςεϑῇ, εἴτε τῷ πρὸς τῇ ὑπάτῃ νετοδεέςερος, εἴτε τῷ πρὸς τῇ νήτῃ βοββοϑέςερος* (lego, *ὑπατοδεέςερος*, quasi quæ a summis aliquantum absit, & summarum sit infima, ut *νητοδεέςερος*, quæ ab imis parum absit, & imarum sit summa) *τὴν διὰ πέντε συμφωνίαν ἀποδείξει, σύςημα ἑκατέρωσε ὑπάρχϐσαν αὐτϐ̃ τϐ̃ τετραχόρδϐ, καὶ τϐ̃ προσγενομένϐ τόνϐ. ὥσπερ καὶ ὁ τϐ̃ διὰ πέντε λόγος ἡμιόλιος σύςημα εὑρίσκεται ἐπιτρίτϐ ἅμα καὶ ἐπογδόϐ. ὁ ἄρα τόνος ἐντεῦϑεν ἐπόγδοος. καὶ ϐ̃τω τὸ ἑπτάχορδον ὀκτάχορδον γέγονεν ἐν λόγῳ διπλασίῳ τῶν ἄκρων.*



CAP. XIX.

De Musica quæ fit flatu, pulsu, aut tactu, & de crumatis.

DE cantu qui voce fit, egimus, jam de eo qui pulsu, & flatu existit, agendum est. Organorum alia sunt ἐμφυσώμενα, & πνευματικὰ, ut loquitur Athenæus, ἔμπνευστα Plutarcho, ut cornua, litui, tibiæ, quæ inflatæ ab hominibus sonum edunt. Alia sunt ἔγχορδα, Plutarcho ἐντατὰ, quæ constant nervis, & fidibus, ut cithara, psalteria. Nonnulla κρουστὰ, quæ pulsantur, ut tympana, sistra, cymbala, & campana, ut docet Chrysostomus protheoria *in Psalmos*, a quo facit Cassiodorus lib. *de Musica*. Organorum, inquit, aliud percutitur, aliud intenditur, aliud inflatur. Percutiuntur acetabula ænea, vel argentea, unde κρούματα dicta. Tenduntur fides, quæ plectro percussæ mulcent aurium sensum, inflantur tubæ, calami, organa, pandura, & cætera quæ spiritu agitata in sonum vocis animantur. Legendus Isidorus lib. II. *Origin.* cap. XIV. qui panduriam vocat. Martianus Capella in *ermeneutico*, seu ἐξαγγελτικῷ Musicæ genere, quod ad expositionem pertineat, tres esse partes ait, ὀργανικὸν, εἰδικὸν, ὑποκειτικόν. Organicum Isidorus interpretatur quod flatu consistit: τὰ ἔντατα ὄργανα. Protagoridas apud Athenæum vocat καθαπτὰ, lib. IV. ψηλαφητὰ καὶ μίτον. Crusta quæ vocantur Chrysost. dicuntur ἔνηχα. lib. XIV. Athen. ψόφου μόνου παρασκευαστικὰ, cujusmodi fuerunt scabilli, testæ, κρέμβαλα. Hesychius, κρεμβαλιάζειν, κογχύλια καὶ ὀστᾶ ἅμα συγκροτοῦντας ἄρρυθμόν τινα ἦχον ἀποτελεῖν τοὺς ὀρχουμένους· Id est, *crembaliazein, est testas, conchylia, & ossa simul impellentes in saltatione sonitum quendam gestu, ac rythmo carentem reddere.* Athenæus lib. XIV. κογχύλια καὶ ὀστᾶ συγκρούειν. Idem ibid. τὰ μὲν ἔγχορδα, τὰ δὲ ἔνηχα κατεσκεύαζον, ἦν γὰρ δή τινα καὶ χωρὶς τῶν ἐμφυσωμένων, &c. Id est, *partim fidibus adjunctis sonora, partim quæ ad sonum inflantur spiritu.* Quin & alia diversa sunt tum ab iis quæ animantur flatu, tum ab iis quæ protenduntur fidibus, ψόφου μόνον παρασκευαστικὰ, *crepitu solum obstrepentia*, καθάπερ τὰ κρέμβαλα, *ut crepitacu-*

A *la.* Dicuntur in cantu Dianæ χρυσοφαῆ κρέμβαλα χαλκοπάρῃα, id est, *crepitacula inaurata ærea*; unde κρεμβαλίζειν. Juvenalis satyr. XI.

—— *Audiat ille*
Testarum crepitus cum verbis.

Gaditanæ mulieres crotalistriæ hunc sonitum edebant. Petronius crotalistrias vocat. Juvenalis sat. XI.

—— *Expectes ut Gaditana canoro*
Incipiat prurire choro.

Martialis lib. VI. epigr. LXXVI.

Edere lascivos ad Bætica crumata gestus,
Et Gaditanis ludere docta modis.

B Lib. VI. epigr. IV. crotochoraulem vocat. lib. III. epig. LXII.

Cantica qui Nili, qui Gaditana susurrat.

Cum ejusmodi enim crumatis & tibiæ, & cantica conjungebantur. Dicuntur cordicistæ. Scholiastes Juvenalis satyr. XI. & est in medio choro cordicista. Martianus cordicistas a Cretibus repertos ait lib. IX. Crumata item vocat Dio Chrysostomus *Tharsico* I. ἡ τῶν Ἀραδίων νῦν κρατεῖ μουσικὴ κατὰ φοινίκων κρούματα. *Musica Aradiorum secundum Phœnicum crumata nunc viget.* De scabillis Suetonius in *Caligula* cap. LIV. Deinde, ait, repente magno
C tibiarum & scabillorum crepitu, cum palla tunicaque talari prosiluit, ac desaltato cantico abiit. Scabillos eruditi viri crepitacula interpretantur, cujusmodi sunt testarum crepitus, acetabulorum tinnitus, sive ὀξυβάφων μουσική. Arnobius lib. II. scabillorum concrepationibus sonoris. Eorum usus etiam in sacris fuit. Lib. VII. Quid efficiunt strepitus scabillorum, ut cum eos audierint numina, honorifice secum existiment actum? Luctatius scabillos interpretatur tibiam, quam in sacris pede sonant. Lib. VII. in id Statii,

—— *Ad inspirata rotari*
D *Buxa.*

Id est, scabillum vel tibiam, quam in sacris tibicines pede sonant. Cicero *pro Cœlio*: scabilla concrepant, aulæum tollitur. Non longe videntur abfuisse a cymbalis. Vet. Gloss. æneatores, κυμβαλοκρουσταί. Lucianus *de Musica*, αὐλοὶ μελιχρότεροι κυμβάλων, *tibiæ dulciores cymbalis.* L. I. c. XIII. *Pa*

ralipom. κύμβαλα χαλκά. Salisberienſis crotum muſicum ſcribit eſſe inſtrumentum, quod in ſono vocem Ciconiæ imitatur. Nam apud Ægyptios Ciconia crotalus dicitur. Petronius, cum intrans cymbaliſtria, & concrepans æra. Propertius,

Cymbala Thebano concrepuere modo.

Siſtra, cymbala, crotala, erant ærea. Ovidius:

——— *Tmeſææque concrepat æra.*

Martialis lib. XI. epigr. XVII.

Et Tarteſiaca concrepat æra manu.

Cymbala erant quaſi duo catini ærei cavi, quos digitis cum impellerent, dicebantur περετίζειν. Pollux libro IV. τὰ ὄργανα τὰ κρουόμενα εἴποις ἂν καὶ πληττόμενα, ἐπιπληττόμενα, ἐπιψαλλόμενα ἔγχορδα, πρόσωδα. Sunt autem hæc quæ digitis, aut pectine feriuntur, lyra, cithara, barbiton, quod & βαρύμιτον dicitur, chelys, pſalterium, trigona, ſambucæ, pyctides, forminges, phœnix, ſpadix, lyrophœnicium, clepſiambus, pariambus, jambuce, ſyndapſus, epigoneum, quod dictum ab Epigono Ambraciote, qui primus ſine plectro pulſavit. Epigoneum habet XL. chordas, Simicum XXXV. Monochordum eſt Arabum inventum. Trichordum eſt pandura Aſſyriis. Pentachordum Scytharum loris e crudo corio bubulo aptum erat, καθῆπτο ἱμᾶσι ὠμοβοΐνοις. Caprarum chelæ, ſeu ungulæ pro plectro erant. Pſithyra fuit quadrangularis Troglodytarum, aut Lybum. Quidam pſithyram eandem faciunt cum aſcaro, qui laterculus erat cubitalis canens διὰ εἱλκυσμένα πτερία, *per attractas pinnas*, quæ circumverſæ ſonum efficiebant crotalo ſimilem. Magadis Thracum eſt. Pelyx eſt inſtrumentum quod pſallitur, ὄργανον ψαλτήριον.

CAP. XX.

De organis empneuſtis.

ORGANA ἐμπνευστά, πνευματικά, ἐμπνευστικά, ἐμφυσώμενα, ἐπιπνεόμενα, καταπνεόμενα, πνευστικά, tibia fiſtulæ, σύριγγες, ait Pollux. καλάμων ἐστὶ σύνθεσις λίνῳ, καὶ κηρῷ συνδεθεῖσα, ἤγε αὐτοσχέδιος, αὐλοὶ πολλοί, ἕκαστος κατὰ μικρὸν ὑφ᾽ ἑκάστῳ ὑπολήγοντες εἰς τὸν ἐλάχιστον ἀπὸ τοῦ μεγάλου, κατὰ μὲν τὸ στόμα τῶν αὐλῶν ἀφιστάμενοι, ἐκ δὲ θατέρου μέρους ὑπ᾽ ἀλλήλοις διὰ ἀνισότητος ὑφεστηκότες, ὡς ὄρνιθος πτέρυγι τὸ σχῆμα προσεοικέναι, &c. Huic contraria eſt tibia Tyrrhenica inverſæ fiſtulæ ſimilis. Calamus eſt æreus qui per imum inſpiratur: minor eſt ſimilis follibus, major aquæ preſſæ emittenti auram ſpiritus. Hujus tibiæ ſonus eſt vibrantior, vocalior, & violentior. Verba Pollucis Latine ſonant: *Fiſtula eſt calamorum compoſitio lino & cera conjuncta, aut tumultuario, & rudi opere, tibiæ multæ, ſingulæ paulatim ſub ſingulis deſinentes a maxima ad minimam arundinem, diſtantes quidem ſecundum os a tibiis, ex altera parte ſibi invicem propter inæqualitatem ſuppoſiti, ut res non ſit abſimilis alæ avis. Quemadmodum enim in ala avis pennæ ſuperiores ſunt longiores, quæ ſequuntur, earum ordo ſemper decreſcit uſque ad minimam pennam, ita & in fiſtula plures ſunt calami impares cera juncti, qui per ordinem ſenſim decreſcunt, ut inferiores ſemper breviores ſint.* Quod in noſtratibus organis obſervari poteſt. Verba Græca faciliora eſſent ſi ita legeres, ὑπολήγοντες εἰς τὸν ἐλάχιστον ἀπὸ τοῦ μεγάλου ἀνισότητα ἔχοντες ὡς ὄρνιθος πτέρυγι ἐοικέναι. Cera jungi oſtendit Theocritus,

——— Καὶ τὰν δὲ φέρε, δυπάκτιο μελίπνουν
Ἐκ κήρω σύριγγα καλὰν περὶ χεῖλος ἑλικτάν.

CAP. XXI.

De Tibia.

ORGANORUM quædam diximus eſſe πνευματικά, cujuſmodi ſunt cornua, litui, tubæ, quæ ſpiritu animantur, & tibiæ de quibus hic agemus cæteris omiſſis, quia locus in orcheſtra tibiis fuit vel maximus. Tibias alii reſpuendas eſſe cenſuerunt, quod ore detorto, & buccis tumentibus indecoram, ac turpem ſpeciem objicerent, motuſque haberent furentes, & expiationi magis idoneæ eſſent, quam doctrinæ. Ariſtoteles lib. IX. *Politic.* cap. VI. ὁ αὐλὸς οὐκ ἐστὶν ἠθικόν, ἀλλὰ μᾶλλον ὀργιαστικόν, ὥστε πρὸς τοὺς τοιούτους αὐτῷ καιροὺς χρηστέον ἐν οἷς θεωρία κάθαρσιν μᾶλλον δύναται (ποιεῖν forte) ἢ μάθησιν. Alii retinendas, quod ſuavem animis afferant motum. Plutarchus ſympoſ. VII. cap. VIII. εἶτα ἀπελίγαινε ὁ αὐλός, καὶ διεξῆλθε τῶν ὤτων καταχεόμενος φωνὴν ἡδεῖαν ἄχρι τῆς ψυχῆς ποιοῦσαν γαλήνην. αὖ γε δὴ καὶ αὐλὸς τὸ μέτριον διαφυλάττει μὴ παθαινόμενος, μηδὲ ἀνασοβῶν, καὶ περὶ ἐξίστας βόμβυξι, καὶ πολυχορδίαις. Id eſt, *deinde tibia lenit animos, & in aures ſe inſinuat infundens vocem jucundam uſque ad animam, quæ tranquillum afferat, ſi modum tenuerit, non in affectus diſſoluta, & concutiens, ac externans animos ſonis fiſtularum ſtridulis multis.* βόμβυκες Heſychio γένος αὐλῶν. Putem tibias fuiſſe Phrygias, quæ furorem animis injicerent. πολυχορδίαν hic, cum de tibia loquatur, *multitudinem, ac varietatem ſonorum* interpretor. Uſurpata eſt tamen tibia in templis, Theatris, funeribus, orgiis, omnium pene gentium conſenſu. Vide Athenæum lib. XIV. Tibiam cum Alcibiades repudiaſſet, eandem omnes Athenis repudiarunt.

CAP. XXII.

De Tibiæ Auctore.

TIBIÆ vel fiſtulæ auctorem vulgo Pana eſſe volunt, Virgilio teſte:

Panaque qui primus calamos non paſſus inertes.
Pan primus calamos cera conjungere plures
Inſtituit.

Ovidius I. *Metamorph.* Syringa Nympham in fiſtulam mutatam eſſe ait, ne vim a Pane pateretur:

Dumque ibi ſuſpirat, motos in arundine ventos
Effeciſſe ſonum tenuem, ſimilemque querenti,
Arte nova, vociſque Deum dulcedine captum.

Lucretius lib. IV.

——— *Cum Pan*
Pinea ſemiferi capitis velamina quaſſans
Unco ſæpe labro calamos percurrit biantes,
Fiſtula ſylveſtrem ne ceſſet fundere muſam.

Conſule Plinium lib. VII. cap. LVI. Cicero lib. III. *de Orat.* Alii Minervæ tribuunt, quæ tamen aſpernata, quod oris elegantiam imminueret, abjecerit. Euſtathius *Iliad.* VI. in id, αὐλοὶ φόρμιγγές τε βοὴν ἔχον. φασὶν οἱ παλαιοὶ ὡς οὐδαμοῦ αὐλοὶ παρ᾽ Ἕλλησιν. εἰ δὲ καὶ Ἀθηνᾶς εὕρημα ὁ αὐλός, ἀλλ᾽ αὐτὴ πάλιν κατὰ τὸν Φιλοστράτου λόγον χρησαμένη κατέρριψε τὸ εὑρεθέν, ἐπειδὴ φυσήματι συγχέειν εἶχε τὸ τοῦ προσώπου κάλλος αὐτῇ, καὶ ἀπαχρειοῦν. Id eſt, *Veteres dicunt, quod nullæ olim in Græcia tibiæ. Etſi autem Palladis eſt inventum tibia, ipſa tamen ut uſa eſt, teſte Philoſtrato, rejecit repertum, quia buccas inflans vultum deturpabat.* Menalippides in Marſya; τὰ μὲν Ἀθάναια ὄργαν᾽ ἔρριψέ τε ἱερᾶς ἀπὸ χειρός, εἶπέ τε, ἔρρετε αἴσχεα σώματι λύμα. Id eſt, *Minerva de manu ſacra organa rejecit, dixitque, abite in malam rem corporis probra turpia.* Teleſtes Selinuntius τὰν ὂν περιθειοτάταν βρομίῳ παρέδωκε σεμνᾶς δαίμονος ἀερθὲν πνεῦμα.

Id est, *hanc artem divinissimam Bromio dedit venerandæ Deæ sublimis spiritus*. Eandem tamen ob causam, auctore Alcibiade, primum a pueris, deinde & a viris, maxime vero sacris certaminibus repudiata est. Plutarchus Alcibiade, ὅθεν ἐξέπεσε κομιδῆ τῶν ἐλευθέρων διατριβῶν, καὶ προεπηλακίσθη παντάπασιν ὁ αὐλός. Id est, *unde & excidit valde liberalibus exercitationibus, & proculcata est omnino tibia*. Consule Platonem in *Alcibiade*, Gellium lib. IX. c. XV. Pausaniam *Phocicis*, δευτέρα δὲ πυθιάδι αὐλῳδίαν κατέλυσαν καταγνόντες οὐκ εἶναι τὸ ἄκουσμα εὔφημον. *Secundis*, inquit, *Pythiis tibiarum cantum respuerunt, condemnaruntque quasi non esset auditu faustum & auspicatum*. Aristides orat. *in Minervam* existimat tibiarum, lyræ, & citharæ cantum a Minerva repertum, quæ tibiam uni ex Musis dederit, lyram Mercurio, citharam Apollini. Dioscuri autem ejus auspiciis pyrrichen saltant. αὐλῳδίαν τοίνυν, καὶ λυρῳδίαν, καὶ κιθαρῳδίαν ἐξεῦρεσα ἡ Ἀθηνᾶ, τὴν μὲν τῶν μουσῶν μιᾷ δωρεῖται, τὴν δὲ τῷ ἑρμῇ, τὴν δὲ τῷ ἀπόλλωνι. διόσκουροι δὲ ὑπ' αὐτῇ πυῤῥιχίζουσι. Martianus lib. IX. Fides apud Delphos per Deliacam citharam demonstravi, tibiæ per Tritonidem nostri comitem sonuerunt, calamos Mariandeni, & Aones in laudem inflavere cælestium. Panduram Ægyptii: unde & Nonnus *Dionysiacis* vocat διδυμόχροον αὐλὸν ἀθήνης. Ovidius VI. *Fastor*.

Prima terebrato per rara foramina buxo,
Ut daret effeci tibia longa sonos.

Idque in Libya, ut est in *Græcis Epigram*.

Ἥ ποτε γοργείων βλοσυρὸν μύκημα καρήνων
Φθεγγομένων λιβύων ὁμοζυγέων τύπον αὐλῶν.

Bion a Pane plagiaulon, id est, curvam tibiam repertam esse ait, tibiam a Minerva:

Ὡς εὗρεν πλαγίαυλον ὁ πὰν, ὡς αὐλὸν ἀθήνη,
Ὡς χέλυν ἑρμάων, κιθάραν δ' ὡς ἁδὺς ἀπόλλων.

Id est, *quæ aliquando mugitum terribilem invenit Gorgonei capitis sonum edentis similem tibiis Libycis paribus, & conjunctis*. Item, *quod invenit Pan curvam tibiam, Minerva tibiam rectam, ut chelyn Mercurius, citharam Apollo*. Lege Athenæum l. XIV. p. 616. formis Commelini. Libycam tibiam vocat Euripides in *Herc. furente*:

Παρά τε χέλυος ἑπτατόνου μολπὰν, καὶ λίβυν αὐλόν.

Marsyas & Olympus Phryges tibiam invenerunt, Sirites expolivit, ut Pollux lib. IV. & Athenæus lib. XIV. ἐπειδὴ σειρίτης, ὃς δοκεῖ πρῶτον εὑρεῖν τὴν αὐλητικὴν λίβυς ἦν τῶν νομάδων, ὃς καὶ κατηύλησε τὰ μητρῷα πρῶτος. Id est, *quia Sirites qui primus videtur auleticam artem & tibicinam reperisse, Libs erat e Nomadum gente, qui primus matroa* (id est, Cybeles hymnos) *tibia cecinit*. Dalechampius μητρῷα vertit *Cereales hymnos*. Quam bene viderint alii, maxime in Phrygia, ubi matroa Cybeles. Euripides in *Aulide*:

Τίς ἄρ' ὑμέναιος διὰ λωτοῦ λίβυος,
Μετά τε φιλοχόρου κιθάρας.

Id est, *quis hymenæus per lotum & tibiam Libycam, & cum cithara choros amante?* Tibias Phryges invenerunt Olympus, & Marsyas. Sirites non tibias reperit, sed viam excogitavit inflandi arte tibias. Pollux lib. IV. cap. X. Sirites κατηύλησε τὰ μητρῷα πρῶτος, *primus ad matris Deum sacra tibiam adhibuit*. αὐλήσεις sunt modi tibiarum. Isidorus; Tibias excogitatas in Phrygia ferunt, dictas quod primum de cervinis tibiis, cruribusque hinnulorum fierent. Buxeas tibias Phryges invenere, apud Athenæum lib. IV. cap. XXIV. In Phrygia Pallas tibiam invenit prope Tritonida paludem. Propertius lib. II.

Hic locus est in quo tibia docta sones,
Quæ non jure vado Mæandri jacta natasti,
Turpia cum faceret Palladis ora tumor.

Apud Vopiscum in *Carino* camptaulæ tibicines, qui flexione cantus inter modulandum uterentur. Hesychius, κάμπτειν τὸ ἐν τῇ ᾠδῇ καμπὰς ποιεῖν. Vopiscus, centum camptaulas, choraulas centum, &c. Mimos præterea undique advocavit. Exhibuit & ludum Sarmaticum, quo dulcius nihil est. Exhibuit Cyclopem. Donatum est & Græcis artificibus, & gymnicis, & histrionibus, & musicis aurum, & argentum. Donata & vestis serica. Alii tibiam a Pallade repertam volunt, ut diximus. Pindarus ode ult. *Pyth*.

Αὐλὸν παλλὰς ἐφεῦρε γοργόνων
Οὔλιον θρῆνον διαπλέξασα.

Pallas, inquit, *componens perniciosum, ac luctiferum carmen Gorgonum tibiam invenit*. Quidam ab Osiri tibiam singularem, quam monaulon vocant, repertam asserunt. Athenæus lib. IV. μόναυλος, ὀσίριδος εὕρημα, ὡς καὶ ἡ φῶτιγξ πλαγίαυλος. Isidorus lib. II. existimat fistulam a Mercurio repertam, alii a Fauno, qui & Pan dicitur; unde & fistula Pandoria. Quidam ab Idi pastore Agrigentino in Sicilia. Pausanias p. 73. Ardalum Vulcani filium αὐλὸν εὑρεῖν. Eustathius Libyn quendam pastorem, αὐλὸς λιβὺς, inquit, ὅτι λιβύς τις νόμος (lege, νόμιος vel νομὰς) αὐλητικὴν πρῶτος εὗρε. Hesychius, λιβὺς ὁ αὐλὸς ἐκαλεῖτο, ἐπεὶ λιβὺς νομάς τις τὴν αὐλητικὴν πρῶτος εὗρε. Tibia Cretæ primum reperta est, ait Eustathius *Iliad*. lib. I. ἐν κρήτῃ εὑρέθη αὐλὸς, καὶ τύμπανον, ὃ βυρσότονον κύκλωμα εὐριπίδης καλεῖ. Isidorus tamen lib. II. *Origin*. in Phrygia tibias natas esse vult, quæ primum funeribus, mox & sacrificiis adhibitæ sint. Tzetzes Chiliad. XIII. μαρσύας φρὺξ φιλόσοφος εὗρεν αὐλοὺς τὸ πρῶτον ἄλλοι φασὶ τὴν ἀθηνᾶν εὑρεῖν τὴν αὐλῳδίαν, a qua Marsyas eam deterruerit. Sed de Marsya parum constat, cum primus Hiagnis pater Marsyæ duas tibias uno spiritu animarit, ait Apulejus *Florid*. I. Ubi ubi repertæ sint, variæ gentes tibiis usæ sunt. Syri tibicines a Juvenale memorantur satyr. III.

Jam pridem in Tiberim Syrus defluxit Orontes,
Et linguam, & mores, & cum tibicine chordas
Obliquas, nec non gentilia tympana. ——

Papias in *Onomastico*, Ambubajæ mulieres tibicines Syriacæ. Horatius.

Ambubajarum collegia. ——

Suetonius in *Ner*. cap. XXVII. Ambubajarumque ministeria. Quæ vox Chaldaica & Hebraica est, ut doctissimus Josephus Scaliger, tibicinemque significat. In Arabia quoque tibiæ viguerunt; unde proverbium, ἀράβιος αὐλητὴς, ἐπὶ τῶν ἀκαταπαύστων, *de iis qui aliquid desinere nequeunt*. τὸ παλαιὸν γάρ φασὶ τοὺς ἐλευθέρους μὴ μανθάνειν αὐλεῖν διὰ τὸ βάναυσον, τῶν δὲ ἀνδραπόδων πολλὰ ἀραβικά, inquit Suidas. *Olim enim ajunt liberos homines non didicisse fidibus, quod sit ars vilis & sordida, mancipiorum autem pleraque Arabica*. unde proverbium, δραχμῆς μὲν αὐλεῖ, τεττάρων δὲ παύεται. Id est, *ut tibia canat, drachma una ei datur, ut desinat, quatuor numerari oportet*. A barbaris tibias profectas esse volunt, apud Athenæum lib. XIV. maxime a Thebis Ægyptiis, Eustathius *Iliad*. XVII.

Αὐλοὶ θηβαίων ἦσαν εὕρημα τῶν κατ' αἴγυπτον.

Id est, *tibiæ Thebanorum erant repertum in Ægypto*.

Dio Chrysost. in *Cyneg.* ait Thebanos in Græcia tibiarum laudem reliquæ Græciæ præripuisse, *οἱ Θηβαῖοι τὴν προεκρίθησαν ὑπὲρ τῆς ἑλλάδος νικᾶν ἐπ' αὐλητικῇ*. unde versus,

Ἄλλας μὲν Θήβας ποτὲ νικᾶν προέκρινεν αὐλοῖς. lege, *πάλλας*. Id est, *præjudicavit Thebas tibiæ cantu cæteras urbes superare.* Dardani ipsi tibiarum gloriam sibi vindicant. Aristophanis Scholiast. in hæc verba, *αὐλητρὶς δαρδανίς. ἐκ τῆς δαρδανίας αὐλητρίδες εὐδοκιμοῦσιν.* Id est, *tibicina Dardanis, quia e Dardania tibicinæ commendantur.* Romæ frequentes fuere, maxime in Comœdiis, unde & tibicinum collegium. Valerius Max. lib. II. cap. V. Tibicinum collegium solet in foro vulgi oculos in se convertere, &c. Plutarchus in *Romaic.* Januariis Idibus auletas vestibus fœmineis amictos scribit. Fabius lib. VII. cap. I. Transeat tibicinis Latini modo ad desertum, ut ait Cicero *pro Muræn.* Seneca epist. LVI. Donatus *in Andriam Terent.* Cantica temperabantur modis non a Poeta, sed a perito artis musicæ factis. Neque enim omnia iisdem modis in uno cantico agebantur, sed sæpe mutatis. Modos tibiarum accipe, qui ad fabulæ ingenium temperabantur, usque adeo ut auditis tibiis populus sciret quæ fabula danda esset. Cicero *Academ. quæst.* VI. qui primo inflatu tibicinis Antiopam esse ajunt. Agebantur autem paribus, aut imparibus tibiis, dextris, aut sinistris. Dextræ sua gravitate seriam Comœdiæ dictionem pronuntiabant, sinistræ & serranæ acuminis levitate jocum in Comœdia ostendebant. Si dextris & sinistris uterentur, mixtum genus fuit. Item *in Eunuchum* Donatus; acta est ludis Megalensibus L. Numidio Posthumio, L. Ambivio Turpione personatis. Item, modulante Flacco Claudio tibia dextra & sinistra ob jocularia multa permista gravitate. In Hecyram, modulatus est eam Claudius tibiis paribus, Phormionem tibiis serranis. In *Adelph.* modulata est tibiis dextris, id est, Lydiis, ob seriam gravitatem: sæpe tamen per scenam mutatis modis cantica mutavit, quod significat titulus personæ habens subjectas personis literas M. M. C. Cicero I. *Tuscul.* Hæc cum pressis, & flebilibus modis, qui totis Theatris mœstitiam inferant, dixere. Tibicen dari solitus in fine cujusque actus. Fabius lib. I. c. XII. Plautus *Pseud.*

Tibicen hic interea vos oblectaverit.

Non modo in Comœdiis usus tibiarum fuit, sed proprie in funeribus, deinde in sacris. Luctatius in *Thebaid.* Jubet religio, ut majoribus mortuis tuba, minoribus tibia caneretur Ovidius VI. *Fast.*

Temporibus veterum tibicinis usus avorum
Magnus, & in magno semper honore fuit.
Cantabat fanis, cantabat tibia ludis,
Cantabat mœstis tibia funeribus.

Idem lib. I. *Tristium:*

Tibia funeribus convenit ista meis.

Apulejus *Florid.* I. monumentarios ceraulas vocat, Dio Chrysostomus *τυμβαύλους*. orat. XLIX. *ἔφη δέ τις τῶν ὀλίγον πρότερον φιλοσόφων οὐ φαύλως, τὸν ἰσμηνίαν τοῦτο μάλιστα ἀγανακτεῖν, τὸ καλεῖσθαι αὐλητὰς τοὺς τυμβαύλους.* *Ait autem aliquis ex iis qui nudius tertius philosophati sunt, Ismeniam ægre ferre solitum, quod monumentarii ceraulæ vocarentur tibicines.* Apulejus *Florid.* I. Antigenidæ id ipsum tribuit, non Ismeniæ: is autem est Ismenias, qui tibias Corinthi septem talentis emit. Lucianus *in ἀπαίδευτον. αὐλοὺς ἑπτὰ ταλάντων ἐν κορίνθῳ ἐπρίατο*, qui sibi suisque canere solitus erat, ut ait D. Hieronymus, vel ut Cicero lib. *de clar. Orat.* sibi & Musis. Funeribus igitur adhibitæ tibiæ. Suetonius in *Julio*: Tibicines & scenici artifices vestem discissam injecere flammæ, in funere Cæsaris. Midas omnium primus a funeribus ad sacrificia transtulit, cum matrem suam inter Deos reponeret, cæteri sequuti, ut perlitari posset. Plutarchus *de dæmonio Socratis*, *τῷ ἰσμηνίᾳ τῇ θυσίᾳ προσαυλήσαντος, οὐ καλλιερεῖ. μισθωτὸς τοὺς αὐλοὺς παρελόμενος ηὔλησε γελοίως.* *Perlitatum est ridiculo illo mercenarii tibicinis cantu.* Religioni fuit sine tibia rem divinam facere. Plutarchus in *Romaic.* *καί τις ἥπτετο δεισιδαιμονία τῶν ἱερέων ἀναυλα θυόντων.* Ostendit tamen *θυσίας* interdum *εἶναι ἀχόρους, καὶ ἀναύλους.* In conviviis locus tibiæ fuit. Plutarchus *Sympos.* VI. non licet, inquit, etiam si volueris, tibiam mensis excludere. Libationes enim eam desiderant cum corona, & cum Pæane accinit divinum aliquid: *τὸν δ' αὐλὸν οὐδὲ βουλομένοις ἀπώσασθαι τῆς τραπέζης ἐστίν. αἱ γὰρ σπονδαὶ ποθοῦσιν αὐτὸν ἅμα τῷ στεφάνῳ, καὶ συνεπιφθέγγεται τῷ παιᾶνι τὸ θεῖον.* Ibi tum ad tibicinem laudes clarorum virorum prosequebantur, ait Cicero lib. II. *de Legibus*. Et in nuptiis quoque tibiæ adhibitæ sunt. Auctor *ad Herennium*; non illæ te nuptiales tibiæ ejus matrimonii commovebant: ut & in cæteris rebus lætioribus. Horatius lib. II. *Epist.*

Nunc tibicinibus, nunc est gavisa Tragœdis.

Cum autem exeundum esset e Theatro, funere, aut sacrificio, *ἐξόδιοι νόμοι* canebantur. Hesychius, *ἐξόδιοι νόμοι δι' ὧν πάντες ἐξελεύσονται.* ipsis etiam Judicibus exeuntibus tibicen cecinit. Aristophanes in *Vespis*,

Αὐλητὴς ἐν φορβειᾷ τοῖς δικασταῖς ἔξοδον ηὔλησε ἀπιοῦσιν.

Hoc addo, tibicines interdum inter canendum gesticulatos esse, ut more pantomimorum res quasque imitarentur. Aristoteles probl. IX. c. XLVIII. *οἷον οἱ φαῦλοι αὐληταὶ κυλιόμενοι ἂν δίσκον δέῃ μιμεῖσθαι, καὶ ἕλκοντες τὸν κορυφαῖον ἂν σκύλλον αὐλῶσι.* *Ut mali auletæ si volutantes, si discum imitari voluerint, & trahentes coryphæum, si scillum cecinerit.* quod est carminis genus salax, & protervum.

CAP. XXIII.

Quid intersit inter tibiam & fistulam.

EUSTATHIUS *Iliad.* lib. XVII. in hæc verba,

—— *αὐλοί, φόρμιγγές τε βοὴν ἔχον.*

notat, *αὐλὸν* dici ab *αὔω*, vel *ἄω*, id est, *clamo.* *γίνεται δὲ αὐλὸς παρὰ τὸ αὔειν, ὅ ἐστι βοᾶν.* Tibiæ Latinis ab animantium tibiis, ex quibus factæ; fistulæ, quia fissi calami a *καλέω*, id est, a fundendis vocibus, ut vult Isidorus, vel ut ego malim, a *κλάω*, *frango*, quia calami fragiles. Tibiæ a Suida vocantur *φυσαλίδες*, quod spiritu inflentur: in vet. Gloss. auletæ & tibicines flatores. Iidem & sabulones dicti, ut nonnulli apud Macrobium lib. II. *Saturn.* cap. I. Certe sabulones prætexta & impudica verba jaciebant. Apulejus lib. II. *Florid.* dextera psallentis gestu suum sabulum citharæ admovet. Alii sabulum esse volunt instrumentum grande vastitate soni, quod fidibus tendi, & plectro pinsi solet. Curopalatæ dicitur *σούρουλον*, *σουρουλισταὶ* *sabulones*. Fistula, quæ proprie *σύριγξ* dicitur, calami, avena pastoribus tribuuntur. Tibia funeribus adhibita, epulis, sacrificiis; ideo superstitiosa vocatur a Clemente Alexand. lib. II. *Pædag.* *σύριγξ μὲν ποιμέσι ἀπονενεμήσθω, αὐλὸς δὲ ἀνθρώποις δεισιδαίμοσι.* Capellæ dicitur sibilatrix enodis fistula. Tibiam ipsam olim e calamo factam ostendit Eustathius *Iliad.* libr. VII. *παλαιὸν δὲ ὁ αὐλὸς καὶ πολυειδής, καὶ ὡς ἐπὶ πολὺ καλαμίνης,*

νης. παρὰ γῦν ἀλεξανδρεῦσιν ἦν μόναυλος κάλαμος, ὀσίειδός φασιν εὕρημα. *Olim*, inquit, *tibia multiformis, & ut plurimum arundinea. Apud Alexandrinos erat calamus monaulos, Osiridis inventum.* Hesychius, ἴυγξ μονοκάλαμος, *Fistula unius calami dicitur Iynx.* ὀλοσιαλοκάλαμος ὁ φαύλως ᾄδων. Eustathius lib. *Iliad.* σ. ut ego interpretor, ὅλον κάλαμον σιάλῳ μολύνων. Est qui lib. XIV. Athenæi c. II. legendum putet ὀλεσιαυλοκάλαμον, *qui perdat tibiam & fistulam.* malim ut est, ὀλοσιαλοκάλαμον. Athenæus l. IV. μόναυλον describit καλαμαύλην, *calamotibicinem*, de quo Martialis l. XIV.

Ebria nos madidis rumpit tibicina buccis,
Sæpe duas pariter, sæpe monaulon habet.

ῥαπταῦλαι οἱ τῇ καλάμῃ αὐλοῦντες, ait Athenæus, *raptaulæ, qui calamo canunt*: vel potius, ῥαπαῦλαι, quia ῥαπάλη καλάμη. καὶ οἱ ἐν αὐτῇ αὐλοῦντες ῥάπαυλοι, ut Hesychius, qui τίτυρον κάλαμον esse vult: unde & Eustathius, μόναυλος κάλαμος καλούμενος τιτυρινὸς τοῖς ἐν ἰταλίᾳ δωριεῦσι, εἴ τ' οὖν σατυρινός. ὁ δὲ μόναυλος, καὶ καλαμαύλης φασὶ, καὶ ῥαπταύλης ἐλέγετο. *Monaulus calamus tityrinus, sive satyrinus dictus: item monaulus qui calamo canit, & calamaules, raptaules dicitur.* Hesychio τυρίκυλοι dicuntur αὐλοὶ καλάμινοι. lego, τιτυρινοί. Calami primum videntur fuisse, quales ab Aristotele describuntur l. *de respiratione* cap. IX. καὶ τῇ τρίψει τῇ πρὸς τὸν ὑμένα ποιοῦσι τὸν βόμβον τέττιγες, οἷον διὰ τῶν καλάμων τῶν τετρυπημένων τὰ παιδία, ὅταν ἐπιθῶσιν ὑμένα λεπτόν. *Cicadæ attritu qui fit ad pelliculam bombum edunt, qualem pueri per calamos perforatos, cum tenuem pelliculam imposuerint.* A Mariandenis & Aonibus reperti sunt, & in laudem cælestium inflati, ut Martianus Capella. Athenæus l. IV. cap. XIV. probat, μόναυλον instrumentum fuisse καλαμαύλην, unde vox καλαμαυλήτης in *Græcis Epigramm.* p. 521. libri excussi formis Henrici Stephani. Possidippus,

Τοῦτο Θέων ὁ μόναυλος ὑπ' ἠρίον ὁ γλυκὺς οἰκεῖ,
Αὐλητὴς μίμῳ κἠν θυμέλῃσι χάρις.

Id est, *Theon sola tibia canens sub hoc tumulo situs est, tibicen mimo & orchestræ voluptati serviens. Dicite de calamotibicine, salve Theon.* μόναυλον pro μοναυλήτῃ posuit.

Τὸν καλαμαυλήτην εἴπατε, χαῖρε Θέων.

Fuit autem plurimum discriminis inter calamos, & syringa, seu fistulam. Calami plane rudes & agrestes fuere, in fistula paulo amplius artis fuit. Virgilius,

Est mihi disparibus septem compacta cicutis
Fistula.

Theocritus Idyl. VI.

—— τύ γάρ ποτε ἐκτάσω σύριγγα;
Οὐκ ἀρκεῖ τοι καλάμα αὐλὸν ποππύσδειν ἔχοντι;

An unquam fistulam possedisti; non satis est tibi culmo, quæ tua tibia est, sibilare? Virgilius ita vertit Eclog. III.

—— *Aut unquam tibi fistula cera*
Juncta fuit; non tu in triviis indocte solebas
Stridenti miserum stipula disperdere carmen?

Græci aliquid interesse volunt inter δόνακα, & κάλαμον, ut λεπτότατος sit ὁ δόναξ, *tenuissimus*, calamus confertus, & densus. ἁδρὸς δὲ ὁ κάλαμος. δόναξ μὲν συριγκταῖς χρήσιμος, κάλαμος δὲ αὐληταῖς, ait Eustathius sub finem l. σ. *Iliad.* δόναξ *utilis fistulis, calamus tibiis.* Euripides in *Oreste*:

Ἀ ἃ σύριγγος ὅπως πνοὰ λεπτοῦ δόνακος
Ὦ φίλα φωνεῖ μοι.

Id est, *spiritus quasi tenuis arundinis, o amica, mihi insonat.* Aristophanes in *Ranis* vocat ὑπολύριον δόνακα, quia olim in lyra calamum pro cornu subjiciebant. τὸ παλαιὸν ἀντὶ τοῦ κέρατος ὑπετίθεντο κάλαμον, ait Scholiastes. Theocritus Idyl. XX.

—— κἢν σύριγγι μελίσδω,
Κἢν αὐλῷ λαλέω, κἢν δόνακι, κἢν πλαγιαύλῳ.

Id est, *& si fistula canam, aut tibia, aut calamo, aut tibia curva.* ubi vides aliquid esse discriminis inter hæc omnia: & Idyl. VI.

Αὔλει Δαμάτας, σύρισδε δὲ Δάφνις ὁ βώτας.

Tibia Dametas, fistula Daphnis bubulcus canebat. Fistulam elegantem describit Idyl. VIII.

Σύριγγ' ἂν γ' ἐποίησα καλὰν ἐγὼ ἐννεάφωνον,
Λευκὸν κηρὸν ἔχοισαν, ἶσον κάτω, ἶσον ἄνωθεν.

Fistulam feci pulcram, novem vocum, alba cera conjunctam, æqualem supra, & infra. Cera enim conjungebantur calami, ut fistula plures voces redderet. Ovidius,

—— *Dispar septenis fistula cannis.*

Virgilius,

Pan primus calamos cera conjungere plures
Instituit.

Calamos, arundinem, avenam pro eodem ponunt. Virgilius,

Sylvestrem tenui musam meditaris avena.

Quia e culmo & stipula sibi fistulam rudem formabant pastores, ut Servius I. Eclog. Tibullus l. III. eleg. XV.

Sed perlucenti cantus meditabor avena.

Ovidius I. *Metamorph.*

—— *Ut pastor per devia rura capellas*
Dum vehit adductas, & structis cantat avenis.

Libro VIII.

Fistula disparibus paulatim surgit avenis.

Aristophani dicitur σύριγξ καλαμίνη. Polluci l. IV. σύριγξ ἐκ καλάμων. Fiebat e calamo concavo, quem syringiam Theophrastus vocat. Plinius l. XVI. cap. XXXVII. Tertia arundo est tibialis calami: c. XXVI. Calamus vero alius totus concavus, quem syringiam vocant, utilissimus fistulis, quoniam nihil est cartilaginis atque carnis. Quod sumptum est e Theophrasto l. IV. cap. XII. *Histor. plant.* ὁ δὲ ὁ μὲν κοῖλος, ὃν καλοῦσι τινὲς συριγγίαν, οὐδὲν γὰρ ἔχει ξύλου οὐδὲ σαρκός. Fistula igitur proprie facta e calamis, tibia e tibiis asini, gruum, hinnulorum; aut, ut ait Isidorus, quia de cervinis tibiis, cruribusque hinnulorum fierent. Callimachus in *hymno Dianæ*:

Οὐ γάρ πω νέβρεια δι' ὀστέα τετρήνοντο,
Ἔργον Ἀθηναίας ἐλάφῳ κακόν.

Id est, *nondum hinnulorum ossa perforata erant, opus Minervæ, ex quo cervis pernicies.* Fiebant enim, ut dictum est, ex ossibus hinnulorum & cervorum. Hesychius, κακτὸς ἄκανθα, ὑφ' ἧς ἐὰν πλήγῃ νεβρὸς, ἄχρεια ἔχει τὰ ὀστᾶ εἰς αὐλούς. Id est, *cactus spina, qua hinnulus confixus, ejus ossa utilia tibiis non sunt.* Philetas:

Γηρύσαιτο δὲ νεβρὸς ἀπὸ ψυχὴν ὀλέσασα
Ὀξείης κάκτου, τύμμα φυλαξαμένη.

Id est, *hinnulus mortuus qui acuta cacto confixus non fuerit, sonitum in tibia edat.* Item e tibiis gruum fiebant, ut Plinius l. XVI. c. XXXVII. & cervorum, asinorumque. Philostratus l. VIII. *Apollon.* αὐλὸς τὸν φιλοθύτην ἐνθεώτερον ἐργάζεται, οὐ διὰ χρυσοῦ τε καὶ ὀρειχάλκου, καὶ ἐλάφων κνήμης συγκεῖσθαι, ἠδὲ καὶ ὄνων. Id est, *tibia eum qui libenter sacris operatur facit diviniorem, non quod ex auro, orichalco, tibia cervorum, aut asinorum fiat.* In *Græcis Epigramm.*

Νεβρείων ὁπόσον σάλπιγξ ὑπερίαχεν αὐλῶν.

Id est, *quantum tuba tibiæ hinnuli sonum superat.* Huc allusit Aristophanes in *Acharnan.*

Τοῖς ὀστίνοις φυσᾶτε τὸν πρωκτὸν κυνός.

Id est, *osseis tibiis inspirate podicem canis.* Ex asini ossibus tibiæ magis probari videntur quam e cervinis. Plutar. in *Sympos.* προϊέμενοι τὰ νέβρεια, χρώμενοι τοῖς ὀνείοις. Id est, *abjectis hinnuleorum tibiis, usi sunt asininis.* Quia scilicet ὄνος λεπτότατον καὶ μουσικώτατον ὀστέον παρέχεται, *asinus tenuissimum & maxime so-*

norum os præbet. Apud eundem, ἡ πρὸς τὸν φρύγιον αὐλὸν νεβρογόνος κνήμη κερασφόρον ὦας θαυμάζειν ἦξε. Id eſt, *tibia hinnulei ad Phrygiam tibiam aptata in admirationem rapit aures cornu ferentes*; ſive malis, *aures animantium cornibus inſignium*. Thebani docuerunt Græcos ex oſſibus hinnuleorum tibias efficere, auctore Athenæo lib. XIV. Elegantiores tibiæ factæ ex orichalco, devinctæ auro. Horatius in *Arte*,

Tibia non ut nunc orichalco vincta, tubæque
Æmula.

Item e loto, buxo, cornu fiebant, lib. III. *Græcorum Epigram.*

Ἡ κροτάλοις ὀρχηστρὶς Ἀρίστιον, ἡ περὶ πεύκαις
Καὶ κυβέλη πλοκάμους ῥίψαι ἐπισταμένη,
Ἡ λωτῷ κερόεντι φορευμένη.

Id eſt, *Ariſtium ſaltatrix ad crotala docta jactare cincinnos crinium circa tædas piceas, & cybelen, quæ ferebatur ad lotum & tibiam cornu inſtructam*. Plinius l. XVI. c. XXXVII. nunc ſacrificæ tibiæ Thuſcorum e buxo, ludicra e loto, oſſibuſque aſininis & argento fiunt. Lotus in Libya fiſtulis utilis fuit. ὅτι δὲ λωτινοὶ αὐλοὶ ἀπὸ ξύλου ἦσαν λιβυκοῦ καλουμένου λωτοῦ, λεγόμενοι φώτιγγες ὑπ' ἀλεξανδρέων, ait Euſtathius Id eſt, *lotinæ tibiæ fiebant e ligno Libyco, cui loto nomen, dictæ photinges Alexandrinis: unde photingia, & monaulia, comeſſationum inſtrumenta, non belli. Eburneæ tibiæ Phœnicibus perforatæ ſunt; Thebani quoque Ægyptii ex hinnulorum membris tibias fecerunt, ut ſcribit Juba Rex, qui forte hoc eis aſcribit, quia Lybs erat*. ὅθεν καὶ τὰ φωτίγγια, καὶ μοναύλια, κώμων, οὐ πολέμων ὄργανα, καὶ ὅτι ἀνετρήθησαν, καὶ ἐλεφάντινοι αὐλοὶ παρὰ φοίνιξι, καὶ ὅτι καὶ νεβρῶν κῶλα ἐποίουν αὐλοὺς, οἱ Θηβαίων ἦσαν εὕρημα τῶν κατ' αἴγυπτον, ἴσως ἐπεὶ καὶ ἰόβας ὁ τοῦτο ἱστορῶν λίβυς ἦν. Mutuatus eſt hæc ab Athenæo lib. IV. tibiam e buxo Seneca in *Agamemnone*:

Tibi multifora tibia buxo ſolemne canit.

Cornu tibiis adjungebatur Heſychius, ἐγκαίριον αὐλῆσαι, ὅθεν καὶ ὁ ἐγκεραύλης. προσκειμένου τοῦ κέρατος τῷ αὐλῷ ᾖδον. *Cornu ad tibiam adjuncto canebant, ſed ſiniſtram tantum*. Pollux lib. IV. κεραύλης, *qui cornea tibia canit*. Apulejus *Florid.* I. monumentarii ceraulæ. lib. III. *Metamorph.*

—— *& adunco tibia cornu*.

Jungebantur in fiſtula calami cera, ut diximus. Calpurnius Bucol. IV.

—— *Calamos, & odoræ vincula ceræ*
Jungere.

Tibullus lib. II. eleg. V.

Fiſtula cui ſemper deceſſit arundinis ordo,
Cum calamus cera jungitur uſque minor.

Theocritus:

—— δ' ἐπηκτοῖο μελίπνουν
Ἐν κηρῷ σύριγγα καλάν.

Id eſt, *dulcem tibiam pulcram e cera bene compacta*. Ariſtot. *de Poetica* cap. XXVI. οἱ τὰς σύριγγας ἁρμοττόμενοι, εἰς μὲν τὴν ὑπάτην ἄκραν τὸν κηρὸν ἐμπλάττουσι, τὴν δὲ νήτην μέχρι τῆς ἡμίσεως ἀναπληροῦσι. vide cap. XXV. Plutarchus περὶ ἀοργησίας. ὥσπερ ὁ τῶν βουκόλων κηρόπλαστος ὀττοβεῖ δόναξ ἀχέτας ὑπνοδόταν νόμον ἐπιθέλγων. Id eſt, *qui tibias aptant, in ſumma hypate ceram affigunt, netem ad medium uſque implent. Ut bubulcorum ſonat tibia cera juncta ſonora demulcens nomon ſomni conciliatorem*. Uno ordine diſpares calami collocabantur, ut ab imo ad ſummum creſcerent. l. VIII. *Metamorphoſ.* Ovidius:

—— *Nam ponit in ordine pennas*
A minima captans longam breviore ſequente.
—— *ſic ruſtica quondam*
Fiſtula diſparibus paulatim ſurgit avenis.

Catullus:

Tibicen ubi canit Phryx curvo grave calamo.

CAP. XXIV.

De rebus quibus uſi Tibicines.

TIBICINES circumligabant ori pelles, ut moderatus ſpiritus exiens ſuavem ſonum efficeret: vocabatur χειλωτὴρ, καὶ φορβιά. Plutarchus *de Ira*. Marſyas φορβιᾷ τινὶ, καὶ περιστομίοις βίᾳ τοῦ πνεύματος τὸ ῥαγδαῖον ἐγκαθεῖρξε, καὶ τοῦ προσώπου ἀπέκρυψε τὴν ἀνωμαλίαν. Id eſt, *phorbia quadam, & integumento circa os ſpiritum qui rapide & violenter prorumpebat coercuit, & vultus inæqualitatem abſcondit*. Sumpta phorbia videtur a capiſtro quo jumentorum ora includuntur, ubi cibum capere poſſint: eo capiſtro tibicines buccas tumentes abſcondebant, ne res oculis ingrata eſſet. Idem ſympoſ. VII. cap. VIII. Marſyas capiſtro, & tibiis os ſibi præcludens, φορβιᾷ καὶ αὐλοῖς ἐπιστομίσας ἑαυτόν. Heſych. φορβεία ἡ αὐλητικὴ στομίς. *Tibicinum eſt capiſtrum, vel oris integumentum*. Ariſtophanes in *Veſpis*:

Αὐλητὴς ἐν φορβείᾳ τοῖς δικασταῖς ἔξοδον ηὔλησεν ἀπιοῦσιν.

Id eſt, *tibicen in capiſtro exitum cecinit Judicibus abeuntibus*: ubi vet. Scholiaſtes, Phorbejæ, inquit, ſunt pelles circumligatæ ori tibicinum, ut moderatus ſpiritus exeat, ſuavemque tibiæ cantum efficiat: verba ſic habent. φορβεῖαι εἰσὶ τὰ δέρματα τὰ περὶ τὸ στόμα τοῦ αὐλητοῦ προσδεσμούμενα, ὅπως σύμμετρον τὸ πνεῦμα πεμπόμενον ἡδεῖαν τὴν φωνὴν τοῦ αὐλοῦ ποιήσει. Heſychius, γλωττίδες erant lingulæ in ore tibiæ, quæ flatu canentis agitabantur. Plinius lib. XXXVI. arundo apertioribus lingulis ad flectendos ſonos. Ciſtella in qua reponebantur lingulæ, γλωσσοκόμιον dicta eſt, ἐν ᾧ οἱ αὐληταὶ ἀπετίθεσαν τὰς γλωττίδας. γλωσσοποιὸς ὁ τὰς αὐλητικὰς γλωσσίδας ποιῶν. Heſychius, γλωσσίδες αἱ ἐν τοῖς αὐλοῖς κατατετρημέναι. Varro in *Menip.* tibias bilingues. Id eſt, *gloſſides lingulæ ſunt in tibiis foratæ, quas qui facit, dicitur gloſſopæus*. Cranae dictæ ſunt minutæ fiſtulæ, in quas pennas injiciebant. ὑφόλμιον pars tibiæ quæ admovebatur ad os, aut ipſæ lingulæ, elymi prima pars tibiæ, unde lingula pendet. καταστομὶς pars tibiæ, quæ ad os admovetur: dicitur & ὀνόλβιον, forte, ὑφόλμιον. Heſychius κραναὶ τὰ προσκεκολλημένα συρίγγια, εἰς ἃ τὰ πτερὰ ἐμβάλλεται. ὑφόλμιον μέρος τι τοῦ αὐλοῦ πρὸς τῷ στόματι, ἢ αἱ γλωττίδες. ἔλυμοι τὰ πρῶτα τῶν αὐλῶν ἀφ' ὧν ἡ γλωσσίς. καταστομὶς μέρος τι τοῦ αὐλοῦ τὸ ὀνόλβιον. Athenæus lib. IV. elymos tibias dici vult. Suidas φόρβιον, non φορβείαν vocat τὸ περικείμενον τῷ στόματι τοῦ αὐλητοῦ δέρμα, ἵνα μὴ σχισθῇ τὸ χεῖλος αὐτοῦ. *Phorbion, non phorbian vocat pellem circa os tibicinis poſitam, ut non ſcindatur labrum ejus*. Epichalcum dicitur os tibiæ quod apparet per phorbiam ori appoſitam. Os tibiæ dicitur ἐπίχαλκον διὰ τὴν φορβείαν, οἱονεὶ ἐπιστομίδα. Heſychio theca tibiis ſervandis αὐλητηρία dicitur, & σύρβη αὐλοθήκη. unde συβηνεὺς αὐλητής. Heſychius tamen alio loco σιβύνην αὐλοθήκην.

CAP. XXV.

De Foraminibus Tibiæ.

PER initia tria tantum, vel quatuor foramina tibiis fuere, ut Acro *in Art. Poet. Horat.* tales ſe in templo vidiſſe Varro teſtatur. Poſtea ſex, decem, & plura ſunt addita: unde & *multiforatilis* tibia dicitur Apulejo *Florid.* I. & a Seneca *multifora* in *Agamemnone*, πολύτρητος a Græcis, *ſeptiforis* a Sidonio lib. I. *Epiſt.* Avienus:

Quodque foraminibus tibia mille ſonat.

Rara olim fuiſſe foramina docet Ovidius. Sidonius lib. II. epiſt. II. ſeptiforem fiſtulam. Carmine XII.

Jam ſectus recalet Corybas, cui gutture rauco
Ignem per bifores regemunt cava buxa cavernas.

Carm. v.

—— *Et ad biforem reboat nec tibia flatum.*

Ovidius *Fastor.*

Prima terebrato per rara foramina buxo
Ut daret effeci tibia longa sonos.

Sibylla πολύτρητον αὐλόν. Sidonius epist. VIII. lib. IX. *multiforatilem*; ut & Apulejus *Milef.* X. *multiforatilis tibiæ cantus*. Ovidius XII. *Metamorph.* *multiforam*. Plinius lib. VIII. cap. LV. LVI. cujusmodi sunt vascæ, quæ præcentorias foraminum numeri antecedunt:

Tibia non ut nunc orichalco vincta, tubæque
Æmula, sed tenuis, simplexque foramine pauco.

Diodorus Thebanis fecit tibiam πολύτρητον, obliquas aperiens spiritus vias. Per foramina vicina ori sonus acutus editur, de longinquis & remotioribus gravior, acutior item per patentiora foramina, gravior per angusta. Quia spiritus ubi incipit fortior est, ubi desinit defectior. Foramina autem læva erant, aut dextra. Apulejus *Florid.* I. *lævis & dextra foraminibus*.

CAP. XXVI.

De Tibiarum varietate.

Tibiæ aliæ breviores, aliæ longiores, quædam mediæ. Hesychius, μεσόκοποι αὐλοὶ οἱ ὑποδέστεροι τῶν τελείων, μέσοι. Id est, *tibiæ mediæ breviores perfectis & longis*. Breves, ut puellatoriæ, pueriles, gingriæ. Athenæus lib. IV. παιδικοὶ αὐλοὶ ἡμιόλιοι, οἷς οὐκ ἔστιν ἐναγωνίοις πρὸς τὰς εὐωχίας χρῶνται, διὸ καὶ περοίνας αὐτοὺς κέκληκεν ὡς ἀχρείων. *Pueriles tibiæ hemioliæ, quibus cum idoneæ non sint certaminibus, utuntur in conviviis*. Anacreon, τίς ἐρασμίη σ' ὦ θέρα, θυμὸν ἐσέβη, τερείνων ἡμιολίων ὑπ' αὐλῶν ὀρχεῖσθαι; Id est, *quæ libido, o serve, te invasit saltandi ad teneras hemiolias?* id est, semiplenas tibias, εἰσὶ δὲ οἱ αὐλοὶ ἔτι ἐλάσσονες τῶν τελείων. *Semiplenæ tibiæ minores sunt plenis, quas longas vocant*. Hesychius, ἡμίολοι αὐλοὶ, οἱ μὴ τέλειοι ὑποτεταγμένοι τοῖς. Callimachus vocat eas graciles in *Diana*,

—— ὑπήεισαν τε λίγειαι
Λεπταλέαι σύριγγες.

Succinuerunt, inquit, *dulces graciles fistulæ*. Hic monebo alias esse puellatorias, & pueriles tibias, παρθενίους, καὶ παιδικούς, ex Athenæo lib. XIV. Longæ, cujusmodi sunt turariæ, præcentoriæ. Ovidius,

Ut daret effeci tibia longa sonos.

Præcentoriæ, quibus ad pulvinaria præcinerent. Xiphilinus in *Othone*, τί γάρ με ἔδει μακροῖς αὐλοῖς αὐλεῖν; *quid opus erat me longis tibiis canere?* λέγεται δὲ ἐπὶ τῶν ἔξω τι τῶ προσφόρου σφίσι ποιούντων. *Dicitur id in eos qui aliquid parum ad rem faciunt*: ex eo nimirum, quod tibias parvas tractare aliquis commode cum possit, longas sumat, ad quas minus est idoneus. In vet. Gloss. vasca μελετητικὸς αὐλὸς, id est, *tibia qua tyrocinia artis tibicinæ periclitantur*; de quibus Solinus cap. XI. Quibusdam videntur esse phonascæ vel phonascicæ, quibus phonasci modos vocis regunt. Tonorium vocat Fabius lib. I. cap. X. Hero in *Pneumaticis* pthongarium. Tibiæ Serranæ acutæ ab acuto ferræ stridore, etiam sinistræ erant, aut sinistris similes, quas Donatus Lydias esse ait ob gravitatem soni: quod tamen a Serranis alienum, quæ acutiorem sonum edunt. Legendus Aristoteles lib. VIII. *Polit.* Theophrastus lib. IV. *de causis plantar.* Pollux lib. XIV. Athenæus lib. XIV. Tibiæ

A pares dicuntur & Serranæ, quod paria foramina habent, & æqualia, Phrygiæ inæqualia. Varro; Phrygiæ dextra unum habent foramen, sinistra duo, quorum unum acutum habet sonum, alterum gravem. Zygiæ tibiæ dicuntur Ciceroni nuptiales, quomodo Juno Zygia. Apulejus lib. IV. *Metamorph.* Sonus Zygiæ tibiæ mutatur in querulum Lydii modum. Alector genus est tibiæ apud Eustathium *in lib.* IV *Odyss.* Ἴων δὲ ὁ τραγικὸς ἀλέκτορα τὸν αὐλὸν εἶπε, διὰ τὸ ἡδὺ, ὃ χάριν οὐκ ἔδει ὁ ἀκροατὴς λέγεσθαι, ὕπνον κοιμᾶσθαι. Id est, *Jon tragicus Alectora vocavit tibiam, quæ ob suavitatem cantus audienti somnum eripiat*. Ita lego hunc locum, διὰ τὸ ἡδὺ λέγεσθαι, ὃ χάριν οὐκ ἔδει ὁ ἀκροατὴς, ὕπνον κοιμᾶται. B Equidem apud Græcos fuisse tibiam non putem quæ alector vocaretur; sed ab Jone tibia vocata est gallus gallinaceus, quod sicut ille cantu suo matutino somnum interrumpit, ita & tibia. Apertæ tibiæ Quintiliano sunt, quæ apertis foraminibus clarius sonant: clausis enim redditur sonus obscurior. Puellatoriis a sono clariori nomen est. Gingriæ breviores, licet subtilioribus modis sonent. Eustathius *in lib.* XVII. *Iliad.* Ξενοφῶν δὲ ἱστορεῖ γιγγραίους αὐλοὺς σπιθαμιαίους εἶναι παρὰ φοίνιξι, ὀξὺ καὶ γοερὸν φθεγγομένους, οἷς καὶ Κᾶρες ἐχρῶντο. ἡ δὲ χρῆσις τοῖς γίγγροις ἐκ τῶν περὶ Ἄδωνιν θρήνων, ὃν γίγγραν ἐκάλουν C οἱ φοίνικες. *Xenophon ait gingrinas tibias palmi longitudine esse, seu dodrantis apud Phœnices, acutum & luctuosum sonantes, quibus Cares utebantur. Usus autem gingrinarum a luctu Adonidis fluxit, quem Gingrin Phœnices vocant*. Pollux, ἡ φοινίκων γλῶττα γίγγραν τὸν Ἄδωνιν καλεῖ, καὶ τούτῳ ὁ αὐλὸς ἐπωνόμασται. in vet. Gloss. γίγγρον φωνὴ χηνός, id est, *gingron vox anseris*: gingriunt, χῆνες ἐκβοῶσι. Fest. gingriunt anseres: gingrina εἶδος φωνῆς σάλπιγγος, id est, *species vocis tubæ*: in veteri Gloss. Hesych. γιγγρίαι αὐλοὶ μικροὶ, ἐν οἷς πρῶτον μανθάνουσι. γίγγρι, ἐπιφώνημά τι καὶ κωμικὸν λεγόμενον. Athen. D l. IV. γιγγραίνοις γὰρ οἱ φοίνικες, ὥς φησι Ξενοφῶν, ἐχρῶντο αὐλοῖς σπιθαμιαίοις τὸ μέγεθος, ὀξὺ, καὶ γοερὸν φθεγγομένοις. vide quæ sequuntur ibidem. Inde apud Veteres tibicen gingriator & fabulo. Apud Varronem lib. VI. *de ling. Lat.* Ennius fabula finitimas propter adstabat aquas. Alii legunt *fabulones*: male. *Gingriæ tibiæ parvæ, quibus primum discunt: gingri, exclamatio quædam comica dicitur. Phœnices usi gingrænis dodrantis longitudine, acutis & lugubribus*. Athenæo lib. IV. tibia est e buxo Idæo. Tibia Phrygia similis tubæ Tyrrhenicæ, de qua Athenæus ibid. & Eustathius *Iliad.* σ. σάλπιγξ τυρσηνικὴ ὁμοία φρυγίῳ αὐλῷ. δράκαυλος videtur tibia E fuisse apud Lacones, qua Draconem Minerva cantu delinivit; sic enim Hesychius. δράκαυλος ἰδίᾳ τὸ συναυλίζεσθαι Λάκωνες. ἐπειδὴ δοκεῖ Ἀθηνᾶ παρ' αὐτοῖς αὐλῆσαι τὸν δράκοντα. locus corruptus est. Vetus Etymologicum magis mihi probatur, quod δράκαυλον dici vult Minervam, quod Draconem cum filiabus Cecropis commorari, simulque cubare voluerit, ἐπεὶ ἡ Ἀθηνᾶ δοκεῖ συναυλίσαι τὸν δράκοντα ταῖς Κέκροπος θυγατράσιν. sic enim locum illum lego. Fuerunt αὐλοὶ τραγικοὶ, καὶ λυσιωδοὶ, καὶ κιθαριστήριοι, *tibiæ tragicæ, & cantum solventes, & citharœdicæ, quæ cum citharis simul canunt*. Athenæus l. IV. & XIV. Magadis, & Palæomagadis tibia F est quæ acutum & gravem sonum efficit. μάγαδις, παλαιομάγαδις ὀξὺν καὶ βαρύφθογγον ἐπιδείκνυται. Unde & vetus verbum, μάγαδις λαλήσω μικρὸν ἅμα σοι, καὶ μέγα. Id est, *loquar ut Magadis, acuta & gravi voce*. Hesych. μαγάδες αὐλοὶ κιθαριστήριοι, *tibiæ quæ cum cithara canunt*. μαγάζειν, ψάλλειν. Erant autem tibiæ olim unicuique harmoniæ propriæ ac peculiares, omnesque tibicines tibias habebant singulis tropis ac modis accommodatas. Pronomus Thebanus

primus pro varietate tibiarum modos distinxit. De Magadi autem dubitatum est, citharane fuerit an tibia. Anacreon enim dixit, ψάλλω δὲ εἴκοσι χορδαῖσι μάγαδιν ἔχων. Id est, *Magadin habens viginti fidibus cano*. Jon vero Chius in Omphale, quasi de tibiis sic ait, λυδός τε μάγαδις αὐλὸς ἡγείσθω βοῆς. Id est, *Lydia Magadis tibia voci præeat*. Ea de re legatur Athenæus lib. XIV. & Eustathius in l. XVII. *Iliad.* qui pene omnia quæ habet, ex Athenæo desumpsit. Bombyces, aut Bembyces eædem sunt cum longis tibiis apud Arist. lib. *de mir. audit.* πάντες γὰρ χαλεπῶς πληροῦσι τοὺς βόμβυκας, καὶ μετὰ συντονίας πολλῆς διὰ τὸ μῆκος τῆς ἀποστάσεως. Id est, *omnes enim difficile implent bombycas, idque cum magna intensione ob longitudinem*. Milvinæ tibiæ, quæ in accentus exeunt acutissimos. Aliæ sunt Lydiæ seu turariæ. item Corinthiæ vel Ægyptiæ. Consulatur Solinus cap. XI. Dextra tibia angustior fuit, ait Festus, sinistra latior. Sinistræ tonus acutus, dextræ gravis. Plinius lib. XVI. cap. XXXVI. sinistræ graviorem esse sonum, dextræ acutiorem: cum quo Varronem sentire jam ostendemus. Apulejus *Florid.* I. læva & dextra foramina ponit. Plinius lib. XVI. cap. XXXVII. scribit, eam arundinem quæ radicem attingat, lævæ tibiæ convenire, quæ cacumen, dextræ. Ea enim pars quæ in summo, angustior est, quæ in imo, latior. Ideo Varro tibiam sinistram ait succinere dextræ foraminibus, quia sit inferior, & graviorem tonum edat. lib. I. cap. II. *de re rust.* Dextra, inquit, tibia alia est quam sinistra: altera enim est ejusdem carminis modorum incentiva, altera succentiva. Sic pastorum vita est incentiva, agricolarum succentiva: succinit enim pastorali, quod est inferior, ut tibia sinistra dextræ foraminibus. Spondiales tibiæ, quod spondæo carmine uterentur in libamentis Deorum, ait Isidorus. Inde σπονδαυλοί, & σπονδειακοὶ αὐλοί, Polluci lib. IV. cap. X. dicuntur & tibiæ sacrificæ; quas ex buxo fieri scribit Plinius, ludicras ex loto, ossibus asininis, & argento. Marius Victorinus spondulas ex eo dictos, qui spondiali tibia uterentur. Cicero lib. II. *de Orat.* spondialia carmina. Erat enim spondæus gravitate conditus. Fabius lib. I. epist. X. Pythagoras jussit tibicinam canere spondæum, ut æstuantes juvenum motus retunderet. Tibicen primum fuit Philiscus Milesius, deinde Rhetor, ait Hesychius lib. *de sapient.* quare & Isocrates vocat eum αὐλοτρύπην, ut Suidas. Manilius lib. V.

> *Hinc venient voces docte, belleque sonantes,*
> *Garrula quas modulis diverse tibia format.*

Scaliger ex Gemblacensi reposuit,

> *Hinc venient vocis dotes, boreæque sonantis,*
> *Garrula quæ modulis diverse tibia format,*
> *Et quodcunque manu loquitur, flatuque movetur.*

Sunt enim organa quædam quæ ventu animantur, tibiæ, hydraulica, organice ex flatu consistit. rythmiceque impulsu digitorum: armonice voce. Julianus,

> Καί τις ἀνὴρ ἀγέρωχος ἔχων θοὰ δάκτυλα χειρὸς
> Ἵσταται ἀμφαφάων κανόνας συμφράδμονας αὐλῶν.

Apulejus *Milesia* V. Jubet citharam loqui, psallitur, tibias ingere, sonatur, choros canere, cantatur. Milvorum est ingere, γιγγρίζειν, γιγγραίνειν, unde tibiæ Milvinæ Solino. τιτυρινὸς αὐλὸς, σατυρικὸς πλαγίαυλος. Valerius Max. lib. II. cap. V. Tibicinum quoque collegium solet in foro vulgi oculos in se convertere, cum inter publicas, privatasque ferias, actiones, personis, tecto capite, variaque veste velatis, concentusque edit. lib. I. *Antholog.*

> Ἵμερον αὐλήσαντι πολυτρήτων διὰ λωτῶν
> Εἶπε λιγιφθόγγῳ φοῖβος ἐπὶ γλαφυρᾷ.

pag. 14. ibidem,

> —— ἔκεν ἀθήνη
> Ἔρριψεν λωτοὺς τοῖα μελιζομένη.
> Κροῦμα διὰ τρήτων φθεγγόμενος δονάκων.
> Οὐδ' ἐνὶ σαῖς παλάμαις τριτωνίδος ἔργον ἀθήνης,
> Ὡς πρὶν ἀπαυθήσει.
> Λωτοὶ δ' οἱ κλάζοντες ἴσον φόρμιγγι μελιχρόν.

Dorotheus summus tibicen & citharista desinens artem, in templo Apollinis citharam posuit & calamos,

> —— ἐν δὲ λυαίου
> Νηῷ φόρμιγγα θήκατο, καὶ καλάμους.

Ælianus, Eumenes πατρὸς τυμβαύλου. τυμβαῦλαι, *siticines*, τριηραῦλαι, *qui in triremibus tibia canebant*, apud Demosthenem *pro Corona*. Aristoteles in *Problem.* ὁ αὐλὸς ἥδιων τῆς λύρας. tamen citharœdi honestiori loco. Cicero *pro Muræna*; ut ajunt in Græcis artificibus eos aulœdos esse, qui citharœdi fieri non potuerint. Gellius lib. XX. cap. II. Siticines qui apud situs canere soliti essent, hoc est, vita functos, & sepultos. Eosque habuisse proprium genus tubæ, qua canerent, a cæterorum tubicinum proprietate differens, quos sicinistas vulgus dicit. Tubæ illæ aliis latiores, & longiores Veterum sepulcris asculpuntur, ut graviori sono canerent. Ovidius lib. II. *Amor.* de morte Psittaci,

> *Pro longa resonent carmina vestra tuba.*

Galenus lib. III. *de symptom. causis*, de flatibus in ventre inferiori. Porro sunt alii bombis latissimarum tibiarum non absimiles, quales habere solent ii qui cymbaulæ dicuntur. βομβώδεις δέ εἰσιν ἕτεροι τοῖς ἐξ εὐρυτάτων αὐλῶν ἐοικότες, ὁποίους ἔχουσιν οἱ τυμβαῦλαι καλούμενοι, quæ ob materiam ex qua constant, purum sonum reddere non possunt, & viæ latitudo qua spiritus transit, sonum facit graviorem. Aristoteles lib. V. *de generat. anim.* Spiritus calidus crassitudine sua gravitatem efficit vocis, frigidus præ sua tenuitate contrarium facit, quod vel in tibiis patet; qui enim calido utuntur spiritu, & talem emittunt qualem siticines, & lamentantes, graviorem sonum inspirant tibiis. Plutarchus lib. *de Musica* scribit primum Olympum funebre tibia carmen in funere Pythonis Lydio modo cecinisse, qui acutus, stridens, vehemens, & aptus complorationibus. Idem *Politic.* Lydium modum lugubrem esse ait. Pollux lib. IV. cap. X. παράτρητοι θρήνοις ἥρμοττον ὀξὺ καὶ νωθὲς πνέοντες, *acutum, & lentum spirantes*. Idem ait, Phryges lugubrem tibiam reperisse, quam ab ipsis Cares accepere. Luctatius *ad Thebaid. Statii*, Pelopem Phrygium modum invenisse, quo evocantur animæ. Pollux, οἱ πρὸς τὸν αὐλὸν ᾀδόμενοι θρῆνοι. ὁ γὰρ αὐλὸς πένθιμος. Statius l. VI. *Theb.*

> *Cum signum luctus cornu grave mugit adunco*
> *Tibia.*

Propertius,

Tibia Mygdoniis luget eburna sonis.

Alexander Aphrodis. lib. I. problem. LXXVI. in luctu tibias ponit, non tubas. Propertius tamen tubas;

Tibia funesta tristior illa tuba.

Persius.

Hinc tuba candelæ.

In principum virorum funeribus tubæ, in plebeiis tibiæ adhibitæ; fistulæ cicutæ dictæ; Sidon. car. II.

Alta cicuticines liquerunt Mœnala Panes.

Fortunat. lib. III. *ad Avitum*, stridentem cicutam vocat. Fistula erat ita conjuncta, ut clamorum ordo semper decresceret, cum primus sublimior esset, alter paulum imminueretur, tertius magis, quod hodieque in pneumaticis organis observatur. Tibullus lib. II. eleg. V.

Fistula cui semper decrescit arundinis ordo.

Virgilius,

Nam calamus cera jungitur usque minor.
Est mihi disparibus septem compacta cicutis
Fistula.

Aristoteles probl. XXXVII. sect. XIX. sonum acutum in fistulis, & tibiis fieri putat, quia exiguus aer cito feratur, tibia inclusus. Galenus cap. LXIX. *artis Medic.* gravem sonum sine latitudine, acutum sine angustia fieri posse negat; & com. XXIII. in lib. III. Hippocrat. *de morb. vulgar.* vocem acutam, & sonoram a siccitate fieri dicit. Certe cum aer arcta permeat via, tenuis prodit, cum lata gravis. Claudianus lib. II. *in Eutrop.* Minervam tibiam reperisse ait:

Hic cecidit Libycis jactata paludibus olim
Tibia, fœdatam cum reddidit umbra Minervam.

Vide Plutarchum περὶ ἀοργησίας. Ovidius lib. VI. *Metamorph.*

Quem Tritoniacæ Latonis arundine victum
Affecit pœna.

Ovidius lib. III. *Artis*,

I procul hinc, dixit, non est mihi tibia tanti,
Ut videat vultus Pallas in amne suos.

Marsyas, ut fœditatem oris tegeret, tibia canens larvam sumpsit, auctore Plutarcho lib. περὶ ἀοργησίας. Pindarus in *Pythiis* scribit, cum colubri circa exsectum Medusæ caput sibilum ederent, Minervam ut sibilum imitaretur, invenisse tibiarum πολυκέφαλον νόμον. Vide Athenæum lib. XIV. l. I. *Anthol.* de Glaphyra tibicine,

Μαρσύη ἐψεύσω τεὸν εὕρεμα, τοὺς γὰρ ἀηδόνης
Αὐλοὺς ἐκ φρυγίης οὗτος ἐληΐσατο.

Suidas scribit, Marsyam tibias ex calamis & ære primum confecisse. Quia Marsyas Celænæ natus urbe Phrygiæ. Statius lib. I. *Thebaid.* sub finem dixit,

Fœda Celænæa committere prælia buxo,

Claudianus lib. II. *in Eutrop.*

Rauca Celænæos ad tympana disce furores.

Festus impares tibias numero foraminum discernit. Plinius lib. XVI. cap. XXVI. tibias sinistras gravem sonum edere, dextras acutum; ejus verba sic habent. Cannam quæ proxima, & attigua est radici, congruere ad tibias sinistras conficiendas, quæ ad acumen assurgit, ad dextras. Arundo sub radicem capacior est ac proinde gravioris soni. Diomedes lib. III. Cujus rei indicia produnt nobis antiquæ Comœdiæ, in quibus invenimus, acta tibiis paribus, aut imparibus, aut serranis. Quando enim chorus canebat, choricis tibiis, id est, choraulicis, artifex concinebat, in canticis autem pithaulicis respondebat. Sed quod paribus tibiis, vel imparibus invenimus scriptum, hoc significat, quod si quando monodio agebat, unam tibiam inflabat, si quando synodio, utramque. Festus dextras ait tibias esse quæ dextra teneantur, sinistras, quæ sinistra. Pollux lib. IV. Tibiarum genera λώτινος πλάγιος λιβύων. Tibiam ex loro Libyes vocant πλαγίαυλον. Elymus e buxo est Phrygum, tibia ἱππόφορβος Libyum scenitarum ex lauro, cui cortex ademptus, & medulla, ut acuto sono equos excitet; Monaulus Ægyptiorum, quo gamelium canunt; Threneticum Phrygum & Carum. Theria tibia ad feras, ex hinnuli ossibus vel tibiis a Thebanis facta ære inducta, χαλκήλατος ἦν τὴν ἔξωθεν ὄψιν. Tyrrheni cornu canunt, Scythæ Androphagi ex aquilarum & vulturum ossibus tibias faciunt. Fistula arundinea Celtarum est. Apud Ægyptios tibia multivocalis ex culmo hordeaceo Osiridis inventum, tibiæ citharisticæ, mediæ, densæ, biforatiles, semiforatiles. Item, tibiæ aliæ fuere breves, aliæ longæ. Cicero lib. II. *ad Attic.* φυσᾷ γὰρ οὐ σμικροῖσι αὐλίσκοις ἔτι, ἀλλ' ἀγρίαις φύσαισι φορβειᾶς ἄτερ. Apud Dionysium Longinum, φλοιώδης γὰρ ἀνὴρ, καὶ φυσῶν κατὰ τὸν σοφοκλέα μικροῖς μὲν αὐλίσκοισι, φορβειᾶς δ' ἄτερ. Partes tibiæ sunt ἐπίγλωσσις, seu lingua, foramina, bombyces, seu bombyciæ, arundinis fœminæ species, ex qua fiunt tibiarum ligulæ. Alii bombycas volunt esse longiores tibias quæ difficilius inflantur. Olmi, seu cava tibiarum, aut ὑφολμίαι, quod subest cavo. Materia tibiarum æs, os, cervi, ramus δάφνης χαμαιζήλου, *lauri humi serpentis*, cui medulla exempta sit, ait Pollux lib. IV. Gameliæ duæ tibiæ fuere, quarum altera major. Parœniæ tibiæ parvæ, sed pares. Ad hymnos spondaicæ tibiæ, ad Pæanas Pythicæ, quæ dictæ perfectæ sine choro. Choricæ tibiæ accinebant Dithyrambis. Ad virginales tibias virgines saltabant, ad pueriles pueri accinebant. Tibiæ adultæ, ὑπερτέλειοι, concinunt virorum choro, citharistiæ tibiæ citharæ accinunt, Paratreti lugubres acutum, & tardum spirantes, Embateriæ in prosodiis, Dactylicæ in hyporchematis. Syriæ tibiæ audaciam inspirant, Gingliarus minuta tibia Ægyptiaca monodiæ commoda, & Scytalia brevis tibia. Cum Comœdiæ in scenam reducerentur, modi & tibiæ variabantur. Ex sono enim cantici, antequam histrio prodiret, admonebatur spectator, quid læti, aut tristis, concitati, aut placidi in argumento contineretur. Choros autem inductos fuisse post singulos actus, ac tum adhibitum fuisse canticum nemo dubitat. Tres autem fuisse diximus Comœdiæ partes; canticum, quod duabus tibiis, una persona, aut duabus constabat: chorum, qui incerto numero personarum, sed omnium vocibus in unum confusis utebatur: diverbium, quod colloquio trium, aut quatuor personarum consertum erat. Nunc vero in Comœdiis Plauti & Terentii præter diverbia nihil habemus. Lex Comœdiæ fuit, ut dramata tres solæ personæ agerent. Quarta erat muta, κωφὸν πρόσωπον, de quo Martialis,

Comœdi tres sunt, sed amat tua Paula, Luperce,
Quattuor, & cophon Paula prosopon amat.

De spondæo in tibiis Martianus Capella lib. IX. Damon ebrios juvenes modulorum gravitate perdomuit, spondæum canere jubens. Damoni tribuit, quod alii Pythagoræ. παρειάμβιδες tibiæ, παρὰ τοὺς ἰάμβους αὐτὰς φασὶ πεποιῆσθαι, οὓς οἱ κιθαρῳδοὶ ᾄδουσι. *Ad jambos factæ sunt, quos citharœdi*

canunt. Heſychius, & Athenæus lib. IV. Epicharmus, σεμέλα δὲ χορδίει ὑπ' αὐλῶφιν, καὶ κιθάρα, καὶ παριαμβίδεσι. *Semele ſaltat ad tibiam, & citharam, & pariambidas*.

CAP. XXVII.

De variis Tibiarum modis.

TIBICINES non modo varios percuſſionum modos habent, ut loquitur Cicero I, *de Orat.* ſed etiam varios cantus, pluresque nomos. Euſtathius has αὐλήσεων προσηγορίας habet. κῶμος, quo uſi cum comeſſatum irent. ἐπίφαλλος, cum ſallum circumferrent. τετράκωμος χορεῖος καλλίνικος, πολεμικὸν, ἡδύκωμος, σικιννοτύρβη, θυροκοπικὸν, κρουσίθυρον, κνισμὸς, μόθων, ἃ μετ' ὀρχήσεως αὐλεῖται. Athenæus lib. XIV. θυροκοπικὸν τὸ αὐτὸ καὶ κρουσίθυρον, *thyrocopicon idem eſſe* vult *cum cruſitbyro*. Cantiuncularum nomina, de quibus ſupra egimus, hæc habet. Imalis piſtrinariorum ſervorum. Elinos textrinarum, τῶν ἱστουργούντων. Julus ταλασιουργῶν, *lanificarum*. Catabaucaleſes nutricum, τῶν τιθηνουσῶν. Lytierſas meſſorum, τῶν θεριστῶν. Bucoliaſmus cantio eorum qui armenta ducebant ad pabula: funebres ὀλοφυρμοὶ, Jalemi, Næniæ Latinis. Philelias Apollini, οὔπιγγοι Dianæ, Athenis χαρώνδου νόμοι. Lege Athenæum lib. XIV. Ariſtophanis Scholiaſtes in hæc verba,

Ως μόθων εἶ φύσει, καὶ κόβαλος.

μόθων, inquit, εἶδος αἰσχρᾶς καὶ δουλοπρεποῦς ὀρχήσεως, ἀπὸ μόθωνός τινος αἰσχροποιοῦντος, καὶ ἀεὶ ἐν τοῖς πότοις ὀρχουμένου. *Mothon genus ſaltationis turpis, & ſervilis, a Mothone quodam turpia faciente, & ſemper in conviviis ſaltante*. Heſychius, δάκτυλος ῥυθμοῦ εἶδος, καὶ κρούματος ᾧ χρῶνται οἱ αὐληταί. *Dactylus ſpecies rythmi, aut pulſationis qua utuntur tibicines*. κραδίης eſt nomus quem tibia canunt veneficis, qui vapulant ferulis ficulneis, & feris quæ virgis cæduntur. νόμος ὃν ἐπαυλοῦσι τοῖς ἐκτυπτομένοις φαρμάκοις κράδαις, καὶ θηρίοις ἐπιραβδιζομένοις. Cradeſites dicitur venenarius, qui ficubus lapidatur. κραδησίτης γὰρ λέγεται φαρμακεὺς ταῖς κράδαις βαλλόμενος. Heſychius, χοίνων τῶν αὐλητικῶν νόμων τις. Agathonius tibiæ cantus mollis, ἀγαθώνιος αὔλησις μαλακή. Agathon tragicus mollis & effæminatus, ἐπὶ μαλακίᾳ διεβάλλετο. Sphecismus tibiæ cantus a ſimilitudine bombi veſparum. σφηκισμὸς εἶδος αὐλήσεως ἀπὸ τῆς ἐμφερείας τῶν βόμβων. ὀδοντισμὸς εἶδος αὐλήσεως, ὅτι ἡ γλῶττα προσβάλλεται πρὸς τὸν ὀδόντα. *Odontiſmus cantus tibiæ, quia lingua ad dentem adjicitur*. Sphiſimolus diverſitas motionis, διαφορὰ τῆς κινήσεως. Anapera rythmus tibiæ, διάπειρα ῥυθμὸς αὐλητικός. πολυκέφαλος νόμος αὐλητικὸς εἰς ἀπόλλωνα, ut Plutarchus lib. *de Muſica*. Hunc nomon Olympus reperit. Fuit & nomus hyppothorus, ut Plutarchus ſympoſ. VII. ἵπποις δὲ μιγνυμέναις ἐπαυλεῖται νόμος, ὃν ἱππόθορον ὀνομάζουσι. Id eſt, *equabus cum admittuntur canitur nomus hippothorus*. Præcentio, προαύλιον. Plato *Cratylo*, ὥσπερ τοῦ τῆς ἀθηναίας νόμου προαύλιον σομαυλῆσαι, *ut canere præcentionem nomi Minervæ*. Ariſtoteles l. III. *Rhetor.* τὸ μὲν οὖν προοίμιον ἐστὶν ἀρχὴ λόγου, ὅπερ ἐν ποιήσει πρόλογος, καὶ ἐν αὐλήσει προαύλιον *Prooemium eſt initium ſermonis, qui in poeſi prologus, in tibiæ cantu proaulion dicitur*, & κατὰ δάκτυλον. Suidas, κατὰ δάκτυλον εἶδος ῥυθμοῦ, ἢ κρούματος, ᾧ ἐχρῶντο οἱ αὐλοῦντες πρὸ τοῦ νόμου. *Ad digitum genus rythmi, aut pulſationis, quo uſi auletæ ante nomum*. Ariſtot. lib. III. *Rhetor.* καὶ γὰρ οἱ αὐληταὶ ὅτι ἂν ἔχωσιν αὐλῆσαι, τοῦτο προαυλήσαντες συνῆψαν τῷ ἐνδοσίμῳ. *Etenim tibicines quicquid canendum habent, hoc ante in præcentione canentes conjungunt cum endoſimo*. quod eſt præſcriptum a choro-didaſcalo datum, cui cæteri accinunt, vel exordium ipſum. De generibus αὐλήσεων lege Athenæum l. XIV. & quæ ab eruditiſſimo Caſaubono adnotata ſunt. Heſychio τετράκωμος μέλος (ſeu αὔλησις Athenæo) σὺν ὀρχήσει πεποιημένων εἰς ἡρακλέα ἐπινίκιον. ἐκαλεῖτο δὲ τέσσαρες κῶμοι. *Tetracomus quaſi quatuor commeſſationes, cantus erat tibiæ cum ſaltatione in Herculis victorias*. Lege Pollucem l. IV. Heſychio χορεῖος αὔλημά τι. καλλίνικος εἶδος ὀρχήσεως ἐπὶ τῇ τοῦ κερβέρου ἀναγωγῇ. *Callinicus ſaltatio de Cerbero ab Hercule in auras educto*. Sicinnis ſaltatio σύντονος καὶ αὔλησις, *vehemens & continua*. tibiæ cantus non abſimilis. Pyrriche alia eſt a ſicinnotyrbe. Paraclauſithyron cantus tibiæ amantium, quæſtum ad fores amicarum habens. Exemplum παρακλαυσιθύρου eſt apud Theocritum Idyllio V. & XXIV. cujus index δυσέρως, ubi Poeta hæc habet.

Ἀλλ' ἐλθὼν ἔκλαιε ποτὶ στυγνοῖσι μελάθροις,
Καὶ κύσε τὰν φλιὰν, οὕτω δ' ἀνενείκατο φωνάν.

Id eſt, *ſed veniens flebat ad triſtes ædes, & oſculabatur limen, ſic autem vocem extulit*. Heſychius, κνισμὸς μέλος τι κνισμῷ αὐλούμενον, *cantus in dolore quo uruntur amantes*. Recenſentur & ab Athenæo lib. XIV. inter genera αὐλήσεως βουκολιασμὸς, γίγγρας. Pollux l. IV c. XIV. μόθων φορτικὸν ὄρχημα, καὶ ναυτικόν. Ariſtophanis Schol. μόθωνες οἱ παρεπόμενοι τοῖς ἐλευθέροις. Olim tria tantum fuere αὐλημάτων genera, ait Pauſanias p. 291. Lydium, Phrygium, Dorium tibiis ſingularibus. Pronomus primus tibias, quæ commode ad omnem harmoniam ſe haberent, invenit. ἐπενόησεν αὐλοὺς εἰς ἅπασαν ἁρμονίας ἔχοντας ἐπιτηδείως, cum prius aliis tibiis uterentur ad Lydium, aliis ad Dorium, aliis ad Phrygium.

CAP. XXVIII.

De Nomis Tibicinum.

PLUTARCHUS l. *de Muſica*, nomos dictos eſſe ait, quod ſicuti leges infringere ac violare nefas eſt, ita & legitimam modulationum formam in quoque genere tranſilire nefas ſit: in ſingulis enim nomis propriam contentionem ſervabant. νόμοι ἐπειδὴ οὐκ ἐξῆν παραβῆναι καθ' ἕκαστον νενομισμένον εἶδος τῆς τάσεως, ἐν τοῖς νόμοις ἑκάστῳ διετήρουν τὴν οἰκείαν τάσιν. Nomi igitur modi muſici, & carminis certa quædam modulatio, quæ legibus devincta eſt, ita ut de alia in aliam tranſilire nefas ſit. Quod Plato docet l. III. *de Legib.* Muſica, inquit, in hymnos, threnos ſeu funebres complorationes, Pæanes, & Dithyrambos diſtributa erat. Nomos autem vocabant oden, & cantilenam quamlibet, addebant autem citharœdicos, aut tibicinos: quæ cum rata & conſtituta eſſent, non licebat alio modulationis genere abuti. Nomi igitur aut citharœdici, aut tibicini ſunt. Plato l. III. *de Legib.* νόμους τ' ἂν αὐτὸ τοὔνομα ἐκάλουν ᾠδὴν ἥντινα ἑτέραν, ἐπέλεγον δὲ κιθαρῳδικούς. τούτων δὲ διατεταγμένων καὶ ἄλλων τινῶν, τοὺς ἐξῆν ἄλλῳ εἰς ἄλλο καταχρῆσθαι μέλους εἶδος. Suidas nomos eſſe vult modos ſecundum quos canimus. νόμοι, μουσικοὶ τρόποι καθ' οὕστινας ᾄδομεν. Item, nomus citharœdicus, modum melodiæ harmoniam habens ſtatam, & rythmum definitum. νόμος κιθαρῳδικὸς τρόπος τῆς μελῳδίας ἁρμονίαν ἔχων τακτὴν, καὶ ῥυθμὸν ὡρισμένον. Eſt igitur proprie nomus modulatio, quæ in vocis flexione, intentioneque, & remiſſione eſt. Pollux lib. IV. tit. περὶ ἁρμονιῶν. Plutarchus ſymp. VII. Ariſtoteles *Problemat.* ſect. XIX. qu. XXVIII. quærit cur nomi vocentur οὓς ᾄδουσι, *quos canunt*. Quia, inquit, antequam leges ſcirent, leges cantabant,

ne eas oblivioni traderent. Qui mos hodieque tenet apud Agathyrsos; ibidem nomos interpretatur odas, cantilenas, seu carmina. Erant autem septem nomi, ait Suidas, a Terpandro reperti, orthius, tetradius, acutus, Dorius, Ionius, Phrygius, Lydius. ἦσαν δὲ ἑπτὰ νόμοι, οἱ ὑπὸ τερπάνδρε, ὄρθιος, τετράδιος, ὀξὺς, &c. Tzetzes Chiliad. XV. ἑπτὰ δὲ ἦσαν οἱ σύμπαντες κιθαρωδικοὶ νόμοι. Orthius nomus dictus qui voce maxime sublata caneretur. Herodotus lib. I. de Arione, στάντα ἐν τοῖς ἑδωλίοισι διεξελθεῖν νόμον τὸν ὄρθιον, *stantem in transtris nomon orthium perculisse*. Quem locum Gellius lib. XVI. cap. XIX. ita reddidit: *stansque in summæ puppis foro carmen quod orthium vocatur, voce sublatissima cantavit*. Hanc enim habet vim vox ὄρθιος. *Iliad.* lib. XI.

Ἔνθα στᾶς ἤϋσε θεὰ μέγα τε, δεινόν τε
Ὄρθι' ἀχαιοῖσι, ———

Id est, *ibi stans exclamavit Dea magnum, horrendumque orthia Græcis*; ubi Eustathius, τοιῦτος γάρ ὁ παρὰ τοῖς μουσικοῖς ὄρθιος νόμος, ἢ γοῦν τρόπος ἐκεῖνος ᾠδῆς εἰς πόλεμον ἐγερτικός. *Est enim apud Musicos orthius nomus, aut modus ille carminis ad prælium excitans*. Timotheus igitur orthion canens ita Marte implevit Alexandrum, ut statim ad arma prosiliret. τιμόθεος οὖν ὄρθιον ᾄσας τοσοῦτον ἀλέξανδρον ἄρεως ἔπλησεν, ὡς εἰς τὰ ὅπλα εὐθὺς ἐκεῖνον ἀναπηδῆσαι. Scholiastes Aristoph. Orthius, inquit, nomus tibicinum ita dictus, quia sit contentus & sublatus. νόμος αὐλητικὸς οὕτω καλούμενος, διὰ τὸ εἶναι εὔτονον, καὶ ἀνατεταμένον ἔχειν. Suidas, ὄρθιον νόμον & τροχαῖον ἀπὸ ῥυθμῶν ὠνόμασε τέρπανδρος. ἀνατεταμένοι δὲ ἦσαν καὶ εὔτονοι. Maximus Tyrius serm. VII. Pulcer quidem est orthius in bello, pulcer autem in convivio parœnius nomus vinosus, pulcer est Lacedæmoniis embaterius ad impressionem in hostes faciendam, Athenienfibus pulcer est cyclius, pulcer est in fuga hostium enceleuticus milites ad insequendum concitans, in fuga suorum anacleticus nomen receptui canens; καλὸν μὲν ἐν πολέμῳ τὸ ὄρθιον, καλὸν δὲ ἐν συμποσίῳ τὸ παροίνιον, καὶ καλὸν μὲν τοῖς λακεδαιμονίοις τὸ ἐμβατήριον, ἀθηναίοις τὸ κύκλιον, καὶ καλὸν μὲν ἐν διώξει τὸ ἐγκελευστικὸν, ἐν φυγῇ τὸ ἀνακλητικόν. Terpandro Neten, seu imam Doriam tribuunt, & mixolydium tonum, & orthii carminis modum, & trochæum insignem, qui est secundum orthios ad orthium. Plutarchus lib. *de Musica*, τερπάνδρῳ μὲν τὴν τε δώριον νήτην προσετίθεσαν, &c. καὶ τὸν μιξολύδιον δὲ τόνον ὅλον προσεξευρῆσθαι λέγεται, καὶ τὸν τῆς ὀρθίου μελῳδίας τρόπον τὸν κατὰ τοὺς ὀρθίους πρὸς τὸν ὄρθιον σημαντὸν τροχαῖον. Trochæus, seu concitatus, idem est cum orthio. Pollux lib. IV. ἀπὸ δὲ ῥυθμῶν ὄρθιος νόμος, καὶ τροχαῖος, ἀπὸ δὲ τρόπων ὀξύς. Suidas οἱ δὲ σαλπιγκταὶ σὺν αὐτοῖς ὄντες τροχαῖόν τι συμβοήσαντες. Id est, *tubicines qui cum iis erant nomum orthium & concitatum acclamantes*. Plato in *Minoe*, orthii non sunt tibicinis & citharistæ. Excellit in nomis tibicinum Marsyas, & puer ejus pathicus Olympus Phryx. Horum cantus diviniores sunt, & soli movent, & ostendunt eos qui Deorum auxilio egerant. ὄρθιοι νόμοι οἱ τοῦ αὐλητοῦ, καὶ οἱ κιθαριστοῦ. ἀγαθὸς ἐν τοῖς αὐλητικοῖς νόμοις ὁ μαρσύας, καὶ τὰ παιδικὰ αὐτοῦ ὄλυμπος ὁ φρύξ. τούτων δὲ τὰ αὐλήματα θειότατά ἐστι, καὶ μόνα κινεῖ, & ἐμφαίνει τοὺς τῶν θεῶν ἐν χρείᾳ ὄντας. Pollux lib. IV. Nomi Olympi Lydii fuere, Marsyæ Phrygii, nomi cyclii Bacchi, seu Evii, Olympi sepulcrales. Nomus Ieracius Ieracis discipuli Olympi. Socodo, nomus Pythius, Cloca tibiæ nomus, ἀπόθετος, καὶ σχοινίων sunt item nomi tibiæ. τὸ σπονδεῖον μέλος ἄλλο ἐπιβώμιον, ἄλλο τελεστήριον. ἄλλο κηρυτικόν. Nenyatus est

A Phrygum, Odontiſmus εἶδος αὐλήσεως. In Gamelio duæ tibiæ fuere, quarum altera minor, altera major. Bombycum cantus fanaticus, & furiosus orthiis conveniens. Mele suo concentus tibiarum crumata dicuntur, syrigmata, teretismata, niglari. Synaulia fuit concentus tibicinum, qui panathenæis canerent. τὰ δὲ πρῶτα τῶν αὐλητῶν μαθήματα τερία, καὶ γρόνθων, ait Pollux. Hesychius, γρόνθων ἀναφύσησις ἣν πρώτην μανθάνουσιν αὐληταί, καὶ κιθαρισταί. Melos Castorium Laconum in pugna, ὑπὸ τὸν ἐμβατήριον ῥυθμόν. Theracium fuit Argolicon, quod vere Anthesmophoris canebant. Lydiam harmoniam Anthippus invenit, ait

B Pollux. De orthio nomo Suidas, τιμόθεος ὁ αὐλητὴς ηὔλει ποτὲ τῆς ἀθηνᾶς τὸν ὄρθιον νόμον καλούμενον, καὶ ἐς τοσόνδε ἐξέπληττεν ἀλέξανδρον τοῖς μέλεσιν, ὡς μεταξὺ καὶ ἀκούσαντα ἀΐξαι ἐπὶ τὰ ὅπλα. *Timotheus tibicen canebat Minervæ orthium nomum, & in tantum perculsit Alexandrum modulatione, ut is audiens ad arma exsilierit*. Orthius item nomus citharœdicus. erant autem septem, orthius nomus, trochæus; duos orthios nomos rythmorum Terpander vocavit. Erant contenti, & vehementes; unde orthiasmata. Athenæus lib. XIV. τακτέον δὲ ἐπὶ τῆς πυῤῥίχης τὰ κάλλιστα μέλη, καὶ τοὺς ὀρθίους ῥυθμούς. Nonnus lib. XIX. pag. 336. de Oeagro, &

C Erectheo cithara certantibus,

Ἀρχόμενοι δ' ἐλέλιζον ἐθήμονι δάκτυλα παλμῷ
Ἐκταδίην θλίβοντες ἀμοιβαίην στίχα νεύρης,
Ἄκρα περισφίγγοντες, ὅπως μὴ τ' ὄρθιος εἴη.

Orthius nomus Minervæ dictus est, imo & omnes nomi proprie Palladi tribuuntur. Dio Chrysost. λόγος ὄρθιος, ὁ τῆς ἀθηνᾶς ἐπικαλούμενος νόμος. Pindarus *Pyth.* ult. Pallas, inquit, invenit

D ——— κεφαλᾶν πολλᾶν νόμον,
Εὐκλέα λαοσσόων μναστῆρ' ἀγώνων,
Λεπτοῦ διανισσόμενον
Χαλκοῦ θ' ἅμα καὶ δονάκων.

Id est, *multorum capitum nobilem nomum, qui provocat & indicit certamina populum servantia, & trajicitur per tenue æs & calamos*. Hesych. ἁρμάτειον μέλος τῆς ἀθηνᾶς νόμος, ἢ τὸ ταχύ. *Armateum & curule melos, Minervæ nomus, aut celeritas*. Fuit modus ad equorum admissiones, hyppothorus. Plutarchus in *Gamicis*, ἕνα τῶν αὐλητικῶν νόμων, ἱππόθορον ἐκάλουν, μέλος τι τοῖς ἵπποις ὁρμῆς ἐπε-

E γερτικὸν ἐνδιδόντα περὶ τὰς ὀχείας. Clemens Alexandrin. in *Protrept.* nomos Capitonis & Terpandri laudatissimos fuisse significat. In nomis illis cavebatur in primis ne dissonum esset, aut fieret colonomus, cujus meminit Ausonius epist. XI. *ad Paulum*. Denique dissonum, quem colonomon existimo proprie a Philosophis appellatum, adcrevi. Martianus διαφόνους tonos vocat, id est, *dissentientes*, qui cum percussi fuerint, invicem discrepant. κόλος νόμος, id est, mutilus, ut doctissimus Scaliger *in Ausonium*.

CAP. XXIX.

De Tibiæ cantu.

TIBICINES spiritu & digitis artis suæ munus omne expleverunt, & non unam modo tibiam, verum & duas inspirarunt. Aug. tract. XIX. *in Joan.* Si unus flatus inflat duas tibias, non potest unus spiritus implere duo corda, si uno flatu duæ tibiæ consonant. Primus Hiagnis pater Marsyæ duas tibias uno spiritu animavit, primus lævis &

dextris foraminibus acuto finitu (cecinit.) Quidam legunt (*acuto tinnitu.*) Sed non video cur *finitum*, vocem mere Apulejanam *Florid.* I. respuant. Plinius tamen lib. VIII. cap. LVI. non ab Hiagni, sed a Marsya tibias geminas inventas scribit. Tibicines spiritum e summis visceribus trahebant, nunc effundebant, nunc reprimebant, jam certis foraminibus emittebant, atque in aerem profundebant. Cyprianus lib. *de Spectaculis*. Alter lugubres sonos spiritu tibiam inflante moderatur, alter cum choris, & cum hominis canora voce contendens, spiritu suo, quem de visceribus suis superioribus nitens hauserat, tibiarum foramina modulans, nunc effuso, & nunc intus recluso, ac represso, nunc certis foraminibus emisso, atque in aerem profuso. Modulari dixit, quomodo & Apulejus *Florid.* I. Tibicen quidam fuit Antigenidas, omnis voculæ melleus modulator, & idem omnimodis peritus modificator, seu tu velles Æolium simplex, seu Asium varium, seu Lydium querulum, seu Phrygium religiosum, seu Dorium bellicosum. Tibiæ certe eodem spiritu accepto alium clausis, alium apertis foraminibus, alium non satis purgate, alium quassæ sonum reddunt. Plinius lib. XI. c. III.

Adde & distinctum, quem Musica tibia flatum
Concipit, aut ille est presso modulamine parcus,
Aut raucos frangit modulos. ——

Prudentius *in Symmachum*. Spiritus quo inflatur tibia, juvatur lingua, & labro. Lucretius lib. IV.
Unco sæpe labro calamos percurrit biantes.
Paulinus Natali:

—— *Vel qui perflantia textis*
Labra terit calamis, licet unum carmen ab uno
Ore fluat, non una sonat, variosque magistra
Temperat arte sonos, arguta foramina flatu,
Mobilibusque regit digitis, clauditque, aperitque,
Ut rapida vice dulcis eat, redeatque, cavernis
Currens Aeolios modulabilis aura meatus
Explicet. ——

Arnobius lib. II. ait tibicines inflandis bucculas distendere tibiis. Idcirco inquit; animas misit, ut res sancti, atque augustissimi nominis symphonicas agerent, & fistulatorias hic artes, ut inflandis bucculas distenderent tibiis. Agrestes ac rustici hanc primi artem docuere, ait Lucretius lib. V.

Et supra calamos unco percurrere labro,
Et Zephyri cava per calamorum sibila primum
Agrestes docuere cavas inflare cicutas.

Ita ut disparibus calamis melos unum efficerent, ait Cassiodorus lib. IX. Cum autem tibia una inferebatur, monodium dicebatur, & *μόναυλος*, cum duæ pares, synodium, ait Diomedes lib. III. cap. IV. & lib. II. cap. I.

CAP. XXX.

De Pythaule & Pithaule.

PYTHAULES e tibicinum numero fuit, diciturque qui ludis Pythiis tibia canit; Pithaules vero qui *ἐν πίθῳ*, *cado ligneo* tibiam inspirat. Horatius in *Arte*,
—— *Qui Pythia cantat*
Tibicen, didicit prius, extimuitque magistrum.
Ita & Artemidorus lib. I. cap. LVIII. *αὐλεῖν δὲ πυθικοῖς αὐλοῖς πένθος σημαίνει.* Id est, *canere Pythicis tibiis significat luctum*. Calamis canere, est luctum canere, quia tibia per initia luctifica erat. Midas adhibuit ad aras, volens matrem suam inter Deos reponere. *καλάμοις αὐλεῖν, πενθαυλεῖν.* Ut enim ait Eustathius lib. XVII. *Iliad.* *αὐλὸς πένθιμος ἦν κατ᾽ ἀρχάς. μίδας παραβώμιον ἐποίησεν ἀποθεῶσαι τὴν μητέρα βουληθείς.* veteri Gloss. *καμπταύλης*, Vopisco, qui flexo tibiarum cantu utitur. Ad tibicinem Pythium quidam referunt illud Varronis in *Triodite*; inflet priusquam tibias in orchestra, domi suæ Pythaula ramices rumpit. Certe Pithaules cum inspiratam in cado ligneo, aut eburneo concepisset animam, per fistulam vocalem foraminibus in ea dispositis ita modulationes & frequentamenta efficiebat. In cadis enim impares tibiæ animatæ hominis spiritu foraminum varietate, aut regularum motu sonitum edunt. Seneca; Quomodo in dolio cantantis vox per totum cum quadam discussione percurrit ac resonat, & tam leviter mota, tamen circuit non sine tactu ejus, tumultuque quo inclusa est. Propertius lib. IV. eleg. VI.
—— *Carmenque recentibus aris*
Tibia Mygdoniis libet eburna cadis.

CAP. XXXI.

De Panduria.

FUERE & alia tibiarum genera, quibus canerent in orchestra. Cassiodorus lib. *de Musica*. Inflantur tubæ, calami, organa, pandura, & cætera, quæ spiritu completa in sonum vocis animantur. Pollux pandurum *ὄργανον τρίχορδον* fuisse ait. Lampridius de Heliogabalo, *pandurisavit*. Vet. Scholiastes Horat. A Pane & fistula, & *τὸ πανδούριον* reperta. *πάνδουρα, πάνδωρα, πάνδορος, πανδουρὶς* quasi *πανδηρὶς*, quia pastores de gloria canendi contendebant. Forte melius a nomo Dorio diceretur *πανδωρίς*. Pandura igitur spiritu animata est, tenuitque inter tibias locum. Vocatur pandoron a Protagorida, pandurion ab Hesychio, & Isidoro. Protagoridas, *πα᾽τὸς δὲ ὀργάνου κατὰ μίτον ἥπται, καὶ κροτάλων, ἡδυφώνου τε πανδόρου*, apud Athenæum. Id est, *omne organum quod fidibus pulsatur attigit, & crotala, & dulcisonam panduram*. Isidorus a Pane nomen ei factum esse vult, a quo inventa sit. Martianus Capella lib. IX. ab Ægyptiis repertam ait. Fiebat e lauro quæ ad mare nascitur. Eustathius, *πάνδουρα μελικὸν ὄργανον, ὃ ἐκ τῆς κατὰ θάλατταν φυομένης δάφνης κατεσκευάζετο* Quod ille mutuatus est ab Athenæo lib. IV. *πυθαγόρας δὲ ὁ γεγραφὼς περὶ τῆς ἐρυθρᾶς θαλάσσης τοὺς τρωγλοδύτας φησὶ κατασκευάζειν τὴν πάνδουραν ἐκ τῆς ἐν τῇ θαλάσσῃ φυομένης δάφνης.* Pollux lib. IV. panduram Assyriorum esse ait. Ea inflabatur spiritu, ut Varro docet lib. VII. *de ling. Lat.* Hesychius pandurium interpretatur psalterium, & *σύριγγα*. Alio loco vult panduria esse fistulas e calamis, aut foramina in sese incidentia. *σύριγγες ἐκ καλάμων πανδούρια, ἢ κατατρήσεις εἰς ἀλλήλας ἐμπίπτουσαι.* A pandura *pandurisare* dixit Lamprid. ad tibias dixit, pandurisavit.

CAP. XXXII.

De Hydraule.

HYDRAULES in vet. Gloss. dicitur organarius. Hydraulica autem in genere tibiarum reponuntur, quæ aquæ assultu aerem incitante quasi spiritum voces edunt. Ea primum reperta sunt a Ctesibio tonsore Alexandrino, ut scribit Eustath. l. XVII. *Il.* *ὑδραύλης εὕρημα κτησιβίου κουρέως ἀλεξανδρέως. τὸ ὑδραυλικὸν ὄργανον κατὰ κλέψυδραν.* *Hydraulicum organum fit ad clepsydræ instar*. ut enim in clepsydra defluit aqua sensim, ita & in hydraulicis, in quibus tamen agitatur per axes torno subactos, ut

Victru-

A Victruvius l. IX. c. IX. Vel, ut loquitur Athenæus l. IV. c. XXIII. διηκρυμμένων ἀξόνων διὰ τῶ ὀργάνε. *axibus per organum trajectis*. Simile autem est organum aræ rotundæ, vel, ut Victruvius, arulæ. ἔοικε δὲ τὸ ὄργανον βωμῷ στρογγύλῳ. Suetonius in *Nerone* c. LIV. Sub exitu quidem vitæ palam voverat, si sibi incolumis status permansisset, proditurum se partæ Victoriæ ludis etiam hydraulam, & choraulam, & utricularium, & novissimo die histrionem, saltaturumque Virgilii Turnum. In iis organis tibiæ erant æneæ, quæ spiritu implerentur, cum aquæ vectibus aut axibus agitatæ essent. Claudianus in *Mallio*:

B *Vel qui magna levi detrudens murmura tactu*
Innumeras voces segetis modulatur abenæ,
Intonat erranti digito, penitusque trabali
Vecte laborantes in carmina concitat undas.

Pneumaticam rationem Plin. l. VII. c. XXXVII. vocat. Ctesibius, inquit pneumatica ratione, & hydraulicis organis repertis. Ut enim Servius l. VII. *Æneid.* motu aquæ ventus creatur, ut videmus in bombis organicis, idque voluit Virgil. l. VII. *Æn.*

Neptunus ventis implevit vela secundis.

Et in *Ætna*.

Nam veluti resonante diu Tritone canoro
C *Pellit opes collectus aquæ, victusque movetur*
Spiritus, & longas emugit buccina voces.

Vetus Scholiast. ὑδραῦλαι εἰσὶν οἱ αὐλοῦντες ἐν τοῖς ὀργάνοις τοῖς οὐκ ἀπ' ἀσκῶν, ἀλλ' ἀφ' ὕδατος κατὰ μηχανὴν τὸ πνεῦμα δεχομένοις. Id est, *hydraulæ sunt qui tibia canunt organis non ex utribus factis, sed aqua machina quadam spiritum recipiente*. In vet. Gloss. organarius ὑδαυλος dicitur, qua voce utitur Athenæus l. IV. ὕδραυλος ἀλεξανδρέων ἐστὶν εὕρημα. (forte legendum est ut est apud Eustathium κτησιβίου κυρέως ἀλεξανδρέως ἐστὶν εὕρημα.) Cæteri dicunt hydraulas. Martianus Capella l. IX. Psaltas, cordacistas, sambucas (forte, *sambucistas*) hy-
D draulas per totum orbem inveni. Item, nec tibiarum mela, nec ex fidibus sonitus, nec hydraularum harmonica deerat plenitudo. Lege Victruvium l. IX. c. ult. Marcellinum l. XIV. Athenæum l. IV. & IX. Suetonium in *Nerone* c. XLI. Tertull. *de anima*. Specta potentissimam Archimedis munificentiam, hydraulicum organum voco, tot membra, tot partes, tot compendia sonorum, tot commercia modorum tot acies tubarum, & una moles erant omnia. Spiritus ille qui de tormento aquæ anhelat, per partes administratur, substantia solidus, opera divisus. Hujus instrumenti Plinius Ctesibium, Tertullianus Archimedem laudat auctorem. Victruvius l. IX.
E c. ult. & Athenæus l. IV. Ctesibium hydraulicas machinas primum instituisse volunt. De hydraulicis Isidorus l. VIII. c. ult. Ipsas autem dicunt & Musas quas & Nymphas, nec immerito; nam aquæ motus Musicem efficit. Ammianus Marcel. l. XIV. Denique pro Philosopho cantor, & in locum oratoris doctor artium ludicrarum accitur, & in Bibliothecis sepulcrorum ritu in perpetuum clausis organa fabricantur hidraulica, & lyræ ad speciem carpentorum ingentes, & tibiæ. Victruvius l. X. c. I. & XIII. hydraulica dicta, quod vento, qui aquæ motu creatur, inflata personant. Motione vectium ve-
F hementiore spiritus frequens compressus epistomiorum aperturis influit, & replet an ima canales. Cum pinnæ manibus tactæ propellunt, & reducunt continenter regulas multiplicibus modulorum varietatibus sonantes excitant voces. Tertull. lib. *de Baptismo* c. VIII. Sane humano ingenio licebit spiritus in aquam arcessere, & concorporationem eorum accommodatis de super manibus alio spiritu tantæ claritatis animare. Deo autem in suo organo non licebit per manus sanctas sublimitatem modulari spiritalem?

CAP. XXXIII.

De Organis.

ORGANA nupera sunt ætate Juliani Apostatæ nata, in quibus variæ, & impares tibiæ follibus inspiratæ, digitis percurrentibus varium sonum edunt. Cassiod. l. I. Organa extraneis vocibus intonant, & peregrinis flatibus calamos complent, ut injuncta possint arte jactare, Diomedis in ære grues buccinant, æneus anguis insibilat, aves simulatæ fritinniunt. Venantius *ad Parisin*.

Hinc puer exiguus attemperat organa cannis,
Inde senex largam ructat ab ore tubam.
Cymbalicæ voces calamis miscentur acutis,
Disparibusque modis fistula dulce sonat.
Tympana rauca senum puerilis tibia mulcet,
Atque hominum reparant verba canora lyram.

Organa nostra pneumatica sunt, non hydraulica, in quibus olim tibiæ variis animantium formis, legendus Diomedes c. I. l. II. De his elegans est epigr. Juliani desertoris in *Antholog.*

Ἀλλοίην δονάκων ὁρόω φύσιν, &c.
Ἀλλ' ὑπὸ ταυρείης προθορὼν σπήλυγγος ἀήτης
Νέρθεν ἐϋτρήτων καλάμων ὑπὸ ῥίζαν ὁδεύει
Καί τις ἀνὴρ ἀγέρωχος ἔχων θοὰ δάκτυλα χειρὸς
Ἵσταται ἀμφαφόων κανόνας συμφράδμονας αὐλῶν
Οἱ δ' ἀπαλὸν σκιρτῶντες ἀποθλίβουσιν ἀοιδόν.

Id est *aliam video calamorum naturam. Sed ventus ex specu taurino exsiliens sub radice foratorum calamorum graditur. Et vir aliquis honoratus habens leves manuum digitos consistit, attingens regulas cum tibiis concinentes, illæ exsilientes exprimunt tenerum concentum.*

CAP. XXXIV.

De sorte Tibicinum & Citharœdorum.

LUDOS musicos sorte inibant, & cui sors faveret, is primus in Theatro, vel odeo canebat. Suetonius in *Nerone* c. XXV. Ac sine mora nomen suum in albo profitentium jussit adscribi, sorticulaque in urnam cum cæteris demissa, intravit ordine suo, simulque præfecti Prætorii citharam sustinentes. Ovidius l. V. *Metamorph.*

Tunc sine sorte prior quæ se certare professa est
Bella canit superum. ——

Aristides orat. περὶ ῥητορικῆς. καὶ τραγῳδὸς, καὶ κιθαριστὰς, καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς ἐπὶ τῆς μουσικῆς, μὴ ταυτὸν φέρεσθαι τῆς τε ἀξίας ὄνομα, καὶ τῆς τάξεως, ἢ κλήρου γε αὖ ἄρχειν μόνον, ἀλλ' ὅστις ἂν κάλλιστα ἀγωνίσηται, τοῦτον στεφανοῦν, καὶ πρῶτον ἀναγορεύειν, κἂν ὕστατος εἰσελθὼν τύχῃ. Id est, *tragœdos, & citharistas, & cæteros qui musicam tractant, non idem ferre nomen dignitatis, & ordinis, nec satis esse ut sortiantur tantum, sed qui pulcerrime certaverit, hunc coronare solent, & primum renuntiare, etiamsi ultimus ingressus sit.* Nonnus l. XIX. *Dionysiac.* supra. Plut. l. IX. q. III. *Sympos.* ἔθους δὲ ὄντος ἐν τοῖς μουσικοῖς κλήρους περιφέρεσθαι. *Cum autem moris fuerit in musicis certaminibus sortes circumferri.*

CAP. XXXV.

De Utriculariis.

UTRICULARIOS Græci ἀσκαύλους vocant, nostri, *Joveurs de cornemuse*. Eorum fuit inflare utrem, & retinere manu calamos, & pressum utrem & instigatum examinantes cubito quatere, ita ut calami vibrarentur ex jactatione assidua. Virgilius.

Copa Syrisca caput Graja redimita mitella,
Crispum sub crotalo docta movere latus,
Ebria famosa saltat lasciva taberna,
Ad cubitum raucos excutiens calamos.

Hydraulus, choraulus, utricularius ἀσκαυλοι, ἀσκαύλαι. Lege doctissimum Scaligerum *in Copam Virgilii*.

CAP. XXXVI.

De Cithara.

CUM de tibia dixerimus, cujus in Theatris usus fuit, non alienum erit de cithara nonnihil subjungere, quæ in Theatris ac conviviis solemnis, eoque in pretio ludis Græciæ, ut victori statuæ ponerentur. Xiphilinus in *Nerone*, τ̃ παμμένην ἐπὶ τ̃ κλίς ἀκμάσαντα κατηνάγκασεν ἀγωνίσασθαι, ἵνα αὐτοῦ ἀνδριάντας κρατήσας αἰκίσηται. Id est, *Pammenam qui sub Cajo floruerat, coegit certare, ut ipsius statuas obtineret, eumque ignominia afficeret*. In Theatris usurpatam fuisse ostendit Dio Chrysost. *Thars.* I. ἐν στενωποῖς, ἐν οἰκίαις, ἐν ἀγορᾷ, παρὰ τὸ θέατρον, ἐν τῷ γυμνασίῳ δυναστεύει τὸ πρᾶγμα κιθαρῳδῶν. καὶ αὐλοῦ μὲν ὥς ἔωθεν οὐδενὸς ἀκήκοα ἐγὼ μέχρι νῦν ἐν τῇ πόλει. τοῦτο δὲ θαυμαστὸν μέλος εὐθὺς ἅμα τῇ ἡμέρᾳ κινεῖται. Id est *in angiportis, in privatis ædibus, in foro, in Theatro, in gymnasio dominatur res citharœdica. Equidem neminem adhuc in urbe primo mane tibia canentem audivi; hic autem admirabilis cantus statim una cum ipso diei ortu commovetur*. Nec minor ei locus in conviviis, auctore Plutarcho symposio VII.c.VIII. ἀλλ' ἥγε κιθάρα πάλαι πω καὶ καθ' Ὅμηρον ἔτι τοῖς χρόνοις γνωρίμη τ̃ δαιτὸς ἐστι, καὶ μακρὰν οὕτως φιλίαν, καὶ συνήθειαν οὐ πρέπει διαλύειν, ἀλλὰ δεῖσθαι τῶν κιθαρῳδῶν μόνον, ὅπως τ̃ πολὺν θρῆνον καὶ γόον ἐξαίρωσι τ̃ ᾠδῶν, εὐφημα πρέποντα θαλιάζωσιν ἀνθρώποις ᾄδοντες. Id est, *cithara jam olim ætate Homeri adhibita est in conviviis, & amicitiam consuetudinemque adeo antiquam non licet dissolvere, sed citharœdis solis utendum est, ut luctum & funebrem complorationem e cantilenis summoveant, canentes bene nominata, quæque hominibus epulantibus accommodata sint*. Citharam ab Amphione inventam nonnulli prodiderunt, alii a Lino, septem chordis additis a Terpandro, Simonides octavam addidit, nonam Timotheus, ut Plinius l.VI.c.IV. Plutarchus *de Musica*. Horatius l.III.ode II.

Mercuri nam te docilis magistro
Movit Amphion lapides canendo.

Unde & cithara Amphione, ἀμφίονη dicitur Hesychio, quod ab Amphione reperta sit. Bion certe Apollinem auctorem citharæ facit, chelyos Mercurium;

Ως χέλυν ἑρμάων, κιθάραν δ' ὡς ἡδὺς ἀπόλλων.

Isidorus putat citharam significare pectus, & ita dictam quod ad formam pectoris facta sit in *Hippiatricis*, αἵτε κιθάραι παρ' ἑκάτερα τοῦ νώτου, *superiores sunt thoracis partes usque ad jugulum*. Malim citharam dictam, quasi κινοῦσαν ἔρωτα, vel κιθίσαν, ait Eustathius, qui κιθαρίζειν & κιθάραν pro eodem accipit, quanquam Aristoxenus apud Ammonium κιθαρίζειν ait lyram esse, κιθαριστὴν, qui assa lyra canit, λυρῳδὸν interpretatur. Citharœdi autem sunt fidicines. Plinius l. VII. c. LVI. Cithara sine voce cecinit Tharmyras primus, cum cantu Amphion, ut alii, Linus. Athenæus l.XIV. φιλοκιθαριστὰς vocat, qui simplicem & nudum citharæ cantum adhibent, sine coloribus musicis, quæ χρώματα εὔχροα vocant. Athenæus lib. cit. μετέστησε τὴν ψιλοκιθαριστικὴν τοὺς τόνους ἐντείνας, καὶ τὴν φωνὴν εὔογκον ποιήσας, καὶ τὴν ἔναυλον κιθάρισιν, καὶ περιελὼν τὴν συντονίαν τὴν ὑπάρχουσαν ἐν τοῖς ψιλοῖς κιθαρισταῖς, χρώματα τε εὔχροα ἐκιθάρισε. Id est, *mutavit psilocitharisticen simplicem, & nudum citharæ cantum, longos tonos intendens, & vocem gravem efficiens, & citharæ sonum cum tibia conjunctum, & summovens contentionem quæ est in assa cithara, coloresque suavissimos cecinit*. idem ψιλὴν κιθάρισιν vocat. Hieronymus existimat citharam effici in modum Δ. literæ, cum chordis viginti quatuor, & per digitos variis vocibus, tinnulisque ictibus in diversis modis concitari. eadem dicitur φόρμιγξ. Demetrius Phalereus citharam non absimilem esse ait arcui lunato. ὁ Θεόγνις, inquit, παρατίθεται τ̃ τοξοφόρμιγγα ἄχορδον, ἐπὶ τοῦ τόξῳ βάλλοντος. ἡ μὲν γὰρ φόρμιγξ κινδυνῶδες ἐπὶ τοῦ τόξου, τῷ δ' ἀχόρδῳ ἠσφαλται. id est, *Theognis in medium affert citharam curvam chorda carentem, in eo qui arcu jaculatur. cithara enim periculosa est in arcu, sed si chorda abest sine periculo est*.

CAP. XXXVII.

De Cithara, Lyra, Chely.

PARTES instrumentorum quæ plectro digitisve pulsantur, has ponit Pollux l.IV.c.X. nervias, chordas, λίνα, μίτους, fides, tonos πήχεις, ἀγκῶνας, κέρατα, cubita, manubria, cornua, κόλλοπας, claviculos, seu verticillos fidium quibus fides intenduntur, κολλάβους, ἠχεῖα, plectra, chordotonum, quod est epitonium instar umbilici e quo omnes chordæ vinciuntur, δόναξ ὑπολύριος, calamus sub lyra olim fuit ἀντὶ κέρατος, pro cornu. Ita lege, non ἀντὶ κεράτων, quia κέρατα, *cornua*, sunt manubria. Nonnulli autem putant citharam, lyram, chelym, testudinem, idem esse, eo forte quod Xenophon *Sympos.* dixerit, συνηρμοσμένη τῇ λύρᾳ πρὸς τ̃ αὐλὸν ἐκιθάρισεν ὁ παῖς, καὶ ᾖσεν. *Puer*, inquit, *cithara cecinit, lyra cum tibia consonante, & cantavit*. Aristoteles *Polit.* VII. ὥσπερ εἰ τοῦ κιθαρίζειν λαμπρῶς αἰτιῷτο τὴν λύραν μᾶλλον τ̃ τέχνης. Id est, *ut si quis lyram in causa esse dicat potius quam artem, cur splendide, & pulcre cithara canat*. Athenæus l.XIV. ἀναλαμβάνων τὴν λύραν ἐκιθάρισε. Id est, *accipiens lyram cithara cecinit*: quomodo Eustathius scribit chelyn vocatam fuisse citharam omnem, quia χελώνης ὄστρακον μέγα, πήχεως περιθέσει, καὶ χορδῶν ἐντάσει λύραν ἀπήρτισεν ἑρμῆς, ἣν Ἀπόλλωνι ἐχαρίσατο εἰς λύτρον ὧν ἔκλεψεν ἐκείνου βοῶν; unde & lyram appellata quasi λύτραν, id est, pretium quo redemptus sit. *Quia*, inquit, *testam testudinis ingentem, cubito seu manubrio addito, & chordis intentis Mercurius lyram aptavit, quam apollini dono dedit, ut se redimeret, cum aliquot ex ejus bubus furatus esset*. Bion tamen citharam ab Apolline, lyram a Mercurio repertam esse vult;

Ως χέλυν ἑρμάων, κιθάραν δ' ὡς ἡδὺς Ἀπόλλων.

Testudinem Mercurius in littore Nili decrescentis repererat, unde chelyn fecit. Philostratus in *Amphione*; τὴν λύραν πρῶτος ἑρμῆς ἔπηξε κεράτοιν δυοῖν. καὶ ζυγοῦ, καὶ χέλυος. τὸ μὲν κέρας αἰγὸς ἐξάλου, ξύλα δὲ ὅσων δεῖ τῇ λύρᾳ πύξου, οὐκ ἐλέφαντος. *Primus*, inquit, *Mercurius lyram texuit e duobus cornibus, & jugo, & chely: cornu fuit capræ saltatricis, ligna quæ lyræ usui sunt e buxo, non ex elephanto: cornua sunt manubria camura. Nervi autem alii positi sunt super hemisphærio seu lamina repanda, & umbilicis occurrunt, alii sub jugo cavi videntur*. νεῦρα δὲ τὰ μὲν ἐπὶ τῇ μαγάδι πρόκεινται. καὶ τοῖς ὀμφαλοῖς ἀπαντῶσι, τὰ δὲ ὑπὸ τῷ

ζυγῷ κοῖλα δοκοῦσι. Magas eſt cornu quod ſubjicitur fidibus, ut elatæ ſonum edant. Gallice dicitur *chevalet*. Heſych. μαγὰς, σανὶς ἐστ τετράγωνος ὑπόκυφος δεχομένη ἐφ' ἑαυτῇ τ̃ κιθάρας τὰς νδρὰς καὶ ἀποτελοῦσα τ̃ φθόγγον. Suidas vocat καβάλλω τὼ τὰς νδρὰς βαςάζουσαν. Boetius hemiſphærium alii canonem, fulcrum, pontem. ζυγὸς apud Homerum & Ariſtotelem in *Mechan.* eſt jugum citharæ quod tenent citharœdi manu ſiniſtra. ζυγὸς ὁ πῆχυς τ̃ κιθάρας ᾧ ἔγκειναι οἱ κόλλαβοι, ait Scholiaſt. Homer. & pars citharæ quæ verticillos continet, quibus fides contenduntur & laxantur. Heſych. κιθάρας δὲ πῆχυς ὁ ἀγκών, idem eſt cum jugo. ὀμφαλοὶ, αἱ ἐν τῷ ζυγῷ τρῶγλαι, ἐφ' ὧν αἱ χορδαί. *Umbilici ſunt jugi foramina, in quibus fides vertuntur.* Anchones ſunt forma literæ S. ut Vitruvius l. IV. c. VI. Sed ad lyræ auctorem redeamus, de quo Avienus de lyra ſydere.

Eſt chelys illa dehinc tenero qua luſit in ævo
Mercurius, curva religans teſtudine chordas,
Ut Parnaſſæo munus memorabile Phœbo
Formaret nervis opifex Deus.

Lege Manilium, & Firmicum l. VI. c. XXXI. Aratus in *Phænom.*

—— χέλυν παρὰ λίκνῳ
Ἑρμείας ἐτόρησε, λύρλω δὲ μιν εἶπε λέγεσθαι.

Horatius l. I. ode X.

Curvæque lyræ parentem
Mercurium.

Scholiaſtes Arati, χέλυν, ὅτι χελώνλω ὁ ἑρμῆς ἐκδείρας αὐτλω κατεσκεύασε. Homerus in *hymno Mercurii*. Alii dictam volunt, quod eam Mercurius ex Apollinis boum cornibus ad inſtar teſtudinis formarit, cui Mercurius ab Atlantidum numero ſeptem chordas, Orpheus novem addidit. Horatius l. III. ode II.

Tuque teſtudo reſonare ſeptem
Callida nervis.

Pindarus vocat φόρμιγγα ἑπτάγλωσσον. Euripides in *Alceſt.* ἑπτάτονον ὀρείαν χέλυν. Plectro feriebatur. Seneca in *Troad.*

Levi canoram verberans plectro fidem.

Cavam teſtudinem vocat Horatius, quod ex tortuoſis locis, & incluſis ſoni referuntur ampliores. Quocirca & in fidibus teſtudine reſonatur. aut cornu, ut Cicero loquitur l. I. *de Divinat.* Horatius ep. XIV.

—— *Sæpe cava teſtudine flevit amorem.*

Cicero ibidem oſtendit, teſtudinem teſtudinis animalis formam habuiſſe, Amphionem Pacuvianum ita loquentem inducens, quadrupes tardigrada, agreſtis, humilis, aſpera, capite brevi, cervice anguina, aſpectu truci, eviſcerata, inanima, cum animali ſono. Legendus Pollux l. I. Plinius l. IX. c. XI. meminit lyræ Plato l. VII. *de Legib.* p. 578. δεῖ τοῖς φθόγγοις τ̃ λύρας προσχρῆσθαι σαφηνείας ἕνεκα τῶν χορδῶν, τόντε κιθαριστλω, καὶ τ̃ παιδευόμενον ἀποδιδόντας πρόσχορδα τὰ φθέγματα τοῖς φθέγμασι τλω δὲ ἑτεροφωνίαν, καὶ ποικιλίαν τ̃ λύρας, &c. *Oportet*, inquit, *phthongis uti lyræ, ut fides clare ſonent citthariſtam, & diſcipulum, reddentes voces fidium ſonis concordes: diverſas autem voces, & varietatem lyræ*, &c. Interdum enim lyræ & citharæ vocem hominis adjunxere, dicunturque citharœdi, ut lyrodi, qui lyræ cantum cum voce maritant: qui vero aſſa cithara utuntur, vocantur cithariſtæ, lyriſtæ, fæminæ, cithariſtriæ, lyriſtriæ, pſaltriæ, ſambuciſtriæ, αὐλητρίδες, tibicinæ, fidicinæ, μουσουργοὶ, ᾠδικαὶ, ὀρχηστικαὶ Dioni Chryſoſtomo *Tharſic.* I. Sidonius; Nullus ibi lyriſtes, choraules, meſochorus, tympaniſtria, pſaltria, lyriſtria.

A Suetonius in *Domitiano*, c. III. pſilocithariſtas, chorocithariſtas commemorat. Heſych. κιθαρισταὶ οἱ ἐπὶ τῶν κρουμάτων. τερετίσματα τὰ τ̃ κιθάρας κρούματα. Id eſt, *cithariſtæ qui crumata & pulſationes edunt; teretiſmata citharæ crumata*. Crumatum, teretiſmatum ac fidicinæ artis mentio fit l. I. *Anthol.* cap. XLVI.

Τὸν σοφὸν ἐν κιθάρῃ, τ̃ μουσικὸν ἀνδροτίωνα
Ἤρετό τις ποίλω κρουματικλω σοφίλω.
Δεξιτερλω ὑπάτλω ὁπότε πλήκτροισι δονήσω,
Ἡ λαιὴ νήτη πάλλεται αὐτομάτως.
Λεπτὸν ὑποτρίζουσα, καὶ ἀντίτυπον τερέτισμα
B Πάσχει, τ̃ ἰδίης πλησσομένης ὑπάτης

Id eſt, *quidam de Androtione perito citharæ artifice, & muſico quærebat diſciplinam hanc in pulſationibus crumaticam. Inquiebat enim, quoties dexteriorem ſummam fidem, quæ dicitur hypate, plectro ſollicito, læva nete in imo poſita ſua ſponte commovetur, tenuiter ſtridens, & contra repulſum ſonitum patitur, cum ea quæ ſumma propria eſt pulſata ſit*. Id fieri ex innata conſenſione quæ eſt inter inteſtina ovium, unde fides fiunt. oſtendit.

—— τὰ νδρία πάντα τέτυκται
C Ἐξ οἴος χολάδων ἄμμιγα τερσομένων.

Id eſt, *fides omnes fiunt ex ovis inteſtinis mixtim ſiccatis*. Phormigen autem cum cithara eandem eſſe oſtendit Homerus *Iliad.* XVIII.

Τοῖσι δὲ ἐν μέσοισι παῖς φόρμιγγι λιγείῃ
Ἱμερόεν κιθάριζε.

Id eſt, *in medio eorum perdulci phormige ſuaviter cithara canebat*. Heſychius vult phormigen citharam eſſe quæ humeris feratur. φόρμιγξ κιθάρα ἡ τοῖς ὤμοις φερομένη. Citharæ & lyræ pars inferior ex ære fuit, & plectro percutiebatur, cum pſalterii pars ſuperior plectro percuſſa ſit. Baſilius *in Pſal-*
D *mos*, agens de pſalterio, τοῦτο μόνον τῶν μουσικῶν ὀργάνων τλω αἰτίαν τῶν φθογγων ἐκ τῶν ἄνωθεν ἔχει. τῇ κιθάρᾳ μὲν καὶ λύρᾳ κάτωθεν ὁ χαλκὸς ὑπηχεῖ πρὸς τὸ πλῆκτρον. τὸ ψαλτήριον δὲ τοῦτο τῶν ἁρμονικῶν ῥυθμῶν ἄνωθεν ἔχει τὰς ἀφορμὰς, ἵνα καὶ ἡμεῖς τὰ ἄνω ζητεῖν μελετῶμεν. Id eſt, *pſalterium ſolum ex organis muſicis e ſuperiori parte cauſam phthongorum ac concentuum habet; citharæ autem & lyræ in imo æs ad plectrum ſubſonat, cum pſalterium hoc concentuum & tonorum cauſas ſurſum habeat, ut & nos ſupera quærere meditemur*. Heſychius ſcribit, Cretenſibus ametoridas, ἀμητορίδας, dictos κιθαριστάς.

E
CAP. XXXVIII.

De Partibus Citharæ.

MULTÆ partes citharæ fuere. κόλλοπες οἱ κόλλαβοι περὶ οὓς αἱ χορδαί, id eſt, *verticilli & claviculæ citharæ quibus fides intenduntur*. οἱ ἐκ τῶν αὐχενίων δερμάτων γινόμενοι πασσαλίσκοι, οἷς δεσμεύουσι τὰς νδρὰς, id eſt, *claviculæ factæ e corio colli bovis, ad quas fides alligantur*. κόλλοψ enim proprie eſt corium durius in cervicibus & dorſis boum, & ovium. Apud Euſtathium Pauſanias ait, κόλλοπα ᾧ ἐπιτείνουσι τὰς χορδὰς δερμάτινον
F id eſt, *verticillum quo intendunt fides coriaceum fuiſſe*, τὸ γὰρ νωτιαῖον ἢ τὸ τραχηλιαῖον τοῦ βοὸς κόλλοψ. Heſychius, κόλλα τὰ νωτιαῖα μέρη τῶν βοῶν ἐξ ὧν γίγνονται οἱ κόλλοπες, οἷς ἐπιτείνουσι τὰς χορδὰς διὰ τὸ δερματίνοις τὸ παλαιὸν χρῆσθαι. Id eſt, *collops eſt pars dorſi aut cervicum boum. Colla ſunt partes dorſi bovis, e quibus fiunt collopes, quibus intendunt chordas. Olim enim coriaceis utebantur*, κόλλαβος id eſt cum collope. Euſtathius, κόλλοψ ὁ τοῖς ὕστερον κόλλαβος, δι' οὗ τείνονται αἱ χορδαί.

Collopi, inquit, *postea dictus collabus, per quem intenduntur chordæ*. Plato lib. VII. *de Rep.* τὰς τῶν χορδαῖς πράγματα παρέχοντας, καὶ στρεβλοῦντας, καὶ βασανίζοντας τοὺς κόλλοπας. πλήκτρῳ τε πληγῶν γενομένων. Id est, *eos qui negotia facessunt chordis, & torquent claviculas, cum plectro ictus illati fuerint*. Ctenia sunt cubiti extantes citharis; κτένια τῶν κιθαρῶν οἱ ὑπερέχοντες ἀγκῶνες. Temo seu pedalion est medium jugi citharæ: πηδάλιον τοῦ ζυγοῦ τῆς κιθάρας τὸ μέσον. Jugum est lignum oblongum in quo fides extenduntur, quod quasi capulum & manubrium tenent citharœdi. Ita Homerus φόρμιγγος ἀργύρεον ζυγὸν vocat. Astelephos dicitur corium quo cithara vestitur; τὸ περὶ τὴν κιθάραν δέρμα. Kerasbola sunt verticilli in antiquis lyris; κεράσβολα οἱ ἐν ταῖς ἀρχαίαις λύραις κόλλαβοι, quia ex cornu adjicerentur, non tantum e tergore bovis; κερατουργὸς ὁ ταῖς κιθάραις κερατοποιὸς *qui citharis cornua efficeret*. Pallas lyris calamum pro cornu subjecit, unde & calamum hypolyrium vocant, δόνακα ὑπολύριον. παλλὰς γὰρ ταῖς λύραις καλάμους ἀντὶ κέρατος ὑπετίθετο, ait Hesychius. Subjectum erat supra fundum testæ in imo partis supinæ, lignum aut calamus quo chordæ veherentur, alioqui chordæ nullum sonum redderent; corneum erat, cum primum fuisset ex arundine. Dicitur μαγάδιον, Gallice *chevalet*. Magadin pro cithara poni alicubi ostendit. Certe æs quod ad magadem adhibetur, echeum musicum vocant, quia illud plectro feritur, ut sonum edat: ἠχεῖον μουσικὸν τὸ πρὸς τῇ μαγάδι χάλκωμα. Theophrastus lib. v. scribit ilicem utilem esse, ut juga & capuli lyris & psalteriis fiant: πρὸς ζυγὰ λύραις καὶ ψαλτηρίοις. Batrachismus pars est citharæ quæ ranæ cantum imitatur; βατραχισμὸς μέρος κιθάρας.

CAP. XXXIX.

Quomodo Cithara pulsaretur?

CITARISTÆ dextra plectrum tenebant, læva digitos movebant, ut chordæ plectro percussæ varium sonum ederent. Apulejus *Florid.* II. Cithara baltheo cælato apta structim sustinetur, manus ejus teneræ, procerulæ, læva distantibus digitis nervos molitur, dextra psallentis gestu sabulum citharæ admovet ceu parata percutere. Asconius III. *in Verrem*. Cum canunt citharistæ, utriusque manus funguntur officio, dextra plectro utitur, & hoc est foris canere; sinistra digitis chordas carpit, & hoc est intus canere. Difficile autem est quod Aspendius citharista faciebat, ut non uteretur cantu utraque manu, sed omnia, id est, universam cantionem intus, & sinistra tantum manu complecteretur. Unde omnes quotquot fures erant, a Græcis Aspendii citharistæ dicebantur, quod ut ille carminis, ita isti furtorum occultatores erant. Cicero III. *in Verr.* At etiam illum Aspendium citharistam, de quo sæpe audistis, id quod est Græcis hominibus in proverbio, quem omnia intus canere dicebant, sustulit. Onosander in *Strag.* καθάπερ γὰρ ἐπὶ τῶν μουσικῶν ὀργάνων, οἱ μὲν ἀρχὴν ἔχοντες τοῦ μανθάνειν ἐπιτιθέντες τοὺς δακτύλους ἐπί τε τὰ τρήματα τῶν αὐλῶν καὶ διαστήματα τῶν χορδῶν, πολλάκις ἄλλον ἔθεσαν ἐπ᾽ ἄλλῃ, καὶ οὐ κατὰ τὴν ἁρμονικὴν διάστασιν. εἶτα μόλις ἐπεκτείνουσι βραδὺ μὲν αἴρουσι τοὺς δακτύλους, βραδὺ δὲ τιθέασι. οἱ δὲ ἐν μελέτῃ τῆς μουσικῆς ἀνεπιτηδεύτως ἤδη ἐρρυθμισμένῃ τῇ χειρὶ διʼ ὀξύτητος μεταφέρουσι ὅπῃ τε βούλονται, παραθλίψαι τῆς ἀναπαυσῆς, καὶ ἀνοῖξαι, καὶ παραψῆλαι χορδῆς. *Ut enim in musicis organis, qui discere incipiunt, digitos ad foramina tibiarum admoventes, & intervalla fidium, sæpe alium alio quam oportuit ponunt, & non ex legibus harmonicæ distantiæ. Deinde vix digitos extendunt, tarde tollunt, & movent; qui vero exercitati sunt in musicis, sine studio & labore manu jam præparata & habili, celerrime trasferunt digitos quo volunt, ut atterant fidem quæ quievit, & muta est* (τῆς ἀναπαυσάσης legendum videtur) *& aperiant, & perstringant*. Philostratus in *Orpheo*: ὁ μὲν λαιὸς ἀπερείδων εἰς τὴν γῆν ἀνέχει τὴν κιθάραν ὑπὲρ μηροῦ κειμένην, ὁ δεξιὸς δὲ ἀναβάλλεται τὸν ῥυθμὸν ἐπικροτῶν τοὔδαφος τῷ πεδίλῳ. Id est, *sinister pes quidem adnixus terræ sustinet citharam super femore positam, dexter autem gestum & rythmum proludit, solum calceo feriens, manus autem, dextera quidem plectrum firmiter tenens extenditur ad phthongos & tonos, cubito insidens, & vola manus intus spectante, læva autem fides rectis digitis ferit*; αἱ χεῖρες δὲ, ἡ μὲν δεξιὰ συνέχουσα ἀπρὶξ τὸ πλῆκτρον ἐπιτέταται τοῖς φθόγγοις, ἐγκειμένη τῷ ἀγκῶνι, καὶ καρπῷ εἴσω νεύοντι, ἡ λαιὰ δὲ ὀρθοῖς πλήττει τοῖς δακτύλοις τοὺς μίτους. Describit graphice eos qui Gallice dicuntur, *Joveurs de viole.* Ex iis quæ supra posui, ita rem definio cum Josepho Scaligero. Poetæ citharam, lyram, testudinem, κίθαριν, φόρμιγγα, sæpe pro eodem organo ponunt. Sed omnino lyra, & cithara diversæ sunt, quia lyræ Mercurius auctor, citharæ Apollo. Sunt tamen cognata inter se instrumenta quæ fidibus intenta pulsentur. Lyram describit Homerus in *Mercurio*.

> Πῆξε δ᾽ ἄρ᾽ ἐν μέτροισι ταμὼν δόνακας καλάμοιο,
> Πειρήνας διὰ νῶτα διὰ ῥινοῖο χελώνης, &c.

Mercurius sectos calamos per oras testæ supinæ trajicit, quibus tergum bubulum tanquam operculum adglutinavit, ita ut calami ipsi corio pro fulcris essent; deinde brachiola duo in summa testæ fixit, ea parte ubi erant anteriores pedes bestiæ, quæ brachia transtillo transverso cacuminibus conjunxit. Manubria seu brachia, πήχεις vocat Homerus, Ptolemæus κέρατα, quia erant flexuosa & camura; transtillum transversum est jugum, ζυγός. Paulo supra fundum testæ a parte prona epitonium instar umbilici panxit, e quo omnes chordæ vinciebantur, quod dicitur Polluci χορδότονον, clavus, fundus, seu ima pars testæ, βατήρ. Igitur chordæ omnes in uno umbilico revinctæ per βατῆρα in partem supinam traductæ in ipso jugo desinebant, in quo suis summitatibus intensæ erant. Subjectum est præterea illis supra batera in imo partis supinæ lignum, aut calamus quo chordæ veherentur; alioqui chordæ nullum sonum redderent; μαγάδιον vocat Lucianus, Galli equuleum, quod eo chordæ vectentur; corneum erat, cum primum fuisset ex arundine, id est, semitubulo arundinis, unde Aristophanes vocavit δόνακα ὑπολύριον ὡς πάλαι ἀντὶ κέρατος ὑποτιθέμενον ταῖς λύραις, ait Pollux. (ubi male legitur, ἀντὶ κεράτων. nam κέρατα sunt manubria: κέρας est magadium.) Eustathius, τὸ γὰρ παλαιὸν ἀντὶ τοῦ κέρατος ὑπετίθεντο κάλαμον. magadium est τὸ λύριον. Hesychius, μαγὰς σανὶς τετράγωνος ὑπόκυφος δεχομένη τὰς νευράς. Lucianus lyram ita describit, χελώνην που νεκρὰν εὑρὼν ὄργανον ἀπ᾽ αὐτῆς συνεπήξατο, *ex testudine mortua organum fecit brachia aptans*, & jugum, & infigens calamos, magadio subjecto intensis septem chordis cecinit suaviter; omisit corium bubulum, quod impositum erat calamis, ut fides supra corium per baterem & brachia ab umbilico ad jugum ducerentur subjecto magadio, ut fides elatæ corium non attingerent; alioqui nullus sonus editus esset. Hæc fuit lyra Mercurii. *Lyra*

recentior dicta φόρμιγξ, habet testudinem, ut lyra Mercurii, sed pro brachiis, seu cornibus manubrium singulare, erectum, in cujus cacumine paxilli trajecti sunt ad fides tendendas, vel remittendas, dicuntur κόλλοπες πασσαλίσκοι. Mauri vocant *laud:* Itali *lieuto*; quæ chelys, cithara, testudo dicitur, nata ex veteri lyra Mercurii. Sed ex lyræ Mercurii parte nata est lyra posterior Apollinis, & Arionis, quæ pene similis fuit harpæ nostræ, quanquam Venantius distinguit,

Romanusque lyra plaudat tibi barbarus harpa.

Primus omnium Epigonus posito plectro digitis modulatus est, quod dicitur ἐπικρέκειν, vel ἐπικρούειν apud Pollucem. Statius lib. VI.

—— Citharæque manus insertat Apollo.

Lib. X.

—— Digitos inter sua fila trementes.

Lib. I. *Achill.*

—— ducitque manum, digitosque sonanti
Infringit citharæ.

Aspendius citharista sola sinistra in manubrio modulabatur. Et nostra ætate fuere qui sola læva belle in manubrio fides impellerent. Homerus in *hymno Mercurii*;

Πῆξεν δ' ἐν μέτροισι ταμὼν δόνακας καλάμοιο,
Πειρήνας διὰ νῶτα διὰ ῥινοῖο χελώνης,
Αμφὶ δὲ δέρμα τάνυσσε βοὸς πραπίδεσσιν ἑῇσι,
Καὶ πήχεις ἐνέθηκ', ἐπὶ δὲ ζυγὸν ἤραρεν ἀμφοῖν,
Επτὰ δὲ συμφώνους οἴων ἐτανύσσατο χορδάς.

Fixit calamos sectos ad mensuram trajiciens eos per ima dorsi testudinis, circum autem extendit corium bovis sua sapientia, & brachia addidit, quæ jugo in vertice conjunxit. Mercurius igitur primum exenteravit testudinem, deinde sectos calamos per supinæ testæ oras trajecit, tum calamos corio bovis texit, demum ex duobus brachiis manubrium extendit, & duo illa brachia jugo conjunxit, a quo duxit chordas per manubrium, & corium, quo calami & cavum testudinis tegebantur, usque ab umbilicum qui erat supra fundum testæ. Hæc est nostra testudo quam *luthum* vocamus. Chelys Latoia Martiano, Phœbeja Ovidio, Thracia Sidonio dicta. Servius *ad Eclogam* V. tria insignia circa Apollinis simulacrum esse ait, lyram, quæ nobis cælestis harmoniæ imaginem monstraret. Lyrici Poetæ ad lyram cecinere. Cicero in *Orat. perfecto*, Lyricos Poetas cum cantu spoliaveris, nuda pene remanet oratio. Festus, Aphthonius in fragmento de carminis appellationibus ait duas odarum lyricarum esse partes, τὸ μὲν ἄνω τῆς λέξεως, τὸ δὲ κάτω τῆς κρούσεως, *superiore parte dictionem, inferiore impulsionem nervorum.* Contra hodie observamus, notas enim musicas superiores locamus, verba sub notis substituimus. Quare Horatius epist. II. lib. II. dixit,

Verba lyræ motura sonum connectere. ——

Plutarchus lib. *de Musica*, τοῖς ἔπεσι μέλη περιτιθέναι, *scribere carmina quæ cantentur ad lyram.* Scholiastes Pindari *ad oden* II. *Olymp.* tres fidibus canendi modos fuisse ait. Primus erat, cum fides primum pulsarent, deinde canerent: πρῶτον ἔκρουον, εἶτα ἐπῇδον. Alter modus, cum voce & fidibus simul canerent. Tibullus eleg. IV. lib. II.

Et similes chordis reddere voce sonos.

A Aristoteles, πρὸς λύραν ᾄδειν, Virgilius obloqui numeris. Servius, chordarum laudem esse verbis obloqui. Tertius modus, prius simul voce, & fidibus canere, post sola voce; idem Tibullus eleg. IV. lib. III. de Apolline,

Hanc primum veniens plectro modulatus eburno,
Felices cantus ore sonante dedit.
Sed postquam fuerant digiti cum voce loquuti,
Edidit hæc tristi dulcia verba modo.

Virgilius lib. VI. *Æneid.*

Jamque eadem digitis, jam pectine pulsat eburno.

Persius satyr. VI.

—— Tetrico vivunt tibi pectine chordæ.

B subjungit,

—— Et pollice honesto
Egregios lusisse mares. ——

Vetus Scholiastes; e citharæ chordis non solum plectro, sed etiam digitis sonum educimus. Achilles Tatius *Leucippæ* lib. I. ψιλαῖς τὸ πρῶτον διατινάξας ταῖς χερσὶ τὰς χορδὰς ἔκρουε, καί τι κρουμάτιον ὑποψιθυρίζουσι τοῖς δακτύλοις, μετὰ τοῦτο ἤδη τῷ πλήκτρῳ τὰς χορδὰς ἔκρουε, καὶ ὀλίγον ὅσον κιθαρίσας συνῇδε τοῖς κρούμασι. Primo crumatium ponit digitis fides impellentibus, deinde carmen ipsum C citharæ plectro percussæ, tum vocis & fidium concentum. Ad lyram versus etiam heroicos cecinerunt. Ammianus Marcell. lib. XV. Bardi veteres Galliæ vates fortia virorum illustrium facta heroicis composita versibus cum dulcibus lyræ modulis concinunt. Suidas in voce εὔμολπος ἐποποιός. πρὸς λύραν γὰρ ἐπεδείκνυντο οἱ ποιηταί. Horatio tamen carmen est μέλος.

Princeps Æolium carmen ad Italos
Deduxisse modos. ——

Poetæ melici, lyrici. Odæ carmina quæ canuntur ad lyram.

Operosa parvus carmina canto.

Lyra a Mercurio reperta transiit ad Orpheum, ut D Hyginus, & Nicomachus Gerasenus lib. II. *Musices.* Manilius,

—— per hæredem tantum præfata sonantis.

Lyra sonat præfata, ἐνδόσιμα, προκιθαρίσματα. lib. I. *Græcorum Epigram.* νευρολάλος φοίβου χορδὴ vocatur; de cithara,

Νευρολάλον φοίβου χορδὴν θρίσεν, ἡ δ' ἐπὶ πῆχυν
Ελκομένη θηρὸς λαιμὸν ἀπεβρόχισεν.

Cubitum citharæ intelligit. De Amphione Seneca in *Oedipo*,

Manuque sustinet læva chelym,
Qui saxa dulci traxit Amphion sono.

Horatius,

E *Dictus & Amphion Thebanæ conditor arci*
Saxa movere sono testudinis. ——

Amphion accepta lyra a Mercurio, ut vult Philostratus, citharœdiam homines docuit, ut Plutarchus libro *de Musica*, & Plinius libro VII. caput LVI. Fidicen Connus, seu Connas nobilissimus Socratem fidibus docuit, ut Cicero libro IX. *Epist. ad familiares.* Plato in *Epitaphio* Conum Metrobii filium vocat. Scholiastes Aristophanis in *Vespis* Connam. In Tragœdia citharam Sophocles adhibuit, cum ob vocis tenuitatem agere ipse non posset: φησὶ δὲ ὅτι καὶ κιθάραν ἀναλαβὼν ἐν μόνῳ τῷ θαμύριδι ποτὲ ἐκιθάρισεν. Unde F effigies ejus in porticu Pœcile cum cithara expressa. Horatius *de Arte Poet.*

Sic etiam fidibus voces crevere severis.

Citharœdi, & citharistæ ludis Pythiis nomon Pythium canebant, cujus quinque partes fuisse docent Pollux, & Strabo lib. IX. quo agone Chrysothemis Cretensis hymno in honorem Apollini decantato primus vicit, Philammon deinde, ac post

ipſum Thamyris ipſius filius. Orpheus & Muſæus in agonem deſcendere noluerunt, ait Pauſanias in *Phocic*, ut nec Homerus, quia cœcus. Olympus, Marſyæ diſcipulus, Nemeis ludis vicit tibiis, ut Plutarchus lib. *de Muſica* ſcribit. Libet hic adſcribere decretum Lacedæmoniorum adverſus Timotheum Mileſium citharœdum: ἐπειδὴ τιμόθεος ὁ μιλάσιος παραγειόμενος ἐς τὰν ἁμετέραν πόλιν τὰν παλαιὰν μολπὰν ἀτίσμαδε, καὶ τὰν διὰ τᾶν ἑπτὰ χορδᾶν κιθάρισιν, ἀποστρεφόμενος πολυφωνίαν εἰσάγων λυμαίνεται τὰς ἀκοὰς τῶν νέων διὰ τὰν πολυχορδίαν. καὶ γὰρ καινότατα τῶ μέλεος ἄνεγκε, ποικίλαν ἀντὶ ἁπλόας καὶ τεταγμένας ἀμφιέννυται τὰν μολπὰν ἐπὶ χρώματος ἐπισάμενος τὰν τῶ μέλεος δίεσιν ἀντὶ τᾶς ἐναρμονίω ποιῶν ἀντίστροφον ἀμοιβὰν, παρακληθεὶς δὲ καὶ τὸν ἀγῶνα τᾶς ἐλευσινίας δάματρος ἀπρεπέα διασκεδάσατο τὰν τῶ μύθω διδαχάν. τὰν γὰρ σεμέλας ὠδῖνα οὐκ ἔνδικα τὼς νέως διδάσκει, δεδόχθαι φαμὲν περὶ τούτων τὼς βασιλέας, καὶ τὼς ἐφόρως μέμψασθαι τιμόθεον. ἐπαναγκάσθαι δὲ καὶ τᾶν ἕνδεκα χορδᾶν ἐκταμόντας τὰς περιττὰς ὑπολειπομένας τὰς ἑπτὰ, ὅπως ἕκαστος τὸ τᾶς πόλιος βάρος ὁρῶν εὐλαβῆται ἐς τὰν σπάρταν ἐπιφέρειν τι τῶν μὴ καλῶν ἐθῶν, μήποτε ταράττηται κλέος ἀγώνων. *Quoniam Timotheus Mileſius veniens in noſtram urbem antiquum cantum neglexit, & eum qui per ſeptem chordas efficitur citharæ cantum averſatus, multarum vocum inducens concentum inficit auditum juvenum per multiplices fides; etenim meli novitatem induxit, & variam pro ſimplici, & ordinata modulationem inducit in chromate conſtituens meli dieſin pro enarmonio, faciens antiſtrophon permutationem; accitus vero ad Eleuſiniæ Cereris certamen indecentem diſperſit fabulæ doctrinam: Semeles enim partus dolorem non juſte juvenes docet, viſum eſſe dicimus ut Reges & Ephori accuſent Timotheum, & recuperent ex undecim chordis reſectis ſuperfluis reliquas ſeptem, ut quilibet intuens urbis gravitatem, caveat Spartam inferre aliquam minus rectam conſuetudinem, ne forte turbetur ludorum gloria.* Pauſanias in *Laconicis*, ἐνταῦθα ἐκρέμασαν λακεδαιμόνιοι τὰν τιμοθέου τοῦ μιλασίου κιθάραν καταγνόντες ὅτι χορδαῖς ἑπτὰ ταῖς ἀρχαίαις ἐφεῦρεν ἐν τῇ κιθαρῳδίᾳ τέσσαρας χορδάς. Apud Athenæum, στρατόνικος ὁ ἀθηναῖος δοκεῖ τὴν πολυχορδίαν εἰς τὴν ψιλὴν κιθάρισιν πρῶτος εἰσενεγκεῖν. *Stratonicus Athenienſis videtur plures chordas ad aſſam citharam primus attuliſſe.* Chordæ proprie dicuntur inteſtina. Cælius Aurelian. lib. III. *de acut. morb.* cap. XVII. Alii hanc paſſionem chordapſum vocaverunt, quod non aliter quam chordæ inteſtina tendantur. Nam veteres Græci inteſtina chordas vocaverunt. Anacreon,

> Αʹ βάρβιτος δὲ χορδαῖς
> Ἔρωτα μόνον ᾄδει.

Caſſiodorus lib. II. epiſt. XL. ridicule chordam quod corda moveat, dici ſcribit. Cæterum Muſici Architæ meminit Laertius lib. VIII. περὶ δὲ ἀρχίτου τοῦ μουσικοῦ φέρεται καὶ τόδε, ὡς ἐν ὀνειδιζόμενος ἐπὶ τῷ μὴ ἐξακούεσθαι εἴποι, τὸ γὰρ ὄργανον ὑπὲρ ἐμοῦ διαγωνιζόμενον λαλεῖ. *De Archita Mitylenæo Muſico fertur, quod cum probro ipſi daretur, quod non exaudiretur, dixerit; organum pro me pugnans loquitur.* Leſches Lesbius, & Archilocus Muſici ac Poetæ Terpandro antiquiores ſunt. Clemens l. I. *Stromat.* φανείας δὲ πρὸ τοῦ τερπάνδρου τιθεὶς λέσχην τὸν λέσβιον ἀρχιλόχου νεώτερον φέρει τὸν τέρπανδρον. Sæpe Muſici cantum lyræ, tibiæ, & fiſtulæ miſcebant, quod dictum ſympſalma. Horatius ode I. lib. IV.

> *Lyræque, & Berecynthiæ*
> *Delectabere tibiæ*
> *Miſtis carminibus, non ſine fiſtula.*

Pindarus ode III. *Olympic.*

> Φόρμιγγά τε ποικιλόγαρυν,
> Καὶ βοὰν αὐλῶν ἐπέων τε θέσιν
> Συμμίξαι πρεπόντως.

Delphis ſignum Apollinis ita effictum fuiſſe, ut citharam teneret, docet Plutarchus in *Sylla*, ὁ δὲ κάφις ἧκε μὲν εἰς δελφούς. ἐνίων δὲ φασκόντων ἀκοῦσαι φθεγγομένης τῆς ἐν ἀνακτόροις κιθάρας. *Caphis venit Delphos; quibuſdam autem dicentibus ſe audiviſſe citharam in adyto canentem.* Prudentius,

> *Quicquid caſta chelys, quicquid teſtudo reſultat.*

Citharœdi autem de eventu certaminis ſemper erant pavidi, teſte Arriano lib. II. *Epicteti* c. XIII. ὁ κιθαρῳδὸς μόνος μὲν ᾄδων οὐκ ἀγωνιᾷ, εἰς θέατρον δὲ εἰσερχόμενος κἂν λίαν εὔφωνος ᾖ, καὶ καλῶς κιθαρίσῃ, &c. *Citharœdus ſi canit ſolus non angitur, ſed ingreſſus Theatrum, licet ſit vocalis, & bene callens artis ſuæ, ſollicitus tamen eſt, propterea quod non ſolum belle cupit canere, ſed etiam commendari ab auditoribus. At id in poteſtate ipſius non eſt. Pulſare didicit neten, atque hypaten; at collaudatio a multis profecta quidnam ſit, & quam vim habeat id, nec didicit, nec in eo cognoſcendo ſe exercuit. Quare ipſum neceſſe eſt tremere, & expalleſcere.* Suetonius in *Nerone* cap. XXIII. Judices priuſquam inciperet reverentiſſime alloquebatur. Fortunatianus lib. III. *Rhetor.* Denique aulœdos, & citharœdos, & cæteros hujuſmodi artifices, quanquam non polliceantur orationem, videmus tamen proloqui ante actionem; omnino curta, & ſine capite oratio eſt quæ ſine principio ab ipſis rebus orditur. Item Nero apud Suetonium dicebat, omnia ſe facienda feciſſe, ſed eventum in manu eſſe fortunæ.

CAP. XL.

De Habitu Citharœdi.

HABITUS cultuſque citharœdi graphice depingitur a Cornificio lib. IV. *ad Herennium.* Ut citharœdus, inquit, cum prodiret optime veſtitus, palla inaurata indutus, cum chlamyde purpurea coloribus variis intexta, & cum corona aurea citharam tenens auro & ebore diſtinctam, ipſe præterea ſtatu ſit appoſito ad dignitatem. Syrmate uſi ſunt oblongo, & palla talari, de qua *Florid.* II. Apulejus. Eique prorſus citharœdicus ſtatus, Deam conſpiciens canenti ſimilis, tunicam picturis variegatam deorſus ad pedes dejectus ipſos, Græcanico cingulo chlamyda velat utrumque brachium, aduſque articulos palmarum. cætera decoris hiſtrici dependent; cithara balteo cælata apta ſtructim ſuſtinetur. Virgilius lib. VI. *Æneid.*

> *Nec non Threicius longa cum veſte ſacerdos*
> *Obloquitur numeris ſeptem diſcrimina vocum,*
> *Jamque eadem digitis, jam pectine pulſat eburno.*

Cyprianus de jejunio Chriſti, paludamentis talaribus pavimenta verrentes, capillis muliebribus ſe in fæminas transfigurant. Xiphilinus de Nerone, ἐν τῇ ὀρχήστρᾳ κιθάραν ἔχοντα, καὶ ὀρθοστάδιον, καὶ κοθόρνους, ποτὲ δὲ ἐμβάδας, καὶ προσωπεῖον. Item, καὶ αὐτὸς ὁ νέρων ὀνομαστὶ πρὸ τοῦ γαλλίωνος ἐνκηρυχθεὶς, καὶ ἔστη τε ἐπὶ τῆς σκηνῆς ὁ καῖσαρ κιθα-

ῳδικὴν σκευὴν ἐνδεδυκὼς, καὶ εἶπεν, κύριοι μου εὐμενεῖς ἀκούσατε. Item cum Nero in Græciam profectus est, κιθάραν, πλῆκτρα, καὶ ἐμβάδας ἔφερον οἱ νερώνειοι. Erant citharœdi barba rasa, aut potius volsa, capillo promisso. Tacitus lib. XIV. cithara ludiorum in modum. Xiphilinus de Nerone, τὸν αὔγουστον εἰς τὸ λεύκωμα ἐν τοῖς ἀγωνισταῖς ἐγγραφόμενον, φωνασκοῦντα, τὴν κεφαλὴν κομῶντα, τὸ γένειον ψιλιζόμενον. Id est, *Neronem in orchestra citharam habentem, & rectam tunicam, & cothurnos, interdum soccos, & personam.* Item, *& ipse Nero nominatim citatus ante Gallionem, & stetit in scena Cæsar, gerens amictum citharœdicum, dixitque, domini mei benevole audite.* Item, *citharam, plectra, soccos gerebant Neronei.* Item, *Augustum in albo inter artifices certantes inscribi, vocem exercentem capillato capite, barba rasa.* Apollonius lib. *de excid. Hierosolymit.*

> —— *Nero citharæ tantum certamina norat,*
> *Larvatosque inter gestu contendere mimos,*
> *Atque apii Grajam saltu meruisse coronam.*

Vestis igitur citharœdi oblonga fuit, qualem describit Ovidius lib. III. *Amor.* eleg. IV.

> *Ima videbatur talis illudere palla,*
> *Artis opus raræ fulgens testudine & auro.*

Varro lib. III. cap. XIII. *de re rust.* stolam vocat. Orpheus cum stola & cithara cantans. Lib. II. *Fastor.* Ovidius;

> —— *Capit ille coronam,*
> *Induit & Tyrio distinctam murice pallam.*

Propertius lib. II. eleg. VIII.

> *Pythius in longa carmina veste canit.*

CAP. XLI.

De Citharæ sonis.

QUINQUE tantum erant citharæ soni, qui deinde summa varietate distinguebantur, cum ab imo ad summum omnibus intenta nervis consentiret. Fabius lib. XII. cap. X. Cum in cithara quinque constituerint sonos, plurima deinde varietate complent spatia illa nervorum, atque iis quos interposuerunt, inserunt alios, ut pauci illi transitus multos gradus habeant; lib. II. cap. VIII. Nam sicut cithara, ita oratio perfecta non est, nisi ab imo ad summum omnibus intenta nervis consentiat; lib. I. cap. XI. An vero citharœdi non simul & memoriæ, & sono vocis, & pluribus flexibus serviunt? Horatius in *Arte*,

> —— *Et citharœdus*
> *Ridetur chorda qui semper oberrat eadem.*

Septem fides a Terpandro additæ sunt, a Simonide octava, cui nonam subjunxit Timotheus. In cithara viginti quatuor chordas D. Hieronymus ponit; olim tribus tantum chordis usi. Plutarchus lib. *de Musica* scribit, Olympum & Terpandrum multitudinem fidium aspernatos esse: μαρτυρεῖ γοῦν τὰ ὀλύμπου καὶ τερπάνδρου ποιήματα, καὶ τῶν τούτοις ὁμοιοτρόπων πάντων. τρίχορδα γὰρ ὄντα, καὶ ἁπλᾶ διαφέρει τῶν ποικίλων, καὶ πολυχόρδων. Id est, *testimonio sunt poemata Olympi & Terpandri, cæterorumque omnium qui sunt illius generis.* Chordæ sunt hæ, nete, seu ima, & imæ proxima, paranete, tertia, media, summa, summæ proxima, mediæ proxima, lichanus. Chordarum alia est νήτη, παρανήτη, τρίτη, μέση, ὑπάτη, παρυπάτη, παραμέση, λιχανός. ὁ δὲ τιμόθεος ἑπταφθόγγου τῆς λύρας ὑπαρχούσης ἕως εἰς τέρπανδρον τὸν ἀντισσαῖον, διέρριψεν εἰς πλείονας φθόγγους ἀργεῖους μὲν γὰρ καὶ κόλασιν ἐπιθεῖναι ποτέ φασι τῇ εἰς τὴν μουσικὴν παρανομίᾳ, ζημιῶσαί τε τὸν ἐπιχειρήσαντα πρῶτον τοῖς πλείοσι τῶν ἑπτὰ χρήσασθαι παρ' αὐτοῖς χορδῶν. contra vero Stratonicus ætate Timothei Atheniensis δοκεῖ πολυχορδίαν εἰς τὴν ψιλὴν κιθάρισιν πρῶτος εἰσενεγκεῖν, καὶ πρῶτος μαθητὰς τῶν ἁρμονιῶν ἔλαβε, καὶ διάγραμμα συνεστήσατο, ut ait Athenæus. Id est, *Timotheus autem, cum lyra septem phthongis constaret, usque ad Terpandrum Antissæum, dissipavit in plures phthongos. Ajunt autem Argivos pœnam ei indixisse, qui contra antiquas Musicæ leges aliquid innovasset, & eum multasse qui pluribus septem fidibus usus erat. Stratonicus primus plures fides in assam citharam contulit, primus discipulos harmoniarum habuit, & diagramma constituit.*

CAP. XLII.

De Legibus Citharœdorum in Theatro.

LEGES hæ fuere citharœdi in Theatro, ne fessus resideret, ne sudorem nisi ea, quam indutui gerebat, veste detergeret, ut nulla oris aut narium excrementa mitteret, postremo flexus genu, & manu nixus cœtum adoraret. Quas leges subiisse Neronem auctor est Tacitus lib. VI. Suetonius in *Nerone* cap. XXI. Sine mora nomen suum in albo profitentium citharœdorum jussit ascribi, sorticulaque in urnam cum cæteris demissa, intravit ordine suo; cap. XXIV. Nero in certando ita legi obediebat, ut nunquam excreare ausus, sudorem quoque frontis brachio detergeret. Erat item capillo promisso, barba rasa, qui habitus citharœdi, ut Xiphilinus.

CAP. XLIII.

De Nomis Citharœdicis.

NOMI citharæ varii fuere. Collobis & Æolis apud Hesychium nomi citharœdici sunt. Suetonius cap. XX. Nero non ante cantare destitit quam inchoatum nomon absolveret. Nomus laudatissimus fuit, τήνελλα καλλίνικε, qui ad citharam canebatur tribus strophis constans, ut ait Scholiastes Pindari ode IX. *Olymp.* sed μέλος fuit potius quam νόμος, cujus initium, ὦ καλλίνικε χαῖρε ἄναξ ἡράκλεις. Eratosthenes ait fuisse hymnum in Herculem qui τρίπλοος diceretur, non quia tribus strophis constaret, ἀλλὰ διὰ τὸ τρὶς ἐφυμνιάζεσθαι τὸ καλλίνικε, *sed quia ter caneretur vox hæc, Callinice:* τήνελλα καλλίνικε χαῖρε ἄναξ ἡράκλεις, αὐτός τε καὶ ὁ ἰόλαος αἰχματὰ δύο, τήνελλα. οἱ ἀπορoῦντες κιθαρῳδοῦ τούτῳ κόμματι ἐχρῶντο, τρίτον αὐτὸ ἐπιφωνοῦντες. Quo respexit Pindarus ode IX.

> Τὸ μὲν ἀρχιλόχου μέλος
> Φωνᾶεν ὀλυμπίᾳ
> Καλλίνικος ὁ τρίπλοος κεχλαδώς.

Archilochus, ait Scholiastes, volens hymnum ἀναβαλέσθαι, & præfari in Herculem ludis Olympicis, conatus est rhythmum & cantum unius citharœdi per quandam vocem imitari. Partes nomi citharœdici apud Pollucem sunt, eparcha, eparchia, metarcha, catatropa, umbilicus sive ὀμφαλὸς, sigillum sive σφραγὶς, epilogus. In cithara primæ harmoniæ sunt Doris, Jas, Æolis, deinde Phrygia, Lydia, Locrensis Philoxeni inventum. Nomi Terpandri Æolius, Bœotius, a rhythmis Orthius, & Trochæus, a tropis acutus, & tetraœdus; τὸ τῶν ψιλοκιθαριστῶν ὄργανον vocant Pythicum, & Dactylicum. Nomi eorum Jovis, Minervæ,

Apollinis, Jambi, Jambides, Pariambides. Vox interdum cum cithara conjuncta, ubi asmatocamptæ qui flexionibus vocis usi probarunt artem, si vocula fuit canora, inflexa, *φωνάριον ᾠδικόν, καὶ καμπτικόν*, ait Pollux.

CAP. XLIV.

De Psalterio.

PSALTERIUM S. Hieronymus tradit fuisse in modum quadrati clypei cum decem chordis. Psal. XXXII. *in psalmo decem chordarum psallite illi*. Psal. XCI. *in psalterio decachordo, cum cantico in cithara*. Hieronymus *in Psalm.* Psalterium proprie est genus organi musici melius sonans quam cithara, similitudinem habet citharæ, quæ deorsum percutitur, psalterium sursum. Paulus lib. v. *Sentent.* tit. IV. psalterium canticum esse ait in alterius infamiam. Cicero in *Catilin.* Poetæ lepidi, & delicati cantare & psallere didicerunt. Gellius lib. XIX. cap. IV. Adolescentes scitissimos utriusque sexus qui canerent voce, & qui psallerent Marcel. Donatus apud Suetonium in *Domitiano* c. IV. legit *psallocitharistas*, pro *psilocitharistis*: inepte. Arnobius l. VI. Deum mater cum tympano, cum tibiis & psalteriis Musæ: *καταυλεῖν, καταψάλλειν*. Bassus apud Priscianum,

Calliope princeps sapienti psallerat ore.

Psallere est tibiis canere. Horatius,

Sub cantum querulæ despice tibiæ.

Apulejus in *Apolog.* fenestræ canticis circumstrepitæ; aliud est *κλαυσίθυρον*. Varro, scientia doceat, quemadmodum in psalterio est, extendamus nervias. Nonnulli psalterium genus esse citharæ volunt. Isidorus lib. III. *Origin.* Paulatim plures citharæ species exstiterunt, ut psalteria, lyræ, barbita, Phœnices, Pectides, & quæ dicuntur Indicæ (forte, Scindapsi) & a duobus simul feriuntur. Anaxilaus apud Athenæum lib. IV. *ἐγὼ δ' βαρβίτας, τριχόρδους, πηκτίδας, κιθάρας, λύρας σκινδάψους*. Martianus lib. ult. lyram a barbito distinguit, & a tetrachordo. Basilius *in Psalm.* psalterium solum ex organis musicis e superiori parte causam phthongorum, ac concentuum habere ait, ut supra ostendimus. Athenæus lib. IV. psalterium distinguit a psalterio orthio, qui lyrophœnix dicitur. Chrysostomus in *Protheor. ad Psal.* *ψαλτήριον τῶν ἐνταῦθα μὲν ἐστὶ, πλῶς ὄρθιον, καὶ ἄνωθεν ἔχει τῶν φθόγγων τὰς ἀφορμάς.*

CAP. XLV.

De Barbito, & Trigono.

BARBITON Anacreontis qui posterior Alcæo fuit, ut vult Athenæus l. IV. Ibidem dicitur barbiti mentionem fieri a Sapphone, & Anacreonte; quare origo ejus altius repetenda. Horatius de Alcæo, & barbito,

Lesbio primum modulate civi.

Plutarchus *de Monar.* *καὶ ψαλτήρια πολύφθογγα, καὶ βαρβίτους, καὶ τρίγωνα παραπέμψας*. Plato *Polit.* lib. III. *τριγώνων, καὶ πηκτίδων, καὶ πάντων ὀργάνων ὅσα πολύχορδα*. Trigonum, instrumentum triangulare pluribus fidibus constans. Erant & quæ septem angulis constarent. Aristoteles lib. IX. *Polit.* *ἑπτάγωνα, καὶ τρίγωνα, καὶ σαμβύκας*. Barbiton Pollux quasi *βαρύμιτον* dici ait. Anacreon:

Ἡ βάρβιτος δὲ χορδαῖς
Ἔρωτα μοῦνον ᾄδει.

CAP. XLVI.

De Crotalo.

CROTALUM *κάλαμος ἐστὶν ἐσχισμένος*, ut Scholiast. lib. VII. *Anthol.* Rufinus, *οὐκ ἔτι παιδομανής, ὡς πρίν ποτε, νῦν δὲ καλοῦμαι θηλομανής, καὶ νῦν δίσκος ἔτι κρόταλον*. Cicero *in Pisonem*; Nec collegæ tui cymbala, ac crotala fugi. Apulejus *Milesf.* IX. cum crotalis & cymbalis circumforaneum mendicabulum producitur ad viam. Martian. Capella lib. II. magno tympani crepitu, crotalorumque tinnitu universa dissultent. Crotalum describitur ab Apulejo. Nam dextra ferebat æneum crepitaculum, cujus per angustam laminam in modum balthei recurvatam trajectæ mediæ paucæ virgulæ crispante brachio tergeminos ictus, reddebant argutum sonum. Fiebat ex arundine scissa, ut cum quateretur digitis, sonus ederetur. Scholiastes Aristophanis, *κρόταλον κυρίως ὁ σχιζόμενος κάλαμος, ὁ κατασκευαζόμενος ἐπιτηδὲς ὥστε ἤχεῖν εἴ τις αὐτὸν δονοίη τῇ χερσὶ καθάπερ κρότον ἀποτελῶν*. Testulæ quoque, & officula usum crotali præstabant, quæ crumata dicuntur. Martialis,

Edere lascivos ad Batica crumata gestus,
Et Gaditanis ludere docta modis.

Juvenalis,

—— Audiat ille
Testarum crepitus cum verbis.

Aristophanes in *Ranis*,

Ποῦ 'στιν ἡ τοῖς ὀστράκοις αὕτη κροτοῦσα;

Ubi est quæ testis crepitat? Arnobius vocat testarum crepitus. Clemens Alexandrin. lib. II. *Pædag.* c. IV. *σύριγξ μὲν ὖν ποιμέσιν ἀπονενεμήσθω, αὐλὸς δ' ἀνθρώποις δεισιδαίμοσι εἰς εἰδωλολατρείας σπεύδουσιν*. In Copa Virgilii,

Sunt typia, & chalybes, cyathi, rosa, tibia, chordæ.

Typia sunt Syrorum tympana a voce *τύπτω*. Chalybes sunt æra ad crotala. Nilotes tibicen erat, crotalistria Phyllis. Columella, crepitaculis æreis, aut testarum sonitu terrentur. Eustathius, *κρόταλον εἶναι σκεῦός τι ἐξ ὀστράκου τυχὸν, ἢ χαλκοῦ ὂν χερσὶ κρατούμενον θορυβεῖ*. Sipontinus crotalum esse vult instrumentum quod manu pulsatur laminis quibusdam ex ære rotundis, sonum ex collisione reddentibus.

CAP. XLVII.

De Sambuca.

SAMBUCA non est tibia, aut fistula, sed instrumentum musicum triangulum. Persius satyr. V.

—— Sambucam caloni aptaveris alto.

Athenæus lib. XIV. & lib. IV. *σαμβυκίστριαί τινες ῥόδαι, καὶ μαστρυγοί*. Aristoteles *Polit.* lib. IX. *ἑπτάγωνα καὶ τρίγωνα, καὶ σαμβύκας*. Porphyrio; Sambuca triangulum instrumentum est, quod ex inæqualibus longitudine sicut & crassitudine nervis efficitur. Plautus in *Sticho*,

Fidicinas, tibicinas, sambucistrias advexit secum forma eximia.

Livius lib. XXXIX. Tum psaltriæ, sambucistriæque, & convivialia ludionum oblectamenta addita epulis. In Glossis Isidori sambucus saltator dicitur. Veteres Glossæ *ψαλτήριον*, sambucum organum musicum.

CAP.

Cap. XLVIII.

De Sistro.

Sistrum Isiacorum fuit, ut cymbalum Gallorum Cybeles. Persius satyr. v.

Hinc grandes Galli, & cum sistro lusca Sacerdos.

Seneca *de beata vita* cap. xxvii. Cum sistrum aliquis concutiens ex imperio mentitur, cum aliquis secandi lacertos suos artifex brachia, atque humeros suspensa manu cruentat. Quam Syri sambucam vocant, nos harpam dicimus. Sidonius cap. 5.

Cum patrio Cleopatra ferox circumdata sistro.

Carm. ix.

Non Apin Mareoticum sonabo
Ad Memphitica sacra concitari.

Apud Ammian. Marcellinum lib. xxii. per septem cerimoniosos dies mitescunt crocodili, quibus Sacerdotes Memphi natales celebrant Apis, tunc sistra sonant. Apulejus, æreum crepitaculum in manu Deæ Isidis.

Cap. XLIX.

De versu Heroico, Jambo, & Lyrico.

Quia tota scena Jambis maxime constat, orchestra Lyricis, pauca de versibus Heroicis, Jambicis, Lyricis subjiciam. Jambici auctorem Archilochum Horatius facit,

Archilochum proprio rabies armavit Jambo,
Hunc socci cepere pedem, grandesque cothurni
Alternis aptum sermonibus, & populares
Vincentem strepitus, & natum rebus agendis.
Versibus exponi tragicis res comica non vult.

Jambici Poetæ sunt *ἀπαγγελτικοὶ*, Comici & Tragici *δρῶντας μιμοῦσι*, *facientes imitantur*. Jambici Poetæ nuntiant, & narrant. De versibus autem Heroicis Plinius lib. vii. versum Heroicum Pythio oraculo debemus. Josephus lib. ii. versum Exametrum a Mose repertum ait. Aristoteles Orpheum fuisse unquam negat. Coriani qui ante Homerum fuit, nihil extat. Musæi opus controvertitur. Versuum lyricorum varii repertores, Sappho, Alcæus, Anacreon, & alii, de quibus Horatius.

Musa dedit fidibus Divos, puerosque Deorum,
Et juvenem victorem, & equum in certamine primum,
Et juvenum curas, & libera vina referre.

Lyrici Poetæ sunt novem, Alcæus, Sappho, Stesichorus, Ibycus, Bacchylides, Simonides, Alcman, Anacreon, Pindarus, de quibus in *Epigram. Græcis*,

Ὧν μιτυληναῖος μοῦ ἔλω γεραρώτερος ἄλλων
Ἀλκαῖος.

A Quintilianus lib. x. Novem lyricorum longe Pindarus princeps spiritus magnificentia, sententiis, figuris, beatissima rerum, verborumque copia, & velut quodam eloquentiæ flumine, propter quæ Horatius eum merito credidit nemini imitabilem. Horatius.

Quid Tityus Romana brevi venturus in ora,
Pindarici fontis qui non expalluit haustus?

Jambos scripsit Æschines Sardianus, in quibus nomina Cercopum recitat, ut scribit Harpocration in voce *κέρκωψ*. Sidonius lib. viii. epist. iv. citos Jambos, Elegos acutos. Prudentius præfat. *de Coronis*; nos citos Jambos sacramus, & rotatiles B Trochæos. Horatius.

Fervor & in celeres Jambos
Misit furentem.

Sidonius epist. xv. lib. ix.

Jubes amice nostra per volumina
Modis resultet incitatioribus
Ferox Jambus, & Trochæus.

Terentianus; Erit Jambus pes virilis, acer, & raptim citus.

Adesto Jambe præpes, & tui tenax
Vigoris adde concitum celer pedem.

Catullus, truces Jambi. Terentianus,

C *Adusta felle qualis ante carmina*
Dabis amarus ultor impotens tui.

Marius Victorinus lib. ii. Hæc apud Græcos metri Jambici species frequens est sub hac conditionis lege, ut non Heroas, & Reges, sed Satyros inducat ludendi, jocandique causa, quo spectatoris animus inter res tristes, & tragicas Satyrorum jocis relaxetur. Græcus Scholiast. *τὸ εἰς δράματα εἰσαγόμενον κυρίως μὲν τὸ εἰσφερόμενον ἐν τοῖς δράμασι γέλωτος χάριν ἔξω τῆς ὑποθέσεως ὄν. καταχρηστικῶς δὲ τὸ ἐξαγώνιον ἅπαν πρᾶγμα.* Athenis cum trina essent Dionysia, seu liberalia, totidem fabulæ agi solitæ, quarum duæ Tragœdiæ, postrema satyrica. D Jambis Martianus Capella lib. ix. nomen esse vult ab eo quod venenum maledicti, aut livoris infundant maledicorum verba virulenta. Origenes *homil. ad plebem*, quæ Cæsario tribuitur; Sicut enim sunt virulenti herbarum succi, ita sunt & venena verborum. Horatius lib. i. epist. xiv. *morsu venenat.* Sidonius epist. xxii. lib. iv. cur venenato morsu fecere? lib. i. epist. ii. mordacis linguæ felle feriatur. Ex tribus receptis auctoribus Jamborum ad ἕξιν maxime pertinebit unus Archilochus, ut loquitur Quintilianus lib. x. *Instit.* Summa in hoc vis elocutionis, cum validæ, tum breves, vibrantesque sententiæ, plurimum sanguinis, ac nervorum. E Horatius in *Epist.*

—— Parios ego primus Jambos
Ostendi Latio, numeros, animosque secutus
Archilochi, non res, & agentia verba Lycambem.

ONUPHRII PANVINII

VERONENSIS,

FRATRIS EREMITÆ AUGUSTINIANI,

DE LUDIS SÆCULARIBUS

LIBER.

ONUPHRIUS PANVINIUS

VERONENSIS,

FRATER EREMITA AUGUSTINIANUS,

ACHILLI MAFFEO,

HIER. F. S.S. BASILICÆ PRINCIPIS APOSTOLORUM CANONICO,

S. P. D.



NTER multa quæ in universa antiquitate Romana cognitu digna fuisse animadverti, ACHILLES vir optime, & omnium antiquitatum conquisitor ac conservator diligentissime, non postremum locum tenet Ludorum Sæcularium tractatio, quæ & ad temporum rationem digerendam, & ad veterum monumentorum interpretationem quam maxime utilis est & necessaria; præsertim vero quum in ea multa & recondita antiquitatis Romanæ monumenta, ante non admodum cognita, contineantur. Quem laborem tum ob has ipsas caussas suscepi, tum quod eos ludos in tabulis M. Verrii Flacci Capitolinis, quarum restitutionem aggressus sum, exaratos fuisse animadverterim. Cujus præsidio sublevatus, universam temporum Romanorum rationem accuratissime explicarem, & distinctius aliis aperire possem. Quibus cognitis, omitto quod nobilissimum totius veteris illius Reip. arcanum intelligetur, multa quoque veterum nummorum, inscriptionum, & librorum obscura loca illustrari poterunt, & explicari. Quod opus quum ad justi libelli summam perduxerim, id seorsum a commentariis in Fastos consulares concinnavi, eorum qui legent commodo, & hujus voluminis decori consulturus, in quo eos omnes auctores digessi, quorum potissimum opera meos Fastorum libros conscripserim. Quos eandem ob rationem Fastorum commentariis non adjunxi. Hunc porro librum, ACHILLES vir præstantissime, ut in tuo potissimum nomine exire in vulgus vellem, quum res ipsa tua cognitione non indigna, tum summa mea in te observantia, & tua fratrisque tui viri optimi, & præstantissimi Bernard. Cardinalis erga me non vulgaria officia adduxerunt, qui unus ex his præcipue fuit, quibus auctoribus, me ad res Romanas veteres observandas, & ex omnibus antiquorum monumentis colligendas initio dedi. Cui, si quid didici, si quid in bisce studiis profeci, acceptum refero. Fuit enim vir ille magnis in Ecclesiam Christi meritis clarus, prudentia, bonitate, & pietate in Deum maxime admirabilis, recti atque honesti in primis cultor, proborumque & doctorum hominum amantissimus. Quo quum nemo virtutem magis diligeret, tum nemo fuit qui diligendam eam & amplectendam esse magis judicaret. Cujus importuna morte erepti locum & personam tu unus apud omnes doctos viros suscepisti, quem ut genere, ita virtutibus, doctrina, & humanitate refers. Suscipe ergo hoc munus etsi perexiguum, non leve tamen meæ veteris erga te observantiæ signum, eo animo, quo meipsum pro tua humanitate amplecti soles. Quod pro tua singulari benignitate, & te facturum, & ad multo majora molienda meipsum impulsurum mihi ipsi maxime persuadeo. Vale. Venetiis Kalend. Juliis ∞. DLVIII.

ONUPHRII PANVINII

VERONENSIS,

FRATRIS EREMITÆ AUGUSTINIANI,

DE LUDIS SÆCULARIBUS

LIBER.



UDORUM Sæcularium tractationem, ob varias & inter se dissentientes veterum scriptorum, qui de ipsis aliquid litterarum monumentis tradidere, sententias, rem inter omnes quæ ab antiquis unquam gestæ sint, cognitu difficillimam esse, neminem antiquitatum studiosum existimo esse, qui ignoret. Quapropter tum ob eam rem, tum quod etiam in tabulis Capitolinis, eorundem mentionem fieri, ex aliquot fragmentis animadverti, necesse mihi visum est, quid de Sæcularibus Ludis a Veteribus traditum sit, paulo latius differere, quandoquidem etiam hæc Fastorum Consularium pars non minima fuerit, & res ipsæ cognitu in primis memorabiles esse videantur. Quamquam autem a recentioribus carptim multa de ipsis hinc inde scripta sint, & præsertim in *Miscellaneis* ab Angelo Politiano, non tamen satis diligenter omnia collecta fuisse cognovi, & maxime ad eorum cognitionem necessaria. De iisdem igitur accuratius disputandum esse duxi; quod nunc ego antiquorum monumentorum, lapidum & nomismatum, ac veterum scriptorum auxilio, facere aggrediar. Quæ autem de ipsis explicanda proposui, ex Varrone, Horatio, Valerio, Plinio, Floro, Censorino, Sex. Pompejo, Zosimo, & aliis antiquis auctoribus collecta, hæc sunt. Ipsorum ludorum origo, Quot nominibus appellati fuerint? Cur Sæculares dicti; Quot annorum spatio, quoties, & quo anni tempore instaurari soliti fuerint? Ad hæc quo ritu, quibus cærimoniis, quibus locis, & quibus diis celebrati? Quando deinceps, & quare apud antiquos fieri desierint? Multa præterea alia referam, quæ rem ipsam maxime exornatura sunt. Quibus deinde pertractatis, quod idem propemodum esset argumentum, librum de Sibyllis & carminibus Sibyllinis conscripsi, rem jocundam, utilem, & antiquitatum studiosis cognitu necessariam. In quo quid, & quot Sibyllæ, aut carmina Sibyllina fuerint, a me accurate explicatum est.

De origine itaque Ludorum Sæcularium, ut altius repetam, hæc ab antiquis historicis, & præsertim a Zosimo in secundo *Historiarum* libro ferme traduntur. Tullo Hostilio Romæ, & Mettio Suffettio Albæ imperantibus, quum bellum anceps, & perniciosum inter sese Romani Albanique gererent, & amborum acies jam jam concursuræ starent, ad cædemque paratæ essent, ecce spectrum quoddam visu mirabile, derepente apparuit, quidam scilicet monstruosa specie, atraque pelle amictus, alta voce clamitans, ut ab omnibus exaudiri

A posset: jubere Ditem Patrem, deamque Proserpinam, priusquam manus consererent inter se ambæ acies, sub terra sacrum sibi fieri; hisque dictis monstrum evanuit. Hoc igitur Romani terribili prodigio territi, in urbem mittunt, qui aram sub terra conderent, in eo loco, qui postea campus Martius appellatus est, non longe a fluminis alveo, ubi sacrificio rite ut jussum fuerat peracto, aram ipsam pedum viginti aggere obtexerunt, ut illa omnibus quibuscunque (Romanis ipsis exceptis) incognita esset. Quo etiam dæmonum præstigio factum crediderim, ut bellum id tergeminorum pugna transigeretur, qua Romani incruenta B victoria de Albanis potiti sunt, Orco scilicet, & Persephone inferis diis placatis. De hoc bello Livius libro primo, & libro tertio Dionysius mentionem faciunt. Locus autem ille, ubi ara abscondita fuit, Terentum tum appellabatur, quod quum haud procul ab amnis ripa esset, & quidem mollius se flectente Tiberi, amnium more, eo loco ripam mollem tereret, ex quo etiam *Rumen* dictus Tiberis a Veteribus, & in sacris Seres nominatus, quod ruminaret, hoc est, exederet & secaret ripas: unde ait Virgilius,

C *Stringentem ripas, & pinguia culta secantem.*

Alii vero Terentum tum dici cœptum existimant locum illum, quod ara Ditis Patris eo loco sub terra occuleretur, ut auctor est Sex. Pompejus. De Terento meminit Statius *Silvarum* libro primo, & quarto. Hæc autem ara cum diu latuisset, ejusque memoria longa temporum intercapedine, etiam apud Romanos ipsos jam obsoluisset, miro quodam modo postea deorum jussu, sive dæmonum ludificationibus, sic reperta est.

Quum ingenti pestilentia, sub rege Ser. Tullio, D urbs antiqua, agrique vastarentur, Volusus Valesius (ut tum dicebatur) a quo Valeria familia originem habuit, vir locuples, & ut illo tempore erant optimi quique, rusticanæ vitæ, in Sabinorumque gente præclarus, Romæ quoque ob dignitatem notus, aram hanc, de qua supra dixi, ita divinitus invenit. Erat ei nemus ante domum, maximis arboribus consitum, quibus fulmine ictis, quum statim conflagrassent, Volusus ipse dubitare, tristarique, & quo hæc monstra, prodigiaque tenderent animadvertere. At non multo post pestilentiæ morbo, quæ tum maxime in omnes desæviebat, filii duo, filiaque correpti ad desperationem usque medicorum laborant. Pater accitis haruspicibus, rem omnem aperit, eosque de filiorum salute consuluit, quibus experientia multa edoctis, & ex ignis casu conjicientibus, iram hanc esse deorum exponunt, deos-

que sacrificiis placare Volusum jubent. Volusus autem quum multitudine sacrificiorum nil proficeret, & in maximo metu cum uxore esset, filiique jam jam moribundi starent, aquam calidam a foco iis petens, genibus innixus, Vestam ceterosque Lares familiares oravit, ut puerorum periculum in ipsius, matrisque suæ capita transferrent. Quibus dictis, quum ad nemus fulmine ictum respexisset, vox e nemore humana augustior audita est, habiturum eos salvos promittens, si continuo flumine Tiberi devectos, Terentum portasset, ibique juxta Ditis Patris, & Proserpinæ aram, ex eorum foco calefactam de fluvio ipso biberent aquam quam illi desiderarent. Ubi hæc Volusus audivit, Tarentum pro Terentum intelligens, filiorum salutem magis desperavit, cum quod longa, & periculosa navigatio imperabatur (longissime enim Tarentum abesse scilicet in extrema Japygia sciebat) tum quod proxime eam urbem, minime reperiri Tiberim ullum fluvium non ignorabat; malam præterea ei spem afferebat aqua, quam in aris terrestrium dæmonum calefieri audierat. Super hæc quoque quum haruspices consuluisset, diis esse parendum statim responderunt. Quare spe licet dubia præsentem metum vincente, pueros ad Tiberis ripam protinus detulit; habitabat enim in villa sua quæ sita erat prope vicum Sabinæ regionis, nomine Heretum, duodecimo ab Urbe lapide. Eis autem lintre impositis, Ostiam secundo flumine contendens, nocte intempesta, ad Martii campi regionem prope Romam appulit; ibi recreare sitientes, & æstu, febrique laborantes succurrere cupiens, simulque ut navigationis tædium levaret, qua placidissime amnis labitur exponit in siccum ægrotos; ac dum tumultuarium sibi tugurium concinnit, extincto igniculo, admonetur a gubernatore, quem unde ignis peti posset consuluerat, lintrem potius ad Terentum deducendam (nam ita locus appellabatur, qui haud longe aberat) ibique commorandum, etenim pastoricium fumum illic se se aspicere dixit. Tum Volusus lætior factus, audito Terenti nomine, quem in extrema Italia esse crediderat, deorum numina adorans, & salutem liberorum jam jam propemodum certo sibi spondens, illuc navem adpelli jubet, existimans de illo loco se esse divina voce admonitum. Quo quum pervenisset, omnia pastoribus nuntiavit. Statimque arrepto calice aquam flumine proximo haustam, eo unde fumus erat obortus, cupide jam lætior protulit, divinitusque dati remedii, quasi vestigia quædam in proprinquo, se existimans nactum, in soloque magis fumante, quam ullas ignis habente reliquias, omine adprehenso contractis levibus, & quæ sors obtulerat, ignis nutrimentis, fumigans solo pertinaci flatu sollicitat in flammam, calefactamque aquam pueris bibendam calice porrigit; qua epota, succedit somnus salutaris, in quo diutina morbi vi liberati, recuperata valetudine surgunt; patrique renuntiant, vidisse se se per quietem spongia a nescio quo deorum corpora sua attingi, morbumque detergeri, præcipique ut ad Ditis Patris & Proserpinæ aram, ex qua ipsorum potio calida facta fuerat, furvæ mactarentur hostiæ, lectisterniaque fierent, & ludi nocturni, perpetuis choris, carminibusque trinoctio celebrarentur. Valesius autem tanquam alicujus deorum, qui hæc facere jussisset, auctoritate permotus, eoque loci nullam aram videns, desiderari ratus, ut a se extrueretur, aram empturus, festinus in Urbem properat, servis relictis, qui fundamentorum jaciendorum gratia, terram alte ad solidum foderent, ubi collocaretur. Servi domini imperium exequentes, quum ad viginti pedum altitudinem humo ruderibusque egge stis fodiendo pervenissent, aram quam dixi Ditis Patris Proserpinæque invenerunt. Hoc ubi Volusus nuntiante servo cognovisset, omisso emendæ proposito, quum quid sibi agendum, apertius edoctus esset, hostias nigras (quæ tum furvæ dicebantur) ut jussus fuerat super ipsam aram mactavit, ludosque & lectisternia, cum cantibus, choreis carminibusque continuo trinoctio, quia totidem filii periculo liberati erant, fecit; liberis jam morbo solutis, mediaque de morte receptis. Hæc autem omnia cum ipse regi Romano renuntiasset, ejus jussu publicis populi Romani commentariis a Duumviris sacrorum faciendorum diligentissime scripta fuerunt, locusque ipse in campo, qui postea Martius est dictus, ara super terram posita notatus est, ne in posterum propter longa temporis intervalla, ut jam factum fuerat, Romani ejus oblivisceréntur. Porro autem hunc Volusum Valesium, existimo fuisse Poplicopolæ, & M. Valerii patrem; qui deinde Volusus Valesius Terentinus appellatus est, a sacrificio Diti Patri Terenti facto. Qui quum tertium filium postea genuisset, eum in deorum Manium, qui de eo benemeriti fuerant, honorem, Manium Valerium appellavit: siquidem Romani inferos deos Manes nuncupabant. Huic rei non modicam fidem addit, quod ipsum Volusum Valesium, filios vero Publium Marcum & Manium vocatos fuisse, antiqua monumenta declarant. Quum hoc præsertim Manii prænomen, nusquam antiquius quam in hoc Valerio reperiatur, ipsumque a diis Manibus dictum referat Valerius libro decimo. Ex tribus quoque fratribus Manius natu minor fuit. Rei quoque gestætempus mirifice quadrat. Hoc igitur modo Ludorum, qui postea Sæculares dicti sunt, aræ Terentinæ Diti, Proserpinæque consecratæ, & horum sacrorum ritus originem fuisse, Valerius Maximus libro primo, Zosimus libro secundo, & alii veteres auctores tradidere.

De primis autem Ludis Sæcularibus, veteres inter se dissentiunt auctores. Siquidem Valerius Maximus, & Zosimus, eos non longe post Volusi Valesii casum a P. Valerio Poplicola primo eos factos fuisse affirmant: atque de eis in hunc ferme modum hæc tradunt.

Quum Urbs ipsa denuo gravi pestilentia vexaretur, P. Valerius ejusdem Volusi Terentini filius Poplicola, qui primo post reges exactos anno consul fuit, studio succurrendi civibus, patris exemplum sequutus, in Terento apud eandem ipsam (quam dixi) aram publice nuncupatis votis, atros seu furvos boves pro maribus Diti Patri; pro fœminis vero concolores juvencas Proserpinæ mactavit, lectisternioque, ac ludis trinoctio factis, aram terra ut ante fuerat exaggeratam, occuluit titulo ita addito:

P. VALESIVS
VOLVSI. F
POPLICOLA

IGNIFERVM. CAMPVM
DITI. PATRI. AETER
NAI. Q. PROSERPINAI
CONSECRAVEI. LVDOS
Q. EISDEM. DIEIS
POPVLI. ROMANI
SALVTIS. ERGO. FECEI

Idem scribunt Censorinus, & Plutarchus. Quamquam Censorinus hoc factum ab eo esse in primo consulatu tradit, Plutarchus autem in quarto.

Sic enim ait Censorinus: Primos Ludos Sæculares exactis regibus traditum est post Romam conditam anno CCXLV. a Valerio Poplicola institutos esse. Plutarchus autem in quarto consulatu Poplicolæ describendo ita ait: Quum morbus civitatem gravissimus invasisset, ita ut fœtus perfectus nullus a mulieribus ederetur, hic ex libris Sibyllinis & Ditem placavit, & ludis quibusdam qui oraculo traditi erant revocatis, depulso morbo, civitatem in spem meliorem adduxit.

Hos itaque primos ludos, ex his qui postea Sæculares dicti sunt, fuisse, Valerius Antias, Valerius Maximus, Censorinus, & Zosimus auctores sunt, Volusi Terentini exemplo factos, a quibus horum ludorum origo manavit. De his autem ludis trinoctio celebrari solitis, Ausonius in ternario numero ait,

Trina Terentino celebrata trinoctia ludo.

Et Martialis,

Et quæ Romuleus sacra Terentus habet.

Statius quoque *Silvarum* lib, IV.

Quippe manet, &c.

M. autem Varro libro primo *de Scenicis Originibus*, aliter de primis Ludis Sæcularibus loqui videtur. ad hunc enim modum, eorum (ut arbitror) originem fuisse tradidit. Quum (inquit) multa portenta fierent, & murus, & turres, quæ sunt inter portam Collinam, & Esquilinam, de cœlo essent tacta, & ideo libros Sibyllinos Decemviri adiissent, renuntiaverunt, uti Diti Patri, & Proserpinæ, ludi Terentini in campo Martio fierent, tribus noctibus, & hostiæ furvæ immolarentur, utique ludi centesimo quoque anno fierent. Sed hæc potius de aliqua eorum instauratione, quam de origine, dicta fuisse existimo, ut paulo post differam.

Primos vero Ludos Sæculares, multis annis post reges exactos, Poplicolæque mortem factos fuisse, Quindecim-Virorum commentarii, ut est apud Censorinum, prodidere. Quod de re tam antiqua nemo mirari debet, quum de recentioribus quoque ludis maxima inter veteres sit auctores controversia. de secundis enim, tertiis, quartisque Ludis Sæcularibus, diversimode antiqui scriptores tradidere, aliique alio tempore eos factos esse affirmarunt, & non parum inter se dissentiunt, quæ omnia infra latius a me explicabuntur. Ego autem in tanta veterum quidem, & probatissimorum scriptorum varietate, quid sentiam, non facile proferrem, nisi Quindecim-Virorum auctoritas valde me moveret: tum quod penes eorum collegium, omnis publicorum, privatorumque sacrorum cura, præcipueque horum ludorum restaurandorum ratio fuere, ut auctor est Cornelius Tacitus libro undecimo, tum quod eorum ordinem sequutum quoque fuisse animadverti M. Verrium Flaccum *Fastorum Capitolinorum* auctorem. Sique, quod Horatius in *Carmine Sæculari*, & libro secundo *Historiarum* Zosimus, multique alii veteres scriptores memoriæ prodidere, verum est, eos centesimo quoque & decimo anno exacto restaurari solitos, non possumus Quindecim-Virorum temporum rationi repugnare, ut infra demonstrabo. Quorum auctoritati, etiam sine horum scriptorum testimonio, in hac re non acquiescere nefas esse existimarem, quum ipsi illi fuerint, qui & ludos ipsos peregerint, & peractos publicis commentariis memoriæ tradiderint. Ipsorum igitur, ceteris auctoribus quibusque omissis, in horum ludorum celebratione, temporum rationem sequar, simulque pro mea virili efficere studebo, ut omnis ambiguitas inter eos, & cæteros scriptores exorta, tollatur.

Ludos igitur, qui primi vere Sæculares dici debent, si posteriorum temporum ratio habeatur, ex Quindecim-Virorum commentariis facti sunt anno post Romam conditam CCXCVII. ex Capitolinorum Fastorum numerandi ratione, quam usque ad Augusti tempora sequar, M. Valerio M. F. Maximo, & Sp. Virginio A. F. Cœlimontano Tricosto Coss. Hoc autem elicitur primo ex Censorini libello, quem *de die natali* scriptum reliquit, capite tertiodecimo. Qui locus licet omnium mendosissimus sit, tamen iis consulibus, ex eorundem sententia, primos Ludos Sæculares debere adscribi, clare annorum urbis conditæ, & Ludorum Sæcularium tempus ex XV. Virorum ratione consideranti manifestum erit. Ludos enim ipsos Sæculares a primis ad quintos, centesimo quoque & decimo anno exacto restaurari solitos, perpetuo temporum ordine, scripserunt. Quod ita esse ex consulatuum collegiis, qui singulis annis creabantur, & sequentibus ludis clare colligi poterit. Primos enim anno urbis CCXCVII. Secundos anno CDVII. Tertios anno DXVII. Quartos vero anno DCXXVII. & sic deinceps actos fuisse notant.

Quod vero Valerius Maximus, Plutarchus, Zosimus, & alii dicunt, eos institutos actosque fuisse a Valerio Poplicola primo consule, ita forte dici posset (nisi volumus eorum de hac re sententiam rejicere) P. Valerium Poplicolam ipsos quidem, quum a patre Terentino edoctus esset, qui, ut dixi, primo eos ediderat, in pestilentiæ, ceterorumque morborum remedium instituisse, publicisque commentariis eorum ritus, cæremoniasque tradidisse, docuisseque quotiescunque opus esset eos debere fieri: verum quum tunc opus non esset, ipsos ab eo nequaquam celebratos esse. Postea tamen M. Valerio & Sp. Virginio Coss. quum pestilentia urbem invasisset, ab his primo celebrari cœptos.

Posset quoque alio modo hæc contradictio tolli, si Valerium Maximum, Zosimumque, & ceteros, qui primos Ludos Sæculares editos referunt a Poplicola primo cos. ex gente Valeria, deceptos nominis similitudine dicemus; quum eos forte primus instituerit ejus filius, qui etiam P. Valerius Poplicola appellatus est, qui cos. fuit triennio ante M. Valerium, & Sp. Virginium, cum C. Claudio Regillense, quibus primos editos XV. Virorum commentarii tradunt, præsertim quum circa ea tempora Livio & Dionysio auctoribus, ingens in urbe fuisset pestilentia. Siquidem circa primi Poplicolæ tempora aliquam Romæ pestem fuisse neque Livius, neque Dionysius referunt, eosque postea a M. Valerio, & Sp. Virginio Coss. editos fuisse.

Potest demum, & veriore, ut credo, ratione, hæc discrepantia ita dirimi. Ipsos quidem ludos trinoctiales, atque omnia sacrificia sæpius ad Terentum facta fuisse, quotiescunque scilicet aliqua publica calamitas urbem invasisset. Siquidem eos ludos pro salute populi Romani ad placandam deorum iram, ad seditionum, pestilentiæ, ceterorumque morborum remedium, celebrari auctores sunt Horatius, & Zosimus; & ad alia quædam, quæ omnia paulo post ex Horatii carmine sæculari explicabo, & hac ratione dici poterit

terit eos a Valerio Poplicola institutos, primumque factos fuisse,. & a cæteris quoque consulibus, qui ab aliis auctoribus digeruntur, quorum tamen in XV. Virorum commentariis mentio non est, quoties opus erat eos celebratos, sed nec tunc nec postea Sæculare, sed alio quodam nomine appellatos: quod innuere videtur M. Varro libro primo *de Scenicis Originibus*, qui ita scriptum reliquit: Quum quædam de cælo tacta essent, & ideo libros Sibyllinos XV. Viri adiissent, renuntiaverunt, uti Diti Patri, & Proserpinæ ludi Terentini in campo Martio fierent tribus diebus, & tribus noctibus, & hostiæ furvæ immolarentur, &c. ubi & illud ostendere videtur, eos fieri solitos non fuisse, sive adhuc certum tempus statum non esse, quum deorum jussu celebrari cœpti sint. Porro autem illos ludos qui eodem, similique ritu, non quoties opus esset, sed stato quodam tempore, centesimo quoque & decimo anno exacto, quamquam nulla in urbe pestis, aut alia vis morbi esset, quæ hoc ipsum sacrum requireret, sed tantum ut is ordo servaretur, Sæculares postea appellatos fuisse existimandum, eosque esse qui a XV. Viris adeo diligenter centesimo quoque & decimo anno notati sunt, non quidem ad repellendam pestilentiam præsentem, facti, sed ad morem majorum, hominumque salutem, & cetera bona populi Romani conservanda. Quod disertis verbis explicare videtur Acro Horatianus Interpres in *Carmine Sæculari*, ubi inquit: Sæcularis carminis duplex devotio esse consueverat. aut enim pro sedanda, aut pro vitanda pestilentia, aut pro certo & constituto numero annorum, centesimo videlicet, & decimo anno, in Capitolio a pueris & puellis impuberibus cantabatur. Erant autem hi ludi tanquam lustrum quoddam & expiamentum, quo antiqui urbem Romam omnibus præteritis noxis purgari, renovari, atque instaurari existimabant, melioremque vivendi rationem in posterum precabantur. quod etiam aperte in carmine, quod Ludis Sæcularibus cantabatur, explicat Horatius, quum inquit,

Phœbe, silvarumque potens Diana,
Lucidum cæli decus, o colendi
Semper, & culti, date quæ precamur
Tempore sacro;
Quo Sibyllini monuere versus, &c.

Erantque apud Veteres, perinde ac est apud nos annus Jobilei, qui xxv. quoque anno redeunte celebratur, in quo omnium delictorum veniam concedi liquet, quod & Pontificum maximorum diplomata testantur. Nam quum primum a Pontifice maximo Bonifacio VIII. institutus fuit, decretum est, ut centesimo quoque anno exacto celebraretur, postea ad quinquaginta primum, deinde xxv. annorum intervallum redactus est. Et quamvis is annus Jobilei xxv. quoque anno observetur, nihilominus etiam a Pontificibus Romanis, more Veterum, alii quoque Jobilei concedi solent, & quidem ut opus est amplissimi, majore nihilominus tempore stato redeunte. Porro autem hos ludos, qui ad Terentum centesimo quoque & decimo anno (si XV. Virorum commentariis credimus) facti, solemnes statique permanserunt, postea Sæculares appellatos existimo, ut ab his ludis distinguerentur, qui quanquam ad Terentum prope Ditis Patris, Proserpinæque aram quotiescunque opus esset fierent Sæculares tamen appellati non sunt. Illud autem scitu dignum est, primos, secundos, tertios, & forte quartos ludos, quos Sæculares XV. Virorum commentarii, tempore Cæsaris Augusti scripti, appellant, antiquitus nequaquam Sæculares dictos. non enim ita facile hoc nomen apud vetustissimos scriptores usurpatum inveniri posse credo: nec etiam verisimile est, quum adhuc sæcula per ludos ipsos Romanis constituta non fuerint, eos Sæculare appellatos. Ipsos autem vel Terentinos, ut auctor est M. Varro, a loco ubi edebantur, qui Terentus vocabatur; vel Ditis Patris, aut Proserpinæ ludos, seu alio quodam nomine vocatos existimo, nobis incognito. Postea autem recentioribus temporibus Sæculares dicti sunt, vel (ut dixi) ut ab aliis ludis Terentinis distingui possent, vel etiam quod plerunque semel tantum hominis ætate fierent, ut multa alia, quæ, quum rara sint, post sæculum venire loquentium consuetudo usurpat, quod affirmare videtur Ovidius libro secundo *de Tristibus*, quum ait,

Jusserat & Phœbo dici, quo tempore ludos
Fecit, quos ætas aspicit una semel.

Alii eos ideo Sæculares dictos existimant, quoniam semel tantum singulis Sæculis fierent. Quod ut clarius intelligi possit, non alienum ab hoc instituto erit, quid sæculum apud Veteres fuerit, exponere. Est igitur sæculum (ut auctor est Censorinus in libro *de die natali*) spatium vitæ humanæ longissimum, natali, & morte definitum, a sene dictum. Quod, ut est apud eumdem capite VI. de sæculo, multi vario annorum numero descripserunt. Quidam enim triginta annorum spatium, sæculum dici putant, quos multum errasse coarguit Heraclitus, qui id tempus *geneam*, vel ætatem, non sæculum vocari scribit. Alii centum annis sæculum terminavere. Berosus Chaldæus Beli in Babylone sacerdos CVI. annis finiri sæculum scribit. Alii CX. ut apud Romanos XV. Viri sacris faciendis. Epigenes sæculum CXII. annos complecti refert: Quidam CXX. Herodotus, & Anacreon poeta CL. apud quos legimus Arganthonium Tartessiorum regem CL. annos vixisse. Alii CLVII. ut Theopompus, qui tot annos Epimenidem Gnosium vixisse refert. Hellanicus annis CC. sæculum constituit. Cujus sententiam sequutus est Damiates, qui memorat Pictoreum ex Ætolis Epiorum gente corpore viribusque integris CC. annos vixisse. Ephorus autem CCC. qui tradit Arcadas dicere apud se reges antiquos aliquos ad CCC. vixisse annos. Alexander, & Cornelius quingentos, qui Damdonem quendam in Illyrico tot vixisse scribunt, Xenophon DCCC. qui tot vixisse refert Impetrim Latinorum regem. Quidam mille annis sæculum terminavere. Fuere quidam qui non idem putarent ubique observandum, sed varie per diversas regiones, prout in singulis sit ad cæli circulum finitiorem inclinatio, quod vocatur clima, sæcula constituenda. Romanorum autem sæcula quæ quidam Ludis Sæculatibus distingui putant, centum & decem annorum esse XV. Virorum commentarii prodidere. Aliis autem videntur esse incerta. temporum enim intervalla (ut ait Censorinus) quibus hi ludi facti fuere, propter varias veterum scriptorum opiniones, in ambiguo esse videntur. Siquidem Valerius Antias, M. Varro, T. Livius, Sex. Pompejus, Zosimus, D. Augustinus, & plerique alii veteres scriptores, eos ita institutos esse, ut centesimo quoque anno fierent, prodidere. Nam ita (inquit Censorinus) institutum esse, ut centesimo quoque anno fierent; tum Antias, tum alii historici auctores sunt. Et M. Varro libro primo *de Scenicis*

Originibus ita scribit: Quum multa portenta fierent, & murus, & turres quæ sunt inter portam Collinam, & Esquilinam de cælo essent tacta, & ideo libros Sibyllinos X. Viri adiissent, renunciaverunt uti Diti Patri, & Proserpinæ ludi Terentini in campo Martio fierent, tribus noctibus, & hostiæ furvæ immolarentur, utique ludi centesimo quoque anno fierent. Idem Livius libro ab urbe condita CXXXVI. Eodem anno, inquit, Ludos Sæculares Cæsar ingenti apparatu fecit, quos centesimo quoque anno (is enim terminus sæculi) fieri mos est. Sex. quoque Pompejus libro XVII. ait: Sæculares Ludi apud Romanos, post centum annos fiebant, quia sæculum centum annos extendi existimabant. Idem etiam refert Zosimus libro *Historiarum* secundo. Et divus Aurelius Augustinus libro tertio *de Civitate Dei*, capite XVIII. Instaurati sunt, inquit, ex auctoritate librorum Sibyllinorum Ludi Sæculares, quorum celebritas inter centum annos fuerat instituta, felicioribusque temporibus memoria negligente perierat. Huc etiam spectare videtur id quod apud Herodianum legimus lib. III. qui eos trium spatio ætatum solitos instaurari scribit, centesimo videlicet quoque anno: ætatem enim hominis XXXIII. annos, ac menses IIII. esse libro secundo docet Herodotus. collocando igitur in singula sæcula ternas hominum ætates, id ab Herodiano recte dictum erit. XV. virales vero commentarii, Augusti edicta, Horatius in *Carmine Sæculari*, & carmina Sibyllina, non centesimo quoque ut superiores, sed centesimo & decimo anno exacto eos referri solitos, memoriæ prodiderunt. Horatius enim in *Carmine Sæculari* ita ait:

Certus undenos decies per annos
Orbis, ut cantus, referatque ludos
Ter die claro, totiesque grata
Nocte frequentes.

Idem quoque XV. Virorum (ut dixi) libri, Cæsaris Augusti edicta, ut est apud Censorinum, & Acro Interpres Horatii testantur. Sæcularis (inquit Acro) carminis, duplex devotio esse consueverat. aut enim pro sedanda, aut vitanda pestilentia, aut pro certo, & constituto numero annorum. centesimo enim, & decimo anno in Capitolio a pueris & puellis puberibus cantabantur. Idem denique carmen Græcum, quod ipsius Sibyllæ oraculum esse Zosimus libro secundo prodit, his versibus refert.

Ast ubi jam humanæ longissima tempora vitæ
Orbis agens annos, referet centumque decemque
Sis Romane memor licet alta oblivia tentent, &c.

Ego itaque, quum ita varium, & inconstans fuerit sæculi, Ludorumque Sæcularium intervallum, Augusti potius edicta, Horatii, Acronis, Sibyllæ, & postremo XV. Virum libros, quos identidem auctores Censorinus citat, in quibus summam animadverti annorum constantiam, quam historicos alios ullos audire malui. De re enim pontificia libentius pontificales libros, quam alium quemquam sequi æquum visum est. Quare ex eorundem sententia Ludos Sæculares in meis Fastis centesimo quoque & decimo anno finito digessi. Atque hactenus de sæculo & primis Ludis Sæcularibus.

Non minor opinionum varietas est, quonam anno & quibus Consulibus secundi, tertii & quarti Ludi Sæculares relati fuerint, quam de primis fuit; quas omnes Censorinus in libro *de die natali* litteris persequutus est. Nam in XV. Virum libris eodem auctore, centesimo & decimo anno post

A primos, secundi digesti sunt, M. Valerio, M. F. Corvo, & C. Poetelio C. F. Libone Visolo Coss. anno urbis CDVIII. Livius autem qui non centesimo & decimo quoque anno eos relatos existimat, sed centesimo, de primis quidem nihil refert; secundos vero anno CDI. factos esse illum putasse, inde suspicatus sum, quod Zosimus secundos ludos factos esse M. Popillio IIII. Cos. scribit, anno ab urbe condita CDVI. qui consulatus apud Livium in annum CDI. incidit. Zosimus enim libro secundo, quadringentesimo sexto post Romam conditam anno M. Popillio IIII. Cos. (collegæ enim M. Valerii Corvi nomen intercidit) eos admonitu car-
B minum Sibyllinorum iterum factos fuisse refert. Quum enim res publica bellis, & pestilentia vexaretur, senatusconsultum (inquit) factum est; ut X. Viri sacris faciundis libros Sibyllinos consulerent, quibus tot tantaque mala averti possent, ex quorum responso denuo regesta humo apud hanc ipsam aram in extrema campi Martii parte, juxta Lucinæ lucum, ubi erat Terentum, quum de more sacra Diti Patri Proserpinæque facta, & ludi persoluti essent, eandem aram denuo operuerunt. Ex qua re factum est, ut Romanis iterum a bellis quies, & incolumitas restituerentur. Hos autem fuisse existimo quos D. Augustinus li-
C bro *de Civitate Dei* III. cap. XLIX. instauratos scribit.

Tertii autem Ludi Sæculares ex quindecimviralibus libris, quos M. Verrius Flaccus in *Fastis* sequutus est, facti sunt centesimo & decimo anno post secundos, P. Cornelio L. F. Lentulo Claudino, & C. Licinio C. F. Varro Coss. anno urbis DXVIII. quo anno in tabulis Capitolinis in alio lapide, e regione eorundem consulum ita (ut dixi) exarati sunt:

LVDI. SÆCVLARES. TERT
M'. AIMILIO. M'. F
D M. LIVIO. M. F. M. N. SALINATORE
MAG. X. VIR.

Eos vero, Antiate Livioque auctoribus, factos fuisse tradit Censorinus centesimo anno post secundos (sæculum enim centum annis statuerunt) P. Claudio Pulchro, L. Junio Pullo Coss. anno urbis conditæ, si Livianam summam sequaris, DI. si Capitolinam, DIIII. Quorum ludorum Florus in epitoma libri XLIX. ex Livio sic meminit: Altero & sexcentesimo anno ab urbe condita, L. Marcio, & M' Manilio Coss. tertium bellum Punicum cœptum
E Diti Patri ludi ad Terentum ex præcepto librorum Sibyllinorum facti, qui centesimo anno, primo Punico bello, quingentesimo & altero ab urbe condita anno facti fuerant. Horum & sequentium ludorum Zosimus mentionem omisit.

De quartorum porro Ludorum Sæcularium anno triplex opinio est, ut tradit Censorinus. Nam in XV. Virorum commentariis centesimo & decimo anno post tertios relati sunt, Mam. Aimilio M. F. Lepido, L. Aurelio L. F. Oreste Coss. anno urbis DCXXVIII. Valerius autem Antias, M. Varro & Livius eos editos scribunt, L. Marcio Censorino, & M' Manilio Coss. anno urbis, si Capi-
F tolinos lapides sequamur DCIIII si Livium vero DCI. centesimo anno post tertios. Ita ut ex Livii sententia satis manifestum sit, Ludos Sæculares centesimo quoque anno relatos fuisse a secundis ad quartos. Nam si secundi ludi in annum quo M. Popillius Cos. fuit, teste Zosimo inciderunt, tertii in consulatum P. Claudii, & Junii; quarti in consulatum L. Marcii, & M'. Manilii, atque hi apud Livium anni sint CDI. DI. & DCI. satis liquet eos centesimo quoque anno factos ex Livii

sententia fuisse. De his ludis ex Livio meminit in epitoma libri XLIX. Florus ita: Diti Patri ludi ad Terentum ex præcepto librorum Sibyllinorum facti, altero & sexcentesimo anno ab urbe condita. L. autem Piso vir Censorius, Cn. Gellius, & C. Cassius Hemina qui illo tempore vivebant, post annum tertium factos tradidere, anno urbis conditæ DCVIII. Cn. Cornelio C. F. Lentulo, & L. Mummio L. F. Achaico Coss. Quam controversiam ex Acrone Interprete Horatiano supra tolli posse demonstravi. Si enim duplex fuit devotio carminis sæcularis, etiam Ludorum Sæcularium fuisse facile existimari potest. Ita ut alii ordinarii essent, qui certo tempore, & constituto referrentur, ut qui centesimo decimo quoque, vel centesimo anno fierent; alii vero qui extra ordinem; pro re nata, sedandæ, vel vitandæ pestilentiæ caussa, ut illi quorum alii scriptores fortasse meminerunt. De tertiis ac quartis (ut dixi) Ludis Sæcularibus Zosimus nihil tradit. Locus autem Censorini, in quo quatuor priores Ludi Sæculares notati sunt, ita corrupte & mendosissime in vulgatis Aldinis codicibus legitur: Primos Ludos Sæculares exactis regibus cum post Romam conditam annis CCLV. a Valerio Publicola institutos esse ad XL. Virorum commentarios anno CCLXXXXIX. M. Valerio Sp. Virginio Coss. anno post urbem conditam VIII. & XL. ut vero in commentariis XII. Virorum scriptum est, anno CCCCX. M. Valerio Corvino & C. Petilio Coss. Tertii ludi fuerunt Antiate Livioque auctoribus, P. Claudio Pulchro L. Junio Pullo Coss. anno quingentesimo duodevigesimo P. Cornelio Lentulo C. Livio Varro Coss. De quartorum ludorum anno triplex opinio est. Antias enim & Varro & Livius relatos esse prodiderunt L. Marcio Censorino M'. Manilio Coss. post Romam conditam anno DCV. At Piso Censorius, & Cn. Gellius, & Cassius Hemina qui illo tempore vivebant, post annum factos tertium affirmant Cn. Cornelio Lentulo L. Mummio Achaico Coss. id est, DC. anno III. In XV. Virorum autem commentariis notantur sub annis DCXIX. Æmilio Lepido & L. Aurelio Oreste Coss. Quæ verba ego sic restitui: Primos Ludos Sæculares exactis regibus constat post Romam conditam annis CCXLV. a Valerio Poplicola institutos esse. At ex XV. Virum commentariis anno CCXCVIII. M. Valerio, Sp. Virginio Coss. Secundi facti sunt Antiate & Livio auctoribus, M. Popilio IIII. & M. Valerio Coss anno post urbem conditam VI. & CD. ut vero in commentariis XV. Virum scriptum est anno CDVIII. M. Valerio Corvino, C. Pœtelio Coss. Tertii ludi fuerunt Antiate Livioque auctoribus, P. Claudio Pulchro L. Junio Pullo Coss. anno ab V. C. DV. ut in XV. Virorum autem commentariis scriptum est anno D. duodevicesimo, P. Cornelio Lentulo, C. Licinio Varro Coss. De quartorum ludorum anno triplex opinio est, Antias enim & Varro, & Livius relatos esse prodiderunt L. Marcio Censorino, M'. Manilio Coss. post. Romam conditam anno DCV. At Piso Censorinus & Cn. Gellius, & Cassius Hemina qui illo tempore vivebant, post annum factos tertium affirmant, Cn. Cornelio Lentulo, L. Mummio Achaico Coss. id est, DCVIII. anno. In XV. Virorum autem commentariis notantur sub annis DCXXVIII. Mam. Aimilio Lepido, & L. Aurelio Oreste Coss. &c. Hæc ita se habere, hinc colligere possumus, quod de singulis diversæ opiniones referuntur, extrema autem semper XV. viralium librorum est. Quum autem primos ex XV. viralibus libris scriptum sit factos anno CCXCIX. secundos anno CCCC. & X. tertios anno DXVIII. quartos DCXXIX, malui servare constantiam centesimi & decimi anni, quare ita legi CCXCVIII. CDVIII. DXVIII. & DCXXVIII. annorum summam Varronis, non tabularum Capitolinarum sequutus, quam Censorinum quoque sequutum fuisse animadverti. Neque enim M. Valerius & Sp. Virginius anno CCXCIX. inire potuerunt, quum primi consules anno CCXLV. inierint, neque ullæ supputationes sunt, quæ illam summam & rationem tueantur. Præterea in secundis ludis videtur verisimile ex CCCCIX. mendose factum esse CCCCX. nam de tertiis non est dubium, diserte enim scripti sunt anno DXVIII. Ergo & in quartis DCXXVIII. restituendum est. Atque etiam si in Fastis Capitolinis hi consulatus mira constantia CCXCVII. CDVII. & DCXXVII. nominantur, verisimile videtur, ut in Censorini summa quæ Varronis est, & uno anno Capitolinam antecedit, ea constantia custodiatur. Desiderari nomina auctorum in secundis ludis Antiatis, & Livii maxime puto, qui concordes in tertiis, & quartis citantur, itemque nomina consulum quæ ex Zosimo supplevi. Atque hactenus de iis Ludis Sæcularibus quæ ante Augusti tempora celebrati sunt.

Quinctos ludos Sæculares centesimo & nono anno ex XV. Virorum annorum summa, postea quam celebrati fuerant, fecerunt Censorino & Dione auctoribus, imp. Cæsar Augustus, & M. Vispanius L. F. Agrippa, non post urbem conditam, si Varronis summam sequaris, DCCXXXVII. si Capitolinam DCCXXXVI. C. Furnio C. F. & C. Junio C. F. Silano Coss. anticipato anno, quum eos sequenti facere debuissent, ut centesimu decimus ex pletus esset, constansque annorum ratio servaretur. Quod cur factum fuerit, latius supra docui, ubi de tempore urbis conditæ disputavi. Nam Cæsaris dictatoris tempore, vetus annorum ab urbe condita ordo L. Taruntio Firmano, & Varrone auctoribus immutatus est. Is enim annus qui ex antiqua summa DCCXXXVI. ab urbe condita erat, ex nova numerandi ratione DCCXXXVII. factus fuerat. Cæsar vero Augustus quum voluisset antiquam, & religiosam celebrandi ludos rationem retinere, ut septimo suæ decadis anno fierent, non ad antiquam sed recentem annorum summam respexit, eosque anno urbis, si tabulas Capitolinas sequaris DCCXXXVI. si Varronis autem quam tum sequebatur, DCCXXXVII. quo potissimum decadis anno, id est, VII celebrari solebant. Sed quum de iis latius supra disputaverim, reliqua persequar. Magistri autem XV. Virum, qui Augusti Ludis Sæcularibus præfuerunt, adhuc in fragmento Capitolino ita supersunt.

LVDI. SÆCVLARES. QVINCT
IMP. CÆSARE. DIVI. F. AVGVSTO
C. SENTIO. C. F. C. N. SATVRNINO
MAG. XV. VIR.
M. CLAVDIO. M. F. M. N. MARCELLO
M. FVFIO. M. F. STRIGONE
E. LÆLIO. D. F. D. N. BALBO

Cur autem hi ludi post C. Silii & L. Munatii Planci consulatum in Fastorum Capitolinorum fragmento, prope finem imperii Augusti supersint, satis supra in posteriore Fastorum præfatione aperui. De his ludis T. Livius libro CXXXVI. Eodem anno (inquit) Ludos Sæculares Cæsar ingenti apparatu fecit. Zosimus autem hos ludos abolitos paulatim, & sicut ipse refert diu intermissos, quibusdam adversis rebus incidentibus, Sibyllinis monitis, Augustum instaurasse scribit, L. Cen-

ſorino & M' Manilio Coſſ. C. Attejo Capitone juriſconſulto, & XV. Viro ſacri faciundis, circuitum, ſpatiumque ſubjiciente, leges vero & mores, ritumque ſacrorum libris indicantibus Sibyllinis; qui ab eo interpretabantur. Zoſimi ſententiam confirmare videtur eo longe prior Claudius Cæſar in hiſtoriis ſuis; qui intermiſſos eos, Auguſtum multo poſt diligentiſſime annorum ratione ſubducta celebraſſe tradidit, ut eſt apud Tranquillum. De Ludis Sæcularibus Auguſti Plinius lib. VII. capite XIIX. mentionem facit. Suetonius quoque in *Auguſto* cap. XXXI. Fecit (inquit) Ludos Sæculares, quibus juvenes utriuſque ſexus prohibuit ullum nocturnum ſpectaculum frequentare, niſi cum aliquo majore natu propinquorum. De iis Ludis Ovidius libro II. *de Triſtibus* ad Auguſtum Cæſarem ita ſcribit:

Juſſerat & Phœbo dici, quo tempore ludos
Fecit, quos ætas aſpicit una ſemel.

His autem Ludis cantatum fuiſſe carmen ſæculare, quod ab Horatio editum fuit,

Phœbe, ſilvarumque potens Diana, &c.

Acro & Porphyrio Interpretes, auctores ſunt. Dio etiam *Hiſtoriarum* libro LIV. & Cenſorinus cap. XIV. hoc ludos ab Auguſto Cæſare, C. Furnio, & C. Silano Coſſ. factos ſcribunt, anno urbis DCCXXXVII. De Sæcularibus Auguſti extat apud Antonium Auguſtinum nummus argenteus, in cujus altero latere eſt: IMP. CÆS. AVG. XV. VIR. LVD. SÆC. F. in altero vero, L. MESCINIVS. RVFVS. III. VIR.

Poſt Cæſarem Auguſtum ſequentes Principes Ludos Sæculares ad libitum potius, & pro arbitrio, quam religionis ergo celebraſſe, non obſervato centum & decem annorum religioſo ordine, ſatis conſtat. Nam Claudius Cæſar primus poſt Auguſtum anno ab urbe condita DCCC. ſextos Ludos Sæculares ipſo IV. & L. Vitellio III. Coſſ. quaſi anticipatos ab Auguſto, nec legitimo tempori reſervatos, fecit. Quamquam ipſe alias poſtea monumentis litterarum tradiderit, Auguſtum in Sæcularium editione diligentiſſime temporum rationem ſervaſſe. Claudium Imp. ſuſpicatus ſum eos ob hanc cauſſam ante ſtatum tempus celebraſſe, quod ſæculares ipſos voluerit ad annum quendam inſignem redigere, perinde ac ad centeſimum, tanquam ad ſæculi initium, veterique obſervatione tanquam parum apta relicta, eum rationem habuiſſe potius annorum urbis conditæ, quibus in ſæcula diſtributis, centum annos unicuique ſæculo diſpenſavit, quam veteris & ineptæ religionis, quæ nulla, ut tum forte videbatur, haud ſane probabili ratione, annum ſæcularem conciſo decennii numero obſervabat. Atque ob eam rem ſingulo quoque centeſimo anno urbis eos in futurum referri debere inſtituerat, eaque ratione ipſe primus omnium ediderat. Qui tamen ſequentium Principum, qui eum ſequeretur neminem præter Philippum Imp. habuit. Is enim Ludos Sæculares milleſimo urbis conditæ anno fecit. Quapropter quum inter Claudii, & eos quos Aug. Cæſar ediderat ludos LXIII. anni tantum interceſſiſſent, irriſa eſt (ut ait Tranquillus in *ejus vita*) vox præconis invitantis more ſolemni ad ludos, quos nec ſpectaſſet quiſpiam, nec ſpectaturus eſſet, cum ſupereſſent adhuc qui ſpectaverant. & quidam hiſtrionum producti olim, producerentur quoque, inter quos (ut Plinius lib. VII. cap. XLIX. refert) unus Stephanio fuit qui primus Togatas ſaltare inſtituit, cum enim ſaltaſſe ſcribit utriſque Ludis Sæcularibus, & Auguſti, & quos conſulatu ſuo quarto Claudius Cæſar fecit, quando LXIII. non amplius anni interfuere. De eiſdem ludis, idem Plinius libro VIII. cap. XLII. Claudii (inquit) Cæſaris Sæcularium Ludorum Circenſibus, excuſſo in carceribus auriga, albati equi palmam occupavere. Cornelius quoque Tacitus lib. XI. ait: Iiſdem conſulibus ludi Sæculares DCCC. poſt urbem conditam anno, quarto & LX. quam Auguſtus ediderat, ſpectati ſunt. De iiſdem ludis Cenſorinus & Dio mentionem faciunt, prior cap. XIV. ſequens in *Claudii vita* lib. LIX.

Septimos Ludos Sæculares, ut teſtatur Cenſorinus, & in *Domitiano* Tranquillus, computata ratione temporum, ab anno non quo Claudius proxime, ſed olim Auguſtus ediderat, fecit Imperator Domitianus Auguſtus, ipſo XV. & L. Minucio Ruſo Coſſ. anno poſt urbem conditam DCCCXLI. Quam recte autem hæc Tranquillus ſcripſerit, haud ſatis ſcio. Siquidem Domitianus Imperator nec Auguſti nec Claudii Sæcularium, quum ipſe eos celebraſſet, rationem habuit. Non Claudii, quia vix quadrageſimus ab ejus ludis annus exactus erat: non Auguſti, quia ſex annos anticipavit. Eos enim non DCCCXLI. ſed DCCCXLVII. ad Auguſti ſummam edere debuiſſet. Quod qua ratione fecerit, haud equidem ſcio. Tacitus libro XI. ſe hanc cauſſam reddidiſſe ſcribit, ubi ita ait: Utriuſque Principis, & Claudii, & Domitiani, rationes prætermitto de Ludis Sæcularibus, ſatis narratas libris, quibus Imperatoris Domitiani res compoſui. Nam is quoque edidit Ludos Sæculares, iiſque intentius affui ſacerdotio XV. virali præditus, ac tum prætor, quod non jactantia refero, ſed quia collegio XV. Virum antiquitus ea cura, & magiſtratus potiſſimum exequebantur officia cærimoniarum. Ego autem exiſtimarem Domitianum ipſum Ludos Sæculares a numero decennii ſeptenario, in quo prius celebrabantur, tanquam parum apto ad primum ejus decadis, Livianam forte, & Antiatis annorum ſummam in hac dumtaxat re ſequutus, redigere voluiſſe, in qua ex antiqua conſuetudine Ludos Sæculares referri oportebat, & ita aliqua ratione Auguſti ordinem eſt ſequutus, potius quam Claudii, non quidem ratione numeri, ſed annorum decadis. De Ludis Sæcularibus Domitiani vidi in muſeo Achillis Maffei antiquum ejuſdem nummum æreum, in quo hæc ſcripta ſunt: IMP. CÆS. FLAV. DOMITIANVS. AVG. GERM. PONT. MAX. TR. POT. VIII. COS. XIIII. LVD. SÆC. FEC. De his ludis ſcribit Papinius in *Silva* ad V. P. Gallicum, cui titulus *Soteria*: quum inquit.

Nec tantam induerit fatis nova ſæcula crimen,
Aut inſtaurati peccaverit ara Terenti.

Martialis quoque de eiſdem meminit, *Epigrammatum* lib. IV. ita,

Hic colat ingenti redeuntia ſæcula luſtro,
Et quæ Romuleus ſacra Terentus habet.
Magna quidem ſuperi petimus, ſed debita terris
Pro tanto quæ ſunt improba dona Deo.

Eoſdem etiam ſimul cum iis quos Claudius fecit, innuit in epitaphio cujuſdam matronæ, quæ binis Ludis Sæcularibus Claudii, & Domitiani interfuerat, quum ait,

Bis mea Romano ſpectata eſt vita Terento,
Et nihil extremos perdidit ante rogos.

Terenti autem, Varro (ut ſupra dixi) in *linguæ Latinæ Commentariis*, Ovidius in *Faſtis*, & plerique Veteres mentionem faciunt. Sex. Aurelius Victor: Domitiani (inquit) tempore Ludi Sæculares celebrati ſunt.

Octavos Ludos Sæculares, centeſimo & XV. anno, poſtquam eos Fl. Domitianus ediderat, Cen-

sorino & Zosimo auctoribus, fecerunt Imperatores Cæs. L. Septimius M. F. Severus Pius Pertinax Aug. & M. Aurelius L. F. Antoninus Pius Fel. Augustus. L. Fabio M. F. Cilone II. & M. Annio M. F. Libone Coss. anno post urbem conditam DCCCCLVII. In Ludis enim Sæcularibus celebrandis Severus Imperator, nec Claudii, nec Domitiani annorum, sed antiquæ Augusti summæ rationem habuit, quum eos CC. & XX. anno exacto posteaquam ipsos Augustus ediderat, fecerit. De his Herodianus mentionem facit libro IV. quum ait: Vidimus item sub illo quosdam ludos omnis generis, cunctis editos theatris, simulque supplicationes, & pervigilia ad formam Cereris initiorum, Sæculares hi tum appellabantur, celebratos ut ajunt decurso trium spatio ætatum. Si quidem urbe tota atque Italia præcones ibant convocatum omnes ad ludos, quos nec vidissent hactenus, nec visuri postmodum forent. Scilicet intervallum præteritæ, futuræque celebritatis superare hominum ætatem significantes. Dio quoque in *Severi vita*, ætate sua eos factos memoria prodidit. Est apud Antonium Augustinum castissimi & elegantissimi virum ingenii, nummus æreus cum hac stelographia: SEVERVS. PIVS. AVG. P. M. TR. POT. XII. COS. III. LVD. SÆC. FEC.

Post Severum negat amplius instauratos fuisse Zosimus, quoniam hic centum & decem annorum ambitus, Veterum jam auctoritate receptus, in Constantini Christiani Principis, ac Licinii quartum incurrisset consulatum: quamquam ego apud Capitolinum, Eusebium, Cassiodorum, Sex. Aurelium Victorem, Eutropium; & in nummis Philippi antiquis nonos Ludos Sæculares a Philippo Imperatore anno urbis conditæ millesimo, Philippis patre III. & filio II. Coss. editos invenerim. Decimo præterea eos factos ab Honorio Imperatore sexto suo consulatu refert Claudianus: quos utrorumque Principum ludos, ideo Zosimum præteriisse existimo, quod ludi qui a Philippo celebrati sunt, præter antiquum annorum ambitum facti fuerint XLIII. tantum anno posteaquam eos Severus fecerat exacto, ob quam rationem ita Ludorum Sæcularium Claudii meminit tanquam non legitimo tempore factorum. Honorii quoque ludos tacuit, quum acerrimus esset nostræ religionis hostis, ne Principis Christianissimi in hac re mentionem faceret, quod existimaret ab eo potius pollutos, quam editos ludos. Constat autem (ut de Philipporum ludis ante loquar) ex Eusebio in *Chronicis*, Cassiodoro, Eutropiique libro IX. ob solemnitatem millesimi urbis anni, sub Philippis expleti, sacra ingenti ludorum, & spectaculorum apparatu a Philippis patre & filio Augustis fuisse celebrata, bestiasque innumerabiles in circo maximo interfectas, & ludos in campo Martio theatrales tribus diebus, & tribus noctibus populo pervigilante editos: quibus ludis, quos etiam Sæculares appellat Sex. Aurelius Victor, dicitur Philippum juniorem, tum quinquennem, qui ideo *agelastos* dictus est, quod nunquam risisse feratur, patrem petulantius cachinnantem, quamquam adhuc tenerum vultu aversato notavisse. De eisdem ludis Julius Capitolinus in *Gordiano*: Fuerunt (inquit) sub Gordiano Romæ elephanti XX. & II. quorum ipse XII. miserat, Alexander. X. alces X. tigres X. leones mansueti XXX. belbi, id est, hyænæ, X. gladiatorum fiscalium paria mille: hippopotamus, & rhinoceros unus, archoleontes X. camelopardali X. onagri XX. equi feri XL. & cetera hujusmodi animalia innumera, & diversa, quæ omnia Philippus Ludis Sæcularibus, vel dedit, vel occidit. Has autem omnes feras mansuetas, & præterea efferas, parabat Gordianus ad triumphum Persicum, sed votum publicum nihil valuit; nam omnia hæc Philippus exhibuit Sæcularibus Ludis, & muneribus, atque circensibus, quum millesimum ab urbe condita annum, in consulatu suo, & filii sui celebraret. De Sæcularibus Ludis Philippi multam, & variam mentionem fieri vidi in plerisque vetustis ejusdem æreis, & argenteis nomismatibus, quæ sunt Venetiis in museo integerrimi viri Stephani Magni Patricii Veneti. Is inter ceteram, quam habet veterum nummorum supellectilem, octo quoque aut decem habet Philipporum argenteos, æreosque nummos, variis & mirabilibus in primis significationibus ornatos; inter quos duo sunt, alter æreus, alter argenteus iisdem signis excusi; ab uno enim latere circum Philippi senioris caput sunt litteræ: IMP. CÆS. M. IVL. PHILIPPVS AVG. COSS. III. Ab altero vero, in nummo tantum argenteo nota I. cum hac inscriptione: SÆCVLARES. AVGG. in cujus medio est leo. Est alius ejusdem nummus cum nota numeri II. in quo cum iisdem verbis est lupa præbens Romulo & Remo infantibus mammas. Tertius porro nummus Philippi junioris circum ejus caput scriptum habet: IMP. CÆS. M. IVLIVS PHILIPPVS AVG. COS. II. A tergo nota III. & hæc verba: SÆCVLARES. AVG. cum animali facto ad capræ formam sine cauda, quod alcem fuisse credo. Quartus est Philippi uxoris sic inscriptus: MARCIA. OTACIL. SEVERA. AVG. Ab alio latere nota IV. cum hippopotamo. Quintus porro nummus est Philippi senioris cum nota numeri V. & cervo litterisque iisdem quas supra retuli. Sextus nummus ejusdem etiam est cum nota VI. supra quam est animal capra non absimile, sed cum cornibus serratis, quæ forte hyæna erat. Res visu digna, & maxime memorabilis visa est. In iisdem enim nummis omnia animalium genera formata fuisse existimavi, quæ Philippum Ludis Sæcularibus exhibuisse paulo ante ex Capitolino in *Gordiani vita*, ostendi. Sunt eo in loco, & alii argentei æneique de iisdem ludis Philipporum nummi, in quorum uno, qui est Philippi senioris, circum columellæ signum sic inscriptæ COS. III. est: MILIARIVM. SÆCVLVM. In altero qui Philippi junioris caput habet, circum elephantum est ita scriptum: ÆTERNITAS. AVG. Multos præterea vidi, quos nunc longum esset enumerare. Porro autem cum hos ludos celebravit Philippus, neque Augusti, & Severi, neque Domitiani annorum rationem habuit, sed ea quæ Claudium, etiam Philippum ratio movit, qui ut ille octingentesimo, sic ipse millesimo urbis anno expleto, eos celebravit.

Vidi etiam in eodem museo, Gallieni argenteum nummum, in cujus altero latere circa ejusdem caput scriptum erat: GALLIENVS AVG. ab altero vero erat cervus cum hac inscriptione SÆCVLARES. AVG. Hanc rem tamquam novam miratus sum, nec quid dicam habeo, ipsum enim Ludos Sæculares celebrasse & temporum ratio repugnat, & nemo quod sciam, auctor est. Quare res ipsa in ambiguo sit.

Decimo Romæ Ludos Sæculares, remotis (ut existimo) dæmonum sacrificiis, solis tantum circensibus, & theatralibus ludis, qui usque ad ea tempora perduraverant, Imp. Honorius Augustus sexto suo consulatu, ducentesimo anno postquam a Severo editi fuerant, fecit; ludorum Philippi, tanquam qui non legitimo tempore celebrati fuerint, ratione neglecta. Fuit is annus urbis ∞ CLVII. Nam Constantinum Imperatorem, qui primus Romanorum Principum publice Christi fidem, relicta

antiqua superstitione, est amplexus, hos celebrari vetuisse est existimandum. Quum Eusebius ejusdem edicto antiquorum templa clausa dæmonum sacrificia prohibita, ludosque plurimos sublatos fuisse, referat. Ceterum Honorius Imp. eos hac lege celebrandos Romanis concessisse crediderim, ut sine sacrificiis, solis tantum ludis circensibus, & theatralibus, illos in memoriam pristinæ celebritatis ederent, a quibus solemnibus difficillime Romani avelli poterant: quod sensim Romanorum pontificum præcipua, & perpetua opera factum est: ut de ludis gladiatoriis, Lupercalibus, virginibus Vestalibus & ceteris hujusmodi, quæ omnia longo tempore etiam post Constantinum in urbe permanserunt. De his ludis Claudianus in *Panegyrico sexti Honorii Imp. consulatus* ita scribit:

Nunc præsens etiam Gotici ne laurea belli
Declinare potest, sedes ne capacior ulla
Tantæ laudis erit? tua te benefacta morantem
Conveniunt, meritisque suis obnox a virtus.
Quod servavit amat, jam flavescentia centum
Messibus æstivæ detondent Gargara falces,
Spectatosque iterum nulli celebrantia ludos
Circumflexa rapit centenus sæcula consul.

Ceterum eos Honorius non servata antiqua religione centum & decem annorum edidit, sed ducentesimo tantum anno post superiores celebratos fecit, quum illos ducentesimo & vigesimo facere debuisset: hoc est, anno urbis ∞. CLXXVI. Quod ideo factum puto, quia jam falsa opinio illa animos omnium imbuerat, eos antiquis temporibus, centesimo quoque anno tantum fieri solitos. Nam omnes horum temporum auctores, qui de eis scripserunt, illos antiquitus centesimo quoque anno fieri solitos tradunt. Post Honorium imperatorem vero eos nulla ratione amplius instauratos existimo; neque enim est aliqua ejus rei memoria, quum præsertim centesimus annus post, in Anastasii, Theodericique imperia incidat, quibus universæ fere antiquorum cærimoniæ, & ritus exoleverant, quum religio sanctissima Jesu Christi, quæ his superstitionibus infensissima erat, omnia jam obtinuisset.

De diebus porro quibus hi ludi celebrabantur, quos trinos fuisse auctor est in *Ternario numero* Ausonius, quum ait,

Trina Terentino celebrata trinoctia ludo.

Quod etiam Valerius, Eusebius, & Cassiodorus affirmant, nunc paucis me expediam. Eos Zosimus, post messis tempus fieri solitos refert. Cujus rei nullam apud alios scriptores mentionem extare vidi. Ego autem quantum conjecturis quibusdam consequi potui, tempora prius distinguenda esse existimo, deinde de diebus differendum. Nam alio tempore dum respublica fuit, alio vero sub Imperatoribus, eos referri solitos opinor. Republica enim stante (quamquam hoc pro certo haud affirmare ausim) XI. X. & IX. Kal. Maii, Parilibus, & duobus diebus sequentibus eos edi solitos fuisse, his rationibus mihi persuasi. Quum ludi pro Urbis salute, atque Imperii æternitate fierent, verosimile videtur, eos urbis natali die celebrari solitos. Meam vero hanc opinionem maxime confirmat, quod ex antiquis nummis collegi, eos sub Imperatoribus postea, diebus natalitiis eorundem imperii instauratos fuisse. Qui procul dubio id ex antiquo ritu acceperunt; ante Augustum enim eos natali urbis Romæ die factos fuisse existimandum est. Quum vero singulare imperium Roma perferret, tum hæc sacra quæ pro salute urbis & reipub. agebantur; a Romanis Principibus ad suam & Urbis, cujus domini erant, devotionem translata sunt; ludique qui Parilibus celebrabantur, suis ipsorum imperii diebus natalitiis peragi voluerunt. Ipsos autem ludos Augustorum ætate diebus imperii natalitiis referri solitos, ita ex Domitiani nummis, nam Augusti, vel Claudii ejusmodi non extant, demonstrari potest. Satis ex his quæ supra in commentariis dixi, manifestum est, Romanos Principes qui ad imperii fastigium evecti erant, primo imperii die, tribuniciam potestatem assumere solitos, nisi eam, quod plerunque accidit, prædecessore vivo obtinuissent. Ex qua, ut tradit Dio, annos quoque imperii numerabant, ita ut quum dicitur tribuniciæ potestatis primum, secundum, & tertium, nihil aliud significetur quam eum Imperatorem imperii annum primum, secundum & tertium agere. Domitianus igitur (ut in *ejus vita* tradit Tranquillus) statim post Titi fratris mortem, primo imperii die, qui fuit Idibus Septembris tribuniciam etiam potestatem, quam patre, fratreque vivis, obtinere non potuerat, suscepit. Isque dies uit imperii natalis, quem magna ludorum celebritate veteres Principes Romani colere solebant. Proximis vero Kal. Januariis, quum octavum consulatum iniisset; eum, ut tradit Tranquillus, usque ad quartum decimum continuavit. Satis autem ex Censorino, & antiquis Domitiani nummis liquet, ipsum Ludos Sæculares consulatu suo XIV. fecisse. Sic enim in iis legitur: IMP. CÆSAR. DOMITIANVS. AVG. GERM. COS. XIIII. LVD. SÆC. FEC. Qui consulatus in septimum, & octavum sui principatus annum, ut ex Fastis cognosci potest, incidit, hoc est, in tribuniciam potestatem VII & VIII. Quod etiam ex his duobus nummis ejusdem argenteis intelligitur: IMP. CÆS. DOMIT. AVG. GERM. PONT. MAX. TR. POT. VII. IMP. XIIII. COS. VIIII. Item in alio: IMP. CÆS. DOMITIANVS. AVG. GERM. P. M. TR. P. VIII. CENS. P. P. P. COS. XIIII. LVD. SÆC. FEC

Ex quibus nummis clare quod dixi manifestum est, annum Julianum quo ipse XIIII. consul fuit, duos ejus imperii, & tribuniciæ potestatis annos VII. & VIII. attigisse. In quo a Kalend. Januariis ad Idus Septembres (is dies imperii natalis & tribuniciæ potestatis erat) posterior septimi imperii anni, ab Idibus vero Septembris, ad Kal. Januarii sequentis anni Juliani, prior octavi tribuniciæ potestatis, & imperii anni pars transacta fuit. Quum autem Ludi Sæculares Domitiani, consulatu ejus XIIII. tribunicia vero potestate VIII. relati tradantur; illud postremo necesse est, ut inter Idus Septembres, & prid. Kal. Januarias ejusdem anni editi sint, quandoquidem consulatu XIIII. ante easdem Idus tribunicia potestas non VIII. sed VII. post Idus vero, immo Idibus ipsis, octava referatur: proximis vero Kal. Januariis quamquam adhuc tribunicia VIII. sit, non tamen est amplius annus XIIII. consulatus. Necesse itaque est ut Ludi Sæculares Domitiani inter Idus Septembres, & pridie Kalend. Januarii anni consulatus XIIII. acti sint. Ceterum quum inter Idus Septembres & pridie Kalend. Januarii nullus memorabilis dies, tantæque solemnitati aptus esse reperiatur, reliquum est ut dicamus, ipsos ludos Idibus Septembris, die natali imperii Domitiani,

A & duobus diebus sequentibus XVIII. & XVII. Kal. Octobris celebratos. Atque hæc de Sæcularibus Domitiani satis sint.

Eadem de Sæcularibus Severi Imperatoris ratio est: quos Censorinus L. Fabio Cilone II. & M. Annio Libone Coss. factos fuisse refert. Extat apud Antonium Augustinum antiquus Severi nummus, ita inscriptus: SEVERVS. PIVS. AVG. P. M. TR. P. XII. COS. III. LVD. SÆC. FEC. Ex Dione vero, & Ælio Spartiano elicitur imperii Severi natalem diem fuisse Idibus Maii. Eo autem anno quo Cilo II. & Libo consules fuerunt, ut ex Fastis consularibus liquet, Severus tribu- B niciam potestatem egit XI. & XII. undecimam quidem a Kal. Januarii ad Idus Maii, duodecimam vero ab Idibus Maii, ad prid. Kal. Januarii. Quod si Ludi Sæculares Severi, ut nummus indicat, tribunicia potestate XII. Severi facti sunt, Cilone II. & Libone Coss. ut tradit Censorinus, necesse est ut relati sint, ea illius anni parte, quæ est Idibus Maii, ad prid. Kal. Januarii. Quo temporis intervallo, quum nullum insigniorem diem extare viderim, quam imperii natalem, eos suspicatus sum celebratos fuisse Idibus Maii, imperii die natalitio, & duobus sequentibus, more majorum.

C Hoc idem postremo de Philippo dicendum est, quod idcirco minime præterire volo, quod ex hac disputatione difficillimam quæstionem enodari posse existimo. Constat igitur ex antiquis nummis, quorum exempla supra relata sunt, & veterum scriptorum monumentis, duos Philippos Imperatores, patrem & filium Ludos Sæculares anno ab urbe condita millesimo expleto fecisse. Quod quamquam primo aspectu iis qui in Fastorum lectione versari sunt, fieri non posse videatur, quod Philippi senioris tertius, junioris vero secundus consulatus, quibus ludi celebrati traduntur, non in ∞. D sed in ∞. I. annum Urbis inciderint: hæc tamen contradictio hac ratione tolli facile potest. Si enim animadverterimus diem natalem imperii Philippi Augusti fuisse circa Kal. Martias, ut supra demonstravi, Peregrino & Aimiliano Coss. post Gordianum occisum; facile etiam intelligemus eos & millesimo ab Urbe condita anno, & consulatu ejusdem tertio, filiique sui secundo celebratos fuisse, quotiescunque die natali imperii editi sint. Nam si eos circa Kalend. Martias die natali imperii fecit, non quidem superiore anno eos referre potuit, quo ipse II. filius vero primum Coss. fuit, quandoquidem is non ∞. sed c. ∞XCIX. adhuc esset, mil- E lesimus enim proximis Parilibus inchoandus erat. Si igitur eos & millesimo urbis anno, & die natali imperii sui fieri voluit, necesse fuit, ut eos in sequentem annum Julianum differret, quo ipse III. filius vero II. Cos. fuit, cujus priores tres menses extremi anni ∞. Urbis conditæ fuerunt, si quidem proximis Parilibus ∞I. incipiendus erat. Quum illud satis constet annum Iulianum unum, binos Urbis conditæ attingere, ille enim Kal. Januariis, hi vero XI. Kal. Maii auspicari solent. Reliquum est ergo, ut Ludi Sæculares Philippi facti fuerint, circa Kal. Martii anni ∞. Urbis conditæ patre III. F & filio II. Coss. in fine ejus anni. Nam ∞ I. proximis Parilibus inchoari debebat. Quod etiam confirmant Eusebius, & Cassiodorus, qui ita scribunt. Regnantibus Philippis, millesimus Urbis annus expletus est, ob quam solennitatem ludi theatrales, & circenses, & cetera, facti, quasi hoc in fine anni millesimi urbis Romæ factum esse demonstrent, qui erat circa principium anni Juliani. Suggerit deinde Cassiodorus: Quadraginta missus natali urbis Romæ concurrerunt, hoc est, sequenti, in quo jam millesimus annus expletus erat primusque novi sæculi incipiebat; quod idem innuit, quum inquit; & Agon mille annorum, id est, exactorum, actus. Quod etiam Philippi antiqua nomismata indicant cum hac inscriptione: PHILIPPVS. AVG. COS. IIII. SÆCVLVM. NOVVM. perinde ac post mille annos, sæculum alterum inciperet.

De ritu autem Sæcularium Ludorum hæc ferme tradit Zosimus. Instante ludorum tempore per totam Italiam præcones mittebantur convocatum omnes ad eos ludos, quos nemo adhuc spectasset, nec amplius spectaturus esset, significantes scilicet præteritæ, futuræque celebritatis intervallum, supra omnem hominum esse ætatem. Tum paucis antequam spectacula ederentur diebus, Imperator ipse, sive Consules, & XV. Viri sacris faciundis in Capitolio, & Palatio, ante Apollinis Palatini, & Jovis Capitolini templa, pro suggestu considentes, populo piamina, seu februa distribuebant, hoc est, quæ ad flagitiorum expiationes pertinerent. Hæc erant tedæ, sulphur, & bitumen. Ea vero liberi tantum capiebant. Servi enim his solemnibus sacris omnino exclusi erant. Hoc autem in antiquo Domitiani nummo, qui est apud Achillem Maffeum, aperte intelligitur, in cujus altera parte est ipsius imago, cum hac stelographia: IMP. CÆS. DOMIT. AVG. GERM. COS. XIIII. A tergo autem hæc sunt: In primis vir, quem imperatorem esse verisimile est, pro amplo suggestu læva, ante templi cujusdam porticum, quæ quattuor columnis Corinthiis sustinetur, sedens, distribuensque ejusmodi piamina manu dextra, atque ante pedes habens duo vasa, sub cujus tribunali hoc scriptum est: SVF. P. D. hoc est, Suffimenta populo data. Ante quem a parte dextra sunt duo præterea homines, alter parvus prope illum manus attollens, aliquid a sedente principe accepturus, perinde ac pueri facere solent: alter grandior retro accipiens hæc suffimenta, seu piamina de manu Principis sedentis: & circum scriptum est: PONT. MAX. TR. POT. VIII. CENS. P. P. P. LVD. SÆC. FEC. Ad hæc coibat populus, tum in ea quæ supra diximus loca, tum præterea in Dianæ templum, quod in Aventino colle conditum erat. ubi cuique libero ordeum, triticum, fabasque dari mos erat Parcis offerendas. Hujus quoque rei in antiquo etiam Domitiani nummo æreo qui est apud eundem Achillem mentio est ita. In ejus enim altera parte est ipsius Imperatoris caput cum his litteris DOMITIANVS. AVG. GERM. P. M. TR. P. VIII. CENS. P. P. P. in altera vero, est templum eximium cum porticu, quattuor columnis Corinthiis suffulta, ante quam dextra est vir pro amplo suggestu sedens (ipse est Domitianus) habens ad pedes tria vasa, aut tres urnas (tria enim frugum genera distribuebantur) sub tribunali vero, sive suggestu scriptum est, FRVG. AC. ex alia vero nummi parte, A. POP. id est, Fruges acceptæ a populo. Imperator enim sedens, dextera manu, quam porrectam habet, pateram tenet; ex alia vero nummi parte, id est, sinistra, sunt viri duo stantes ante ejus tribunal, duas pateras, aut vasa in ambabus manibus tenentes, exquibus prior pateram, quam dextra tenet, porrigit sedenti Principi tanquam aliquid ab eo accepturus ex sua. Idem facere videtur alius vir qui retro stat. Circum hæc est inscriptio: COS. XIII. LVD. SAEC. FEC.

His rebus distributis, tum ad formam Cereris initiorum sanctissime casteque pervigilia fiebant. Ubi vero festus dies primus advenisset, quem toto triduo, trinoctioque in campo Martio sacris

A ipsis intenti, haud longe ab ipsa Tiberis ripa, scilicet prope Terentum celebrabant, sacrificia Jovi, Junoni, Neptuno, Minervæ, Veneri, Apollini, Mercurio, Cereri, Volcano, Marti, Dianæ, Vestæ, Herculi, Latonæ, fontium Deis, ad hæc Parcis, & quas vocant Ilithyias, Diti Patri, & Proserpinæ, prout in antiquis nomismatibus diversorum Principum animadverti, faciebant. Primæ autem noctis ludorum hora secunda, consules ipsi temporibus quidem reipub. sive post, Imperator una cum XV. Viris sacris faciundis, tribus aris ad amnis ripam extructis, totidem agnos immolabant, arisque ipsis sanguine B perfusis, quæ supererant victimarum corpora concremabant. Hæc etiam omnia vidi in alio Domitiani antiquo nomismate apud Antonium Augustinum. Circa cujus caput ex una parte sunt hæ litteræ: IMP. CÆS. DOMIT. AVG. GERM. P. M. TR. POT. VIII. CENS. P. P. P. ex altera vero, sunt tres porticus columnis Corinthiis substentatæ, sub quibus tres illæ aræ extructæ erant, de quibus dixi: ante quas est vir stans, quem Imperatorem Domitianum esse existimo, a parte sinistra sacrificans, infundensque pateram super ignem aræ impositum, lituum sinistra C seu baculum quendam sacerdotalem tenens: retro aram est vir alius duas tibias simul, quas ambabus manibus tenet, sonans: ita ut in medio numini ille sit, a parte vero dextera e regione sacrificantis, est alius vir stans, citharamque pulsans. Circum vero, COS. XIIII. LVD. SÆC. FEC. Porro autem constructa juxta Terentum ad amnis ripas in theatri morem scæna extemporanea, lumina, lychnuchi, & ignes accendebantur, hymnique concinne ad hunc maxime illum compositi cantabantur, spectacula quoque quædam edi solemniter solita, agebantur, terraque evulsa super aram Ditis Patris, D & Proserpinæ, quæ antiquitus a Poplicola, & ante illum a Voluso Valerio, reperta fuerat, hostias furvas Diti Patri, & Proserpinæ immolabant. Merces vero celebrantibus primitiæ frugum erant, tritici scilicet, ordei, & fabarum, ex quibus postea quæ supererant, ut superius dictum est, inter universum populum dividebantur. Mane autem ejusdem primi diei, in Capitolium ascendentes, posteaquam Jovi optimo maximo sacra solemnia de more riteque perfecissent, ad præparatum theatrum, ut ludos in Apollinis, Dianæque honorem faciundos celebrarent, conveniebant. Postero autem die, nobiles matronas ea hora quæ E ab oraculo præcipiebatur, in Capitolium convenire, ibique deo supplicare, frequentare lectisternia, ex ritu hymnos canere, Junonis quoque aram adire consuetum erat. Postea Imperator ipse, & XV. Viri sacris faciundis vota ante suscepta solvebant. Jovi etenim, Apollini, Neptuno, Herculi tauros albos: Iunoni, Minervæ, Dianæ juvencas concolores: Parcis agnas, caprasque atras; Diti vero Patri, Proserpinæque hostias furvas, suem scilicet, & scrofam nigram sacrificabant; ceteris quoque diis sua sacra, ut unicuique mos erat, reddebantur. Cujus rei extant etiam nummorum exempla. Tertio autem die in F templo Apollinis Palatini ter novem pueri prætextati, totidemque virgines patrimi omnes matrimique Græca, Romanaque voce carmina, & pæanas concinebant, quibus imperium, senatum, populumque Romanum diis immortalibus commendabant. Singulis autem Ludis Sæcularibus hymnos novos præsenti tempore congruos editos pueri puellæque cantabant, qualis est ille, qui ab Horatio editus, Ludis Sæcularibus Cæsaris Augusti cantatus est, quem ideo subjicere placuit, ut ex illo tum ceterorum hymnorum ratio cognosci queat; tum ea, pro quibus deos precabantur, quisque intelligere possit. Est autem hic:

Phœbe, silvarumque potens Diana,
Lucidum cœli decus, o colendi
Semper, & culti, date quæ precamur
Tempore sacro:

Quo Sibyllini monuere versus
Virgines lectas, puerosque castos
Diis, quibus septem placuere colles,
Dicere carmen.

Alme Sol, curru nitido diem qui
Promis, & celas, aliusque & idem
Nasceris, possis nihil urbe Roma
Visere majus.

Rite maturos aperire partus
Lenis Ilithyia, tuere matres:
Sive tu Lucina probas vocari,
Seu genitalis.

Diva producas sobolem, patrumque
Prosperes decreta super jugandis
Feminis, prolisque novæ feraci
Lege marita:

Certus undenos decies per annos
Orbis, ut cantus, referatque ludos
Ter die claro, totiesque grata
Nocte frequenteis.

Vosque veraces cecinisse Parcæ,
Quod semel dictum est, stabilisque rerum
Terminus servat, bona jam peractis
Jungite fata.

Fertilis frugum, pecorisque tellus
Spicea donet Cererem corona:
Nutriant fœtus & aquæ salubres,
Et Jovis auræ.

Conditor mitis, placidusque telo
Supplices audi pueros, Apollo,
Siderum regina bicornis audi
Luna puellas.

Roma, si vestrum est opus, Iliæque
Littus, Etruscum tenere turmæ,
Jussa pars mutare lareis, & urbem
Sospite cursu:

Cui per ardentem sine fraude Trojam
Castus Æneas patriæ superstes
Liberum munivit iter daturus
Plura relictis:

Di probos mores docili juventæ,
Di senectuti placidæ quietem,
Romulæ genti date, remque, prolemque,
Et decus omne.

Quique vos bobus veneratur albis
Clarus Anchisæ, Venerisque sanguis,
Imperet bellante prior, jacentem
Lenis in hostem.

Jam mari, terraque manus potenteis
Medus, Albanasque timet secures;
Jam Scythæ responsa petunt, superbi
Nuper, & Indi.
Jam fides, & pax, & honor, pudorque
Priscus, & neglecta redire virtus
Audet, apparetque beata pleno
Copia cornu.
Augur, & fulgente decorus arcu
Phœbus, acceptusque novem Camœnis
Qui salutari levat arte fessos
Corporis artus:

Si Pa-

Si Palatinas videt æquus arceis,
Remque Romanam, Latiumque felix,
Alterum in lustrum, meliusque semper
Proroget ævum,
Quæque Aventinum tenet, Algidumque
Quindecim Diana preces virorum
Curet, & votis puerorum amicas
Applicet aureis.
Hæc Jovem sentire, deosque cunctos
Spem bonam, certamque domum reporto
Doctus, & Phœbi chorus, & Dianæ
Dicere laudes.

Hæc autem agendo imperium populi Romani perpetuum fore sibi persuadebant. Hoc vero Ludorum Sæcularium triduo, ludi celebrabantur, omnibus circis & theatris, omnium generum, & sacrificia templis omnibus fiebant, noctu pariter atque interdiu. De circensibus ludis sæcularibus celebrari solitis, Tranquillus in *Domitiano*: Circensium (inquit) die ludis sæcularibus, quo facilius centum missus uno die peragerentur, singulos a septennis spaciis, ad quina corripuit. De scenicis vero histrionibus, saltatoribusque Ludorum Sæcularium, Plinius lib. VII. cap. XLVIII. mentionem facit, ubi de Stephanione saltatore togato loquitur, quem utrisque Ludis Sæcularibus, & Augusti, & Claudii saltasse scribit. Venationes quoque, ubi diversorum generum feræ conficiebantur, populo exhibebantur. Cujus rei meminit Capitolinus in *Gordiano* III. Fuerunt, inquit, sub Gordiano Romæ elephanti XX. & duo, quorum ipse XII. miserat, Alexander X. alces X. tigres X. leones mansueti LX. leopardi mansueti XXX. belbi, id est, hyenæ X. gladiatorum fiscalium paria mille: hippopotamus, & rhinoceros unus, Archoleontes X. camelopardali X. onagri XX. equi feri XL. & cetera hujusmodi animalia diversa, & innumera, quæ omnia Philippus Ludis Sæcularibus vel dedit, vel occidit. Has autem omnes feras mansuetas, & præterea efferas parabat ad triumphum Persicum, sed votum publicum nihil valuit. Nam omnia hæc Philippus exhibuit Ludis Sæcularibus, & muneribus, atque circensibus, quum millesimum ab urbe condita annum in consulatu suo, & filii sui celebravit. Ludis autem Sæcularibus completis ara Terentina Diti Patri & Proserpinæ antiquitus a Romanis consecrata, quæ eggestis ruderibus primo die aperiri consueverat, rursum terra obducta operiebatur, sequentibus tantum Ludis Sæcularibus reseranda. Consuetum autem erat (quod etiamnum Romani pontifices anno Jobilei observant) ut hi Coss. vel Imperatores sub quibus ludi facti erant, nomen suum aræ cuidam inscriptum cum ordine rei gestæ, temporeque, in Terento conlocarent, quæ aræ adhuc in antiquis Augusti, Domitiani, Severi, & Philipporum nummis videntur. Quorum omnium inscriptiones ex eisdem nummis accurate concinnatas suggerere placuit. Cæsaris enim Augusti in hanc fere formam esse poterat:

IMP. CAESAR. DIVI. F
AVGVSTVS. PONTIF. MAXIMVS
TRIBVNIC. POTEST. VII. COS. XI
IMPERATOR. VIII. ET
M. AGRIPPA. L. F. PONTIF. TRIBVNIC
POTEST. II. COS. III. IMPERAT. IV
EX. S. C
LVDOS. SAECVLARES. FECERVNT
ANNO. POST. VRB. COND. DCCXXXVII
C. FVRNIO. C. F
C. IVNIO. C. F. SILANO — CoS

A Claudii vero sequens:

TI. CLAVDIVS. DRVSI. FIL
CAESAR. AVGVSTVS. GERMANICVS
PONTIFEX. MAXIMVS. TRIBVNIC
POTESTAT. VII. IMP. XIV. COS. IV
CENSOR. P. P
LVDOS. SAECVLARES. EX. S. C
FECIT
ANNO. POST. VRBEM. COND. DCCC
TI. CLAVDIO. CAESARE. AVGVSTO
GERMANICO IIII
L. VITELLIO. P. FILIO. III — CoS

B Domitiani autem Imperatoris:

IMP. CAESAR. DIVI
VESPASIANI. FIL
FLAV. DOMITIANVS. AVGVST
GERMANICVS. PONTIFEX
MAXIMVS. TRIBVNIC. POTEST
VIII. IMP. XIIII. COS. XIV
CENSOR. PERP. P. P
LVDOS. SAECVLARES
EX. S. C. FECIT
C ANNO. POST. VRBEM. COND
DCCCCXLI
IMP. CAESARE. DIVI. VESP. F
FL. DOMITIANO. AVGVSTO
GERMANICO. XIIII — CoS
L. MINVCIO. RVFo

Severi autem esse potuit:

IMPERATOR. CAESAR
L. SEPTIMIVS. M. F. SEVERVS
PIVS. PERTINAX. AVGVSTVS. P. P
PARTHICVS. ARABICVS. ET
PARTHICVS. ADIABENICVS
D PONTIFEX. MAXIMVS
TRIBVNIC. POTEST. XII. IMP. XI
COS. III. PRO. COS
ET

IMPERATOR. CAESAR
M. AVRELIVS. L. F. ANTONINVS
PIVS. FELIX. AVGVSTVS
PONTIFEX. TRIBVNIC. POT. VII
COS. DES. II. P. P. PRO. COS
LVDOS. SAECVLARES. EX. S. C
FECERVNT
E ANNO. POST. VRBEM. CONDIT
C ∞ . LVII
L. FABIO. M. F. CILONE. II.
M. ANNIO. M. F. LIBONE — CoS

Philippi autem erat:

IMPERATOR. CAESAR
M. IVLIVS. PHILIPPVS. P. F
AVGVSTVS
PONTIFEX. MAXIMVS
TRIB. POT. V. COS. III. P. P. IMP. ET

F IMP. CAES. M. IVLIVS
AVG. FIL. PHILIPPVS. P. F. AVG
PONT. TRIB. POT. II. COS. II
EX. S. C
LVDOS. SAECVLARES. FECERVNT
ANNO. POST. VRBEM. CONDITAM. ∞
IMP. CAES. PHILIPPO. AVGVSTO. PATRE
III. ET
IMP. CAES. PHILIPPO. AVG. F. AVGVSTO. II.
COS

Porro autem quum in hac Ludorum Sæcularium disputatione, Sibyllinorum aliquoties carminum mentio facta sit, opportunum esse existimavi si ea, quæ nunc etiam apud eundem Zosimum sine ullis fastigiis reperiuntur, & ab Angelo Politiano elegantissime, servato (ut ipse inquit) incomptæ illius ac venerandæ vetustatis aliquo colore, Latina reddita sunt, modo suggeram: sunt autem hæc:

Ast ubi jam humanæ longissima tempora vitæ
Orbis agens annos referet, centumque decemque
Sis Romane memor (licet alta oblivia tentent)
Sis memor, ut qua se nimium Tiberina coartat
Ripa, feras diis in campo solemnia sacra
Quum nox atra premit terras, tectusque latet sol
Agnæ, caprigenumque pecus genitalibus parcis
Hostia furva utræque cadant, tum numina placa
Læta puerperiis, (quod fas fuat) Ilithyas.
Terra suem ferat, & scrofam sibi fertilis atram,
Sed Jovis ante aram candenti corpore tauros
Luce feri, nam lux superis gratissima divis
Junonis templum nitida cervice juvenca
Imbuat, atque itidem Phœbus placetur Apollo
Quem vocitant esse Solem, Latoa propago
Pæanas puerique canant, pueræque Latinorum
In templo, sed enim pueri, pueræque seorsum
Concelebranto choros, verum hæc sit patrima proles
Matrimaque, at nuptæ genibus Junonis ad aram
Oranto invisæ, divamque in vota vocanto.
Februa, quum etiam, vir quisque, & femina quamquam
Femina præcipue, accipito dehinc ædibus omnes
Primitias vitæ placidis placamina divis,
(Qua fas est) & cælitibus portando beatis.
Ante domi tamen illa memor tibi habeto reposta
Quæ dare mox usu liceat, poscente virisque
Femineoque gregi: tum digna sedilia divis
Perque dies juxta, & noctes multesima turba
Complento, & lepidis miscento seria ludis
Quæ tibi, si stabili sint omnia condita mente
Cuncta tuo Italiæ tellus, cunctique Latini
Subdent colla jugo, & victoris sceptra timebunt.

Post Honorium autem Imperatorem omnino fieri desierunt. siquidem tempus centum & decem annorum, in Christianorum tempora devenit, qui his superstitionibus adversi, eos agere desierunt. Quare etiam imperii urbisque declinationem factam fuisse nititur Zosimus persuadere, quum inquit: Quarto vero Constantini, & Licinii consulatu, tempus statum Ludis Sæcularibus celebrandis centum videlicet, & decem annorum exactum est, in quo ex antiquorum consuetudine sacra ipsa agere necesse erat, eisque non factis, in eas molestias, in quibus nunc res sunt devenire oportuit. siquidem tanta urbs, tamque præclara barbarorum mancipium effecta est, &c. vixit autem Zosimus Arcadii, & Honorii Imperatorum tempore, quando Alaricus Gothorum rex urbem Romam cepit. Quibus omnibus & similibus calumniis, quum divus Pater Augustinus in libris *de Civitate Dei*, & plerique alii veteres Christiani scriptores accuratissime satisfecerint, nefas esse arbitror de iisdem rebus amplius differere. Ceterum quo omnia quæ dixi magis confirmari possint, antequam ad hujus disputationis finem veniam, ipsius Zosimi verba ad amussim translata ex initio secundi *Historiarum* suarum libri, qui acephalus est, suggerere volui. hæc autem ita se habent.

Ex homine maxime diuturnam vitam medium hujus celebritatis spatium amplecti. Romani enim ævum sæculum vocant. Prodest autem ad contagionum, morborum, & interitus remedium. Habuit certe initium ex ejusmodi caussa. Volusus Valesius a quo Valeriorum gens deducta est, fuit in Sabinorum gente præclarus. Erat ei nemus ante villam proceris maxime arboribus, quæ quum fulmine ictæ statim conflagrassent, dubitare cœpit, quidnam is fulminis casus significasset. Nec multo post quum ipsius filii gravi morbo correpti, ad desperationem usque medicorum laborarent, haruspices consuluit, quibus ex consuetudine casus ignis conjicientibus, quod hæc deorum ira esset, Volusum sacrificiis deos placere jusserunt. Quumque in magno metu cum uxore esset, moxque filiorum mortem expectaret, Laribus familiaribus se advolvens, pro liberorum salute suum matrisque puerorum capita devovit. Quum vero ad nemus fulmine ictum respexisset, vocem e nemore statim audivit, quæ salvos eos fore promittebat, si pueri Tiberi ad Terentum pervecti calefactam Ditis, & Proserpinæ foco de fluvio ipso biberent aquam. Quæ quum audisset, filiorum salutem magis desperavit. Longissime enim abesse Tarentum, scilicet in extrema Japygia, nec proxime eam urbem reperiri ullum fluvium Tiberim sciebat. Malam præterea spem ei afferebat aqua, quam in aris terrestrium dæmonum calefieri oportere audierat. Super hac quoque re ambiguus, quum iterum haruspices consuluisset, ab iis monitus est, ut omnino diis obtemperaret. Impositos igitur in lintrem filios secumque ignem afferens, Ostiam ire pergebat. Mox quum ad campi Martii regionem lintrem devexisset, qua placidissime amnis labitur, exponit in ripam ægrotos, ac dum tumultuarium sibi tugurium concinnat, admonetur a gubernatore petendum potius Terentum, ibique commorandum. Ita enim locus in proximo appellabatur, sicut Tarentum quod est in extrema Japygia. Tum vero Volusus audito Terenti nomine supplex divinum numen oravit, gubernatoremque illuc navigium appellare jussit. Quo cum pervenisset, omnia pastoribus nuntiavit. Statimque aquam festinato de flumine haustam, ac quodam foco quem ibi repererat calefactam filiis bibendam dedit. Potui succedit somnus salutaris. Somno experrecti recuperata valetudine patri renuntiant, visum sibi per somnium præcipi a nescio quo deorum ut Diti Patri, & Proserpinæ, furvæ ibidem mactarentur hostiæ, trinoctiumque perpetuum choris, & carminibus celebraretur. Is homo in campo Martio Terento proximo, in quo etiam admodum aptus est locus ad equorum exercitationem, defodi jaciundis alte aræ fundamentis, jubet, Tunc ara eo in loco condita inventa est, in qua litteræ erant, quæ Plutonis, Proserpinæque mentionem faciebant. Tunc igitur quid sibi agendum esset apertius edoctus, in ea ara mactat (quod jussus fuerat) furvas continuo victimas, & trinoctium sacris frequentat. Hujus aræ sacrificiique ritus originem ab ejusmodi caussa habuisse fertur. Quum bellum inter se Romani Albanique gererent, & utraque in procinctu jam staret acies, extitit repente quidam monstruosa specie, pelle amictus nigra, vociferans jubere Ditem Patrem, deamque Proserpinam sub terra sacrum sibi fieri, prius quam prœlium committeretur. Quæ quum dixisset evanuit. Quo perterrefacti viso Romani, aram sub terra ædificarunt, & statim sacrificio facto, eam pedum viginti aggere obtexerunt, ut ara illa ceteris omnibus Romanis exceptis esset incognita. Hanc quum Volusus reperisset, sacrificiumque in ea, & trinoctium celebrasset, ex eo Manius Valerius Terentinus appel-

latus eſt. Romani enim terreſtres deos Manes appellant, & fanum eſſe valere dicunt. Terentinus vero a ſacrificio Terenti facto eſt vocatus. Porro autem aliquot annis poſt civibus peſtilentia laborantibus P. Valerius Poplicola primus poſt reges exactos conſul, apud hanc ipſam, quam dixi, aram, atrum bovem Diti pro maribus, concolorem pro feminis juvencam Proſerpinæ mactavit, civitatemque peſtis morbo liberavit, aræque titulum ita ſcripſit:

P. VALERIVS. POPLICOLA
IGNIFERVM. CAMPVM
DITI. ET. PROSERPINÆ
CONSECRAVI. ET. LVDOS
DITI. ET. PROSERPINÆ
ROMANORVM. SALVTIS
ERGO. FECI

Quadringentis porro annis poſt urbem conditam, quam bellis & peſtilentia civitas vexaretur, atque tot malorum remedium quæreretur; ex S. C. lecti ſunt qui libros conſulerent Sibyllinos, ex quorum reſponſo cognitum eſt, futurum malorum finem, ſi Diti Patri, & Proſerpinæ ſacra facerent. Locum igitur conquirentes, iiſdem ut juſſum fuerat, denuo regeſta humo, apud aram hanc ipſam, in extremo campi Martii, de more ſacra & ludos perſolverunt, reſtitutaque Romanis iterum incolumitas eſt, M. Popillio & Quinctio Coſſ. Poſt ludos vero factos, aram iterum cooperuerunt. inſtauravit Octavius dignus Imperator L. Cenſorino, & M'. Manilio Coſſ. Legum, priſcorumque morum neglectionem Atejo Capitone exponente, tempora vero quibus ſacrificandum erat, ſacrificiique morem, ex carminibus Sibyllinis, XV. Viris ſacris faciundis oſtendentibus, qui Sibyllinorum oraculorum libros ſervabant. Poſt Octavianum vero Claudius celebrationem hanc fecit, conſtitutorum annorum numerum non obſervans. Cujus rei cauſſa Domitianus neglecto annorum ſpatio Claudii, eos ad Octaviani annorum ſummam celebravit. Poſt hæc Severus decem & centum inſtantibus annis, cum Antonino & Geta filiis eandem ſolemnitatem fecit, Cilone & Librone conſulibus. Celebritatis autem hujus ratio ſic eſt litteris prodita. Inſtantibus ludis, præcones undique circuibant, omnes ad ſpectaculum invitantes, quod neque antea unquam ſpectaviſſent, neque poſtea ſpectaturi eſſent. Idque poſt tempus meſſis fiebat. Paucis diebus antequam ludi ſpectari cœperent, XV. Viri S. F. in Capitolio, & templo juxta Palatium pro tribunali ſedentes populo piamina, id eſt, res quæ ad piacula, & flagitiorum expiationes pertinent, diſtribuebant. ea erant tædæ, ſulphur, & bitumen. Ad quæ accipienda ſervis jus nullum erat, ſoli tantum liberi ea capiebant. Coibat autem populus tum in ea quæ ſupra dixi loca, tum præterea in Dianæ templum, quod

A eſt in Aventino, & cuique triticum, fabas, & ordeum dari mos erat, quæ Parcis offerrent, poſtquam cum ſanctimonia caſteque vigilaſſent. Ubi vero feſtus dies jam adveniſſet, triduum trinoctiumque ſacris intenti, in ripa ipſa maxime Tiberis, apud Terentum agitabant. Sacrificia vero Jovi, Junoni, Apollini, Dianæ, Parcis, Cereri, Plutoni, & Proſerpinæ peragebant. Igitur ſecunda primæ noctis ſacrorum hora, princeps ipſe tribus aris ad ripam fluminis extructis, totidem agnos, & una XV. Viri immolabant, & ſanguine imbutis aris, cæſa victimarum corpora concremabant. Conſtru-
B cta autem ſcena in theatri morem, lumina & ignes accendi, & hymni concini, ad hunc uſum tum maxime compoſiti, & inde ſpectacula edi ſolemniter ſolita, data celebrantibus hac mercede, tritici, fabæ, ordeique primitiis, quæ ſupra inter univerſum populum dividi, oſtendi. Mane vero in Capitolium aſcendere, ſacra ibi de more agitare, tum in theatrum convenire, ad ludos in honorem Apollinis & Dianæ faciundos, conſueverunt. Sequenti die nobiles matronæ, qua hora præcipitur ab oraculo, convenire in Capitolium, ſupplicare deo, frequentare lectiſternia, canere hymnos ex ritu mos habebat. Tertio vero die in Apollinis Palatini tem-
C plo, ter noveni pueri prætextati nobileſque, totidemque virgines patrimi omnes & matrimi Græca Romanaque voce hymnos, & pæanas concinebant, quibus imperium Romanum, & incolumitatem populi diis immortalibus commendabant: omniaque fiebant quæ in carminibus Sibyllinis præcipiebantur. Quibus celebratis Romanum imperium integrum permanſit. Quæ ut re ipſa credi poſſint, Sibyllæ carmen adponam:

Aſt ubi jam humanæ longiſſima tempora vitæ, &c.

Si igitur, ut vaticinium inquit, hoc verum eſt, iis omnibus rite peractis Romanum imperium ſervatum eſt, obtinueruntque omnem (ut dixi) orbem
D terrarum: Contempta vero & neglecta hac obſervatione Diocletiano imperio abdicante, paulatim imperium ipſum labefactatum eſt, & poſtea in præceps pronum corruit, ut ipſi vidimus, atque tanta urbs tamque præclara barbara effecta eſt. Hoc etiam verum eſſe & ex temporum ratione oſtendam. A Cilonis enim & Libonis conſulatu, quibus Coſſ. Ludos Sæculares edidit Severus, uſque ad annum in quo Diocletianus IX & Maximianus VIII. conſules fuerunt, centum ſupra unum anni interceſſerunt, quo tempore Diocletianus ipſe cum Maximiano Imperio abdicans, privatam uſque ad mortem vitam e-
E git, idemque Maximianus fecit. Tertio vero Conſtantini, & Licinii conſulatu, tempus ſolemne Ludis Sæcularibus celebrandis centum & decem annorum impletum eſt, in quo ex majorum inſtituto ſacra ipſa celebrari neceſſe erat: quibus neglectis in eas moleſtias, in quibus res ſunt, devenire neceſſe fuit, &c. Atque hactenus Zoſimus, & de Ludis Sæcularibus.

AGESILAUS MARISCOTTUS

DE

PERSONIS, ET LARVIS,

EARUMQUE APUD VETERES USU, ET ORIGINE,

SYNTAGMATION.

EMINENTISSIMO, AC REVERENDISSIMO

PRINCIPI CARDINALI

ANTONIO BARBERINO,

S. R. E. CAMERARIO, AC LEGATO AVENIONENSI,

VINCENTIUS MARISCOTTUS F.



N Tibi, Eminentissime Princeps, sub Larvis paterni ingenii, verum mei testimonium obsequii. Erubesceret aditum Tuæ magnitudinis Larvata ingenuitas observantiæ meæ, si Larvatum figmentis munus offerrem. Larvæ sunt equidem, totius enim scenicæ artis ingeniosam personam exprimunt; at vero spectrorum vagantes circuitus non referunt: horret siquidem animus tetra. Paterna hæc sunt fateor; sed nec in ipsius manes immanis fuero, si, eruta e sepulchro paterni nominis memoria, recensionem, atque auctarium, quo suum idem ipse pridem editum Opus instruxit, nova hac posthuma editione in lucem protulerim. Percellet fortasse admiratio plerosque, ad Eminentiæ Tuæ aspectum, Larvas nunc ferre Solis intuitum: Verum non id postremum Tuæ virtutis, atque humanitatis ostentum. Reviviscet insuper his Larvis, ad immortalitatem Parens; qui vim obliviosi interitus eludet, promeritus vitam in æternitate Tui nominis. Ne rejicias, Eminentissime Princeps, defuncti Patris mutum eloquium; Sepulchrales omnino voces Larvæ sunt; nec minus Larvata, e tripode responsa excipiebat Cæsarum majestas. Et quanquam in alieno labore parum mihi laudis superesse videbitur; eo tamen haud minimum mihi felicitatis accedet, si qui vitam Patri debeo, vitam, Te auspice, paternis Larvis restituerim. Explicet se in omnem posteritatem sub larvarum genere devotum Tibi genium meæ servitutis; dum interim ipse sub larva sectatus Tuæ gloriæ triumphum, non ad morem in Triumphi pompa parum Sapientis antiquitatis, Te Principem vel ab ipsa invidentia laudibus excolendum; impense enitar vocis, atque animi cultu, quoad vita suppetet, venerari.

A D L E C T O R E M

P R Æ L O C U T I O.

NIHIL esse melius, quam lætari; (*ut ait Ecclesiastes*) *Axioma est, non alicujus e trivio magistelli, sed sapientis illius, qui tanquam a Deo ipso veris omnimodæ sapientiæ radiis, præ cæteris omnibus, collustratus, merito, cunctis etiam sæculis, omnium sapientissimus audivit; si ergo Satyrici illud* (*Persii Satyr.* v.) *arridere mihi non negaverim*:

Indulge Genio, carpamus dulcia, nostrum est,
Quod vivis, cinis, & manes, & fabula fies.

Non velim arbitreris, quisquis tandem futurus sit Lector, ab initio hujusce meæ Dissertationis, loqui me tibi, ceu Epicuri quendam de grege porcum, juxta illud a Sardanapalo usurpatum:

Cum te mortalem noris, præsentibus exple
Deliciis animum, post mortem nulla voluptas.

Apage isthuc, apage, inquam, doctrinam talem prorsus belluinam, quæ spiritui huic, quo informamur, quo vivimus, quo homines sumus, tanquam mortalis temporariusque esset, umbratilis tantum momentaneique boni finem præscribit, cum illum ipsum recta ratio demonstret, Dei, Optimi, Maximi beneficio, immortalitatis, perpetuitatisque Divinæque adeo similitudinis, & quodammodo Naturæ participem effectum, ad æterna, infinita, vereque summa bona aspirare, illucque actus omnes, omni conatu dirigere debere. Epicureis enim illis, seu potius Atheis assentiri, non tam mea me ipsius conditio probibet, quam propensio refugit; quippe, quæ in eam me, non reluctantem, pertrahat sententiam, ut cum Cicerone Offic. I. *affirmem*: Non ita nos a Natura comparatos esse, ut ad ludum, & jocum facti esse videamur, sed ad quædam studia graviora, atque majora. *Quia vero sic nostra requirit imbecillitas, ut quibusdam intervallis labor assiduus deliniendus esse videatur, quo veluti fulcimento surgat, quod ait Poeta quispiam;* Major post otia virtus. *Idcirco cum ipsomet Cicerone ibidem asserere haud vereor*: Ludo etiam, & joco uti licere, sed sicuti somno, & quietibus cæteris, tum cum gravioribus, feriisque satisfecerimus: *Quod, si rem paulo attentius perpendere lubitum fuerit; quid, quæso, in hac vita reperitur, quod vel syncerae jucunditatis, vel solidæ diuturnitatis nomine, æquo jure desiderabile censeri possit? Momento rapimur citius, viximus, non vivimus; & quisnam est, qui se posthac, vel minimo temporis momento victurum certo sciat? Illud certe non ignoramus, & nos omnes, & quicquid sub cœlo hominum objicitur aspectui, non multo post, instar umbræ fugacis, evanide avolaturum: In tanta rerum instabilitate non minus quam incertitudine constitutus homo, quinam vitam sibi ducat optabilem,*

Læta nisi austeris varientur festa profestis.

ut ait Ausonius Edyll. IV *Et quis ille esset, qui negotiorum pondere gravatus non fatisceret, iisque curis anxius, quas res humanæ satis abunde suppeditant, plerunque non succumberet, ni quibusdam honestæ voluptatis illecebris* (*saltem per transennam*) *animum oblectans, in otio nonnunquam hilariter degeret? Certe* (*quod Philosophus ait* Ethic. X. c. VI.) Cum nequeant homines assidue operari, requie indigent. *Voluptas igitur ea est, quam* (*ni tamen ad extremum propendeat*) *omnium malorum levamen, suavissimumque humanæ vitæ condimentum appellare ausim, sine qua, nec Diis ipsis beatitudinem constare Simonides asseveravit: In qua, si quid est minus boni, illud præcipue videtur, quod in lubrico posita, fluxa nimium sit, & momentanea: Quin igitur cum Epigrammatographo Martiali lib.* VII. *exclamem*:

Vive velut rapto, fugitivaque gaudia carpe.

Quandoquidem, si præ ejus velocitate prohibemur, quin ipsi, quantum animus cuperet indulgeamus, haud absurdum erit, vel totis viribus eniti, ut veluti furtim surripientes id, quod jucundi in hac vita reliquum est, summis saltem labellis degustemus. Prudentis enim viri proprium est, ex Plutarchi sententia περὶ εὐθυμίας. *non* (*quod insipientes faciunt*) *instantia bona, præsentiaque parvi facere, quod ea momento temporis vix degustata, e sensibus se quam citissime proripiant, sed advenientem ex iis jucunditatem libenter arripere, & eorum, quæ jam præterierunt, recordatione hilariorem efficere. Ne mirum igitur cuiquam videatur, aut absonum, quod de re minus seria, utpote* de Personis, & Larvis, *præter morem, ac institutum, Philologicam magis, quam Philosophicam tractationem suscipere, eamque publici juris facere decreverim*: Sunt etenim & Musis sua ludicra; *Ausonius. Neque argumentum ullum magis accommodum secernere in promptu fuit, quo me illis collusorem copularem; quando ejus temporis ratio, quo ex veteri instituto ludendi passim licentia permittitur, ad hujusmodi sermones potius, quam ad graviora studia haud obscuro, nec injucundo invitamento allicere videbatur. Cæteroquin tantum abest, ut locum affectem inter hos* κυμινοπρισὰς, *ut vocat Xiphilinus in* Antonino, *qui ex minutulis hisce supervacanea, inanique diligentia perscrutandis gloriolam aucupantur, ut in ipsorum mysteriis* ναρθηκοφόρος *esse nolim, nedum* ὀργιαστής; *Plutarchus in* Coriolano. *Neminem vero futurum arbitror, qui ea censeat improbanda, quæ, si privatim, non sine publico tamen, eoque magno, ac pervetusto exemplo fieri videt, cum præsertim veteres etiam legum latores, prudenti sane ratione, consuluisse videamus, ut privatim quisque animum aliqua relaxatione recreari auderet, cum, præ cæteris ad optimum Reipublicæ statum facientibus*, Festos instituerunt dies, ut ad hilaritatem publice homines cogerentur, tanquam necessarium laboribus interponentes temperamentum; *Seneca* de Tranquillitate *c.* XV. *qua ex re tantam, vel ex sapientissimi cujusque testimonio, laudem sunt meriti, ut Deos ipsos genus nostrum, laboribus a natura pressum, miseratos, magis quam homines, remissiones hasce statuisse, cum Plat.* de Legib. II. *quidam sint opinati. Haud velim tamen, Lector, facultatem tibi præreptam subsannandi, si ea, quæ dixero frivola nimis, & scurrilia judicaveris: licet tibi per me, licet,* Ridere quicquid est domi cachinnorum,

Ca-

AD LECTOREM PRÆLOCUTIO.

Catullus: At, si ob rerum varietatem jucunda, scituque non indigna videbor attulisse, non aliam abs te inire gratiam exopto, quam, ut ea suspensis, quod ajunt, auribus bibere ne recuses; Et utcunque sit, talem tibi otii mei reddi rationem æqui saltem, bonique consulas.

INDEX CAPITUM.

AGESILAI MARISCOTTI

DE

PERSONIS, ET LARVIS,

SINTAGMATION.

CAP. I.

Quinam de Personis scripserint? Personæ non a personando. προσωπεῖον. oscilla. Cornificius apud Festum notatus. Festi vulgata lectio defensa. σομάτια. Persona æquivoce a veræ Personæ imitatione. seu etiam quasi περισῶμα. Etymologiæ aliæ. Larvæ μορμολυκεῖα. πρόσχημα. σχηματισμός. Scenicæ Personæ sine Persona. Caii, & Commodi Imperatorum ridicula προσχήματα. & σχῆμα quid Justiniano Authent. de Sanctiss. Episcop.



PERSONARUM usum apud Veteres celebrem fuisse, supraque multorum opinionem, quasique supra veri fidem frequenter usurpatum, cum ex litterarum monumentis curioso talium indagatori, si non tenui studio, perspicua saltem certitudine possit innotescere, neminem ex iis tamen argumentum hoc peculiari scriptione dilucidasse compertum est, uno excepto Aristophane quodam Byzantio, quem ab Athenæo præ cæteris citatum lib. XIV. ut quamplurimos hujusmodi, immo & melioris etiam notæ scriptores longa ætas abolevit. Reliquum fuit igitur, quandoquidem hasce vetustatis reliquias non indignas investigatione censuerim, ut ad recentiores confugerem, quos hac de re vel dedita opera, vel *παρέργως* pertractasse cognoveram, ni, veluti *cæcus parietem palpans*, rem aggredi vellem. Ex iis Antonii Codri Urcei, quam extare audivi hac de re luculentam satis epistolam, in votis quidem, ut viderem, fuit, sed non in fatis. Neque adeo cupiditatem meam explevisse, conceptamque existimationem adæquasse visa sunt, quæ in cap. IX. octavi libri sui *Otii Semestris* congessit Janus Langlæus Armoricus, quin ea longe infra diligentiam in eo libro perquirendo adhibitam existimaverim, satiusque duxerim Cælii Calcagnini libello quodam, quem *Personatos* inscripsit, itemque viri eruditi Julii Cæsaris Bulengeri capite XLV. libri primi *de Theatro*, ceu faculis quibusdam prælucentium vestigiis insistere; non ita tamen, ut, si res ipsa postulet, ab iis dissentire nefas mihi sit habendum, quasi in eorum verba jurato, sed ita, ut leniter eos redarguere permissum velim, quandocunque tenebricosi tramitis offendicula ab ipsis non satis accurate declinata fuisse perspexero. Cum ergo non bene conveniat inter authores, quid sit proprie Persona, institutum de ea sermonem hinc auspicabimur, prout Aristotele docente, recta ordinis ratio exposcere videtur; non eam tamen Personam intelligen-

A

tes, quam Philosophi definiunt, *Naturæ rationalis individuam substantiam*; sed eam, quæ Larva etiam dicitur, quæque diversam a vero formam effingit. In hoc vero plerique consentiunt scriptores, ut Personæ significationem arctius constringentes, illud solummodo cooperimentum, quo facies tegitur Personæ vocabulo indigitent, quod a Personando deductum volunt cum Basso apud Gellium lib. V. c. VII. *Quia cætera tecta, ora tantum habeat aperta, unde sonora magis vox exaudiri possit*; vel, ut habet Boethius libro *de Trinitate: Quia concavitate ipsa necesse est emittatur sonus.* (Quam facilis, & superstitiosus hic Bassus fuerit in vocabu-

B

lorum fabricandis originibus, vide apud eundem Gellium lib. III. cap. XIX.) Cæterum Ulpiano in l. *fundi* ff. *de act. emp.* Personæ sunt etiam *ciconiæ illæ, e quarum rostris aqua salire solet*; ut & Polluci lib. XI. c. IV. *προσωπεῦττα* vas quodpiam æneum, cui circa os inesse solent diversi generis animalium ora effigiata. Nec desunt, qui affirment, Personas esse oscilla, (de quo ludicri genere multa veteres, & recentiores Philologi) eadem fere quidem ducti ratione, qua citatus a Gellio C. ille Bassus, quod Personam *προσωπεῖον* Græce dici *ἀπὸ τοῦ προσώπου* a Polluce docti, idem fuisse crediderint, quasi, quod est circa faciem, *παρὰ τὸ πρὸς τοὺς ὦπας τίθεσθαι*, ab eo, quod est circa oculos ponere, ut defi-

C

nit Boethius, non autem quod re vera esse inferius demonstrare conabimur, sed inepta forte magis, quam mendosa Cornificii, quæ est apud Festum originatione decepti, qui oscilla dicta putat ab eo, *Quod os cælare sint soliti Personis propter verecundiam, qui eo genere lusus utebantur.* In ea sum etenim sententia, ut absurdæ originationis culpam non in scripturam, sed in auctorem ipsum rejiciendam censeam, cui forte non succurrerit in ipsa assignanda, haud recte posse ab os cælare, quod unico l. exprimitur, oscilla deduci, quæ constant duo-

D

bus, ita ut libentius legam eo Festi loco, *os celare*, ut est lectio vulgata, quam *cillere*, ut corrigit Josephus Scaliger, eumque secutus Bulengerus; cum enim cillere idem sit, quod movere, non satis video, quid ad verecundiam facere potuerit os movere in tali gesticulatione; quin male adeo sibi constet phrasis ex innovata lectione concinnata, ut nullus omnino sensus eruatur ex illis, *os cillere Personis*. Ut horum tamen amplectar opinionem, non me movet quod consimili argumento vocabulum *La Mascara*, quod Italice Persona est, ab Hispanico deductam velint nonnulli, quasi *Mas cara*, plus quam facies, quasique nulla res alia possit

E

esse persona, præter eam, quæ Gallis *Faux visage* dicitur, Græcisque forte dici posset *ψευδοπρόσωπον*. Minusque quod Josephus Scaliger, tanti vir nominis, *ad Ausonium*, eique fidenter nimis inhærens Bulengerus, oscilla afferant Macrobio esse

Larvas, & Personas, quas in αἰώραις, seu jactationibus ludicris rustici ori apponebant, ut essent magis ridiculi: Tum, quod tale aliquid apud Scriptorem illum mihi potius commonstrari velim, quam alteri commonstrare possim, ut qui ex Catonis sententia, in rebus ludicris serio laborare nil aliud existimem, quam in seriis se deridendum præbere; Tum etiam, quod tantum abest, illud esse e Macrobio, ut ex ipsomet potius compertum habeamus, cum Personis, & Larvis oscilla nihil commune habere, sed ea esse, quæ Græcis ϛομάτια, id est, *parva ora* dicuntur, quorum usum docet *Saturnalium* I. c. VII. & XI. hinc originem habuisse. quod, cum diu humanis capitibus Ditem, & virorum victimis Saturnum placare Veteres consuevissent, propter oraculum quoddam, Hercules, cum Geryonis pecore per Italiam revertens, suaserit, ut faustis sacrificiis infausta mutarentur, inferrenturque Diti, non hominum capita, sed oscilla ad humanam effigiem arte fabricata. E quo ritu (ne huc congeram præterea, quæ de oscillis apud Festum, Hyginum, & Servium abunde suppetunt) si quis ad nos usque ritus defluxit, non alium crediderim fuisse, quam receptum illum, cujuscumque materiæ imaguncula in templis suspendendi, quando cælitum ope ab impendenti aliqua ærumna servatos nos esse profitemur. Gellii vero deductionem, si non aliud, ipsa saltem vocabuli pronuntiatio aperte reprobat, quæ, si a personando Persona diceretur, haud dubie o. literam corriperet, quam in penultima syllaba producit, cum præsertim ex hac vel correptione, vel productione nil penitus de recta vocabuli forma accedat, vel decrescat. Apertius tamen eam futilitatis arguit recta ipsius Personæ definitio, quam ipse latiori, quam cæteri, modo accipiens, non eam tantum dici posse audacter asseruerim, qua facies velatur, sed & habitum qualemcunque, vel fictum, vel qui ad veri alicujus imitationem, prout est repræsentantis intentio, se magis accommodet. A qua ipsa imitatione veræ Personæ, eo modo acceptæ, quo illam a Philosophis jam diximus definiri, factum arbitror, ut Personæ appellatione velut æquivoce, dictum sit quodcunque aliquod, vel plura ex iis attributis exprimeret, quibus a Cicerone, primo *de Inventione*, vera Persona circumscribitur. Ut in hanc sententiam pedibus irem, quibuscunque aliis rejectis, impulit me, tum probabilis quædam verisimilitudo, tum etiam vocabuli προσωπεῖον, quo Græce *Persona*, seu *Larva* significatur, cum vocabulo πρόσωπον affinitas, quod sæpissime pro *Persona* proprie dicta usurpatum reperimus: Hanc etenim Græcorum cum Latinis in hujus vocabuli significatione congruentiam satis superque virium habere ad sententiam confirmandam sum arbitratus. Huc etiam forsitan respexit, nec a scopo longe aberravit, licet non satis recte collinearit, Julius Cæs. Scaliger libro *Poetices* primo, cap. XIII. cum Personam appellari asserit, quasi περὶ σῶμα, hoc est, *circa corpus*, qua etiam significatione Italicum, *La Mascara* ἀπὸ τῶ μασχάλων dictam opinatur Calcagninus, *Quod villosis* (ait ille) *centonibus plerunque involvantur, qui hoc habitu delitescere student:* Lubens etenim interea præterierim Calcagnini ejusdem, nec non Jacobonii cujusdam ingeniosa commenta potius, quam verisimiles denominationes; Mascaram videlicet (non possum enim hoc vocabulo non uti) dici, quasi per jusjurandum μὰ τὴν χαράν, hoc est, *per lætitiam*, seu, quasi dicatur Hispanico idiomate, *Mascara*, admodum cara, jucundave, Etymo deducto a voluptate, quæ ab ea percipi solet, sive etiam longius petita significatione, quasi μεγάλην αἰσχράν, quod profecto quidnam monstri esset me nescire faterer, ni Calcagninus ipse *Magnam incrustationem* interpretatus conjiciendum relinqueret ad ἐσχάραν se respexisse, quæ apud Medicos crusta est ab ardente ferro, aut medicamento caustico superinducta. Personæ autem a me traditam definitionem, non tam ex mea, quam ex ejus, quem modo laudavi, Scaligeri opinione, præter ea, quæ infra sequuntur de ipsarum usu, & origine, confirmant, vel maxime ipsius Personæ συνώνυμα; si enim ea tantummodo esset, vel Latinis Persona, quæ propter oris cooperimentum ad clariorem sonitum vocem emitteret, quasique cogeret, vel Græcis προσωπεῖον, quod est circa faciem, frustra esset, quod, & apud nos Larva, & apud Græcos μορμολύκειον, eadem prorsus acciperentur significatione, quod tamen Festus docet, & Pollux lib. XI. cap. IV. Larva vero a Laribus deducta proprie magis accipitur pro inani terriculamento, ut apud Plautum *Amphitruone*:

Larva umbratilis tu meminis territas.

Ut & μορμολύκειον a verbo μορμύσσομαι, quod est *perterrefacio*; sed Persona, vel προσωπεῖον hoc etiam nomine dicitur, ideo, quod timorem insuetis incutiendi vim habere videatur. Juvenalis Sat. III.

—— Personæ pallentis hiatum.
In gremio matris formidat rusticus infans.

Et Martialis *Apophoret.* ep. CLXXVI.

Cum figuli lusus, Rufi Persona Batavi,
Quæ tu derides hæc timet ora puer.

Talium etiam gentium, ut quarum tunc temporis minor haberetur notitia, vultus in Personis exprimebantur, quomodo ætate nostra Turcarum, Æthiopum, istiusmodique Barbarorum effigies exprimi solent. Et ad earum Personarum conspectum, quas Æschylus in scenam introduxit, prægnantes fœminas abortum fecisse, memoriæ proditum est, quas γοργεῖα ex eo appellarunt, vel, ut habet Pollux, γοργόνεια, quod de re quapiam horribili, ac terrifica γοργείη κεφαλὴ dici soleret, ut est apud Philostratum *de vita Apollonii* lib. VII. cap. X. Nec abs re dictum videri debet, ideo Personas, & προσωπεῖα Larvas appellari, & μορμολυκεῖα, quæ nomina non oris, capitisve operculum, sed rem quandam terrificam præseferunt, quia latiori significatione pro quocunque habitu ficto, Persona sit accipienda. Nemo enim inficias ibit, ad perterrefaciendum nil minus valere (quantum quidem primo quodam intuitu res ficta valeat) deformem corporis, quam faciei habitum, neque horribilem magis aspectum habebit ille, quem Pomponius ait, *Magnus manducus*; secundum Festum, *Late dehiscens, & ingentem sonitum dentibus faciens*, quam monstrum illud, ἄμορφον, seu potius πολύμορφον, quale initio Epistolæ *ad Pisones* describit Horatius:

Humano capiti cervicem pictor equinam
Jungere si velit, & varias inducere plumas,
Undique collatis membris, ut turpiter atrum
Desinat in piscem mulier formosa superne.

Hujusmodi autem habitus finctionem non inepte forsitan πρόσχημα appellaverimus, quæ appellatio quodammodo congruere videtur; sive pro velamento ea intelligatur, & prætextu, ut proprie significat; sive pro specie quadam, & ornamento, ut est apud Aristotelem *de Mundo* c. VI. καμβύσου, ξέρξου τε, καὶ δαρείου πρόσχημα, & apud Plutarchum in *Fabio*, πρόσχημα τῆς ἀκροπόλεως, & μεγίστης ἀρχῆς. Sed convenienter magis cum Hesych. σχηματισμόν, quando nomen illud a verbo σχηματίζω deductum, quod interdum est *simulo*, & *effingo*, pro eo, quod est πλάσμα, hoc est, *commentum*, & *simulatio*, non raro Græcis ac-

cipi deprehendimus; Qua ratione ἐσχηματισμένος dicitur a Rhetoribus sermo figuratus, qui superinductis aliunde colorum figmentis, non autem appositis vocibus, animi sensus enunciet, & communiter σχηματοποιούμενος, qui non ingenue loquitur, sed efficto vultu, & sermone assimulato. Vide Apulejum x. *Metamorph.* de judicio Paridis. Non est autem dubium pro Personatis, Larvatisque, vel apud Veteres accipi solitos non eos tantum, qui Personis ora tegerent, sed etiam, qui habitu ficto vestirentur; Qui poterant enim aliter accipi, licet ore detecto, qui eo vestitu in scenam prodirent, quo illum prodiisse refert Lucianus in *Pseudologista* inquiens: *Nemo ante te ingrediebatur Theatrum, nemo ne nomen quidem fabulæ, quod esset renunciabat, sed tu ornate admodum, aureos habens calceos, & vestitum Tyrannicum ante cæteros immittebaris, qui benevolentiam a Theatro postulares, coronas ferens & cum plausu rediens.* Ubi iis verbis κοσμίως πάνυ, χρυσᾶς ἐμβάδας ἔχων, καὶ ἐσθῆτα τυραννικὴν, quis est, qui non videat Personam quandam histrionicam, sine Persona tamen faciem regente, graphice circumscribi? Persuadet mihi etiam, nescio an aliis pariter, quod Lucianus idem in *Nigrino*, cum pro more Philosophos incesseret, illud se vel maxime indignari ostendat, *quia non itidem habitum mutant, cum utique quod ad cætera attinet eodem modo fabulam agant.* In Græco enim σκευὴν exprimens, cæterum apparatum Personati Histrionis, cujus insistit metaphoræ, nihil tamen de oris tegumento innuere videtur. Unde est, quod tum aliis, tum præcipue Plutarcho in Aristophanis, & Menandri comparatione σκευοποιὸς dicatur ille, qui Personas appararet Histrionibus, quem etiam προσωποποιὸν dici solitum habemus infra capite secundo. Cæterum hæc Luciani testimonia visum est Latina apponere, ut in sequentibus etiam Græcorum pleraque, quia præter rem duxerim, & legentibus non peritis fastidium, & mihi ipsi laborem supervacaneum parare, ex quo nil aliud præter vanam affectatæ eruditionis ostentationem consequeretur. Ad rem vero, non aliter, quam pro Personatis acceptos fuisse, risumque spectantium excivisse (quod etiam apposite admodum Personatis convenit) credendi sunt, vel Cajus ille Caligula, cum referente Xiphilino, Jovem se, vel Junonem, aut Venerem, aut Dianam fieri opinabatur, præter mutationem nominum, vestes quoque capiens Diis illis accommodatas, aliisque rebus acceptis, demptisque varias formas induens, dum cætera omnia potius, quam homo videri affectaret. Quod & Suida teste Clearchus olim Ponticus, Heracleæ Tyrannus, vel etiam posteriore sæculo Commodus, quem consimili insania laborantem, narrat Herodianus; Deposito Romanorum Principum cultu, Leonis sibi pellem substravisse, manuque clavam suscepisse, nec sine omnium irrisione, vestes sibi purpureas, auroque intextas circundedisse, atque Herculem se Jovis filium appellari jussisse, cum eodem schemate & fœminarum mollitiem, & heroum virtutem repræsentaret. Nec omittendum, quod maxime facit ad rem confirmandam, §. ultimo Authen. *de sanctiss. Episc.* a Justiniano prohiberi (quod & alias in Cod. Theodos. ab Arcadio, & Honorio fuerat prohibitum) scenica exercentibus, *Uti schemate Monachi, Monastriæ, aut Ascetriæ, aut imitari, & illudere in quacunque ecclesiastica disciplina.* Ubi Glossa, in verbo *Monachi*, notat, *Reprobari, si quis alterius veste in ejus contemptum utatur, adeo ut qui utitur teneatur injuriarum;* haud secus, quam ob ea, de quibus in Instit. *de injuriis.* §. primo. Quasi eo σχήματι, quod inibi expresse nominatur, omne id comprehensum voluerit Imperator, quod, propter insignem mutationem, hominis in Ecclesiasticarum cæremoniarum contemptum Personati speciem habeat (eodem fere sensu, quo σχῆμα μεταβάλλειν pronuntiat invidus apud Libanium declamatione VIII. de habitus, & Personæ mutatione in vicino repente locupletato, καὶ τῶν ὑποκειτῶν τὸ σχῆμα ὀξύτερον μεταβέβληκεν.) Quale crimen etiam apud Ethnicos detestabile, Alcibiadi exilium, bonorum publicationem, dirasque peperit execrationes, cum, in *ejus vita* referente Plutarcho, Eleusinensium mysteria, per vinum, simulasse delatus est, stola ipse sacra veluti Hierophantes indutus, sodalibusque mystarum instar apparatis. Quod, si præsentis etiam temporis consuetudinem attendamus; pro Larvatis, Personatisque puniendos, nemo est qui ignoret, non eos tantum, qui extra præfinitum tempus Personis ora tecti, sed eos etiam, qui habitu ficto instructi reperirentur. Quocirca sermo noster non tantum de Personis erit, prout eæ vultui opponuntur, sed de habitus etiam quacunque diversitate, quæ, uti jam dictum est, vel longe abeat a vero, vel ad propositam imitationem se accommodet.

CAP. II.

Personarum, & σχηματισμῶν usus in scenis, προσωποποιός. Castelvetrii in Aristotelem quantum ad Personas explicatio confirmata. In Suida mendum, vel ἀντιχρόνισμα. τρυγῳδία. Satyrica. Comœdia vetus. De ea notabile ex Æliano. Cur ea sublata? Novæ Comœdiæ. Personæ; ἀγύρται, qui olim μαγῳδοὶ, iique Personati. Item φαλλοφόροι, & ἰθύφαλλοι. ὄρχησις, in eaque Personæ.

EXpeditis iis, quæ ad Personarum appellationem pertinent, si ad ipsarum apud Veteres usum declarandum deveniamus, eum quidem multiplicem fuisse observabimus, nullibi tamen frequentiorem, quam in Scenicis, Theatralibusque spectaculis. Qua de re non est cur supervacaneum arbitretur quisquam, a me qualecunque hoc specilegium attentari post uberrimam Bulengeri messem, cum vel collatio ipsa, me tacente, audaciæ meæ, haud certe immodestæ, plenam, idoneamque excusationem præstare possit. Tria præsertim spectaculorum genera, notum est antiquitus in Theatris repræsentari solita; Ea fuere Tragœdia, cujus quædam species erat Satyrica (in eorum enim recensione libet magis excellentiæ, quam temporis ordinem respicere.) Inde Comœdia, a qua non longe abesse dicemus Magodiam, nec non Ithyphallorum, Phallophorumque cantiones: Tum cæteris mirabilior, & quam nostra ætas ignorat, Orchestice. Unumquodque autem eorum suas habuisse Personas, & σχηματισμοὺς nemini dubium esse debet: Cum enim talia agentes imitationem faciant, quod docet Aristoteles, *Poetices* capite IV. necesse est, ipsos apparatum habere ad imitandum, quem idem Aristoteles inter Tragœdiæ partes ὄψεως nomine designat. Cumque nullam rationem haberent scenici, qua melius, exactiusque imitarentur, resque inter agendum ante oculos spectatorum ponerent, idcirco Personas habitu, facieve simulatas in Theatrum produxerunt. Ex quo factum est, quod Personarum usum peculiarem adeo Histrionum fuisse persuadere conentur nonnulli, ut nemo prorsus, præter illos, eas olim usurpare consueverit; quodque προσωποποιὸν inter Histriones fuisse, quasi *Personarum instructorem*, quem σκευοποιὸν etiam, ut supra retulimus, hoc est, *Apparatorem* dicas, tradit Julius Pollux lib. XI. c. XII. & lib.

IV. cap. XVIII. Et Theophrasti locus est in *morum Characteribus* cap. VI. ex quo didicimus, Personatos Histriones egisse spectacula, & sic Personatos æs a spectatoribus exegisse. Qui vero hujus instituti vetustatem ex eo arguunt, quod *Poetices* cap. XI. Aristoteles ipse, qui pauca ignoraverit, ignorare se innuat, quisnam Personas repererit, ipsius Aristotelis mentem haud assecuti videntur. Non enim de Personis, prout Larvæ sunt, sed de Personarum distinctione, de qua etiam Donatus *in Terentium*, loqui hoc loco Aristotelem, cum omnium doctissimo Poetices explanatore Castelvetrio, credendum est. Cujus sententiæ eo libentius accedo, quod nullo argumento persuaderi possim, Aristotelem, cujus dictio alioquin simplex, pura, &, quod illi peculiare fuit, maxime propria, *πρόσωπα* nominatim dicturum, quo vocabulo hominis potius externa species, quam aliud quidpiam proprie designatur, quasi id, quo homo ipse *πρόσωθεν ὄπωπεν*, hoc est, *anteversus prospicit*; ut denominat ille III. *de partibus Animalium* cap. I. si *προσωπεῖα*, quæ Larvæ sunt, intellectum voluisset; Non ideo negarim a vetustissimo usque tempore id moris invaluisse. A Liberalibus autem, de quibus infra, Theatrales ludos ortum habuisse, annotant Servius *ad Virgilii Georgicorum* secundum, & Donatus *ad Terentium*. E tragicisque primum Suidas refert Chœrilum Atheniensem, quem circa LXV. Olympiadem in certamen tradit descendisse, secundum quosdam, Larvas, & scenam inchoasse; alibi tamen, quod & Diomedes, & Græcorum plerique, Thespim facit Personarum inventorem, postquam is ab initio vultum minio inunxisset, dein portulaca texisset, quod & confirmare videtur Horatius;

—— plaustris vexisse Poemata Thespis,
Quæ canerent agerentve peruncti fæcibus ora.

Lineas autem eas fuisse, eumque fabulas edidisse dicit Olympiade LXI. Nec desunt, qui Æschylo hujus rei palmam tribuere non dubitent, testimonio se niti posse arbitrati Horatii in *Poetica* dicentis:

Post hunc Personæ, pallæque repertor honestæ.
Æschylus.

Cum tamen Æschylum his verbis dictum voluerit Horatius (garriat quantumlibet Porphyrion) non Personæ simpliciter inventorem, sed Personæ honestæ, ad differentiam Personarum minus convenientium, quas reliqui ante illum, vel etiam ille ipse primis temporibus introduxerat, ex quo factum puto, ut Æschylus (quod Philostratus refert) Tragœdiæ parens sit appellatus. Huc forsan crederet aliquis eos Aristophanis versus *ἐν βάτραχοις* pertinere, quos pronuntiantem introducit Euripidem, cum apud inferos de palma cum Æschylo altercatetur:

Primum quidem unumquempiam sedere fecit, cooperiens
Achillem aliquem, aut Niobem, faciem non revelans.

Ni Aristophanis Scholiastes aperte doceret, hoc non ad Personæ, sed ad mutæ Personæ inventionem pertinere; *Achilles enim* (ait ille) *sedens est, & nihil respondens apud Æschylum in fabula, cui titulus Phryges, aut Hectoris Lytra, prout etiam in Myrmidonibus ad tertiam usque diem ne verbum quidem emittens.* Certe Suidas in voce *Æschylus* inventorem ipsum fuisse dicit Personarum terribilium, & horrificarum, quod & superius aliunde relatum, Pausaniasque in *Atticis* eum primum Erynnibus anguineos crines adfinxisse. In Suida tamen notabile *ἀντιχρόνισμα* manifeste deprehenditur, cum dicat certasse Æschylum nona Olympiade, ni mendum potius subesse, idque exscribentis vitio imputare, malimus, cui nona forte, pro sexagesima nona, in notis numeralibus exprimendis, exciderit. Cui astruendæ conjecturæ fidi alicujus manuscripti opem desiderarem, ut, quæ vero non admodum dissentanea videatur, si ad ea comparetur, quæ de Æschylo Pausanias habet in *Atticis*, navalibus scilicet eum præliis ad Artemisium, & Salaminam, quæ in Olymp. LXXV. inciderunt, non sine Virtutis eximiæ laude interfuisse, quin & ipsum jam morti proximum, in operis cujusdam fronte, de rebus a se præclare gestis in Marathonia pugna, qua Græci Persas fugarunt, Olympiade LXXII. Marathonium saltum, Persasque ipsos testes invocasse. Nil enim est, ut moretur quisquam Æschyli ipsius Interpretem, qui sexagesima eum asserit Olympiade claruisse, si tamen Suidæ fidem salvam velit, non eum XLV. annis minorem initium certandi cum Poetis fecisse. Post Æschylum, eodem Suida teste, Phrynicus mulierum Personas, pædagogique Neophron Sicyonius adinvenere; Apud Romanos, ante Livium Andronicum galeros, non Personas, in usu fuisse e Diomede Bulengerus, Personisque primum uti cœpisse Roscium Gallum; de quo præclarum est illud Ciceronis elogium, oratione *pro P. Quinctio*, *quod cum artifex ejusmodi esset, ut solus dignus videretur esse, qui in scena spectaretur, Vir tamen ejusmodi esset, ut solus dignus videretur, qui eo non accederet.* E Donato autem habemus Minutium, & Prothonium primos Personatos tragœdiam egisse, quod adeo obtinuit inposterum, ut Nero ipse Cæsar, quod est apud Suetonium cap. XXI. *Tragœdias cantaverit Personatus heroum, Deorumque, item heroidum, & Dearum Personis effictis.* Non enim immane illud monstrum rem ullam intentatam reliquit, qua prædecessoris Caii insaniam, vel æmularetur, vel si posset, etiam anteverteret, quem supra retulimus, ex Xiphilino, Deorum, Dearumque imagines ridiculo studio affectasse. Utcunque tamen sit, proprium adeo Tragœdiæ fuit personis uti, ut a fæcibus, quibus, ante excogitatas Personas, Histrionum ora inficiebantur, quæ Græcis *τρύγες* appellantur, *τρυγῳδίαν* primum dictam, mox, leviuscula facta mutatione, *τραγῳδίας* eam nomen invenisse sit creditum, a quibus etiam fæcibus scenicos quosdam ludiones *τρυγοδαίμονες* Aristophanes appellat. Tragœdiæ Personæ, quot fuerint apud Pollucem habes libro IV. cap. XVIII. de iisdem nonnulla quoque apud Donatum in *Prolegomenis ad Terentium*. Earum vero ornatum his verbis describit Lucianus *de Saltatione*: *Turpe, & minime jucundum spectaculum, homo longitudine deformi, atque incomposita exornatus, altis calceamentis ingrediens, caput Larva minaci obductum habens, tum peramplo ore biante, quasi spectatores devoraturus; Mitto adscititia pectora, & ventres factitios, adjunctam, & ante compositam corporis crassitudinem*, &c. Tragœdiæ proxima fuit adeo Satyrica, ut ejus quodammodo species videretur, qualis extat fabula *Cyclops* inter Euripidæas, quod genus dramatis, licet post rudiora illa sæcula minus in usu fuerit, suas tamen habuit Personas, & *σχηματισμοὺς*, e pellibus, ut plurimum, hircinis, præter alia, quæ Dionysius describit *Antiquitatum* lib. VII. & Pollux libro supra citato cap. XVIII. & XIX. quæve huc referre nostri non est instituti, cum præsertim de Satyrica copiosus extet liber Isaaci Casauboni, viri, quantum ego quidem judico, inter Literatos nostri temporis, literatissimi. De Comœdia igitur, secundum ordinem propositum, si disquiramus, eam personis instructam fuisse reperiemus, in veteri quidem (quod refert Pollux) similibus, ut plurimum iis, qui suggillabantur hominibus, vel etiam majori cum ludibrio effi-

ctis, cujus rei testem habemus Suidam in verbo ἐξεικονισμένος, ita dicentem: ἔθος γὰρ ἦν τοῖς κωμικοῖς ὅμοια τὰ προσωπεῖα ποιεῖν τοῖς κωμῳδουμένοις ὑπὸ αὐτῶν, καὶ ῥιπτιθέναι τοῖς ὑποκριταῖς. id est, *moris fuit, ut comici Personas histrionibus darent, eorum similes, quos imitarentur*. unde Aristophanes:

Ne time, neque enim tuam refert imaginem.

A Quod fiebat ideo (ex Aristophanis Scholiaste referente Bulengero) ut agnosci possent primo intuitu, priusquam actores aliquid dicerent. Ejus rei testimonium, exemplo clarissimo confirmatum, habemus apud Ælianum ποικίλον lib. II. cap. XIII. Suggerentibus Anyto, & Melyto, Aristophanem ad incitandum Socratem, Comœdiam B suisse commentum, quam νεφέλας inscripsit, ejusque effigie Personam effictam in scenam introduxisse, quo spectaculo, ceu inusitato, Athenienses primum obstupefactos, deinde, ut est vulgi natura ad bonorum odium proclivis, actorem plausu favorabili excepisse; Socratem vero, qui non forte, sed consulto aderat, opportuno Theatri loco sedens, cum surrexisset, omnium in se convertisse oculos, ut jucundum non minus spectaculum præberet ipse, sereno vultu, constantique animo dicacissimi hominis cavilla flocci pendens, quam ipsum drama per se ridiculum, eaque C festivitate refertum, qua præditus Aristophanes, ut erat, videri quam maxime avebat. Quam narrationem notatu non indignam, brevibus a me comprehensam, pleniorem ad ipsum Ælianum, cui libuerit, videre erit. Aristophanis etiam exemplo animatum Ameipsiam quendam, infimi ordinis Poetam, in Tribone Comoedia Socratem eundem per ludibrium induxisse, Laertius Diogenes indicat in *ejus vita*. Veterem hunc morem imitatus Nero, non scenam minus, quam Majestatem imperii foedavit, *Personis effictis similitudinem oris sui, & fœminæ, prout quamque diligeret*, quod in *ejus vita* refert Suetonius cap. D XXI. & quod Xiphilinus in muliebri ornatu Sabinam imitabatur. At non diuturno admodum tempore vetus Comoedia viguit, quæ populari statu Athenis imperium obtinente, tanto plebeculæ favore excipi consueverat, ut, quod Isocrates queritur oratione περὶ εἰρήνης longe majore in gratia apud ipsam esset, quam oratores de publicis utilitatibus differentes, adeo, inquam, ut impune fuerit ipsius actoribus potentissimos quosque & præcipuos e Reipublicæ rectoribus contumeliosissimis probris impudenter dilacerasse. Dum enim suis se contineret legibus, quibus nixa, quod Horatius ait Satyra IV.

E *Si quis erat dignus describi, quod malus, aut fur,*
Quid mœchusve foret, aut sicarius, aut alioqui
Famosus, multa cum libertate notabat.

Videbatur (præter insitam popularibus animis ex optimatium vituperatione delectationem) tantum conferre ad rectum civitatis statum, quod infamiæ metu a sceleribus plerosque deterreret, ut, non injuria, de ipsius præcipuis authoribus Eupoli, Cratino, & Aristophane Dionysius Halicarnasseus F ἐν τέχνῃ pronuntiaverit, Philosophorum eos nihil minus, Politicorumque, quam Poetarum munus adimplevisse: Exolevit autem, cum a pejorum imitatione, quæ ejus est materia, Poetarum vitio ad bonorum criminationem, sed & ad Deorum despicientiam sensim delapsa fuisset; vel, quod nimiam ejus reprimendam censuerint Athenienses, lege lata, supplicioque indicto, si quis nominatim quempiam probrosis carminibus proscinderet, quod indicat Horatius in *Arte*:

—— *In vitium libertas excidit, & vim*
Dignam lege regi, lex est accepta chorusque
Turpiter obticuit, sublato jure nocendi.

Et ad *Augustum* epistola prima lib. II.

—— *Donec jam sævus apertam*
In rabiem verti cœpit jocus, & per honestas
Ire domos impune minax, doluere cruento
Dente lacessiti: fuit intactis quoque cura
Conditione super communi, quin etiam lex
Pœnaque lata, malo quæ nollet carmine quemquam
Describi.

Quam legem (si credimus Acroni ὀνοματομίων appellatam) consimili apud Romanos sanctioni, de qua S. Augustinus II. *de Civit. Dei*, e VI. Ciceronis *de Republica*, originem dedisse verisimile videtur. Vel etiam ab edendis hujusmodi fabulis Poetæ ipsi sua sponte destiterunt (quæ Scholiastis Aristophanis est sententia.)

Ad benedicendum, delectandumque redacti.

Quod deficientibus populi viribus, parique illo omnium jure simul evanescente, cujus præsidio audaciores erant, statuque in Oligarchiam verso, certissimæ semetipsos ultioni obnoxios fore animadverterent, ni a maledictis temperarent. Cujus rei documentum quoddam recens dederat Aristophanes, quinque talentis mulctatus (ut ipse asserit in *Acharnanibus*) quod Cleonis Personam in *Equitibus*, minio oblitus, egisset, quam, præ Cleonis ipsius potentia, nemo ausus erat repræsentare; Quocirca primus ipse, fabula sine Choris edita, cui nomen *Æolosicon*, stylum vertens a convitiis abstinere cœpit. (Sicuti de Nevio quoque accepimus, fabulas eum duas in carcere scripsisse, Ariolum, & Leontem, cum ob assiduam maledicentiam, & probra in Principes civitatis de Græcorum Poetarum more dicta in vincula Romæ Triumviris conjectus esset. Unde postea Tribunis plebis exemptus est, cum in iis, quas supra dixi, fabulis delicta sua, & petulantias dictorum, quibus multa ante læserat, diluisset. Hæc ad verbum A. Gell. lib. III. cap. III) Quod enim multi asserunt, Aristophanis Scholiastem secuti, Eupolim mari mersum ab iis, quos in Bapteis perstrinxerat, cognominem suæ fabulæ casum subiisse, tam multi, & multa sunt, quæ redarguant, ut non invitus hoc exemplo narrationem destitui permittam. Non tamen potui sine nota Julii Cæsaris Scaligeri αὐτοψίαν præterire, qui id, quod de Eupoli sub dubio narratur, cap. VII. lib. primi *de Poetica*, de Cratino asseveranter affirmat. Sublata igitur veteri Comœdia (de qua οὐδὲν in præsens ὁρίζω, peculiarem de ipsa tractatiunculam meditans) mediæ, novæque subsecutæ sunt, in quibus ludicræ quædam, & ad risum accommodatæ Personæ sunt excogitatæ, quales Menander omnium absurdissimas excogitasse perhibetur; Mæsonem hinc quendam Megarensem Histrionem Personam adinvenisse famuli, & coqui ab inventore Mæsona vocitatam, ex Aristophane Byzantio tradit Athenæus lib. XIV. quod & confirmat Festus; Cujus Personæ, quod proprium esset irrisionibus, & dicteriis alios insectari, ideo σκώμματα ejusmodi *Mæsonica* etiam dicebantur. Nugæ vero fuerint (quod facere videtur Scaliger *Poetices* primo cap. XIII.) Mæsoni huic universam potius, quam singularem hanc Personæ inventionem tribuere. Ebriosos quoque Cratem Comicum, Aristophanis Scholiastes ait, scenæ invexisse, alii Epicharmum; Athenæus vero lib. X. Æschylum primum ex omnibus contendit, Jasonem ἐν καβείροις ebrium induxisse, Heroas teneri mentitus ebrietatis vitio, quo ipse adeo laborabat, ut nisi ebrius Tragœdiis scribendis manum non ad-

A moveret, quæ propterea Liberi Patris esse dictæ sunt. Quin & libro primo, eo nomine illum reprehendit, quod inepte, ac indecore Græcos tam ebrios inducit, ut matulas illisas mutuis plagis perfringant. Horum exemplo, subsequentibus temporibus, alii alias ad libitum Personas invenerunt, quas attingit Donatus *ad Terentium*, & longiori ordine recenset Pollux lib. IV. cap. XIX. quibus connumerari potest ea, quam gestantes σφενοπωγωνὰς appellat in *Saturnalibus* Lucianus. Latinorum primos Comœdiam Personatos egisse Cincium, & Faliscum e Donato comperimus; & primam ex omnibus Nævii quandam fabulam Personatos Histriones habuisse, B voluerunt nonnulli, ut est apud Festum, unde Personatæ fabulæ ipsa nomen traxerit. *Sed cum post multos annos* (verba sunt Festi) *Comœdi, & Tragœdi Personis uti cœperint, verisimilius est, eam fabulam propter inopiam Comœdorum actam novam per Atellanos, qui proprie vocantur Personati, quia jus est iis, non cogi in Scena ponere Personam, quod cæteris Histrionibus pati necesse est*. Et apud Horatium Sat. IV. lib. I. ubi quærit comœdia, nec ne poema esset, est quod huic consuetudini astipuletur.

—— Quivis stomachetur eodem,
C *Quo Personatus pacto pater.*

Terentii vero ætate, Histriones Personatos egisse, præter Donatum, testatur vetus ipsius Terentii Codex in Vaticana servatus, in quo Larvati passim, Personatique Histriones picti cernuntur. Mirumque tanto in honore apud Histriones ipsos Personas fuisse, ut Theatralis applausus gloriam illis quasi acceptam referrent, quod notabilissimi eventus exemplo confirmat Plinius *Naturalis Historiæ* lib. VII. cap. LIII. M. Ofilium Hilarum Comœdiarum Histrionem narrans, cum populo admodum placuisset, die natali suo, convivio exhibito, D Personam eo die usurpatam intuentem, coronam e capite suo in eam transtulisse, talique habitu rigentem, nullo sentiente expirasse. Quid vero, si circumforaneos istos ἀγύρτας, qui cantionibus inconditis, rudique dramatis quadam specie plebeculam alliciunt, cui medicaminibus illis suis imponant, priori ævo non defuisse, neque minus, quam nunc temporis Personis usos fuisse dicamus? Non defuerunt tamen, si credimus Athenæo lib. XIV. qui tale prorsus institutum profiterentur, quos μαγῳδὺς, ut & Strabo libro itidem XIV. artem vero μαγῳδίαν idcirco E asserit appellari, quod suis illi cantionibus Magicæ artis præstigia, medicamentorumque vires declararent. Eos vero quam sæpissime argumento e Comœdis desumpto, varias Personas repræsentasse, nunc fæminæ, nunc lenonis, nunc adulteri, nunc temulenti. Apud Hesychium *μαγῳδὴ est saltatio*, ὄρχησις ἁπαλὴ *dicta* (inquit ille) *a Chrisogono Mago*. Compares Magodis fuisse quodammodo videntur ii, quos Athenæus idem φαλλοφόρυς ait appellari, item quos ἰθυφάλλυς ex Semo Delio, quorum illi, quasi Histrionum præsultores in scenam prodibant, carmina quædam Baccho præcinentes, non ii quidem Personis F faciei admotis, sed hederaceo quodam integumento adoperti, densisque floribus, ac hedera ornati, ita ut peculiari quodam modo Personati apparerent. ἰθύφαλλοι vero Personati prorsus, coronasque gestantes ebrios referebant, quorum munus erat, & φάλλον gestantes, carmen quoddam obscœnum, quod nomen ipsum designat in Theatris proferrent, illudque idem forte est, quod φαλλικὸν ὄρχημα ἐπὶ διονύσῳ Polluci dicitur lib. IV. cap. XIV. *Phallica saltatio in honorem Bacchi*. Sed his relictis ad ὄρχησιν transeamus, quæ mirabilis præ cæteris, quod supra jam diximus, inter scenæ spectacula extitit, de qua vetus epigramma:

Tot linguæ quot membra viro, mirabilis ars est,
Quæ facit articulos, ore tacente, loqui.

Nulla etenim fabula erat dramati accommodata, quam gestibus, saltuque non ita exprimeret saltator, quin, ut ait Lucianus *de Saltatione*, *Personis in scenam introductis gestibus per omnia responderet, neque ea quæ dicuntur ab introductis optimatibus, aut Tyrannicidis, aut agricolis, aut mendicis discrepabant, sed in unoquoque illorum proprietas & excellentia demonstrabatur*: Sic, ut Demetrius quidam Philosophus, ad hujusmodi aliquando spectaculum invitatus, audire se, non tantum videre dixerit ea, quæ saltator faceret. Saltatores autem Personas habuisse, tum verisimilitudo docet, ex diversimodæ imitationis necessitate deducta, non enim, absque tali figmento, exacte poterat exprimi pars illa ὀρχήσεως, quam, e tribus secundam, σχῆμα Plutarchus appellat συμποσιακῶν IX. problemate XV. quod in eo gestu consisteret, ex quo propositæ fabulæ imitatio dignoscebatur: Tum verbis disertissimis Artemidorum cap. LXXIIX. ὀνειροκριτικῶν: *In theatro saltare sibi videri compositum ad hoc, & alio apparatu instructum, probarique ac laudari, pauperi quidem opulentiam significat, sed non usque ad senectutem; Regias enim Personas exprimit, & imitatur, & multos ministros habet saltator, verum post actum, & finitum drama solus relinquitur*. Sed apertius multo Lucianus his verbis: *Saltationis habitus, quam decens sit, & modestus, quorsum attinet dicere, cum cæcis quoque ista sint perspicua. Larva ipsa pulcherrima, & subjectæ fabulæ respondens, non immane hiat, ut Tragicæ, sed saltationi per omnia convenit*. Quin & hujusmodi saltatores ex eo Pantomimos appellatos idem tradit, quod, vel unus saltator tot Personas sustineret, quot partibus fabula constaret. *Pantomino namque* (quod Cassiodorus ait *Variarum* VI. epistola ultima) *a multifaria imitatione nomen est: idem corpus Herculem designat, & Venerem; fœminam præsentat, & marem; Regem facit, & militem; senem reddit, & juvenem, ut in uno videas esse multos, tam varia imitatione discretos*. Propterea barbarum quendam admiratum, quod quinque Personas saltatori unico apparatas vidisset, qui se omnes repræsentaturum polliceretur, Lucianus dixisse refert, videri sibi, animas plures habere eum, qui talia auderet unico tantum corpore præditus. Circa Augusti primum tempora artem hanc prodiisse, auctor est Zosimus, de qua, plura qui volet, vel ex Luciano hauriat, e quo ante pauca hæc propinasse satis habeo, vel ex Plutarcho, quo superius digitum intendi, vel etiam ex Athenæo lib. I. Aristenæto epist. XXVI. Si non ex iis, quæ multa collegere, Scaliger *Poetices* primo, cap. XVIII. & Bulengerus primo *de Theatro* cap. XLIII. Ad ulteriora enim me ipsius argumenti ratio, suo quidem jure, non tergiversantem, avocat.

CAP. III.

Persona, & σχηματισμοὶ in sacris c lebritatibus. In Saturnalibus. Nonis Caprotinis. Bacchi solennibus, ubi de Bacchanalibus, & Liberalibus. In minusculis Quinquatribus. In Megalensibus. Apud Coos in Herculis Sacris. Nabarvalorum sacerdos, Argivarum mulierum ὑβριςικὰ, iisque pene similis Charondæ sanctio. Sacra Veneris in Atthide; Romæque Mutini Titini sacellum; & quis ile Deus? Pœnorum mos in filiis Saturno immolandis. De Bona Dea Jacobonius quidam notatus. Ex Apulejo Isidis Pompa. Calcagnini lapsus. Syriæ Deæ circumlatores.

POst Scenæ, Theatrique spectacula nullibi magis apud Veteres in usu fuisse Personam, vestitusve absonam mutationem observavi, quam in eorum, quos veluti Deos habebant, festis, sacrisque recolendis, quo fit, ut omnem illum cultum, sui ipsius causa, per omnia ridiculum, ex hujusce ritus accessione, tanto majori ludibrio dignum fuisse appareat: ut ab eo non satis demirer, post diuturna tandem sæcula, sapientissimos homines, imo & gentes vix avelli potuisse. De mutua inter Dominos, & servos vestium permutatione, quæ per septem dies mense Decembri fiebat in honorem Saturni, notum est magis, quam ut explicatione indigeat, cum ex antiquis habeamus Lucianum, & Macrobium peculiaribus libris *Saturnaliorum* nomine, singula ad hunc ritum attinentia pertractantes: e quibus non omittendum illud occurrit apud Lucianum, quod e re nostra est, paucis forte notatum; fas fuisse iis diebus, præ cæteris solutioris ludi generibus, facie fuligine oblita incedere. Saturnalia etiam fœminis propria fuisse Calendis Martiis, affirmat Lazius lib. x. *Commentar.* cap. IX. in quibus consimilis vestium mutatio ab iis usurparetur, quæ præter auctores ab ipso citatos, innuit Macrobius *Saturnalium* primo, cap. XII. Et ne invidentiæ causa inter ancillas, & famulos altercatio oriretur, Festum ancillæ quoque, quam simillimum, quod Nonas Caprotinas appellarunt ex eo nactæ sunt, die quinta Julii Mensis, quod ut refert ἐν παραλλήλοις, & alibi, Plutarchus, cum bello Gallico hostilis concubitus dedecus a Matronis, vafro commento, avertissent, dignæ visæ sint, quæ in hujus facinoris memoriam, stato die, matronali vestitu superbirent. Quod, ex pari eventu, apud Smyrnæos quoque celebre fuit. Si vero hæc præterire velimus, non prætereunda certe Bacchi solennia, in quibus talem imprimis ritum usurpatum scimus. Threiciarum mulierum Bacchantium habitus, quo schemate, Prognes astus, Philomela delitescens, Terei custodiam evasit, nil aliud, quam Larvas quasdam fuisse deprehenderit, qui Ovidii hos versus VI. *Metamorph.* attentius consideraverit:

Tempus erat, quo sacra solent Trieterica Bacchi
Sithoniæ celebrare nurus, nox conscia sacri,
Nocte sonat Rhodope tinnitibus æris acuti,
Nocte sua est egressa domo Regina, Deique
Ritibus instruitur, furialiaque accipit arma,
Vite caput tegitur, lateri cervina sinistro
Vellera dependent, humero levis incubat hasta.

Et paulo post:

Germanamque rapit, raptæque insignia Bacchi
Induit, & vultus hederarum frondibus abdit.

Cæterum hunc ritum, non apud Thraces tantum, sed & apud Græcos, & Latinos frequentem, per-A vetustumque fuisse ex Virgilio habemus *Georg.* II. cum luculenta adeo Personæ descriptione, ut ea, quæ attuli, nullum certius argumentum requirant.

—— Baccho caper omnibus aris
Cæditur & veteres ineunt proscenia ludi;
Præmiaque ingentes pagos, & compita circum
Theseidæ posuere, atque inter pocula læti
Mollibus in pratis unctos saliere per utres;
Nec non Ausonii, Troja gens missa, coloni
Versibus incomptis ludunt, risuque soluto;
Oraque corticibus sumunt horrenda cavatis.

Ne quis autem putaret de Bacchanalibus loqui Vir-B gilium, quorum, & turpitudo nota est, & institutio recentior, quæque brevi post (ante Virgilium certe) ob flagitiosam obscænitatem Roma ejecta fuisse, perhibet Livius lib. XXXIX. sacra hæc Liberalia fuisse sciendum est, in honorem Liberi Patris, ad uberiorem vinearum proventum impetrandum instituta, quod ex eo constat, qui proxime post supra citatos sequitur, Virgilii versu:

Hinc omnis largo pubescit Vinea fœtu.

Ea Græcis διονύσια fuere, neque flagitiosis & nocturnis congressibus, ut Bacchanalia, sed ludicris C quibusdam & ridiculis, tum quovis anni tempore potu vini uberioris solenniter peragebantur, tum etiam præfinitis diebus. Incidebant enim Romæ post Veris initia, quo tempore vina a fæcibus eximebantur: In Græcia vero, quod Theophrastus expresse docet χαρακτήρων c. III. περὶ ἀδολεσχίας, in mensem ποσειδεῶνα, qui, vel sit December, ut facit Theodorus Gaza, vel Januarius, ut Josephus Scaliger, vel utriusque partem occupet, quod pluribus probatur, ut magis consentaneum τοῦ παντὸς διαμαρτάνει Auberius, qui hunc Septembrem interpretatur, πυανεψιῶνα Julium, βοηδρομιῶνα Junium, quorum ille verius sit Octobris, & D Novembris pars, hic vero Septembris, & Octobris. Sed, ne longius evagemur, quod in his tralatitiis haud difficulter evenit, præter hæc Bacchi sacra, fuerunt etiam minusculæ Quinquatrus, in honorem Minervæ, in quibus Personæ adhiberentur, si Plutarcho standum *Quæstionum Romanarum* LV. Idibus Januariis, hi vero Ovidio, *Fastorum* VI. cui etiam Censorinus adstipulatur cap. XI. Idibus Juniis. Ovidius:

Et jam Quinquatrus jubeor narrare minores,
Huc ades o cœptis, flava Minerva, meis.
Cur vagus incedat tota tibicen in Urbe,
E *Quid sibi Personæ, quid toga picta volunt?*

Censorinus vero: *Non tibicinibus, per quos numina placantur, esset permissum, aut ludos publice facere, aut vesci in Capitolio, aut Quinquatribus minusculis, hoc est, Idibus Juniis* (malim Urbem, si corrigendi jus mihi arrogarem, non enim facile occurrit hoc alibi, quam Romæ factitatum) *vestitu, quo vellent Personatis, temulentisque vagari.* His accedunt, quæ scribit Valerius lib. II. cap. V. a quo cæremoniæ hujus originem perere cuivis erit in promptu: *Tibicinum* (inquit (*Collegium solet in foro vulgi oculos in se convertere, cum inter publicas, pri-F vatasque ferias, actiones, Personis tecto capite, variaque veste velatis, concentusque edunt.* In Megalensibus quoque qui a die ante Nonas Aprilis, usque ad V. Idus, in honorem Matris magnæ, celebrabantur, ait libro primo Herodianus: *Summam omnibus quovis ludendi modo concessam licentiam, adeo, ut unusquisque quamcunque vellet Personam repræsentaret, neque ulla esset tam magna, aut eminens dignitas, cujus habitum non liceret ei, cui libitum fuisset, induto ludere, & veram spe-*

ciem

ciem occultare, ita ut non facile eſſet eum, qui imitaretur ab eo, qui revera eſſet dignoſcere; ſic, ut licentiam hujuſmodi ad ſtruendas Commodo inſidias opportunam putaverint nonnulli, infauſto tamen eventu. In his etiam ſacris, ante Deæ ſimulacrum ludere, Matronaſque ſpectatæ pudicitiæ pſallere ſolitas, memoriæ prodidit Alexander ab Alexandro *Genialium* XVI. cap. XIX. quin & convivia ſodalitateſque invicem agi; & quod Ovidius teſtatur *Faſtorum* IV. Scenici ludi populo exhiberi:

Scena ſonat, ludique vocant, ſpectate Quirites,
Et fora Marte ſuo litigioſa vacent.

Herculis etiam ſacra apud Coos Antiſtitem auſpicaturum, muliebrem ſtolam induiſſe, capitique mitram circundediſſe narrat Plutarchus *Quæſtionum Græcarum* LVIII. ex eo occaſione deſumpta, quod Hercules ipſe, e Troja rediens, illuc tempeſtate delatus, cum Meropum multitudine opprimeretur, ad Treſſam quandam mulierem confugere, talique illos habitu fallere ſit coactus. Eodem prorſus ornatu (Tacito referente) Caſtoris, & Pollucis antiquæ religionis luco, apud Nabarvalos in Suevia ſacerdos præſidebat. E contra vero, mulieres apud Argivos, patriæ ab hoſtibus Spartanis, poſt viros ingenti internecione cæſos proprio Marte vindicatæ, glorioſum illud μνῆμα ſervarunt, quod Plutarchus ἐν γυναικῶν ἀρεταῖς commemorat, ut in ipſo Novilunio quarti menſis (qui Thot olim Ægyptiis, ipſis pari ſignificatione ἑρμαῖος, nobis September eſt) quo die ab ipſis proſpere pugnatum fuerat, ſacra quotannis celebrarentur ὑβριστικὰ, id eſt, *contumelioſa*, quibus mulieres ipſæ virilibus tunicis, viri autem muliebribus induti intereſſent. Qua in re non tam videtur admiratione dignum, quod fœminile robur Naturæ modum exceſſerit, quin uberiorem riſum eliciat turpis virorum tolerantia, qui talem a ſe, quaſi muliebris ignaviæ confeſſionem extorqueri permiſerint: Recte enim, ſapienterque Charondas (quod ſcribit Diodorus lib. XII. nullum cenſuit gravius ſupplicium irrogandum iis, qui, vel in præliis ordines deſeruiſſent, vel patriæ cauſa armorum periculum ſubterfugiſſent, quam, ut in certiſſimum timiditatis, & inertiæ teſtimonium, muliebri ſtola exornati in medio foro omnium oculis exhiberentur. Cyprii quin etiam, quod Venerem marem ſimul, & fœminam exiſtimarent (ut cap. VIII. l. III. *Saturnalium* Macrobius) ſignum ipſius habuerunt ſtatura effigieque virili, utpote barbatum, veſte autem muliebri, cui ſacrum facturi apud Atthidem viri ſimul, & mulieres indumenta viciſſim commutabant. Et, Feſto docente, *Mutini Titini ſacellum fuit Romæ, cui mulieres velatæ togis prætextis ſolebant ſacrificare*. Quod velamenti genus, cum utique eſſet extraordinarium, non injuria inter Perſonas locum ſibi vindicat; ſeu prætextam velimus (quod vero videtur ſimilius) peculiarem fuiſſe Magiſtratuum quorumdam, puerorumque nobilium; ſeu cum Aſconio Pædiano fœminis uſque ad nuptias etiam communem. (Vide an huic Deo Mutino conveniant, quæ refert Ovidius VI. *Faſtor.* verſ. 627. uſque ad 635. & Dion. Halicarn. lib. IV. in princ. de Servii Julii Regis ortu.) Mutinus autem ille erat, quem Arnobius libro IV. & Lactantius *Inſtitutionum* I. cap. XX. *Mutunum* appellant, cui horrenti faſcino (Unde illi proculdubio nomen, ceu a Mutone, a quo etiam tales aliqui *mutoniati* dicuntur) ſponſæ nubentes inſidere permittebantur, quaſi auſpicabile ducerent cæca illa pectora, quod illarum pudicitiam Deaſter aliquis prior delibaſſe videretur. S. Aug. lib. VI. cap. IX. Ne autem pars ulla nefarii cultus Perſonæ velamento deſtitueretur, apud Plutarchum περὶ δεισιδαιμονίας refert Empedocles, ſolitos fuiſſe Pœnos, quotieſcunque propria pignora hoſtias Saturno immolarent (quod conſuetum illis, præter omnes humanitatis leges) ipſorum genuinam formam alio ſchemate transformare, ea forte de cauſa, ne patrius affectus ab illa tam perſpicua agnitione excitatus, facinus execrandum retardaret. In Sacris etiam Bonæ Deæ Perſonas adhibitas, tradit Jacobonius quidam *de Veteri Cæſiorum gente*, quo auctore non compertum: Suſpicor vero, in quoſdam verſus illum incidiſſe, quibus Juvenalis Satyra II. fœdiſſimas ſuorum temporum libidines exagitans in ipſius Deæ ſecretis ſiniſtrum morem invaluiſſe demonſtrat. Vidit, inquam, aut fallor, verſus illos Jacobonius, putavitque apparatum illum, quo viri modis omnibus in fœminas deformati deſcribuntur, non, ut res eſt ad execrandæ libidinis uſum, ſed ad ſacrorum ritum pertinere; quæ dicta ſufficiant, ne vide ır in lapſibus alienis (quod angue pejus exhorreo) ingenioſus eſſe velle; licet Jacobonius idem, cum eandem, quæ Iſis eſt, faciat Bonam Deam, manifeſtiſſimo rurſus, nec tolerabili errore labi videatur. Iſidis tamen ſacrum apparatum, tanta ſchematum diverſitate, ridiculiſque commentis inſtructum deſcribit Apulejus *Metamorphoſ.* lib. XI. ut nulla verius Pompa, Perſonatorum quoddam ſimulachrum, & imitationem repræſentet. *Ecce* (inquit ille) *Pompæ magnæ paulatim procedunt anteludia, vocibus cujuſque ſtudiis exornata pulcherrime. Hic incincto baltheo militem gerebat; illum ſuccinctum chlamyde copides, & venabula venatorem fecerant; alius ſoccis obauratis, indutus ſerica veſte, mundoque pretioſo, & adtextis capite crinibus, inceſſu perfluo fœminam mentiebantur; porro alium ocreis, ſcuto, galea, ferroque inſignem e ludo putares gladiatorio procedere: Nec ille deerat, qui magiſtratum faſcibus purpuraque luderet; nec, qui pallio, baculoque & baxeis, & hircino barbitio Philoſophum fingeret; nec, qui diverſis arundinibus, alter aucupem cum viſco, alter piſcatorem cum hamo indueret*. Cætera vero, quæ longa oratione proſequitur Apulejus, qui legere apud ipſum volet, haud injucundam deſcriptionem habebit frequentiſſimæ utriuſque ſexus turbæ, in qua alius, prout libido eſſet, alium geſtaret habitum, a vero tamen longe diverſum, & in qua, vel ipſi Antiſtites larvatorum præſeferrent imaginem, partim auguſtiori, quam pro conſuetudine, indumento, partim vero canis, aut etiam bovis facie ſuſcepta. Quæ licet ex Ægyptiorum inſtitutis emanaſſe videantur, non tamen ferendum, quod in Perſonatis Calcagninus hunc locum innuens, de Ægypto loquatur, cum apud Cenchreas, quod fuit Corinthiorum navale, hæc ſe vidiſſe referat ὄνειος ille Philoſophus. Myſtas etiam Syriæ Deæ, quodammodo Perſonatos ejus ſimulachrum deduxiſſe auctor eſt Apulejus idem *Metamorph.* VIII. *Variis eos*, dicens, *coloribus induſiatos, & deformiter formatos, facie cænoſo pigmento delita, & oculis obunctis graphice prodiiſſe, mitellis, & crocotis, & carbaſinis, & bombycinis*. Et hæc quidem de Perſonarum in ſacris, feſtiviſque Idolorum diebus apud Veteres uſurpatione.

CAP. IV.

Idem ritus in epulis, & commessationibus, testimoniis & exemplis comprobatus. In iisdem Larva argentea e Petronio. σομάτια apud Ausonium. Mos Ægyptiorum, Chinensium, Coorum, & mulierum Argivarum. Lycurgi institutum.

DEorum sacris, atque solennitatibus epulæ, & convivia proxime accedunt, sive publica ea sint, sive privata; In iis vero Personas nonnunquam adhibitas, & σχηματισμὲς, testes ex antiquitate locupletissimos habemus. Atheniensium quidem moris fuisse in talibus Personas gestare, Demosthenes *de falsa Legatione* docet, his verbis de Epicrate loquens: *Et hujus execrandi Cerybionis, qui in solemnitatibus sine Persona commessatur.* Homini sic exprobrans summam impudentiam, quod eum non puderet aliorum consuetudini adversari, & sine Persona publico, festoque convivio interesse. Idem etiam aperte satis Philostratus innuit ἐν εἰκόσι Comum Deum describens, quem multa turba circumseptum depingit: *in qua* (inquit) *mulierculæ cum viris incedunt, calceamentum commune habent, & præter propriam amiciuntur consuetudinem, nam Comus & mulieri virum agere, & viro stolam induere muliebriterque incedere permittit;* utpote, qui ebrietatis, & comessationum Deus sit creditus, ut Philostratus idem infra ἐν βοσπορεῖ, & ἀνδμίοις. Neque exempla desunt ad hæc comprobanda, legimus enim apud Athenæum lib. XII. Alexandrum illum Magnum cum lautius solito convivia celebraret, nunc Hammonis habitum purpureum, & cornua, tanquam Deum gestasse, nunc in Dianam se, aut Herculem, aut Mercurium refinxisse, quæ sane fictiones, effigierumque variationes (absque oris tegumento fuisse concedamus) Regem tamen illum vere larvatum, Personatumque constituebant. Pari modo Augustus epulum amicis dedisse traditur, quod vulgo δωδεκάθεος vocabatur, in quo Deorum, Dearumque habitu exornati convivæ discumbebant, ipseque præcipue Apollinis ornatu conspicuus. Qua de re festivum est hoc, quod sequitur, Epigramma apud Suetonium in *ejus vita* capite LXX.

Cum primum istorum conduxit mensa choragum,
Sexque Deos vidit Mallia, sexque Deas;
Impia dum Phœbi ludit mendacia Cæsar,
Dum nova Divorum cœnat adulteria:
Omnia se a terris tunc numina declinarunt,
Fugit & auratos Jupiter ipse thoros.

Quin & publice acclamatum est, Deos frumentum omne comedisse, cum summa penuria, & fames inter hæc civitatem urgeret. Solitum etiam fuisse, ut Larvæ quædam in medium convivium jacerentur, ea arte fabricatæ, ut figuram quamlibet exprimerent, e Petronii *Satyrico* vulgatum est, cujus hæc sunt verba: *Potantibus ergo, & accuratissime lautitias nobis mirantibus, Larvam argenteam attulit nobis servus sic aptam, ut articuli ejus, vertebræque coactæ in omnem partem flecterentur. Hanc, cum super mensam semel, iterumque abjecisset, & catenatio mobilis aliquot figuras exprimeret, Trimalcio adjecit;*

Heu, heu, nos miseros, quam totus homuncio nil est!
Sic erimus cuncti, postquam nos auferet orcus.

Quæ res ideo fiebat, ut mutationis, brevitatisque vitæ homines commonefacti ad lætitiam incitarentur, quo de præsentis vitæ fructu nihil abjicerent. Tangit etiam hunc morem Ausonius in *Præfatione Eidyllii* XIII. ludicrique hoc genus illud esse asserit, quod supra diximus σομάτιον, Latinis *oscilla* nuncupari. Id vero notum est ab Ægyptiis profectum, apud quos solenne erat (teste Herodoto in *Euterpe*) ut unus aliquis ligneum cadaver inter epulas circumferret, convivas hoc pacto ad bibendum, & oblectationem invitans. Vide Plin. epist. xv. lib. I. & epist. XXXVI. lib. IX. Nec prætereundum hoc loco, quod de Chinensibus scriptum invenimus, quam gentem bonis moribus excultam, multarumque rerum admirabilium ante Europæos inventricem fuisse consentiunt de rebus Indicis universi fere Scriptores; consuevisse eos scilicet, ut nullius generis lautitiarum desiderium relinquatur, convivas, quos opiparo admodum apparatu excipiunt, per homines Personatos jocis, & facetiis oblectare. Pertinet huc etiam, quod de Cois habet Plutarchus *quæstionum Græcarum* LVIII. statutum apud eos, ut in nuptiarum solennibus vir muliebri veste uteretur, quo veluti Symbolo demonstratum fuisse crediderim, vel alternam operam viri, & uxoris in re familiari administranda necessariam, vel potius virilem animum uxoriis, patriisque affectibus debilitari, qualique effœminari plerumque solitum, juxta eam Lucretii sententiam:

Et Venus imminuit vires, puerique Parentum
Blanditiis facile ingenium fregere superbum.

Quam Tassius noster, Poematis emendatissimi Rhapsodia x. in Orcano quodam elegantissime expressit:

E lieto homai de' figli, era invilito
Ne gli affetti di Padre, e di Marito.

Huic vero Coorum consuetudini legem, quasi contrariam ab Argivis mulieribus, post rem bene gestam insolescentibus sancitam, qua nuptæ in ipso concumbendi actu barbam habere jubebantur: sat erit digito innuisse apud Plutarchum *de mulierum virtutibus*, cum nihil suboleat prorsus, nisi muliebris impotentiæ redundantiam, in virili sexu proculcando ferociter debacchantem. Probabiliore consilio apud Spartanos Lycurgus nubentibus fœminis virilem habitum, capillorumque tonsum designavit (quod ex ejusdem auctoris arcula depromPsimus) ut, quas cæteroquin masculis exercitationibus assuefactas volebat, tali mysterio commonefaceret, ad hoc potissimum virile robur, animumque necessarium ipsis futurum, ut onera vitæ conjugalis intrepide sustinerent.

CAP. V.

Personæ in Triumphis. θρίαμβος unde? Hujus rei ab Atheniensibus origo. Personæ in bellis, & σχηματισμοὶ ad hostes decipiendos, sed & ad terrendos; cujus rei exempla e Gelonis, Æthiopibus, Phocensibus, Ariis, Hunnis, & Britannis, ubi per occasionem glasti *vox asserta apud Cæsarem; & de Agathyrsis Servius mendacii convictus. Exemplum e Britannicis item mulieribus. De veteribus quibusdam armaturis, & Turcarum Dellyis.*

SI vero in bellis etiam, immo & in ipsa Triumphi celebritate Personarum quandam speciem visam dicamus, ne quis absurda nimis me proferre existimet: De triumphis enim notum est, adeo ut a thriis, quæ ficulnea sunt folia, quæque ante inventas Personas earum vicem supplebant, Triumphi nomen deductum aliqui velint; *Priusquam enim* (ait tomo II. Zonaras in *Diocle-*

tiano) scenici Personas excogitassent, ficulneis foliis facies velati, dicteria versibus Jambicis proferebant, quam licentiam, & milites in Victoriæ festivitate, eodem ornatu, in Victores usurpabant, atque hinc Triumpho nomen: a θρίον, scilicet, & ἴαμβος, θρίαμβος, quæ vox paulisper immutata Latine *Triumphum* effecit, quod & Suidas quasi confirmare videtur; licet alii non desint, qui nomen hoc aliunde derivasse opinentur. Utcunque sit, talem apud Romanos militum licentiam in Triumphis non est qui ignoret, quod validissimi argumenti loco deservit. Indicat præ ceteris lepide Martialis lib. IV. *Epigr.*

Consuevere jocos vestri quoque ferre triumphi,
Materiem dictis nec pudet esse Ducem.

Et lib. VII.

Festa coronatus ludet convitia miles,
Inter laurigeros cum comes ibit equos.

Quam licentiam a veteri Atheniensium instituto fluxisse, vero haud absimile videtur, apud quos nihil minus permittebatur Personatis hominibus celebres quoscunque viros, in publicis Pomparum apparatibus, conviciis appetere. Quod priusquam occurreret apud Dionysium Halicarnasseum lib. VII. didiceram ego ex Demosthenis oratione περὶ τῆς παραπρεσβείας, in qua tale probrum ab ipso Æschini objicitur: *Et si pileolo capiti imposito obambularis, & in me convitia dixeris.* quo loco ejus Scholiastes Ulpianus annotat: *Homines Personas gestantes in Pompis convitiari solitos, infraque eas pileolos habuisse ne læderetur, & attereretur caput.* non tantum πιλίδια nominans ut Demosthenes, sed expressius etiam προσωπεῖα. Si quis autem absurdum existimaret, quod pileolos infra Personas habuisse tales dicantur, qui, secundum probabiliorem verisimilitudinem, eas infra pileolos habuisse debuerant, is considerandum sibi proponat, nulla re nos prohiberi, quo minus credamus, fieri potuisse, ut Veterum Personæ ea fuerint forma & magnitudine, qua, sinciput universum occupantes, ejusmodi pileolis locum infra se facile relinquerent. Adstipulantur iis, quæ diximus, Hermogenes libro *de Methodo gravitatis*, nec non Plutarchus ἐν πολιτικοῖς παραγγέλμασι, civilem virum a tali petulantia speciosissimo avocamento deterrens: Atque hinc est, quod Socrates nihil commotus sit, ob contumeliosa in se Aristophanis verba, quod (ut est apud eundem περὶ παίδων ἀγωγῆς) nihil differre persuasum haberet in Theatro ne, an in publico convivio dicteriis incesseretur. Quis neget autem, haud multum a Personatis distasse Alexandrum illum Magnum, ejusque copias cum (ut refert Q. Curtius, cæterique ejus vitæ Scriptores) comessabundus per Caramaniam incessit, Bacchicum triumphum imitatus, ita, ut exercitus ille non militum, sed furentium Baccharum chorus videretur. Et hæc quidem de Triumphis ad propositum argumentum in mentem venere. De Personis vero, seu Personarum quadam specie in ipsis præliis, vel ad circumveniendos, vel ad perterrefaciendos hostes usurpata; quantum quidem ad fallendos, hoc inter sagaciora stratagemata semper obtinuisse testantur historiarum monumenta, maximeque qui talia collegere Frontinus, & Polyænus, ut valentiores quique e militibus, ex occasione, vel in fœminilem habitum componerentur, quod fecit Solon adversus Megarenses, vel etiam in hostilem, quod Darius adversus Sacas, Cimon adversus Persas, Cato adversus Pœnos, aliique adversus alios fecere. Quo similiter respicientem Punicam Hannibalis versutiam, non est cur prætermissam velimus, quem libro tertio narrat Polybius a Celtis sibi metuentem, cum apud eos in hibernis esset, nec recens cum illis contracto fœderi satis confideret, adaptatis sibi cujuscunque generis capillamentis, vestibusque unicuique eorum congruentibus desumptis, occurrentes singulos fefellisse adeo, ut ægre vix ab intimis familiaribus agnosceretur. At quoad terrorem inferendum, ut res est minus fortasse cognita, pluribus videtur exemplis confirmanda. Horrendum præbuisse spectaculum, super omnia Larvarum terriculamenta, credendi sunt Geloni (e Scythis ii fuere) de quibus Claudianus *adversus Rufinum* primo:

Membraque qui ferro gaudet pinxisse Gelonus.

Ex quo *Pictorum* Epitheton nacti sunt apud Virgilium II. *Georgicorum*. Hi prodeuntes in prælium, quod Pomponius Mela docet libro II. cap. I. attestaturque Solinus cap. XXV. *Hostium cutibus equos, seque velabant, illos reliqui corporis, se capitum*: quod & quotidiano vestitu Anthropophagi fecere, *Cutibus cum capillo* (verba sunt Plinii lib. VII. cap. II.) *pro mantelibus ante pectora utentes.* De Æthiopibus habet Alexander *Genialium* I. cap. XV. eos dimidiatum corpus minio, dimidiatum gypso illinere solitos, quod & Phocenses aliquando fecisse, tradit Herodotus *Urania*, Telleam quendam Eleum vaticinium narrans, sexcentos viros e Phocensibus præstantissimos, gypso tam ipsos, quam arma oblevisse, eosque sub noctem Thessalis immisisse, quos Thessalorum primo excubitores, prodigium quoddam arbitrati, mox exercitus ipse adeo exhorruit, ut ad amplissimam victoriam locum Phocensibus dederit. Arii Germaniæ populi (ut est apud Tacitum in *Germania*) *Insitæ feritati tinctis corporibus arte lenocinabantur, ipsaque formidine, atque umbra feralis exercitus terrorem inferebant, nullo hostium sustinente novum, ac velut infernum aspectum.* Quamobrem non penitus laude caret, quod hisce commentis tot, tantæque nationes terribilem aspectum in militaribus congressibus affectaverint. Nam quod subjicit idem Tacitus, *Primi in omnibus præliis oculi vincuntur.* Hunni etiam præliaturi, si Bonfinio fides *Historiæ Hungaricæ* libro secundo, *Hirsutis se pellibus induebant, barbisque demissis, & intonsis crinibus, villorum instar feroces tantum terroris torvis obtutibus adjiciebant, ut solo aspectu, ne dum congressu hostes absterrerent.* Sed omnium maxime, quod sciam, Britannis celebris hæc consuetudo fuit, *ut glasto se inficerent, quod cœruleum efficit colorem, atque hoc horribiliori essent in pugna aspectu*: quod de his testatur Cæsar *belli Gallici* libro V. apud quem, non satis mirari possum, quamvis aliam lectionem nec sine veterum librorum auctoritate, invaluisse potius, quam *glasti* vocem; quam genuinam esse lectionem, vel ex eo certum est, quod Plinium habemus lib. XXII. cap. I. talem apposite glasto proprietatem afferentem. Ex hac corporum tinctura factum est, ut apud diversos auctores, diversa nomina sortiti sint Britanni. Eos etenim Propertius *Infectos* appellat, Martialisque alibi *cœruleos*, alibi *pictos*. Nisi epitheton hoc ad id referre malimus, quod de iisdem tradit Solinus cap. XXXV. *Britannis per artifices plagarum figuras jam inde a pueris, variæ animalium effigies incorporantur, inscriptisque visceribus, hominis incremento pigmenti notæ crescunt*: Hoc idem confirmat Herodianus lib. III. ad Severi usque tempora servatum fuisse; ex quo fortasse fuit, quod gens ex illis Pictorum nomine, non patrio, & veteri, sed e re nata a Romanis sit appellata, quod

conjiciendum reliquit Claudianus eo versu in III. *Honorii Consulatu*:

Ille leves Mauros, nec falso nomine Pictos
Edomuit.

Qui & in *bello Getico* dixerit:

Venit & extremis legio prætenta Britannis,
Quæ Scoto dat frena truci, ferroque notatas
Perlegit exanimes, Picto moriente, figuras.

Stigmata Britonum Tertullianus nominat libro *de velandis Virginibus*, & *Pigmata* Isidorus *Originum* lib. XIX. cap. XII. Serviusque ad illud IV. *Æneidos*:

Curetes, Dryopesque fremunt, pictique Agathyrsi:

Picti autem, dicit, *non stigmata habentes, ut gens in Britannia, sed pulchri, hoc est, cyanea coma placentes*: Quem tamen, quod pertinet ad Agathyrsos, Solinus cap. XXII. cum eoque Mela lib. II. cap. I. mendacii arguunt, diserte exprimentes, *Ora, artusque pingere solitos Agathyrsos, & sic, ut ablui nequirent, & quanto quis altero præstaret, tanto propensiore se nota tinxisse, ut esset indicium humilitatis minus pingi.* Simile quiddam de Getis Claudianus indicat *de bello Getico*:

Crinigeri sedere Patres, pellita Getarum
Curia, quos plagis decorat numerosa cicatrix.

Quod & de multis oræ Aphricanæ populis, & de Floridensibus in America narrans, qui eas regiones perlustrarunt. De Thracum mulieribus itidem picturatis, vide Athen. lib. XIII. Et, ut ad Britannos redeam, notatu dignum illud est, quod ad rem facit, fœminas eorum scilicet, virorum ferociam imitatas, habitu terribili sumpto, aliquando in aciem prodiisse. Testem dabo Tacitum *Annalium* XIV. *Stabat pro litore* (de Mona insula loquitur, quo se perfugæ receperant, incolisque sociaverant) *diversa acies, densa armis, virosque intercursantibus feminis, in modum furiarum, veste ferali, crinibus dejectis, faces præferebant.* Cujus aspectus novitate, milites adeo perculsos affirmat, ut, quasi hærentibus membris, immobile corpus vulneribus præberent. Huc congruenter caderet, quod Longobardicæ mulieres fecisse dicuntur, capillis in modum barbæ compositis, quo numerosioris exercitus speciem præberent, unde illi genti nomen; ni, qui ejus Historiam conscripsit Paulus Diaconus fabulam hanc ceu anile commentum, exploderet. Quod vero liquido demonstret, hoc veluti stratagema non populorum solummodo prioribus sæculis agrestium, sed & mitiorum, prudentiorumque fuisse; visuntur hodieque in celebrioribus potentiorum Dynastarum armamentariis pervetustæ cassides, Personarum instar, & ad humani vultus, & ad brutorum similitudinem fabricatæ. Tales prorsus a Germanis adhibitas, auctor est Plutarchus in *Mario*, quemadmodum Celtas Diodorus ait lib. VI. in iis, vel naturalia cornua apposuisse, vel avium, & quadrupedum effigies expressisse; Nec diversum valde Parthorum ritum affert e Suida Lipsius Dialog. V. lib. III. *de Militia Romana*, qui non ferarum imagines, sed capita ipsa galeis adaptabant, earum rictibus ad augendum horrorem utentes: fuitque id etiam Romanis ipsis familiare, ut non solum signiferi omnes (quod Vegetius habet cap. XVI. lib. II.) galeas haberent *ad terrorem hostium Ursinis*, vel, ut alii legunt, *hirsutis pellibus tectas*, sed & milites universi, Polybio teste, Lupi pellem, aut ejusmodi aliquid ipsis imponerent. Unde est, quod galeæ nomen non a galero, sed a felina pelle, licet non satis apposite deducendum Josephus Scaliger arbitretur in *suis ad Varronem conjectaneis*, quasi ἀπὸ τῆς γαλῆς tantummodo, nec aliunde nomen sumpsisse debuerit, quod ex cujuslibet animalis exuviis conficiebatur. Quæ dicta sufficiant, si corollarii loco tantum adjiciamus, quæ libro IV. cap. XIII. *Itinerum Orientalium* refert Nicolajus; quosdam esse apud Turcas armaturæ levis equites, sine stipendio militantes, quos *Dellyos* vocant, quasi eo idiomate stulte audaces, tum, quia insignis eorum sit præ cæteris in præliis conferendis audacia, tum quia deformi habitu, non tam conspicuos se, quam ridiculos præbeant, cum villosis Ursorum pellibus totum corpus induti, caput Leopardi exuviis contecti, singularis ornamenti loco in ipso frontis medio immensam Aquilæ caudam gestantes, ejusdemque alis parmæ defixis exemplar verissimum effingant larvalis simulacri.

CAP. VI.

Promiscua quædam de Personarum usu: Puta in luctu, ut Lycii. In Cæsarum ἀποθεώσει, & Virorum illustrium funeribus. In nocturnis Bacchationibus. Alexandriæ in thure interpolando. Polluci lux de mulierum Personulis. Idem correctus. Chinensium fœminarum Persona. σχηματισμοὶ luxus, & libidinis causa, tum virorum, tum etiam populorum; quod improbatum ex veteri lege Deuteronomii. *Senecæ loci duo ex collatione illustrati. Mulieres sexum mentitæ.*

NON tantum in iis, quæ supra recensuimus, Personas, habitusque fictitios suscipere e veteri more fuisse sciendum est, sed & in multis aliis, quæ unico hoc capite promiscue visum est superioribus adtexere. Consuevere Lycii, ut ex Valerio Maximo comperimus libro II. capite VI. cui & favet Plutarchus ἐν παραμυθικῷ πρὸς Ἀπολλώνιον: *quotiescunque iis luctus incideret, vestem muliebrem inducre, ut deformitate cultus commoti maturius stultum projicere mœrorem vellent.* Quod prudenti consilio cavit, qui legem illis præscripsit, luctum significans rem esse muliebrem, & a virili dignitate remotam, proinde celeriter excutiendam. Quin & cum Romanorum Principum, seu efferretur funus, seu consecratio perageretur, Personas fuisse visas testis est locupletissimus Herodianus libro IV. cui vel soli nefas sit fidem derogare, ni testes etiam alii duo accederent ἐκ τῶν διὸς δελτῶν Dionysius Halicarnasseus, & Suetonius, quorum ille certiores nos reddit lib. VII. priscis etiam temporibus *Satyricos Saltatores in Illustrium virorum funebribus pompis feretrum præcessisse*: Hic autem in *Vespasiano*, talem consuetudinem funeribus Cæsarum nominatim adscribit, in ipsius Vespasiani funere inquiens: Favonem Archiminum, Personam ejus ferentem, ut moris erat, facta, ac dicta vivi imitatum fuisse. Porro hæc sunt Herodiani verba: *Currus item decenti ordine circumaguntur* (circa rogum nempe, in quo Principis jacebat cadaver) *insessi purpuratis rectoribus, qui Personas ferant, imagines habentes omnium Romanorum, qui gloriose exercitus duxerunt, vel regnarunt; quæ, ubi celebrata sunt, facem cepit imperii successor*, &c. Fuit præter hæc antiquitus perversis adolescentibus in more positum, Larvis susceptis, urbes noctu pervagari, commentitioque schemate obvios quoscunque ludificari, qui forte mos etiam num vigeret, ni procacitas hujusmodi rectorum

feveritate coerceretur; Quam Veteres tamen haud impunitam reliquerunt peculiari conftituto Magiftratu, qui nocturnos errones caftigaret, quod ex iis Sofiæ ferviverbis apud Plautum *Amphitruone* colligitur; ubi is, multa jam nocte præ foribus obambulans, inquit:

Quid faciam nunc, fi tres viri me in carcerem compegerint?
Inde quafi e promptura cella depromar ad flagrum.

Exemplum iis, quæ diximus, fuppeditat Ælianus ποικίλων IX. cap. XXIX. in hæc verba: *Socrates aliquando, concubia nocte revertebatur a cœna; Adolefcentes igitur fcelerofi, & nequam cum eum redire cognoviffent, clam in infidiis expectarunt, cum accenfis facibus, & furiarum Perfonis; Socrates vero* (ut qui non minus, quam improborum fcommata, horrifica etiam quæcunque contemnere noffet) *cum eos afpexiffet, nihil perturbatus conftitit*. Confimili exemplo, Neronem noctu per Urbem debacchari folitum, referunt Suetonius, & Xiphilinus, eo ufque dementiæ provectum, *ut putaret clam homines effe, propterea quod variis generibus veftium, & appofitis comis uteretur*. Quod & his verbis *Annal.* XIII. confirmat Tacitus; *Nero itinera urbis, & lupanaria, & diverticula vefte fervili in diffimulationem fui compofitus pererrabat comitantibus qui raperent ad venditionem expofita, & obviis vulnera inferrent adverfus ignaros adeo, ut ipfe quoque acciperet ictus, & perferret*. Neque alienum eft a re noftra, quod Langlæus affert e Plutarchi *Cimone*, de Damone illo Peripolta Chæronenfi, qui noctis tempore æqualium coitione facta, facieque fuligine infecta Romanum quendam obtruncavit, a quo de ftupro interpellatus vim pertimefcebat; ut hoc exemplo fidem faciat, vetuftam effe hanc peccandi confuetudinem, ut nocturni graffatores fub quovis velamento, horrenda quævis facinora perpetrandi fumant audaciam. A cujus facinoris fimilitudine haud multum abeft, quod Plutarchus de Thebano Pelopida fcriptum reliquit, & Heraclides de Antenore Cephalenio, quorum uterque muliebri amictu armis fuperimpofito, fuæ quifque Patriæ Tyrannos, tali commento deceptos, egregie trucidavit. Nec filendum, quod habemus e Plinio lib. XII. cap. XIV. unde infignem quandam curam dignofcamus ab Ægyptiis adhibitam, ut in commerciis jus cuique fuum tribueretur. *Alexandriæ* (ait ille) *ubi thura interpolantur, nulla fatis cuftodit diligentia officinas, fubligaria fignantur opifici, Perfona adjicitur capiti, denfufve reticulus, nudi emittuntur*. Ut fcilicet omnem aditum ad aliquid furripiendum opifex fibi præclufum videret. Cum vero reticulum illum velint nonnulli, inter quos Langlæus, accipi debere pro fafcia quadam linea, vel lanea ad fimilitudinem retis facta, quam faciei quis admoveat, ne agnofcatur, in hunc fenfum verba illa Ciceronis detorquentes, quæ Actione VI. in Verris mollitiem profert, *Reticulumque ad nares fibi admovebat tenuiffimo lino, minutifque maculis plenum rofæ*. Confideratio inde fubiit (quamvis delicatos homines ad fœtores potius declinandos, quam ad faciem tegendam, talia crediderim adhibuiffe) non recens inventum fuiffe, quod plerafque matronas, & præcipue Gallicas factitare videmus, ut nempe ad Solis æftum, & ventorum rigorem, five etiam ad pulveris moleftiam depellendam, tenui aliqua Perfonula fibi vultum operiant. Idque eo audentius afferuerim, quod a Polluce lib. X. cap. XXXIX. in vafculorum ordine connumerari videam προσωπεῖον, μορμολύκειον, γοργεῖον, & ex Platone in *Sophiftis*, linteam faciem; ὀθόνιον enim prorfus πρόσωπον, vel ut Hefchelio placet, ὀθόνιον, non ut impreffi habent ὠθονιὸν, legendum. In cujus vocabuli explicatione haud mirum eft, eruditiffimum Bulengerum, anfam fe fruftra fatigandi reperiffe, a mendaci fcriptura ω pro ο deceptum, quæ cuivis etiam facillime impofuiffet. Et, quod ad rem pertinet expreffius fupra cap. XIX. inter inftrumenta Gynecæi προσωπίς, & ex Ariftophanis *Danaidibus* προσωπίδιον, hoc eft, *Perfonula* ab eodem Polluce reponuntur. Eandem confuetudinem retinere nobiles in China mulieres, elegantiffima illinc advecta peripetafmata demonftrant, in quibus tum variæ micent animalium picturæ, tum præcipue mulierum imagines, quæ Perfonatæ lectica vehuntur. Immane autem ad quantam longitudinem oratio excrefceret, fi de iis etiam minutatim differere liberet, quos & luxus, & perditæ etiam libidinis gratia, vel muliebri, vel alio cujufvis generis ficto indumento amiciri folitos reperimus. Non deficiunt tamen exempla, fi hominum fingularium quæras Nyniæ, Sardanapli, Caligulæ, Neronis, Commodi, Eleogabali, cæterorumque hujufmodi, quos naturæ piaculis juftius, quam hominibus adnumeres; quibus adjungas licet Polyftratum illum Athenienfem, Theophrafti difcipulum, quem refert Athenæus lib. XIII. tam molli, effœminatoque fuiffe animo, ut, quod Herculem olim Omphale ancillantem feciffe dicunt, tibicinarum veftes induere fuftineret. Si vero Urbium etiam, & populorum, Sybaritarum, Maffilienfiumque, unde ortum in molles, & pathicos proverbum, πλεύσειας εἰς μασσαλίαν; *naviges Maffiliam*, nec non Cumanorum, quorum pueros Ariftodemus Tyrannus in fœminarum modum comptos incedere coegit. Et, præter hos, Indorum quorundam novi orbis accolarum, eorumque præfertim, qui circa Portum Veterem, & Punam infulam habitant; quos fama eft, a Scriptoribus confirmata, in templis Idolorum fuorum Catamitos aluiffe muliebri habitu ornatos, vocem, inceffumque fœminarum æmulantes; Quæ omnia lectori cupido abunde fuppeditabunt Diodorus Siculus, Athenæus, Suetonius, Lampridius, Herodianus, Xiphilinus, aliique Hiftoriarum Scriptores quamplurimi. Prohibetur etiam fœminis virilis habitus C. *fi qua mulier* dift. XXX. Ad hanc legem vide quæ dicat Philo lib. *de fortitud.* Clemens Alex. *Strom.* XII. *quam rationem habet ea lex? An non vult nos effe veros, & nec corpore, nec factis, nec verbis, nec mente effœminati*. Vide Cic. I. *de Off.* & IV. *Tufcul.* Plut. *de aff. erga liberos*. Laer. in *Ariftip.* quod Plato dixerit *non poffe fe effœminata vefte uti cum effet vir*, &c. Cæterum ad hujus nequitiæ deteftationem pertinere, haud dubito (non enim nefas, cum res pofcat, his, licet ludicris, facra quædam admifcere) quod in Veteri Teftamento *Deuteronomii* cap. XXII. peculiari præcepto caverit Deus, *Ne induatur mulier vefte virili, neve utatur vir vefte fœminea, abominabilis enim eft apud Deum, qui facit hoc*: Ut qui abufu intolerabili Naturæ ordinem pervertat, feque omni potius vel graviffimo fupplicio, quam hominum confortio dignum reddat legibus univerfis in tantum fcelus infurgentibus, nec iis tantum legibus, quæ Divino, humanove confilio promulgatæ confpiciuntur, fed & iis, quas receptis moribus, fine fcripto Natura ipfa ftabilivit; quarum exempla hæc imprimis fibi affignanda Plato exiftimavit, ut ne quis nudus in publicum progrederetur, neu muliebri

uteretur indumento. Non male igitur, licet non ſatis pro neceſſitate, dixiſſe Seneca videtur Epiſtola CXXII. *Contra Naturam vivere, qui commutant cum fœminis veſtem.* Quem locum non alio ſpectare evincunt hæc, quæ proxime ſequuntur verba: *Non vivunt contra Naturam, qui expectant,* (Lipſius *expetunt*, ingenioſe nimis in Scriptore circa verborum delectum penitus incurioſo) *ut pueritiæ ſplendeat tempore alieno*? Non enim hæc ita diſtinguuntur a ſuperioribus, ut ſenſum ex alterutris diverſum elicere debeamus: En Seneca ipſe Epiſtola XLVII. quo perſpicue magis liqueat ſententia, ex alterius loci comparatione: *Alius*, inquit, *vini miniſter in muliebrem modum ornatus cum ætate luctatur, effugit pueritia, ſed retrahitur.* Pocillatores eximia forma, quaſi Ganymedes aliquos, laxioribus divitibus in uſu fuiſſe, paſſim ex Veterum lectione colligitur, eos autem ad ſecretiora miniſteria (quod noſtræ tractationi, & rei controverſæ pariter inſervit) & ad eorum ſimilitudinem alios, pari mollitie infames, Naturam ſimul, & veſtem habitumque corporis (ut Cliſthenes ille, de quo in proverbiis ex Ariſtophane) cum mulieribus commutare ſolitos utrobique Seneca ſignificat. Nec Lipſium in præſens moror, aut Petrum Fabrum, viros alioqui merito ſuſpiciendos, quibus aliter viſum. Voluit hic *Semeſtrium* I. cap. XV. de mollitie, & luxu eorum hæc intelligi, qui in cœnis appoſita veſte utebantur, muliebribus perſimili, qualis illa eſſet muliebris cœnatoria, qua Senatorem quendam uti ſolitum ait Q. Mutius apud Pomponium, L. *inter veſtem* ff. *de auro, & argento leg.* vel, qua indutus legitur Cornelius Fronto apud Xiphilinum in *Adriano*; acute enim, ut pleraque perſpexit vir erudititiſſimus τὴν στολὴν δειπνῖτιδα, non veſtem cœnatoriam, ſed muliebrem cœnatoriam verti debere, cum, ex communiori loquendi forma, ſtola ſit proprium fœminarum indumentum. Quales Athenæus ex Clearch. refert geſtare Terentinos conſueviſſe omnes. ἐφέρον δὲ, inquit, καὶ παρυφὴν διαφανῆ πάντες, ſic ferebant textilem pellucidam omnes, quibus nunc mulierum niteſcit cultus. Vide lib. XII. Lipſius autem *ad* III. *Annalium Taciti* de Sericis, Coiſque interpretatur, quæ etiam pellucidæ veſtes, quas licet ob tenuem materiam verſicoloremque texturam fœminis magis accommodatas, viri tamen, ad æſtus devitandos, paſſim uſurparent; Quaſi eadem mens Senecæ fuiſſet, quæ Juvenali, cum Satyra II. iis verſibus in Creticum inveheretur:

——— *Sed quid*
Non facient alii, cum tu multitia ſumas
Cretice, & hanc veſtem populo mirante perores
In Proculas, &c.

Et poſtea:

— *Quæro an deceant multitia teſtem.*
Acer, & indomitus, libertatiſque magiſter
Cretice pelluces.

Et ne quid prætermiſſum videatur. (prætereamus tamen monſtruoſum illud, ſeu fabuloſum magis Creſſæ mulieris commentum, *Quæ torvum ligno decepit adultera taurum*) Haud fruſtra eſſet, nonnulla hic mulierum exempla connumerare, quæ virili habitu ſumpto, ex qualibet cauſa, ſexum mentitæ reperiuntur; quemadmodum Hypſicrateam feciſſe, auctor eſt Plutarchus, ut cum viro Mithridate commodius eſſet; vel Semiramim, ad auctoritatem ſibi apud Aſſyrios ſtabiliendam, quod libro primo narrat Juſtinus, & *in Europium* confirmat Claudianus:

—— *Prima Semiramis aſtu*
Aſſyrii mentita virum.

Vel, honeſtiori ex cauſa, Axiotheam Phliaſiam, quam refert Laertius, ſapientiæ amore ſuccenſam virilem cultum aſſumpiiſſe, ut operam ipſi commodius, ſub Platonis diſciplina, navare poſſet. *Ibat autem tutius, quaſi inter cæteras mulieres, ut multi utriuſque ſexus in Socratis auditorio conveniebant.* Vide Apulejum *de dogm. Platonis*, & Athenæum. Veluti muliebrem e diverſo Euclides Megarenſis ſolitus erat aſſumere, quo tutius ad Socratem audiendum Athenas commearet, unde lege ſeveriſſima Megarenſes omnes prohibebantur: Ad cujus imitationem Taurus Philoſophus apud Gellium lib. VI. cap. X. ſciendi cupidos expergefacere a ſocordia conabatur. Sed his relictis, ad alia tranſire conducibilius videtur, quæ proprie magis argumento ſuſcepto conveniant.

CAP. VII.

Quænam pro Perſonis antiquitus in uſu replicatum, additis nonnullis. Antiquitatis vitium. Luna γοργόνειον ab Orpheo, unde conjectura de Perſonarum antiquitate. Mutatio veſtium ab Hercule. Ab Agricolis vultus tinctura e Tibullo. Scenicorum primordia. Item ligneæ Perſonæ. Pauſaniæ locus inſignis de vultus tinctura a Diana.

EO examine, quod in ſuperioribus de Perſonis, earumque uſu proſecuti ſumus, ſatis aperte declaratum, mea quidem ſententia, Perſonæ nomen ad indumenti non minus mutationem, quam ad oris cooperimentum pertinere. Declaratum præterea, prout ſe dedit occaſio, ante eas, quas nunc videmus Perſonas inventas, earum vicem ſuppleviſſe, vel minii, & cujuſcunque coloris, quin & fæci vel tincturam, vel ficulnea folia, quæ θρία vocarentur, vel alterius cujuſpiam herbæ, vel fruticis, qualem typum in φαλλοφόροις ſupra præbuimus. Meminit in hanc ſententiam Dioſcorides herbæ cujuſdam ἀρκείου appellatæ, quæ a nonnullis προσωπὶς, & προσώπιον dicatur, quaſi Latine *Perſonacia*, eo quod hac herba Veteres pro Perſona uti ſolerent, quoniam latis foliis inſtar cucurbitæ ſit prædita, commemorat eandem & Plinius lib. XXI. cap. XV. & Perſonam herbam paſtinacæ ſimilem, quæ foliis latis faciem tegat, nominat Columella lib. VII. cap. XIIX. Et hæc quidem, prout dixi ſatis dilucide; fæcium vero inunctionem pro Perſona jam olim uſitatam, præter ſuperius allata confirmat ad Ariſtophanis νεφέλας ejus Scholiaſtes, Poetas dicens, *Ne noti eſſent fæcibus unctos, Poemata per vicos cantitaſſe plauſtris inſidentes*; ex quo Sidonius, in temporis ratione nonnihil hallucinatus: *Pictum fæcibus Æſchylum* dixit, cujus jam ætate decentiores aliæ Perſonæ viderentur: licet tali vultus tinctura contentus Ariſtophanes poſt Æſchylum, quaſi Perſonatus in Scenam prodierit, Cleonis perſonam acturus. Unde vero Perſonarum uſus ortum habuerit, ſive is vultum inficere, aliove quovis tegumento cooperire, ſeu veſtes mutare dicendus ſit, adeo incertum eſt, ut pro eruenda hujuſce rei qualicunque notitia ad fabulas potius, quam ad Hiſtorias ſit recurrendum. Id ſecum vitii ferre plerunque ſolet Antiquitas, ut vel origines rerum penitus oblivioni tradat, vel fabulis involvat, ut eam non immerito obſcuram appellet unanimis eruditorum conſenſus. Cum vero certo certius ſit,

non Thespim, neque Chærilum, de quibus ex Suida superius, primos ex omnibus talem consuetudinem usurpasse: videat, obsecro, Lector (ipsius enim judicio prorsus acquiesco) an Personarum usum, & Thespim, & Chærilum, & quemvis forte alium dramaticum Poetam, multis ætatibus præcessisse, hoc argumento comprobari possit, quod de iis Orpheus, tanto illis omnibus antiquior, mentionem fecisse videatur. Locus est Clementis Alexandrini *Stromatum* lib. v. quo refert Epiginem libro quodam de Poesi Orphei, *Ea, quæ æqua Orpheum sunt ejus propria exponentem* dicere, ab ipso Orpheo Lunam vocari γοργόνειον; Quod licet epitheton ex eo natum videatur, quod ea, quæ in Luna est facies Gorgonis aspectum quodammodo præseferat, non absurde tamen eo torqueri posset, ut Larvam ipsam, quasi Personatam diceremus, cum γοργεῖα idem esse, quod γοργόνεια supra demonstraverimus, pro iisdemque etiam προσωπεῖα usurpari; Eoque magis quod Hesychio γοργεῖα dicuntur προσωπεῖα id est, *Larvæ*, in quibus effictum sit Gorgonis caput. At vestium mutationem non aliunde, quam ab Hercule fluxisse crediderim, in hanc sententiam adductus tum ex iis, quæ supra retulimus capit. III. e Plutarcho, occasionem Cois dedisse, in ejus sacris muliebre indumentum suscipiendi, tum, quod eundem ipsum narret Ovidius, alias cum Lyda puella in sacris Bacchi vestem mutasse, ut Faunum ludificaretur, qui puellæ illius amore deperibat. Ejus hi sunt versus, *Fastorum* II.

Forte comes Dominæ juvenis Tirynthius ibat,
Vidit ab excelso Faunus utrunque jugo:
Vidit, & incaluit, montanaque numina, dixit,
Nil mihi vobiscum est, hic meus ardor erit.
Ibat, odoratis humeros perfusa capillis,
Mœonis, aurata conspicienda sinu.
Aurea pellebant tepidos umbracula soles,
Quæ tamen Herculeæ sustinuere manus.
Jam Bacchi nemus, & Tmoli vineta tenebat
Hesperus, & fusco roscidus ibat equo.
Antra subit, tophis laqueata, & pumice vivo,
Garrulus in primo limine rivus erat:
Dumque parant epulas, potandaque vina ministri,
Cultibus Alcidem instruit illa suis.
Dat tenues tunicas, Gætulo murice tinctas,
Dat teretem Zonam, qua modo cincta fuit,
Ventre minor Zona est, tunicarum vincla relaxat.
Ut posset magnas exeruisse manus:
Fregerat armillas, non illa ad brachia factas,
Scindebant magni vincula parva pedes.
Ipsa capit clavamque gravem, spoliumque Leonis,
Conditaque in pharetra tela minora sua.

Quos versus referens Lazius *Commentariorum* lib. x. cap. IX. meras nugas nugatur, cum ex hoc talem ad Saturnalia consuetudinem traductam affirmat, de Lupercalibus enim expresse, non de Saturnalibus Ovidium loqui perspiciet, qui cætera apud ipsum pervestigabit. Primos autem omnium, agricolas vultum tinctura fœdasse, auctor est Tibullus Elegia I. lib. II.

Agricola & minio suffusus Bacche rubenti
Primus inexperta duxit ab arte choros.

Atque hinc est, quod supra retulimus, Theatralia e Liberalibus orta fuisse; cujus rei evidens erat argumentum, quod non solum scenici ludi Libero essent attributi, ut Lactantius docet lib. III. *Institutionum* capite XX. sed & promiscue
A ludi Liberalia vocarentur, qua in re Tertullianus ait, libro *de Spectaculis*, *Honorem Liberi Patris manifeste sonabant, Libero enim a rusticis primo fiebant ob beneficium, quod ei adscribunt pro demonstrata gratia vini*. Nihilque minus mos ille retentus, de quo Scholiastes Aristophanis, ut in Dionysiis certarent Tragœdi & veteris Comœdiæ Poetæ, præter testimonium ab Horatio præbitum & in *Poetica*, & in Epistola primi libri II. *ad Augustum*, cui quasi suffragatur Athenæus lib. II. scenicorum inquiens initium ex compotatione, & temulentia fuisse in Icario Atticæ pago τῆ τρυγῆς, hoc est, *vindemiæ* tempore. Non sum vero nescius, ex alio-
B rum opinione, quam Eusebius adstruit II. *de Præparatione* cap. II. Theatri spectacula a Liberalibus ex eo fluxisse credita, quod saltantes Satyri, tragiceque canentes, Bacchum secuti dicerentur, ut aliquibus eum jocularibus oblectarent, cum recens editus ad speluncam Nyses (a qua Dionysii nomen) inter Phæciciam, & Nilum, Mercurii opera, trajiceretur, a Nymphis educandus. Sed ne præter orbitam diutius; hujusmodi tincturæ occasio ex eo sumpta videtur, quod dum Baccho sacrum fieret inter vina defæcanda, libido nonnullos præ lætitia incesserit, iis fæcibus ora inun-
C gendi, quod reliquorum forte consensu comprobatum, receptumque (ut res inventas facile est nova accessione facta perpolire) aditum ad alia figmenta comminiscenda præmonstraverit. Confirmat hoc quoque modo Tzetzes Chiliade VI. quem citat etiam Bulengerus. Primos etiam agricolas Personarum speciem quandam excogitasse, conjicitur ex iis, quæ Servius annotat *ad illud Virgilii*;

Oraque corticibus sumunt horrenda cavatis.

In sacris scilicet Bacchi referens, eos quasdam sibi arborum cortices, ceu Personas adaptare soli-
D tos: Unde Hesychio sunt προσωπεῖα ξύλινα *Personæ ligneæ*, quo respexit etiam Prudentius libro II. *in Symmachum* dicens;

Ut tragicus cantor ligno tegit ora cavato.

At insignis extat narratio apud Pausaniam in *posterioribus Eliacis*, qua tincturæ, operimentove faciei vetustiorem, illustrioremque originem afferamus: *Apud Letrinos* (ait ille) *Alphejæ Dianæ fuerunt cum simulacro ædes. Deæ ob hanc causam cognomen impositum memorant; Alpheum amore captum Dianæ, postea quam ad nuptias ejus conciliandas, nihil se, aut gratia, aut precibus profecturum intellexit,*
E *vim ei afferre conatum. Verum, cum illa, fugiens insequentem amatorem, Letrinos usque ad nocturnos choros pertraxisset (interesse enim Nympharum lusibus consueverat) ibi Deam sibi, suisque comitibus cœno os oblevisse, quare, cum Alpheus a Nymphis Dianam discernere nequisset, elusum abiisse*. Atque hæc de Personarum, & χματισμῶν origine, quantum quidem ex intimis vetustatis recessibus extrahi potuit.

CAP. VIII.

Personarum duplex causa. Prima ad fictam imitationem, cujus rei testimonia. Horatii locus expli-
F *catus. Proverbium, ὐ πρόσωπον, ἀλλὰ προσωπεῖον φέρειν, in fucatas mulieres. In mores fictos, de quibus moralis digressiuncula. Res Personata. Perpensus Arriani locus in* Epicteto. *Persona pro prætextu. Causa Personarum secunda, ob verecundiam, testimoniis confirmata. Alia Proverbii explicatio.*

PORRO, duplicem ob causam talem usum adinventum quavis luce clarius apparet: primum

A quidem, ad effigiandam, repræsentandamque in scenis faciem ex occasione diversam, & ad verius imitandam Personam, quam quisque agendam susceperat. Cicero *pro Roscio* in hanc sententiam. *Cujus* (scilicet ejus quem supra tetigerat, C. Fannii Chereæ) *Personam præclare Roscius in scena tractare consuevit*. Et paulo post: *Nam Ballionem illum improbissimum, & perjurissimum Lenonem cum agit, agit Chæream; Persona illa lutulenta, impura, invisa in hujus moribus, natura, vitaque est expressa, qui quamobrem Roscium sui similem in malitia, & fraude existimarit, nihil videtur, nisi forte, quod præclare hanc imitare se in Persona Lenonis animadvertit*. Et Horatius sermone v. libri v. de eo, qui facie deformis esset:

B

—— In faciem permulta jocatus,
Pastorem saltaret uti Cyclopa rogabat,
Nil illi Larva, aut tragicis opus esse cothurnis.

Necessitatem in aliis Personarum tacite arguens ex eo, quod in tali essent supervacaneæ, qui vel sine Larva, & Persona Cyclopis imaginem referret. Et Ovidius *Fastorum* VI. dum originem, causamque Personarum in minusculis Quinquatribus prosequitur.

C

Callidus, ut posset specie, numeroque Senatum
Fallere, personis imperat ora tegi.
Admiscetque alios; & ut hunc tibicina cœtum
Augeat, in longis vestibus esse jubet;
Sic reduces bene posse tegi, &c.

Atque hinc dictum arbitror, Personatum esse eum, qui faciem haberet fucatam, juxta proverbium, de quo Pollux lib. I. cap. XVI. οὐ πρόσωπον, ἀλλὰ προσωπεῖον φέρει, *non faciem, sed Larvam gestat*, scite admodum concinnatum in fucatam mulierem, quæ non aliud, quam Personata videatur, cum insitam deformitatem obvelare, vel supervenientes ætatis vitio rugas distenta cute differre connititur; vel (quod ait idem Pollux) *oculos perstringit, supercilia denigrat, lineas semicirculares circumducit, frontem dimetitur, roseas genas fingit, momentaneum florem cito deflorescentem. Artem Naturæ anteponit, fucatum vero, firmo infirmum, & fragile, rebus ipsis picturam, imaginem pro ipso vivo simulacro*. Quod vitium familiare admodum mulieres habent quamplurimæ, ab insita vesania præpeditæ, ut Clemens Alexandrinus inquit lib. III. *Pædag.* cap. II. quo minus intelligant, se propriam pulchritudinem infeliciter amittere, dum externam affectant, neque quam sit absurdum, cætera quidem animantia, naturalibus ornamentis satis contenta exultare, mulierem vero proinde, ac bestiis inferior esset, & plantis, se esse adeo deformem existimare, ut externa, & aliunde quæsita pulchritudine indigeat. Cum alioquin, sicut inustæ notæ fugitivum, ita colores (ut ita dicam) adscititii adulterum vultum indicent. Sic apud Petronium Chrysis ancilla: *Quo spectant flexæ pectine comæ, quo facies medicamine attrita*, &c. *nisi, quod formam prostituit, ut vendas*. Hac de re lepidum extat Lucilii Epigramma *Anthologiæ* II. cap. IX. quod Græcum apponam, quia leporem ipsius in antithesi præsertim inter nomina πρόσωπον, & προσωπεῖον existentem, Latino sermone assequi vix possibile censeam:

D

E

F

Τὴν κεφαλὴν βάπτεις, γῆρας δὲ σου οὔποτε βάψεις,
Οὐδὲ παρειάων ῥυτίδας ἐκτανύσεις;
Μὴ τοίνυν τὸ πρόσωπον ἅπαν ψιμύθῳ καταπλάττε,
Ὥστε προσωπεῖον, κ᾽οὐχὶ πρόσωπον ἔχειν.
Οὐδὲν γὰρ πλέον ἐστὶ, τί μαίνεαι, οὔποτε φῦκος,
Καὶ ψίμυθος τεύξει τὴν Ἑκάβην Ἑλένην.

Ac, si Latine diceres,

Sæpe caput tingis, nunquam tinctura senectam,
Nunquam rugosas explicitura genas.
Desine jam faciem stibio depingere totam,
Persona est etenim tunc tibi, non facies.
Nil habes hinc lucri, quæ est hæc dementia? fucus,
Et color haud Hecubam fecerit umquam Helenam.

In quam sententiam Martialis etiam in eum, qui capillorum pigmento posse se capitis senium, quasi serpens, exuere arbitrabatur, epigramm. XLIII. lib. III.

Mentiris juvenem, tinctis, Lentine, capillis,
Tam subito Corvus, qui modo Cycnus eras;
Non omnes fallis, scit te Proserpina canum,
Personam capiti detrahit illa tuo.

Jure optimo muliebrem in viro dementiam irridens, cum fieri omnino nequeat, ut veram ostendat animam, qui caput habet adulterinum, quæ Clementis supra citati sententia est; utque noctu mulier non convincatur, qui clara luce sub radiis Solis formam virilem abnegat. Quocirca Spartanorum Rex Archidamus senis cujusdam Cei taliter infecti congressum, jure sibi visus est abnuisse, quod nihil veri putaverit expectandum ab eo, quem propalam non puderet mendacium in capite circumferre. *Personam habere, non faciem*, dicuntur ii etiam, qui alii videri velint, quam re vera sint, diversosque a propriis effingant mores, & ex Publiano Mimo:

Hæredis fletus, sub Persona, risus est.

Quales illi apud Lucianum in *Piscatore*, qui, Simiæ cum essent, Heroum Personas assumere non dubitarent, ad instar Cumani illius Asini, qui Leonina indutus pelle Leo ipse quoque videri volebat. Eodem prope sensu Seneca *de Beneficiis* lib. II. *Quid tantopere te supinat, quid vultum, habitumque oris prævertit, ut malis habere Personam, quam faciem?* id est, ut malis te præferre qualis non es, quam videri qualis es. Et Cicero *pro Cluentio*: *Irridebatur hæc illius reconciliatio, & Persona boni viri suscepta*. Videmus autem plerunque tales (non enim a proposito digredimur, licet ex occasione ad mores aliquid interseramus) quod Personas assumant sibi non accommodatas se ipsos, ipsumque ornatum dehonestare, ut nil minus se præstent ridiculos (res enim ridicula est ex Martialis Præfatione lib. II. *togam saltanti inducere Personæ*) quam Mimus aliquis Tragicus, qui mollis cum sit, & effœminatus, Achillis, Herculisve Personam suscipere ausus, tam indecore illam qua voce, qua gestibusque sustineat, ut Helenam potius, aut Polyxenam agere videatur: *Nam & multa incidunt*, (ait Seneca *de Tranquillitate*) *quæ invitos denudent, &, ut bene cedat tanta sui diligentia, non tamen jucunda vita, aut secura est semper sub Persona viventium*: Quibus, majori saltem ex parte, quod Jupiter queritur apud Lucianum *Icaromenippo*, *Si personas, & stolam illam auro sparsam detraxeris* (virtutis scilicet decorem falso affectatum) *ridiculum est, quod superest, nempe homunculus septem denariis ad agonem conductus*: Bene ergo Lucretius libro III.

Quo

Quo magis in dubiis hominem spectare periclis
Convenit, advorsisque in rebus noscere quid sit.
Nam veræ voces tum demum pectore ab imo
Ejiciuntur, & eripitur Persona, manet res.

Ut non immerito hoc genus homines, maxime vero pseudophilosophos illos, qui elatis superciliis, & manibus barbam sustinentes, in reliquisque severo vultu stantes, ultra Xenocratis imagines (ut habet Synesius epistola CLIV.) omnium ut sciam argute dicacissimus Lucianus sub hac præcipue Histrionum metaphora insectandos susceperit, quod facit in *Nigrino*, *Piscatore*, *Icaromenippo*, unde digressionis hujusce materiam depromsimus. Ad rem vero quod attinet, haud dissimili ratione, Personata dicitur res quæcunque quæ re vera sit ab ea, quæ appareat. Seneca epistola XXIX. *Quod vides accidere pueris, hoc nobis, quoque majusculis pueris evenit; illi, quos amant quibus assueverunt, cum quibus ludunt, si Personatos videant expavescunt; Non hominibus tantum, sed & rebus demenda Persona est, & reddenda facies sua*. Dixerat autem alio loco, nempe *de Ira* lib. II. cap. XI. *Ira per se deformis est, & timetur a pluribus, sicut deformis Persona ab infantibus*. Quasi dixerit, tunc non fore metuendam, cum deformi illa Persona, quæ terribilem ei quodammodo faciem superinducit exuta conspiciatur. Dicitur ab eodem Seneca, epistola LXXXIX. *Personata felicitas*, his apposite verbis; *Quos supra capita hominum, supraque turbam delicatos lectica suspendit, omnium istorum Personata felicitas est, contemnes illos, si despoliaveris*: Si enim extrinsecus penitus aurei videntur (qua ratione apud Lucianum pauperes consolatur Saturnus) intrinsecus putres sunt, & pannosi, qualia sunt tragica indumenta pannis admodum vilibus super imposita. Quo facit Arriani locus ille in *Epicteto* lib. III. cap. XXII. *Magistratus, & honores, quid autem hæc ille curat?* (puta Philosophus) *quod, si iis rebus aliquis eum terrere conetur, Pueros, inquit, quærito, illis Personæ sunt formidabiles; ego vero testacea ista esse novi, intrinsecus vero nihil continere*. quibus ex verbis, cum in ea Bulengerus incidit, haud satis teneo, solerti ne magis, an solida conjectura προσωπεῖα sibi ὀστράκινα confixerit, *Personas testaceas*: Efficiat enim Martialis, quem alibi citavimus, dum Batavi Personam describens, eam *figuli lusum* appellat, ut fictiles fortasse Personas apud veteres fuisse credamus: non tamen videntur hoc loco ὀστράκινα illa sic ad προσωπεῖα pertinere, ut Personarum quarumdam materiem fuisse testaceam designent, quin rem potius aliquam inanem, & contemptibilem significare videantur. Lucretius lib. IV.

Sic eliditur, ut si quis prius, arida quam sit
Cressam personam allidat pilæve, trabive.

De tota re decidant Græca ipsa verba, quæ mihi quidem (ut suum est cuique judicium) non alium proferunt sensum. Ea sunt Ἐκείνοις τὰ προσωπεῖα φοβερά ἐστιν. En punctum in primis, per quod sententia distinguitur. ἐγὼ δ' οἶδα ὅτι ὀστράκινα ἐστὶν ἔσωθεν δ' οὐδὲν ἔχει. Haud tamen crediderim, doctissimo viro rationes penitus deesse, quibus a se proditam opinionem tueatur, neque enim eam stabilire volenti, ὀστάκινα hæc, nihil intrinsecus continentia, a Larva illa Æsopica videbuntur admodum dissimilia, quam vulpes in Histrionis domo pertractans, ut ingeniose fabricatam admiratur, & ut cerebro carentem irridet. Non est vero, qui nesciat, alicujus etiam, sive hominis, sive rei quoque ministerio pro Persona uti dictum ex vulgari loquendi forma, quotiescunque, vel aliquem, quasi instrumentum adhibemus, aliud interim agentes, ad negotium aliquod conficiendum, vel quamvis rem, veluti prætextum obducimus intentioni nostræ obvelandæ. Sic Heliodorus libro II. Æthiopicorum: *Cum igitur initium molestiarum, & ærumnarum mihi divinitus impendentium, quas jam ante præsciveram, mulierum esse deprehendissem, & intellexissem, quod esset fatalis necessitatis involucrum, quodque is, cui tum sors obtigerat Dæmon illam sibi, tanquam Personam induisset*, &c. Hæc quidem Ethnico sensu, licet a scriptore Christiano eoque ordinis sacrosancti, sic enim Personæ proferentis mores requirebant, sed qui non longe recedat ab iis, quibus Dei ipsius eloquium Job capite XLI. Infernalis Behemot malitiam arguit dicens; *Quis revelabit faciem indumenti ejus?* Ac si manifeste significaret, tot illum, tamque diversis insidiarum fallaciis, & præstigiarum technis consilia, quæ per faciem intelliguntur, in hominum perniciem suscepta obumbrare solitum, ut non minus difficile sit cuivis ea deprehendere, quam ex primo intuitu hominem, non assueto amictu vestitum, Personaque velatum dignoscere. Adinventas item Personas (quæ altera causa est) ad turpitudinem earum rerum occulendam, quæ in rebus ludicris fiebant, docet Servius ad illud, quod jam retulimus ex Virgilio, *Quia necesse erat pro ratione sacrorum aliqua ludicra, & turpia fieri, quibus populo posset risus moveri, qui ea exercebant, propter verecundiæ remedium hoc adhibuerunt, ne agnoscerentur*. Ut & veteres Comici, quod supra relatum ex Aristophanis Scholiaste, τὴν τρύγα χριόμενοι, ἵνα μὴ γνώριμοι γνώωνται. Et ad illud Demosthenis, qui Epicratem notaverat, quod in festis accumberet sine Persona Ulpianus Rhetor annotat: *Impudentiam autem ejus volens ostendere dixit sine Persona, nam in festis tunc volentes irridere aliquos gestabant Personas, ut non verecundarentur*. Unde est, quod proverbium illud *Personam habere, non faciem*, in eos adaptaverit Adagiographus, qui sine aliquo pudoris retinaculo turpia quævis palam, & aperte patrare non verentur, impudentia ipsa, quasi Persona quadam audaciores facti. In tibicinibus illis, qui minuscularum Quinquatrum festo Personati incedebant, affirmat Valerius Maximus libro II. capite V. *Personarum usum pudorem circumventæ temulentiæ causam habere*. Indigne quoque acceptum scimus e Xiphilino, & cum optimatium gemitu, quod Nero nobiles viros, qui, præ pudore Personati, spectaculis inserviebant ipso cogente, Personas in scena deponere jusserit, Histrionum apparatu comptos *eos patefaciens hominibus, apud quos ipsi paulo ante magistratum gesserant*. Et de his quidem haud plura, paucis iis, quæ dicenda suppetunt, ex multis, quæ fortasse supersunt, in sequens interim caput rejectis.

CAP. IX.

Personati Larvati, qui & furiosi. Larvæ a Laribus, & de Laribus illustrati Horatii versus. Personarum insectatio; Maxime in mulieribus. Vita nostra Personatorum Pompa. De Carnis privio varia, tamen indecisa.

Cum ex Personarum usu licentiam sumi dixerimus ea faciendi, quæ sine Personis agere indecorum esset, recte factum videtur, quod

Personæ dictæ sint etiam Larvæ, & Personati, Larvati autem Pompejo Festo dicuntur *furiosi & mente moti*. Unde Apulejus Apologia: *Hunc denique qui Larvam putat, ipse est larvatus*: Idem Apulejus *Metamorph.* lib. IX. de eo qui maleficio adductus in laqueum fuerat: *Quemadmodum Larvatus ad inferos descendisset*. Ut enim larvatus a Larva, sic Larvæ dicuntur a Laribus, quorum peculiare fuisse insaniam immittere innuit Horatius sermone III. lib. III. Postquam multis verbis avaros insecutus, eos furiosos, insanosque esse demonstrasset, inquiens:

Non est perjurus, neque sordidus. immolet æquis
Hic porcum Laribus.

Ut scilicet hac supplicatione placati, quam Laribus, prout aliis etiam numinibus exhiberi solitam norunt Philologi, non ipsi, si sanus sit, insaniam immittant. Nil autem magis, quam insanire videntur homines eo anni tempore, quod jejunium Quadragesimale præcedit, quando connniventia Præsidum audentiores facti in id unum omnes student, mirabili prope consensu, ut, diverso quisque schemate, diversas edat dementiæ demonstrationes. Qua ex re, utpote ex semente fœcundissima, vix credibile dictu est, quam plerumque multiplex oriatur immanissimorum flagitiorum seges. Hinc etenim, magis quam aliunde, stupra, adulteria, rixæ, odia, cædes, morum corruptelæ, atque adeo publici boni perturbationes, urbiumque ipsarum certissimæ pestes. Ita ut æquo jure fecisse videantur Angli, apud quos Polydorus ait *de rerum inventoribus* lib. V. cap. II. capitale fuisse si quis Personam induisset. Quod & in Galliis, Francisci Regis decreto sancitum, refert Langlæus, immo & ipsam Personarum nundinationem a Senatu Parisiensi interdictam, anno MDXIV. in hoc lege lata. Æquo jure, inquam, quia quam longissime ab æquo recedit humani capitis excellentiam, (de qua præclare Paulus J C. l. *cum in diversis* ff. *de relig. & sumpt. funer.*) furialibus ridimiculis dehonestare: longius vero Christiani capitis, Christi ipsius in baptismate charactere insigniti. Si enim, *Non debet facies ad similitudinem Dei formata fœdari*, quod cautum est lege *si quis in metallum*. Cod. *de pœnis*; dignus etiam coercitione videtur receptus hic abusus, non commaculandæ solum, sed & monstrosis figmentis ejus imaginis obscurandæ, quæ cœlestis pulchritudinis in homine cernitur impressa, eoque magis, quo commodiorem ansam nefariis hominibus præbet sub quadam latendi spe, qualiscunque sceleris moliendi: Quod inventum quis neget non alteri justius adscribendum, quam communi nostri generis hosti? qui divinæ in nobis similitudinis exemplar exosus, hoc sibi machinamentum censuerit adornandum, quo ad suæ ipsius formæ speciem quandam induendam, priori illa venustissima quasi repudiata, inconsiderate alliceremur: Cum tales alioquin fuci, facieique tegmina, quod habet etiam Langlæus, vel impostoribus tantum ob vitiatam fallendi consuetudinem, vel Histrionibus, ob artis necessitatem conveniant, non autem honestis, probisque viris, qui quales sunt, tales etiam ut appareant opere maximo studere debent. Larvas Dæmonum ni Clerici ante se ferri consentiunt Cajet. cap. *nullus presbyterorum* dis. XLIV. quia hoc diabolicum est, & a sac. Canon. prohibitum. has vero Larvas Burchardus interpretatur. Talamasius item cap. *nullus*, dict. v. *de consec.* & cap. *cum decorem*, *de vit. & honest. cler.* ubi Glossa. & cap. *ut prælatorum*, & cap. *etsi deceat*, prohibe-

A tur ecclesiarum Prælatis, ne mutatis aut transformatis habitibus discurrant aut vagentur. *extravag. comm. de majorit. & obedientia*. Utut vero cætera videantur perferenda, ob ea saltem, quæ jam inde a principio dixi, Rerum publicarum rectoribus alicujus relaxamenti populis permittendi necessitatem imposuisse; intolerabile tamen est, omnique penitus excusatione indignum, immo maxima potius vituperatione dignissimum, quod eadem licentia mulieres, non eæ modo, quæ impudico quæstui vilia corpora manciparunt, sed & Matronæ quælibet, pudicitiæ, & honestatis nomine in primis fastosæ sub tali velamine lascivire,
B absque reprehensione conspiciantur. Sapienter sensisse, fecisseque Albertum Saxoniæ superioris Ducem nemo saniori mente præditus negabit, quem Crantzius refert, *Saxoniæ* libro XII. cap. XXIII. cum Lubeccam venisset, Larvatarum fœminarum spectaculo offensum, Lubeccensem Senatum commonefecisse; *Ut abusum illum antiquaret, qui ut multis alioqui pudicis fœminis præstaret audaciam, sic impudicis esset stultitiæ incrementum.* Phintyæ Callicratis filiæ Pythagoricæ fœminæ in hanc fere sententiam documentum habemus apud Stobæum sermone LXXII. *Ut Matresfamilias abstinerent ab Orgiis Bacchi, & matris Deum festis*,
C in quibus lasciviæ hunc ludum percelebrem fuisse jam diximus; Quod & publicis alioquin legibus prohibitum testatur: *Quia mulierem illam, quæ domui regendæ præest, temperantem, pudicam intactamque convenit esse: hujusmodi autem festa incitamenta quædam, ceu igniculos habent ad petulantiam excitandam*: In iisque mulieres ita paulatim assuescunt impudentiæ (quod Jo. Lodovicus Vives inquit lib. primo *de Christiana fœmina*, ubi prolixa acerrimaque insectatione hujusmodi prosequitur ineptias) *ut detrimentum, quod sub Persona accepit verecundia, citra Personam se profe-*
D *rat, & ostendat*. Aliæ virili habitu, veste mutata erubescunt esse quæ natæ sunt. Contra naturam, immo ultra naturam est, non exercere, quæ nata sis, Hieron. epist. VII. XXII. Quem enim quæso, ut Satyrographi Principis verba e Satyra VI. ad meum mihi propositum usurpem:

Quem præstare potest mulier larvata pudorem
Quæ fugit a sexu?

Quæ ille verba (ut erat perversi cujusque moris
E insectator acerrimus) in eas mulieres prolata, quæ tanquam arenæ pararentur, armis tectæ, præpostero studio, pali exercitationibus insudabant, proculdubio si viveret, nec minori cum indignatione præsentem abusum esset prolaturus. At ex sentibus hisce rosam, vel illæsus, excerpserit, cui lubitum fuerit in mentem revocare, mortalium hanc vitam nil aliud esse, quam Personatorum Pompam. Hunc videmus etenim, Personam Regis a Deo impositam, indecore ita, ut nihil magis, sustinere, illum servi gerentem Regiam affectare; hunc perpetuo vitæ cursu fortunæ donis conspicuum,
F illum cum egestate litigantem, causaque cadentem squalentibus pannis obsitum, corpus vix usque ad exitum sustinere; illum vero, quod mirabilius videtur, in medio ipso apparatu vel præter spem ad summum fastigium ex intimis tenebris elatum, vel post diuturnam felicitatem miseris modis depressum. Ut varia interim, diversaque hominum vota, studiaque prætereamus, quæ non invicem tantum contraria sunt, ut fert ingeniorum diversitas,

sed sibimet ipsis quam sæpissime adversa. Neque enim præter rem Seneca dixit epist. CXX. *Magnam rem esse, unum hominem agere, præter sapientem autem* (& quis non pullos vulturinos facilius, quam talem commonstret) *neminem unum agere, cæteros multiformes esse*. Quæ omnia longo ordine ab Hippocrate epistola quadam *ad Damagetum* ex Democriti sensu elegantissime explicata, haud longe distant a fabulæ alicujus dramaticæ, variis perturbationibus implicitæ similitudine, eoque minus, quod ex cujusque morte fabula soluta, prout Histriones videmus, depositis hisce ad momentum effictis ornamentis, actoris vera facies, habitusque denudetur, interiorisque hominis miseria, & deformitas, vel ex eo fiat perspicua, quod nulla res eum, qui Rex videbatur, a servo; Divitem, a mendico; omnium opinione felicem ab ærumnoso discriminet. Unde est, quod festivissimus, vereque elegantiarum (utinam & modestiæ) Arbiter Petronius dixerit:

Grex agit in scena Mimum, pater ille vocatur,
Filius hic, nomen divitis ille tenet:
Mox ubi ridendas implevit pagina partes,
Vera redit facies, dissimulata perit.

Martialisque Epigrammate 11. libri XI. quasi Parœmiace, *Personatos factus*, commentitia hæc dignitatum nomina indigetaverit. Quibus, qui efferuntur, non magis felices sunt Senecæ epistola LXXVI. *quam illi, quibus sceptrum, & chlamydem in scena fabulæ assignant, cum præsente populo elati incesserunt, & cothurnati, simul exierunt, excalceantur, & ad staturam suam redeunt*. Ne vero, ob ea, quæ dixi, lege Flavia *de plagiariis* mecum aliquis censeat agendum, ni digito locum designem unde sumpta sunt, consule, obsecro lector, Luciani *Necyomantiam*, item *Somnium*, & *Navigium*, multaque præterea reperies, quorum causa mirari subeat potius, cur nam Heraclitum illum Ephesium ineptias hasce generis humani semper deflere delectaverit, aut Crassum illum risus osorem nunquam cachinno dignari, quam, quod sapientissimus Democritus eas perpetuo sibi duxerit risu effusissimo prosequendas. Reliquum esset, ut ad ea, quæ de Personis, si non exacte, saltem pro viribus explicavimus, nonnulla adjungerentur, quibus ea solveretur dubitatio, quæ de Carnis privii, Personarumque per ea tempora frequentioris usus origine inter aliquos vel hæreat, vel oriri possit. Sunt enim, qui affirment Lupercalium hæc esse vestigia, quæ Februarii mense celebrabant Veteres nudi, præcinctique loris discurrentes, & maxima cum lætitia insanientes. Sunt qui Saturnalium reliquias arbitrentur, quibus festis circa finem Decembris, vestimentorum mutationes inter servos, & Dominos, cœnationesque frequentes, & lautiores inter amicos fieri solitas diximus. Sunt etiam, qui Bacchanalium esse velint imaginem, ea scilicet adducti ratione, quod turpe nimis insaniendi, ventrisque exsatiandi studium, turpitudinem illorum sacrorum, quam vel Ethnici exhorruerunt apprime repræsentet. Langlæus a Quinquatriis, Megalensibusque fluxisse opinatur, Quinquatria, Megalensesque confundens, quos tempore, cerimoniisque distingui patefecimus. Neque de Megalensibus penitus dissentirem, si ut convenit hujus licentiæ cursus per ses dies continuos, eodem modo anni tempus conveniret. De Quinquatriis vero, ut de Dionysiis, & Saturnalibus fidem aliquam videtur facere Plutarchus περὶ ἀθυμίας, in iis innuens, sed & in aliis festis, liberiore spatio se oblectandi vulgus potiri. Nec temporis ratio admodum discrepat quantum ad Dionysia, dato illo, quod supra retulimus, ποσειδεῶνα mensem, quo illa celebrabantur, magna sua parte in Januarium excurrere. De quibus etiam tale quid haud obscure subindicat Lucianus libro *De non credendo calumniæ*. Cum Platonicum Demetrium narrat, certissimum capitis discrimen apud Ptolæmeum cognomento Dionysium tulisse, quod aquam in Dionysiis potare, solusque omnium muliebre vestimentum recusare diceretur: Ni coram ipso, prout talium sacrorum mollities requirebat, & vino libasset, & muliebri tunica vestitus ad cymbalum saltasset. Nec forte deerunt, qui a Majuma hæc velint derivata, de quo festo titulus est Codicis, quodque ab Arcadio propter nimiam licentiam penitus sublatum habemus e Codice Theodosiano, quodque S. Joannes Chrysostomus Homilia de Davide, & Saule conqueritur ludorum nimia obscœnitate, omnium libidinum imagines, & verbis & re ipsa evidenter adumbrasse. At nil prorsus ausim ego asserere, nullo in presens satis firmo testimonio fultus: Quod, si aliquid necessario asserendum esset, pedarius suffragator Vivis sententiæ adjungerer, qui libro, quem supra citavimus de Christiana fœmina, morem hunc non ita pridem invectum arbitrari se ostendit. Certe, Carnis privii mentionem (quod Ἀπόκρεως Græce vocatur, improprio adeo utrinque vocabulo, ut nihil minus faciat ad ipsius temporis consuetudinem, quæ carnium potius ingurgiatio videtur esse, quam privatio) Carnis privii, inquam, mentionem, quæ in nullo Veterum occurrit, in Nicephoro Gregora primum reperire contigit, cujus hæc sunt verba, in vita Andronici senioris, qui quidem Constantinopoli imperavit circa annum Domini MCCLXXXI. *Carnis privium enim instabat, cum lautioribus conviviis, & poculis dedit mortales, & vini intemperantia, facilius ad seditiones concitantur*. (Vide vero an fallaris, cum *priva* antiquitus dicantur propria.) Illud restat innuendum, in Calendarum ineuntis anni superstitiosa observatione, quarum extat in Libanio ἔκφρασις luculenta, præter ea, quæ Martinus de Roa e Societate Jesu literis mandavit, *Singularium* lib. IV. cap XI. speciem aliquam visam eorum, quæ in nostro Carnisprivio observantur, circa idem prope tempus initio sumpto. De quibus omnibus, si pluribus differere in animo esset, & altius repetenda, & longius producenda esset oratio. Cæterum ab hujusmodi scriptione calamum suspendere necesse fuit, quod necessarium iter in ipso scribendi fervore, non a Larvis modo, sed & a Laribus me festinanter abduxerit.

MARQUARDI FREHERI

CECROPISTROMACHIA

ANTIQUA DUELLI GLADIATORII SCULPTURA

IN

SARDONYCHE

EXPOSITA.



CUM NOTIS

HENRICI GUNTERI THULEMARII,

J. V. DOCT. ET ANTIQUISSIMÆ HEIDELBERG. UNIVERSITATIS PROFESSORIS ORDIN.

V. CL.

JANI GRUTERI

HISTORICI ET BIBLIOTHECARII ARCHIPALATINI.

SAlve par gladiatorum, quos carcere multam
Puniit ætatem parvula gemma ſuo.
Arte *Freberæa* libertas reddita vobis,
Quam nullæ poterunt diminuiſſe dies.
Quin ante elingues, *ipſius* munere jam nunc
Aſſiduo haud unos promitis ore ſonos,
Sufficitisque orbis totius ubique Theatro,
Qualia non quovis tempore Roma dabat.

ILLUSTRI ET GENEROSO DOMINO,

DN. HERMANNO ADOLPHO

COMITI IN SOLMS, DOMINO IN MUNTZENBERG, WILDENFELS ET SONNENWALD, &c.



UPER argumento rarissimæ gemmæ, cujus ectypon Illustris Comes JOHANNES ALBERTUS agnatus tuus attulit, sententiam meam exquiris, Domine Illustris. Feci jussa, si non excessi. Nam quod omnibus antiquæ elegantiæ studiosis visu cognituque volupe fore putarem; typis describendum curavi. Quod bona cum gratia tua fiat, rogo, imo & suadeo, quando non alius incomparabilis cimelii, neque immerito tibi in deliciis habiti, fructus major esse potest, quam aspectum ejusdem, admirationem, conjectationem aliis communem facere. Risum olim populo Romano movit ineptia Elagabali, gemmas sculptas in calceamentis gerentis, quasi possent sculpturæ nobilium artificum eo loco videri, ait Tranquillus. Tibi vero etiam commendatiorem istam reddet nostra expositio: atque utinam & me simul. Cujus promtitudinem in re levicula periclitatus, rogo ad omne officium illustri Domui tuæ paratissimam & credere & occupare dignere. Vale Domine Illustris. E Plinianis, Kal. Septemb. MDCVII.

MARQUARDUS FREHERUS.

MARQUARDI FREHERI
CECROPISTROMACHIA
ANTIQUA DUELLI GLADIATORII SCULPTURA IN SARDONYCHE EXPOSITA.

a HABUERINT Romani suum circum, theatra, feralem harenam: habuerint non A solum vana, sed & cruenta spectacula; b suosque, ut ipsi vocabant, ludos & voluptates,

---

a 1. *Habuerint Rom. suum Circum*) a Circe famosissima ista venefica *Circum* dictum quosdam opinatos fuisse scribit Tertullianus libro *de spectaculis*. Varro (quem Augustinus lib. I. *de consens. Evangelist.* omnium Romanorum doctissimum vocat, quemadmodum olim scripsi diss. *de Nuptiarum Sacrilegio* num. III.) nomen *Circi* inde deducit, quod in circuitu spectaculis ædificatis ibi ludi fierent *de ling. Lat.* lib. IV. Huc faciunt illa Claudiani *de* VI. *Cons. Honor.* vers. 613.

—— Cum Regia Circi.
Connexum gradibus veneratur purpura vultus.

Nic. Heinsius V. CL. *convexum* mavult in *Not.* ibid. p. m. 186.

2. Alii inde derivant quod illic circum metas ferretur pompa, id est, Deorum imagines & statuæ, quarum multæ in Spina Circi collocatæ erant. Nam istas magna pompa sacerdotes in Circo circumferebant, affectante turba: Suetonius de Augusto: *Accidit votivis Circensibus, ut correptus valetudine lectica cubans thesas deduceret*, in *ejus vita* cap. XLIII. Scilicet venhiculum, in quo sacra Circensi pompa ferebantur, religiose assequebatur, ceu pingit Biæus in *nummis Croicis* tab. XLIII. num. XXI.

3. Vocabant autem *Spinam* terram in medio Circo aggestam, quam tramites ambiebant exactis per metarum designationem lineis, ut vectoribus commode essent, & in hac Spina stabant velut in aggere columna Fortunæ, columnæ Tutelinæ, columnæ Metiæ, columnæ Segetiæ, Ædes Solis, simulachrum Cybeles, aræ Deorum, simulachrum Victoriæ, Delphini, & prope obeliscum Lunæ positæ erant septem metæ parvæ (ὠιδῆ δημιουργήματα appellat Dion) indices quod septenis spatiis vel curriculis absolveretur missus. Kipp. *ant. Rom.* lib. II. cap. VI. num. II.

4. Circi Romæ plures erant. Alius dicebatur *Circus maximus*, quem primus Tarquinius Priscus Rex spatio inter Palatinum & Aventinum montes porrecto, forma ovata, media in urbe, egregia amplitudine, ut versus Orientem semicirculi specie, Occidentem versus duobus rectis angulis, desineret, exstruxit, Livius lib. I. *Hist.* Dionysius Halic. lib. III.

5. Alii erant, ad differentiam illius, *minores*, quorum Romana in Civitate postea octo vel novem fuisse commemorat. P. Victor lib. *de urbis regionibus*. adde Plut. *de quæst. Rom.* LXVI. Martial. *Epigr.* lib. XII. Rosin. *ant. Rom.* lib. V. cap. IV. Cl. Hofman. *Lexic. V. Circi.*

6. Antiquam Romam non solum, sed & νέαν Ῥώμην (quam Constantinopolim contra voluntatem Constantini Maximi Imp. vulgus appellavit) Circis conspicuam fuisse docet Ammianus Marcellinus *Hist.* lib. XIV. his verbis: *Ingressus Constantinopolim* (Gallus sc. Imp.) *tanquam de rebus prosperis & securis, editis equestribus ludis, capiti aurigæ imposuit coronam, ut victoris*: Et lib. XXII. *Mamertino ludos edente Circenses manumittendis ex more inductis per admissionum proximum*: (Dempsterus *add. ad Rosin.* lib. V. cap. IV. legit *admissionalium* proximum) *ipse lege agi dixerat*. Consentit Paul. Diaconus lib. XVI. inquiens, *Venit Constantinopolim, & ingressus est hippodromum*. Corippus lib. I. num. XVIII.

—— tunc munere solis adempto
Principibus delatus honos nomenque Latinis,
Et jucunda novæ *Circensia munera* Romæ.

7. Circi istius Byzantini situm, formam & obeliscos eleganter delineat Onuphrius Panvinius lib. I. *de ludis Circens.* pag. 6. & 49

b 8. *Suosque, ut ipsi vocabant, ludos*) erant apud Romanos ludi vel privati, vel publici. *Privati* fiebant talis, latrunculis,

[a] ut alii, vanitates[b] crudelitates, diritates: bene scilicet de humano genere meriti, quod in Martia & sanguinaria urbe excogitatas, & in artem redactas provinciis etiam coloniisque tradiderunt. Feliciores Germanos, qui nec habuerunt illa, nec desiderarunt, nec æstimarunt. Nisi forte quis culpabit, si in istorum scriptis illa jam innoxiis oculis usurpamus; & rem ipsam aversantes, memoriam ejus excolimus, non jam oculos cruore pascentes, sed animum varia cognitione.

Atque en editorem magnificum! [c] produxi *proxime fulmineam suem Cappadocem*, venatione non quidem harenaria (quanquam nec ejus Principibus pudor) sed sylvatica ab ipso Cæsare confectam. Nunc par gladiatorum dabo, utut cætera bene compositum, nominibus insuper admirabile, crudo duello commissos, neque hos simplici modo spectandos exhibebo. De Nerone proditum est (apud Isidorum lib. XVI. *Orig.* cap. VII.) gladiatorum pugnas majoris voluptatis ergo in Smaragdo spectasse: quod genus si extento corpore sit, speculi modo imagines reddat, gratissimam interim oculis præbens refectionem. Nos in eximia *Sardonyche* non pugnam, sed pugnæ fabulam recognoscemus; non avidos cædis oculos, sed antiquitatis curiosos afferentes, neque sicam machæramque callidi calidique pugilis, sed scalprum cestrumque eruditi artificis admirantes: neque impressa miseri jugulo laterive vulnera, sed incisas nobili gemmæ literas figurasque notantes. Video enim in hanc partem felicitatis cum ipsis athletis agonistisque famosos gladiatores venisse, ut eorum memoria variis monumentis traderetur, de quibus ita Tertullianus *adversus Gnosticos*; *Sed quantum illi & cruores & vibices negotiantur intendis. Coronas scil. & gloriam, & dotes, & privilegia publica, stipendia civica, imaginem, statuas, & qualem præstare potest seculum fama æternitatem, de memoria resurrectionem.* Cui ignotus erit, dum Lucilii Horatiique versus vivent, Placidejanus ille:

—— Optimus multo
Post homines natos gladiator qui fuit unus.

Quis Aureolum, Hermetem, Narcissum, Palum, Palumbum, Specillum, Speratum, Tritanum non leget, qui Cæsarum vitas evolvet? Jam & saxis inscripti apparent de hoc grege Cæruleus, Decoratus, [d] Felix natione Tunger, Flamma, Generosus, Philocles, Pantinus gente Phryx, Rubenius, Taurus, alii. Extat Romæ ignoti nomine gladiatoris statua, hodie libellis famosis recipiendis [e] Pasquini vocabulo famosissima. Est in splendidissima Rhætiæ colonia-

---

tesseris, harpasto, pila, petauro, fritillo, trochis, discis, alea. Omnes illos descripserunt Jul. Cæsar Bulengerus, Thomas Dempsterus *addit. ad lib.* V. *antiq. Rosin.cap.*I. Kipp. *ant Rom.* lib. IV.cap.IV.

9. *Publici* erant duplicis generis, *Scenici* scil. & *Circenses*. Isti nomen habebant a Græca vocula σκηνὴ, *umbram* significante, in umbra quippe agebantur, & ingeniorum acumine ac agilitate actionis vel arte constabant. De his Scenicis curatissime edisserunt Jul. Cæs. Scaliger l. I. *de re poet.* Bulengerus lib. *de Theatro*, Lilius Gyraldus *dialogis tribus de Scena*, Polyd. Vergilius *de rer.invent.* lib. III. cap. XIII. qui videri possunt.

10. *Circenses* etiam dicebantur *Gymnici*, quia varia corporis exercitia in illis peragebantur ad firmitatem, agilitatem & pernicitatem demonstrandam. Eos descripserunt Onuphrius Panvinius & Jul.Cæs.Bulengerus specialibus libris, Petr.Faber in *Agonistico*, Hieronymus Mercurialis lib. *de re gymnastica*. Rosinus d.lib.IV.cap.V. Isaacus Casaubonus quoque tractatus *de ludis* a se conscripti *ad Suetonium & Athenæum* mentionem facit, qui tamen lucem nondum adspexit.

11. Hos ludos Circen (de qua supra *num.* I.) omnium primam in honorem Solis patris sui (uti est in fabulis) excogitasse opinantur multi. Sed illos non Soli, ut Circus ipse, verum Cereri sacros fuisse Scriptores optimæ notæ testantur. Tacitus *Ann.*lib. XV. inquit: *Circensium ludorum die, qui Cereri celebratur*: Et postea eod.libro: *utque Circensium Cerealium ludicrum pluribus equorum cursibus celebraretur*, qui dies pridie Idus Apriles in Calendario antiquo Romano notatur verbis his: LVDI CERERI: & biduo ante in eodem Calendario LVDI IN CIRCO, quod notavit ex Dionis lib. XLII. & XLVII. Angelus Politianus *Miscellan.* cap. LXXXV.

12. Adstipulatur Ovidius lib. IV. *Fast.*

Circus erit pompa celeber, numeroque Deorum,
Primaque ventosis palma petetur equis.
Hic Cereris ludi non est opus indice causa.

Et Juvenalis Satyr. XIV.

——— ergo omnia Floræ
Et Cereris licet & Cybeles aulæa relinquas,

a 13. *Ut alii*) inter illos Tertullianus est, in *Apologetico* cap. XXXVIII. inquiens: *nihil est nobis dictu, visu, auditu cum insania circi, cum impudicitia theatri, cum atrocitate arenæ, cum Xysti vanitate.* S. Hieronymus hanc in rem ita: *Habeat sibi Roma suos tumultus, arena sæviat, circus insaniat, theatra luxurient.*

b 14. *Crudelitates, diritates*) imo *furores*. Tertullianus lib. *de Spectaculis* cap. XVI. *cum ergo furor interdicitur nobis, ab omni spectaculo auferimur, etiam a circo, ubi proprie furor præsidet.* Laudatus B. Hieronymus *in vita Hilarionis, non circi furoribus, non arenæ sanguine, non theatri luxuria delectabatur.* Ausonius:

Hinc fora dissultant clamoribus: hinc furiosi
Jurgia sunt circi.

Tertullianus iterum lib. *de pudicitia* cap. VII. *perit igitur & fidelis elapsus in spectaculum quadrigarii furoris.* Vide Desider. Herald. *comment. in Tertull. Apolog.* cap. XXXVIII. num. XLVI. p. m. 149.

c 15. *Produxi proxime fulmineam suem Cappadocem*) intelligit hic Freherus expositionem Sapphiri Constantii Imp. *anno* hujus seculi *secundo*, & sic libro ante Cecrop. stromachiam editam.

d 16. *Felix natione Tunger*) de illo loquitur marmor Rom. apud Gruterum in *volum.* pag. CCCXXXIV. *num.* III.

DIIS. MANIBVS. M. VLPI. *FELICIS*. MIRMILLONIS. VETERANI. VIXIT. ANN. XXXXV. NATIONE *TVNGER*. VLPIA, SYNTYCHE. LIBERTA. CONIVGI. SVO. DVLCISSIMO. BENEMERENTI. ET. JVSTVS. FILIVS. FECERVNT.

e 17. *Pasquini vocabulo famosissima*) Conspicitur ista statua marmorea apud ædes a Francisco de Ursinis Urbis Rom. Præfecto (uti in ostii superstylio legitur) ædificatas. Sed quis ille Pasquinus? quidam opinantur esse simulachrum unius ex primariis ducibus Alexandri M. qui nomen Pasquini habuerit. Alii putant statuam hanc ipsum M. Alexandrum designare, qui iracundiæ obediens Clytum a se interfectum brachio complectitur. Zwingerus vol. XXI. *theatr. vitæ hum.* lib. III. fol. 3709. notat sartorem fuisse, qui Papam & Cardinales ob vitia mira libertate & impunitate reprehendere solitus fuerit, & post obitum statuam marmoream gladiatoris habitu acceperit.

18. Vero autem magis accedunt, qui Pasquini statuam pugilem vel Martem aut militem designare existimant, quia speciem luctantis refert, cui marmoreum fragmentum instar humani trunci subjacet, quasi cum eo conflictari & pro vita dimicare vellet, ceu eleganti cælatura eandem delineat Nobiliss. Dn. Joach. a Sandrart, in StocKau, Vir de Germania nostra meritissimus, Fautor noster honoratiss. in pridem dono transmissis *Admirandis Statuariæ* a Celeberrimo nostrique amantissimo Polyhistore Dr. Christoph. Arnoldo *Latinitate donatis* p. m. 10. tab. I.

19. Unde autem huic Pasquini) nomen Romani, Antoninusque Tibuldeus Ferrariensis apud Wehner. *obs. pract.* V. *Pasquil*, id illi

h..c

nobile a veteris balinei pavimentum, cujus redivivum nobis aspectum reddidit conservavitque Amplissimus ejus Duumvir M. Welser *Aug. Vind.* fol. 237. opere tessellato figuras & nomina retinens Ajacis, Alpi, Antonii, Aprii, Asturis, Crispi, Leonidis, Lytræ, Manlii, Palumbi, Siripi, Spicii, gladiatorum olim celebrium. Vix tot Heroum nobis monumenta supersunt. Atque en nobile par in gemma quoque dignum conspici visum, jam post tot secula in lucem rediens, memoriam sui renovans, studiosorum hominum oculis, mediæque Germaniæ novos ludos faciens.

A

Ante ludos b Editores libellos proponere solebant (quod & heic factum c literæ singulares istæ PP. forte denotant) quibus dies futuri muneris, item nomina & paria gladiatorum exprimerentur, scilicet alliciendæ plebi & expectationi commovendæ: neque hoc lepidissimo *Saturnalium* scriptori omissum; Lipsius lib. II. *Saturnal.* cap. XVIII. Ea nomina an ipsi suo sibi ingenio adsciscerent, an d a lanista vel editore acciperent, parum refert, & utrumque forte factum. De posteriori quidem Lampridius in *Commodo* tangit: Gladiatorum etiam certamen subiit, & nomina gladiatorum recepit eo gaudio, quasi acciperet triumphalia. Herodianus de eodem: *ἑαυτὸν τῷ μονομαχήσαντων ἐνδόξου τινὸς προτελοσηχότος ὀνόματι καλεῖσθαι προσέταξε*. Jam qui lusus, quæ lascivia Veterum in nominibus ejusmodi fuerit, tralatitium est, ut quam maxime plausibilia, speciosa, vel etiam ridicula essent. Notus VOLVCER equus L. Veri, & INCITATVS: noti cursores Ælii Veri ventorum nominibus volatiles: aurigæ GVRIMIRISSIMVS RAX. quin & nominibus e vetustate Iliaca repetitis, M. NESTOR mimus,

B

C

NEOPTOLEMVS pantomimus. Et ne gladiatores egrediar, noti Spartaci complices, servilis belli incentores CRIXVS & OENOMAVS Galli, e gladiatorum ludo Capuæ primum profecti; apud Florum. Et in laudato illo pavimento Aprio compositus Ajax visitur: quod nomen & ad fori athletas transfert Satyricus Juven. sat. VII.

Consedere Duces Surgit tu pallidus Ajax,
Dicturus dubia pro libertate.

Altius ascendere non fuit, quam ad Atticæ gentis conditorem, ipso Deucalione priorem, Cecropem: *quem (ut omnis antiquitas fabulosa est) biformem nugatores tradidere, quod primus marem fœminæ matrimonio junxerit:* Justinus lib. II. Ab illo fuit qui se denominaret, CECROPIVS dux Dalmatarum, Martiani & Heracliani in appetendo imperio socius: cujus insidiis & gladio Gallienus Imp. circa Mediolanum cecidisse scribitur, apud Treb. Poll. in *Gallienis*. At heic en ipse CECROPS in harena: nec cum indigno antagonista compositus, etiamsi antiquitatem spectes. Quis ille? DANVBIVS, vel (ut in nummo Trajani etiam scriptum clare videmus) DANVVIVS:

Illyrici regnator aquis, tibi Nile secundus
Danubius. —— ——

Ausonius *epigr.* IV. Gellius lib. X. cap. VII. nulli fluviorum præterea ulla dote, tractus longitudine, violentia, opportunitatibus, ostiis, concedens: idemque alio insuper nomine Bessorum lingua notus ISTRI, (Jornand. *Gothicis* cap. XII.) quod & fuerunt inter Grajos Latinosque qui assumerent, homines clari. Siquidem Antigenis Istri historias citat Plutarchus & Plinius & Pub. Attilius Ister, Pannoniæ præfectus legitur sub

---

hac occasione impositum volunt, quia erectus fuerit in vico Parionis e regione officinæ sartoris vel sutoris illius prope palatium Ursinianum habitantis (cui nomen Pasquino) magna qui audacia Pontificis aliorumque procerum nævos taxabat. vid. Dn. Sandrart *d. l.*

20. Quicquid sit, autumamus tamen statuam hanc pro libellis famosis ideo electam, quoniam in media civitate est, ut ita a transeuntibus facilius legerentur.

21. Quando statua ista erecta sit? licet non adeo constet, credibile tamen est, per ducentos annos, ab erectione domus Ursinianæ, illam ibi stetisse.

22. Illud memorabile est, hunc mordentem lapidem hactenus Romæ incolumem mansisse, licet Pontificem ejusque purpuratos gravissime sæpicule tetigerit. Hadrianum VI. Papam a Pasquino læsum eum quidem deturbari, inque Tiberim projici jussisse, ex Paulo Jovio narrat Scipio Gentilis *orat. de maledictis in Principem*, sed Ludovicum Suessanum Legatum Imperatoris tunc præsentem intercessisse, dicendo: Pasquinum in aquis, ranarum instar, non taciturum. Cum regessisset Pontifex, exurendum itaque esse in calcem, ne ejus ullum remaneat vestigium; Respondit, quo erat lepido & falso ingenio Suessanus: recte quidem, sed adeo crudeliter cremato Poetæ non deerunt, qui Patroni sui cineres carminibus invidiosis prosequantur, locumque supplicii quotannis statuto & solenni die celebrent. Quibus lusibus ad hilaritatem rediit Hadrianus, & Pasquino pepercit.

23. Majori in pretio Pasquinus apud Paulum III. Papam fuit, hic enim, quo suæ per urbem famæ notitiam haberet, quotidie chartas famosas eidem affixas ad se deferri mandavit. Christ. Forstner. *not. ad Tacit. p. m.* 447. *edit. Argent. de Anno* MDCXXVIII.

a *Veteris balinei pavimentum*) Idem olim argumentum parietibus balneariis pingendis. Sidonius in *descriptione balnei sui Abitalensis* lib. II. epist. II. Interior parietum facies solo lævigati cæmenti candore contenta est. Absunt ridiculi vultu & vestibus histriones, pigmentis multicoloribus Philistionis suppellectilem mentientis. Absunt lubrici tortuosique pugillatu & nexibus palæstritæ: quorum & viventium luctas, si involvantur obscœnius, castra confestim Gymnasiarcharum virga dissolvit.

24. *Veteris balinei pavimentum*) depinxit illud quoque ex Welseri *Aug. Vind.* vir sine elogio nostro Celeb. Janus Gruterus *vol. Inscript. p. m.* CCCXXXVI.

b 25. *Editores libellos proponere solebant*) Hoc dicebant Romani *ostendere munus*. Cicero: *etsi munus flagitare, quamvis quis* ostenderit, *ne populus quidem solet nisi concitatus*. Etiam *proponere munus* Suetonius in *Tito* cap. VIII. *Omnes tanta comitate tractavit, ut* proposito gladiatorio munere *non ad suum sed ad spectantium arbitrium editurum se professus sit*. Appellabant quoque *Munus pronuntiare*. Sueton. in *Jul.* cap. XXVI. *Munus* populo *pronuntiavit* in filiæ memoriam.

26. *Libellis* autem futurum munus gladiatorium edicere & describere solebant. Testis est Cicero *Philip.* II. inquiens: *quid de Commentariis infinitis? quid de chirographis loquar? quorum etiam imitatores sunt, qui ea tanquam* gladiatorum libellos *palam venditent.* add. Lips. *Satur.* l. II. cap. XVIII.

27. Et ut constaret ludos peragi debere, mappa alba Mœnianæ turri, ostio Circi Maximi imminenti, a prætore appendebatur, certissimum tanquam signum futuros illo die ludos. Martialis id docet lib. XII epigr. XXIX. dicens:

Prætor cretatam cum vellet mittere mappam.

28. Putat quidem post Cassiod. lib. III. epist. LI. Panvinius *de lud. Circens.* lib. I. cap. XIV. id Neronem Imperatorem primum authorem agnoscere. Sed verba sequentia, quæ Tranquillus in *Ner.* cap. XXII. habet: *mox & ipse* (Nero) *aurigare atque etiam spectari sæpius voluit: positoque in hortis inter servitia & sordidam plebem rudimento universorum se oculis in Circo Maximo præbuit, aliquo liberto* mittente mappam, *unde Magistratus solent*, indicant mappæ ostensionem non rem novam, sed jam antea notam fuisse.

c *Literæ singulares PP.* Non sum nescius, quot modis eas Valerius Probus aliique exponant, quorum ut nullus huc quadrat; ita nec ista nobis conjectura plane satis facit. Edicta quidem & leges ex more proponebantur in publico, quod proprium & solenne huic rei verbum fuisse, ipsæ eædem literæ in ipsis Constitutionibus sub finem positæ probant P.P. Magno in notis juris P.P. PROPOSITA. Credamus & in re ludorum eis locum fuisse, donec aliquid aptius occurrat. Ita & SP. tesseris illis eburneis gladiatoriis a Manutio & Ursino proditis, significabat SPECTATOS ESSE. Vide sis opus *Inscriptionum* Gruteri nostri fol. CCCXXXIV. n. V. & seqq.

d 29. *a lanista*) is dicitur *Magister* gladiatorum apud Ciceronem III. *de orat. Magister hic Samnitium Summa senectute est.* Vocatur quoque hic informator gladiatorum invidendo nomine *Doctor* apud Valer. lib. II. ibi: *ex ludo C. Valerii Scauri doctoribus gladiatorum accersitis*. & Quintilian. *declam.* CCCII. ibi: *in ludo fuit: fuerunt & doctores & Medici & Ministri: neque tamen illo gladiatorum nomine tenentur.*

Claudio: Tacitus lib. XII. *Ann.* cap. XXIX. Jam vero quam bellaces ferocesque & indomitos ille populos tulerit æque ut Rhenus apud Claudianum,

—— ambo Boreæ Martique sodales,

ubi non Romana scripta loquuntur? ut jam ipsorum fluviorum nomine sobolem illam Germanam vocarent. Lucanus lib. IV.

Detegit orta dies stantes in rupibus Istros,
Pugnacesque mari Graja cum classe liburnos.

Persius:

—— Ingentesque locat Cæsonia Rhenos.

Stephanus *de Urbibus*: Ῥῆνοι ἔθνος πάροικοι τοῦ Ῥήνῳ τοῦ ποταμῷ, καὶ ἀπ' αὐτοῦ καλούμενοι. Ut non abs re patrii fluminis nomen, Romanis auribus & notum & formidatum, vel acceperit inditum, vel forte ultro sibi adoptaverit homo Germanus, vel Pannonius, Dacus Illyriusve, quem seu sors sua, seu voluntas Romano ludo mancipaverat. De quo jam pauca dicere habemus.

Nam [a] armatura quidem utriusque apparet, ut Thracum Myrmillonia & omnino crupellaria; galeæ cum cristis (si non pisces potius interpretamur) parmulæ, cesti, sicæ. Quo vero [b] editore [c] producti, quo lanista

30. Erat autem lanista is, qui gladiatores tyrones informabat. Inscriptio Neapolitana:

CN. MAETIVS. FELIX. *LANISTA*. AVGVST.

apud Grut. *vol. p.* CCCXIX. *num.* II Romana apud Lipsium lib. I. *Saturn.* cap. XV.

P. POETILIVS. P. L. SYRVS. *LANISTA*. AD. AR. FORIN.

31. Britannicus alicubi vocem lanistæ a *laniando* deducit, inquiens: *dicti lanistæ, quod præessent hominibus laniandis*. In vet. Diction. (quod allegat *in Lexic. etymol.* Matth. Martinius) *lanistæ* laniones & *lanii* dicuntur *carnifices & homicidæ & macellatores, a laniando scil. carnes*. Donatus *in Terent. Eunuch.* inquit: *quemadmodum lanii a laniandis pecoribus, ita lanistæ dicti qui laniandis præsunt gladiatoribus*. Isidorus *etymol.* lib. X. (quem sequitur Lipf. *d. loco*) ita: *Lanista gladiator, id est, carnifex, Thusca lingua appellatus a laniando scil. corpore*.

32. Qui sub talismodi lanista agebant *familia* dicebantur teste Seneca *de Benef.* cap. XII. *lanista qui* familiam suam *summa cura exercet atque ornat*. Et Tranquillo *vit. Aug.* n. XLII. venialitias & *lanistarum familias* urbe expulisset, itemque Jul. Cæs. lib. III. *bell. civ.* cap. V. ibi: *eo in Italiam evocato, quod magnis muneribus datis* gladiatoriæ familiæ *reliquias habebant*. Huc quadrat Inscriptio Arelatensis:

L. GRANIO. L. FIL. TERENTINA. ROMANO. M. IVLIVS. OLYMPVS. NEGOTIATOR. *FAMILIAE GLADIATORIAE*. OB. MERITA. L. CRANI. VICTORIS. AVI. EIVS. MERENTI. POSVIT.

apud Gruter. *vol. p.* CCCXIX. n. III. Et alia apud Lipsium *d. l.*

MVNVS. *FAMILIAE. GLADIATORIAE*.

33. Lanistæ vero ipsi appellabantur *patres familias*. Sueton. *vit. Caligul.* n. XXVI. *gladiatores quoque pegmares*, patres familiarum *notos, sed insignes debilitate aliqua corporis subjiciebat*. Et *vit. Domit.* n. X. *patrem familias* quod Thracem Myrmilloni parem, &c.

34. Homines lanista vel producebat *Coactos*, captivos sc. quos certo pretio sibi emerat (hos *altellos* vocatos esse notat Scaliger *ad Festum*) seu pœnæ servos, seu ob delictum ad ludum gladii damnatos. Vel *Voluntarios*, qui gloriæ cupiditate aut pretio allecti lanistis se tradebant, & in illorum leges jurabant, quod vellent flammis uri & virgis cædi (scil. si timidius pugnarent) atque necari, si videl. cecidissent & ferrum recipere jussi essent.

35. Acron *in Horat.* id confirmat, ajens: *gladiatores ita se vendunt & cautiones faciunt, uri flammis, vigis secari, ferroque necari*. Seneca epist. XXXVII. *eadem honestissimi hujus & turpissimi illius authoramenti verba sunt, uri, vinciri* (Lipf. *virgari* legit) *ferroque necari*. Petronius in *Satyr.* refert juramenti formulam: *In verba Eumolpi sacramentum juravimus, uri, vinciri, verberari, ferroque necari: & quidquid aliud Eumolpus jussisset, tanquam legitimi gladiatores domino corpora animosque religiosissime addicimus*.

36. Per *legitimos* Petronius heic *auctoratos* intelligit, qui quidem liberi erant, sed volentes sub dicto atroci jurejurando lanistæ corpora addicebant, animasque (ceu Lactantius lib. V. cap. IX. dicit, ibi: *qui ne vitæ suæ parcant, sed extinguendas publice animas suas vendant*) vendebant, venalem sanguinem habentes juxta Liv. *Hist.* lib. XXVIII. Horatius lib. II. Satyr. VII.

Quid refert uri, virgis ferroque necari?
Auctoratus eas.

37. Horum voluntariorum pretium, quod accipiebant, appellabatur *auctoramentum* teste Vellejo, *in ea jugulati civis publice constitueretur auctoramentum*. Cicerone lib. I. *Offic. Merces ipsa in mercenariis, auctoramentum est servitutis*, Seneca: *hominem venalis animæ crebris incitat auctoramentis*, Suetonio in *vit. Tiber.* n. VII. ibi: *munus gladiatorium in memoriam patris, & alterum in avi Drusi dedit, diversis temporibus & locis, primum in foro, secundum in amphitheatro: rudiariis quibusdam revocatis* auctoramento *centum millium*.

38. Non solum homines ex plebe arenæ operam locabant, sed tandem primariæ quoque nobilitatis & Equestris Senatoriæque dignitatis viri, partim desperatione, ob rem angustam domi, adacti, partim ut Principum favorem inde captarent, vid. eleganter Lipf. lib. II. *Saturn.* cap. III. Duravit hic pessimus & dirissimus mos ad Vitellium Imp. usque, *qui cavit severe ne Equites Romani ludo aut arena polluerentur* teste Tacito lib. II. *Hist.*

39. Hæc credulitas adeo Romanorum animos dementaverat, ut non solum nani, sed & fœminæ ad pugnam venerint. Fidem huic rei facit Tacitus lib. XV. inquiens: *fœminarum plures per arenam fœdatæ sunt*. Suetonius de Domitiano: *nec Virorum modo pugnas, sed & fœminarum dedit*. De eodem Domitiano Xiphilinus, πολλάκις δὲ τοὺς ἀγῶνας νύκτωρ ἐποίει, καὶ ἔστιν ὅτε καὶ νάννους, καὶ γυναῖκας συνέβαλε id est, *pugnas etiam nocte sæpe exhibuit, & interdum nanos ac fœminas inter se commisit*. De iisdem ludis Papinius:

His audax subit ordo pumilorum
Quos natura brevi statu peracto
Nodosum semel in globum ligavit.
Edunt vulnera conseruntque dextras,
Et mortem sibi qua manu minentur,
Ridet Mars pater & cruenta Virtus.

40. Fœminis tandem interdixit hasce digladiationes, Severo imperante, speciale Senatus consultum, referente Lipf. *d. loco*.

41. Gladiatores illi quando læsi erant a Medicis seu Chirurgis specialibus curabantur, rationem reddit Lipf. d. lib. I. cap. XIV. Apparet hoc ex Rom. Inscriptione apud Grut. p. CCCXXXV.

EVTYCHVS. AVG. LIB. NERONIANVS. *MEDICVS*. LVDI. MATVTINI. FECIT. SIBI. ET. IRENE. LIB. CONIVGI. CARISSIMAE. &c.

42. *Ludi* autem *matutini* dicebantur, qui a bestiariis (hi erant qui lucri dulcedine capti in arena bestiis trucidandis operam locabant, vel etiam ob pœnam promeritam in arenam compellebantur) horis matutinis edebantur. Horis vero meridianis decertabant isti gladiatores a lanista producti. Seneca epist. VII. *mane leonibus & ursis homines, meridie spectatoribus suis objiciuntur, interfectores inter se jubentur objici & victorem in aliam detinent cædem, exitus pugnantium mors est, ferro & igne res geritur*. Martialis lib. X. ep. XXV.

In Matutina nuper spectatus arena
Mutius, imposuit qui sua membra focis.

a. 43. *Armatura ut Thracum Myrmillonia & crupellaria*) de hisce omnibus eleganter differit Lipsius lib. II. *Saturn.* cap. VII. & seqq. cui addatur Matth. Martin. in *Lex.* hisce vocibus.

b. 44. *Editore*) is erat, qui suis impensis lanistas conducebat, ut cruentum talismodi spectaculum exhiberent. Capitolinus in *Antonino*: absens populi Romani voluptates per *ditissimos Editores* curari vehementer præcepit. Hinc ludi hi dicebantur quoque *editiones*, patet id ex Neapolitana Inscriptione:

HIC. OBLITERATO. MVNERIS. SPETACVLO. IMPETRATA. *EDITIONE*. AB. INDVLG. MAX. PRINCIPIS. DIEM. GLADIATORVM. ET. OMNEM. APPARATVM. PECVNIA. SVA. *EDIDIT*.

45. Editorem hujus *muneris* (ita dicebatur hic ludus, quod gratis populo daretur, vel juxta Tertullianum ab officio, quod mortuis se facere putabant, nam munus antiquos officium proprie dixisse testatur Festus inquiens: *Munem significare certum est officiosum: sicuti contrario immunis dicitur, qui nullo fungitur officio*) Augustus Cæsar *munerarium* primus appellavit, observante Quintil. lib. VIII. ibi *quædam in usu perquam recentia, ut Messala primus Reatum, Munerarium Augustus primum dixerunt*.

46. Florus l. III. c. XX. illum vocat *Muneratorem* ibi: *quasi plane expiaturus omne præteritum dedecus si de gladiatore* munerator *fuisset*.

c. 47. *Producti*) Freherus hic utitur verbo huic arenæ proprio. Docet id Seneca inquiens: *produci* enim illi & tentari expedit: nec ulli intelligunt, quanta sit, quam qui vires ejus lacessendo senserunt. Lucanus lib. IV.

a compositi, quibus denique ludis, & omnino quo tempore spectati, neque ullis indiciis constat, neque magnopere scire refert. Ut nec de initio aut progressu certaminis; cujus cum nil nisi exitus heic appareat, parciores etiam ideo erimus, quod neque is ad nostrum votum, succumbente (quantum video) Danubio. Jam non miror studia Veterum & b factiones, in harena pro gladiatoribus, c in circo pro aurigis. Ego quidem pro Danubio isto afficior, ut ut ignoto, cujus ultima nentes fata videre sorores videor. Dejecto enim stratoque humi, & exarmato, imminet acer Cecrops, ferrum lethale intentans, & jam jam adverso pectori, laterive immergere minitans: Sed quis scit an fecerit, aut forte revocatus intercessione spectantium pollicesque prementium, aut edito- A ris jussu, aut motus deprecatione victum se fatentis, & nescio quid manu dextra argutantis, imo (si recte video) d digitum exsertum attollentis, se continuerit. Vellem certe & ipse hortarer: Parce Threcisce Danubio, contentus vicisse, sanguine abstine, memor illius veteris Petronii,

Et qui non jugulat, victor abire solet.

Quid quod nec omine publico res carere videbatur, si nomen patriamque utriusque spectes, veteri religione & observatione Teutonum, de qua Tacitus; *Ejus gentis cum qua bellum est captivum quoquo modo interceptum, cum electo popularium suorum, patriis quemque armis committunt.* Victoria hujus vel illius pro præjudicio accipitur. Verum apage omen. quod, ut ut istud singulare certamen ceciderit, nihil magis juvet Romanos quam simile

— *velut fatalis arenæ*
Muneribus, non ira vetus concurrere cogit
Productos.

a 48. *Compositi*) recte hoc verbo utitur Author, nam ita Romani loquebantur. Notum fit ex Seneca: *ignominiam judicat gladiator cum inferiore componi: & scit sine gloria vinci, qui sine periculo vincitur.* & Plinio lib. VIII. cap. XII. *spectaculum sibi ac paria* componentem. Dixerunt id quoque *comparare*. Quintilianus ita: res apud quosdam faceret miserabilem, quod viderer inique *comparatus*.

b 49. *Factiones in harena pro gladiatoribus*) Non inter plebejos hæ solum vigebant, sed & Principes in illas propendebant. De Tito Imp. Suetonius in *vita ejus* n. VIII. inquit: *quin & studium armaturæ Thracum præ se ferens sæpe cum populo & voce, & gestu, ut fautor, cavillatus est.* Idem de Domitiano n. X. *patrem familias, quod Thracem myrmilloni parem, munerario imparem dixerat, detractum e spectaculis in arenam canibus objecit cum hoc titulo: Impie locutus parmularius.*

c 50. *In circo pro aurigis*) erant hujusmodi factionum quatuor, quæ coloribus albi, viridis, rubri & cœrulei panni nomina indeptæ sunt *Albatæ, Prasinæ, Russatæ, Venetæ.* Tertullianus *de Spectac.* cap. IX. de his ita: *ab initio duo soli fuerunt colores, albus & russeus, albus hyemi, ob nives candidas, russeus æstati ob solis ruborem voti erant. Sed postea tam voluptate quam superstitione provecta russeum alii Marti, alii album Zephyris consecraverunt, Prasinum vero terræ matri, vel verno, Venetum cœlo & mari vel autumno.* Cassiodorus lib. III. epist. LI. *colores autem in vicem temporum quadrifaria divisione funduntur, prasinus virenti verno, venetus nubilo hiemi, roseus æstati flammeæ, albus pruinoso autumno dicatus est, ut quasi per duodecim signa digrediens, annus integer signaretur, sic factum, ut naturæ ministeria* (alii *mysteria* legunt) *spectaculorum composita imaginatione luderentur.*

51. Domitianus postea Imp. hisce quatuor duas adhuc addidit, panni videlicet *purpurei* & *aurati* factiones. Testatur Suetonius in *ejus vita* n. VII. ibi *Duas Circensibus gregum factiones aurati purpureique panni ad quatuor pristinas addidit.* Martialis lib. X. epig. LV. Proficias nihil hoc cædas licet usque flagello, Si tibi *purpureo* de grege currit equus.

52. De coloribus Albo, Veneto, Prasino & Russato ita Sidon. Apollinaris carm. XXIII. v. CCCXXI.

— *Micant colores,*
Albus vel Venetus, Virens, Rubensque,
Vestra insignia continent ministri,

Martialis lib. XIV. epigr. CXXXI.

Si Veneto Prasinove faves qui Coccina sumis;
Ne fias ista transfuga sorte vide.

53. De *Albata* factione marmorea tabula Romæ in domo Cechinorum ita sonat: *Lejus. Diocles. Agitator. Annorum XLII. Mens. VII. D. XXIII. mum. Agitavit. in FACTIONE. ALB. Acilio. Aviola & Corellio. Pansa. Cos. M. Vicit In FACTIONE. EADEM.* allegante Grut. vol. p. CCCXXXVII.

54. De Veneta factione est locus apud Suetonium in *Vitell.* n. XIV. *quosdam & de plebe ob id ipsum, quod Venetæ factioni clare maledixerant, interemit.* Item inscriptio Tiburina apud Grut. vol. p. CCCXXXIX.

Q. RAPIDIO. Q. F. LEM. SEPVLLIO. PROCVRATORI. DROMI. *FACTIONIS. VENET.* Q. RAPIDIVS. XENODOTVS. ET. RAPIDIA. IVVENTINA. PAR. FECERE.

In alia apud eund. Grut. d. pag. num. IV. hæc leguntur:

FACTIONIS. VENETAE. FVSCO. SACRAVIMVS. ARAM.

55. De Prasina seu viridi ita Suetonius *vit. Calig.* num. LV. *Prasinæ factioni ita addictus & deditus ut cœnaret in stabulo assidue & maneret.* Inscriptiones Romanæ apud Grut. vol. p. CCCXXXVIII.

M. AVRELIO. LIBERO. PATRI. ET. MAGISTRO. ET. SOCIO. DOMINO. ET. AGITATORI. *FACTIONIS. PRASINAE*

Item:

TI. CLAVDIO. AVG. L. EPAPHRODITO. AGITATORI. *FACTION. PRASINAE.* ANICETVS. AGISATOR. FACTIONIS. EIVSD. MAGISTR. SVO.

56 De *Russata* occurrunt Inscriptiones Romanæ:

D. M. CLAVDIA. HELICE. FEC. L. AVIL. L. DIONYSIO. COND. *GR. RVSSATAE.* CONIVG. DIGNISS. & D. M. C. POMPEIO. FVSCENO. CONDITORI. FACTIONIS. *RVSSATAE.* ET. FACTIONVM. PRIMVM. PATRONO. B. M.

In Gruteri volum. p. CCC XXXVIII. num. IV. & V.

57. Aurigas hos in concertatione tali læsos peculiares Medici curabant. Notum illud ex Inscription. Romanis, quæ reperiuntur apud Dempsterum *ad Rosin.* lib. V. cap. V.

M. VIPSANIO. FVLLONI. TENTORI. AVRIGATORI. M. VIPSANIO. MIGNIONI. VIATORI. M. VIPSANIO. QVARTIN. SVCCONDATORI. M. VIPSANIVS. *MEDICVS.* FACT. VENETAE OLL. IIII. D. D.

Et Grut. vol. p. CCCXXXIX. num. I.

D. M. M. ANTONIO. M. F. ANIENSI. MATRINIO. EVOK. AVG. VIX. ANN. XXXIIX. M. VIII. M. ANTONIVS. M. F. ANIEN. PRIMIGENIVS. *MEDICVS.* FACT. RVSSAT. FRATRI. SANCTISS. FEC.

58. Factionum harum (quas etiam apud Romanos *partes* dictas fuisse liquet ex Corippo lib. I. num. XVII. *de Laud. Justini Aug.*

Et fecere duas studia in contraria *partes*.

Et lib. II. *num.* VIII.

Partes utræque reclamant.

Ut & ex *Sidon.* carm. XXIII.

Pars adversa micat.)

non solum ex civico ordine homines, sed & Principes studiosissimi erant. Neronem, Caligulam, ut & Verum Impp. Prasinæ favisse constat ex Sueton. in *vit. Neron.* num. XXII. & *vit. Calig.* num. LV. Capitolin. in *vit. Veri.* Vitellius amabat Venetam, Sueton. in *ejus vit.* num. XIV.

59. Durarunt hæc factionum nomina ad Justinianum usque Imp. cujus ævo cum ex Prasinæ & Venetæ Factionum contentione tanta Constantinopoli seditio oborta esset, ut quadraginta hominum millia trucidata fuerint, ista abolita sunt, teste Zonara, quem adducit Rosin. *d. l.* cap. V.

d *Digitum exsertum attollentis*) Liquido hoc video, non per transennam, & agnosco morem huic rei unicum, quemque miror Lipsio præteritum τὴν ἧτταν agnoscentis & precariam vitam poscentis, Persius Satyr. V.

olim Neronem, quod Tranquilli verbis adſcribam in *eod.* cap. XLI. *Urgentibus aliis ſuper alios nuntiis Romam prætrepidus rediit. Leviterque modo in itinere frivolo auſpicio mente recreata, quum annotaſſet inſculptum monumento, militem Gallum ab Equite Romano, oppreſſum trahi crinibus, ad eam ſpeciem exſiluit gaudio, cœlumque adoravit.*

Antiquum, perpetuum & ἄσπονδον Rheno Danubioque cum Romano Populo bellum quis neſcit, aut ubi ipſi Romani ſcriptores citra horrorem & formidinem Danubianæ ripæ Iſtrini lateris meminerunt; Statius lib. IV. *Sylv. ad Marcellum*:

Forſitan Auſonias ibis frenare cohortes,
Aut Rheni populos, aut nigræ littora Thules.
Aut Iſtrum ſervare latus, metuendaque portæ
Limina Caſpiacæ.

Octavius Auguſtus huncce & Euphratem ſibi devitandos, & intra eos Dominatum ſuum coercendum cenſuit (ut ipſe de ſe loquitur apud Julian. Imp. *Cæſarib.*) ſed revera neceſſe habuit. Οὐ γὰρ ταῖς ἀμέτροις, inquit, ἐπιθυμίαις εἴκων ἐπικτᾶσθαι πάντως αὐτῇ (τῇ Ῥώμῃ) διενοήθην, ὅρια δὲ διττὰ, ὥσπερ ὑπὸ τῆς φύσεως ἀναδεδειγμένα Ἴστρον, καὶ Εὐφράτην ποταμὸν ἐθέμην. Sed non ſatis eſt, Dive Auguſte, tuo tibi arbitrio terminos ponere: neſcis quos fata ſint datura. Tu tibi Danubium ponis, neſcius quem ille ſibi: & an forte Rubiconem, vel ipſum Tiberim. Quod tu vivens expertus es, ſcriptore fido & conſcio, Vellej. lib. II. *Præparaverat jam hyberna Cæſar ad Danubium: admotoque exercitu non plus quam* V. *dierum iter a primis hoſtium, Saturninum admoveri placuerat ..... cum univerſa Pannonia, inſolens longæ pacis bonis, & adulta viribus Dalmatia, omnibus tractus ejus gentibus in ſocietatem adductis, ex conſtituto arma corripuit. Tum neceſſaria glorioſis præpoſita, neque tutum viſum, abdito in interiora exercitu, vacuam tam vicino hoſti relinquere Italiam. Gentium nationumque, quæ rebellaverant, omnis numerus*, &c. Et mox: *Quin tantus etiam belli hujus metus fuit, ut ſtabilem illum & firmatum tantorum bellorum experientia Cæſaris Auguſti animum quateret, atque terreret*: Et mox: *Audita in Senatu vox Principis: Decimo die, ni caveretur, poſſe hoſtem in urbis Romæ venire conſpectum.* Hoc fuit Romanæ rei diſcrimen, quod ante oculos verſabatur vati Auſonio, cum ſcriberet:

Hinc movet Euphrates, illinc Germania bellum,

quodque ſpem vanam perennitatis imperii præcideret, quando ita ominabundus canebat Virg. *Georg.* lib. II. v. CCCCXCIV.

Illum non populi faſces, non purpura Regum
Flexit, & infidos agitans diſcordia fratres,
Aut conjurato deſcendens Dacus ab Iſtro,
Non res Romanæ, PERITURAQUE REGNA ---

Quod ceu oraculum quoddam alii deinceps Poetæ ſuis verſiculis imitando inſeruerunt, Danubio CONJURATI epitheton ceu proprium tribuentes. Statius Papinius I. *Thebaidos*:

Biſque jugo Rhenum, bis adactum legibus Iſtrum,
Et conjurato dejectos vertice Dacos.

Prudentius *in Symmachum* lib. II.

Tentavit a *Geticus nuper delere tyrannus*
Italiam patrio veniens juratus ab Iſtro
Has arces æquare ſolo ——

Super quo Maronis verbo Scholiaſtes vetuſtus Junius Philargyrius mirum & reconditum quiddam annotat ex Aufidio neſcio quo Modeſto, morem eſſe Dacorum, ut ad bella profecti, de Iſtro flumine certum modum haurientes ore, velut ſacri vini jurarent, non ſe ad patriæ ſedem regreſſuros, niſi hoſtibus cæſis. Sed ſimplicius pariter veriuſque Servius: Aut conjurato deſcendens Dacus ab Iſtro, id eſt, non eum ſollicitat conjuratio barbarorum. Multas enim omnino gentes nationeſque (ut dicebat Paterculus) Danubius capit, alluit, prætexit. Dionyſius:

Ἴστρος ἐς ἀντολίην τετραμμένος, ἄγχι θαλάσσης
Εὐξείνου, τόθι πᾶσαν ἐρεύγεται ὕδατος ἄχνην
Τοῦ μὲν πρὸς βορέην πεπταμένα φῦλα κέχυνται.
Πολλὰ μάλ' ἑξείης, Μαιώτιδος ἐς στόμα λίμνης,
Γερμανοὶ, Σαρμάται τε, Γέται θ' ἅμα Βαστάρναι τε,
Δακῶν τ' ἄσπετος αἶα, καὶ ἀλκήεντες Ἀλανοὶ,
Ταυροί θ' ——

Danubiuſque capax, ait Capeda Albinovanus in *laudatione Druſi*. Capax nimirum multorum vel populorum (ut dictum) vel etiam fluviorum. Lucan. l. II.

—— *Dum permeat orbem*
Iſter, caſuros in quælibet æquora fontes
Accipit, & Scythicas exit non ſolus in undas.

Ipſe jactat aſſentabundus ad Cæſares loquens apud Auſonium.

Qua gelidum fontem mediis effundo Suevis,
Imperiis gravidas qua ſeco Pannonias.
Et qua dives aquis Scythico ſolvo oſtia ponto,
Omnia ſub veſtrum flumina mitto jugum.

Populorum autem illa multiplex barbaries, utut linguis habituque diverſa, utut in ſe diſcors, ſemper ad jugum externum propulſandum parata, imo in exitium Romani nominis intenta: nunquam non rebellis, ripæ adverſæ infeſta, conjurata: Auſonius:

Quaque Getes ſociis Iſtrum aſſultabat Alanis.

Gentes omnes, ait Capitolinus, *ab Illyrici limite uſque Galliam conſpiraverant, ut Marcomanni, Nariſci, Hermunduri & Quadi. Suevi, Sarmatæ, Laringes & Beri: ubi aliique cum Victovalis, Soſibes, Sicobotes, Rhoxolani, Baſternæ, Alani, Pencini, Coſtoboci. Magno igitur labore, etiam ſuo, gentes aſperrimas vicit.* Vicere & deinceps aliquando dubio varioque Marte Romani, ſed tandem pertinaci conjurationi ſuccubuere. Idem ut Danubius Romæ fuerit, quod Aulis Trojæ, de qua Didonis verbum notum apud Virgilium *Æn.* IV. verſ. CCCCXXV.

Non ego cum Danais Trojanam exſcindere gentem
Aulide juravi ——

Ubi Servius: AULIS *inſula eſt in Ægeo mari, in qua conjurarunt Græci, ſe non ante reverſuros ad patriam, quam Troja caperetur.* Pomponius Mela: AULIS, *Agamemnoniæ Grajorumque claſſis in Trojam conjurantium ſtatio.* Et hæc hactenus.

Nil Tibi conceſſit ratio, digitum exſere, peccas.

Ubi vetus Interpres: *digito ſublato oſtende victum te eſſe a vitiis;* tractum a gladiatoribus, qui victi oſtenſione digiti veniam a populo poſtulabant. Martialis lib. V. epigr. LXIV.

Nam mea jam digitum ſuſtulit hoſpitibus.

Sidonius *Narbone*: Palmam tu digito dares Menander. Idem lib. V. epiſt. VII. Hi ſunt quorum comparationi digitum tollerent Narciſus, Aſiaticus, Maſſa: Antiphanes apud Athenæum. αἴρουσιν ὥσπερ δάκτυλον τῷ μοχλῷ. Idem fiebat & tota manu. Virgilius *Æneid.* XII. verſ. DCCCCXXXVI.

—— *Et victum tendere palmas*
Videre Auſonii.

Hieronymus *adverſus Luciferianos*: en tollo manum, cedo, viciſti. Neſcio an huc faciat locus Ambroſii (ſi modo ſatis ſincerus) *de Helia & jejunio* cap. XIII. In bello ſi quis ſe inferiorem viderit, arma convertit, & meretur veniam: in Scammate ſi quis te manu levat, exſors quidem palmæ, ſed immunis injuriæ es.

a *Geticus Tyrannus*) id eſt, Alaticus Rex, cujus hoc propoſitum non abſimilibus verbis, & belli totius aleam deſcripſit *libello ſingulari* Claudianus:

—— *qui cuncta ſibi ceſſura ruenti*
Pollicitus, patrii numen juraverat Iſtri,
Nonniſi calcatis loricam ponere Roſtris.

Deſcripſit ut Romanus ſuæ parti favens. Nam aliter Geta Jornandes cap. XXIX. & XXX.

JUSTI LIPSII

SATURNALIUM SERMONUM

LIBRI DUO,

QUI DE GLADIATORIBUS.

AD NOBILISSIMUM AMPLISSIMUMQUE V.

AUGERIUM GISLENIUM BUSBEQUIUM.



IBROS, quos de Gladiatorum prisco ritu diu conceptos nunc profero, lucem adspicere volui, Vir nobilissime, in nomine tuo. Volui, imo debui; sive amoris tui caussa, quem in præsentem absentemque tenes & perseveras: sive virtutis doctrinæque, qua jure omnium bonorum oculos in te convertisti; certe meos. Nempe tu ille es, qui res & consilia tractasti Imperatoris non unius; tu ille, qui summis de rebus ad summum Principem legatus, inter ipsos hostes cognomen reperisti *Boni*. Scilicet ut radii solis in sordes & caligantia loca conjecti, illustrant, non inquinantur: sic tu, inter feros illos squallentesque animos, resplenduisti nihilominus vera virtutis tuæ luce. Et prudentiam sileo doctrinamque: votum hoc tantum interpono, ut similes tui consiliarii contingant patriæ, quam Fata volent esse salvam. Vidimus nuper libellum duplicem Itineris & Consilii tui; libellum: sed qui, meo animo, scholas dissertationesque superat multorum sapientum. Brevia omnia, fateor: & eo placent magis, quia inclusa prudentia, non ostensa. Quin genus ipsum dictionis (etsi id minime inter tuas curas) priscum adstrictumque, sententiis occultum: &, quod vere invideo, subtilis brevitas innata tibi, nobis adfectata. Sed ne fræna ingenio meo laxem in hoc campo: munus a me cape, Vir maxime; non pretium, ut me devinctum liberem, sed pignus ut obstringam. Nec enim exigua hæc, & ludis vere ludum, referendæ gratiæ esse volumus, sed testandæ. Quamquam huic ipsi operæ aliquod pretium fortasse erit apud eos, qui veteri germanaque doctrina non perfusi sunt, sed tincti: qui hac velut face illustratum iri infinitos scriptorum locos non inviti fatebuntur. Nam novos istos &, ut sic dicam, musteos homines, jure sperno ab his libris: qui, tamquam in vænalibus, loqui adhuc Latine tentant: quique magni & beati sibi videntur in præceptiunculis & concinnatis aliquot nugis, quas oculo recto non digner aspicere. At mihi prisca placita; & ut ille apud Comicum,

Qui utuntur vino vetere, sapientes putat:

sic nos, qui doctrina. Vale; & me ama, hæc tuere.

C A R M E N

IN LIBROS SATURNALIUM

AD JACOBUM MONAVUM.

Saturnalia io; novum io libellum
Rarum, o Jupiter! & laborioso
LIPSI *pumice nuper expolitum:*
LIPSI, *quem Latii intimos recessus*
Scrutantem Batavæ stupent Camœnæ.
Prisci temporis en redit venustas,
Prisci temporis en redit voluptas,
Et fasti veteres & obsoleti,
In lucem redeunt joci salesque.
Priscus mox etiam redibit annus.
Nil pulchrum, nisi quod probarit Oscus
Et scabræ Lapidum notæ loquuntur.
At prisca o etiam fides, & aurea
Saturni illa reciprocetur ætas
Tot postliminio expetita ab annis.
Sed frustra omnia. Nam, Monave, mores
Narramus veteres; novos probamus,
Et linguam haud animos novos paramus.
Nos ergo interea, Monave, dum sors
Prisci delicias reducat ævi,
Prisci relliquiis fruemur ævi:
Saturnalibus optimo dierum,
Saturnalibus optimo librorum.

J U S T U S   L I P S I U S

CHRISTOPH. PLANTINO

S. D I C O.



AT tu fidem etiam meam appellas; & ubi Satyræ, inquis, ubi Funus? Quid tibi vis, mi Plantine? an ut ego sim funus? Si nescis, hoc agitur. Difficile enim dictu creditúque, quas turbas mihi dederit Satyra illa prior, parum hercle liquido auspicio emissa. Clamores, convicia, sibili. Alius, Quis iste est, qui sine ullis suffragiis Censorem publicum agit? qui invidiam sibi non hominum, sed gentium parat? Insanit homo; irruit in se ipse, & segetem incidit suæ famæ. Alius, Me aperte læsit: alius, Me schemate percussit; & ad summam ea dicta, imo scripta de misella Satyra, quæ sine rubore nemo ex ergastulo audiat cum inusta fronte. At ego fatuus etiam gratiam exspectabam ab novitate scripti; ignarus scilicet deliciarum hujus ævi: qui eo jam venimus, ut nec vitia nostra, nec remedia ferre possimus. At qui olim Seneca in Claudium ludere potuit, non cum sale solum, sed cum morsu, idque filio & conjuge superstite, imo regnante: mihi venia opus, leviter & leniter ineptias tangenti Critici gregis. Quid enim castigatione illa mollius? adeo ut lenitate nimia prævaricatus videri possim publicæ caussæ. Revera enim lusi, non læsi: & ostendi vulnera, non impressi. At enim tecte & colore quodam nos tangis, inquiunt. O non interpretes meæ mentis, sed divinos! qui non dictum mihi, non scriptum, fortasse nec cogitatum, tamen id sciunt. Per colorem ego te? qui ne nunc quidem, cujus coloris sis, scio. Unus aut alter perstricti mihi, fateor; sed adeo non tecta aut obliqua petitione; ut nominaverim etiam, & percusserim, quod dicitur, manu recta. In te si culpa similis: bene & ingenue, quod agnoscis; tamen quid ego possum, si telo quod in alterum jeci tu occurris, & induis te tua sponte? At enim Principum jus imminutum ivi. Cedo, ubi? quian' poesim manare negavi ab Augusto fonte? Idem nunc nego; & honores, titulos, quæque alia fortunæ sunt, tribui posse a Principibus fateor: ingenium doctrinamque non eripi, non dari. En crimen, quod dignum sit tunica molesta. Nec enim aliud vel fidiculis expresserint ex omni eo scripto. Itaque, ut illuc redeam, mi Plantine, frustra me vocas in turbidam hanc arenam; diverti in aliam, cum voluptate magis, & sine noxa. Ad ludos, inquam, me dedi & spectacula prisca; quæ desita & ignota nostro ævo retraxi, & proposui non auribus solum, sed oculis; neque ut legi, sed pæne dicam spectari possint. Hoc ipsum erit fortasse qui spernet, ut leve; sed spernet, non culpabit. Mihi autem satis, ut hanc inquietam manum & anceps acumen stili consumam in re si non magnæ famæ, at non malæ. Nullius intererit quid de Secutore aut Myrmillone delirem: & ridebit aliquis in his nugis, non ringetur. Denique extra judicium & proscriptionem fuero. Jus scribendæ Satyræ Apollinari alicui relinquam, qui id a Principe impetrabit. Sidonii lib. I. epistolam XI. vide, quo respexi. Tu, Vir amice, pro Satura Saturnal hoc habe; pro Funere Munus: & tuam meamque caussam ages, si opus erit, apud eos qui & hæc & memorias omnes veteres non perisse vellent, sed interisse. Vale.

I N D E X   C A P I T U M

QUÆ LIBRO PRIMO.

C A P. I.

X. *Nec*

QUÆ LIBRO II.

CAPUT I.

JUSTI LIPSII SATURNALIUM SERMONUM

LIBER PRIMUS.

CAP. I.

Occasio & origo horum Sermonum.



MENSIS December erat, & per febriculam valetudo mihi non bona. Itaque visendi causa ad me venerunt Victor Giselinus & Janus Lernutius familiares mei. Et post salutem, Lernutius: Jamne melius? ait. Hujus quidem opera, inquam ego. certe, Victor, hanc noctem clementem & cum quiete habui. & omnino commodior esse mihi visus sum post hesternam medicinam. Ita facile censebam, ait Victor. Sed cedo venam, sodes, ut tangam. Cum tetigisset, hilariore vultu, Bene habet, inquit: respexit nos Hygeja. Sed duo etiam sunt, a quibus procul habendus es, Lipsi, libri & curæ. quæ nisi vitas, serio dico, teipse evitas. Ego cum risu. Ab altera quidem caussa immortalis sum, Victor. Nam libros, per hæc tædia temporum, summis digitis vix tango. Curarum, fateor, largiter est: & publica sive privata respiciam, bona earum ubique seges. Atqui scito, ait Victor, non ab alio quam curarum igne magis interfici vitalem illum in nobis fontem. At enim patria & nos periclitamur. Scio. Sed tu egoque habenas scilicet temperabimus publici fati? Curæ sint hæ curæ illi, qui supra nos curat. Tu Anaxagoram cogita, qui increpanti cuidam, οὐδέν σοι μέλει τῆς πατρίδος; Εὐφήμει, ἔφη. ἐμοὶ γὰρ καὶ σφόδρα μέλει τῆς πατρίδος, *Nilne tibi cum patria? Bona verba, inquit, mihi summæ curæ illa patria.* & simul cælum ostendebat. Hæc enim revera patria nobis. & ut radii solis per terram sparsi, a cælo & in cælo tamen sunt: sic noster animus quanquam in terris, humilia ista spernat, versetur que apud originem sui. Dicebat hæc Victor; & ecce puer nuntians duos de via, uti apparebat, advenisse, quibus opus esset me convento. Surrexi. & jam ad vos redeo, inquam; ne grave sit tantisper solos esse ad hunc ignem. Et simul innui puero ligna injicere, & largius exstruere focum. Ecce autem exiens video ad fores Duzam, Pighiumque. Cum trepida gratulatione collum iis invasi, Et vos estis? inquam. o sperati mihi optatique salvete. Unde autem, & quo per hanc anni hiemem? Nec enim temerarium est, credo. Ego quidem a Batavis, ait Duza; & tua unius caussa. Pighius hic a Veteribus suis:
A junxitque nos in via bonus aliquis deus. Mihi certe bonus, inquam: & jam vivo valeoque, cum vos teneo. Sed intremus, quæso: & date duobus istis pariter quod gaudeant. Simul Victor & Lernutius ad limen facti obvii, atque inter se amicissime complexi sunt. Sed divelli ego, Et heus, heus, inquam, sedeamus: neu diutius ignem invidete istis, qui stupent certe a curru. Nam hercle strictum hodie frigus, &, ut ille ait,

Jam prata canis albicant pruinis.

Imo jam calemus, ait Duza, apud te quidem nostrum ignem. Sed quid morbi fuerat, sodes? Nam de invaletudine tua Antuerpiæ accepimus a nostro Plantino. &
B mehercules etiam palles. Non nunc quidem, inquam ego. nam vos me hoc gaudio dedistis in ruborem. Tamen febricula fuerat, in qua oppugnanda noster hic vere Victor. Sed sedete, agite, mi hospites. vetus verbum nostis, Romanus sedendo vincit. Cum sedissemus, Quam salve autem omnia in Batavia, inquam, mi Duza? Privatim omnia, inquit. Nam de Rep. quid dicam, nisi maria malorum? Melius ominare, inquam. & nonne per hanc pacem sedavit illa tempestas? Caput movens leviter Duza, Vereor, inquit, ut paucorum modo dierum Alcedonia illa sint, non firma tranquillitas. Facem exstinctam si igni admo-
C veas, vehementius accenditur: sic positum, hoc bellum metuo ut insurgat & acrius recrudescat. Heu sæculum! inquam ego.

Enimvero Di quasi pilas nos homines habent,

ut ait Comicus: ita pace & bello alternis jactamur, quasi per lusum. Sed mittamus hæc scæva. Pighius noster quid, & quo? Antuerpiæ, inquit, nescio quid litium molestiarumque mihi fuit cum nummario tricone: quas detersum veni (me designabat) in hoc Sole. Ego vero detergebo, inquam: & lubentiorem te faciam, quam ipsa Lubentia est. Conversusque ad reliquos, Vos amici, aio, cænabitis apud me una cum
D isthoc hodie. Vultu renuit solus Duza, &, Non potest Lipsi, inquit. nam vocata opera est. Quid vocata? inquam. nonne Adventicia hodie debita vobis? Jure communi peregrinantium impetrabo hoc certe: si minus, vel ἐν χειρὸς νόμῳ, *manuaria lege*, ut dicunt Græci. Et simul injiciebam manum. Cum subrisu Duza, Hæc quidem vis est, inquit. Cæsar videor: ita jugulum mihi petit iste Brutus. Tamen, amici, relictas omnes res habeo præ quod vos vultis. Puer modo adiit, qui ad Canterum renuntiet. En adest, inquam. abi puer, & redi

citius quam Asparagi coquantur. Nos interea ambulemus.

CAP. II.

Salini religio in mensa. Arnobius explicatus: Livii lectio vulgata defensa. Saturnalia, servorum dies. Seneca correctus explicatusque. Saturnus deus. Festus & Cicero emendati. Mutatio vestis. Cænatoria. Synthesis. Plautus explicatus. Petronius & Dio correcti.

PUER redire mihi tarde visus. Itaque spatis aliquot confectis, Sedeamus; inquam: puer hic Duzæ interea ministraverit. Age tu, vasum cum aqua. Lavimus. & cum trepidarent de loco, Etiam inter vos hæ deliciæ? inquam. Amicitia aut pares omnes accipit, aut facit. Sede tu Duza, tu Pighi, vos reliqui. Ego adsedi in imo. Et cum oculos circumtulissem, Heus puer, inquam, profana nobis hæc mensa est. Salinum oblitus. Lernutius me adspexit, velut caussam requirens ejus dicti. Ita, inquam, Lernuti. Profanam sine salino mensam esse Veterum opinio fuit; sed & nostra. Arnobius; *Sacras facitis mensas salinorum appositu, & simulacris deorum.* Quin & salinum ipsum inter vasa sacra. Bene notat interpres vetus ad illud Horatii,

Salinum sacram mensam facit.

—— splendet in mensa tenui salinum

*Salinum proprie est * patella, in qua diis primitiæ cum sale offerebant.* Et Statius ad hanc mentem:

—— & exiguo placuerunt farra salino

Etsi non revera patella, sed aliud vasum distinctum.

Itaque in Livio libro XXVI. ferre jam possum, *Ut salinum patellamque deorum caussa habeant*, etsi non pessime rescripsi olim, *culignam* Sed adfirmat vulgatam etiam Valerius, qui de paupertate Fabricii & Æmilii: *Uterque*, inquit, *patellam deorum & salinum habuit*. Et Plinius: *Fabricius bellicosos Imperatores plus quam pateram & salinum ex argento habere vetabat.* At de simulacris deorum, quod addit Arnobius: verum est, collocasse eos in mensa statuam dei cujuspiam, velut tutelam geniumque mensæ. Ita Herculem Epitrapezium lego in *Silvis* Statii: qui Vindici fuit

Vide Epist. Quæst. lib. I. ep. VIII.

In mensa olim deorum imago aliqua.

—— Castæ Genius tutelaque mensæ.

Et ante Vindicem, eum

—— Pellæus habebat
Regnator, lætis numen venerabile mensis.

Martial de eodem Hercule Vindicæ, Hoc habuit numen Pellæi mensa tyranni.

Quinetiam deos ipsos initio mensæ invocabant. Quintilianus Declamat. CCCI. *Habuisti honorem & illud humile limen intrasti, & adisti mensam: ad quam cum venire cœpimus, deos invocamus.* Inter hos sermones puer regressus a Cantero. Ego inclamavi, Ades, inquam; testudo, non homo: & qui ignaviorem possis facere ipsam ignaviam. Dic, ubi moratus? Parabat respondere puer, sed Duza occupavit. &, Unam hanc noxiam amitte Lipsi, inquit. Servorum hic dies est. Quid tu jam? inquam. Nempe, inquit, hodie Saturnalia. Cum capite ego abnuissem, Ita vero, inquit, hodie legitima Veterum Saturnalia. aut Fa-

Saturnalia Veterum, quo die?

A sti omnes me fallunt, qui ea conjiciunt in diem XVI. Kalendas. Atqui per festum, velut usurariam quandam libertatem servos habuisse, non ignoras. Imo jus iis datum quodam genere supra ipsos dominos; cum quibus commutabant etiam vestem. Dio lib. LVIII ἐν τοῖς Κρονίοις οἱ δοῦλοι τὸ τῶν δεσποτῶν σχῆμα μεταλαμβάνοντες ἑορτάζουσι. id est, *Saturnalibus servi habitum herilem sumentes festive agunt.* Atque adeo sedebant ad dominicam mensam, dominis præministrantibus. Athenæus l. XIV. ἐν ταῖς τῶν Κρονίων ἡμέραις ἔθος ἐστὶ Ῥωμαίων παισὶν ἑστιᾶν τοὺς

Servis tunc libertas.

B οἰκέτας, αὐτοὺς τὰς τῶν οἰκετῶν ἀναδεχομένους λειτουργίας. id est, *Saturnalium diebus, mos Romanis, præbere servis convivium. sic ut ipsi officia servorum obirent.* Attii versus huic rei:

Imo domini fungebantur eorum vices.

Exercent epulas læti, famulosque procurant
Quisque suos.

Et Senecæ locum non invitum huc traxerim, epistola XLVII. *Instituerunt diem festum, non quo solum* (ex veteri meo libro, *solo*, cum sententiæ totius medicina) *cum servis domini vescerentur, sed quo utique honores illis in domo gerere, jus dicere permise-*

Seneca explicatus.

Correctusque.

C *runt, & domum pusillam remp. esse judicaverunt.* Nam intellegit hoc Saturnalium festum. Ego post ea Duzæ verba placatior, imo vero jam hilarior, Abi puer, inquam, vicisti hoc patrono. Conversusque ad convivas, Amici, aio, comburamus hunc diem. Bona Saturnalia hodie.

Quapropter edulcare convenit vitam.
Curasque acerbas sensibus gubernare.

ut ait Matius. Id quidem in proclivi, ait Pighius. Certe, ut hic apparatus est, nos hodie mollius apud te curabimur, quam

D regi Antiocho oculi solent. Non cibo, Pighi, inquam, (subita enim hæc cænula est, & velut condicta) sed voluntate certe lubentiaque. Sed doce nos, antiquumne hoc Saturni festum? Antiquissimum, ait Pighius. Nam Saturnus, uti scire te scio, inter veterrimos Italiæ deos. qui frugibus repertor, quique gentes eas primus docuisse creditur sationes. Itaque non dubie Latinis nomen invenit a satu. Ut enim a portu Portunnus, a nuptu Neptunnus; sic diserte a satu, Satunnus. Nam ita primitus pronuntiabant. Festus: *Hic deus in Sa-*

Saturni etymon Latinum.

E *liaribus Satunnus nominatur, videlicet a sationibus.* male ibi vulgo, *Satirnus*, vel, *Saturnus*. Nam Salii scilicet aliter indigetabant, quam vulgus. Sic Tertullianus, *Exceptus a Jano, vel ut Salii volunt, Eano.* Crebra autem & vetus ea terminatio in nominibus deorum. Sic Pilunnus, Picunnus, Vertunnus, etiam hodie in antiquioribus libris: denique, ut dixi, Neptunnus. Victor hic interfatus, De Neptuno, Pighi, inquit, permitte ambigam: Cicero contra te, qui derivat a nando. Ejus verba

Festus correctus.

Ratio terminandi infectendique nomina deorum prisca.

In Cicerone divinatio.

F II. *De natura deor. Ut a portu Portunus, sic Neptunus a nando, prioribus litteris paullum immutatis.* Pighius excepit, Imo tu permitte de scriptura ista ambigam. Neptunus ais a nando? quomodo potest? Rem spectem, sive verba: infelix originatio tua Cicero, imo falsa. Varro melius, *Neptunus*, inquit, *quod mare terras obnubit.* Sed, mea fide, nunquam fugit id verbum ab ore Marci. Corruptum locum adsero, scribendumque, *a nubendo*, vel, *a*

nuptu. Res auctor est, & Cicero ipse, qui comparat Neptuni etymon cum Portunni. ineptissime, vulgata quidem illa lectio si vera sit. quam ego planissime persuasus sum ab stolido aliquo Herma esse, qui nubendi verbum nonnisi in conjugiis noverat. Vetus ergo in Italia ille deus: etiam festum, si Macrobii centonibus fides, quos vobis non inculco. Dionysius Halicarnasseus originem Saturnalium ad regem Tullum clare refert libro tertio. At Livius post reges exactos demum festum id constituit libro II. *A. Sempronio*, inquit, *& M. Minutio Cos. ædes Saturno dedicata: Saturnalia institutus festus dies*. Imo centenis aliquot post annis agnoscere institutionem ejus videtur libro vigesimo tertio: ea mente tamen, credo, quod aut paucis adhuc sacer festusque esset is dies: aut quod tunc demum in Decembrem mensem rejectus, cum antea habitus alio mense. Verba quidem Livii clara hæc: *Postremo, ex libris Decembri jam mense ad ædem Saturni immolatum est, lectisterniumque imperatum & convivium publicum, ac per urbem Saturnalia die ac nocte clamatum: populusque eum diem festum habere ac servare in perpetuum jussus*. Nam hæc narrat Cn. Servilio & C. Flaminio Coss. bello Punico secundo. Ait Livius, clamatum Saturnalia. Vellem voce addita, Io Saturnalia. Certe is solemnis clamor. Dio de militibus in Claudii libertum jocantibus: *βοῶντες εὐθὺς ἐξαίφνης τοῦτο δὴ τὸ θρυλλούμενον, Ἰὼ Σατουρνάλια*. id est, *clamantes statim illud tritum, Io Saturnalia*. Macrobius tamen, ut vulgata lectio Livii: *quo solo die apud ædem Saturni, convivio soluto, Saturnalia clamabantur*. Clamabant &, Bona Saturnalia. Arrianus in Dissertationibus Epicteti: *τοῖς γὰρ παιδίοις ὅταν προσελθόντα κροτῇ καὶ λέγῃ, Σήμερον Σατουρνάλια ἀγαθά, λέγομεν, οὐκ ἔστιν ἀγαθὰ ταῦτα; οὐδαμῶς· ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ ἐπικροτοῦμεν*. id est, *Pueris enim cum adveniunt plaudentes & dicentes, Hodie bona Saturnalia, dicimusne, Non sunt hæc bona? nequaquam: sed ipsi quoque applaudimus*. Martialis allusit,

Iste tibi faciet Bona Saturnalia porcus.

Fortasse & Catullus, *Saturnalibus optimo dierum*. Caussa huic clamori, præter religionem, etiam lætitia. quia certe non alium diem privatim publiceque habuerunt hilariorem. Inde sermo, Saturnum Pollucis filium esse, *vel a pollendo* (ait Fulgentius in *Mythologicis*) *vel a pollucibilitate, quam nos humanitatem dicimus. Unde & Plautus in comœdia Epidici ait, Bibite, pergræcamini pollucibiliter*. Nec male Fulgentius. Omnes enim illi dies revera jocorum conviviorumque. Inde ortum, ut præter reliqui temporis morem, Saturnalibus mane lavarent, quasi statim transituri ad mensam. Didici e solo Tertulliano: *Non lavor*, inquit, *diluculo Saturnalibus, ne & noctem & diem perdam: attamen lavor honesta hora & salubri*. Et ab eadem caussa, ut ego quidem conjicio, instituta mutatio vestis. Nam Imperatorum temporibus, Senatores Equitesque, Saturnalibus in synthesi conspiciebantur. Refero ad Imperatorum tempora, quia vix est, ut id obtinuerit ante, vel ex Seneca, epistola XVIII. *Si te hic haberem, libenter conferrem quid existimares esse faciendum: utrum nihil ex cottidiana consuetudine mutandum, an & hilarius cænandum & exuendum togam. Nam quod fieri nisi in tumultu & tristi tempore civitatis non solet, voluptatis caussa & festorum dierum vestem mutavimus*. Ita enim narrat, ut videatur eam culpam impingere suo ævo. Idque in parte verum. Nam olim quidem Togas ponebant domini, easque servi induebant; at synthesim simpsisse eos non credo, non lego. Quæ tamen Senecæ & post ævo, receptissima per eos dies. Martialis:

Synthesibus dum gaudet Eques dominusque Senatus,
Dumque decent nostrum pillea sumpta Jovem.

Nec alterius sententiæ illud epigramma:

Nil lascivius est Charisiano.
Saturnalibus ambulat togatus.

Caussa recipiendi, quoniam cænatoria, opinor, ea vestis. At Saturnalia, non aliud quam promiscuæ epulæ & velut continentes comissationes. Jure ergo, tanquam in publico quodam civitatis convivio, sumta vestis quæ ad convivia; eaque etiam in publico usurpata lætitiæ testandæ. Finierat Pighius. Sed ad eum Victor, Velim Pighi, inquit, paullo ista fusius. Tibi hic liquet, credo: sed nobis in priscis iis ritibus adhuc nubes. Quam sermonis tui luce remove. Parebo, inquit, etsi vobis eruditis rerum veterum, satis censebam, ut pedem modo ponerem in viam. Romanis in duplici discrimine vestis. Alia Domestica, alia Forensis. Suetonius, Ammianus, Jurisconsulti. Illa intra parietes scilicet usui, hæc in negotiis inque foro. Commutare eas, & domi forensem, aut foris domesticam induisse; probrum. Inter domesticas, Cænatoria. Quam non fas videre publicam lucem. Martialis in lemmate *Cænatoria*:

Nec fora sunt nobis, nec sunt vadimonia nota:
Hoc opus est, pictis accubuisse thoris.

Itaque ut rem novam narrat Dio in *Hadriano*, quod Fronto nobilis orator Turbonis tribunal adierit *ἐν τῇ στολῇ τῇ δειπνίτιδι*, *in conviviali veste*. Et ab hac mente idem Hadrianus Imp. *Senatores & Equites semper in publico togatos esse jussit, nisi a cæna reverterentur*, ait Spartianus in *ejus vita*. Et bene juvat Spartianus. Fas enim mosque, ut apparet, cum cænatoriis conspici in publico, sub cænæ tempus. Cur non igitur Saturnalibus diebus permissum, per quos continuæ, ut dixi, cænæ? Hercules non aliam caussam video Synthesis sumptæ. Nam quod probandum superest, Synthesim adfirmo dictam cænatoriam vestem: utique hominum lautiorum. Martialis satis clare:

Undecies una surrexti, Zoile, cæna:
Et mutata tibi est synthesis undecies.

Tranquillus valide adjuvat, qui in *Nerone* observat cum nota, quod *plerumque synthesinam indutus, prodierit in publicum, sine cinctu & discalceatus*. qui scilicet convivantium habitus. Jamne capitis? an etiam de Cænatoriis latius dico? Annuistis: dicam. Mos ille vetus Romæ, ut domi haberent vestes ad cænam. & si fo-

Bona Saturnalia.

Quare institutum?

Forensis vestis & Domestica.

Cænatoria domi tantum.

Synthesis inter cænatoria.

Semper Romani vestem in cæna mutabant.

ris cænarent, acciperent ab amicis, aut ipsi adferrent. Capitolinus in vita Maximini: *Cum ad cœnam ab Alexandro esse vocatus, in patris honorem, quod ei deesset vestis cœnatoria, ipsius Alexandri accepit.* Plautus Pallium malacum id appellavit, me interprete, *Bacchidibus:*

Pallium, pro ea veste.

Plauto lux.

> *Pro galea scaphium, pro insigni sit corolla plectilis,*
> *Pro hasta talus, pro lorica malacum capiam pallium.*

Nam describit omnia, quæ solita convivio. Et bene, Pallium. credo enim fuisse ad eam formam. Martialis quidem sic appellat, ubi de se cum uxore accumbente.

> *Ad mensam venies, sed sic divisa recumbes,*
> *Ut non tangantur pallia nostra tuis.*

Et Petronius de Trimalcione cænante: *Pallio coccino adrasum incluserat caput, circaque oneratas veste cervices laticlaviam immiserat mappam.* Recte etiam, Malacum Plautus. Revera enim mollior, pretiosiorque ea vestis, & e purpura sæpe. Apud Horatium vetula amatrix:

> *Muricibus Tyriis iteratæ vellera lanæ*
> *Cui properabantur? tibi nempe.*
> *Ne foret æquales inter conviva, magis quem*
> *Diligeret mulier sua, quam te.*

Petronius leviter emendatus. Accubitoria vestimenta.

Nam ad convivia manifeste accommodat. Etiam Petronius: *Vestimenta mea cubitoria* (legerim, *accubitoria*, litterula retracta) *perdidit, quæ mihi natali meo donaverat cliens quidam, Tyria sine dubio, sed jam* (malim negandi nota, *sed haud*, ut dibapha significet) *semel lota.* Sed & Persius:

> *—— ecce inter pocula quærunt*
> *Romulidæ saturi, quid dia poemata narrent.*
> *Heic aliquis, cui circum humeros hyacinthina læna est,*
> *Rancidulum quiddam*, &c.

Læna, pro cœnatoriis.

Plerumque e purpura, coccove.

Nam lænam circum humeros, & quidem hyacinthinam, vestem hanc dixit convivialem. Lautiorum videlicet hominum cænatoria semper purpurea coccinave: quæ fortassis proprie Synthesis dicta, & ideo tantum Equiti & Senatori adtributa a Martiale, exclusæ plebe. Dio, ubi Suetonius de Nerone, *synthesinam* dixit, sive synthesim: vertit in eadem re, χιτώνιον ἀνθινον, id est, *tuniculam floridam*. Et scio Floridam vestem in Apulejo aliisque legi; sed videte tamen ne verius hic sit, ἰώθινον. a colore videlicet, qui in synthesi violaceus, vel ut Plinius etiam appellat, Janthinus. Hæc de Cænatoriis. quem morem mansisse ad Sidonii tempora disco ex libro primo *Epistolar.* ubi de convivio Imperatorio, a quo jam surrexerat; *Paulum a prospectu Imperatoris processeramus, atque etiamnum chlamydibus induebamur, cum mihi Consul*, &c. Ostendit clare positam a se chlamydem, & resumptam.

Conjectura in Dione. Plinio lib XXI. cap. VI Janthina vestis dicta.

Quamdiu perseveravit is mos?

CAP. III.

De Saturnalium diebus. Opalia. Suidæ lux. Ausonio medicina. Varroni lux & medicina. Aucti Saturnalium dies.

Beas nos, Pighi; sermonibus istis, inquam. sed de numero dierum Saturnalium, nilne addis? Neque enim liquida vulgo ea res: & Macrobius, qui conatur, pulverem ob oculos nobis spargit. ita concinnat nescio quid perplexi, & quod, peream, si umquam cepit ipse. Pighius, Ita solus ego qui consulor? inquit. Melius est domum aperiam, & solium mihi ponam novus Brutus. Tamen, qua de re quæris, sic habuit. Antiquitus unus Saturnalia dies: & idem communis cum Ope. Nam Opalia & Saturnalia utraque incidebant in diem XIV. Kal. Jani. Macrobius testis, & Kalendarium vetus repertum Romæ. Quid mirum? quorum lectus communis est, ut sit dies? Nam Ops sive Rhea, uxor Saturni. Hoc nisi præscimus, nunquam illud Suidæ e Lexico dextra manu capiemus: Κρόνια, ἑορτὴ ἀγομένη Κρόνῳ καὶ τῇ μητρὶ τῶν θεῶν: id est, *Saturnalia, festum celebratum Saturno & Matri deum.* Quid enim in speciem vanius, quam Saturnalia adscribere Matri deum, sive Opi: At caussa confusionis Græculo non injusta, communio illa dierum a me dicta. Hæc Ops opem feret Ausonio poetæ, cujus desperatæ sanitatis versum etiam Æsculapius noster, Scaliger, deposuit: ego de via medicus sanabo. In carmine de Feriis Romanis:

Qui celebrati inter priscos Jureconsultos. Quot dies Saturnalium? Opalia.

Suidas explicatus, & excusatus.

> *Visne ope sancte sacrum, vel Saturnalia dicam?*
> *Festaque servorum, cum famulantur heri?*

Nam clare lego, *Visne Opis ante sacrum.* Ambigit poeta Opalia prius an Saturnalia dicat. quare? quia, ut jam iteravi, conveniebant ea festa, & utrique deo, deæ, sacer idem dies. Interpellavit hic Victor: & Correctio, inquit, perclara: non illa quam ponis dierum concursio. Varro facit tenebras, qui lib. quinto *de L. L. Saturnalia*, inquit, *dicta ab Saturno, quod die feriæ ejus, ut post diem tertium Opalia, Opis.* Ecce, nonne diserte post diem tertium a Saturnalibus Opalia celebrata vult? At tu ajebas die eodem. Respondit Pighius, His tenebris, Victor, dabo lucem. Quæ de communione dierum prædixi, ad Consulum tempora pertinent & remp. priscam: non idem de C. Cæsaris & deinceps ætate sentias. Ut enim Cæsar Fastos correxit, & huic Decembri mensi duos addidit dies: Saturnalia, ut sic dicam, sedem mutarunt, & a XVI. Kal. numerari cœpta, non ut ante a XIV. Migrarunt igitur Saturnalia: non tamen Ops, quæ in die veteri stabilis permansit. Hanc correctionem Cæsarianam clarum Varronem spectasse, qui condidit eos *De L. L.* libros (uti vel hinc discimus Cæsare jam Dictatore: & feriarum dies ad Fastos ejus aptavit. Tamen in Varrone scribi erit verius, *ut post, die tertio.* Hoc mihi jam lucet, inquit Victor: tu perge. Iterumque Pighius: Ut ergo cœpi dicere,

Ausonius correctus.

Varroni data lux.

Vide Macrobium, qui multa lib. I.

Varro quando libros de L. L. scripserit?

Fasti [illegible]

Quomodo aucti Saturnalium dies?

inquit, unus Saturnalium dies mansit ad C. Cæsarem; ab illo, tres celebrari cœpti. idque Octavianus Augustus tenuit, qui in legibus judiciariis triduum ferias servari jussit. Hactenus certa possum: de die quarto dicam incerta. Nam illum quis addiderit, non lectum mihi, & credo, nunc non scriptum. Quintum saltem diem additum a Caligula reperio. Suetonius: *Ut lætitiam publicam in perpetuum augeret, diem adjecit Saturnalibus, appellavitque Juvenalem.* Diem Beroaldus intelligit sextum vel octavum. Errat. vos accipite quintum. Dio l. LIX. de hac ipsa re: τὰ τε Κρόνια ἐπὶ πέντε ἡμέρας ἑορτάζεσθαι ἐκέλευσε: id est, *Saturnalia per dies quinque celebrari jussit.* Tamen ille ipse quintus dies post Caii cædem abolitus, sed restituit Claudius docente eodem Græco lib. LX. τοῖς τε Κρονίοις τὴν πέμπτην ἡμέραν, τὴν καταδειχθεῖσάν τε ὑπὸ τοῦ Γαΐου, καὶ μετὰ τοῦτο καταλυθεῖσαν: id est: *Saturnalibus quintum diem, a Cajo institutum, posteaque omissum, restituit.* In universum ergo Saturnalium dies legitimi, uti videtis, quinque. Ego dixi. Cum desiisset Pighius, Lernutius occupavit. Sed enim scrupus ille de die quarto. non tollis hanc molestiam pedibus? Vellem tu meo capiti, inquit. nam juxta tecum id scio. Divinemus, inquam ego. An Tiberius, si forte, addidit? Certe ille solus interjectus Caligulam & Augustum. Huic vaticinio, ait Pighius, ex Tiberii moribus non est fides. Nec enim ille unquam fautor rei ludicræ: &, ut ejus severitas fuit, diminutum potius publicas voluptates iflet, quam auctum. Ego quamquam cum Euripidæa nutrice possim dicere,

Quintus dies a Caligula est.

Quartum quis addiderit, incertum.

Οὐ μάντις εἰμὶ τ' ἀφανῆ γνῶναι σαφῶς:

Vates ego haud sum, incerta certo ut noverim.

tamen divinem diem quartum esse ab Augusto. cujus extremis annis irrepserit, crescente luxu, & quia ea auctio plebi volenti.

Videri tamen ab Augusto esse.

CAP. IV.

Etiam quæsitum de diebus. Objectiones positæ, & in parte remotæ.

SUscipit Lernutius. Anchoram jecisti, Pighi, sed nondum adspicis terram. Duo me turbant. Ais a Julio Cæsare tres Saturnalium dies factos, antea unum. Ais nunquam plures fuisse quinque. Primum oppugnat Cicero, qui lib. V. *ad Atticum* diu ante Julianam correctionem tertia Saturnalia nominat; *Mancipia vænibant,* inquit, *Saturnalibus tertiis.* Sed & Mallius quidam apud Macrobium, cujus ibi verba. Alterum. Interrupit Pighius, St, inquit. turbinem hunc prius removeam, ne navi nostræ frangat ratem. Tertia Saturnalia nominat Cicero? Fateor. hilaritas ergo triduana, sed non feriæ, non sacrum. Festus pro me: *Quinquatrus appellari quidam putant a numero dierum, qui scilicet errant, tam hercules quam qui triduo Saturnalia & totidem diebus Compitalia. Nam his omnibus, singulis diebus fiunt sacra.* Jam dic de altero. Septem dies Saturnalium comperior, ait Lernutius, non ut tu perseveras quinque. Lucianus in *Croniis* plus uno loco: Martialis:

Tres dies etiam ante Cæsarem.

Quomodo septem numerati?

Saturni septem venerat ante dies.

& poetæ alii. Subridens Pighius, Per hanc, inquit, tempestatem facile ero in portu. Saturnalia legitima dixi quinque fuisse: tu, illique quos laudas, spurios adjicitis dies binos. Ut clare dicam. Ipsa Saturnalia constabant diebus quinque: at Sigillaria, quæ subsequebantur, binis. Quæ festivitas, quia non abhorrens a lætitia priori, illique continens erat, factum ut confuse numerati Saturnales septem. At in re aliud fuit. Itaque ille ipse Martialis, ubi veritatis diligentior, nominat Saturnalia modo quinque:

Et jam Saturni quinque fuere dies.

Alibi:

Hæc signata mihi quinque diebus erunt.

Et jamne hæc res in vado? Imo, inquit Duza, ecce alius imbricitor Auster. Nam ut Martialis ætate dies septem numerentur, caussam video: anteriori ævo quid fiet? cum septem recensitos reperiam multis ante Cæsarem annis? Novius *Atellanarum* scriptor:

Tamen septem dies etiam ante Cæsarem.

Olim exspectata septem veniunt Saturnalia.

Sed & Mummius quidam:

—— nostri majores veluti bene
Multa instituere, sic hoc optime, frigore
Fecere summo dies septem Saturnalia.

Et quid ais tu? Unus ante Cæsarem Saturnalia dies: binos Sigillaritios adde: ubi septem? Amplius largior. tres fuerint Saturnalium: ubi septem? Exspecto quid ad ista noster Brutus. Tacebat Pighius. Et mehercules obbrutui, inquit. Juva in partem Lipsi. Egone? inquam. oram reperire nullam qua te expediam queo. & quin ad prius illud tectorium confugimus, lætitiæ fuisse dies plures, non festi? Nisi id fit, submitto equidem arma.

Nec facile solutus nodus.

CAP. V.

Saturnalia Gladiatoribus ludisque destinata. Ipsi Gladiatores Marti, vel potius Saturno sacri. Saturnus inter inferos, maleficus, & cruento sacro gaudens. Tibullo lux, & Tertulliano. Sacerdotes Saturni.

RIsit vehementer Duza; &, Hic Auster, ut video, inquit, vos omnes perculit. Heus puer, da vinum huic naufrago Lipsio: sed merum. Nam aqua non ultra illi opus. Etiam rides? inquam ego. ulciscar. Da mihi puer eccillam pateram e crystallo: illam capaciorem dico, quæ est in Delfica. Admiratus Duza, Hui! tam grandem? inquit. Non id e more tuo, non e sanitate. Nimirum, inquam, non Cereri, sed Saturno hoc sacrum fit. Itaque, ait Duza, tu nos omnes hodie reddes saturos. mallem hilaros & lubentes. Sane mos Romanus non magis conviviis hunc diem dicavit, quam facetiis & ludis. Itaque Gladiatores, Venatio, Circenses, quanquam alias; tamen his diebus proprie dabantur. Gladiatores inprimis, quorum tutela Saturnus. Erras Duza, inquam: Mars potius. Apud Tertullianum certe lego (libello *de Spectaculis*) *Martem & Dianam utriusque ludi præsidem novimus.* ludi videlicet gladiatorii, venatoriique. Item Salvianum: *Colitur & honoratur Minerva in gymnasiis, Venus in theatris, Neptunus*

Gladiatores Saturnalibus dati.

Etiam præses Marti.

in Circis, *Mars in arenis*, *Mercurius in palæstris*. Duza renidens & renitens, Non pugnem, inquit, tantis scriptoribus libens: tamen vereor ut verior Lactantius sit: *Munera*, inquit, *& quæ vocantur Venationes Saturno adtribuerunt*. Ita eum locum inserta copula lego. Nam & in Epitoma Lactantii: *Munerum editiones Saturno factæ* (lego *sacræ*) *sunt: scena Liberi patris est*. Addicit Lactantio Ausonius,

Vel potius, Saturnus.

Et gladiatores funebria prœlia notum
Decertasse foro: nunc sibi barena suos
Vindicat, extremo cum jam sub mense Decembri
Falcigerum placant sanguine cæligenam.

Ubi duo notes, & pugnasse gladiatores Saturnalibus; & Saturno placando propitiandoque. Caussa quam putem ejus tutelæ fuisse, hæc est. Saturnus non inter superos, sed inferos deos. Plutarchus in καταγραφῇ κεφαλαίων. Ῥωμαῖοι, inquit, τὸν Κρόνον ἡγοῦνται θεὸν ὑπουδαῖον καὶ χθόνιον. & alibi, Κρόνον δὲ τῶν κάτω θεῶν, οὐ τῶν ἄνω νομίζουσιν. Eademque opinio apud Græcos ipsos. Itaque in Tartaro eum collocat Prometheus apud Æschylum,

Saturnus inter deos inferos habitus.

Ἐμαῖς δὲ βουλαῖς ταρτάρου μελαμβαθὴς
Κευθμὼν καλύπτει τὸν παλαιγενῆ Κρόνον
Αὐτοῖσι συμμάχοισι.
Me consulente, in Tartari recessibus
Habet latebra antiquitus satum Cronum,
Ejusque comites.

Et in Catalogo deorum duodecim majorum omisit Ennius,

Juno, Vesta, Minerva, Ceres, Diana, Venus, Mars,
Mercurius, Jovis, Neptunus, Vulcanus, Apollo.

non facturus, si inter cælites fuisset. Credo eam opinionem valuisse, quia triste Saturni sidus & maleficum: quale ingenium deorum inferorum. Inde est nænia Græcorum, Κρόνιον ὄμμα: id est, *Saturnius oculus*: inde superstitio, Saturni diem viæ non faustum. Tibullus,

Saturnus maleficus.

Tibullo lux.

Aut ego sum caussatus aves, aut omina dira,
Saturni aut sacram me tenuisse diem.

Ovidius ad amatorem, cui iter invito suadet:

Nec pluvias opta, nec te peregrina morentur
Sabbata, nec damnis Alia nota suis.

Jure ergo Romani, quia gladiatorum sanguine placari manes credebant, eaque prima ludicri caussa; hoc spectaculum dedicarunt crudo & sanguineo deo. Quo traho etiam cultum sacerdotum ejus a reliquo vulgo secretum. Nam pallio coccineo mystæ Saturni velabantur. Tertullianus de Testimonio animæ: *Atque id plerumque facit & vitta Cereris redimita, & pallio Saturni coccinnata, & deæ Isidis linteata*. Idem de Pallio: *Cum lætioris purpuræ ambitio & galatici ruboris superjectio Saturnum commendat*. Coccineus enim color (quem Galaticum ruborem appellat, quia granum id Galatiæ frequens) sanguinis & cædium est: ideoque & Imperatoris olim paludamentis, ait Plinius, dicatum coccum. Hæc satis certa. Abnuere tamen nobis Prudentius tuus videtur, Victor, in Hamartigeneja:

Idea sanguine placandus.

Saturni sacerdotes coccinati.

Paludamenta Imperatorum coccinea.

Diti sacros esse gladiatores ex Prudentio.

Respice terrifici scelerata sacraria Ditis,
Cui cadit infesta fusus gladiator arena.

A Sed Ditem qui eundem cum Saturno hic capiat, mea sententia, haud aberret.

Aut etiam Diti, hoc respectu, quod manibus placandis dati gladiatores.

CAP. VI.

Gladiatores olim in conviviis: Campanorum instituto. Romani id æmulati. Lampridius contra Turnebum explicatus, in Cubiculariis gladiatoribus. Germanorum immanitas.

INter hos sermones intulerant pueri missum secundum. in quo gallinæ, columbæ, turdi, & ejusmodi altilium minuta. Et ego ad hospites, En, inquam, paravi ad illud Comicum,

B

Non ampliter, sed munditer convivium.

Tempus non tulit. nec inter eos ganeones ego, quibus modulus est vitæ culina, ut ait Varro. Itaque sumite quæso contenti istis. Etiam excusas? ait Pighius.

Sibi habeant sua regna reges, sibi divitias divites:

nobis dum sic sit. Et quæ cæna præ ista, quam suavissimæ doctissimæque fabulæ condiunt? Vellem paullo magis, inquam: nec

C tu Pighi sermonis esses tam parcus. Parcus ego? inquit. cui linguarium mehercle dandum fuit, ita insolite hac omni cæna sum loquax. Scis enim ingenium meum: quamque illud Homericum in me conveniat,

Ἀλλ᾽ οὔ οἱ χάρις ἀμφιπεριστέφεται ἐπέεσσιν.
Sed non illius cingebat Gratia labra.

Tace, inquam. Nam tu quidem

D

Λέγειν ἄριστος, ἀδυνατώτατος λαλεῖν.
Bonus loqui, sed fabulari nescius.

ut invertam illud Eupolidis. Sed quoniam cœpimus, & bella jam occasio est, de Gladiatoribus placetne largius fabulari? Nam verum fateamur. non alius mos est, quem diserte intelligi pluris intersit veterum scriptorum. Quæ historia ab hac commemoratione Gladiatorum, quis orator, quis poeta abstinuit? Et quidem pleræque metaphoræ, similitudines, imagines, alii flores orationis sunt ab istis. Occupa ergo

Utilitas intellectæ rei gladiatoriæ.

E hanc gratiam tu Pighi, & doce nos invulgatum adhuc ritum. Egone? ait. imo Duza hic potius —— παλαιά τε πολλά τε εἰδώς, id est, *& prisca & pluria noscens*. Et solusne Pighius hic pro magistro? Tum ego, Qui viam ad mare nescit, amnem sibi quærit ducem: sic nos te Pighi, ut penetremus ad mare illud antiquitatum. Eia! urgetis modestiam meam, inquit, sed enim ne alienum sit ab hac mensa. Renidens Duza: Adeo hic sermo, Pighi, mensæ non disconvenit, ut Romani rem ipsam cottidie oculis usurpaverint super mensam. Nam

Gladiatores olim super mensam.

F in omni lætiori convivio solemne fuit, in triclinio paria aliquot Gladiatorum exhibere ad pugnam. Ortus, ut videtur, mos a Campanis: de quibus Silius lib. VI. *Punicor.*

Auctoribus Campanis.

Quinetiam exhilarare viris convivia cæde
Mos olim, & miscere epulis spectacula dira
Certantum ferro, sæpe & super ipsa cadentum
Pocula, respersis non parco sanguine mensis.



Strabo de iisdem lib. quinto: ἐπὶ τοσοῦτον δ' ἐνετρύφησαν, ὥστ' ἐπὶ δεῖπνον ἐκάλουν πρὸς ζεύγη μονομάχων, ὁρίζοντες ἀριθμὸν κατὰ τὴν τῶν δείπνων ἀξίαν. id est: *Eo luxus provecti sunt, uti convivas vocarent ad paria gladiatorum; quorum numerum augebant minuebantve pro dignitate cujusque convivii*. Liv. lib. nono: *Et Romani quidem ad honorem deum insignibus hostium armis usi sunt: Campani ab superbia & odio Samnitium, gladiatores (quod spectaculum inter epulas erat) eo ornatu armarunt, Samnitiumque nomine appellarunt*. Ab iis ergo avide hauserunt Romani. de quibus Nicolaus Damascenus: τὰς τῶν μονομάχων θέας, inquit, οὐ μόνον ἐν πανηγύρεσι καὶ θεάτροις ἐποιοῦντο Ῥωμαῖοι, ἀλλὰ κἀν τοῖς ἑστιάσεσιν. ἐκάλουν δ' οὖν τινες πολλάκις ἐπὶ δεῖπνον τοὺς φίλους ἐπί τε ἄλλοις, καὶ ὅπως ἂν δύο ἢ τρία ζεύγη ἴδοιεν μονομάχων, ὅτε καὶ κορεσθέντες δείπνου καὶ μέθης, εἰσεκάλουν τοὺς μονομάχους. καὶ ὁ μὲν ἅμα ἐσφάττετο, αὐτοὶ δ' ἐκρότουν ἐπὶ τούτῳ ἡδόμενοι. id est: *Spectacula gladiatorum non per ferias tantum & in theatris Romani exhibuerunt; sed privatim in conviviis. Quin & ad cænam sæpe amicos vocare soliti, cum ob alia, tum ut bina aut terna paria gladiatorum viderent.: quos vino jam & cibo madidi intro vocabant. atque ille quidem trucidabatur: isti plausum manibus dabant, tanquam in re læta*. Nec de alio ritu Horatium exaudio:

Quos Romani imitati.

Cædimur, & totidem plagis consumimus hostem
Lento Samnites ad lumina prima duello.

Horatius explicatus.

Lumina accipio, cænæ, præter opinionem florilegi interpretis. Perseveravit ille mos ad extrema imperii tempora. Capitolinus de Vero: *Gladiatorum etiam frequentis* (ita inibi lego) *pugnas in convivio habuit, trahens cœnam in noctem, & in thoro convivali condormiens*. Lampridius de Antonino: *Gladiatores ante convivium pugnantes, sibi frequenter exhibuit*. Atque hi convivales gladiatores sunt, quod *Cubicularios* Lampridius in Commodo dixit: *Inter hæc, habitu victimarii victimas immolavit: in arena rudibus; inter cubicularios gladiatores pugnavit lucentibus aliquando mucronibus*. Ita paullo verius doceo, quam Turnebus: qui *Rudiarios* pro *Cubiculariis* substituit, dea non favente. Nam & Dio illum in publico sine ferro, domi gladiis, & ad cædem usque, dimicasse commemorat: καὶ ἐμονομάχει, inquit, οἴκοι μὲν, ὥς καὶ φονεύειν τινάς. ἐν δὲ τῷ κοινῷ, ἄνευ σιδήρου καὶ ἄνευ αἵματος ἀνθρωπείου. id est, *Et digladiabatur domi quidem, etiam ad cædem quorumdam; in publico autem, sine ferro, & sine sanguine humano*. Desierat Duza, & ad eum ego: Sed censen' hanc legitimam in convivio pugnam fuisse, an quasi lusum? Hostibus quidem nostris, inquit, sit hic lusus. prorsus legitima pugna, & cum applausu convivantium, occidebant, occidebantur. Ita Nicolaus: cujus verba, ut video, prætervolarunt tuas aures. Vultu aversatus feritatem eam Victor, Di boni! crudas & immanes epulas! inquit. & jam miror Lapitharum convivia in proverbium isse, non isse Romanorum. Quid illos culpas? respondit Duza. nos ecce Galli nihilo meliores. Posidonius, Κελτοὶ, inquit, παρὰ τὸ δεῖπνον μονομαχοῦσιν. id est, *Galli super cænam digladiantur*. Imo hoc amplius scribit, eo dementiæ provectos, ut paullulo argento vel vasis aliquot fictilibus conducti (quæ pacto scilicet propinquis darentur) supini in scuto immobilesque jacerent, atque ibi accedens alius jugulum iis incideret. At enim, inquit Victor, de Germanis

Cubicularii gladiatores.

Vulgata in Lampridio lectio defensa, distinctione tamen adjuta.

Cruenta Romanorum convivia.

Celtarum sive Germanorum magis.

Germanis id accipi commodius veriusque est. Scis enim quomodo Græci usitati voce Κελτῶν.

C A P. VII.

In genere de Spectaculis primo. Tum de celebritate & frequentia Gladiatorii ludicri. quamque id gratum? Quo nomine antiquis dictum? Munus, Munerarius, Munerator. Editio, Editor. Tacitus correctus. Gladiatores significatione duplici, pro re, proque hominibus.

AT tibi, Pighi, satin' ut præcisa nunc omnis tergiversatio? Perge, cum Musis benevolentibus. Sed mussante etiam Pighio, ego velut commotior, Quam lenta hæc materies? inquam; corbita celerius moveatur in tranquillo mari, Fac, si quid facis. At Pighius renidens, Sine præmediter saltem, inquit. Unde enim tam numero possim, de re obsita & vetusta? Nos precabimur, ait Lernutius, Numeriam deam tibi ut adsit & Monetam. De postrema, inquit, accipio omen: faventior ut mihi quam Antuerpiæ sit. Vos audite, adjuvate, & aberrantem dirigite.

Scriptores etiam olim de re ludicra. Præter hos, etiam Sinnius Capito.

Spectaculorum res nec antiquis quidem sine cura fuit; scripseruntque de iis ex professo, quod sciamus, Suetonius Tranquillus, & Tertullianus. Alterius liber nunc est: alterius fuit. Sed caussa scribendi iis finisque non una. Ille ut explicaret, noster ut damnaret, descenderunt in hanc arenam. Et sane plerique Theologi e priscis, cum viderent pietatis damno, addictum devinctumque populum his ludis; passim invecti in eos, ut libidinis sævitiæque fontes. Et bene illi; nec male nunc ego, qui per Suetonii vestigia iens ritus illustrabo prisci & nobis ignoti ævi. Quomodo enim vel illos ipsos viros sanctos legemus capiemusque, nisi cognitione aliqua imbuti rerum earum quas carpunt? Ut omittam scripta omnia profana; quibus immittenda lux ab hac narratione. Atque ut primas totius sermonis lineas ducam; Spectaculorum apud Romanos quadrigas constituo, Gladiatores, Venationem, Circenses, Scenam. Tria ex iis ad oculos maxime, unum pertinuit ad aures. Quæ ad oculos, propria fere Romanorum; aut si in alia gente; tenuia præ istis, & dictu parum digna. Scio & Agones Musicos fuisse, & Gymnicos ludos: sed nove illa traducta Romam, nec mihi nunc curæ. Dicam de Gladiatoribus, ut petistis; quod inter omnia scire vos volo celeberrimum fuisse frequentissimumque Romæ. Cicero adfirmat serio, oratione *pro Sestio*: *Equidem existimo nullum tempus esse frequentioris populi, quam illud gladiatorium: neque concionis ullius, neque vero ullorum comitiorum*. Et in quo plebs maxime vel delectabatur, vel verius, insaniebat. Idem Cicero, de gladiatoribus: *Id autem spectaculi genus erat, quod omni frequentia atque omni genere hominum celebratur, quo multitudo maxime delectatur*. Idemque studium apposite exprimit & tangit quicumque scriptor *De caussis corruptæ eloquentiæ*: *Jam vero*, inquit, *propria &*

Theologi veteres in spectacula crebro.

Divisio spectaculorum.

Gladiatorii ludi, inter omnes celeberrimi.

Gratissimi plebi.

Juventutis in deliciis.

A *peculiaria hujus urbis vitia pæne in utero matris concipi mihi videntur, histrionalis favor, & gladiatorum equorumque studia; quibus occupatus obsessusque animus, quantulum loci bonis artibus relinquit? quotumquemque inveneris, qui domi quidquam aliud loquatur? quos alios adolescentulorum sermones excipimus, siquando auditoria intravimus?* Nam illud fœdum, incredibile, quod addit: *Ne præceptores quidem ullas crebriores cum auditoribus suis fabulas habent. Colligunt enim discipulos non severitate disciplinæ, nec ingeni experimento, sed* B *ambitione salutantium, & illecebris adulationis*. Spectaculum hoc appellatum proprie, Munus; vel quia populo gratis daretur; vel, ut Tertullianus ait, *ab officio, quia officium se mortuis facere arbitrabantur*. Et bene ac perite Tertullianus; nam Munus proprie officium antiquis; sicut Munis, officiosus. Festus: *Munem significare certum est officiosum: sicut e contrario immunis dicitur, qui nullo fungitur officio*. At origo gladiatorum, ut mox dicam, a funebri re. Is qui præbebat, ab ea voce *Munerarius* dictus. Glossæ, *Munerarius*, ἀγωνοθέτης. C cujus vocis primum patrem Quintilianus facit Augustum libro VIII. *Quædam in usu*, inquit, *perquam recentia, ut Messalla primus Reatum, Munerarium Augustus primus dixerunt*. Nam antea vel Domini ludorum dicebantur, ut Ciceroni *de Legibus*: vel Editores, & res ipsa Editiones. Capitolinus in *Antonino*: *Absens populi Romani voluptates per ditissimos editores curari vehementer præcepit*. Lapis propter Neapolim:

Exemplum habes in Suetonii Nerone, c. XXII.

Hi ludi proprie Muneris nomine veniunt: et[illegible] Tertullianus lib. III.

Munerarius.

Dominus.

Editor. Editiones.

D HIC. OBLITERATO. MVNERIS SPECTACVLO. IMPETRATA EDITIONE, AB. INDVLGEN MAX. PRINCIPIS. DIEM. GLADIATORVM. ET. OMNEM. APPARATVM. PECVNIA. SVA. EDIDIT.

Alius Præneste:

OB. INSIGNEM. EIVS. EDITIONEM. MVNERIS. BIDVI.

Et exempla pluria obvia vulgo. Tacitum in hac voce bene emendasti, Lipsi, lib. III. *Annal.* de vitiis Drusi: *Huc potius intenderet, diem ædificationibus, noctem conviviis traheret*; bene, inquam, tu, *editionibus*: E quia ad ludos hos cruentos edendos frequentandosque Drusus pronus. Nec sine caussa tamen ficta ab Augusto illa vox nova; quia Editores Dominive, communes sunt omnibus ludis: Munerarius non nisi is qui munera edit, id est, Gladiatores aut Venationes. Muneratorem dixit magis nove Florus de Spartaco; *quasi plane expiaturus omne præteritum dedecus, si de gladiatore munerator fuisset*. Hic Lernutius. Sed non res ipsa, etiam *Gladiatorium* dicta? quæ vox mihi alibi lecta. Ad illum Pighius, Lecta in Livio, inquit: sed pro auctoramento pretioque gladiatorum, non pro ludis. At Cice- F ro aliique, plus semel Gladiatores, pro spectaculo & munere ipso usurpant, homines pro re: ut contra rem pro hominibus, cum Servitia, Conjugia dicimus, servos & conjuges ipsos. De verbo quod satis est dixi, si addidero Gladiatorem a Quinctiliano definiri *qui in arena populo spectante pugnavit*. Ita enim hic appello: non eos, quos Jurisconsultus, lib. ultimo,

In Tacito conjectura.

Munerator.

Vide lib. II. cap. V. Gladiatores, pro ipsis ludis. Lib. II. ad Attic. ep. I Philip. I. & IX alibique.

Gladiator quis?

De jure immunitatis μαχαιροποιὸς dixit; satis proprie, at parum usitate.

CAP. VIII.

Dispositio & ordo futuri sermonis. Origo ludicri, & caussa. Ciceroni lux facta. Primi gladiatores. Ausonio præluximus, eumque emendavimus. Recensio veterum munerum; quæ olim comprehensa Actis, inter res serias. In illustrium funere gladiatores. Mox etiam plebejo: idque ex testamento. Postremo & fœminarum,

Termini gladiatorii hujus sermonis.

B AD ipsam rem venio; de qua dicenda mihi quattuor, Origo progressusque, Locus, Homines, Modus. Hæc septa non transiliam: si fecero, lineam adversum me poscite, ut olim urbane Afer. Origo gladiatorum a re funebri: exemplum, ab Etruscis. Ita Damas. Nicolaus tradit: Οἱ Ρωμαῖοι, inquit, παρὰ Θυῤῥηνῶν παραλαβόντες τὸ ἔθος. id est, *Romani a Thyrrhenis morem hunc accepere.* At fortasse Etrusci ipsi a

Gladiatores orti ab Etruscis.

A Græcis. Hermippus certe apud Athenæum τ̃ μονομαχῆσαι ὑρετὰς ἀποφαίνει τὲ; Μαντινέας, *inventores gladiatoriæ pugnæ facit Mantinenses.* Et Statius Papinius extremo libro VI. inter certamina ludosque Argolicos, etiam Gladiatorios tentatos ponit: idque prisco illo (nescio an satis caute) ævo. Undecumque exemplum; caussa tamen & origo, Funus. Tertullianus: *Olim quoniam animas defunctorum humano sanguine propitiari creditum erat, captivos vel malo ingenio servos mercati in exsequiis immolabant. Postea placuit impietatem voluptate adumbrare; itaque quos paraverant, armis quibus tunc & qualiter poterant eruditos, mox edicto die inferiarum, apud tumulos erogabant. Hæc muneris origo.* Et cum illo Servius ad hoc Virgilii, *Viventes rapit, inferias quos immolet umbris: Moris erat*, inquit, *in sepulchris virorum fortium captivos necari, quod postquam crudele visum est, placuit gladiatores ante sepulchra dimicare, qui a busti cineribus Bustuarii dicti.*

Sed hoc ad duellum potius pertinere videtur, quam ad hoc ludicrum.

Caussa præbendi, Funus.



Bustuarii gladiatores.

Quod suggerit de Bustuariis, Ciceroni præibit ad lucem scribenti *in Pisonem*: *Neque ego cessissem, & me ipsa suo complexu patria tenuisset, si mihi cum illo Bustuario gladiatore* (Clodium intellegit) *& tecum certandum fuisset.* Mos autem vetus, quem tangunt, immolandi captivos, vel ex Homero notus, apud quem Achilles in Patrocli rogum conjecit

Cicero explicatus. Captivi ad bustum immolati.

Δώδεκα μὲν Τρώων μεγαθύμων υἱέας ἐσθλούς.
Bis senos juvenes Trojano sanguine cretos.

Itaque prætextu hoc religionis dati publice Romæ primi gladiatores. Dico publice; quia facile suspicor jam antea privatim &

C per convivia innotuisse. At publice primo in Foro boario, anno Urbis CCCCXC. dederunt M. & D. Bruti, caussa mortis patris. Valerius Maximus adnotavit: *Gladiatorium munus primum*, inquit, *Romæ datum est in Foro boario, Ap. Claudio & M. Fulvio Coss. Dederunt M. & D. Bruti, funebri memoria patris cineres honorando.* Et Epitome Liviana XVI. *D. Junius Brutus munus gladiatorium in defuncti patris memoriam edidit primus;* ubi male tamen scriptoris an exscriptoris culpa, omissus Marcus. Ausonius,

Primi publice gladiatores Romæ.

Tres primas Threcum pugnas, tribus ordine sellis
Juniadæ patrio inferias misere sepulchro.

Vide lib. II. cap. XV.

Ita recte; & Threces, pro quovis gladiatore. *Phæaces* non habent hic locum, quidquid vetus liber eos ingerat, & vir doctus, qui in iis defendendis sudat. Male autem *tribus ordine sellis*, pro, *bellis*. Nam intellegi vult primo data tantum tria paria: quæ poetice & μεγαλύνων appellat tria bella, non aliter quam antea *Tres Threcum pugnas*. Nisi quis tamen *tres sellas* capiat, triplicem illum consessum Senatus, Equitum, Plebis. Hæc origo; & fallor? an numquam rep. illa prisca data munera, nisi in funere, &, ut Livius appellat, *mortis caussa?* Non fallor. Illum ipsum scriptorem videamus, qui, in libris qui exstant, pleraque ea serio recensuit & cum cura. Libro XVI. narraverat (id enim ex Epitoma liquet) tria paria data a Juniis: Ecce annis quinquaginta post (non enim prius in ipso Livio reperio) refert data paria duo & viginti, anno urbis DXL. Verba ejus e libro XXIII. *M. Æmilio Lepido qui bis Consul fuit, filii tres L. M. Q. ludos funebres per triduum, & gladiatorum paria duo & viginti per triduum in foro dederunt*. Iterum libro XXXI. interjectis quatuordecim ferme annis, P. Sulpicio C. Aurelio Coss. paria vigintiquinque. *Ludi*, inquit, *funebres eo anno per quatriduum in foro mortis M. Valerii Lævini caussa paria quinque & viginti pugnarunt*. Et lib. XXIX. *P. Licinii funeris caussa Visceratio data, & gladiatores* CXX. *pugnarunt*. Qui numerus grandior, quam ut conveniat in id ævum: scribamque *gladiatores* LXX. Denique etiam, anno urbis DLXXX. paria data triginta septem: quod velut primariæ magnificentiæ recensuit lib. XLI. *Munera*, inquit, *gladiatorum eo anno parva aliquot alia data; unum ante cetera insigne fuit, ut per triduum quattuor & septuaginta homines pugnarint*. Nec pluries, quod mens mihi suppeditet, gladiatorum mentio in Livio; nisi lib. XXVIII. de Scipionis munere, quod in provincia præbitum, non Romæ: *Scipio*, inquit, *Carthaginem ad vota solvenda diis, munusque quod mortis caussa patris patruique parabat, edendum rediit*. Victor hic interpellans, Quæso, inquit, quod consilium aut quod otium Livio, in gravem illam historiam res ludicras intexere, & has vere nugas? Pighius, Nugas nobis, inquit: non Romanis, qui hæc talia etiam referebant in Acta urbis; atque inde scito Livium hausisse. Satis id liquet ex Epist. Ciceronis *ad Cælium*: a quo cum petiisset acta omnia urbis ad se mitti; ille *gladiatorum compositiones* miserat, Cicerone leviter irridente & indignante. Sed ne excidam, quod dicitur, a linea, in funere tantum olim noti gladiatores: nec eo omni, sed virorum principum, illustriorumque. Non enim dabantur, credo, nisi in funere Indictivo. Cicero suadet II. *de Legibus*: *reliqua sunt in more*, inquit, *funus ut indicatur, siquid ludorum*. Et Festus. *Indictiva funera sunt, quibus adhibentur non ludi modo, sed etiam desultores*. Spectavit eo Spartaci immane factum, qui illudens, & quasi imitatione Romana, Crixo e ducibus suis cæso, CCC. captivorum morte parentavit, hoc gladiatorio ritu. Appianus narrat; & Florus eleganter: *Ille*, inquit, *de stipendiario Thrace miles, de milite desertor, inde latro, deinde in honorem virium* A *gladiator, defunctorum quoque prœlio ducum funera imperatoriis celebravit exsequiis, captivosque circa rogum jussit armis dimicare, quasi plane expiaturus omne præteritum dedecus, si de gladiatore munerator fuisset*. Sed & Hispani in Viriathi funere fecerunt apud eundem Appianum: *Igni exstincto, & justis factis, decreverunt ut in ejus honorem multa gladiatorum paria super sepulchrum ejus dimicarent*. Ergo hæc certamina primo in honorem Imperatorum procerumque. Sed B paullatim, ut solet, res increbuit: & a tenui canali in mare quoddam (fas sic loqui) excrevit editionum. Dare enim cœperunt vulgo etiam privati: & plerisque ea cura in testamentis. Cavebant, inquam, post mortem suam tot & tot paria sibi edi. Tertullianus: *Privatorum memoriis legatariæ editiones parentant*. Seneca *de Brevitate vitæ*: *Quidam disponunt etiam illa quæ ultra vitam sunt, moles magnas sepulchrorum, & operum publicorum dedicationes, & ad rogum munera, & ambitiosas exsequias*. Munera ad rogum, gladiatores sunt: rideo, qui *munia* C subjiciunt. Apud Horatium, heredes

Ni sic fecissent, gladiatorum dare centum
Damnati paria.

Apud Persium senex,

—— at tu meus heres
Quisquis es, a turba paullum seductior audi.
Dis igitur genioque ducis centum paria ob res
Egregie gestas indico.

Quæ male accipi scio de Hecatomba. Cicero *pro Sulla*: *Ita prorsus, interpositi sunt gladiatores, sed quos testamento patris deberi* D *videmus*. Imo usque eo mos evaluit, ut ditiori aliquo mortuo, populus Munus efflagitaret, velut debitum, & ex præscripto legis. Exemplum in Suetonio insigne, cum Tiberii reprimentis laude: *Cum Pollentina plebs*, inquit, *funus cujusdam primipilaris non prius ex foro misisset, quam extorta pecunia per vim heredibus ad gladiatorium munus: cohortem ab urbe, & aliam a Cotyis regno, dissimulata itineris caussa, detectis repente armis, per diversas portas in oppidum immisit; ac partem majorem plebis & decurionum in perpetua vincula conjecit*. Nec vero hac fi- E ni aut in virorum saltem funeribus stetit mos: transiit etiam (pudet pigetque) ad feminarum. Dux & auctor rei stirps illa Veneris Cæsar Julius: *qui munus populo epulumque in filiæ memoriam pronuntiavit, quod ante eum nemo*, ait Suetonius c. XXVI. Et confirmat Dio: ἐπὶ τῇ θυγατρὶ, inquit, καὶ θηρίων σφαγὰς καὶ ἀνδρῶν ὁπλομαχίας ἐποίησεν. id est, *Filiæ suæ & ferarum cædes, & virorum pugnas exhibuit*. Nec dubitate quin Divi exemplum cupide imitatus sit vulgus. In Spartiano certe lego, *Hadrianum præcipuos honores socrui suæ ludis gladiatoriis impendisse*. F

Ausonius correctus & explicatus

Olim, tantum in funere gladiatores

In Livio diligens recensitus munerum publicorum.

I. II. III. IV. V.

Eo, quia libri alii deficiunt. Nam pari cura ubi; quæ recensuit

Gladiatorum editiones Actis publicis perscriptæ.

Et non in omni morte, sed illustri.

Floro & historia data lux.

Mox etiam in privatorum [illegible] testamento.

Firmata & interpretata Senecæ scriptura.

Persius explicatus contra vulgum

Licentia plebis in flagitandis muneribus.

In mulierum etiam funere data.

CAP. IX.

Præter funus & religionem, etiam voluptatis caussa dati gladiatores A plerisque magistratibus, etiam Sacerdotibus. Arcariis, (in qua voce Lampridius correctus.) Imperatoribus.

FONTEM crebræ editionis habetis, sed unum. Alter superest, Voluptas. Postquam enim res placere populo visa, & omne vulgus cupiens harum spectationum: ecce ansa præbendi reperta est, e-

Voluptatis caussa data.

tiam citra funus. Florus tangit & carpit: *Unde*, inquit, *gladiatorii adversus dominos suos exercitus? nisi ad conciliandum plebis favorem effusa largitio, cum spectaculis indulget, supplicia quondam hostium, artem facit*. Scilicet nimis raræ illustrium divitumque mortes: & inventum, ut Magistratus darent, Sacerdotes, Principes, denique omnes qui gratiam a populo exambire vellent aut honorem. Bene Tertullianus ad hanc insaniam, *Transiit*, inquit, *hoc genus editionis ab honoribus mortuorum ad honores viventium, Quæsturas dico, & Magistratus, & Flaminia, & Sacerdotia*. Et Lactantius lib. VI. *Quid dicendum est de iis, qui populari levitate ducti, vel magnis urbibus suffectura opes* (notate de effuso sumptu) *exhibendis muneribus impendunt? Nisi eos dementes atque furiosos, qui præstent populo quod & ipsi perdant, & nemo eorum quibus præstatur accipiat*. Distincte & velut per indicem de omnibus dicam; sed propitia mihi esto dea Fides: quia vereor ut apud istos inveniam fidem. Primi e magistratibus dederunt, ut conjicio,

Ab omnibus qui in honore.

ÆDILES. Quidni enim exemplum rei primum ab illo magistratu censeam, cui, velut peculiare munus, ludi? Adde quod antiquissima mentio Ædilitiorum aliquot munerum Ciceroni *de Officiis* secundo: quem est videre. Etiam Cæsar Ædilis munus præbuit, ex Suetonio cap. x. & Plutarcho in *ejus vita*. Editio tamen ea quando cœperit, non callide scio: vix est ut ante sexcentesimum urbis annum, si non imponit mihi Livius. Cur enim funebria aliquot munera recenset, nulla Ædilitia: quæ probabile fuisse ampla, & Senatorii apparatus? Quandocunque cœperint, mansere tamen ad extrema imperii, recensetque Capitolinus in *Gordiano*: *Ædilitatis suæ tempore, duodecim populo Romano munera, id est, per singulos menses singula de suo exhibuit*. Secundo dedere

[illegible]

PRÆTORES, more item vetere. Plutarchus, in *Bruto*, Cassium facit eum alloqui: παρὰ μὲν τῶν ἄλλων στρατηγῶν. ἐπιδόσεις καὶ θέατρα, καὶ μονομάχους: παρὰ σοῦ δὲ τὴν κατάλυσιν τῆς τυραννίδος ἀπαιτοῦνται. id est, *Ab aliis quidem Prætoribus munera, & spectacula, & gladiatores: a te vero depulsionem tyrannidis populus exspectat*. Augustus aliquid hac in re innovans & astringens, τοῖς μὲν στρατηγοῖς τὰς πανηγύρεις πάσας. ἐκ τε τοῦ δημοσίου δίδοσθαί τι αὐτοῖς κελεύσας, καὶ προσαπειπὼν μήτε ἐς ἐκείνας, οἴκοθεν τινὰ πλεῖον τοῦ ἑτέρου ἀναλίσκειν, μήθ' ὁπλομαχίαν, μήτ' ἄλλως, εἰ μὴ ἡ βουλὴ ψηφίσαιτο· μήθ' αὖ πλεονάκις ἢ δὶς ἐν ἑκάστῳ ἔτει, μήτε πλειόνων εἴκοσι καὶ ἑκατὸν ἀνδρῶν ποιεῖν: id est, *Prætoribus curam ludorum omnium imposuit, e publico aliquid eis dari præcipiens: & interdicens, nequis a se aliquid amplius altero impenderet, sive in Gladiatores, sive in alios, nisi Senatus id decrevisset. Neve sæpius, quam bis quoque anno, Gladiatores daret, neu plurium quam sexaginta parium*: ait Dio libro LIV. Postea tamen edictum illud, qua de sumptu est, laxavit Augustus idem: καὶ τοῖς βουλομένοις τῶν στρατηγῶν τριπλάσιον τοῦ παρὰ τοῦ δημοσίου σφίσιν ἐς τὰς πανηγύρεις διδομένου προσαναλίσκειν ἐφῆκεν, id est, *Et Prætoribus, siqui vellent, concessit, ut triplum in ludos impenderent, ejus quod e publico accipiebant*. Imo e publico aliquid dari ultra vetuit, narrante eodem Græco lib. LV. τὸ ἀργύριον τὸ τοῖς στρατηγοῖς, τοῖς τὰς ὁπλομαχίας ποιοῦσιν, ἐκ τοῦ δημοσίου διδόμενον, ἐκέλευσε μηκέτ' ἀναλίσκεσθαι. id est, *Pecuniam Prætoribus, qui Gladiatores darent, e publico adtribui solitam, vetuit ultra in eam rem absumi*. Caligula etiam aliquid constituit hac in re: καὶ δύο στρατηγοὺς, ἐς τοὺς ὁπλομαχικοὺς ἀγῶνας, ὥσπερ ποτὲ ἐγίνετο, λαγχάνειν ἐκέλευσε: id est, *& duos Prætores, ludos Gladiatorios, uti antea factum, sortiri jussit*; notat Dio l. LVIII. At Claudius prorsum vetuit, & a Prætoribus ea munera removit. Idem Dio: τοῖς τε στρατηγοῖς τοὺς ἀγῶνας τοὺς ὁπλομαχικοὺς ἀπηγόρευσε μὴ ποιεῖν. id est, *Prætores vetuit ultra edere Gladiatoria munera*; fortasse tunc, cum Quæstoribus imposuit, ut dicam. Videntur tamen iterum irrupisse, & sub Trajano ea Juvenalis agnoscit:

I. Prætoribus munera [illegible]

E publico dati sumptus.

[illegible] sublati.

Credo id capiendum, [illegible] iterum publico sumptu dederint, permissu Caii. Claudius prætoria munera tollit.

Quæ mox iterum in[illegible].

—— quanti sua funera vendant
Quid refert? vendunt nullo cogente Nerone.
Nec dubitant celsi prætoris vendere ludis.

De arena enim ii versus. Et Lampridius in *Commodo*: *Commodianum etiam Prætorem dixit, quo præsente sæpissime gladiator pugnavit*. ubi legam, *præsidente*. Tertio

Lampridius correctus.

QUÆSTORES. instituto Claudii, ut diserte notat Tranquillus cap. XXIV. *Collegio Quæstorum pro stratura viarum gladiatorium munus injunxit*. Quod tamen conatus Nero tollere, qui sanxit, *ut ne designatis quidem Quæstoribus gladiatores edendi necessitas esset*. Sed reduxit denuo Domitianus, & *Quæstoria munera olim omissa revocavit*, ut scribit Suetonius c. IV. Itaque crebra mentio deinceps. Capitolinus in *M. Antonino*: *Gladiatorium quasi privatus Quæstor edidit munus*. Idem in *Vero*: *Medius inter Pium & Marcum resedit, cum Quæstor populo munus daret*. Spartianus in *Caracalla*: *Papinianus qui ante triduum Quæstor opulentum ediderat munus*. Non levavit, sed auxit Quæstorum onus Alexander: qui *Quæstores candidatos jussit ex sua pecunia munera populo dare: sed ut post Quæsturam Præturas acciperent, & provincias regerent*, ait Lampridius. Quarto dedere

Quæstorum munera Nero [illegible].

Frustra [illegible] Domitiano.

CONSULES, exemplis tamen haud ita crebris. Cicero secundo *de Offic.* *magnificentissima Pompeii munera secundo consulatu* celebrat. Marcellus Jurisconsultus l. XXXVI. *De condit. & demonstr.* *Vivo Mævio Sejus consul designatus est, & munus edidit*. Et facit Suetonii locus, *Nerone* c. IV. Hæc de magistratibus reperio. Jam vero dedere etiam

Non crebro reperta consularia munera, [illegible] de Gladiatoribus. Nam de Venatione, sæpe.

SACERDOTES. atque ita Pontificales ludos in Tranquillo observo *Aug.* cap. XLIV. & Sacerdotales ludos in Plinio lib. VII. *Epistolarum*. Addite & Tertulliani verba, quæ supra. Item novo nomine & re

[illegible] posse referre, excepto Tranquilli loco.

ÆRARII. Ita enim sane in Lampridii *Alexandro* legitur: *Ærarios vero instituit qui de area* (ita vetus lectio) *fisci ederent munera, eademque parciora*. quamquam emendandum censeo, *Arcarios instituit*, & mox, *de arca fisci*. Arcarii enim apud Symmachum, Cassiodorum, & in Codice Theodosii lecti, qui præerant arcæ. Denique

Lampridius emendatus.

Arca & Arcarii. Juretti Notas ad Symmachum vide l. I. ep. [illegible]

IMPERATORES, ita quidem frequenter, ut hoc eximium censuisse videantur inter munia Principatus. Dabant enim Natali suo: dabant Quinquennalibus, Decennalibus, Vicesimalibus: dabant in Dedicatione pu-

Principes quando dederint?

blicorum operum: in victoria & triumpho: & per variam occasionem, uti ex historia inferioris ævi promptum colligere, ne fastidium vobis pariam tot exemplis.

C A P. X.

Nec Romæ solum, sed in provinciis: ubi reges dabant, præsidesque. Paulatim in coloniis & municipiis increbuit mos: ubi minores magistratus dabant. Postea promiscue privati, vario pretextu. Dies etiam, quibus ex more dabant.

Dati etiam in Provinciis, a regibus. Quando in Macedonia, & fortasse Græcia, primum? Quod ipsum hodie evenit.

ROMÆ ista. Quid in provinciis? certe & eas pervasit studium hujus ludicri, velut tabes. Primus Perseus Macedonum rex transtulit in Græciam: quod docuit me Livius libro XLI. *Spectaculorum quoque magnificentia, inquit, reges omnes vicit superiores, reliquorum sui moris & copia Græcorum artificum: gladiatorium munus Romanæ consuetudinis, primo majore cum terrore hominum insuetorum ad tale spectaculum, quam cum voluptate dedit; deinde sæpius dando, & modo vulneribus tenus, modo sine missione etiam, & familiare oculis gratumque id spectaculum fecit, & armorum studium plerisque juvenum accendit*. Nec dubie alii reges & dynastæ, in sua regna. Et profanæ solum gentes? imo ipsi ecce Judæi, apud quos Herodes rex sub Augusto in singulis pæne oppidis theatra & amphitheatra constituit; & Agrippa una commissione dedit paria septingenta, Romanos quodammodo ipsos exsuperans. Josephus lib.XIX. in hæc verba: Ἐπεδαψιλεύσατο αὐτῶν τὴν καθιέρωσιν μεγαλοπρεπῶς, ἐν τῷ ἀμφιθεάτρῳ πλήθει μονομάχων, τὴν αὐτοῦ δεικνὺς μεγαλόνοιαν. ἔνθα καὶ τὴν κατὰ πλῆθος ἀντίταξιν, βουληθεὶς γενέσθαι τῶν θεωμένων τέρψιν, ἑπτακοσίους ἄνδρας ἑπτακοσίοις μαχησομένους ἔπεμψε, κακούργους ὅσους εἶχεν ἀποτάξας εἰς τήνδε τὴν πρᾶξιν, ἵνα οἱ μὲν κολασθῶσι, τὸ πολέμου δ' ἔργον γένηται τέρψις εἰρήνης. id est: *Dedicationem eorum operum magnifice celebravit in Amphitheatro, copia gladiatorum, ostendens animi sui magnitudinem; ubi etiam, ut multitudine inter se pugnantium augeretur voluptas spectantium, septingentos viros cum septingentis commisit, noxios quotquot habuit in hanc operam destinans: ut & illi pœnas dignas luerent, & belli imago, oblectatio pacis esset.* Nec reges solum insanierunt hanc insaniam, sed etiam in provinciis passim Proconsules Præsidesque. Ab ea mente est, quod Tacitus Junio Blæso, qui Pannoniæ Præfectus, gladiatores adtribuit, l.I. *Annal. Nocte proxima, inquit, jugulavit per gladiatores suos, quos in exitium militum habet atque armat*. Et mox: *Pars militum gladiatores, qui e servitio Blæsi erant, vinciunt*. Et multo clarius lib.XIII. *Edixit Cæsar, nequis magistratus aut Procurator qui provinciam obtineret, spectaculum gladiatorum aut ferarum, aut quod aliud ludicrum ederet. Nam ante non minus tali largitione quam corripiendis pecuniis subjectos adfligebant: dum quæ libidine deliquerant, ambitu propugnant*. Ubi etiam vetitas ejusmodi editiones videtis: sed obedientia, ut metuo, non diuturna. Jam vero coloniæ & municipia pleraque æmulabantur: & passim inter reliquias vetustatis Amphitheatra etiam nunc: cædium istarum sedes. De Græcia quidem Philostratus satis testabitur lib. IV. *de vita Apollonii*. Alius item error Athenis emendatus est. *Conveniens populus in theatrum, quod in arce est, Gladiatores sese mutuo jugulantes spectabat, magisque ibi tunc talia exempla edebantur, quam nunc Corinthi. Nam magnis pecuniis empti homines nequam eo ducebantur, ut adulteri, perfossores parietum, sectores marsupiorum, receptores fugitivorum, aliique tales. Athenienses autem eos armis instruentes, certare inter se jubebant: quam tam crudelem consuetudinem Apollonius illic sustulit*. Videris in Græcia passim edita, & parum fideliter, puto, sustulit Apollonius. Idem alibi: atque ut Romæ magistratus præbebant, sic in coloniis municipiisque Duumviri aut Ædiles. Apulejus indicat lib.X. *Thyasus, inquit, oriundus patria Corintho, gradatim permensis honoribus, quinquennali magistratu fuerat destinatus; & ut splendori capessendorum responderet fascium munus gladiatorum triduanis spectaculis pollicitus, latius munificentiam suam protendebat*. Nam quod scribit quinquennalem magistratum, non alios intellegit quam Ædiles quinquennales. Sed & multi privati dabant, nulla lege, ad populi tantum gratiam, & pecuniæ suæ illudentes. Sic apud eundem Apulejum lib.IV. in platearum civitate Demochares quidam, *munus gladiatorum editurus, genere primarius vir, & opibus pluribus, & liberalitate præcipuus, digno fortunæ suæ splendore publicas voluptates instruebat*. Sic apud Martialem nescio quis cerdo, quem poeta tangit jure:

Das gladiatores sutorum regule cerdo:
Quodque tibi tribuit subula, sica rapit.

Apud Tacitum, Fidenis, Atilius quidam generis libertini. Et ab hac caussa in lapidibus frequenter decreti honores leguntur: ut Præneste:

A. MVNIO. A. F.
MIN. EVARISTO
SPL. EQ. R. PAT. COL.
OMNIB. HONOR.
NITIDE. FVNCTO
OB. INSIGNEM EIVS. EDITIONEM
MVNERIS BIDVI. POPVLO
POSTVLANTE. BIGAM
PLACVIT. EQVEST. STATVA
DECRETO. ORDINIS. EVM
ORNARI
L. D. D. D.

Item juxta Neapolim:

L. EGNATIO. INVENTO
PATRI. L. EGNATI. POLLI
RVFI. HONORATI. EQVO. P.
AB. IMPERATORIBVS. ANTONINO. ET. VERO. AVG.
HIC. OBLITERATO. MVNERIS
SPECTACVLO. IMPETRATA. EDITIONE. AB. INDVLGEN. MAX
PRINCIPIS. DIEM. GLADIATORVM. ET. OMNEM. APPARATVM. PECVNIA. SVA. EDIDIT
COLONI. ET. INCOLAE
OB. MVNIFICENTIAM. EIVS
L. D. D. D.

Frequenter etiam titulus præbendi, Salus Imperatoris. Sic Suessæ C. Titio cuidam honores decreti in marmore leguntur:

Quando in Judæa? — *Vide Joseph. l.XIX. variis locis* — *Multitudo gladiatorum in Judæa.* — *Dati etiam a Præsidibus Tacitus explicatus.* — *Dati in coloniis & municipiis vulgo.* — *Ab Ædilibus.* — *Apulejo lux, silente Beroaldo.* — *Dati etiam a privatis.* — *Imo a cerdonibus.* — *Statua ob præbitionem, & tituli positio.* — *id est, Splendido Equiti Romano, patrono coloniæ.* — *Dabant pro salute Principis.*

QVOD. PRO. SALVTE. ET INDVLGENTIA. IMP. ANTONINI. PII. FELICIS. AVG. MVNVS. FAMILIÆ. GLADIATORIÆ. EX. PECVNIA. SVA. EDIDISSSET.

Vetuit Claudius, frustra. Quanquam id Claudius, quod in se erat, vetuisset, narrante Dione lib. ult. τοῖς στρατηγοῖς, inquit, τοὺς ἀγῶνας τοὺς ὁπλομαχικοὺς ἀπηγόρευσε, μὴ ποιεῖν· καὶ εἰ δή τις ἄλλος αὐτοὺς ὁπουδήποτε ἐπιτελοίη, ἀλλὰ μή τι ὡς καὶ ὑπὲρ ἑαυτοῦ σωτηρίας γιγνομένους σφᾶς ἢ γράφεσθαι ἢ καὶ λέγεσθαι ἐκέλευσε. id est: *Prætoribus edixit gladiatorios ludos non præbere: & si quis alius eos ubicumque locorum daret, ne susceptos eos factosque pro salute sua aut scriberet aut diceret.* Atque hi fortasse *Honorarii* ludi Suetonio dicti, in *Aug.* c. XXXII. quia in honorem Principis suscepti; etsi aliam ejus verbi sententiam haud sperno. *Certis diebus dati: Saturnalibus, Quinquatriis.* Postremo non homines solum certi qui darent, sed etiam tempora quædam quibus darentur. Saturnalia inprimis, ut prædixi. Deinde Quinquatruum festi dies. Ovidius:

> *Sanguine prima vacat, nec fas concurrere ferro;*
> *Caussa, quod est illa nata Minerva die.*
> *Altera tresque supra rasa celebrantur arena,*
> *Ensibus exsertis bellica læta dea est:*

Quod ait diem primam puram a sanguine: ita capio, ut pugnaverint quidem, sed rudibus, non ferro. Dio ad hanc rem scribit lib. LIV. Augustum dedisse μονομαχίας ἀγῶνας, ἐν τοῖς Παναθηναίοις, τῷ τῶν παίδων ὀνόματι, *gladiatorum ludos, Quinquatribus, filiorum nomine.* Atque etiam per adulationem Senatus, dies unus alterve gladiatoribus sæpe additus, in honorem Cæsaris: ut in eo ipso scriptore obvia exempla. *Dies interdum ad honorem Principis.*

CAP. XI.

Crebritas munerum, & multitudo pugnantium, supra nostram fidem. Plinius ac Suetonius probabiliter emendati.

INTERQUIESCENTE paullum Pighio, Victor, non teneo me ultra, inquit; & quis hic furor? quæ publica clades orbis terræ? Pighius illum intuens, Magis id dicas Victor, inquit, si numerum tibi dierum recensuero, quibus dati: numerum hominum, qui dati. *Crebritas gladiatorum & numerus.* Cæsar Ædilis CCCXX. paria dedit, auctore Plutarcho. Adrianus Cæsar *Gladiatorium munus per sex dies continuos exhibuit*, narrante Spartiano. Gordianus, *ædilitatis suæ tempore duodecim populo Romano munera, id est, per singulos menses singula exhibuit: ita ut gladiatorum nonnumquam quingena paria exhiberet, numquam minus centenis quinquagenis*, ut scribit Capitolinus. Et nugas adhuc loquor & vitreas fractas, præut Titi editio fuit; qui Gladiatores, Venatus, Naumachias per centum dies dedit, auctore Dione. Quid plura? ecce bonus & moderatus Princeps Trajanus, spectacula ejusmodi per dies centum viginti tres continuavit, & gladiatorum decem millia dedit. *Incredibilis editio Trajani.* Tu Lipsi abnutas? dabo fidei meæ caussa Dionis ipsa verba: καὶ θέας, inquit, καὶ τρισὶ καὶ εἴκοσι καὶ ἑκατὸν ἡμέραις ἐποίησεν, ἐν αἷς θηρία τε καὶ βοτὰ χιλιά που καὶ μύρια που ἐσφάγη, καὶ μονομάχοι μύριοι ἠγωνίσαντο. id est, *Et spectacula centum & viginti dierum edidit, in quibus feras cicuresque animantes, interdum mille, interdum ad decem millia, interfectæ sunt; gladiatorum autem decem millia pugnarunt.* Itaque magna copia Romæ & in provinciis gladiatorum: nec diutius conniveo in menda quæ Plinii codices obsedit lib. XI. cap. XXXVII. *In Plinio mendum ostensum.* *Viginti*, inquit, *gladiatorum paria in Caii Principis ludo fuerunt, in iis duo omnino qui contra comminationem aliquam non conniverent.* Vestram fidem! in magnifici illius & in has voluptates effusi Principis ludo, dumtaxat viginti paria? At ego scio plures sæpe habuisse unum aliquem e Quiritium plebe. Gordianus ecce Romæ habuit *gladiatorum fiscalium paria mille*, ait Capitolinus. nec tamen aut imperium tunc, aut ipse, ad Caligulæ & illius ævi opes. Otho Imperator duo millia gladiatorum contra Vitellium armavit, auctore Tacito; credo, ex iis tantum, qui in Principis fisco. Fidenter igitur rescribo, *Mille gladiatorum paria.* & video erroris caussam. Notatus apud Plinium scilicet numerus fuit, non perscriptus. Nota autem millenaria hæc olim, in lapidibus obvia, ∞: quæ ignorabilis objecta exscriptori. *Millenaria nota sæpe corrupta.* Itaque censuit, similitudine aliqua captus, geminatum X. esse: fecitque viginti. Nunquam mihi fides apud vos, si hodie hujus rei sum mendax. Idem plane mendum in Suetonii *Tiberio*, cap. LXI. de Principis illius immani sævitia: *Etiam in Suetonio.* *Viginti*, inquit, *uno die abjecti tractique, interque eos pueri & feminæ.* Corrigo utiliter, *Mille uno die.* Quidni corrigam? Tacitus de eadem re: *Jacuit immensa strages, omnis sexus, omnis ætas, illustres, ignobiles dispersi aut aggregati.* Quæ hic (ut cum Plauto loquar) paratragœdiat Tacitus, non est ut locum habeant in viginti homullis. Denique historia ipsa refellit, quam censeo legatis in Dione. Quod autem ad rem, de qua Plinius: certe magis mira ejus adseveratio, si inter tam multos reperti dumtaxat inconnivis oculis duo; non mira, si inter viginti.

CAP. XII.

Detestatio hujus vere sceleris; quæque leges ab antiquis latæ, ad coercendam effusam præbitionem. Eæ duorum generum, quæ certos homines ab editione arcerent: quæque numerum & modum editioni ipsi ponerent. Postremo tota res sublata. Ammianus explicatus, & Prudentius.

ORIGINEM videtis, progressumque: &quam non temere a funere orta res, quæ revera funus & pestis orbi terræ. Credo, imo scio, nullum bellum tantam cladem vastitiemque generi humano intulisse, quam hos ad voluptatem ludos. Numerum cum animis vestris recensete dierum quos dixi, hominumque: mentior, si non unus aliquis mensis Europæ stetit vicenis capitum millibus aut tricenis. Heu mores! Neronem culpamus aut Caligulam, qui centum aliquot homines vita interfecerunt, ira sive metu; ecce unus editor, homines supra mille ludens interfecit, & die non toto. Atque hæc delicias vocabant,

& cibum oculorum: fiebantque non per unius alteriusve lasciviam, sed velut publica lege, & decreto. Itaque eo ventum est, ut aliis legibus effusio ista fuerit coercenda:

Leges reprimendis editionibus.

quas ordine dabo. Primo ad ambitum reprimendum, invenio cautum, nequis daret candidatus. Legem eam tulit M. Tullius consul:

Vetiti dare Candidati

& vis ejus sententiaque expressa, interrogatione *in Vatinium: Cum mea lex dilucide vetet, biennio quo quis petat, petiturusve sit gladiatores dare, nisi ex testamento præstituta die: quæ tanta in te sit amentia, ut in ipsa petitione gladiatores audeas dare?* Et *pro Sestio*: *Acta mea ait sibi displicere; quis nescit? qui legem eam contemnat, quæ dilucide vetat, gladiatores biennio quo quis petierit aut petiturus sit dare?* Ex quibus postremis verbis facile visu & sublatu mendum in priore loco *contra Vatinium*, *biennio quo quis petat*. Potius enim, *quo quis petiit*.

Cicero correctus.

Cautum etiam de numero gladiatorum aliquid, sub idem tempus. Suetonius de Ædilitate Cæsaris, cap. x. *Cum multiplici familia undique comparata, inimicos exterruisset: cautum est de numero gladiatorum, quo ne majorem cuiquam Romæ habere liceret*; etsi id interdictum ad habitationem potius in urbe pertinere videatur, quam ad pugnantium numerum.

Numerus definitus, supra quem ne haberent in urbe.

Sicut in Catilinaria conjuratione, item remoti gladiatores ab urbe: &, *decrevere*, inquit Sallustius, *ut gladiatoriæ familiæ Capuam & in cætera municipia distribuerentur*. Sed Augustus certe etiam de numero parium cavit, edixitque anno urbis DCCXXXII. Μήθ᾽ ὁπλομαχίαν πλεονάκις ἢ δὶς ἐν ἑκάστῳ ἔτει, μήτε πλειόνων εἴκοσι καὶ ἑκατὸν ἀνδρῶν ποιεῖν, id est, *nec Gladiatores sæpius quam bis anno dari, nec plurium quam* LX. *parium*: quod ipsum tamen pertinuisse modo censeo ad editiones Prætorum, qui publico in parte, sumptu præbebant: uti ex prioribus Dionis verbis apparet.

Ne darent etiam?

At Tiberius firmus contra ista, certum numerum in commune præscripsit, narrante Tranquillo cap. XXXIV. *Ludorum ac munerum*, inquit, *impensas corripuit, mercedibus scenicorum recisis* (ita verius quam, *rescissis*) *paribusque gladiatorum ad certum numerum redactis*.

Tiberii ea de re edictum.

Ad hoc edictum, sive Sc. fuit, respexit Tacitus *Annal.* lib. XIII. *Non referrem vulgatissimum Senatusconsultum, quo civitati Syracusanorum egredi numerum edendis gladiatoribus finitum concedebatur, nisi Pætus Thrasea contradixisset, præbuissetque materiam obtrectatoribus arguendæ sententiæ.*

Tacitus explicatus.

Sed post Tiberium Caligula conculcato hoc interdicto, ἐπέτρεψε τοῖς βουλομένοις καὶ ὑπὲρ τὸν νόμον τῷ ἀριθμῷ τῶν μονομαχούντων χρῆσθαι. *permisit volentibus cunctis, etiam supra numerum definitum gladiatores præbere.*

Caligula nullum fecit Tiberii interdictum.

Et Domitianus gratificatus contra eandem legem ingenio suo & sæculo videtur, ducente nos Plinii loco, in *Panegyrico*: *De ampliando numero gladiatorum aut instituendo collegio fabrum consulebamur: & quasi prolatis imperii finibus, nunc ingentes arcus, nunc menses nomini Cæsarum dicabamus.*

Forte & Domitianus.

Nec de numero solum Tiberius; aliquid etiam statuit de munerariis; cavitque Sc. *nequis gladiatorium munus ederet, cui minor quadringentorum millium res*, ait Tacitus lib. IIII.

Cautum qui dare possent, qui non possent.

Fortasse & idem vetuit, nequis edidisse vellet libertus.

Non liberti.

Fuisse id scitum, colligo ex Suetonii *Claudio* cap. XXVIII. qui Harpocræ liberto, A *lecticaper urbem vehendi spectaculaque publice edendi jus tribuit*. Nisi enim id ante vetitum, indulgeat nunc frustra. Quin & Nerone Principe statutum, nequis Præses aut Procurator qui provinciam obtineret, gladiatores daret.

Non Præsides.

Tacitus auctor lib. XIII. cujus verba memini referre ante. Reperio etiam Sumptum ad munera, coercitum plus semel.

De sumptu item cautum.

Antoninus Pius *Sumptum muneribus gladiatoriis instituit*, ait Capitolinus: id est profusionem vetuit, certa pecunia definita. Post illum Marcus Philosophus *Gladiatoria spectacula omnifariam temperavit*, B sive, ut idem Capitolinus postea ait, *Gladiatorii muneris sumptus modum fecit*. Alexander vero, monente Lampridio, *Habuit in animo ut munera per totum annum dispergeret ut per* XXX. *dies munus populo daretur*: salubri consilio, sed sine effectu. Perrupit enim omnia septa inveterata licentia: nec jam Princeps aut lex, qui capere posset tam effusis cupiditatibus modum. Itaque tarde, imo sero, descensum eo, ut gladiatoria spectacula prorsus tollerentur.

Tandem sublati gladiatores Zonaras laplus.

Eam sublationem Zonaras Nervæ Imperatori ad- C signat, qui, ut ait, *gladiatorum compositiones & certamina vetuit*. Parum caute, vereque, quoniam revera sub Nerva & post Nervam mansere ii ludi: sed sumptus dumtaxat numerumque imminuit, & circumspectius Dio, πολλὰς, inquit ἱπποδρομίας, ἄλλας τε τινὰς θέας κατέλυσε συστέλλων ὡς οἷόν τε δαπανήματα; id est, *Crebros Circenses, & alia quædam spectacula sustulit, imminuens & temperans, qua fieri posset, sumptus*. Verius pulcherrimæ rei laudem ad Constantinum Imp. referemus: cujus utinam cætera fuissent ad hoc exemplum: Is D primus Romanorum Principum, gladiatoria spectacula e toto orbe Romano submovit, anno ab urbe condita ∞. LXVII. pæne sexcentis, post instituta ea, annis.

Constantini lex.

Auctor Sozomenus lib. I. Παρὰ δὲ Ῥωμαίοις, inquit, τότε πρῶτον ἡ τῶν μονομάχων [illegible] θέα. id est, *Apud Romanos tunc primum sublatum Gladiatorum spectaculum*. Et Eusebius l. IV. *De vita Constantini*: διεκελεύετο, inquit, μὴ θύειν εἰδώλοις, μὴ μονομάχων μιαιφονίαις μολύνειν τὰς πόλεις; id est: *vetuit idolis sacrificare, vetuit gladiatorum cædibus pollui urbes*. Meminit & Callistus libro VII. Quin E etiam nunc inserta Justinianæo Codici Constantini ipsa lex, lib XI. tit. XLIII. *Cruenta spectacula, in otio civili & domestica quiete, non placent; quapropter omnino gladiatores esse probibemus*. Et hoc quidem recte notatum a peritis duobus nostri ævi Jurisconsultis: quibus suggero Ammiani Marcellini egregium locum lib. XIV. de sævitia Constantii: *Erat*, inquit, *diritatis ejus hoc quoque indicium nec obscurum, nec latens, quod ludicris cruentis delectabatur, & in Circo sex vel septem aliquotiens vetitis certaminibus pugilum vicissim se concidentium per-* F *fusorumque sanguine specie, ut lucratus ingentia lætabatur*.

Ammiano data lux.

Nam ludicra cruenta, ita, ut Constantini lex *cruenta spectacula*; & quod ait Pugiles, usurpat sane pro Gladiatoribus, ritu Græcanico, quibus πύκτης & πυκτεύειν etiam de istis. Ipse clare indicat, cum addit, *sese concidentium & sanguine perfusorum*: multoque clarius, cum ait, *vetitis certaminibus*; respiciens scilicet ad Constantini interdictum. Et repressit

Artemidorus in [illegible] περὶ μονομάχ.

quidem igitur Christianus Princeps: eoque nec apud Salvianum, qui ludos exagitat ex professo, memoria gladiatorum; nec apud Cassiodorum quidem accurata: tamen & sub Constantio, & postea sub Theodosio ac Valentiniano conati irrumpere. Imo irrupere. Lex in Theodosiano Codice est, qua *Munerarii prohibentur auctoratos militiæ vel Palatina præditos dignitate, in ludum producere*. Si in istis tantum vetitum, jure argumentor, permissum in aliis. Adde & l. *quanquam*. Cod. Theod. *De paganis*. Etiam Augustinum lib. VI. *Confess.* cap. VIII. qui *Alypium suum, gladiatorii spectaculi inbiatu incredibiliter abreptum* scribit. Etiam sub Honorio, Prudentius locis aliquot describit, & damnat: votum imo precesque interponit ad Principem, pro tollendo:

Iterum in usu gladiatores.

L. b. ult. contra Sym.

Quod genus ut sceleris jam nesciat aurea Roma
Te precor Ausonii dux augustissime regni:
Et tam triste sacrum jubeas, ut cætera, tolli.

Et paucis intersitis:

Arripe dilatam tua, Dux, in tempora famam,
Quodque patris superest, successor, laudis habeto.
Ille urbem vetuit taurorum sanguine tingi:
Tu mortes miserorum hominum prohibeto litare.
Nullus in urbe cadat, cujus sit pœna voluptas.
Jam solis contenta feris infamis arena
Nulla cruentatis homicidia ludat in armis.

Bene, Saturum, quia Diis inferis & ... [illegible]

Et sustulit sane Honorius, occasione Telemachi cujusdam Monachi, qui gladiatores Romæ pugnantes, pio quodam ardore diducere conatus, a populo lapidibus obrutus fuit. De quo facto Theodoretus lib. V. *Histor. Eccles.* cap. XXVI. & Cassiodorus in *Tripartitæ* l. X. c. II. Ita obviam itum ludo non ludo: & sublata adeo res cum memoria gladiatorum, ut ægre nunc ad intelligentiam retrahere possimus morem fugitivum.

CAP. XIII.

Additamenti loco ad primam sermonis partem adjectum, de habitu Edentium, de habitu Spectantium. Suetonius illustratus.

DE origine, progressu, deque interdicto gladiatoriæ rei, quod satis est, dixi: non absurde adjunxero, quo habitu dederint, quoque modo. Duo genera collocavi inter Editores: Magistratus, & Privatos. Qui enim munus mortis caussa dabant, plerique videlicet fuere privati: tamen dabant non quasi privati. Per dies enim omnes muneris, prætextæ illis jus, lictorum, accensi: omninoque imaginem quandam gerebant magistratus. De prætexta, Festus: *Prætexta pulla nulli alii licebat uti, quam ei qui funus faciebat*. Cicero *in Pisonem*: *Sex. Clodium qui numquam antea prætextatus fuerat, ludos facere & prætextatum volitare passus es*. Ex hoc ritu Suetonium nove interpretor *Claudii* cap. II. *Ob valetudinem gladiatorio munere, quod simul cum fratre memoriæ patris edebat, palliolatus novo more præsedit*. Bene, novo more: debuisset enim prætextatus. Sed palliolum, in morbo vestis. Quinctilianus: *Palliolum sicut fascias & focalia sola excusare potest valetudo*. Seneca libro IV. *Natural. Quæstionum*: *Videbis quosdam graciles, & palliolo focalique circumdatos, pallentes & ægros*. De lictoribus & accenso, Cicero *de Legibus*: *Reliqua sunt in more, funus ut indicatur si quid ludorum: dominusque funeris utatur accenso atque lictoribus*. Nec illud in occasione prætereo, propriam quandam vestem fuisse in munere funebri ipsorum spectatorum. Spectabant enim in penula pulla. Dio l. LV. [illegible] ἐν τούτῳ ἐπιτάφιος [illegible] Ἀγρίππᾳ ὁπλομαχία, καὶ ἰδίᾳ [illegible], πλὴν τοῦ Αὐγούστου καὶ αὐτῶν τῶν υἱέων αὐτοῦ λαβόντων, καὶ [illegible] πρὸς [illegible] ἐγένοντο. id est: *Interea & funebre munus gladiatorium editum, cum singulis certantibus, tum pluribus contra pares, quod cum alii omnes spectarunt in pulla veste, tum & filii Augusti, solo ipso excepto*. Lampridius in *Commodo*: *Contra consuetudinem, penulatos jussit spectatores, non togatos ad munus convenire, quod funeribus solebat: ipse in toga pulla præsidens*. Quibus e verbis utrumque discimus in funebri munere penulatos; in alio, togatos spectatores fuisse. Nec procedo ultra sermonem limitis primi.

Habitus vestisque Editorum.

Prætextati fuere.

Suetonius nove illustratus.

Palliolati, ægri.

Lictores & accensi. Ed[illegible]

Spectatores in qua veste?

Penulati, funebre munus.

Ad voluptarium, Togati.

CAP. XIV.

Pars secunda, De loco; qui cum duplex, primo de Ludo dictum. Cui rei inventus? quam multi Romæ? qui præfecti & administri? De victu & sagina Gladiatorum in his ludis, qui fuere etiam extra Romam, & aliquid de ludorum forma.

AD locum transeo; qui duplex, Ludus, & Arena. Illum appello, ubi habiti altique gladiatores: hunc, ubi dati & producti. De priore, prius. *Ludus gladiatorius*, inquit Isidorus, *inde dictus, quod in eo juvenes usum armorum condiscant*. Nam primo credo gladiatores domi & in reliqua familia fuisse; imo nec eruditos valde ad pugnam fuisse. Polybius hoc mihi dicit, nec ratio abnuit, quæ vult prima omnia rudia magis & impolita esse. Sed Polybius ita in Fragmento apud Suidam: Καὶ τὸ μὲν παλαιὸν ἀπὸ τῆς χειρὸς ἐγίνετο παρὰ Ῥωμαίοις ἡ μονομαχία· νῦν δὲ τὰ καθ' ἡμᾶς πολλαὶ ὁδοὶ εὕρηνται: id est, *Olim & initio apud Romanos nudis viribus Gladiatorum certamen constabat: nunc autem plures viæ & modi reperti*. Significat nec genera tam multa fuisse, quam mox dicam: nec item ludos, in quibus accurate docerentur, qui tamen, crescente numero, & crebritate editionum publice sunt aperti, & in iis Magistri. Etsi quidam splendidiores, etiam post institutos ludos, habuere domi eos, aut apud amicos. Ita C. Cæsar *Tirones neque in ludo, neque per lanistas, sed in domibus per equites Rom. ac etiam per Senatores armorum peritos erudiebat*, scribit Suetonius cap. XXVI. Quod tamen perrarum, & vulgo ars pugnandi docta exercitaque in ipsis ludis. Prudentius:

De ludis gladiatorum.

Antea [illegible]

Ludi ad artem destinati.

Nam quid vesani sibi vult ars impia ludis?
Quid mortes juvenum, quid sanguine pasta voluptas?

Malo pasta.

Seneca

Seneca libro II. *de Ira*: *Non alia quam in ludo gladiatorio vita est, cum iisdem viventium, pugnantiumque*. Lusorium appellasse Lampridius videtur in *Eligabalo*: *Stravit sibi*, inquit, *triclinium in summo Lusorio, & dum pranderet, noxios* (ita appellat gladiatores) *& venationes sibi exhibuit*. vel ut mavelim, *ibi exhibuit*. Et in Salviano Massiliensi Episcopo idem verbum, lib. VI. *Longum est nunc dicere de omnibus Amphitheatris, Odeis, Lusoriis*. Græce καταγώγιον μονομάχων appellat Herodianus, quasi dicas diversorium domiciliumque. De Commodo: εἰς τοσοῦτον, inquit, προεχώρησε μανίας, ὡς μηκέτι βούλεσθαι βασιλείῳ ἑστίαν οἰκεῖν, ἀλλὰ γὰρ μετοικισθῆναι ἐβούλετο μονομάχων καταγώγιον. id est, *Eo dementiæ venit, ut jam nec Aulam & Palatium inhabitare vellet, sed migrare constituerat in ludum Gladiatorium*. Quam eamdem monstri illius insaniam etiam Lampridius & Xiphilinus adnotarunt. Suidas μονομαχοτροφεῖον dicit, contentus tamen, sine alio additamento, posuisse nudam vocem. In urbe autem plures ejusmodi ludi, nominibus suis noti & discreti: quorum in P. Victore mentio, & passim in marmoribus priscæ urbis. Reperi istos: LVDVM GALLICVM. LVDVM DACICVM. LVDVM MAGNVM. LVDVM MAMERTINVM. LVDVM MATVTINVM. & in Horatio in ea ad Pisones, *Ludum Æmilium*. E quibus tamen non abnuerim, quin aliqui etiam bestiariorum fuerint: uti certe Matutinus. Hisce ludis non Lanistæ solum præerant, ut dicam jam nunc, sed etiam digniori nomine Procuratores; nec ii de plebe, sed ex civium primis: fuitque velut inter dignitates & infulas id munus. Lapis priscus: CVRATOR. MVNERIS. PVBL. GLADIATOR. Tacitus *Annali* XI. *Decius quoque Calpurnianus & Sulpicius Rufus Procurator ludi, eadem pœna adfecti*. Inscriptio alia vetus:

Lusoria dicta etiam. — *Plures ludi in urbe Roma.* — *Eorum catalogus.* — *Distincti ludi bestiariorum & gladiatorum.* — *Procuratores ludorum.*

T. FLAVIO. T. F. GERMANO
CVRATORI. TRIVMPHI. FELICISSIMI
GERMANICI. SECVNDI. IMP. CÆS. FL
DOMITIANI. AVGVSTI. EXORNATO
SACERDOTI. SPLENDIDISSIMO
PONTIF. MINOR. PROC. XX. HER
PROC. PATRIMONI. PROC. LVDI. MAGNI
PROC. LVDI. MATVTINI.

Vigesima Hereditatum.

Censeo exemplum translatum e Græcia, apud quos medici athletis. Arrianus lib. III. *Dissertationum*, Athletam compellans: δεῖ σε, inquit, εὐτακτεῖν, ἀναγκοφαγεῖν, ἀπέχεσθαι πεμμάτων, μὴ ψυχρὸν πίνειν, μὴ οἷον ὅτ' ἔτυχεν ἐπλῶς. ἰατρῷ γὰρ παραδεδωκέναι σεαυτὸν, τῷ ἐπιστάτῃ. id est, *Oportet te jam in ordinem redigi, ad præscriptum vesci, abstinere bellariis, frigidam non bibere, nec si quid fortuito incidit aut offertur. Medico enimvero obtemperare, valetudinis præsidi*. At quæres, cui bono medici mox morituris? Dicam. Primo medicos haud tam arte acceperim, ut hodie; sed incluserim etiam chirurgos, usurpatione prisca. Ii autem opus certe gladiatoribus læsis, luxatisve. Deinde & ratio victus gladiatorii ea, ut salvi esse sine medico non possent. Large enim edebant, bibebant: & dabantur velut in saginam; ea fini, ut Domini valentes eos producerent, &, ut Cicero ait, cum *gladiatoria totius corporis firmitate*. Cyprianus eleganti epistola *ad Donatum*, lib. II. *Paratur gladiatorius ludus, ut libidinem crudelium luminum sanguis oblectet. Impletur in succum cibis fortioribus corpus, & arvina assidui nidoris moles membrorum robusta pinguescit, ut saginatus in pœnam carius pereat*. Quinctilianus: *Alebat devotum corpus gravior omni fame sagina*. Inde gladiatoria sagina Tacito: *Singulis ibi militibus Vitellius paratos cibos, tanquam gladiatoriam saginam dividebat*. Inde Saginæ nomine, ludum ipsum Propertius intellexit hoc versu.

Qui in instituti exemplo Græcorum. — *Quo fine ii medici?* — *Medici pro chirurgis.* — *Ratio gladiatorii victus.* — *Sagina gladiatoria.*

Qui dabit immundæ venalia fata saginæ.

id est, ad gladium se auctorabit, & ad ludum. Plinius videtur adtribuere hordeum iis in cibum: *Antiquissimum*, ait, *in cibis hordeum; sicut Atheniensium ritu, Menandro auctore, apparet; & gladiatorum cognomine, qui Hordearii vocabantur*. Sed mihi anceps adhuc sententia ejus loci: dicam & lectio. Cedo enim; ideon' evincas hordeum antiquissimum in cibo Romano, quia gladiatores ab eo dicti? atqui tota gladiatura non veteris Romæ, ut vidimus, inventi. Sed nec credo eo usos. male alibilis is panis, flatus genitor malique coloris, ut tui, Victor, medici volunt: ideoque ignominiæ caussa militibus datus qui deliquissent. Seneca etiam eum inter vilissima genera habet: *Voluptas est*, inquiens, *posse capere voluptatem vel ex hordeaceo pane*. Quæ omnia contraria gladiatoriæ huic saginæ. Nec tamen Plinii verbis quid faciam habeo sine libris. Sed redeo ad ludos, quos comperior non Romæ solum fuisse, sed in coloniis municipiisque. Capuæ inprimis & Ravennæ. De Capua Cæsar lib. I. *belli civilis*: *Capuæ primum sese confirmant, gladiatoresque, quos ibi Cæsar in ludo habebat, in forum productos Lentulus libertati confirmat, atque iis equos attribuit*. Cicero lib. VII. *ad Atticum*: *Gladiatores Cæsaris qui Capuæ sunt, sane commode Pompejus distribuit binos singulis patribus familiarum*. Spartianus in *Juliano*: *Sed postea sponte sua gladiatores Capuæ jussit armari per Lollianum Titianum*. De Ravenna, Strabo dilucide: οὕτως γ' οὖν ὑγιεινὸν δέδεικται τὸ χωρίον, ὥστε ἐνταῦθα τοὺς μονομάχους τρέφειν καὶ γυμνάζειν ἀπέδειξαν οἱ ἡγεμόνες. *Adeo*,

De Plinii loco addubitatum. — *Hordeacei panis non bonus.* — *Ludi istic etiam in municipiis.* — *Capuæ præsertim.* — *Lentulus libertate firmat conciliatque sibi data libertate.* — *Et Ravenna.*

Nec longe diversi ab istis Curatores munerum ac venationum: quorum mentio Suetonio in *Caligula*, cap. XXVII. Et vis addam quod vos medici rideatis, Victor? Medici etiam sui singulis his ludis: nec id novi sæculi invento, sed diu ante Imperatores. Lapidem legi hunc:

Curatores munerum. — *Medici in ludis itemque veteres.*

SILVANO. SANCTO
C. AVSTVRNIVS. MEDI
CVS. LVD. GALLIC
PORTIC. ET. EXEDR.
ET. SIGN. ÆN.
VOTO. SVSCEP.
L. M.
DEDIC. KAL. MAI
L. MARCIO. ET
SEX. IVLIO. COS.

In quo sculpti Consules incidunt in annum Urbis DCLXIII. Adeo antiqua cura illa in valetudine gladiatorum. Legi & in alio lapide, EVTYCHVS. AVG. L. MEDICVS. LVDI. MATVTINI.

inquit, *saluber locus, ut illic gladiatores ali atque exerceri Principes voluerint*. Ravennæ autem ludum exstruxit, aut certe voluit, Cæsar. Suetonius cap. XXXI. *Ne qua suspicio moveretur, & spectaculo publico per dissimulationem interfuit, & formam qua gladiatorium ludum erat ædificaturus consideravit*. Formam, ait. de qua nihil dixerim, præter multiplices in iis ludis minutasque cellas fuisse, in queis seorsim haberentur singuli gladiatores. Quinctilianus: *Commorabor inter homicidas, inclusus turpiore custodia & sordido cellarum situ*. Idem: *An ille animus rediret in cellulam, ferret saginam, magistrum, personam denique sceleris?* Exemplo scilicet servorum, quibus cellæ. Seneca pater: *Ex cella suæ dominæ migrabit in cubiculum: vel Domina ex cubiculo suo migrabit in cellam?* Seneca filius, de servo Pompeii Demetrio: *Cui jamdudum divitiæ esse debuerant, duo vicarii & cella laxior*. Suetonius *Nerone* cap. XLVIII. *Receptus in proximam cellam, decubuit super lectum*. Sed & meretricum cellæ (ex Juvenali & Petronio) & capitum omnium viliorum. Concludam de ludo cum Quinctiliani dicto: *In ludo fui. qua pœna nullam graviorem scelera noverunt, cujus ad comparationem ergastulum leve est*.

Cellæ in iis ludis. *Cellæ servilis.* *Cellæ meretriciæ.* *Pœna ludi.*

CAP. XV.

Ludorum præfecti, Lanistæ: qui Familiæ præesse dicti, eamque Ducere. Idem Doctores, magistri, Commentabantur, Dictata dabant. Tirones apud eos instituti: quorum exercitium, Batuere rudibus. Rudem videri gladium e ligno. etiamque Lanistis fuisse, ac tironibus.

HIs ludis præfuisse Lanistas monui: de quibus opportune nunc adtexo. A laniandis corporibus vulgo eam vocem formant: nec persuadent. Isidorum potius audio, qui Thuscum verbum esse vult, & illis carnificem signare. & audio eo libentior, quia res gladiatoria petita a Thuscis. Lanistarum multa ubique mentio. Lapis Romæ:

Lanistæ vox.

P. POETILIVS. P. L
SYRVS
LANISTA. AD. AR. FORIN

Glossarius liber, *Lanista*, λυδοτρόφος, μονομαχοτρόφος, ἐπιστάτης μονομάχων. Lanistæ avium, etiam apud Columellam, qui aves condocefaciunt ad pugnam. Pro ipsis gladiatoribus Prudentius usurpat: parum proprie, imo imperite:

Lanistæ pro gladiatoribus.

—— sedet illa verendis
Vittarum insignis faleris, fruiturque lanistis.

Nam de Vestali scribit, quæ spectabat gladiatores. Emebant autem lanistæ futuros gladiatores, aut expositicios pueros huic rei tollebant. Quinctilianus Decl. CCCXXVIII. *Quantum ad te pertinet, non habet respublica virum fortem. aut illum feræ laceraverunt, aut aliquis (quod multo sit indignius) sustulit leno aut lanista*. Martialis;

Inspexit velut emptor aut lanista.

A Tota autem manus quæ sub uno Lanista, Familia appellabatur: & cum dicebant Familiæ præesse. Cicero *pro Sulla*: *At præfuit familiæ Cornelius. Jam si in paranda familia suspicio est nulla; quod præfuit, nihil ad rem pertinet*. Nam hunc Cornelium scilicet fuisse pro lanista. In lapide prisco, MUNUS. FAMILIÆ. GLADIATORIÆ. Suetonius *Augusti* cap. XLII. *Cum venalitios & Lanistarum familias urbe expulisset*. Seneca *de Beneficiis*: *Lanista qui familiam suam summa cura exercet atque ornat*. Hinc natum proverbium Ciceroni familiare, *Ducere familiam*: quod idem censeo, ac familiæ præesse; sumptumque ab hac ipsa lanistarum præfectura. Cicero *in Antonium*: *Lucius quidem frater, ut qui peregre depugnavit, familiam ducit*. Idem alibi: *Sententia, quæ familiam ducit*. Et: *Accedit, quod familiam ducit, in jure scientia*. Nam qui caput in aliqua re princepsque, bene Ducere eum dixeris & Ducem. Sic in Historiis passim *Ducere ordines*; in Quinctiliano, *Ducere classem*. Nec vis verbi hujus adhuc satis intellecta: non certe ab iis qui Adagia nobis concinnarunt. Hi iidem Lanistæ, honestiori & invidendo verbo Doctores dicti. Valerius lib. II. *Ex ludo C. Valerii Scauri doctoribus gladiatorum accersitis*. Quinctilianus Declamat. CCCII. *In ludo fuit. Fuerunt & doctores, & medici, & ministri: neque tamen illo gladiatorum nomine tenentur*. Et Magistri. Cicero III. *de Oratore*: *Magister hic Samnitium summa senectute est*. Videlicet quia gladiatores novitios & tirones docebant. Quin iidem Commentari dicuntur, & dare Dictata: verbis omnibus a meliore ludo sumptis. Cicero de Magistro Samnitium, *cottidie commentatur*. Cæsar apud Suetonium, a plerisque Senatorum & Equitum precibus enisus est, *ut ipsi disciplinam tironum susciperent, & exercentibus Dictata darent*. Tertullianus *ad Martyres*: *Nec tantus ego sum, ut vos alloquar. sed tamen & gladiatores perfectissimos non tantum magistri & præpositi sui, sed etiam idiotæ & supervacui quique adhortantur de longinquo: ut sæpe de ipso populo Dictata suggesta profuerint*: Nec inepte, Dictata: quia revera præcepta sua armorum, commisere etiam scripto. Juvenalis de futuro gladiatore,

Familia gladiatorum. *Familiam ducere.* *Doctores, pro Lanistis.* *Et Magistri.* *Commentantur.* *Dictata dant.* *Etiam in scriptis.*

Scripturus leges & regia verba lanistæ.

Hirtius gladiatoriam hanc rationem docendi, bene cum militari composuit lib. I. *De bello Africo*: *Cæsar*, inquit, *contra ejusmodi hostium genera, non ut imperator exercitum veteranum, sed ut lanista tirones gladiatores condocefacere. quo pede se reciperent ab hoste, & quemadmodum obversi adversariis, & in quantulo spatio resisterent*, &c. Ait, tirones gladiatores. quia in ludo genera duo, Tirones sive novitii, & Veterani. Veterani nobiliores, & usu longo edocti. Ad Tirones cura & institutio præcipue pertinebat. Symmachus l. II. *Epistolar. Nam gladiaturæ idoneos communis cura prospiciet, quæ pars in apparatu Quæstorio prior est, ut auctoramento lectos longus usus instituat*. Quinctilianus: *Et inter dedita noxæ mancipia contemptissimus tiro gladiator, ut novissime perderem calamitatis meæ innocentiam, discebam cottidie scelus*. Ratio modusque in-

Tirones, dicti in ludis.

Rudibus batuebant. Idem Suet. Cal. cap. LIV.

ſtituendi, ut rudibus batuerent cum Laniſta. Suet. Caligula: *Mirmillonem e ludo* (malim, *in ludo*) *rudibus ſecum batuentem, & ſponte proſtratum confodit ferrea ſica*. Sive etiam ad palum exercerentur, militum inſtar. Vegetius lib. I. cap. XI. *Palorum enim* (malo, *palariorum*) *uſus, non ſolum militibus, ſed etiam gladiatoribus plurimum prodeſt*. Sed prius illud de Rudibus, proprie, Batuere dicebant: & gymnaſium ipſum, Batualia. Gloſſæ priſcæ, *Batualia*, γυμνασίαι τῶν μονομάχων. Adamantius Martyr: *Batualia, quæ vulgo Battalia dicuntur, exercitationes gladiatorum vel militum ſignificant*. Nec male addit litterator ille de militibus; nam & ii interdum rudibus pugnabant, ludendi exercendive cauſſa. Livius lib. XXVI. Scipionis curam in milite formando deſcribens: *Tertio die rudibus inter ſe in modum juſtæ pugnæ concurrerunt*. Ita vetus liber, qui apud Lipſium: non ſudibus, ut præferunt vulgati. Firmat Polybius, qui eapſe in re ξυλίνας μαχαίρας dixit. Id autem, ni fallor, Rudis: gladius, inquam, e ligno. Suadeor Dionis etiam loco, in *Commodo*, qui poſt meridiem exercitia ejus cum gladiatoribus denarrans: ἤσκει δὲ, inquit, καὶ ἐχρῆτο τῇ ὁπλίσει τῇ τοῦ Σεκούτορος καλουμένῃ, τὴν μὲν ἀσπίδα ἐν τῇ δεξιᾷ, τὸ δὲ ξίφος τὸ ξύλινον ἐν τῇ ἀριστερᾷ ἔχων: id eſt, *Exercebatur, & in uſu habebat armaturam Secutoris dictam: clypeum dextra, gladium ligneum ſiniſtra præferens*. Ait enim clare ξίφος ξύλινον: ad batuendum ſcilicet, non pugnandum. Itaque *Baculos* eos appellat Capitolinus in Gallienis: *Pugiles baculis, non veritate pugilantes*. Ita enim ego emendem, cum vulgo ſit, *faculis*. ex quo alii, *ſacculis*, me judice, haud apte. Tamen vulgo aliter judicant, ſcio: & ſatis habent dixiſſe Rudem, baculum fuiſſe. At ego etiam aliud eos doceo in rude. Duplicem eam fuiſſe: Laniſtarum, & Tironum ſive exercentium. Laniſtæ ſua rudis, qua ſecerni cognoſcique potuit; eam dico e ferula fuiſſe, & ferulam etiam nominari a priſcis. Dio in *Commodo*: ἀντηγωνίζετο δὲ αὐτῷ γυμναστής τις, ἢ καὶ μονομάχος, νάρθηκα ἔχων. id eſt: *Pugnabat cum eo Laniſta quiſpiam, vel etiam gladiator, ferulam habens*. Et nonne diſcriminat aperte? Commodo velut diſcipulo gladium ligneum tribuit: magiſtro ferulam. Seneca ab hoc more ludit in Satyra Menippæa: *Eum proximo munere, inter novos auctoratos, ferulis vapulare placet*. Nam novi auctorati, novitii gladiatores: quos rude ferulaque ſua aberrantes laniſta cædebat, velut legitimus magiſter. Nam & hæc res a litterario ludo. Martialis illud tortuoſum & breve, credo, jam capitis, *Vide an te delectet contra retiarium ferula*: id eſt, rudis, contra tridentem. De hac ferulacea rude Chariſius: *Rudis, ſcipio quem Laniſta liberandis gladiatoribus gerit*. Gloſſæ: *Rudis*, ῥάβδος ἡ τῶν ἐπιστατῶν τῶν μονομάχων. Varro tranſtulit decore: *Ad te enim rudem agriculturæ eſſe nunc, olim ad Stolonem fuiſſe dicunt*. id eſt, magiſterium & velut præfecturam agriculturæ. At rudis ad gymnaſia, diverſa ab hac, & gladii forma, ut dixi; fortaſſe etiam ponderoſior, graviorque. Suggerit apud Senecam Latro Portius: *Non eſt utilis exercitatio, niſi quæ operi ſimillima eſt illi quod exerceat; itaque durior ſolet eſſe vero certamine. Gladiatores gravioribus armis diſcunt, quam pugnant: diutius illos magiſter armatos, quam adverſarius ſuſtinet*. Idemque in militibus notat Vegetius factitatum, lib. I. cap. XII. *Duplicis ponderis illa cratis & clava ideo dabantur, ut cum vera & leviora tiro arma ſumpſiſſet, velut graviore pondere liberatus, ſecurior alacriorque pugnaret*. Hæc exercitatio & velut meditatio novis gladiatoribus ad cædem, quam Cyprianus, ut cum Lucretio loquar, jure increpat incilatque: *Homo*, inquit, *in hominis voluptatem perimitur: & ut quis poſſit occidere, peritia eſt, uſus eſt, ars eſt. Scelus non tantum geritur, ſed docetur; quid poteſt inhumanius, quid acerbius dici? Diſciplina eſt, ut perimere quis poſſit: & gloria eſt, quod peremit*.

Batualia. — *Etiam milites batuebant.* — *Correctus Livius.* — *Quid Rudis? Et quidem pro modo cujusque armaturæ. Threci incurvus: Secutori rectus: Retiario dentatus. Fortaſſe etiam e ferro, ſed tamen hebes. Vide lib. II. cap. XXI.* — *Videri eam duplicem. Laniſtarum ferulaceam: qualia ſceptra pædagogorum.* — *Tirones vapulabant ferulis.* — *Martiali lux.* — *Varroni lux.* — *Arma tironum gravia.* — *Deteſtatio ejus diſciplinæ.*

CAP. XVI.

Menſæ ſecundæ; interruptus paullum ſermo de loco: dictumque per occaſionem de Saturnaliciis muneribus: item de Apophoretis, quæ duplicia; & in menſis, item in ludis ſpectaculiſque.

DICEBAT etiam Pighius: cum ego ad puerum, Tolle ocius has menſas, & bellaria nobis infer; quæ bellaria? inquit Victor, non opus.

——— τράγημα δὲ
Ὁ σωφρονιστὴς τοῖς φιληκόοις λόγος.

Bellarium eſt, Sermo bonus prudenſque cupidis diſcere.

Pighianus hic quidem ſermo ante omnia tragemata & mella nobis. Ecce autem dum loquimur, pueri adeſſe nuntiantur onuſti, pomis, pyris, olivis, palmulis, caricis, aliaque copia partim domeſtici, partim exotici fructus. Miſſi erant ab Hieronymo Berchemio familiari noſtro. Hem! inquam ego, ſemper ita munis noſter Berchemius? Tutores illi dabimus, ne prodigat. At vos pueri grates illi dicite gratias, & rogate cras ut apud nos ſit. Verſuſque ad convivas, amici, inquio, nunquam vidi munera magis opportuna: non eo ſolum quia allata in punctiſtitio (ut ſic dicam) menſæ poſtremæ, ſed quia hoc Saturni die. Morem enim Romanum ſcitis, per Saturnalia, munuſcula miſſitandi ultro citro. Spartianus in *Hadriano*: *Saturnalicia frequenter amicis inopinantibus miſit, & ipſe ab his libenter accepit*. Tertullianus de Idololatria: *Nobis, quibus Sabbatha extranea ſunt, & Neomeniæ, & feriæ aliquando a deo dilectæ; Saturnalia, & Januariæ, & Brumæ, & Matronales frequentantur: munera commeant, ſtrenæ conſonant, luſus, convivia conſtrepunt*. Martialis:

Saturnalia divitem Sabellum
Fecerunt, merito tumet Sabellus.

Saturnalibus munera miſſitata.

Meminit & Suetonius *Auguſto* cap. LXXV. & plures alii: quid enim moror in re trita? Tu Pighi, dum interjungis, bibe. Licet, inquit; nam ſitiebam in hoc ſermonum æſtu; puer affunde largius. Dum ille bibit, ad me Lernutius, De muneribus mos mihi ſatis liquidus: non æque de Apophoretis, quæ ipſa donata Saturnalibus lego. Suetonius *Veſpaſ.* c. XIX. *Sicut Saturnalibus dabat viris Apophoreta, ita & Kalendis Martii fœminis*. Sodes, illuſtra. Ne id quidem Lernuti, inquam ego, in alta nocte. Nam Græco eo nomine dicta

Apophoreta item Saturnalibus. — *Quid ea?*

proprie quæ in conviviis dabantur auferenda. Ipse Martialis, qui libellum eo indice scripsit, interpres,

Præmia convivæ det sua quisque suo.

Dubito an, commissione ut per ludos ei hoc munus; tamen & vulgata recta Lampridius correctus.

Et Ambrosius: *Qui ad convivium magnum invitantur, Apophoreta secum reportare consueverunt.* Suetonius in *Caligula*: *Agitatori Eutycho, comissatione quadam, in Apophoretis vicies HS. contulit.* Nec ignota ista, scio, vobis: illud nove fortasse moneo, Lampridium corrigendum in hacce voce, *vita Eligabali*: *Eunuchos pro aphroditis dedit. dedit quadrigas, equos stratos, mulos, basternas rhedas*; rescribendumque, *pro apophoretis dedit*. Atque hæc, Lernuti, in mensa Apophoreta. Postea translata ea vox ad munera etiam editionum. Ne enim lineam spectaculi hujus transiliamus, scitote fuisse ritum uti Editores munuscula aliqua amicis fautoribusque mitterent, ludis confectis; ea quoque Apophoreta dicta.

Apophoreta in ludis, vel Apophoretica.

Symmachus lib. II. *Filius noster Symmachus, peracto munere candidato, affert tibi dona Quæstoria, & cæteras necessitudines nostras pari honore participat. Quæso igitur ut ejus nomine Dypticha & Apophoreta suscipere dignemini, qui apparatui ejus plura & præclara tribuistis.* Et sæpius Apophoretica apud eundem; ut lib. IX. *Non aspernabere, ut æstimo, dyptichi & apophoretici oblationem; neque enim grave est verecundiæ tuæ solennia & votiva suscipere.* Libro quinto: *Ad te dyptichum candidati, & apophoreticum librarum argenti duarum misimus, approbare cupientes editioni te nostræ non animo defuisse.*

Apophoreta lanx.

Nec omitto denique, Apophoretum vel Apophoretam potius inter genera vasorum censeri Isidoro, cujus verba De vasis escarum: *Apophoreta, a Græcis, a ferendo poma vel tale quid nominata; est enim plana.* Desieram ego: sed excipiens Duza, Bene & benigne doces de Apophoretis, inquit sed auden' tu ea dare nobis? Quænam illa? inquam; magnum sit quod tibi negem, o Batava Syren. Ex medio, inquit, Saturnalium ritu cereos accensos; scin' cui rei? qui nobis domum præluceant. certe enim jam tempus.

Cerei in Saturnalibus dati.

Heu inquam, Mormo, non Syren. —— *ποῖόν σε ἔπος φύγεν ἕρκος ὀδόντων? Quæ vox clauso tibi fugit ab ore?* Vix adsedimus etiam, & faris de discessu? Cave, cave, ne per hoc Saturni festum, Saturnum te faciam ego, & novus Jupiter te dem in vincla.

CAP. XVII.

Iterum ad Gladiatores reditum: deque locis pugnæ dictum. Ea sunt Rogus, Forum, Amphitheatrum, Septa, Circus, Vici & Regiones.

AT tu, Pighi, redis in eandem arenam pugnatum? Ille ridens, Ego, inquit, jam missum me putabam. Scin' quomodo? inquam, ut mihi domino citius decretum sit auctorari, quam ut te solvam. Pergo igitur, inquit. De loco ubi habiti, dixi: locus superest pugnæ, qui non unus.

Ubi dati gladiatores?

Ad rogum enim dati: in foro: in Circo: in Amphitheatro: in Septis: vicatim & regionatim. Ad rogum olim, in exequiis: isque antiquissimus locus. Postea non placuit circumducere populum, & omisso rogo ipsi gladiatores funebres in foro dati. Forum ergo locus vetus pariter & diuturnus. Vitruvius: *Italiæ non eadem ratio fuit. Nam a majoribus consuetudo tradita est, gladiatorum munera in foro dari. Proinde spatiosiora distribuebant intercolumnia.* Idem alibi: *Muneribus quæ a magistratibus foro gladiatorum, scenisque ludorum dantur.* Asconius *in Verrem*: *Menius exceperat sibi jus unius columnæ, super quam tectum projiceret, unde ipse & posteri ejus spectare munus gladiatorium possent: quod etiam tum in foro dabatur.* Ait, *etiam tum*: quia nimirum is mos non prorsus exoluerat etiam Asconii, id est, Claudii ætate.

Plinii ambigua verba enodata.

Plinii verba cavete vobis imponant, lib. XV. cap. XVIII. *Ara inde sublata gladiatorio munere Divi Julii, quod novissime pugnavit in foro.* ancipitis dico & fallacis sententiæ verba. Videntur enim adfirmare postremum id fuisse in foro munus. Falso. Nam & sub Augusto fuit, ex Propertio,

Seu cum lascivum sternet arena forum.

& Tiberius munus gladiatorium duplex dedit, alterum in foro, alterum in Septis, auctore Tranquillo, cap. VII. At Plinius de ipso Cæsare sentit, novissimum id fuisse forense munus, illo editore. Tamen cœptum vilescere & forum: opinor ideo, quia loca sessui & spectationi parum apta.

Forum non apte oxstructum ad spectandum. Difficiles in eo locis & in beneficio dati.

Itaque magno ambitu locum in foro Consules magistratusque clientibus tribulibusve suis adsignabant, & in beneficii loco. Cicero oratione *pro Murena* satis multis verbis: *ad Atticum* lib. II. epist. I. *Quærit ex me num consuessem Siculis, locum gladiatoribus dare? Negavi. At ego, inquit, novus patronus instituam; sed soror, quæ tantum habeat consularis loci, unum mihi solum pedem dat.* Et facit eo decretum Senatus in honorem Ser. Sulpicii: *Senatui placere Ser. Sulpicio statuam pedestrem æneam in rostris statui: circumque eam statuam locum ludis, gladiatoribusque, liberos posterosque ejus quoquo versus pedes quinque habere*, apud Ciceronem *Phil.* IX.

Adi librum nostrum De Amphitheatro. Amphitheatra. Septa.

Igitur structa Amphitheatra, destinata proprie huic ludicro & Venationi. Plerumque exhinc in iis dati gladiatores: tamen non omisso prorsus foro. Etiam in Septis Agrippæ. Suetonius *Calig.* cap. XVIII. *Munera gladiatoria partim in Amphitheatro Tauri, partim in Septis aliquot edidit*; & idem scriptor notat alias.

Circus.

Sed & Circus interdum huic rei, ut reperietis in Dione.

Vici & regiones urbis.

Sæpe Vici & XIV. regiones urbis: quod sub Impp. factitatum observo. Sed non mihi mens onerare vos copia vulgarium exemplorum. Explicui de loco.

CAP. XVIII.

De Spoliario, quod item pars ludi; unde id dictum, & cui rei usuique? Obiter etiam de obscæna ludi parte.

HIC Victor, Nimium properas. Quod olim de Haterio Augustus, de te Pighi dixerim, Sufflaminandus es. Nam Spoliario quid fiet, nisi locus ei est in loco? Caput percussit Pighius, & Hem! inquit, videte vestrum Cyneam. Absque hoc monitore, res tam illustris elapsa mihi erat. Sed retraham.

Spoliarium quid?

Spoliarium non ipse ludus, sed ludi, ut apparet,

pars. Ex lapide prisco, quem Tybure vidimus:

CVRATORI. MVNERIS. PVBLICI. GLADIATORI. III. QVOT. IS. TEMPORE. HONORVM. CVRARVMQVE. SVARVM. PLENISSIMO. MVNIFICENTIAE. STVDIO. VOLVPTATIB. ET. VTILITATIBVS. POPVLI. PLVRIMA CONTVLERIT. LVDVM ETIAM. GLADIATORIVM. ET SPOLIAR. SOLO. EMPTO SVA. PECVNIA. EXTRVCTVM. PVBLICE. OBTVLERIT.

Etiam Tertullianus ab ipsis Amphitheatris separat: *Ceterum a sæculo coronantur & lupanaria, & latrinæ, & pistrina, & carcer, & ludus, & ipsa Amphitheatra, & ipsa Spoliaria, ipsæque Libitinæ*. Ductum nomen a re balnearia. Nam *exteriores cellulæ in balneis, Spoliaria*, dictæ, ut notant Glossæ Latinæ veteres: vel, ut Græcæ, *Ἀποδυτήριον, Spoliarium*. Ubi ergo in balneis exuebantur, seque veste exspoliabant, *Spoliaria* dicta; & a caussa simili, in Ludis. Nam ibi, credo, gladiatorum vestes, ornamenta. Plinius in *Panegyrico* de Ærario disserens: *Nunc templum, nunc vero deus, non spoliarium civium cruentarumque prædarum sævum receptaculum*. Imo amplius, locus ille receptor vulneratorum cæsorumque. Cassius Severus in Controversia, Debilitans expositos. *Produc agedum familiam semivivam, tremulam, debilem, cæcam, mancam, famelicam: ostende nobis captivos tuos. Volo mehercules nosse illum specum tuum, illam humanarum calamitatum officinam, illud infantium spoliarium*. Seneca *de Providentia*: *Videant largum in foro sanguinem, & supra Servilianum lacum (id enim proscriptionis Sullanæ spoliarium est) Senatorum capita*. Itaque crebræ illæ acclamationes Senatus, mortuo Commodo, sunt ab hoc ritu, apud Lampridium, *Gladiatorum in spoliario*; &, *Gladiatoris cadaver unco trahatur: gladiatoris cadaver in spoliario ponatur*: Quin & ii qui sine spe curationis læsi, illic interficiebantur. Seneca epist. XCIV. *Numquid aliquem esse tam cupidum vitæ putas, ut jugulari in Spoliario, quam in Arena malit?* Obscænam partem ludi in eodem Seneca lego libro VII. *Quæst. Nat.* extremo: nec scio an ad Spoliarium; an ad ludi locum fœdum, ubi Spongia, referam: an potius emendem, *artem ludi*, & capiam de iis qui sponte sese auctorant.

A balneis ducta vox

Cui rei spoliaria?

De Seneca loco.

De qua Martialis, Quod sciat infelix damnatæ sponga virgæ. & *Seneca epistola* LXXI.

CAP. XIX.

Finis convivii sermonisque; per occasionem de Diludiis; item de ratione invitandi ad hilaritatem, insitata hodie. Ammianus expletus a conjectura. De Mutitatione, Agellius correctus, & Nonius.

DIXI; et sit jam sermonum pausa quæso. Nam & serum, ut video: & in me quidem omnis vis loquendi jam vacuit. Itaque domuitionem paremus. Inclementi vultu ego, Tu Pighi cesses? nec per limites illos eas, quos ipse tibi posuisti? Non ego homo trioboli sum, si id feram. Cras licebit, inquit; nunc te, Lipsi, per hanc dexteram oro, mitte. Non, si per hanc sororem lævam quoque, inquam. Et jamne mitto ad Prætorem, ut te nectam? Neca etiam, inquit, si voles. Nam mihi decretum in hoc Spoliario mori potius, quam amplius in hanc Arenam. Lernutius cum Victore interveniens: Hercules multa nox est, Lipsi, inquiunt: & tempus abeundi. Ego commotior; Etiam me latrant meæ canes? Sed surgebat jam & Duza. Itaque ego, Hæc quidem conspiratio est, inquam; at sedete saltem dum patera ista circumfertur. Nam Pighio nostro non alia lege diludia do. Sedit iterum & respexit me Duza, Diludia tu quid appellas? Apposite ad hanc rem, inquam. Nam, *tempora quæ gladiatoribus conceduntur inter dies munerum quibus pugnatur, Diludia dicuntur*, ut scribit ad illud Horatii,

Displicet iste locus, clamo, & diludia posco.

vetus Scholiastes. Hic Victor, Vere fortasse Commentator, inquit. tamen mihi olim sententia mea non displicet, Diludia esse, cum medii ludi alio genere spectaculi interrumpuntur, & quasi diffinduntur. Ita enim mos, ut in media sæpe comœdia aut tragœdia, Venationem aut paria aliquot gladiatorum poscerent, tædii levandi. Horatius testis:

Si discordet eques, media inter carmina poscunt
Aut ursum, aut pugiles.

Et Dio, qui Circenses diffissos ait, Venatione & Athletis interpositis, lib. IX. *ἄρκτοι μὲν*, inquit, *μεταξὺ τοῦ δρόμου τῶν ἵππων ἐσφαγηρασ, καὶ ἀθληταὶ ἠγωνίσαντο, καὶ παῖδες Ἀσιανοὶ πυῤῥίχην ὠρχήσαντο*: id est, *Ursi Circensibus interpositi & cæsi, & athletæ certarunt, & pueri Asiatici Pyrrhicam saltarunt*. Approbo, ait Duza. Et similis calamitas Terentianæ Hecyræ intervenit, interposito funambulo. Ejus enim sententiæ querela illa Prologi.

Ita populus studio stupidus in funambulo
Animum occuparat.

Etiam gladiatoribus: ut statim,

Primo actu, placeo: cum interea rumor venit
Datum iri gladiatores, populus convolat.
Tumultuantur, clamant, pugnant de loco.

Cum dixisset, patera accepta ego Victorem intuitus, Hanc ita spumantem, inquam, Latio & Latiæ. Eduxi, & Victori tradens, Vivamus, inquam; moriendum est. Ille abominatus tam tristem vocem, Quæso, inquit, vitemus hanc *δυσφημίαν* in mensa: & despue, ne omen habeat tua vox. Ego risi, &, Homo religiosissime, inquam, ita nescis morem antiquum? Numquam illi hilarius se invitabant, quin lacesserent lætitiam hoc sermone. Atque adeo ipsa verba, ut protuli, apud Vibium Gallum in Controversia Senecæ VII. lib. IX. *Convivæ certe tui dicunt, Vivamus, moriendum est*. Ita enim suppleam legamque defecta hæc verba. *Malignitate simili quidem Agens in rebus in Hispania, ad cænam itidem invitatus, cum inferentes vespertina lumina pueros exclamasse audisset ex usu, Vincamus perun......... lem ne .... interpretatum, atrociter delevit nobilem domum*. Lego, *Vivamus, pereundum est*; addiditque Ammianus calumniatorem aliquem sic interpretatum esse,

Diludia quid?

Invitandi mira, sed prisca ratio.

At qui dicunt restituisse Ammianum, hæc omnia infide omittunt.

Annianus male expressus. solemne verbum, tanquam machinaretur A Dominus ille aliquid magnum, & cum exitii sui metu conjunctum; aut, tanquam id detorsisset in sævitiam Imperatoris, sub quo omnibus pereundum esset. Hoc ecphonema etiam in veteri inscriptione sepulchrali,

AMICI.
DVM. VIVIMVS.
VIVAMVS.

Et sententia non semel obvia in poetis. *Cranium in mensa.* Quid autem dices, si ipsum cranium mortui inferre in mensam soliti, huic rei? Epigramma Græcum disserte:

Η πτωχῶν χαρίεσσα πανοπλίη, ἀρτολάγυνος.
Αὕτη, καὶ δροσερῶν ἐκ πετάλων στέφανος.
Καὶ τοῦτο φθιμένοιο προάστιον ἱερὸν ὀστεῦν,
Εγκεφάλου ψυχῆς φρούριον ἀκρότατον.
Πῖνε. λέγει τὸ γλύμμα, καὶ ἔσθιε, καὶ περίκεισο
Ανθεα; τοιοῦτοι γινόμεθ' ἐξαπίνης.

B

Sed & in Timalcionis convivio apud Petronium: *Potantibus & accuratissime lautitias nobis mirantibus, larvam argenteam adtulit nobis servus, sic aptam, ut articuli ejus vertebræque locatæ in omnem partem flecterentur. Hanc cum super mensam semel iterumque abjecisset, & catenatio mobilis aliquot figuras exprimeret, Trimalcio adjecit,* C

Heu heu nos miseros: quam totus homuncio nil est!
* * *
Sic erimus cuncti, postquam nos auferet Orcus.
Ergo vivamus, dum licet esse bene.

Quod ab Ægyptio quidem ritu videtur, qui σκελετὸν ipsum mortui inferre convivio soliti, cum monitione, *Ita brevi omnes futuros.* Plutarchus auctor in *Convivio.* Hic Lernutius: Morem asperum, inquit, & non longe a Scythis; quibus etiam potus in cranio mortuorum. Quin & hodie, ut audio, apud quosdam novi orbis Indos. Tamen invitatio illa in specie barbara: re, optima. *Vana spes vitæ.* Quid enim homulli sumus? aut quamdiu hæc vita? Ite mortales, & magnis cogitationibus animum implete: cras morituri. Ut in calore illo simul effudit hos Anapæstos: D

Miserum, miserum, mortale genus,
Cui vix orto fatum aboriri est:
Heu quam fallaci jactaris
Turbine vitæ!
Ille superbi limina regis
Ambit, & alter populi fasces:
Alter nullo fine parandi
Aurum congerit, & congesto
Pauper in auro est.
Ah nescitis vivere, nec mori.
Moneo, moneo, ponite curas.
Cursu præcipiti ruit ætas.
Ludite, vivite, dum brevia finunt
Pensa sororum.

Cum fine versuum omnes surgebant. Duzam ego lacinia tenui, Atque audin'? inquam, jam opus vivere. Imo Bitere, ait, ut Comici nostri loquebantur. Tempus nos admonet; certe somnus. Non etiam mittis? Polypus mihi videre: ita quidquid tetigeris, tenes. Mittam in hanc legem, inquam, uti cras iterum apud me sitis. Imo apud me, ait Lernutius. Sit enim hæc per dies hos festos quædam, ut antiqui dicebant, Mutitatio. *Mutitatio priscorum.* Mirantibus novitatem verbi, Ita dico, inquit, Mutitatio. Agellius: *Legitur in Atteii Capitonis Conjectaneis Senatus decretum vetus, in quo jubentur principes civitatis, qui ludis Megalensibus mutitarent, id est, mutua inter se convivia agitarent, jurare apud Cos.* &c. Ubi lego fide codicum, *mutua inter se dominia agitarent.* Dominus antiquis, *Agellius correctus.* Præbitor: & Dominia, præbitiones hilariores. Lucillus: *Primum dominia atque sodalitia omnia tolluntur.* Cicero Frumentaria *in Verrem*: *Hujus argento dominia vestra, hujus signis forum comitiumque ornari.* Mutilus hic Tullii locus apud Nonium in *Dominus*: *Cicero Frumentaria*: *Adria argento dominos vestræ*: facilis ex Cicerone correctu. *Et Nonius.* Ad hæc alternantia convivia Virgilius respexit,

Mutuaque inter se læti convivia curant.

Etiam Pindarus Ode I. de Tantalo, qui, ἀμοιβαῖα θεοῖς δεῖπνα παρέθει: id est, *alternantia convivia diis præbet.* Occupavit respondere Duza, Ergo apud te, Lernuti, in prandio cras erimus. Nam hic Lipsius petit tanquam Cæsaris candidatus. Etiam irrides? inquam. At enim Berchemium vocavi. Igitur & is apud nos erit, ait Lernutius. Tu abi, & cum nos bene curasti, valetudinem tuam cura. Et cum dicto facta discessio, vel ut ego appellabam, fuga.

JUSTI LIPSII SATURNALIUM SERMONUM LIBER II.

CAP. I.

Quid ante diei ſecundi convivium? cum Victore diſſertatio ſuper Taciti loco, de inventione argenti apud Germanos. crebra manuum lautio antiquis.



ECUNDUS dies erat, quo Lernutio conſtitueramus: venitque ad me ante convivii horam Victor. Jamne vales? inquit. Ab animo Victor, inquam: a corpore (ut Auguſtus loquebatur) betizo. Quid ergo mirum, inquit, a morbo tam propinquo? Sed animum quod purgas; crede mihi, ab illo fonte hic languor. Studia animum, animus corpus fatigavit. Nec vultu aſpernere. Eſt enim & animorum laſſitudo quædam, non minor quam corporum, ſed occultior: quæ fugienda nobis, & ſcintilla illa divini ignis non obruenda eſt. Sed cui rei in menſa libri? quos pejus odiſſe te volo quam fullo ululam. Ne erres Victor, inquam: libris nihil nunc facio pericli. Tacitum alucinans modo in manus ſumpſeram, atque aliud agens. Ecce autem verſabar & vexabar in loco iſto *De Germanorum moribus. Aurum & argentum propitii an irati dii negaverint, dubito. Nec tamen affirmaverim, nullam Germaniæ venam argentum aurumve gignere quis; enim ſcrutatus eſt? poſſeſſione & uſu haud perinde adficiuntur*. Negat ecce clare inventam in Germania argenti venam, quæſitamve: At contra *Ann.* XI. *Nec multo poſt Curtius Ruffus eundem honorem adipiſcitur, qui in agro Mattiaco recluſerat ſpecus quærendis venis argenti*. Quæ inventio argenti, quinquaginta, ante hunc libellum Taciti ſcriptum, annis. Non concilio prorſus. Libri veteres, *in agro Macbiaco*. Igitur lego, *Maciaco*, vel, *Mazyaco*. Non enim apud Germaniæ Mattiacos hæc Curtii foſſio, ut arbitrantur: ſed apud Macas vel Mazyas Africæ populos; cui ipſi provinciæ hic Curtius præfectus. Plinius certe in Germania venam argenti nullam, ambigue æris commemorat: & multis ſæculis poſt, inventionem hanc adſignant medii temporis ſcriptores. Ditmarus libro II. *Chronicorum*: *Temporibus Othonis aureum illuxit ſæculum, apud nos inventa primum vena argenti*. Win-

Taciti non certa hiſtoria locus.

De argento apud Germanos reperto.

Tacitus forte emendatus.

A dichindus monachus (vixit ante annos DC.) lib. III. *Ergo qualiter Otho Romanos duobus præliis vicerit, terra Saxonia venas argenti aperuerit, imperiumque cum filio quam magnifice dilataverit, noſtræ tenuitatis non eſt dicere*. Hæc taliaque, Victor, hiſtorica & oblectantia muginabar. Ne iſta quidem fas, inquit, ſed eamus, Sol jam duodecimam lineam tangit. In via eramus; ecce obvius nobis Duza. Bona ſcæva eſt, inquam, capio ex nomine tuo omen hodiernæ voluptatis. Sed quod here oblitus, Hautenus noſter qui valet? ille flos poetarum. Nam certe hoc elogium illi debemus, Unum eſſe inter
B Belgas qui noſtra lingua viam viderit ad carmen. Ille quidem recte, inquit: & te amat. Sed carminum ejus famam ſcis quam premant judicia vulgi. Nempe vulgi, inquam: ſed dic illi a me, ſodes: pervincet hanc novitatis invidiam: & ut arbores quædam, ſic fama ejus æternior erit, quo tardius creſcet. Pulchrum eſt cum Manilio gloriari,

> —— *nec in turbam, nec turbæ carmina ſcribo.*

C In his ſermonibus perventum ad Lernutii ædes. Triſtior nobis viſus. Itaque Duza ad illum,

> *Quis iſtic voltus, quæ caligans triſtitas?*

Parumne in tempore, aut parum grati advenimus? Ille ſingulos amplexus, Vos quidem opportuni & gratiſſimi, inquit. Pighius dedit me in hunc tumorem, qui puerum jam nunc miſit, & renuntiari juſſit, Negotium ſibi natum eſſe. Id tu triſtis? inquam ego. Ne veniat: an de illius veſpere victuri ſumus? & ſuccidaneum ecce tibi hunc Berchemium do, qui in porta. Simul
D intravit Berchemius, & ad eum Lernutius, Tu certe fidem amas, & te fides. Naſiternam huc puer: lavate. Non ego, ait Victor: jam ante lavi. Hem! ait Lernutius, adeo remotus a more priſco? qui non ante menſam modo, ſed in convivio meliore per ſingula fercula & miſſus lavabant. Ita apud Athenæum lib. IV. cap. I. in Carani Macedonis convivio jam medio leges: καὶ ὡς ἄδην εἴχομεν βρώσεως, ἐχερνιψάμεθα: *& cum ſatis cibi ſumpſiſſemus, manus lavimus*. Iterumque poſt aliud ferculum: καὶ νιψάμενοι τὰς χεῖρας ἐστεφανούμεθα: id eſt, *& manus loti coronas ſumpſimus*. Apud Lampridium in Eligabalo: *Exhibuit aliquando & tale convivium, ut haberet viginti duo fercula ingentium epularum, & per ſingula fercula lava-*

In uno convivio Romani ſæpius lavabant.

rent. Idem in *eodem Principe*: *Parasitis in secunda mensa sæpe ceream cœnam, sæpe ligneam, sæpe eburneam exhibuit: cum tantum biberent per singula fercula, & manus, quasi comedissent, lavarent*. Hoc quidem molestum more Romano, inquit Victor. Quomodo enim in lecto? & surgebantne? Minime, inquit, sed avertebant a mensa. Sidonius bene adsignificat, lib. I. cum apud Cæsarem epularetur: *Retrorsusque conversus, tanquam manibus aquam postularem, tantumque remoratus quantum stibadii circulum celerantia ministeria percurrunt, cubitum thoro reddidi*. Fateor Lernuti, inquit, hoc me hodie doces.

CAP. II.

In ipso convivio de Carptorum munere, & vario nomine. Item de Structoribus. Translatus cœptus sermo a Pighio ad Duzam.

JAM adsederamus; & illatæ sunt epulæ sane lautæ, & quæ (ut Plauti jocus) cinerem non quærerent. Inter alia Capus, qui magnitudine sua omnium oculos in se convertit. Tamen ad nos Lernutius: Mi hospites, inquit, pauca præstinavi. Nam per hos dies, ut scitis, promiscuæ cænæ non solum cande, sed vacuefaciunt annonam macelli. Itaque hic Capus prandii nostri fundus & fundamentum est. Tu Duza, divide hunc spadonem, quod sine fraude legis Scantiniæ fit. Carptor hic ego? inquit Duza. tibi hoc jus erat in domo tua. Mirantibus, ut videbatur, nobis insolentiam vocis: Duza, Carptores, inquit, Antiquis dicti, qui cibum scindentes carpentesque præministrarent. Juvenalis:

—— carptores, archimagiri.

Ubi tamen, *fartores*, & *captores* substituunt non boni arbitri veterum conviviorum. Proprium enim huic muneri Carpendi verbum. Apud Petronium Trimalcio, quasi per delicias, identidem imperat, *Carpe*: & explicat conviva veteranus, *Vides illum qui obsonium carpit? Carpus vocatur; itaque quotiescumque dicit, Carpe, eodem verbo & vocat & imperat*. Quod proinde est, quasi tu Lernuti hunc puerum pocillatorem voces Fundum. Scissores iidem dicti. Petronius: *Processit statim scissor; & ad symphoniam ita gesticulatus laceravit obsonium, ut putares Darium hydraule cantante pugnare*. Qui locus satis indicat, cur eosdem Cheironomontas Juvenalis dixerit:

—— & cheironomonta volanti
Cultello.

itemque Sidonius lib. IV. *Inter Apicios epulones, & Byzantinos chironomontas*. Nescio an eos ipsos, Diribitores dixerit Apulejus lib. II. *Diribitores plusculi splendide amicti, fercula copiosa scitule subministrata*. an potius, qui fercula puerorum manibus allata commode disponerent, & collocarent? ut ille jocatur) velut sub signis. Utraque certe notio in verbo veteri *Diribendi*. Hos tamen postremos, verbo magis trito Structores nominabant. Juvenalis:

Structorem interea, ne qua indignatio desit,
Saltantem spectas.

Petronius, *Proprium convenientemque meatriæ structor imposuerat cibum*. Athenæus lib. IV. Ἰόβας ὁ βασιλεὺς τὸν αὐτὸν εἶναι φησὶ τραπεζοκόμον, τὸν παρὰ Ῥωμαίοις καλούμενον στρύκτορα. id est: *Juba rex eundem censet Græcorum* τραπεζοκόμον (quasi dicas *mensæ Curatorem*) *cum eo quem Romani Structorem dicunt*. In hoc verbo Senecam velim emendari libro *De vita beata*, cap. XVII. *Quare ars est apud te, ministrare? nec temere & ut libet collocatur argentum, sed perite servatur, & est aliquis scindendi obsonii magister?* rescribique, *perite struitur*. Tertullianus libello *De cultu*, *Structores capillaturæ*, paullo aliter dixit. Desierat Duza, excepit Lernutius, De verbo optime, o magister: rem vide. Et simul admovit lancem. Duza capum etiam atque etiam adspiciens, Heu gallum decumanum! inquit, & mirum ni istum submiserint Brugæ tuæ. Ita est, inquit: sed tu Carpe carpe. Quam pinguis autem! ait inter carpendum Duza, viden', Lipsi, quis fructus cælibis vitæ? Fateor, inquam: & cælibem quasi cælitem agnosco: nec in alio etymo Grammaticis credo magis. Sed ut epulæ tam lautæ condimentum aliquod habeant; placetne Lernuti in Arenam redeamus, spectatum Gladiatores? Placet maxime, inquit. Hæret enim adhuc animo meo hesternus Pighii sermo: cum delectabili recordatione veterum morum. Atque ut ii qui symphonian audierunt, ferunt secum in auribus modulationem illam & dulcedinem cantus: sic ego in animo narrationem Pighianam. Sed quis absente illo nunc Editor? Quis, nisi tu dominus? inquam. Ita enim jus, mos, ut qui mensam, præbeat & ludos. Ain' tu? inquit. At per meam editionem, ætatem estote sine ludis. Et pugnem ipse potius, quam ut edem. Cur non autem noster Duza? —— ὥσπερ μὲ πολλὸν ἀμείνων. Conversi taciti omnes ad Duzam sumus, quasi rogantes. At ille, Amici, inquit, unde mihi ea vis? ab ingenio tantum, an a memoria possim? Denique cœpit here Pighius, & universum hoc argumentum disposuit & intra sese formavit. Eam partitionem ordinemque qua divinatione adsequar? Illud modo fiet, ut ego ipse qui ludos paro, vobis sim ludus. Imo omnes nos in partem juvabimus, ait Berchemius: spondeo. Et ego respondeo, inquam: aude modo. Æstuo, ait Duza,

—— velut minuta magno
Deprensa navis in mari, vesaniente vento.

Hinc preces vestræ sunt: illinc molimentum rei & difficultas. Tamen quoniam jubetis (nam mihi amicorum preces, jussa) aggrediar, & quod in hac re apposite dicitur, Gladiator in arena consilium capiam.

CAP. III.

Propositio dicendorum: primoque de conditione Gladiatorum; quosdam servos esse, aut quasi servos, quosdam initio liberos, imo nobiles. Equites Senatoresque passim arena se polluisse. quod aliis Principibus permissum, aliis vetitum.

COMPOSUIT se Duza ad dicendum: nos ad audiendum. Et meditatione aliqua interposita, sic infit. Quattuor, ut

ut meminisse potui, limitibus terminatus a Pighio hic sermo: Origine, Loco, Hominibus, Modo. Priores duo bene & legitime ab eo destituti sunt: tertium nunc collocabo, & de Hominibus duo dicam. Quæ conditio gladiatorum fuerit: & Quæ eorum genera, quodque discrimen. Ad conditionem quod attinet: e servis plerumque comperior fuisse, aut captivis. Servi aut vendebantur in ludum, aut damnabantur. De venditione Tertullianus: *Olim captivos, vel malo ingenio servos emercati.* Et Suetonius *Vitellio*: *Asiaticum ob nimiam contumaciam & ferocitatem gravatus, circumforaneo lanistæ vendidit, dilatumque ad finem muneris repente surripuit.* Adeoque id increbuit, & ob levem sæpe caussam: ut Hadrianus Imp. *Lenoni & lanistæ servum vel ancillam vendi vetuerit, caussa non præstita*, ait Spartianus. De damnatione, passim historiæ & legum libri, ubi damnati ad gladium leguntur, vel ad gladii ludum. Sic enim etiam loquebantur. Capitolinus in *Macrino*: *Servos qui a dominis fugissent repertos, ad gladii ludum deputabat.* Eos conquiri moris etiam in provinciis fuit; ex Tacito, qui lib. III. *Annal.* in Gallia nominat, *E servitiis gladiaturæ destinatos.* De Captivis etiam, non ignotum. Aut enim venditi illi ipsi lanistis, aut ab Impp. postquam in triumpho ducti, dati in ludum. In *vita Probi*: *Edita gladiatorum paria trecenta, Blemiis plerisque pugnantibus, qui per triumphum erant ducti, plerisque Germanis & Sarmatis.* Vopiscus de triumpho Aureliani: *Per ordinem ducta gladiatorum paria octingenta, præter captivos gentium barbararum.* Sæpe & sine triumpho. In *vita Claudii*: *Claudius omnes qui rebelles animos extulerant, capit, atque in vincula Romam etiam mittit ludo publico deputatos.* Ad captivos pertinere Tertulliani querelam puto: *Certe quidem & innocentes gladiatores in ludum veniunt, ut voluptatis publicæ hostiæ fiant.* Servi ergo captivique primo ad hoc munus. Sed paullatim etiam liberi & ingenui; nulla quidem aliunde vi, sed pretio inducti, vel mala libidine pugnandi. Utrumque genus conjunxit Livius l. XXVIII. *Gladiatorium spectaculum fuit, non ex genere hominum ex quo lanistis comparare mos est, servorum dilectu ac liberorum qui venalem sanguinem habent: gratuita omnis pugnantium opera fuit.* At de liberis, Labienus apud Senecam patrem l. X. *Controvers.* *Curatis quis ex solitudine infantes auferat, perituros nisi auferantur: non curatis quod juvenum miserorum simplicitatem circumveniunt, & speciosissimum quemque maxime idoneum castris, in ludum conjiciunt.* Tertullianus ad Martyres: *Quot otiosos adfectatio armorum ad gladium locat? Certe ad feras ipsas adfectatione descendunt, & de morsibus & cicatricibus formosiores sibi videntur.* Lactantius l. V. c. IX. *Et quod est sceleratius, ut sint religionis antistites, qui nec vitæ quidem suæ parcant, sed exstinguendas publice animas vendant.* Manilius l. IV.

Nunc caput in mortem vendunt, & funus arenæ:
Atque hosten sibi quisque parat, cum bella quiescunt.

Et vero paullatim, non desidentibus sed

Quæ dicenda Docet. *E servis.* *E damnatis.* *Discrimen tamen aliquod Ulpianus facit inter Damnari ad ludum & ad gladium. Cujus verba infra cap. XXI.* *E captivis.* *Etiam e liberis. Qui pretio se vendebant.* *Male vulgo libertorum.*

corruentibus moribus, eo ventum, ut primæ nobilitatis viri operas arenæ locarent: quidam desperatione & bonis exuti, alii Principibus gratificantes. Seneca epistola centesima: *Aspice illos juvenes, quos ex nobilissimis domibus in arenam luxuria conjecit.* Idem epist. LXXXVIII. eleganter: *O quam vellem Catoni nunc occurrere aliquem ex his trossulis in via divitibus, cursores & Numidas, & multum ante se pulveris agentem. Hic sine dubio cultior comitatiorque quam M. Cato videretur: hic, qui inter illos apparatus delicatus cum maxime dubitat, utrum se ad gladium locet an ad cultrum.* Ludit suaviter in homines inopes sui æris, divites alieni: qui re cum spe consumpta, ad extremum deliberant, Gladiatores fiant an Venatores. Id enim valet, Ad cultrum. Putavi aliquando, *ad pulpitum*, blandiente conjectura, sed vana. Nam culter proprie venatorum, Suetonius in *Augusto*: *Lixa quidam cultro venatorio cinctus.* Martialis ad lemma *Culter Venatorius*:

Si defecta gemes grandi venabula rostro,
Hic brevis in grandem cominus ibit aprum.

Sed ad dictum morem Juvenalis de nobilibus sui ævi:

—— quanti sua funera vendant
Quid refert? vendunt nullo cogente Nerone.
Nec dubitant Celsi prætoris vendere ludis.

Quin vulgo jam sub Principibus Equites polluti arena & Senatores. Origo prima rei a C. Cæsare, opinor: *cujus munere in foro, depugnavit Furius Leptinus stirpe prætoria, & A. Calenus Senator quondam actorque caussarum*: ait Suetonius in *Julio* cap. XXXIX. Dio hoc amplius, permisisse eum Equitibus Romanis uti pugnarent, lib. XLIII. Eoque temeritas hæc, sive insania fuit, evasit, ut lege cavere Augustus debuerit *μήτε βουλευτὴν μονομαχεῖν, μήτε δοῦλον ῥαβδουχεῖν*, *nec Senatorem gladiatorem fieri, nec servum lictorem.* Equitibus tamen palam id permisit, non sine admiratione mea & Dionis lib. LVI. *τοῖς ἱππεῦσιν (οὐ γὰρ θαυμάσειεν ἄν τις) μονομαχεῖν ἐπετράπη.* *Neque enim*, ut Calpurnius ait, *conditione gladiatoria quidquam est humilius in vulgo.* Sed denuo id vetitum Senatusconsulto. Suetonius *Augusti* cap. XLIV. *Ad scenicas & gladiatorias operas etiam Equitibus Romanis aliquando est usus: verum priusquam Sc. interdiceretur.* Et fraudem quæ huic legi fiebat repressit Tiberius, apud eundem Sueton. c. XXXV. *Ex juventute utriusque ordinis* (Senatorium cape & Equestrem) *profligatissimus quisque, quo minus in opera scenæ arenæque edenda Senatusconsulto tenerentur, famosi judicii notam sponte subibant. Eos omnes, ne quod refugium in tali fraude cuiquam esset, exsilio affecit.* Sed non Tiberii severitatem Principes secuti: qui solute adeo permiserunt, ut Caligula una commissione viginti sex Equites dederit: Nero *exhibuerit ad ferrum quadringentos Senatores, sexcentosque Equites Romanos, & quosdam fortunæ atque existimationis integræ ex iisdem ordinibus, confectoresque ferarum & varia arenæ ministeria.* Interpellavit hic Berchemius, Ais CCCC. Senatores? DC. Equites? Extra fidem ea adseve-

Sæpe & nobiles, recomesa. *Seneca explicatus.* *Culter venatorum.* *Equites & Senatores ad gladium.* *Permisit Julius Cæsar.* *Vetuit Augustus in Senatore, permisit in Equite.* *Postea interdictum, sub eodem.* *Permisere iterum alii Principes.*

Praeter fidem in Tranquillo numerus.

A ratio eſt, mi Duza. At fidus huic rei ſcriptor Tranquillus, inquit Duza, c. XII. Fateor, ait Berchemius: neſcio an fidus exſcriptor. Numeri nimium faciles corruptu. & vereor ut Suetonius ſcripſerit, *quadragenos Senatores*.

Is mutatus.

Univerſus ordo Patrum lege Auguſti intra ſexcentos: & tam matula ego, ut credam pugnaſſe ex iis infamem hanc pugnam quadringentos? Sed & Equites in parte libero ejus culpæ, ſcriboque, *ſexagenos*. numero ſatis etiam liberali, quoniam Dio ſub eodem Nerone pugnaſſe dumtaxat ſcribit, unis ludis, triginta. *ἱππεῖς*, inquit, *ἐκ τοῦ τέλους τριάκοντα ἐμονομάχησαν*. C Ego ad Berchemium, Faveo correctioni tuæ, inquam. nec magis e Suetonio maculam illam eluis, quam e nomine Romano.

Iterum correctus idem.

Sed & reliqua Tranquilli ſic potius legerim: *Fortunæ atque exiſtimationis integræ. Ex iiſdem ordinibus confectores quoque ferarum*. fulta expletaque ſententia. quæ pendens aliter & hiulca eſſet. Duza iterum: Jam viri eſtis, inquit, laudo. Antea ſilentium veſtrum perpes, & non ex ſponſo. Nunc cum juvatis, paſcor opere. Igitur pergo. Vitellius quamquam ipſe infamis, infamiam hanc genere quodam ſuſtulit, *cavitque ſevere ne Equites Romani ludo aut arena polluerentur. Priores id Principes pecunia & ſæpius vi perpulerant: ac pleraque municipia & coloniæ æmulabantur corruptiſſimum quemque adoleſcentium pretio illicere*, ait Tacitus lib. II. *Hiſtoriarum*,

CAP. IV.

Feminas imo ipſas deſcendiſſe in hunc ludum: in publico depugnaſſe. donec id vetitum a Severo.

MIRABAMUR omnes protervitam illam Romanæ juventutis, quæ tam prodiga ſanguinis ſui pariter & honoris. Sed Duza inſurgens, & geſtu ipſo novum aliquid dicturus, Viros habetis, inquit; vultis etiam Amazonas? Ænigmata loqueris, ait Victor: unde eæ Romæ?


FOEMINÆ.


NANI.

Dico feminas Romanas, inquit Duza. Victor caput movens, Lamiæ turres dicis, inquit, & pectines Solis. Duza, Ego serio loquor, inquit: & jam producam. Hic ego, Apage, Duza, inquam. ain'tu feminas pugnasse Romæ? Pugnasse, ait. Fortasse pygiacam pugnam, inquam ridens. Imo illam gladiatoriam veram, inquit. Vel Tacitum tuum audi, lib. XV. *Feminarum Senatorumque illustrium plures per arenam fœdati sunt.* cum quo in eadem narratione consentit Dio, in rebus Neronis. Suetonius *Domitiano*: *Venationes gladiatoresque & noctibus ad lychnuchos dedit; nec virorum modo pugnas, sed & feminarum.* Deque hisdem Domitiani ludis Statius in *Silvis*:

Fe[illegible] ad gladium.

Hos inter fremitus novosque lusus,
Stat sexus rudis insciusque ferri;
Et pugnas capit improbus viriles.
Credas ad Tanaim ferumque Phasim
Thermodontiacas calere turmas.

Male vulgo, luxus.

Neu Principes modo censete hanc insaniam insaniisse: ecce apud Athenæum privatus quidam testamento cavet, γυναῖκας δ'ωραιτεστάτας μονομαχῆσαι, id est, *pulcherrimas mulieres gladiatoriam pugnam edere.* Hoc adeo verum est ut, Severo Principe, vetandum Senatusconsulto fuerit, μηκέτι μηδεμίαν γυναῖκα μονομαχεῖν, *non ultra feminam ullam ad gladium depugnare.* Et quid dicitis? jamne mihi fides? Fides, ait Victor. Sed o vates Euripides! manibus tuis bene sit, cum poeta Aquinate. Lernutius ridens, Quid culpas? ait. nonne hæc nuda & Lacæna simplicitas? Oculis meis spectaculum tale sit, & Dianis illis Actæon ego.

Vetitum id Senatus decreto.

Nam et in gymnasiis nudæ.

Duza suscipiens, Ridemusne etiam? inquit. Aio non solum feminas venisse in has pugnas, sed pumilos & nanos, improbo quodam studio novitatis. Xiphilinus in Domitiano: Πολλάκις δὲ τοὺς ἀγῶνας νύκτωρ ἐποίει, καὶ ἔστιν ὅτε καὶ νάννους, καὶ γυναῖκας συνέβαλλε. *Pugnas etiã noctu sæpe exhibuit: & interdum nanos ac feminas inter se commisit.* Ita enim recte emendavit vir eruditus Theodorus Marcilius, cum νόννας legeretur. Papinius de iisdem Domitiani ludis:

His audax subit ordo pumilorum,
Quos natura brevi statu peracto
Nodosum semel in globum ligavit.
Edunt vulnera conseruntque dextras,
Et mortem sibi qua manu minentur
Ridet Mars pater & cruenta Virtus,
Cassuræque vagis grues rapinis.

CAP. V.

Liberos homines, qui in arenam veniebant, proprie Auctoratos *dictos. pretium mercesque eorum* Auctoramentum. *Vis & effectus Auctorationis. item solemne Gladiatorum juramentum.*

Duo genera universe gladiatorum.

SED ut vestigia mea relegam, ex iis quæ dixi videtis, duplex genus fuisse inter Gladiatores, Coactos & Voluntarios. Coacti, servi, damnati, captivi: Voluntarii, liberi, quique pretio se addicebant. Hi postremi, proprie *Auctorati* dicti. Vetus Horatii interpres: *Auctorati vocantur, qui se vendunt ludo. Auctoratio enim dicitur venditio gladiatorum.* Glossæ priscæ: *Auctoratus*, αὐθαιρέτως εἰς δοῦλον ἑαυτὸν βάλλων, καὶ μονομάχος. Inde *Auctorandi* verbum, notione pari. Quinctilianus: *Quidam ut patrem sepeliret, auctoravit se.* Asinius Pollio ad Ciceronem: *Fadium quendam, quia cum depressus in ludum bis gratis depugnasset, auctorari nolebat, virum combussit.* Plinius lib. XIV. *Vineæ in tantum sublimes, ut vindemiator auctoratus rogum & tumulum excipiat.* Ab eodem & Auctoramentum pretium ipsum gladiatoris, & merces. Paterculus: *In ea jugulati civis publice constitueretur auctoramentum.* Seneca: *Quocumque se verterit, pretium aliquod præsens occupationis suæ inveniet. nullum sine auctoramento malum est.* Cicero: *Merces ipsa in mercenariis, auctoramentum est servitutis.* Seneca: *Hominem vænalis animæ crebris incitabat auctoramentis.* Gladiatorium Livius appellavit l. XLIV. *Deinde in custodiam C. Cassio tribuno mil. traditus, vix gladiatorio accepto ab rege, rex ut in eam fortunam recideret.* nisi inibi legendum, *vix gladiatorio auctoramento, ab rege ut in eam f.r.* Nam vulgata non mihi certa. Sed hæc Auctoratio non simplex. Quia enim liberi, juramento solemni interposito fiebat, quod vinclum servitutis. jurabatque novitius gladiator, se omnia passurum ausurumque, quæ legitimum gladiatorem jus mos esset. Formula adeo ipsa iuramenti in Petronii Arbitri fragmentis: *In verba Eumolpi*, inquit, *sacramentum juravimus, uri, vinciri, verberari, ferroque necari: & quidquid aliud Eumolpus jussisset, tanquam legitimi gladiatores domino, corpora animosque religiosissime addicimus.* Horatius:

Auctorati.

Auctorare.

Auctoramentum.

Juramentum in auctoratione.

Ejus forma.

Quid refert, uri, virgis ferroque necari
Auctoratus eas? an turpi clausus in arca?

Seneca epistola XXXVII. *Eadem honestissimi hujus, & illius turpissimi auctoramenti verba sunt, uri, vinciri, ferroque necari. Ab illis qui manus arenæ locant, & edunt ac bibunt quæ per sanguinem reddant, cavetur ut ista vel inviti patiantur: a te ut volens libensque.* Allusit Tibullus:

Ure meum potius flamma caput, & pete ferro
Corpus, & intorto verbere terga seca.

Sed in Senecæ loco *Vinciri* verbum suspectum habeo: & fortasse, *Virgari*. In tria enim jurabant, Ustionem, Verbera, Necem: quæ gladiatores patiebantur ex more. Necem, cum cecidissent, & ferrum juberentur recipere: flammam & verbera, siquando timidius pugnarent, aut fugerent a ferro. Acron in Horatium: *Gladiatores ita se vendunt, & cautiones faciunt, uri flammis, virgis secari, ferroque necari.* Seneca epist. VII. exprimens sævientis populi voces: *Occide, ure, verbera. Quare tam timide incurrit in ferrum? quare parum audacter occidit? quare parum libenter moritur? Plagis aguntur in vulnera, & mutuos ictus nudis & obviis pectoribus excipiunt.* Ubi rideatis licet notam oræ appositam, *Plagis, id est, retibus.* Imo verberibus, o stupor; & tu iis dignus. Quinctiliani verba huic rei, in Gladiatore: *Fremebant ubique omnia apparatu mortis. Hic ferrum acuebat, ille accendebat ignibus laminas: hinc virgæ, inde flagella adferebantur.* Item Tertul.: *imo qui propter homicidæ pœnam ad spectaculum veniat, idem gladiatorem ad homicidium flagellis & virgis compellat in-*

Ad tria perinuit.

vitum. Hac fini Lorarii fuerunt, ut obfervo, five Maftigophori in Arena & in Scena. Xiphilinus in *Nerone*; Καίτοι πῶς ἄν τις ἀκῦσαι μὴ ὅτι ἰδεῖν ὑπομείνειεν, αὐτοκράτορα Αὔγυςον τὺς ἀγωνοθέτας τὺς τε μαςιγοφόρυς φοβύμενον, καὶ χρήματα αὐτοῖς κρύφα ἀναλίσκοντα μὴ καὶ ἐλεγχθεὶς μαςιγωθῇ. id eft: *Quis vero audire nedum videre poffet, Imp. Auguftumque præfectos ludorum & Lorarios timentem? iifque clam pecuniam fubminiftrantem, ne reprehenfus vapularet?* Arcadius Jurifc. l. XVIII. *De muneribus*: *Maftigophori quoque qui agonothetas in certaminibus comitantur, & fcribæ magiftratus, perfonali munere ferviunt.* Mentio eorum & Thucydidi libro quarto, & Polluci l. III. Apud Eufebium l. V. *Ecclef. Hiftoriæ* in epift. Viennenfium & Lugdunenfium, de martyribus qui ad beftias dati. ὑπέφερον πάλιν τὰς διεξόδυς τῶν μαςίγων τὰς ἐκεῖσε εἰθισμένας: id eft, *Suftinuerunt iterum reciprocationes flagellorum, ibi ufitatas.*

Mastigophori.

CAP. VI.

Facta fine dicendi de conditione Gladiatorum, interlocutiones aliarum rerum infertæ. De Orientalium parcimonia, vel abftinentia potius, in potu. De nuntiis litterifque per columbas aut hirundines, etiam in Spectaculis.

MISSUS fecundus inferebatur; & Duza, dum menfæ commutantur, cibi collocantur, paullifper interquievit; Lernutiumque adfpectans, Dic fodes, domine, inquit: apud Orientis populos natus es tu? Quid jam? inquit Lernutius. Quia enim caninum hoc prandium eft, ait Duza. mihi certe, qui vinum non attigi. Nefcio quis autem fcriptor apud Suidam notat, ita receptum fuiffe populis ad Ortum, nemo ut vinum infunderet nec biberet quifquam inter cibum. Verba ejus: οἰνοχόει οὐδείς, οὐδὲ νομίζεται παρὰ τοῖς Ἑώοις βαρβάροις ἐμπίνειν δειπνῦντας: id eft, *Nemo vinum infundebat, nec moris eft apud Orientales barbaros bibere cœnantes.* Colorem non tenuit Lernutius; & miniftrum refpiciens, Scelus pueri, inquit; caffus oculis manibufque es tu? Monitum hoc a me oportuit? Tamen Duza, ne nefcias, novæ imo veteris Italiæ placitus mihi mos: Sitis? pofce. Ita hic vivitur. Sed de columbis iftis guftas? Pone, Victor, ad Duzam. Duza toto vultu renuit, Non ego, inquit, non ego. Quid ita? inquit Lernutius. fortaffe te columbis non amicum? Amiciffimus fum, ait Duza. Quian' igitur Syrus es? inquit. Minime, ait. tamen & nobis Batavis hæ columbæ facræ. Jure. vitam & hunc fpiritum debemus illis. Eæ nobis obfeffis arcanorum apud focios interpretes; eæ litterarum fidæ adminiftræ; eæ rebus jam deploratis, & tantum non funere noftro conclamato, folæ indices auxilii falutaris. Audita nobis hæc miracula, ait Victor, & tuum tunc robur: fed miracula apud vulgus. Nam nos exeplum effe fcimus ab D. Bruto, obfidione Mutinenfi. Nam, ut tu diferte fcripfifti,

Quid vigil obfidio, quid arces,
Aut valla profunt, per fpatia invii
Eunte cœli nuntio?

Orientales non bibere soliti ad mensam.

Imo Victor, inquit Berchemius, in re ludicra inque his ipfis Spectaculis, de quibus cum maxime agimus, ufus olim fimilis columbarum. Nam patresfamilias qui in Theatrum aut Circum ibant, unde non pro arbitrio reditus, columbas fecum finu ferebant; eafque emittebant cum tabellis, nuntias domum quid vellent. Varro *de Re ruftica*: *Columbas redire folere ad locum licet animadvertere, quod multi in theatro e finu miffas faciunt, atque ad locum redeunt: quæ nifi reverterentur, non emitterentur.* Atque a theatro, credo, illud Brutinæ militiæ exemplum. Plinius factitatum idem in hirundinibus obfervat lib. X. *Cæcina*, inquit, *Volaterranus equeftris ordinis, quadrigarum dominus, comprehenfas hirundines in urbem fecum auferens, victoriæ nuntias amicis mittebat, in eundem nidum remeantes illito victoriæ colore.* Dum fabulamur, Pighius ecce intrat. Gratulatione & falute a nobis excipitur; non a Lernutio, qui adducta fronte, Homo infide, inquit, quid de te merui, ut diem tam feftum abfentia tua redderes nobis infeftum? Hoc here pollicitus? Per fidem Lernuti, inquit Pighius, ignofce. Nefcio quod purgamentum hodie egrediens calcavi: ita notabiliter toto die infelix, & non mei juris. Et fimul nefcio quid in aurem Lernutio infufurravit: iterumque altiore voce, In Catomum pofthac malo, inquit: quam denuo ad hos Catones. Duza ad illum, Non tu gratus Lernutio? mihi certe. Non ille columbarum liberatricium nuper jocundior adfpectus; quam nunc tuus. Ecce enim fuppofiticium tibi me fecerant boni ifti Editores: at nunc fcilicet per te folvor. Solvam ego te? ait Lernutius. Agite maftigophori, flagella & ignem. Quid iis facturus? inquam ego. Ut hunc, ait, novum auctoratum compellam ad cœptam pugnam. Hem! inquit Duza. ab igne mihi cautio eft, Thetidis marinæ filio. Pareo, magifter, potius.

Columbæ ad litteras ferendas, in Spectaculis.

Varronis [illegible] qua sua.

Factionis sectatores suas quæ cerat: puta Venetæ, Prasinæ, &c.

CAP. VII.

Reditio ad Gladiatores. De generibus eorum & difcrimine. De Secutoribus primo; cauffa nominis: ratione pugnandi, & armis.

PIGHIO locus fedendi apud me fuit. At Duza iterum fic orfus eft. Quod primum ergo in Hominibus propofui, id dixi: Genera fequuntur & difcrimen. Nec enim gladiatorum unum nomen aut una claffis: fed ab armis, a locis, a tempore, aliifque cauffis diverfi. Ea omnia operæ mihi eft, ut accurate perfequar: quia nec vulgo nota, & Litteratorum noftrorum in his fæpe error. In prima claffe, qui armis & ratione pugnæ diverfi, colloco iftos,

Varia genera gladiatorum.

SECVTORES
RETIARIOS
THRECES
MYRMILLONES
HOPLOMACHOS
SAMNITES
ESSEDARIOS
ANDABATAS
DIMACHAEROS
LAQVEARIOS.

Secutores qui?

Ordiar a Secutore. is ab insequendo Retiarium dictus, ait Isidoribus. Et verum est. nam secutor proprie adsecla, comes, ἀκόλουθος. Itaque extra rem gladiatoriam lego Secutorem Cæsaris, muneris operæque nomen. Neapoli in marmore:

Secutor in militia, ut videtur ex lapidibus.

TAVRO. SECVTO.
RI. CÆSARIS

Romæ ad columnam Antonini:

M. ANTONI. M. F. FAB. PHOEBI
MIL. COH. XV. VRB. Ɔ PERENNI
STIPENDIOR. IIII. SECVTOR.
TRIBVNI

Et alibi:

M. SIL ROMVLIANVS
MIL. COH. VIII. PR. ᒣ. VICTORIS
SECVTOR. TRIB.

Et fortean sic dicti milites, qui ex instituto prisco Tribunos comitabantur, velut loco apparitorum: de quo Lampridius in *Alexandro*. Sic & Paulinus Nolanus in epistola ad militem: *In militia sæculari socius & secutor contubernii tui fuit.* Ab hac eadem notione Mars cognomento Secutor apud *Milesiarum* scriptorem lib. VII. *Grandem hircum, annosum, & horricomem Marti secutori comitique immolant.* quod cognomen ei aptum, cum secundus obsequensque. Ideo recte Comitem adjecit Apulejus, velut interpretamentum. Nec abiit ab hac proprietate idem scriptor lib. IV. *Non diu*, inquit, *cruciatus vitam evasit: quem prioris exemplo sepulturæ traditum, bonum secutorem Lamacho dedimus*. id est, qui Lamachum sequeretur comitareturque ad Orci domum. In Petronio etiam lego Secutulejam mulierem, *Et proh pudor*, inquit, *tanquam mulier secutuleja unius noctis tactu omnia vendidit*. si recta lectio est, ab hoc etymo, quæ virum appetat & sectetur ipsa. Quamquam & respectus ibi forte aliquis ad rem gladiatoriam: quia fugitivi illi, quos inducit Arbiter, olim in Arena. At Secutorum, inter certa gladiatorum nomina, mentio multa. Cicero *ad Atticum* lib. VII. *Gladiatores Cæsaris qui Capuæ sunt, sane commode Pompejus distribuit, binos singulis patribus familiarum. Secutorum in ludo ∞ ∞ fuerunt*. id est, duo millia. Ita inibi malo, quam IↃↃ. cum Manutio & aliis, numerum exorbitantem. Quis enim crediderit quinque millia gladiatorum Capuæ fuisse, & quidem Secutorianæ, id est, unius armaturæ? Juvenalis:

Mars ad secutor. … — *Apuleius interpretatus.* — *Secutuleja.* — *Petronius interpretatus.* — *Numerus in Cicerone vitiosus.*

> —— *cum Graccho jussus pugnare secutor.*

Lapis Veronæ:

ÆDONI. SECVTORI. PUGN. VIII.

Dio in *Commodo*, ἐχρῆτο τῇ ὁπλίσει τῇ τοῦ Σεκούτωρος καλουμένου. *usus est armatura eorum qui Secutores dicuntur*. Lampridius in *ejus vita*: *Appellatus est inter cetera triumphalia nomina etiam sexcenties vicies, Paulus primus secutorum*. Ubi optem scribere, *Palus primus*. Certe enim nomen est vilis alicujus gladiatoris, non cognomen Æmiliæ gentis. Ille autem sic dictus fuerit, quia immobilis invictusque adversum oppugnantes velut palus, ad quem milites exercebantur. Suadet hanc scripturam etiam Dio: ἐπέγραψε πρὸς τοῖς δηλωθεῖσιν αὐτοῦ ἐπωνύμοις καὶ τοῦτο, πρωτόπαλος Σεκουτόρων, si diductim tamen legas corrigasque, πρῶτος πάλος. Nam nomen proprium fuisse non dubium, ex ritu quo solent victores appellari nomine alicujus celebris gladiatoris. Lampridius: *Nomina gladiatorum recepit eo gaudio, quasi acciperet triumphalia*. Arma Secutoris describit Isidorus. nescio an ex fide: *Secutor est ab insequendo Retiarium dictus. Gestabat enim cuspidem & massam plumbeam, quæ adversarii jaculum impediret, ut antequam ille feriret rete, iste superaret. Hæc armatura sacra erat Vulcano. Ignis enim semper insequitur. ideoque cum Retiario componebatur, quia ignis & aqua semper inter se inimica sunt*. De massa quidem plumbea nihil mihi lectum. & gladium illi tribuit Prudentius:

Conjectura in Lampridio. — *Et altera in Dione.* — *Secutorum arma.* — *Gladius.*

> *Altius impresso dum palpitat ense secutor.*

Clypeum adjungit Dio, de Commodo: τὴν μὲν ἀσπίδα ἐν τῇ δεξιᾷ ἔχων. quem inserit ejus dextræ, non quia id alii Secutores, sed quia Commodus gloriabatur jactabatque esse scæva. Idem & Galeam: quæ communis gladiatoribus plerisque. Artemidorus lib. II. aliquid juvat in ratione Secutoriana: *Si quis*, inquit, *cum Secutore compositus sibi videbitur*, εὔμορφον μὲν λήψεται γυναῖκα καὶ πλουσίαν, μεγάλα δὲ φρονοῦσαν ἐπὶ τῇ οὐσίᾳ, καὶ διὰ τοῦτο καταφρονοῦσαν τοῦ ἀνδρὸς, καὶ πολλῶν κακῶν αἰτίαν ἐσομένην, ἀεὶ γὰρ διώκει: id est, *pulchram quidem fœminam sibi jungebat & divitem, sed magnum spirantem ob opes, ideoque & viri contemptricem, & multorum malorum auctorem. semper enim insequitur*. Secutores cum Myrmillonibus eosdem esse scribit in Epistolas *ad Atticum* vir disertus. & vellem ratione aliqua id docuisset, aut exemplo.

Clypeus. — *Galea.*

CAP. VIII.

De Retiario. unde petitum id genus? descriptio pugnæ & armorum. & cum quo commissus?

Retiarius, qui.

RETIARIUM rite subjungam. is enim plerumque commissus cum Secutore. Isidorus describit his verbis: *Retiarius*, inquit, *qui contra alterum pugnantem occulte ferebat rete quod jaculum appellatur* (vellem scripsisset brevius & verius, *ferebat retejaculum*) *ut adversarium cuspide insistentem operiret, implicitumque viribus superaret. quæ armatura pugnabat Neptuno tridentis caussa*. Origo & exemplum ejus armaturæ, non dubie a Pittaco, qui inter sapientes. Ita enim ille ex provocatione cum Phrynone pugnavit. Strabo lib. XIII. ὕστερον δὲ ἐκ μονομαχίας προσκαλεσαμένου τοῦ Φρύνωνος, ἁλιευτικὴν ἀναλαβὼν σκευὴν συνέδραμε, καὶ τῷ μὲν ἀμφιβλήστρῳ περιέβαλε, τῇ τριαίνῃ δὲ καὶ τῷ ξιφιδίῳ ἔπειρε καὶ ἀνεῖλε. id est: *Postea vero ad singularem pugnam a Phrynone provocatus, cum piscatoria schema in eum pugnavit: & retejaculo quidem hominem circumvolvit, tridente vero & pugione impulit occiditque*. Similia Diogenes lib. I. præter quod δίκτυον ὑπὸ τὴν ἀσπίδα λαθραίως habuisse eum scribit. At Retiario certe nostro non clypeus. Juvenalis cum cura ejus arma descripsit, & velut ex professo; dum Gracchum quendam ex prima nobilitate tangit, qui in arena retiarius pugnavit, Sat. VIII.

Eorum origo.

—— —— *& illud*

Dedecus urbis habe. nec myrmillonis in armis,
Nec clypeo Gracchum pugnante, aut falce supina,
Damnat enim tales habitus, & damnat & odit.
Nec galea frontem abscondit. movet ecce tridentem,
Postquam vibrata pendentia retia dextra
Nequiquam effudit: nudum ad spectacula vultum
Erigit, & tota fugit agnoscendus arena.
Credamus tunicæ, de faucibus aurea cum se
Porrigat, & longo jactetur spira galero.
Ergo ignominiam graviorem pertulit omni
Vulnere, cum Graccho jussus pugnare secutor.

Juvenalis explicatus: & retia eorum arma. Retiarii sine galea.

Quæ digna explicatu. Ait, *nec clypeo Gracchum pugnantem.* non ergo Retiario clypeus: & removet a Secutoribus. Addit, *aut falce supina.* non ergo sica: & removet a Threcibus. Deinde, *Nec galea frontem abscondit.* quia contentus solo galero, de quo etiam subjecit, *& longo jactetur spira galero.* Nuda facie ergo Retiarii, soli ex gladiatoribus. Ad quam sententiam aptanda sævitia illa Claudii Tranquillo narrata, qui *gladiatores etiam forte prolapsos jugulari jubebat maxime retiarios, ut exspirantium faciem videret.* cap. XXXIV. Item hoc Juvenalis, in loco: *nudum ad spectacula vultum Erigit.* Pergit, *Postquam vibrata pendentia retia dextra Nequiquam effudit,* & oculis subjicit solemne genus ejus pugnæ. Ita enim docti Retiarii factique, ut arte quadam, collectum suspensumque dextra manu rete in adversarii caput jacerent: & si errassent, effuse fugerent, donec forte iterum rete collegissent. Ad hanc fugam, illud, *tota fugit agnoscendus arena.* & Artemidori interpretatio: *εἰ δὲ Ῥητιαρίῳ, λήψεται γυναῖκα ἄπορον καὶ ἐρωτικήν, καὶ φυγάδα, ῥᾳδίως τῷ βουλομένῳ πλησιάζουσαν*; id est: *Si cum Retiario, capiet uxorem paupertinam & lasciviusculam, & fugacem & facilem volenti cuique jungi.* Ait etiam Juvenalis--- *movet ecce tridentem.* Tridens enim sive fuscina illi, pro gladio. Postremo--*credamus tunicæ.* scilicet quia inermes Retiarii, & in sola tunica. Sic de eodem Satyr. II. idem: *tunicati fuscina Gracchi.* Suetonius in *Calig. Retiarii tunicati quinque.* Tertull. tamen Spongiam iis adtribuit, pectori nimirum tegmen. *Poterit,* inquit, *de misericordia moveri defixus in morsus ursorum, & spongias retiariorum.* Nec plura dixerim de armis. Interrumpens Pighius, Non tu plura? inquit. Atqui etiam gladium illis fuisse firmare ex Valerio meo possum, a te negatum. Verba ejus libro I. *De Somniis*: *Cum gladiatorum munus Syracusis ederetur, inter quietem Aterius Rufus quidam retiarii se manu confodi vidit: idque postero die in spectaculo consessoribus narravit. Incidit deinde ut proximo ab equite loco, retiarius cum myrmillone introduceretur. cujus cum faciem vidisset* (nota & hic vultum retiarii nudum) *idem dixit ab illo retiario se trucidari putasse, protinusque inde discedere voluit. Illi sermone suo metu ejus discusso, caussam exitii misero adtulerunt. Retiarius enim in eum locum compulso myrmillone & abjecto, dum jacentem ferire conatur, trajectum gladio Aterium interemit.* Nonne diserte ait gladium? Duza excepit ambigens, Semel id lectum, inquit. & quis scit an gladius non venerit in locum tridentis? cujusmodi menda plura sublata tibi Valerius debet. Rem certe vide, quomodo gladius illi, si in sinistra tridens, in dextra rete? Nisi forte ad latus succinctus ille, non ad pugnæ usum, sed cædis. id est, quo prostratum abjectumque adversarium jugularet. Quod eo magis illabitur, quia Pittaco *Ξιφίδιον* etiam tribuit Strabo. Victor hic Duzæ, Sequitur vara vibiam, inquit. Post Pighium, etiam ego in te ibo.

Nudo vultu.

Rete effundebant.

Deinde fugiebant.

Tridens ei pro telo.

Et spongia, tegmen.

An & gladium habuerint?

Mallem, lis. dem.

Dubitatum in Valerii scriptum.

RETIARIVS cum SECVTORE

Retiarius cum Secutore commissus.

A Dixisti Retiarium cum Secutore compositum: ego aio cum Myrmillone. Occupans Duza: Mane Victor, inquit, mane. hoc jam agebam, ut expedirem. Dixi cum Secutore; & rem dixi. Juvenalis,

—— *cum Gracchopugnare secutor.*

At Gracchus retiarius. Suetonius *Caligula. Retiarii tunicati quinque numero gregatim dimicantes, sine certamine ullo totidem secutoribus succubuerant. cum occidi juberentur, unus resumpta fuscina omnes victores interemit.* Juvat quod Lampridius scribit: *Commodum confecisse mille palmas retiariis victis vel occisis.* Commodus autem inter Secutores. Nec negavi tamen de Myrmillone. cujus compositionis exemplum in Valerii paulo ante verbis, & in Festo, *Retiario* inquit, *adversum Myrmillonem pugnanti cantatur, Non te peto, piscem peto.* Et Quinctiliano, apud quem Pedonis jocus *de Myrmillone qui retiarium consequebatur; Vivum, inquit, capere vult.* Nec novum ut unus cum diversis componatur: sicut Myrmillo ipse etiam cum Threce. Finio de Retiariis, si versus Prudentii addidero:

Vel cum Myrmillone.

B

C

Spectant æratam faciem quam crebra tridente
Impacto quatiant hastilia, saucius & quam
Vulneribus patulis partem perfundat arenæ.

Irem inscriptionem veterem satis argutam, quæ Tergeste:

Significat utrosque rudiarios fuisse, & præmio induftos pugnasse.

CONSTANCIVS. MV
NERARIVS. GLADIA
TORIBVS. SVIS. PROP
TER. FAVOREM. MV
NERIS. MVNVS. SEPV
LCHRVM. DEDIT. DE
CORATO. RAETIA
RIO. QVI. PEREMIT. CA
ERVLEVM. ET. PER
EMPTVS DECIDIT. AM
BOS. EXTINXIT. RV
DIS. VTROSQ. PROTE
GIT. ROGVS. DECORA
TVS. SECVTOR. PVG
NARVM. VIIII. VALE
RAE. VXORI. DOLO
RE. PRIVVM
RELIQVIT.

CAP. IX.

De Threce. unde & quando orti? de armis eorum, & præsertim accurate de Sica.

Threces, qui, & unde dicti?

THRACEM nunc dabo, vel, ut libri fideliores semper, Threcem. ad quod exemplum in *Maximini vita*, Threciscus. Festus de istis: *Threces gladiatores, a similitudine parmularum Thraciarum.* Imo non ab armis solum, sed credo, quia ipsi ex ea gente. Odorari videor e vestigiis Livianæ scripturæ, parum firmis tamen plenisque lib. XLI. ubi cum narrasset Persea regem crebras gladiatorum pugnas dedisse, imitatione Romana, addit: *Familiare oculis gratumque id spectaculum fecit, & armorum studium plerisque juvenum accendit. Itaque, qui primo ab Roma magnis præmiis paratos gladiatores accersere solitus erat, jam suo* * * Nam quæ sequuntur, sunt in lacuna. Tamen videtur mihi subjecisse, *jam suo e regno Romam mittebat*, aut quid tale. Et, nisi fallor, hæc origo Threcum. Certe suo ingenio prona ea gens ad pugnas & cædes. Ammianus: *E Thracibus inter alios immaniter efferati memorantur Odrysæ, ita humanum fundere sanguinem adsueti, ut cum hostium copia non daretur, ipsi inter epulas, suis velut alienis corporibus imprimerent ferrum.* Imo vero jam antiquitus ad rogum singulari certamine decertabant. quod omnino observandum Herodotus suggessit in *Euterpe*, ubi de ritibus eorum sepeliendi: Χῶμα δὲ χέοντες ἀγῶνα τιθεῖσι παντοῖον· ἐν τῷ τὰ μέγιστα ἄεθλα τίθεται κατ' λόγον μονομαχίης. *Tumulum cum fecerint, certamen varium instituunt, in quo maxima præmia ponuntur pro ratione singularis cujusque pugnæ.* Sane Monomachia hæc ad Gladiatores Threcas spectat, quorum sparsa in libris mentio. Apud Plinium lib. XI. *Studioso Threci in C. Cæsaris ludo notum est dextram fuisse prozeriorem.* Apud Senecam, initio lib. IV. *Quæstion. Natural. Te*, inquit, *longiorem jurabo Fido Annæo & Apollonio Pycta, quamvis staturam habeas Thetisi Threcæ incompositi.* quæ postrema in libro Lipsii scripto, *Threcisum trece compositi.* ex iisque procliva correctio, *Threcis cum Threce compositi.* Habitum videlicet aspicit pugnantium inter se Threcum, &, dum in arma se colligunt, subsidentium. Mentio & istorum Horatio,

Threces insignes.

—— *Threx est Gallina Syro par?*

Threcem cum secutore confundit Horatii interpres.

D

Quæ ad verba ludus mihi & jocus Scholiastes vetus (si tamen ille) *Threx Gallina*, inquit, *fuit secutor, Syrus autem retiarius.* O homo, Αὐτὸν κέχρηκας τῇ βαθμρα τῆς θύρας, *Ipsum attigisti nempe limen ostii*, ut est parœmia. At ecce novitius interpres configit illi oculos, & *Thrax*, inquit, *est myrmillo: & secutor idem cum retiario.* Quid restat? nisi ut columba sit milvus, & ovis lupus? Nugantur illi: nos arma Threcum videamus. Festus dat iis parmas. etiam Martialis:

Alius cum myrmillone.

Arma Threcum.

Hæc quæ sæpe solet vinci, quæ vincere raro
Parma, tibi scutum pumilionis erit.

Parma.

E

Sumpta autem parma a Thracum populo, quibus velut propria. Glossæ: *Parma*, Θρακικὸν ὅπλον. Plinius de Speculis: *plurimumque refert concava sint & poculi modo, an parmæ Threcidicæ.* Corruptus in hac voce Alexandrinus Clemens *Stromat.* I. Θρᾶκες, inquit, πρῶτοι τὴν καλουμένην πάρμην εὗρον (ἔστι δὲ μάχαιρα καμπύλη) καὶ πρῶτοι πελταῖς ἐπὶ τῶν ἵππων ἐχρήσαντο. id est, *Thraces primi eam, quæ Parma nominatur, invenerunt, (est autem gladius incurvus) & primi peltis in equis sunt usi.* Quid? parma, gladius? dictu audituque novum. Corrigo, τὴν καλουμένην ἅρπην. Harpe enim Thracum, quæ Latinis, sica. Josephus lib. XX. καὶ οἱ Σικάριοι καλούμενοι (λῃσταὶ δέ εἰσιν οὗτοι) τότε μάλιστα ἐπλήθυνον, χρώμενοι ξιφιδίοις παραπλησίοις μὲν τὸ μέγεθος τοῖς τῶν Περσῶν ἀκινάκαις, ἐπικαμπέσι δὲ καὶ παραπλησίοις ταῖς ὑπὸ Ῥωμαίων Σίκαις καλουμέναις ἀφ' ὧν καὶ τὴν προσηγορίαν οἱ λῃστεύοντες ἔλαβον. Id est: *Ii qui Sicarii appellati (latronum genus est) tunc sane excreverant, utebantur gladiolis, quod ad magnitudinem attinet, haud longe ab Persarum Acinace diversis; sed incurvis tamen inflexisq; quales sunt eæ quæ Romanis appel-*

Clemens Alexand. correctus.

F

Harpe, ensis falcatus: Curtio Copis.

Sica Romanorum qualis?

Conatus interpretandi explendique Livii.

lantur Sicæ. unde & agnominationem latrones ii habuerunt. Glossæ: *Sica* θρακικὸν ξίφος ἐπικαμπές. Hæc autem ipsa Sica, in usu Threci gladiatori. Suetonius in *Caligula: & Myrmillonem rudibus secum batuentem, & sponte prostratum confodit ferrea sica.* Probabile enim, contra myrmillonem, pugnasse eum Threcidicis. Juvenalis clarius:

Et Threcum propria.

—— *pugnantem falce supina.*

Quam falcem docent interpretes Harpen esse sive Sicam, & Threcem circumscribi. Et clarissime Artemidorus, me quidem emendante: εἰ μὲν θρᾳκὶ πυκτεύει τις, λήψεται γυναῖκα πλουσίαν, πανοῦργον, καὶ φιλόπρωτον. πλουσίαν μὲν, διὰ τὸ κατεσκεπάσθαι τοῖς ὅπλοις. πανοῦργον δὲ, διὰ τὸ μὴ ὀρθὸν ἔχειν τὸ ξίφος· φιλόπρωτον δὲ, διὰ τὸ ἐπιβαίνειν. Nam libri præferunt, θώρακι. & interpres nihil sani. Mens verborum ejus hæc: *Siquis cum Thrace certare sibi videtur, uxorem ducet divitem, astutam, ambitiosam. Divitem, quia protectus armis. astutam, quia gladius illi non rectus. ambitiosam, quia attollit se & insurgit.* Ubi omnia expressa, quæ ad hanc armaturam. Sicam etiam describit nobis e Suetonii verbis Isidorus, sed, ut solet, a se perversis & pollutis. *Sica, inquit, a secando. Tranquillus autem dicit, dum cujusdam gladiatoris in ludum emissi gladius curvatus fuisset ex acie recta: procurrit unus ad eum corrigendum. tumque a pugnante responsum, sic pugnabo. inde Sicæ nomen datum est.* An mens hæc Tranquilli, nescio & ambigo: balbutiem quidem Hispalensis illius videtis. Arma Threcum, Ciceroni, aliisque, Threcidica dicta: & pugnare Threcidicis.

Artemidorus vere emendatus.

Certe Sicam poetæ producunt: atque quum aliunde etymon quam a secando.

Threcidica ὅπλα, ipsa arma Threcum.

CAP. X.

De Mirmillone. origine nominis vix inventa, ipsi e Gallia petiti. Arma eorum, & compositio.

MYRMILLONEM in Arenam nunc produco. & simul obortus Duzæ largior risus. Nos mirati sumus. Quid rei subitæ est? inquam. & quem rides, aut irrides? Non possum, inquit, mihi admoderarier. Virum doctum rideo, virum magnum, qui Myrmillones dictos quasi Myrmidones censet, littera D. in L. mutante. O Musæ! quo non penetrat Criticum acumen? ut ego me hebetiorem natum esse, non moleste feram. Transfert ecce velificante una littera Myrmillones in Græciam. At ego in Galliam potius; unde venisse eos accredam Festo: *Retiario, inquit, pugnanti adversus myrmillonem cantatur, Non te peto, piscem peto: quid me fugis Galle? quia myrmillonicum genus armaturæ Gallicum est, ipsique Myrmillones ante Galli appellabantur, in quorum galeis piscis effigies inerat.* Nec abit a Festo Plutarchus in *Crasso*, qui gladiatores eos qui cum Spartaco rebellarunt, e ludo Lentuli, Gallos fuisse ait & Thraces. Et Gallos ceperim, Myrmillones. Describere mihi hanc armaturam Tacitus videatur, lib. III. *Annalium*: *Adduntur e servitiis gladiaturæ destinati, quibus more gentico continuum ferri tegimen. Crupellarios vocant.* Censeam ita dictos Gallis, quasi qui ob gravitatem armorum reperent, non irent. *Crupelaers*, sive *Prorepos*. Nam & Myrmillones certe toti in armis. Ammianus indicat de Persis, lib. XXIII. *Pedites enim in speciem myrmillonum contecti jussa faciunt.* Videntur inter pugnam soliti subsidere, ad excipiendum adversarium, & vitabundi. Ausonius ostendo Præloquiit Centonis sui: *Simulantur species multæ formarum, aper bestia, anser volans, aut myrmillo in armis subsidens.* Sed & Ammianus lib. XVI. *Seq; in modum myrmillonis operiens, hostium latera perforabat.* Capitis ergo illa Artemidori verba de Threce, supra: quem ait solitum, ἐπιβαίνειν, sive insurgere & velut conscendere in hostem: id est, myrmillonem subsidentem. Nam ii duo plerumque compositi. Ausonius in *Monosyllabis*:

Turnebi originatio ridicula, sive Myrmidone.

Myrmillones Galli.

Videri eos Gallice Crupellarios dictos.

Ratio pugnandi.

Artemidorus explicatus.

Myrmillo cum Threce pugnabat.

Quis myrmilloni componitur æquimanus?
Threx.

MYRMILLO cum THRECE.

Cicero v. *in Antonium*: *Myrmillo pugnavit in Asia. cum ornasset Threcidicis comitem & familiarem suum, illum miserum fugientem trucidavit*. Tamen etiam cum Retiariis, ut monui ante. Desinebat sermonem hunc Duza: sed ad eum Victor: Siccine defungeris? Turnebo modo inequitasti (sensi enim) in originatione Myrmillonis: tu, bone, quid adfers? Inscitiam tantum, inquit Duza. & si vis suspicionem, ab Etruscis eam esse vocem. Cum enim res gladiatoria ab iis, quidni hoc unum nomen? Turnebi autem, Victor, nec derisor, nec arrosor ego. cujus probum doctumque os veneror, & quem cum uno altero habeo velut λείψανον τοῦ χρυσοῦ γένους, *reliquum semen aurei generis*.

Sive etiam cum Retiario.

Myrmillonis verbum, mirum ni Etruscum.

CAP. XI.

De Hoplomacho & Samnite. qui fortassis iidem. Samnitium origo, & arma. Item de Provocatoribus.

Hoplomachus Græcis pro quovis gladiatore: Romanis pro certa specie.

HOPLOMACHOS subjungo & Samnites. Græcum illud nomen, universse sonat quemvis gladiatorem, qui pugnet armatus. Et vix aliter Dio Cassius, quam ὁπλομάχους & ὁπλομαχίαν scripsit, ubi magis trite dixeris μονομάχους & μονομαχίαν. Tamen etiam species certa gladiatorum. Seneca pater l. III. *Controvers.* aperte: *Quidam cum Hoplomachis, quidam cum Threcibus optime pugnant*. Suetonius in *Caligula*: *Hunc e spectaculis detractum repente Threci, & mox Hoplomacho comparavit*. Nec enim est ut loca ea interpretando eludas. Martialis versus in utrumvis valet:

Hoplomachus nunc es, fueras ophthalmicus ante
Fecisti medicus, quod facis Hoplomachus.

A Dubius animi sum, separem Hoplomachos; an cum Myrmillonibus, aut Samnitibus confundam. Puto cum alterutris. Nam & in Myrmillonem vox Græca convenit, quia tectus armis: & verius fortasse in Samnitem. cujus nomen ante Ciceronem celebre, desiisse sub Imperatoribus videtur, & abiisse in Hoplomachum. At res armaque eadem. Samnitium sane memoriam post Augustum non repperi. Antea sæpe. Lucillius,

Eosdem videri cum Samnitibus.

Eserninus fuit, Flaccorum munere, quidam
Samnis spurcus homo.

Nonius, in Spurcum, emendatus.

B Ita lego constituoque jactatum a Criticis versum. Varro apud Plinium, Tritanum quempiam celebrat *Samnitium armatura celebrem*. Quem locum transscribens Solinus c. IV. *Polybistoris*, aut corrupit, aut corruptus ipse, *Varro*, inquit, *annotavit Tritanum Samnitem gladiatorem natura fuisse: qui & rectis & transversis nervis*, &c. Absurde. quis vero gladiator natura est? nec id per somnium voluit Varro. Corrigo, *Tritanum Samnitium armatura fuisse*. Et apud Ciceronem, Horatium, aliosque, Samnites crebri. C Originem eorum non celat nos Livius l. IX. *Campani*, inquit, *odio Samnitium gladiatores eo ornatu armarunt, Samnitiumque nomine appellarunt*. E quibus verbis etiam armatura eorum non ignota. nempe illa ipsa, quam in Samnitibus describit idem Livius: *Samnites*, inquit, *præter ceteros apparatus, ut acies sua fulgeret novis armorum insignibus fecerunt. Duo exercitus erant. scuta alterius auro, alterius argento cælaverunt. Forma erat scuti, summum latius, qua pectus atque humeri teguntur, fastigio æquali; ad imum cuneatior, mobilitatis caussa. Spongia pectori tegumentum, & sinistrum crus ocrea tectum. galeæ cristatæ.*

Et Solinus.

Samnitium origo.

Arma eorum.



Picturam omnem ſperno, præ hac deſcriptione: quam ordine videamus. Ait, ſcuta cælata argento. Jam ergo intellego & diſco ad Samnites referenda, quæ Artemidorus ſcribit: εἰ δέ τις μετ᾽ ἀργυρέων ὅπλων πυκτεύει, λήψεται γυναῖκα ἠρέμα πλουσίαν, πιστικὴν, καὶ οἰκουρὰν, καὶ πειθομένην τῷ ἀνδρί. καὶ γὰρ ὑποβαίνει καὶ ἐσκέπασαι. id eſt: *Si quis autem cum argenteis armis pugnet, uxorem ducet mediocriter divitem, fidam, domus ſervantem, viroque obſequentem. Nam & ſubit, & tectus eſt.* Addit Spongiam pectori tegmen. Ea eſt, quam in nota feminei ſexus, qui gladiatoriam exercebat, vocat Juvenalis Baltheum:

Scutum argentatum.

Artemidorus interpretatus.

Spongia ſive baltheus.

Quale decus, rerum ſi conjugis auctio fiat,
Baltheus & manicæ, & criſtæ, crurisque ſiniſtri
Dimidium tegmen.

Juvenalis verſus de feminis explicati.

Nam ii verſus plane apti de induſtria ad armaturam Samnitum; quam ut nobiliorem, feminæ (quoniam ita Veneri cum Marte viſum) feminæ, inquam, nobiles adfectabant. Pergit Livius: *ſiniſtrum crus ocrea tectum.* quid aliud Satyricus — *crurisque ſiniſtri Dimidium tegmen?* Poſtremo, *galeæ criſtatæ*. At Juvenalis, — *& manicæ, & criſtæ*. Varro: *Pinnæ, quas inſigniti milites in galeis habere ſolent, & in gladiatoribus Samnites.* Itaque Pinnirapi, noto illo verſu,

Ocrea in ſiniſtro crure.

Pinnæ in galeis.

Juvenalis explicatus.

Pinnirapi cultos juvenes, juveneſque laniſtæ,

non alii quam qui cum Samnite compoſiti, quique rapiunt ejus pinnas. Onomaſticon vetus Secutores eos facere videtur: *Pinnirapi*, inquit, *ſectatores gladiatores quod pinnas rapiant*. Puto, *ſecutores*. In Cicerone tamen obſervo Provocatores componi ſolere cum Samnitibus. Oratione *pro Seſtio*: *Ex ergaſtulis emptos nominibus gladiatoriis ornavit, & ſortito alios Samnites, alios Provocatores fecit.* Quamquam obſcuri mihi Provocatores, niſi ſi lucem iis dabunt hæc Artemidori: ὁ δὲ προβάκτωρ, εὔμορφον μὲν καὶ χαρίεσσαν, λαμυρὰν δὲ καὶ ἐρωτικήν: id eſt, *Probactor autem pulchram quidem & venuſtam* (uxorem ſignificat) *ſed lubricam & amoribus deditam.* * Probactorem enim vocare videatur, quem Cicero Provocatorem: & in alterutro vox emendanda. Ad Samnites etiam pertinere illa Apuleii cenſeam e lib. XI. *Porro alium ocreis, ſcuto, galea, ferroque inſignem, e ludo putares gladiatorio procedere.* Dat enim eorum arma. Nec plura de ſalebroſo hoc utroque genere: e quo non ſatis me eripio. Tu Lipſi, tu Pighi, juvate.

Provocatores, ſive probactores.

** Nam fieri poteſt, ut peregrinum nomen ſit, ut Mymillo.*

CAP. XII.

De Eſſedariis, deque Andabatis. & de utraque ratione pugnandi.

SILENTIBUS nobis, Heu capita ſine lingua! inquit. ſed pergo. Hactenus notiſſimos frequentiſſimoſque gladiatores produxi: ſuperſunt alii, famoſi non adæque. Eſſedarii ſunt, qui ex eſſedo pugnant.

Eſſedarii gladiatores.




ANDABATÆ.


DIMACHÆRI.

Essedarii gladiatores.

Mentio eorum Suetonio *Calig.* cap. XXXV *Cum quodam die muneris Essedario Poro ob prosperam pugnam servum suum manumittenti studiosius plausum esset; proripuit se e spectaculis indignabundus & clamitans, dominum gentium populum ex re levissima plus honoris gladiatori tribuentem, quam consecratis Principibus aut præsenti sibi.* Iterum Claudio cap. XXI. *Cum Essedario, pro quo quattuor filii deprecabantur, magno omnium favore indulsisset rudem; tabulam illico misit, admonens populum quanto opere liberos suscipere deberent, quos viderent & gladiatori præsidio gratiæque esse.* Ex quibus liquet inter legitimos gladiatores eos fuisse: quanquam mixtim, opinor, modo e curru, modo pedites præliati sint. Nam desiluisse eos, & pedibus pugnasse, præit ad suspicandum Seneca in joco Julii Græcini, de Aristone philosopho qui in gestatione disserebat. ep. XXIX. *De eodem cum consuleretur Julius Græcinus, vir egregius, quid sentiret, Non possum, inquit, tibi dicere, nescio enim quid de gradu faciat. tanquam de Essedario interrogaretur.* Ubi legerim, *degradus.* Servum etiam habuisse videntur in pugna, qui pro auriga, ex Tranquilli priore loco. Nescio an in Artemidoro restituenda hæc vox; ὁ δὲ ἀειδάελος, ἀργὴν καὶ μωρὰν τὴν γυναῖκα σημαίνει, id est, *Aridarius, ignavam & stultam uxorem designat.* nescio, inquam, an legendum, ὁ δὲ ἐσσεδάελος. Credo restituenda, quia conjungit cum Equite sive Andabata. deinde ex interpretatione. Nam ἀργὴν velocem, vagam ibi acceperim: non otiosam inertemque. quod convenit cum curru, & cum actionibus stolidæ & moræ.

Ratio eorum pugnandi.

Jocus apud Senecam explicatus, correctusque.

Locus certaque in Artemidoro correctio.

Andabatæ his proximi, sive ἀναβάται. sed Latina consuetudo vetus D. interjecit. Hi pugnabant ex equis, galea frontem oculosque tecti. Varronis Satyram fuisse scimus, cui titulus, *Andabatæ.* Ex ea fragmentum, quod aptum huic ritui firmando leviter emendatum: *Aurum*, inquit, *non minus præstringit oculos, quam* τὸ σοῦ κράτος. ubi Junius olim noster, *quam* ὁπλίτου κράτος. Verissime ego, *quam* τὸ σοῦ κράνος. Andabatam alloquitur: Et o mi homo (ait Varro) aurum non minus excæcat oculos, quam tua hæc galea. Certe enim pugnabant clausis oculis; adeo ut origo adagii inde. Hieronymus contra Jovinianum: *Melius tamen est quod dicitur, clausis oculis Andabatarum more pugnare, quam directa spicula clypeo non repellere veritatis.* Idem contra Rufinum: *Habetur dialogus apud Græcos Origenis & Candidi: in quo duos Andabatas digladiantes inter se spectasse me fateor.* Valet, duos cæcos. Ambigo an iidem hi sint, qui Desultores (etsi non me fugit communius paullo id nomen fuisse, & pertinuisse ad eos qui ex equo in equum sine ulla pugna transiliebant, arte,) ob verba hæc Pausaniæ, l. v. *Ad carpentum jungebantur equæ dossuariæ, e quibus in extremo curriculo desilientes sessores, prehensis manu frænis, ad metam cursitabant. qui mos ætate mea servatur ab iis qui Anabatæ appellantur.* Sed isti Græci: & alii, ut videtur, a Romanis. Andabatam non dubie Artemidorus intellexit: ἱππεὺς δὲ τὴν γυναῖκα πλουσίαν μὲν εἶναι λέγει καὶ εὐγενῆ, φρένας δὲ οὐκ ἔχουσαν. id est: *Eques vero uxorem prædicit divitem & nobilem, sed quæ futura excors.* Ita enim divinat, quia Eques sine usu oculorum. Martialem etiam de Andabata interpreter, ubi Hermetem gladiatorem attollit, & variis armis pugnacem facit, libro v.

Andabatæ, qui?

Clausis oculis pugnabant

Varro emendatus.

Adagium ab iis ortum.

Artemidorus explicatus.

Hermes belligera superbus hasta,
Hermes æquoreo minax tridente,
Hermes casside languida tremendus.

Puto enim intellegit singulis versibus, Samnitem, Retiarium, Andabatam. Quid enim aliud sit languida illa cassis, quam hæc tenebras & languidam caliginem inducens? Isidorus nescio quid vani de istis blattit & imperfecti: *Genera gladiatorum plura*, inquit, *quorum primum ludus Equestrium. Duo enim Equites præcedentibus prius signis militaribus, unus a porta Orientis, alter ab Occidentis procedebant in equis albis, cum aureis galeis, minoribus & habilioribus armis: sicque atroci perseverantia inibant pugnam, dimicantes quousque alter in alterius morte prosiliret. Quæ armatura pugnabat Marti, duelli caussa.* Nugæ mixtæ veris. De aureis galeis, credo illum recte dicere; & eo spectare interpretamentum Artemidori, πλουσίαν. Utrosque, Essedarios dico & Andabatas, Cicero in epistola *ad Trebatium* conjunxit: *Sed tu in re militari multo es cautior, qui neque in Oceano natare volueris, neque Essedarios spectare; quem antea ne Andabata quidem fraudare poteramus.* Nec ad alios referri placet, quæ de Equis gladiatorum idem ille, *pro Sestio*, scribit: *Qui quo tempore conspectus erat, non modo gladiatores, sed equi ipsi gladiatorum repentinis sibilis extimescebant.*

Isidori locus de Andabatis expendus.

Galea illis ex auro.

Cicero explicatus.

CAP. XIII.

Quidam adjecti nondum pernoti. Dimachæri, Laquearii. item ostensum confundi interdum dicta nomina a poetis, sæpe a litteratoribus semidoctis, Artemidori caput descriptum, ad lucem.

DIxi omnes: certe quidem mihi notos. Nam alii inter legendum reperti etiam, sed non inventi. Ut in Artemidoro, Dimachærus vel Orbelas: quem colligas facile duobus gladiis pugnasse, nec scio ultra. In Polluce lecti διμάχαι, milites qui & peditis & equitis officio functi.

Ignotiores gladiatores.

Item in Isidoro Laquearii: *quorum pugna erat*, inquit, *fugientes in ludo homines injecto laqueo impeditos consecutosque prosternere, amictos umbone pelliceo.* De quibus hic tantum legi.

Laquearii.

Finierat Duza: excepit Lernutius, Multa hercle bonaque nos docuisti: sed discrimina hæc semperne certa? Fere semper, ait Duza. Confusa tamen est, cum invenias a poetis. ut ab Ausonio in *Imperatoribus*, de Commodo:

Confusa interdum gladiatorum nomina.

Commodus insequitur pugnis maculosus arenæ,
Threcidico princeps bella movens gladio.

Non enim sica pugnavit, sed inter Secutores, ut dixi. At Threcidicum gladium, in genere posuit, pro gladiatorio. Sic idem, *Tres primas Threcum pugnas.* non revera Threcum, sed Samnitium potius, aut Myrmillonum. Sic Florus contra, Mirmillonem

Hi enim vetustiores Threcibus.

A Spartacum appellat; quem fatetur gentem Thracem fuisse credo & armis. Hujusmodi talia facile & deprehendere vobis & excusare: non item gregis nostri grammatici imperitiam, qui hæc omnia turbant, miscent. Sed quia Artemidori mihi non semel mentio: jube, sodes, promi librum, Lipsi: ut puer totum caput ex eo legat, huic gladiatoriæ rei.



EX ARTEMIDORI LIBRO II.

C A P. XXXIII

Περὶ μονομαχίας.

Μονόμαχειν δὲ, δικάζεσθαι σημαίνει· ἢ ἄλλην τινὰ στάσιν καὶ μάχην μαχήσασθαι. Μάχη τε γὰρ καὶ ἡ πυγμὴ καλεῖται, εἰ καὶ μὴ δι' ὅπλων γίνεται. τὰ δὲ αὐτὰ καὶ ἔγγραφα καὶ δίκαια τῶν μαχομένων σημαίνει· ἀεὶ δὲ τὰ μὲν τοῦ φεύγοντος ὅπλα ἐγκληθῆναι σημαίνει· τὰ δὲ τοῦ διώκοντος ἐγκαλέσαι. ἐτήρησα δὲ ἐγὼ πολλάκις καὶ γάμον τὸν τοιοῦτον ὄνειρον προαγορεύσαντα γυναικὸς τοιαύτης, οἷα ἂν ἢ ὅπλα ἔχων ᾧ τις ὑπολάβοι πυκτεύειν. ἐπειδὴ δὲ ἄνευ τῶν ὀνομάτων αὐτῶν οὐκ ἔστι σαφῶς παραστῆσαι τὰς ἀποδείξεις, χρήσομαι καὶ τοῖς ὀνόμασιν. εἰ μὲν Θρᾳκὶ πυκτεύει τὶς, λήψεται γυναῖκα, πλουσίαν, πανοῦργον, καὶ φιλόπρωτον. πλουσίαν μὲν, διὰ τὸ κατεσκεπᾶσθαι τοῖς ὅπλοις. πανοῦργον δὲ, διὰ τὸ μὴ ὀρθὸν ἔχειν τὸ ξίφος. φιλόπρωτον δὲ, διὰ τὸ ἐπιβαίνειν. εἰ δέ τις μετ' ἀργυρέων ὅπλων πυκτεύει, λήψεται γυναῖκα ἠρέμα πλουσίαν, πιστὴν, καὶ οἰκουρὸν, καὶ πειθομένην τῷ ἀνδρί. καὶ γὰρ ὑποβαίνει καὶ ἐσκέπασται. καὶ εὐμορφοτέρα ἡ πανοπλία αὐτὴ τῆς προτέρας. εἰ δὲ σεκούτορι, εὔμορφον μὲν λήψεται γυναῖκα καὶ πλουσίαν, μεγάλα δὲ φρονοῦσαν ἐπὶ τῇ οὐσίᾳ, καὶ διὰ τοῦτο καταφρονοῦσαν τοῦ ἀνδρός. καὶ κακῶν πολλῶν αἰτίαν ἐσομένην. ἀεὶ γὰρ διώκει. εἰ δὲ ῥητιαρίῳ, λήψεται γυναῖκα ἄπορον καὶ ἐρωτικὴν, καὶ φυγάδα, ῥᾷστα τῷ βουλομένῳ πλησιάζουσαν. ἱππεὺς δὲ τὴν γυναῖκα πλουσίαν μὲν εἶναι λέγει καὶ εὐγενῆ, φρένας δὲ οὐκ ἔχουσαν. Ὁ δὲ ἀεινδάριος, ἀργὴν καὶ μωρὰν τὴν γυναῖκα σημαίνει. Ὁ δὲ προβάκτωρ, εὔμορφον μὲν καὶ χαρίεσσαν, λαμυρὰν δὲ καὶ ἐρωτικήν. διμάχαιρος δὲ καὶ ὁ λεγόμενος ὀρβήλας ἤτοι φαρμακὸν, B ἢ ἄλλως κακότροπον ἢ ἄμορφον εἶναι τὴν γυναῖκα σημαίνει. ταῦτα, οὐ πιθανευόμενος, οὐδὲ κατὰ τὸ εἰκὸς συντιθεὶς λόγους γράφω, ἀλλὰ ἀπὸ πείρας τῶν ἑκάστοτε ἀποβαινόντων πολλάκις ἐτήρησα.

IDEST,

GLADIATORIAM *exercere, significat judicium subire, aut aliud aliquod certamen sive pugnam pugnare. Pugna enim appellatur & ipse Pugillatus sive Gladiatura, etiamsi absque armis fiat eademque illa significant inscriptiones aut jura pugnantium. Semper au*C*tem fugientis armatura significat in jus trahi: persequentis autem, trahere. Observatum autem mihi & sæpe tale hoc somnium nuptias designare ejusmodi fæminæ, qualia arma erant ejus cum quo digladiari videbare. Quoniam autem sine Nomenclatura demonstrare id non licet, utar & nominibus. Siquis cum Thrace componitur, capiet uxorem divitem, callidam, & ambitiosam. Divitem quidem, quia tegitur armis: callidam, quia gladium haud rectum gerit: ambitiosam, quia assurgit & invadit. Siquis vero cum argenteis ar*D*mis componitur,* (id est, Samnitibus) *capiet uxorem satis divitem, fidam, domus & viri servantem. Nam & invadit, & tegitur: & pulcbrior hæc armatura priore. Si cum Secutore, formosam quidem & divitem capiet uxorem, sed ob opes superbam, & virum aspernantem, & malorum illi caussam. Semper enim insequitur. Si cum Retiario, capiet pauperem & lascivam, & fugacem, facile volenti se vulgantem. Eques vero mulierem divitem & nobilem prodicit, sed amentem. Aridarius autem* (sive Essedarius) *ignavam & fatuam. Probactor, pulcbram, venustam, sed lubricam & lascivam. Dimachærus.* ...ve d'

gladiis pugnans, & is qui dicitur Orbelas, purgamentum aut nescio quod piaculum fœminæ significat, malis moribus, mala forma. Atque hæc non conjiciens, nec ad probabilia sermones accommodans scribo, sed ab experientia doctus, qua sæpe hæc sigillatim sic evenisse observitati.

C A P. XIV.

Pausa aliqua iterum. interea de Suppositiciis dictum. deque sorte. statim in viam reditum, & reliqua genera vel cognomina potius gladiatorum adjecta. primo Pegmares.

FINIERAT Duza, & simul bellaria illata sunt mensæque postremæ. Duza avide manum ad passulas porrexit, quæ appositæ: O dapes opportunæ! inquit. vobis mihi opus: ita irrausi. Et jamne, munerarie, mittis? Nam Suppositicium pro me hunc Lipsium dabo. Ego adsurgens, tu me? inquam. quo jure? Jure veteri, ait Duza. quia ita receptum, ut fesso gladiatori aut victo alius atque alius sufficeretur, & contenderet cum victore. Ii Subditicii, vel Suppositicii dicti. Martialis,

Suppositicii gladiatoribus.

Hermes suppositicius sibi ipse.

Græci (apud quos idem in Athletis mos) vocant ἐφέδρους. Plutarchus in *Sulla*: τὸν μέντοι τελευταῖον ἀγῶνα, καθάπερ ἔφεδρος ἀθλητὴς καταπόνῳ προσενεχθεὶς, ὁ Σαννίτης Τελεσῖνος, ἐγγὺς ἦλθεν τοῦ σφῆλαι καὶ καταβαλεῖν ἐπὶ θύραις τῆς Ῥώμης. id est: *At postrema pugna, Telesinus Samnis, tanquam succenturiatus suffectusque athleta, defesso jam Sullæ comparatus, haud multum abfuit quin eum ad portas urbis Romæ funderet prosterneretque.* Substituebatur autem sepe unus, alter, tertius. Unde in Glossis, Εφεδρος: *tertiarius*. Dio in *Caracalla*: μονομάχων ἀνδρῶν ὅτι πλεῖστον ἔχαιρεν αἵμασι. καὶ ἕνα γε αὐτῶν Βάτωνα τρισὶν ἐφεξῆς ἀνδράσιν ὁπλομαχῆσαι τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ἀναγκάσας, ἔπειτα ἀποθανόντα ὑπὸ τοῦ τελευταίου περιφανεῖ ταφῇ ἐτίμησε. id est, *Gladiatorum sanguine inprimis delectabatur. & ex iis Batonem quendam, cum tribus ex ordine eodem die pugnare jussit, eumque a postremo interfectum magnifice sepeliit.* Credo & Lactantium sentire de hoc ritu: *Irascuntur etiam pugnantibus, nisi celeriter alter e duobus occisus est, & tanquam humanum sanguinem sitiant, oderunt moras, alios illis compares dari poscunt recentiores, ut quamprimum oculos suos satient.* Itaque ades Lipsi, & pugna mei fessi vicem. Ego æstuabam & tacebam, sed commodum subvenit Pighius: Non imponis nobis, homo argutissime, inquit, non supponis. Mos hoc suadet? sed non ad arbitrium tuum. Sors decidebat. Plinius *Epistolarum* l. VIII. *Scilicet ut in spectaculis quibusdam sors aliquem seponit ac servat, qui cum victore contendat: sic in Senatu sunt aliqua prima, sunt secunda certamina: & ex duabus sententiis, eam quæ superior exierit, tertia exspectat.* Statius lib. III. *Silvarum*:

Vide Agellium lib. V. cap. IX.

Sæpe plures, unde Secundarii & Tertiarii.

Is forte dari solitus. Plinius illustratus.

Jam placidæ dant signa tubæ, jam fortibus ardens
Fumat arena sacris.

ubi male vulgo, *fortibus*. Ego ad Pighium, Mi servator, inquam, statuam certum est statuam tibi: ita in tempore suppetias advenisti. Sed quid ad hæc Duza? Tange hominem. licet ad tibicines mittamus. Imo ad sortes, ait Duza: nam ad eas appello. Non placet, inquit Lernutius. Duza mihi hunc diem pugnet; sine missione. Heu munerarium crudum! inquit Duza. sed sequi mihi potius est, quam trahi. Igitur quia de armis dictum, venio ad reliqua genera gladiatorum. Inter quos primi se offerunt PEGMARES. iis a loco nomen, quia pegmatis impositi depugnabant, Locus unus Suetonii est, qui eos adstruit, in *Caligula* cap. XXVI. *Gladiatorio munere, reductis interdum flagrantissimo Sole velis, emitti quemquam vetabat, remotoque ordinario apparatu, rabidis feris vilissimos senioque confectos, gladiatores quoque pegmares, patresfamiliarum notos, sed insignes debilitate aliqua corporis subjiciebat.* & is ipse locus anceps. Nam potius ibi legerim *gladiatoribus quoque pegmares.* hoc sensu: Rabidis feris bestiarios viles, invalidosque: & Gladiatoribus operas pegmares fabrosque subjiciebat. Favet huic interpretationi ipse Suetonius in *Claudio* cap. XXXIV. *Præter destinatos etiam levi subitaque de caussa quosdam commisit, de fabrorum quoque ac ministrorum, atque id genus numero, si αὐτόματον, vel pegma, vel quid tale aliud parum cessisset.* Hic Victor: De sententia hercle persuades, inquit. Nam gladiatores in in pegmate pugnantes quis legit? Non ego. & Strabonis lib. VI. Josephique l. VII. loca hoc tantum evincere scio, captivos aut insignis sceleris damnatos in Pegmate solere ostendi. De pugna verbum nusquam. In voce tantum hæreo. qua enim derivatione, quove exemplo, a Pegmate Pegmares? Pegmaticos potius, & certe libri antiqui, *Pegmatos*, in Tranquillo plurimum referunt: *pegmatis*, quidam, alterutraque lectio retineri potest, ea mente ut gladiatoribus suppositos scribat patresfamilias pegmatis, id est, e pegmate. Ad pegma autem moliendum movendumque, multi e numero fabrorum administri. Ii ergo admoti per occasionem tractique in arenam a Caligula. a qua interpretatione stare etiam Dio videtur, qui de eadem hac sævitia, ait illum deficientibus bestiariis rapi jussisse quosdam ἐκ τοῦ ὄχλου τοῦ τοῖς ἰκρίοις προσεστηκότος, *e turba quæ pegmatibus adstabat.*

Statius correctus.

Pegmares gladiatores vulgo.

Is sublati.

Quos tamen viri docti alfirmant adseverate.

Pegmares inepte dici.

Patresfamilias pegmatis.

C A P. XV.

Meridiani, non inter veros legitimosque gladiatores. sine armis, sine arte seminudi.

DUZA iterum, MERIDIANI, inquit, nunc occurrunt. quibus hoc nomen scilicet a tempore, fuia sub meridiem darentur. Dio in *Claudio*: ἐτίθει δὲ συνεχῶς μονομαχίας ἀγῶνας. πάνυ γὰρ σφίσιν ἔχαιρε· ὥστε γὰρ ἄλλα καὶ τοὺς διὰ μέσου τῆς θέας παρὰ τὸν τοῦ ἀρίστου καιρὸν κατακοπτομένους ἥδιστα ἐθεώρει. Cui velut interpres Suet. c. XXXIV. *Bestiariis meridianisque adeo delectbbatur, ut etiaa prima luce ad spectaculum descenderet*

Meridiani.

& meridie, dimiſſo ad prandium populo, perſederet. Nominat eoſdem Tertullianus: *Riſimus & inter ludicras meridianorum crudelitates Mercurium mortuos cauterio examinantem, vidimus & Jovis fratrem gladiatorum cadavera cum malleo deducentem.* Nec hi tamen, ut obſervo, legitimi deſtinatique gladiatores; ſed beſtiariorum velut reliquiæ

Non veri gladiatores.

A quædam & purgamenta. Duplex enim ſpectaculum, Matutinum & Meridianum. Mane cum beſtiis depugnabant: poſt meridiem, ii qui ſuperfuerant, inter ſeſe. & Meridiani gladiatores vocabantur. Ceterum nec docti factique ad pugnam erant, nec armis in ea utebantur aut arte. Cædes tantum promiſcua, & velut laniena.

Ad librum tertium.

Modus pugnæ inter meridianos.



Seneca epiſtola VII. bene explicat: *Caſu* B *in meridianum ſpectaculum incidi luſus exſpectans & ſales, & aliquid laxamenti, quo hominum oculi ab humano cruore acquieſcant. Contra eſt, quidquid ante pugnatum eſt, miſericordia fuit. Nunc omiſſis nugis mera homicidia ſunt. nihil habent quo tegantur, ad ictum totis corporibus expoſiti, nunquam fruſtra mittunt manum. Non galea, non ſcuto repellitur ferrum. Quo munimenta? quo artes? omnia iſta mortes meræ ſunt.* (aut ut recte liber vetus, *mortis moræ*) *Mane leonibus & urſis homines. meridie ſpectatoribus ſuis objiciuntur. Interfectores* (ita C emendamus, aliter vulgo) *interfecturis jubentur objici, & victorem in aliam detinent cædem. exitus pugnantium mors eſt. Hæc fiunt cum vacat arena.* Nec ad aliam crudelitatem gravis ejuſdem Senecæ querela ſpectat epiſtola XCVI. *Homo, ſacra res, homo, jam per luſum & jocum occiditur, & quem erudiri ad accipienda inferendaque vulnera nefas erat, is jam nudus inermiſque producitur, ſatiſque ſpectaculi in homine mors eſt.* Mehercules, inquit Victor, pectus mihi commovit Seneca. & quas arbitrer eas feras, D quæ hæc ſpectarunt, non dicam lætis, ſed ſiccis oculis? —— ἀγαθοὶ δ' ἀριδάκρυες ἄνδρες, *viri autem boni proni ad lacrymas*, ut verbum vetus eſt. At perge Duza. Iterumque ille:

Non ergo univerſe de aliis gladiatoribus.

CAP. XVI.

Plura agnomina uno capite. Fiſcales ſive Cæſariani. Poſtulaticii. Catervarii. Conſummati. Ordinarii. Cauſſæ omnes nominum explicatæ.

SUPERERANT mihi etiam aliquot non tam genera gladiatorum, quam cognomenta, quos omnes promiſcue dabo, & velut una commiſſione.

FISCALES gladiatores reperti in vita Gordiani Junioris. *Fuerunt*, ait Capitolinus, *ſub Gordiano Romæ elephanti triginta & duo, gladiatorum fiſcalium paria mille*. Sunt ii, qui in Cæſaris bonis, & velut fiſco. Nam Principes ipſi proprios & peculiares gladiatores alebant, ad inſtruendum ſuas populique voluptates. Itaque recte καίσαρος μονομάχους Arrianus dixit iſtos. Libro primo *Diſſertationum*; ἀλλ' ἐν μὲν τοῖς καίσαρος μονομάχοις εἰσί τινες οἱ ἀγανακτοῦντες, ὅτι οὐδεὶ αὐτοὺς προάγει, οὐδὲ ζευγνύει. *At in Cæſaris gladiatoribus quidam ſunt quibus moleſtum eſt non produci, non componi*. Eadem ſententia (ut multa alia) expreſſa in Seneca; *Mirmillonem e C. Cæſaris ludo audivi de raritate munerum querentem. Quam bella, inquit, ætas perit!* Nec gladiatores ſolum; ſed alebant etiam hiſtriones, & ſcripſit in *Alexandri vita* Lampridius, *Hiſtriones aulicos eum publicaſſe*. Ab his orti.

Gladiatores fiſcales.

Sive Cæſariani, aulicique.

Hiſtriones Principum.


POSTVLATICII.


CATERVARII.

POSTULATICII gladiatores. Quia enim Cæsariani isti eximii viribus, arte, ornatu, sæpe postulari a populo solent, velut muneris auctarium & ornamentum. Seneca epist. VII. *Hos plerique ordinariis & postulaticiis paribus præferunt.* Suetonius in *Domitiano: Quæstoriis muneribus, quæ omissa revocaverat, ita semper interfuit, ut populo potestatem faceret bina paria e suo ludo postulandi quæ novissima aulico apparatu induceret.* Ait aulicum apparatum, quod in *Gallienis* Capitolinus, *gladiatores pompabiliter ornatos, cum auratis vestibus matronarum.* Et credo ornatos eos auro: præeunte mihi Spartiano in *vita Hadriani: Trecentos noxios cum auratis chlamydibus in arenam misit, ad deridenda ejus munera.* Numerum enim ibi dumtaxat præter morem fuisse censeam, non vestem. Ad hoc gladiatorum genus referendi hi loci. Suetonii in *Claudio* c.XXI. *Palumbum* (ita gladiatori famoso nomen) *postulantibus, daturum se promisit si captus esset.* Idem in *Calig.* c.XXX. *Cum Tetrinius latro postularetur, & qui postularent Tetrinios esse ait.* Plinii in Laudatione Trajani: *Impetratum est quod postulabatur.* Martialis:

Postulari gladiatores solent.

Suetonius explicatus.

Vide aliquid in Electis nostri cap. XXV.

Cum peteret pars hæc Myrinum, pars illa Triumphum:
Promisit pariter Cæsar utraque manu.

Ex quibus etiam discitis, nominatim hunc illumve gladiatorem flagitari in pugnam solere, sive manu sive scelere notum. Sunt &

Vulgo, interpretes Suetonii.

CATERVARII inter gladiatores a modo pugnæ. scilicet cum non singuli cum singulis, ut moris, sed confusi mixtique pugnant & per catervas. Scio esse qui abnuant, quique secus interpretentur: sed a me omnia exempla. Suetonius in *Caligula*: *Retiarii quinque numero gregatim dimicantes.* id est, velut catervatim. Dio clarissime de Cæsare lib.XLIII. τοὺς δὲ ἄνδρας συνέβαλε μὲν καὶ ἕνα ἑνὶ ἐν τῇ ἀγορᾷ, ὥσπερ εἰώθεισο. συνέβαλε δὲ καὶ ἐν τῷ ἱπποδρόμῳ πλείους, καὶ ἱππέας ἱππεῦσι, καὶ πεζοὺς πεζοῖς, ἄλλους τε ἀναμὶξ ἀλλήλοις ἴσους. id est: *Viros quidem inter se commisit, ut moris erat, singulos cum singulis: sed tamen etiam majore numero in Circo confertos dedit: equites cum equitibus, pedites cum peditibus pugnantes: alios vero confuse & permixtim, æquo utrimque numero.* Iosephus l. VII. *Antiq.* de Tito, qui Cæsareæ spectaculum dabat: καὶ πολλοὶ τῶν αἰχμαλώτων ἐνταῦθα διεφθάρησαν, οἱ μὲν θηρίοις παραβληθέντες, οἱ δὲ κατὰ πληθὺν ἀλλήλοις ἀναγκαζόμενοι χρήσασθαι πολεμίοις. id est: *Multi e captivis illic consumpti.. alii bestiis objecti, alii catervatim & plures, more hostium, depugnare inter se jussi.* Dio iterum in *Nerone*: πεζοὺς οὐχ ὅπως ἕνα πρὸς ἕνα, ἀλλὰ καὶ πολλοὺς ἅμα πρὸς ἴσους συνέβαλεν: id est, *Pedites, non solum singulos cum singulis, sed etiam multos cum pari numero componebat.* Nec ab alia mente Catervarii Pugiles Tranquillo, in *Augusto* cap.XLV. Invenio &

VICTORES, in Plinii XXXVI. cap. XV. de Curione: *Raptisque e contrario repente pulpitis, eodem die Victores e gladiatoribus suis produxit.* Et in lapide veteri, nescio

A an γενικῶς & ab effectu; an cognomine certo, & discernendi causa:

HIC. PRIMVS. ET. SOLVS. VICTORES. CAMPANIÆ. PRÆTIIS. ET. ÆSTIM. PARIA. GLAD. EDIDIT.

Item in Plinio

CONSUMMATOS non diserte scriptos, sed eliciunt ex ejus verbis l.VIII. de Elephantis, *Pugnavere postea & singuli Principibus Claudio & Neroni, in consummatione gladiatorum.* At ego abire eos a Plinii mente judico: nec aliter eum accipio, quam qua-
B si dixerit, in fine gladiatorii spectaculi; ut elephanti additi fuerint velut corollarium, ad concludendos finiendosque ludos. Possis etiam accipere consummationem gladiatorum, cum conjuncti omnes congregatique pugnant, redacti tanquam in unam summam. Postremo

Consummati gladiatores rejecti.

Adi Turnebum lib.XXX. cap. XXXIII.

Ordinarii gladiatores.

ORDINARII gladiatores lecti, qui legitimo tempore, loco, & apparatu inducuntur: a prioribus illis (Postulaticos dico & Catervarios) diversi. Seneca nominat epist.VII. & Ordinarios pugiles Suetonius *Augusto* cap. XLV. quem eundem in
C *Caligula* videte, cap.XXVI. Vidi & risi qui OBSEQUENTES gladiatores eruerent e *vita M. Antonini Philosophi: Armavit etiam gladiatores, quos Obsequentes appellavit.* sed enim discat, Spartianum hoc sentire, Marcum in militiam legisse gladiatores, quos ad velandam ignominiam honeste *Obsequentes* appellavit: sicut & servos, quos *Volones*. De Hominibus dixi omnia, ut meæ quidem memoriæ captus fuit. Si quid me præteriit, subjicite.

Obsequentes qui apud Capitolinum.

D

CAP. XVII.

Ad terminum de Hominibus, vectis adjecta: Togane fuerit, an Tunica? Item quid Ornamenta?

DIXISTI sane quam accurate, ait Berchemius; sed quoniam invitas, velut in scena, monitor ego. De veste & armis ecquid potes plenius? Age, inquit Duza, sit hoc velut auctarium operæ hujus. Retiariorum vestem Tunicam dixi fuisse: opinor & aliorum. Certe Dio Com-
E modum ut Secutorem adornans, facit eum prodisse ἐν τῷ χιτῶνι καὶ ἀνυπόδετον, *in tunica & discalceatum.* Suetonius etiam in *Claudio* notat ut insolens: *Induxit*, inquit *unum ex nomenclatoribus suis, sicut erat, togatum.* Tamen ecce Tertullianus diserte *De Pallio*: *Verum & cerdones & omnis gladiatorum ignominia togata producitur.* Et Capitolinus in *Pertinace* de veste Commodi vendita, *Toga*, inquit, *armaque gladiatoria gemmis auroque composita.* Nec facile compono diversos, nisi si, labenti ævo, mutata res. Togam certe, cum in honore
F & usu fuit. quis credat fœdatam ministeriis arenæ? De armis non magnopere habeo quod addam, nisi appellata ea antiquis proprie Ornamenta. Eo moneo, quia titubare, imo labi, video in ea voce viros doctos. Seneca *Natural. Quæstion.* libro quarto, initio: *Sic ergo formare ut scias te non posse consequi ut sis impenetrabilis: cum omnia caveris, per ornamenta feriet.* honestissime a re gladiatoria, id est,

De veste gladiatorum in genere. Tunicatos videri fuisse. quod servos decuit.

At Togatos, ex Tertulliano & Capitolino.

Arma, Ornamenta dicta. Stabilita lectio in Seneca.

per ipſa arma. At *æramenta*, ibi mavult vir eruditus. Seneca epiſtola XIV. *Ars ei conſtat, qui per ornamenta percuſſus eſt*. Et Suetonius ecce audentius, ipſos gladios appellat Ornamenta. *Titi* cap. IX. *Inſequenti die, gladiatorum ſpectaculo, circa ſe ex induſtria collocatis, oblata ſibi ornamenta pugnantium inſpicienda porrexit*. Ille Ornamenta dicit, at Victor in eadem re, *iiſque gladios tradidit*. recte. Tamen in Tranquillo non defuit Beroaldus ſubſtituere, *inſtrumenta*. Vos Feſtum audite: *Ornatus*, inquit, *dicitur bene aptus, ut miles, aut gladiator, aut acturus fabulas*. Bene Feſtus: & ad ejus mentem Plautus: *Ornamenta abſunt: Ajacem, hunc cum vides, ipſum vides*. Ornamenta etiam boum, apud Catonem. De armis, videtur neſcio quid mutaſſe aut potius deſitum revocaſſe Domitianus. quod Martialis indicat illo Epigrammate;

Cum veteres Latiæ ritus renoventur arenæ
Et pugnet virtus ſimpliciore manu.

ſed indicat tantum: & ideo nihil elicio certi.

CAP. XVIII.

Finis Duziaci ſermonis. Orditur Victor, partiturque. Hoc capite, apparatus & invitatio, quæ ante diem muneris uſurpata explicantur.

SED ego jam portum video. Salve o optatum mihi Sigæum. Quid ais? inquit Victor. tu ut ſileas? ubi quartus ergo terminus de Modo? aut quis eum panget? Illi Duza, Varro opinor olim, Eſt modus matulæ: ſic nobis, mi Victor, fabulæ. Aut ſi tanta libentia audiendi vobis: agite, Victor ipſe mittatur in hoc ſtadium, cui lampada ego do. Lernutius ridens, Et ego tibi Duza rudem. Bonam ſtrenuamque hanc pugnam pugnaſti nobis. igitur ornamenta tua transfer in hunc Victorem. Hem, inquit Victor: hoc eſt quod olim dicitur, Fabrum cadere cum ferias fullonem. Duzæ parabam vincula, conſtringor ipſe. Tamen adeſte, audite: de Modo modice dicam, aut potius intra modum. Tria ſermonis mei capita, Quid ante pugnam? Quid in pugna? Quid poſt pugnam? Ante pugnam moris, ut Editor libellos proponeret, in quibus dies futuri muneris item nomina & paria gladiatorum ſcilicet aliciendæ plebi, & exſpectationi commovendæ. Id vocabant Pronuntiare munus. Suetonius in *Julio*: *Munus populo pronunciavit in filiæ memoriam*. Oſtendere munus. Cicero: *Etſi munus flagitare, quamvis quis oſtenderit, ne populus quidem ſolet niſi concitatus*. Proponere munus. Suetonius in *Tito*: *Omnes tanta comitate tractavit, ut propoſito gladatorio munere, non ad ſuum, ſed ad ſpectantium arbitrium editurum ſe profeſſus ſit*. Ad has edictiones Senecæ locus facit, *de Brevitate vitæ*: *Itaque ad occupationem aliquam tendunt, & quidquid interjacet, grave eſt: tam mehercules quam quando dies gladiatorii muneris dictus eſt, tranſire medios dies volunt*. Quin & edicta vocat, epiſtola CXIX. *Nemo qui parturienti filiæ obſtetricem accerſit, edictum & ludorum ordinem perlegit*. Edicebant autem deſcribebantque futurum munus in libellis. Ita Cicero vocat *Philippica* II. *Quid de Commentariis infinitis? quid de chirographis loquar? quorum etiam imitatores ſunt, qui ea tanquam gladiatorum libellos palam venditent*. Nec enim referri ad libellos, in quibus Laniſtarum dictata. Potius ad libellos indices ludorum quos vendebant deſcribebantque palam, ut in provincias mitterent & ad amicos abſentes. Nec alium libellum Cælius Ciceroni miſerat meritus ejus notam, lib. II. *Epiſtolar. ad Familiares*: *Quid? tu me hoc tibi mandaſſe exiſtimas, ut gladiatorum compoſitiones & vadimonia dilata ad me mitteres?* Libellum munerarium adpoſite vocat Pollio in *Claudio*: *At ego ſcio ſæpius inter gladiatores bonis pugnatoribus Aureoli nomen appoſitum. Habuit proxime tuus libellus munerarius hoc nomen in Indice ludorum*. Alluſit & explicuit comiter bonus Seneca (patrem dico) lib. IV. *Controv. Quod munerarii ſolent facere ad exſpectationem populi detinendam, qui nova paria per omnes dies diſpenſant, ut ſit quod populum & delectet & revocet: hoc ego facio: non omnes ſimul produco. aliquid novi ſemper habeat libellus*. Nec vero in libellis ſolum pronunciatio hæc munerum: ſed etiam in tabulis & pictura. Pingi, inquam, jubebant habitum formamque pugnantium gladiatorum, item loci, muneriſque totius. Plinius ſerio notat libro XXXV. *Pingi*, inquit, *gladiatoria munera atque in publicum exponi cœpta a C. Terentio Lucano. Is avo ſuo triginta paria in foro per triduum dedit, tabulamque pictam in nemore Dianæ poſuit*. Apud Horatium lib. II. Sat. VII. eleganter Davus:

Vel cum Pauſiaca torpes inſane tabella;
Qui peccas minus atque ego, cum Fulvi Rutubique
Aut Placidejani, contento poplite miror
Prælia, rubrica picta aut carbone? velut ſi
Revera pugnent, feriant, vitentque, moventes
Arma viri.

ubi graphice videtis formam ejuſmodi tabularum. Illud autem, *Contento poplite*, habitum nimirum exprimit pugnantium gladiatorum: ne ad ſervum ipſum referatis, cum interpretibus lævis. De his picturis Trebellium capio in *Vita Carini*: *Memorabile maxime Carini & Numeriani hoc habuit imperium, quod ludos Romanos novis ornatos ſpectaculis dederunt, quos in Palatio circa porticum ſtabuli pictos vidimus*. Ubi neſcio an reſtituenda *Porticus Statilii*. Idemque in Venatione ſervatum eſſe ex Capitolino diſcere eſt, in *Gordianis*: & hodie ſervant noſtri in iſto Battualium ludicro, quod Gladiatorium vocant, etſi priſci illius vix umbram.

CAP. XIX.

Quæ ipſo die facta: & tamen ante pugnam. Pompa, traductioque: compoſitiones, & oſtenſio ornamentorum. Præluſio, haſtis, rudibus, armis. Tubæ cantus, & Verſa arma.

HÆC ante muneris diem. At die ipſo, gladiatores ordine deduci in Arenam mos fuit, & inibi ſolemni quadam pompa circumduci. Quinctilianus: *Jam dies aderat, jam ad ſpectaculum ſupplicii noſtri populus convenerat, jam oſtentata per arenam periturorum corpora mortis ſuæ pompam duxerant*. Ad quam traductionem accommodo illud Capitolini in *M. Antonino*: *Fauſtinam*

quondam

Marginal notes (left margin): *Limites de modo.* — *Dicendi ratio.* — *Libelli gladiatorii.* — *Pronunciare munus.* — *Oſtendere.* — *Proponere.* — *Edicta, & edicere diem.* — *qui a paria deſcripti, ordine & totus apparatus.* — *[illegible] gladiatorum.*

Marginal notes (right margin): *Cicero explicatus.* — *Picta tabula gladiatorum.* — *Quando primum.* — *Eſt ille cujus mentio Donato in vita Terentii: & cui porta is libertus.* — *Horatius illuſtratus.* — *Et Trebellius Pollio.* — *Fortaſſe & emendatus.* — *Pompa gladiatorum.*

quondam cum gladiatores transire vidisset unius ex his amore succensam. Postquam introducti, paria inter se componebantur, si ve ut Græci decenter appellant, ζεύγη. Componere dixi. ita enim loquebantur. Plinius pulcherrime de occulta quorundam animalium discordia lib. VIII. c. XII. *Quam quis aliam tantæ discordiæ caussam adtulerit, nisi naturæ spectaculum, sibi paria componentis?* Ubi melius liber vetus, *nisi naturam spectaculum sibi ac paria componentem.* Etiam, Comparare Quinctilianus, *Cum me una tamen res apud quosdam faceret miserabilem, quod viderer inique comparatus. Certa enim arenæ destinabar victima. nemo munerario vilius steterat.* Item Committere. cujus verbi sæpe exempla. In hac compositione prima Editoris cura, ut pares cum paribus confligerent. Atque adeo id volebant ipsi Gladiatores. Seneca alibi: *Ignominiam judicat, gladiator cum inferiore componi: & scit eum sine gloria vinci, qui sine periculo vincitur.* Lucanus l. IV.

— veluti fatalis arenæ
Muneribus, non ira vetus concurrere cogit
Productos: odere pares.

Et bene, productos: quia id quoque arenæ hujus verbum. Seneca de virtute loquens: *Produci enim illi & tentari expedit: nec ulli intelligunt, quanta sit, quam qui vires ejus lacessendo senserunt.* Post comparationem, credo, gladii armaque quibus pugnaturi, Munerario ostendebantur: explorandi caussa, & an satis acuti. Suetonius *Tito, Ceterum ipsos non solum familiari cœnæ adhibuit, sed & insequenti die, gladiatorum spectaculo, circa se ex industria collocatis, oblata sibi ornamenta pugnantium inspicienda porrexit.* Nam Titus ipse tunc Editor. Victor de eodem facto, *petiisse eum gladium* dicit, *quasi ad explorandam aciem.* Dio clarissime in *Nerva*: *Collocavit eos in spectaculo quodam juxta se, ignaros quod prodituri essent: iisque gladios tradidit, in speciem quidem uti dijudicarent an satis acuti essent (quod fieri solet) revera ut ostenderet parum se sollicitum, si vel statim interficeretur.* Facit ad hunc invulgatum adhuc ritum, quod Dio idem scribit gladios acutissimos Drusianos vulgo vocatos: videlicet quia crudelis ille & cruentus editor acutissimos eos semper exigebat. Contra lenissimus Marcus Imperator, qui, ut Dio ait, *οὔπω τι φόνοις οὐκ ἔχαιρεν, ὥστε καὶ τοὺς μονομάχους ἐν τῇ Ῥώμῃ ὥσπερ ἀθλητὰς ἀκινδύνως ἑώρα μαχομένους. σιδήριον γὰρ οὐδέποτε οὐδενὶ αὐτῶν ὀξὺ ἔδωκεν, ἀλλὰ καὶ ἀμβλέσιν ὥσπερ ἐσφαιρωμένοις πάντες ἐμάχοντο. adeo a cæde abhorruit, ut & gladiatores Romæ, tamquam athletas, sine periculo aut noxa, pugnantes cerneret. Ferrum enim acutum nemini commisit, sed obtusis & velut orbiculatis gladiis omnes pugnabant.* Interpellavit hic Lernutius, Heus tu, inquit, longum hoc tuum anteloquium: pugnam ipsam videre aveo. jam committe. Mane etiam, inquit Victor; prælusio præmittenda est. Viden' tu illos qui arte quadam jaciunt hastas? viden' qui velut feriunt gladiis? Puræ a ferro illæ hastæ, obtusi gladii. denique proludunt, & eludunt. Prælusionis diem Symmachus appellat lib. II. *Epist.* de canibus: *Quos prælusionis die ita Roma mirata est, ut ferreis caveis putaret advectos.* Sed ille de Venatione aut Circensibus: at proprie de Gladiatoribus, Cicero *de Oratore*: *Sed si illo ipso gladiatorio vitæ certamine, quo ferro decernitur, tamen ante congressionem multa fiunt, quæ non ad vulnus, sed ad speciem valere videantur; quanto hoc magis in oratione expectandum est?* Ubi scripserim, *in illo ipso gladiatorio vili certamine.* Prælusio autem in Hastis, Rudibus, Armis. De hastis, Cicero in iisdem libris: *Atque ejusmodi illa prælusio esse debet, non ut Samnitium qui vibrant hastas ante pugnam, quibus in pugnando nihil utuntur.* Iterum idem: *Et ait cum brachium concalfecerit, tum se solere pugnare. neque attendit eos ipsos* (gladiatores intelligit) *unde hoc simile ducit, illas primas hastas ita jactare leviter, ut & vetustati vel maxime serviant & in reliquum viribus.* Hos Pilarios & Ventilatores Quinctilianus appellat: *qui ea quæ emiserant ita librabant, ut venire in manus viderentur, quaque juberentur decurrere.* De rudibus, Eumenius Rhetor in ea quæ De instaurandis Mœnianis: *Neque enim tanta me aut negligentia aut confidentia tenet, ut nesciam quanta sit inter hanc aciem fori, & nostra illa secreta studiorum exercitia diversitas. Ibi armantur ingenia, hic præliantur: ibi prælusio, hic pugna committitur, hic plerumque velut sudibus & saxis, illic semper telis splendentibus dimicatur.* Nec enim ambigo quin rescribendum *rudibus & hastis.* Unde enim ibi saxa? Et hanc correctionem, amici, imputo hodie vobis. Ovidius III. *De Arte*:

Sic ubi prælusit, rudibus puer ille relictis
Spicula de pharetra promit acuta sua.

Tertullianus oculos hic habuit, dum scripsit adversus Valentinianos: *Congressionis lusionem deputa lector haud pugnam: ostendam, sed non imprimam vulnera.* Appellabant hæc lusoria tela. Seneca: *Remove ista lusoria arma, decretoriis opus est.* Item l. II. *Quæst. Natural. Illos vero viros altissimos error iste non tenuit, ut putarent Jovem modo levioribus fulminibus, & lusoriis telis uti.* Exercitoria tela, Tertullianus *De Pœnitentia.* E contra, vera & acuta tela, Decretoria: ut in verbis Senecæ jam dictis. Credo ideo, quia hæc velut decreto Prætoris sive Editoris dabantur, postquam inspecta acriter & probata. Hinc obscuriores illæ metaphoræ lucem accipient in eodem Seneca: ut l. I. *De Clementia*: *Nisi plus est quod timet quam quod damnat, non accedet ad decretorium stilum.* Et Ep. CIII. *Intrepidus horam illam decretoriam prospice.* Eadem arma dixere & Pugnatoria. Suetonius in *Cajo*: *Batuebat pugnatoriis armis.* Significat enim eum omissa rudi, usum gladio vero. Non aliter quam Commodus, *qui gladiatores, specie depugnandi crebro trucidavit, cum ipse ferrum objectum veronibus plumbeis uteretur,* ait Aurelius Victor. quem locum vexant varie viri docti. Restituo ego, *ferro obtecto veronibus plumbeis.* Hæc sane scriptoris cognominis mihi mens mala fraude pugnasse Commodum: & velut lusoriis armis uteretur, usum veris. Ferrum enim obduxisse dumtaxat laminis e plumbo: cum gladium ipsum putarent esse e plumbo. Sed redeo ad rem. Pugnatorium mucronem Seneca pater dixit lib. II. præfatione; *Deerat illis oratorium robur, & ille pugnatorius mucro.* Addidi etiam armis eos prælusisse: & rem dixi. Nam parmas aut clypeos in altum ja-

Componere & componere. — *Plinius emendatus. Comparare.* — *Committere. Pares inter se commissi.* — *Ornamenta inspiciebantur.* — *Vide & conjunge quæ scripsi ad l. III. Annal. Taciti.* — *Prælusio sive prolusio. Dies prælusionis, qui præmissus legitimo certamini.* — *Hastis præludebant.* — *Pilarii.* — *Rudibus præludebant.* — *Eumenius correctus.* — *Lusoria tela.* — *Pugnatoria arma.* — *Aur. Victor explicatus & emendatus.* — *Armis præludere.*

ciebant recipiebantque cum venustate. Martialis lib. IX.

Summa licet velox Agathine pericula ludas,
Non tamen efficies ut tibi parma cadat.
Nolentem sequitur, tenuesque reversa per auras
Vel pede, vel tergo, clune, vel ungue sedet.
Ut peccare velis, cum feceris omnia, falli
Non potes. arte opus est, ut tibi parma cadat.

Ventilare.

Nec parmas solum, sed & hastas, ut prædixi: fortasse & gladios. Id vocabant proprie Ventilare. Seneca pater lib. III. *Controv. Deinde res ipsa diversa tota est: aliud est ventilare, aliud pugnare.* Seneca filius Epistola CXVII. *Quam stultum est, cum signum pugnæ acceperis, ventilare?* Martialis;

Currit, & in toto ventilat arma bove.

Eludere sive Deludere.

Plinius etiam elephantes doctos ad hanc prælusionem ostendit. *Vulgare erat,* inquit, *per auras arma jacere, non auferentibus ventis, & gladiatorios inter se edere congressus.* Hoc ergo, Præludere; at cum desierint, dicuntur elusisse, aut delusisse. Cicero de Isocrate; *Non enim in acie versatur & ferro: quasi rudibus ejus eludit oratio.* Nec absimili notione *Litus* definiebat Aquilius, *qua fluctus eluderet.* id est, ludere desineret. Plinius Deludere dixisse videtur, l. XXXVII. *Luxatis potus medetur, ut licet videre gladiatores cum deluserunt, hac juvari potione.* Auditisne jam, amici, has tubas? signum commissionis sunt & veræ pugnæ. Ideo Apulejus tubam terminalem appellat, quia primitias & ludicra certaminis finiret terminaretque. Lib. X. *At ubi discursus reciproci multinodes ambages tubæ terminalis cantus explicuit.* Virgilius:

Tuba signo ludi commissi. Tuba terminalis.

At tuba commissos medio canit aggere ludos.

Quinctilianus in Gladiatore: *Sonabant clangore ferali tubæ.* Statius in *Silvis*:

Jam placidæ dant signa tubæ.

Nec alterius sententiæ illud Satyrici —— *dignissima prorsus Florali matrona tuba.* id est, digna quæ commissione Floralium pro-

A ducatur. Idque in omnibus ludis factitatum, etiam scenicis. Seneca ep. LXXXV. *In comessationibus* (emendo clare, *commissionibus*) *nostris plus cantorum est, quam in theatro olim spectatorum fuit. cum omnes vias ordo canentium implevit, & cavea æneatoribus cincta est,* &c. Æneatores enim, Tubicines. Plinius l. II *Epistolar. Qui numquam castra viderunt, numquam tubarum sonum nisi in spectaculis audierunt.* Juvenalis de senum incommodis:

Seneca emendatus.

Quid refert magni sedeat qua parte theatri
Qui vix cornicines exaudiet, atque tubarum
Concentus? —— ——

B Seneca hoc signum pugnæ intellexit: *Quam stultum est, cum signum pugnæ acceperis, ventilare?* Dirempta ergo Prælusione, abjectisque lusoriis armis, transibant ad vera. Atque hoc est quod *Dimicare ad certum* Tertullianus alibi vocat. Appellabant id etiam, pugnare versis armis. Caper litterator: *Inversis armis pugnasse gladiatores non est dicendum sed versis, id est, transmutatis. sic non inversis pannis agitasse aurigas, sed versis.* Plauti versum e *Cassina* illustrabit hæc nota:

Versis armis pugna. Cum pannos sumebant alterius coloris; puta pro russato Venetum. Plautus explicatus.

—— *ita rem natam intellego*
Necessum est vorsis gladiis depugnarier.

Nec enim aliud in ea armorum versione esse, C facile persuadeor Ovidii versu *De Arte:*

Ponite jam gladios hebetes, pugnetur acutis.

Alia suspicari possumus, siquis a genere ad genus alterum transeat, puta a Secutore ad Retiarium, dici eum pugnare versis armis. At placet prius. etsi in Plauti versu salivam etiamnum mihi movet mea olim divinatio, *veris gladiis.*

Figuram, in qua Pompa, & Prælusiones, hic insere: in qua tu, Lector, scito quædam a Pictore esse ad rem subjiciendam oculis, non a veritate. ut ostiolum ante Editorem, gradus in arenam: quia revera per alios interiores aditus delati gladii & arma in Orchestram.



CAP. XX.

Pugnæ ipsius descriptio. In statu stabant. Petebant, repetebant. Exibant, excedebant. Latus tegebant.

QUÆSO oculos mihi nunc date & aures. Pugnam vobis ostendam: sed cum Jove Homerico in monte sitis, & extra teli jactum. Ecce componunt se gladiatores & colligunt in arma: deus bone! quanta arte curaque, sui defendendi, alterius petendi! Nec mirum. *Gladiatori enim composito ad pugnandum* (ait Agellius) *hæc proposita sors est: aut occidere, si occupaverit; aut occumbere, si cessaverit.* Hanc ex arte posituram, vocabant Statum. Petronius de anu: *Statum præliantis componit.* Plautus facete, ut solet, allusit *Milite*:

Modus gladiatoriæ pugnæ.

In statu stare.

—— in statu stat senex
Ut adoriatur mœchum qui forma est ferox.

Quadrigarius in singulari certamine Galli cum T. Manlio: *Ita ut ante dixi constiterunt. Gallus sua disciplina, scuto projecto, cantabundus* (malim, *cautabundus*, quasi vitabundus.) *Manlius animo magis, quam arte confisus, scutum scuto percussit, atque statum Galli conturbavit. Gallus dum se iterum eodem pacto constituere studet, Manlius iterum scutum scuto percutit, atque de loco hominem projecit.* Ubi videtis curæ iis fuisse atque adeo laudi, mansisse in statu. Liberius:

Quadrigarius correctus apud Agellium.

Quem nulla ambitio, nulla unquam largitio
Movere potuit in juventa de statu.

Imo nec læsi deserebant. Seneca *Consolatione ad Polybium*: *Omnes scient quomodo te in isto gesseris vulnere, utrumne statim percussus arma submiseris, an in statu & gradu steteris.* Quem locum tentant frustra. Idem enim est, *Stare in gradu*. Seneca: *Quorum alter vulnus premit, & constat in gradu.* Lucanus, sive quis alius auctor Poematii *ad Pisonem*:

In gradu stare.

Arma tuis etiam si forte rotare lacertis,
Inque gradu clausis libuit consistere membris,
Et vitare simul, simul & captare petentem.

Correctus Lucanus.

In malo prorsus, quam ut edunt, *Inque gradum*. Hinc apud Tertullianum: *De gradu pellere*, adversus Marcionem: *Cedere de gradu*, Præscriptione adversus Hæreticos: *Construere gradum*, Apologetico. Cicero etiam ab hoc gladiatorio more elegantem metaphoram plus semel usurpat, Dejici, deturbari, de statu animi, statu mentis: & restituendam in *Oratore* ejus ad Brutum (libro, qui non legendus juventuti, sed ediscendus) censeo: *Quo genere nos mediocres, aut multo etiam minus: sed magno semper usi impetu, sæpe adversarios de statu animi dejecimus.* Sic eligam, præ vulgata, *de statu omni*. Certe hoc Cicero voluit, & accommodat ad Hortensium, Catilinam, Curionem, quibus vis illa dicendi linguam imo mentem eripuit. Cum hoc modo igitur paria in statu: petebat alter, vitabat alter. Petebat dico. ita enim proprie, & ictus ipsi, Petitiones. Servius ad illud Virgilii, *Volscentem petit, in solo Volscente moratur*: *Petitiones*, inquit, *proprie dicimus impetus gladiatorum*. Cicero in Catilinam: *Quot ego tuas petitiones, ita conjectas ut vitari nullo modo possent, parva quadam declinatione, &, ut ajunt, corpore, excessi?* Idem in *Oratore*: *Ut enim athletas, nec multo secus gladiatores, videmus nihil nec vitando facere caute, nec petendo vehementer, in quo non motus hic habeat palæstram quandam: sic oratio neque plagam gravem facit, nisi petitio fuerit apta.* Videntur etiam appellasse conatus invasionesque singulas, Manus. Quinctilianus l. v. c. xiv. *Ut gladiatorum manus quæ secundæ vocantur, fiunt & tertiæ, si prima ad evocandum adversarii ictum prolata erat: & quarta, si geminata captatio est, ut bis cavere, bis repetere oportuerit.* Idem l. ix. c. i. *Non ut in armorum certamine adversos ictus & rectas manus cum videre tum etiam propulsare facile est: aversæ tectæque minus sunt observabiles: sic oratio,* &c. Nec diversa multum ratione Seneca dicit, Manum mittere, epist. vii. *Nunc nihil habent quo tegantur, totis corporibus ad ictum expositi. nunquam frustra manum mittunt.* Paulo aliter Apulejus lib. iv. *Gladiatores illi famosæ manus; venatores isti probatæ pernicitatis.* Significat enim veteres gladiatores, & quorum dextræ non una cæde imbutæ. Magis convenit, quod in ludo aleæ singulos jactus sive missus, ratione simili appellarunt Manus. Augustus in epist. apud Tranquillum: *Nam si quascumque manus remisi, exegissem.* Petere igitur, arenæ verbum. etiam Repetere. Ita appellabant geminare ictum. Lactantius: *Percussos jacentesque repeti jubent.* In Quinctiliani verbis supra, *Ut bis cavere, bis repetere oportuerit.* Inde natum in Caligulæ cæde symbolum: de quo Tranquillus: *Jacentem contractisque membris clamitantem se vivere, ceteri vulneribus triginta confecerunt. Nam signum erat omnium, Repete.* Hæc invadendi verba; at vitandi cavendique, Exire. Virgilius:

Petere, & Petitiones.

Ut Prudentius interpretatur, Lateris sinuamine.

Manus gladiatoriæ.

Manus aleatoriæ.

Repetere.

Tranquillo lux data.

Exire.

Corpora tela modo atque oculis vigilantibus exit.

Manilius:

Ille cito motu rigidos eludere cestus
Nunc exire levis missos.

Etiam Excedere. Cicero: *parva quadam declinatione, &, ut ajunt, corpore excessi.* Prudentius idipsum, uti & Manilius, Ludere vel Eludere dixit:

Excedere.

Ludere.

Nam si nostra fides sæclo jam tuta quieto,
Viribus infestis hostilique arte petita est:
Cur mihi fas non sit, lateris sinuamine flexi
Ludere ventosas jactu pereunte sagittas?

Ubi ambigo, num, *Sarissas*, melius. præcessit enim, *jactu*: hastæ autem jaciuntur, pilaque; non sagittæ. Tamen in Prudentio verborum non tam acer delectus. In vitando præcipua cura, ut latus tegerent. Apud Terentium elegantissimo Mureto admonente jam innotuit: *Liceat modo tecto latere discedere.* Sen. l. iv. *Quæst. Natural. A turba quantum potes te separa, nec adulatoribus latus prebeas.* Et latus certe adversarius maxime petebat. Ammianus: *Seque in modum mirmillonis operiens, hostium latera, quæ*

Latus tegere.

nudabat ira flagrantior, districtis mucronibus perforabat. Et Quinctilianus in Declamatione quapiam de Gladiatoribus qui vinci volebant: *Concurrebant lateribus nudis.* Tibullus:

Sæpe dabis nudum, vincat ut ille, latus.

Per latus alterius peti.

Nec rarum erat, ut cum plura paria pugnarent, vulneraretur quispiam per alterius latus. A qua mente Ciceronis illud Interrogatione in Vatinium: *Omnia mea tela si in te conjicientur, ut nemo per tuum latus, quod soles dicere, saucietur.* Et Livius l. XL. *Ut a me cœptum scelus in me finem habeat, nec per meum latus tu petaris.*

CAP. XXI.

Clamor ad vulnus, Hoc habet. *Læsi supplicabant, & arma submittebant, populum, editores, orabant. si is vellet, mittebantur. Quid missio, & pugna sine missione?*

Hoc habet, in vulnere dictum.

ET cum exclamatione subita hic Victor: En, en, inquit. Hoc habet. Nos commoti, Quid sibi hic clamor vult? inquimus. Non etiam videtis? inquit. læsus est, cecidit Birria. Vox ea propria insultantis adversarii, aut acclamantis vulgi. Virgilius:

—— teloque orantem multa trabali
Desuper altus equo graviter ferit, atque ita fatur:
Hoc habet; hæc magnis melior data victima divis.

Prudentius meus *Psychomachia*:

Tunc exarmatæ jugulum meretricis adacto
Transfigit gladio: calidos vomit illa vapores.
Hoc habet, exclamat victrix regina.

Simpliciter etiam, *Habet.* Seneca in Tragœdiis:

Habet, peractum est: quas petis pœnas dedit.

Idem:

Habet, peractum est: fata se nostra explicant.

Submittere arma.

Et apud eumpse pluriens. Nec alius sane clamor est, quem Augustinus indicat l. VI. *Confess.* cap. VIII. ubi de Alypio. Læsi autem gladiatores & mortis metuentes, submittebant arma. Id signum victi fractique. Seneca *De providentia*: *Quid ego istum adversarium mihi sumam? statim arma submittet. non opus est in illum tota potentia mea: levi comminatione pelletur.* Nec ideo tamen liberi. a nutu populi pendebat mors eorum vel salus. Horatius:

Populus exorari solet a gladiatoribus. [illegible] rogatum admovebant se spectaculis, unde audiri possent. Editores etiam rogati.

Ne populum extrema toties exoret arena.

Seneca: *Gladiatoribus licet arma submittere, misericordiam populi tentare; tu neque submittes arma, nec vitam rogabis. recto tibi invictoque moriendum est.* Idem ep. CVIII. allusit: *Non faciam quod victi solent, ut provocem ad populum.* Sive etiam ab Editoris. Cic. II. *Tuscul.* *Mittunt etiam vulneribus confecti ad Dominos, qui quærant quid velint. si iis satisfactum non sit, se velle decumbere.* Dio in *Caracalla*, cum insectatione sævitiæ ejus: ἀγῶνα μονομαχίας ἐν Νικομηδείᾳ ἐπὶ τοῖς ἑαυτοῦ γενεθλίοις ἐποίησεν. ἔνθα λέγεται ἡττηθέντος τινὸς καὶ ἱκετεύοντος αὐτὸν ὅπως σωθῇ, τὸν Ἀντωνῖνον εἰπεῖν, Ἄπελθε, καὶ τοῦ ἀντιπάλου δεήθητι. id est, *Munus Nicomediæ præbuit die suo natali. in quo ferunt victum quempiam e gladiatoribus supplicasse Antonino uti servaretur. illum respondisse, Abi & adversario tuo supplica.* Nam Antoninus ibi Editor. Quanquam revera Imperatori, cum præsens, semper jus liberandi. Quinimo & solo superventu suo: nisi fallunt me Ovidii verba *de Ponto*:

Atqui adversario nullum servandi jus. Ideo re ista negantis hoc responsum.

Ad exemplum credo Vestalium, quæ casu obviæ protollebant noxiorum pœnam.

Cæsaris adventu, tuta gladiator arena
Exit, & auxilium non leve vultus habet.

Quid Missio proprie? Discrimen inter eam & Rudem.

Sine missione dare gladiatores.

Hæc liberatio, *Missio* dicta. Non enim audio viros eruditos, qui cum Rude confundunt. Errare eos scio tota via. Missio ad victos pertinebat: Rudis ad victores. Illius effectus, ut ab imminenti periculo, & in eum diem dumtaxat liberarentur: hujus, ut ætatem. Martialis: *Nuper cum Myrino peteretur missio læso.* mittebantur ergo læsi. Itaque sine missione dare gladiatores, & sine missione pugna; non aliud, quam ad certam mortem dari, nisi vincas: jus non esse, vulneratos supplicesque liberandi. Satis clare vim ejus verbi expressit Livius de Perseo, lib. XLI. *Deinde sæpius gladiatores dando, & modo vulneribus tenus, modo sine missione etiam.* & Florus de pugna cum Spartaco: *Tandem eruptione facta, dignam viris obiere mortem, &, quod sub gladiatore duce oportuit, sine missione pugnatum est.* Nec video quid iis locis possit opponi. non item quid huic Senecæ: *Abscissa missione gladiator, quem armatus fugerat, nudus insequitur.* Non enim certe hic de Rude. & Senecæ mentem satis illustrarunt sub Cajo *quinque retiarii, qui totidem secutoribus succubuerant: cumque juberentur occidi* (id est, abscissa missione) *unus resumpta fuscina omnes victores interemit.* Hinc illud Augusti decretum, qui *Gladiatores sine missione edi prohibuit.* ait Tranquillus cap. XLV. Clementer. quoniam reperti sævi munerarii, qui omnes dabant in certam mortem. Qualem fuisse credimus Domitium avum Neronis, qui *Munus gladiatorium edidit* (verba Suetonii sunt, *Neronis* cap. IV.) *tanta sævitia, ut necesse fuerit Augusto clam frustra monitum edicto coercere.* Et suspicer hoc ipsum edictum esse, quo veriti dare sine missione. De hac missione Quinctilianus in Gladiatore: *Quas ego illius preces? quam pertinaces lacrimas? quam miserabilem obtestationem vidi? nemo unquam sic rogavit missionem.* Idem: *Nec difficilem tamen sub illo præsertim auctoramento habuisset missionem, sed noluit gladiator vivere.* Ad hanc etiam refero, non ad militarem, varie & decenter translata scriptorum loca, ut Senecæ: *Quid porro prodest paucos annos vel dies lucrifacere? sine missione nascimur.* Apuleii l. II. ubi nequissima feminarum, *Hodierna pugna,* inquit, *non habet missionem.* & in simili nequitia illud Petronii: *Donec Quartilla ballenatiam tenens virgam, alteque succincta, jussit infelicibus dari missionem.* Ejusdem: *Inbibuitque Tryphæna tam grande facinus, non dissimulata missione.* Sed inprimis elegans Martialis epigramma, quod in *Catalectis* vulga-

Vetuit id Augustus.

Translata ea dictio ad res alias.

vit Jos.Scaliger, antea publice non visum: quod totum subjicio libens illustrandæ huic rei:

Cum traheret Priscus, traheret certamina Verus,
Esset & æqualis Mars utriusque diu.
Missio sæpe viris magno clamore petita est.
Sed Cæsar legi paruit ipse suæ.
Lex erat, ad digitum positam concurrere palmam.
Quod licuit, lances, donaque sæpe dedit.
Inventus tamen est finis discriminis æqui
Pugnavere pares: succubuere pares.
Misit utrisque rudes, & palmas Cæsar utrisque.
Hoc pretium virtus ingeniosa tulit.
Contigit hoc nullo, nisi te, sub Principe, Cæsar:
Cum duo pugnarent, victor uterque fuit.

posita conc. palma.

Ubi tamen quid sit, *ad digitum concurrere*, ambigo: an non ita propinquos junctosque pugnare, ut digitus modo interesset? Alioqui & *Digitum* (opportune monebo) Gladiatores solent *tollere*, cum victos se faterentur. Vetus Scholiastes ad illud Persii,

—— *digitum exere, peccas.*

Digito, inquit, *sublato ostende, victum te esse a vitiis. Tractum a Gladiatoribus, qui victi ostensione digiti veniam a populo postulabant.*



CAP. XXII.

Populus moderator & arbiter horum ludorum. Intercedebat. interficiebat motu pollicis. Ferrum recipere jubebantur prostrati: qui non uno ictu interficiebantur. Manum mittebant in vulnus. Postremo Libitina in Amphitheatris.

POPULI ergo, ut videtis, in arena præcipuum jus: & ad ejus voluntatem Domini plerumque se conformabant. Intercedebat pro victis læsisque. Seneca *de Tranquillitate* lib. II. *Quæris quid inter duos intersit? quod inter gladiatores fortissimos. quorum alter premit vulnus, & constat in gradu: alter respiciens ad clamantem populum significat nihil esse, & intercedi non patitur.* Interfici jubebat idem. Signum, conversus pollex. Juvenalis:

Populus intercedebat.

Munera nunc edunt & verso pollice vulgi
Quemlibet occidunt populariter.

Idem occidi jubebat. Pollicem vertere.

Prudentius, de Vestalibus:

—— *consurgit ad ictus*
Et quoties victor ferrum jugulo inserit, illa
Delicias ait esse suas, pectusque jacentis
Virgo modesta jubet converso pollice rumpi.

Poeta vetus ἀνώνυμος:

Sperat & in sæva victus gladiator arena,
Sit licet infesto pollice turba minax.

Hoc Tranquillus dixit, infestis spectatoribus dimicare, in *Julio* cap. XXVI. *Gladiatores notos, sicubi infestis spectatoribus dimicarent, vi rapiendos servandosque mandabat.* Caussa huic malevolæ notæ a contrario proverbio in favore pollices premendi. quod apud Plinium Horatiumque. Ceterum in quos favor populi, in quos odium inclinare solitum: discite ab his exemplis. Cicero *pro Milone: Etenim si in gladiatoriis pugnis timidos & supplices, & ut vivere liceat obsecrantes, etiam odisse solemnus: fortes & animosos & se acriter ipsos morti offerentes,*

Pollices premere

Audacia & constantia gladiatorum accepta populo.

Ignavia, odio.

servari cupimus. Seneca *de Ira* l. I *Quid gladiatoribus quare populus irascitur, & tam inique ut injuriam putet quod non libenter pereunt? contemni se judicat, & vultu, gestu, ardore, de spectatore in adversarium vertitur*. Et bene furorem hunc Quiritum tangit Lactantius l. VI. *Quæro nunc an possint pii & justi homines esse, qui constitutos sub ictu mortis ac misericordiam deprecantes, non tantum patiuntur occidi, sed efflagitant. Irascuntur etiam pugnantibus, nisi celeriter e duobus alter occisus est*. Exhorruimus in hac commemoratione, & Heu sævitiam! inquit Duza: supra fidem meam, nisi fidos dares auctores. Certa, Duza, res, inquam ego. sed meo voto, Utinam illi Busirides omnes unum oculum habuissent! Sed nos spectemus etiam. Dic Victor. Iterumque Victor: Post hæc ergo, inquit, suffragia vulgi, si alba quidem favensque sententia, miser ille mittebatur, sed in eum diem aut id Munus duntaxat, ut censeo. sin funesta; boni gladiatoris erat decumbere, & libenter fortiterque recipere ferrum. Id enim imperabatur, *Recipe ferrum*.

Recipe ferrum.

Cicero *pro Sextio*: *Ipsum vero quid accusas? num defuit gladiis? num repugnavit? num, ut gladiatoribus imperari solet, ferrum non recepit?* Iis verbis subjecta vis; ut jugulum ultro præberent; ne membra contraherent; ne manum opponerent. Mira firmitas, si in re bona seriaque. Seneca epistola XXX. *Mors enim admota, etiam imperitis animum dedit non vitandi inevitabilia. Sic gladiator tota pugna timidissimus, jugulum adversario præstat, & errantem gladium sibi attemperat*. Cicero prorsus graphice totam rem depinxit in *Tusculana* secunda: *Quis mediocris gladiator non modo stetit, verumetiam decubuit turpiter? quis cum decubuisset, ferrum jussus recipere, collum contraxit?* Seneca iterum, *De Tranquillitate*: *Fortuna quæ ludos sibi facit; quo, inquit, te servem malum & trepidum animal? eo magis confodieris & convulneraberis, quia nescis præbere jugulum. Vives tutius & morieris expeditius, qui ferrum non subducta cervice, nec manibus oppositis, sed animose recipis*. Pertinet huc apud eumdem Tullium *pro Roscio*, C. Fimbriæ impotens responsum, Scævulam accusantis *quod non totum ferrum corpore recepisset*. Et allusit poeta magnus:

Sic loquitur, juguloque haud inscius accipit ensem.

Etiam Prudentius:

Ferrum in papillas omne recepero.

[illegible]

Et tamen misericordia (si ita placet) admixta his sceleribus, siquis caderet gladiator famosus. Statius, de leone:

—— quod te populusque patresque,
Ceu notus caderes tristi gladiator arena,
Ingemuere mori.

Imo & quidam quasi mitiores, avertebant se a vulneribus. Quinctilianus Declam. CCLXXXIX. *Multi se a gladiatorum vulneribus avertunt: & quamquam nemo dubitet illud spectaculum esse in parte pœnarum, tamen nequissimorum quoque hominum suprema pericula habent suam gratiam*.

Iterabant ictus.

At illud feritatis inauditæ, quod Lactantii ipsis verbis ponam: *Quinetiam*, inquit, *percussos jacentesque repeti jubent, & cadavera ictibus dissipari: nequis illos simulata morte deludat*. Et estne super alius ad sævitiam gradus? Est.

Manum in vulnus mittebant.

Nam & manum mittebant in vulnus, & sanguine velut se proluebant. Colligo ex Lampridii *Commodo*: qui omen sibi ante mortem, ut ait, non leve fecit: *Nam cum in gladiatoriis occisi vulnus manum misisset, ad caput sibi detersit*. Illud scilicet prodigio habitum, non quod manum cruentasset (ex more enim) sed quod capiti suo admovisset. quasi precatus sibi suoque capiti eadem. Sed nec defuisse e populo scite, qui gladiatorum sanguinem ex ipso vulneris hiatu biberent, calidum adhuc spirantemque. contra morbum, fateor: sed justa Plinii detestatione l. XXVIII. c. I. *cum plagis ne ferarum quidem admoveri ora fas sit humana*.

Bibebant sanguinem.

Libitina in Amphitheatro.

Non ergo injuria in hanc feralem arenam illata, una cum reliquo apparatu, Libitinæ instrumenta. ut esset videlicet, quo mortui subito efferrentur. Quinctilianus clare notat: *Sonabant clangore ferali tubæ, illatisque Libitinæ thoris ducebatur funus ante mortem*. Nec Plinium aliter audietis lib. XXXVII. cap. III. ubi de gladiatorio munere Neronis: *Arma vero & Libitina, totusque unius diei apparatus e succino*.

Plinius explicatus.

Porta Libitinensis.

Ab hac re certa porta in Amphitheatro, quæ Libitinensis dicta. Lampridius in *Commodo*: *Galea ejus bis per portam Libitinensem elata est*. Dio de eadem re: καὶ ὅτι ἐν τῇ τελευταίᾳ ἡμέρᾳ τὸ κράνος αὐτοῦ κατὰ τὰς πύλας, καθ' ἃς οἱ τελευτῶντες ἐκφέρονται, ἐξεκομίσθη: id est, *Et quod ultima spectaculorum die, galea ejus per eam portam qua mortui efferri solent, elata est*. Ex his videtis, opinor, satis, quanta ista cruditas: & quam jure Proverbii vicem scripserit Posidippus Comicus apud Athenæum:

Τῶν μονομαχούντων ἐσμὲν ἀθλιώτεροι.
Nos miseriores gladiatoribus sumus.

CAP. XXIII.

Præmia victorum, palma, & pecunia. item Rudis. Discrimen inter Rudem & Pilleum: Arma ad Herculis.

INTERFATUS hic ego, Parce oculis, inquam, istis Victor. non enim ultra possum sine lacrimis. Lupi, non homines; quique edere sustinuerunt, quique spectare. Macte Constantine, qui sustulisti. Date etiam paullulum, inquit Victor. jam ad exodium perducta res: & pugna certe pugnata est. Venio ad ea quæ post pugnam. Præmia dico, & Rudem. Præmia? inquam ego. quid? utrumne istis parricidis? Istis, inquit. Augustinum audi tecum indignantem l. III. *De civit.* c. XIV. *Pugnant etiam gladiatores, vincunt & ipsi: habet præmia laudis & illa crudelitas*. & quidem præmium victori duplex, Palma & Pecunia.

Palma gladiatorum.

De palma Suetonius *Cajo*: *Myrmillonem ferrea sica confodit, & more victorum cum palma discurrit*. Lampridius in *Commodo*: *Tantum palmarum gladiatoriarum confecerat, ut mille contingeret*. Cicero *pro Roscio*: *Plurimarum palmarum nobilis ac vetus gladiator*. Et ibidem: *Multas ejus esse infames palmas, hanc primam lemniscatam quæ Romæ deferatur*.

Pecunia item.

Suetonius correctus.

Iisdem & pecunia data. Suet. in *Claudio*, de subito gladiatorio munere loquens: *Nec ullo spectaculi genere communior* (ego vero legerim, *comior*:

ut comitatem Claudii prædicet) *aut remissior erat: adeo ut oblatos victoribus aureos, prolataque sinistra manu, pariter cum vulgo voce digitisque numeraret.* Juvenalis Satyra VII.

> *Accipe victori populus quod postulat aurum.*

Quæ donationes effusæ creverant, & coercendæ a Principibus sæpe. Sed & ultra legitima præmia, corollaria adjiciebantur, exemplo a scena. Suetonius *Augusto*: *Corollaria & præmia alienis quoque muneribus & ludis & grandia & crebra de suo offerebat.*

Rude donare: Rudem esse rudis, de qua l. I. c. XV.

Superest de Rude: cujus mentio jucunda mihi. Hanc indulgebant gladiatoribus veteranis, quasi magisterii signum: aut etiam novis, in novo aliquo & strenuo facto. Idque populo impetrante. Quinctil. *Quidam ut patrem sepeliret, se auctoravit: sed die muneris productus, sub titulo caussæ, rudem postulante populo accepit.* Hanc gladiator (si tamen vera & germana Acronis in Horatium nota) *stans ad crepidinem Circi sub circulo Amphitheatri a populo petere & impetrare solebat.*

Acronis ambigua adsertio.

Dabat eam, ut videtur, Editor, vel Lanista etiam ipse. Calpurnius Declam. L. in Themate: *Redemit eum Lanista, & rudem ei in arena dedit.* Sed tamen, ut dixi, populi arbitrio aut postulatione. quod etiam in aliis præmiis obtinuit. Lactantius: *Non potest esse immunis a sanguine, qui voluit effundi: aut videri non interfecisse, qui interfectori & favit & præmium postulavit.* At Rudis mentio apud omnes scriptores crebra: ejus effectus, liberatio ab arena. Quod tamen distincte intelligetis, aliter atque aliter pro conditione gladiatorum.

Discrimen in data rude, pro personis.

Quidam enim, (ut Duza hic prædixit) liberi erant sive Auctorati, qui arenæ operam pretio locabant. Ii donati rude, redibant in veterem prorsus libertatem, nullo ultra vinculo servitutis.

Auctorati, statim & plene liberi.

Exemplum in Opilio Macrino, de quo Capitolinus: *Plerique gladiatoriam pugnam cum exhibuisse dixerunt, & accepta rudi, ad Africam isse, venatorem primo, post etiam tabellionem fuisse, deinde advocatum fisci.* Alii e gladiatoribus, conditione servi.

Servo non item.

Hi donati rude, non libertatem accipiebant, sed vacationem dumtaxat a pugna. Lanistæ deinceps prove lanistis erant, doctores tironum, & batuebant, non pugnabant. Ideo tuta rudis Ovidio dicta:

> *Tutaque, deposito poscitur ense, rudis.*

Sed pilleo imposito iis opus. Exemplo scilicet reliquorum servorum.

Quod si libertatem etiam impetrarent: mos erat, uti pillearentur, id est, pillei impositione liberi judicarentur. Itaque Tertullianus bene Rudem a Pilleo sejunxit: *Et qui insigniori cuique homicidæ leonem poscit, idem gladiatori atroci petat rudem, & pilleum præmium conferat.* Quæ tamen præmia ne temere conferrentur, cautum est quid in noxiis damnatisque servaretur.

Qui damnati in ludum, non temere liberati.

Tempus rudi, tempus pilleo præscriptum. Quod e solo Fragmento Ulpiani nobis innotuit, vulgato a doctissimo JC. Pithœo. *Est autem differentia, inquit, inter eos qui ad gladium & eos qui ad ludum damnantur. Nam ad gladium damnati, confestim consumuntur, vel certe intra annum debent consumi. Enimvero qui in ludum damnantur, non utique consumuntur, sed etiam pilleari & rudem accipere possunt post intervallum. Siquidem post quinquennium pilleari: post triennium autem rudem induere iis permittitur.* Ubi vel ex intervallo temporis vides pilleum rude meliorem. Qui donati rude, Rudiarii dicti. Tranquillus *Tiberii* cap. VII. *Munus gladiatorium dedit, rudiariis qooque quibusdam revocatis auctoramento centum millium.*

Rudiarii gladiatores.

Ex quo pronum colligere, non depugnasse ultra rudiarios, nisi pretio aut sponte inductos. Horatii versus totum hunc ritum satis aperiunt, *Ad Mæcenatem suum:*

> *Spectatum satis & donatum jam rude, quæris*
> *Mæcenas iterum antiquo me includere ludo.*
> *Non eadem est ætas, non mens. Vejanius, armis*
> *Herculis ad postem fixis, latet abditus agro.*

E quibus postremis admonitum etiam hoc volo: morem fuisse, uti gladiatores emeriti arma sua suspenderent, ad Herculis: sacra videlicet ejusmodi gymnasiorum deo.

Mos arma consecrandi Herculi.

Nam & athletis & gladiatoribus Hercules præesse putabatur: qui facta ejus scilicet & robur æmularentur.

Hercules athletis gladiatoribusque præses.

De athletis, lapis Græcus Romæ indicat, in quo aliquoties nominati, *οἱ περὶ τ̓ Ηρακλέα ἀθληταὶ*: id est, *Herculanei athletæ*. Varro: *Ex his atque hujusmodi institutis vel ad Herculis athletæ facti erant.* De gladiatoribus, præter Horatium Commodus ille testis, qui Herculem dici se voluit, imo pingi, fingi, quia gladiator. Igitur ut in Circo, Neptuni: in theatro, Veneris: sic in Amphitheatro, Herculis ædes vulgo. Vitruvius indicat clare lib. I. admonens exstruendam ædem *Herculi, ubi gymnasia aut amphitheatra non sunt, in Circo.*

Eius templum vulgo in Amphitheatris.

CAP. XXIV.

Studia vulgi in varia genera gladiatorum. item sponsiones. Principum ipsorum crudus favor.

DIXIN' omnia, Lipsi? an est quod me fugit? fugit etiam. Nam de factionibus sponsionibusque in Arena, dignum nota. Vilissimæ enim animæ addictæ his ludis & velut consecratæ, in partes diducebantur, & magno studio huic generi gladiatorum favebant aut illi.

Studia & factiones in Arena.

Atque ut in Circo, alius in Venetum pannum, alius in Prasinum pronus: sic in Amphitheatro, hic in Thracum armaturam, alius in Myrmillonum aut Secutorum. Antoninus Imp. in *vita sua*: *παρὰ τοῦ τροφέως, τὸ μήτε πρασιανὸς, μήτε βενετιανὸς, μήτε παλμυλάριος ἢ σεκουτόριος γενέσθαι*: id est, *Ab educatore suo, non Prasianus, non Venetianus, non Parmularius, aut Secutorius factus.*

Parmularii.

Parmularii videlicet fautores Thracum dicti, quia parmæ favebant: & simili modo Secutoriani.

Secutoriani.

Martialis:

> *Vincenti parmæ cum sua turba favet.*

Apud Arrianum Epictetus & explicat hunc morem & coercet lib. III. *Dissertationum*, cap. IV. quem videte. Sed &

Sponsiones pro victoria. Sponsiones interponebantur vulgo, uter vinceret. Ovidius I. *de Arte*:

Hos aditus Circusque novo præbebit amori:
Sparsaque sollicito tristis arena foro.
Illa sæpe puer Veneris pugnavit arena:
Et qui spectavit vulnera vulnus habet.
Dum loquitur, tangitque manum, poscitque libellum,
Et quærit, posito pignore, vincat uter:
Saucius ingemuit, telumque volatile sensit,
Et pars spectati vulneris ipse fuit.

Principes imbuti hoc favore aut odio. Et vulgus hæc tantum? Principes imo ipsi. Titus Imp. *studium armaturæ Thracum præ se ferens, sæpe cum populo & voce & gestu, ut fautor, cavillatus est*, ait Suetonius in *Tito* cap. VIII. *Adserta Suetonii lectio.* Quo loco non lusciciosus sed cæcus Glareanus, qui rescribendum contendit, *non ut fautor*, addita negatione. Sed ego, vosque, capimus. Domitianus contra, in hoc quoque diffidens a fratre, myrmillonibus fautor. Nec simplex hic favor, & in re ludicra, ludus: in iram, inimicitiam erumpebat, imo cædem. *Caussa mortis hic favor.* Domitianus *Patremfamilias, quod Thracem myrmilloni parem, munerario imparem dixerat, detractum e spectaculis, in arenam, canibus objecit, cum hoc titulo, Impie locutus parmularius*, ut verba Suetonii sunt *Domitiani* cap. x. *Suetonius explicatus.* Hoc volebat scilicet ille civis, Thracem resistere myrmilloni posse, cui viribus par: non posse Editori (ipsi nempe Domitiano) a quo premebatur. Hoc dictum luit sanguine suo miser. Apposite & aperte hanc sævitiam tetigit Plinius in Laudatione Trajani: *Nemo spectator spectaculum factus, miseras voluptates unco & ignibus expiavit. Demens ille* *Domitianum tangit* *verique honoris ignarus, qui crimina majestatis in arena colligebat, & se despici ac contemni, nisi etiam gladiatores ejus veneraremur, sibi maledici in illis, suam divinitatem, suum numen violari interpretabatur: cum se idem, quod deos: gladiatores, quod se putabat. At tu Cæsar quam pulchrum spectaculum pro illo nobis execrabili reddidisti? Vidimus delatorum judicium, quasi grassatorum, quasi latronum. non solitudinem illi noviter* (moneo legendum abjunctis litteris, *non iter*) *sed templum, sed forum insederant*, &c. *Plinius correctus.* Et sane etiam ante Domitianum hæc factitata: ex his Senecæ verbis, lib. I. *de Clementia* cap. XXVI. *Non convivia secura ineunt, in quibus lingua sollicite etiam ebriis custodienda est: non spectacula, ex quibus materia criminis ac periculi quæritur. Apparentur licet*, inquit, *magna impensa & regiis opibus, & artificium exquisitis nominibus: quem tamen e ludo in carcerem ire juvet?*

CAP. XXV.

Quid pro Romanis proque his ludis dici possit? Solitos dari sub belli tempus. In fine mos de reliquiis vini.

SED ego abjungo fessus. & dicite serio, nonne etiam vobis

Lumbi sedendo, oculique spectando dolent?

Non mihi, ait Lernutius. Pulchri isti & oblectantes ludi. Ego ad eum adducto vultu, Quod verbum te fugit? inquam. Ex imo pectore id dicis, an e labris? Ex pectore, inquit: atque adeo addo utiles fuisse, non solum oblectantes. *Pro gladiatoribus aliquid.* Nec vultu isto me terrueris. de Romanis loquor, non de nobis: de noxiorum cæde, non de innocentum. Et dic, sodes, tu: gentem natam ad arma, & in armis; cui fatum, vi domare orbem: miraris in remissionibus ludicrisque ipsis prætulisse arma? sanguinem oculis usurpasse & cædem? *Bellicum esse spectaculum.* Ego vero a legislatoribus multas meditationes gymnasiaque instituta scio ad fortitudinem: nullum efficacius isto. Lacedæmonii pueros ad aram cædunt, sanguinem eliciunt: *Meditationem fortitudinis.* tu homo misericors, si intervenias, credo, plores. At palæstram eam fortitudinis patientiæque Lycurgus censuit. Atque illi in liberis innoxiisque corporibus sævitia ea usi: Romanis, quos scelera sua lexque damnarant, non licuit interficere animadversione pariter & exemplo? At enim delectati ea cæde fuerunt. Fateor, sed non is finis. *Voluptatem spectantium, accessionem esse, non finem.* Non delectare, sed confirmare eo spectaculo mentem oculosque voluerunt: & vivis præsentibusque exemplis monere *Fortiter agere, fortiter pati*. Accessit tamen trepida quædam voluptas. quid mirum? Apud nosipsos, qui religione & more arcemur ab laniena, in hanc partem scilicet non peccatur. *Cupiditas humana videndi sanguinis.* Præliorum igitur sermo sit: quotusquisque erit, qui non e specula aliqua videre optet pugnantium morientiumque stragem? Lege in reum agatur: quis non relictis rebus in forum accurret, ut strictum carnificis gladium videat, & unius miseri purpuream cervicem? Ita est. queri libet de perversitate naturæ. Hominem nascentem videre non capimur: capimur præter fatum morientem. Sed Romanis, ut dixi, qui primi ludicri auctores, non is scopus: militiam modo & fortitudinem spectarunt. Cicero bene *Tusculana* secunda: *Crudele gladiatorum spectaculum & inhumanum nonnullis videri solet. & haud scio an ita sit, ut nunc fit. cum vero sontes ferro depugnabant, auribus fortasse multæ, oculis quidem nulla poterat esse fortior contra dolorem & mortem disciplina.* *Ad mortis contemptum facere.* Et Plinius in *Panegyrico*: *Visum est spectaculum inde non enerve nec fluxum, nec quod animos virorum molliret ac frangeret: sed quod ad pulchra vulnera, contemptumque mortis accenderet, cum in servorum etiam noxiorumque corporibus amor laudis & cupido victoriæ cerneretur.* Itaque dabant plerumque gladiatores, ituri ad bella. Spartianus in *Severo*: *Profectus dehinc ad bellum Parthicum est, edito munere gladiatorio.* *Ideo dari solent tempore belli.* Et satis multis verbis Capitolinus in *vita Maximi & Balbini*: *Unde autem mos tractus sit ut proficiscentes ad bellum Imperatores munus gladiatorium & venatus darent, breviter dicendum est. Multi dicunt apud Veteres hanc devotionem contra hostes factam, ut civium sanguine litato specie pugnarum se Nemesis, id est, vis quædam fortunæ satiaret. Alii hoc litteris tra-*

*dunt, quod verisimilius credo, ituros ad bellum Romanos debuisse pugnas videre, & vulnera, & ferrum & nudas inter se * cobortes*, (emendandum censeo, *nudos inter se coortos*,) *ne dimicantes in bello armatos hostes timerent, aut sanguinem pertimescerent*. Atque hæc satis, ut opinor, ad excusandum publicum morem. quem tam ipsum privatim si spectas, quid? non tu, Lipsi, momentum aliquod habuisse censes ad virtutem? Magnum. Tempora nostra, nosque ipsos videamus. Oppidum ecce unum alterumve captum, direptum est; tumultus circa nos, non in nobis: & tamen concidimus, ac turbamur. Ubi robur? ubi tot per annos meditata sapientiæ studia? ubi ille animus qui possit dicere, *Si fractus illabatur orbis*? Ignave miles, sequere me non in philosophicum, sed in hunc pugnatorium ludum. Vides tu illum gladiatorem? illum barbarum? illum perditum? fortiter ecce occumbit: jugulum præbet: ferrum attemperat sibi ipsi. Tu degener, rem non trahis in exemplum? non tecum sic loquere? Homullus ille sine litteris, sine disciplina, mortem contemnere potest, extremum rerum humanarum: exsilium ego & mutationem loci formido. Ille sanguinem amittit alacer: ego, si ager aut resculæ meæ mihi eripiantur, plorem. Cervorum videlicet similis, quibus ut frustra ingentia cornua, cum desit animus; sic mihi hæc litterarum tela nescio uti. Desierat Lernutius, & parabam respondere ego: sed Duza interpellans, Ne nunc reciproca Lipsi, inquit, hanc serram. Diei tempus vides? contenebravit. Certe video, inquam: eamus. Et jam surgere nitebamur, sed capite quassanti Lernutius, Non ita, non ita, inquit. non dimitto. Quid? inquam, etiam Caligulam imitabere, & inclusos necabis in hoc Circo? Prorsus, inquit. aut vos bellaria hæc tangite, ne adposita frustra. Vin' tu, Lipsi, de hoc cannarum melle? *Sacchar* appellarunt Arabes. Certe convenit tibi homini tam miti & tam molli. Ego renui: &, non capio, inquam, ab hoc Falaride. Apud Anthropophagos nasci debuisti tu. non spectasses solum, credo, sanguinem, sed gustasses. Pax! bona verba, ait Lernutius. & in fermento es? exjurabo potius, me priora illa dixisse per jocum. Vinum hoc a me cape. Cyathumque porrexit; quem ego vix summo ore delibans puero tradidi, & bibere jussi. Non tulit Lernutius: & quæ hæc res? inquit. Proba & antiqua, inquam. Ita receptum, ut in fine mensæ, puero qui a poculis, reliquias darent vini. Imo religio quædam in illo. Athenæus libro extremo: *Ἔθος δὲ ἦν ἀναστᾶσι τοῦ δείπνου, καὶ σπείσασι, τὸ λοιπὸν τοῦ ἀκράτου τῷ διδόντι παιδὶ ἐκπιεῖν διδόναι*, Id est, *Mos erat ut cum surgerent a mensa, cumque libassent, vini reliquum puero illi darent qui bibere ministrasset*. Dixi, & surrexi. sed Victor ad nos, Amici inquit, cras nempe apud me eritis. Hem! inquit Duza. cras iterum ad convivium? Hæc erit profecto, ut Græci dicunt, *συμφίου βίος*. Tamen, si Pighius hic vult; me, Victor, vince. Sint sane hæc tertia legitima Saturnalia, inquit Pighius. Veniemus. Dictum simul, abitumque.

** Atqui non per cohortes pugnabant vulgo.*

Capitolinus correctus.

Potuisse etiam privatim esse utile id ludicrum.

Exhortatio ad constantiam.

Reliquiæ vini pincernæ puero datæ, ritu prisco.

JUSTI LIPSII
DE
AMPHITHEATRO
LIBER.

IN QUO FORMA IPSA LOCI EXPRESSA, ET RATIO SPECTANDI.

UT ET

DE AMPHITHEATRIS
QUÆ
EXTRA ROMAM
LIBELLUS.

IN QUO FORMÆ EORUM ALIQUOT ET TYPI.

NOBILISSIMIS AMPLISSIMISQUE VIRIS,

JANO DOUSÆ,

PAULO BUSIO,

ABRAHAMO AB ALMONDE,

ACADEMIÆ CURATORIBUS,

J. LIPSIUS

DEDICO.



PUS hoc meum, sive opellam potius, DE AMPHITHEATRO, vobis, Viri Amplissimi, inscripsi: ut in parte aliqua exsolverem & laxarem vinclum istud beneficiorum, quo arte me ligastis. Debere enim largiter me vobis fateor, sive meo nomine, quod hospitem & pæne ignotum excepistis, fovistis, ornastis; sive magis publico, quod vitam ac spiritum reddidistis optimarum artium studiis, quæ profugæ inter insana hæc arma, apud exteros jam circumspiciebant novi exsilii sedem. Sed vos perculsas eas ac trementes firmastis: & cum multorum admiratione, quorumdam invidia, in ea regione collocastis, quæ antea Mercurio magis amica, quam Minervæ. Magna hæc res & laus, apud animos non minus minutos: & quæ redundet aliquando necessum est, non ad Belgicæ solum commodum, sed Christiani hujus orbis. Scilicet multum est in his temporum tenebris, ac ruinis, lucem tamen aliquam priscæ & ingenuæ doctrinæ retinere: sine qua nec memoria rerum temporumque adservari, nec mitescere juveniles animi serio possint, & ad humanitatem imbui ac virtutem. Ut enim fertilissimos agros silvescere paullatim & sentibus obseri videmus, sine humana subactione aut cultu: sic optima ingenia efferari & inhorrescere, sine cultura ista litterarum. Laudabiles igitur vos, qui prudenter id vidistis, animose tentastis, feliciter perfecistis: vocatis & adductis in novum hoc Athenæum viris, quorum aliqui eruditione & splendore nominis clari per Europam. In quo tam præclare instituto ut perseveretis, non vos hortor (scio facturos vestra sponte:) illud magis rogo, ut munus hoc meum, magnæ gratitudinis exiguum apud vos pignus sit. quod ut ad gloriam aliquam vestri nominis faciat, opto & vix spero: juventutis tamen nostræ studia adjutum eo iri, sine superbia confido, imo confirmo. Valete. Nonis Januariis, Anni ∞. Iↄ. LXXXIV.

AD LECTOREM.



CUM univerſam rem Spectaculorum veterum illuſtrare ſtatuiſſem, Muneris inquam utriuſque, Circi, & Scenæ; atque ad eam cogitationem parata mihi jam materia omnis & ſeges eſſet: valde pro bono mihi viſum, imo neceſſario de Locis ipſis eorumque forma quædam prædici. Nam cum ratio tota ludorum innexa iis & apta ſit: fit omnino, ut qui illa non capiat, iſtos parum firmiter teneat, & caligans hæſitanſque neſciat etiam quæ ſcire ſe arbitratur. Itaque cum libros meos de Gladiatoribus *jam emiſiſſem, non ſine caveæ Senatoriæ & Equeſtris aliquo plauſu; illos* De Venatione *in manibus haberem & perpolirem: hoc quod vides,* De Amphitheatro, *prius contexui: in quo imago, facies, habitus omnis Arenæ expreſſus qua ſtilo meo, qua penicillo. Nam nec formas & imagines operum neglexi. etſi fateor, majorem me rationem rituum duxiſſe, quam Architecturæ. Illis enim hæc noſtra ſerviunt & prælucent, ut illos cenſemus ſcriptoribus priſcis. Tamen nec Architectura ſpreta a me prorſus, quatenus ea quidem ad voluptatem aliquid conferre videretur, ſive admirationem. Sed quidquid hoc eſt operæ, feriatum id mihi & vere ludicrum fuiſſe, non nego. Vix enim duodecim dierum tota iſta ſcriptio & meditatio eſt: quos lege ac more ſepoſitos a feriis publiciſque Lectionibus, transferre mihi viſum ad hanc curam. Nec adfirmatione alia res eget. ipſum ſyntagma oſtendet, non ea cura ac cultu fortaſſe, quo quædam e meis. Sed quid opus, aut nervos in remiſſionibus intendere? aut ſerio tractare ludos? Mihi (licet Invidia audiente & gemente hoc dicam) non iſta non alia ex Antiquitate tractare nimis arduum: ad quæ explicanda otium fortaſſe aut voluntas deeſſe mihi poterit, vix facultas. Nec placeant ſibi nimis, qui neſcio quid tale adnotant & decerpunt per partes. Sed me amor alius ſtudii jam incendit, & acri quodam thyrſo pectus mihi percuſſit alta illa Diva. Sapientiam intellego: cujus meracos puroſque fontes nunquam erit ut nimis miſceam aut diluam mitioribus iſtis ſuccis. Adhibebo tamen: ſed ut luſum, non ut curam: ut acceſſionem, non ut opus. Quem eundem animum in his talibus, mi Lector, ex animo tibi opto. Salve.*

AD LIBRUM

DE AMPHITHEATRO JUSTI LIPSII

VIRI CLARISSIMI

Quod fuerat magnis quondam decus Amphitheatris
Longæva annorum ſuſtulerat ſeries:
Et quamvis olim cunctorum in ſe ora trahebant,
Cognita & Eois, cognita & Heſperiis,
Ignorata diu tamen atque inhonora jacebant,
Nilque erat e priſca nobilitate ſuper.
Ipſum etiam nomen periiſſet, ſi modo certum
Ferre recuſaſſet Lipſius auxilium.
Aſt hic illorum caſum miſeratus acerbum,
Amphitheatra ſuo reſtituit decori;
Et, quæ jure bono potuiſſent Rudera dici,
Antiquo tandem nomine digna facit.
Jure igitur dubites quonam pro talibus auſis
Lipſiaden potius condecores titulo.
An Cæſar dicendus erit, qui plus facere unus
Ingenii mira dexteritate poteſt,
Quam tot Cæſario gaudentes nomine, quorum
Roma diu celſo paruit imperio?
Nam quæ millenos vix hi potuere per annos
Præſtitit exiguo Lipſiades ſpatio.
Adde, quod horum quæ fragili ſunt condita dextra,
Cedant damnoſi temporis arbitriis:
Sed quæ Lipſiadæ docta ſunt condita mente,
Vincent damnoſi temporis arbitria.
Quare aliquid majus quærendum eſt, quod mage dignum
Sit dio magni Lipſiadæ ingenio.
Quid tamen inveniam? Tantum illud dixero Lipſi,
Nulla tuas laudes pagina menſve capit.

JUSTUS RAPHELENGIUS.

INDEX CAPITUM.

JUSTI LIPSII DE AMPHITHEATRO LIBER.

CAP. [I.]

Dialogi occasio. Florentii laus. Urbs diruta, non diruta: & splendidæ ejus ruinæ.



CUM Romæ adolescens admodum agerem, lustrandæ & noscendæ inprimis antiquitatis, familiaritas mihi fuit sane utilis cum Nicolao Florentio populari nostro: viro a quo elogium Veritas numquam spernet veræ modestiæ & doctrinæ. Sed illa, in eo statim & adspectu ipso

Nic. Florentii laus.

B elucebat: hæc, secreta magis & recondita, nec eruenda nisi in consuetudine aliqua & usu. Ut gemmarum lapidumque arcanæ vires, non nisi attritu & experiendo apparent: sic in plerisque vera eruditio, quæ interiori animo insita, foras non spectat aut pendet. Alienus enimvero hic noster ab omni ambitione sive typho, Batava quadam simplicitate agebat: quique scire ipse, quam sciri; nosse multa, quam a multis nosci præoptabat. Sed cumprimis illi studium & scientia locorum monumentorumque veterum, quæ curiose jam aliquot annos lustrabat, indagabat, acri quodam & directo judicio, nova cum priscis, prisca cum illis

Doctrina vera, non ostentanda.

C componens. Haud temere illum fugiebat, quid, non dicam in quaque parte Urbis, sed Italiæ, eximium fuisset, & ex levibus quibusdam errantibusque vestigiis, mirum quam sagaciter perveniebat ad cubilia ipsa rerum. Cum hoc igitur viro & sermo mihi tunc creber, nec infrequens ambulatio fuit: cum studio quodam Antiquitatis incensus (cujus amor, ut cum Pindaro dicam, pupugerat mihi mentem) sæpe & peterem & promerem aliquid ex hoc thesauro. Quod ipsum accidit die quodam æstivo pomeridiano, cum ego eum statim a prandio (una enim fueramus) manu prendens, Imusne? inquam. Quo jam? inquit ille. Solemni nostro more, inquam, per colles istos ambulatum. Il-

D le paullo adductior, At solem hunc non vides, Lipsi? inquit; quem scire debes peregrino capiti Romæ non amicum. Ego cum risu, De sole securus es, mea quidem caussa, inquam. Vetus ego illi alumnus, nec quidquam metuo a meo Phœbo. Ita mox sumptis palliis exivimus, & præter Vipsanii Pantheon transgressi, collem Capitolinum adscendimus, descendimus: tandemque per Forum Rom. & Titi arcum sive fornicem euntes, haud procul stetimus a Principis ejus mole. Pedem enim hic fixit Florentius, Et visne Lipsi, inquit, dispersa in hoc campo ossa paullisper legamus magnæ matris? Romam dico. cujus reliquias &

Sol Romanus noxius [illegible].

Amphitheatro Titi.

A velut cineres adhuc vides, etsi crematæ non uno busto, eversæ non uno fato. Tres ad pulcherrimum hoc mundi opus evertendum dii conspirarunt, Cronus, Vulcanus, & pater ipse gentis.

Non tamen annorum series, non flamma, nec ensis
Æternum potuit hoc abolere decus.

ut antiquus quispiam poeta vere ait. Scilicet hæc ipsa ruta & cæsa spirant etiam Romam veterem, & velut scintillas emittunt prisci splendoris. Ex parietinis ecce istis & ex lapidibus imago statim animo oboritur urbis, quæ una fuit ab omni ævo, una erit. Sed jam distinctius lustremus. Viden tu collem illum ad lævam? Esquiliæ sunt. Radices

Roma sæpius eversa, non periit.

Id est, Mars.

Tacita quadam majestas ruinarum.

B ejus? ibi Carinæ. paullo longius, Thermæ Titi. Hic, Vicus sceleratus. Et cum diceret ille sedulo atque indicaret; ego in alia cogitatione defixus, oculos & mentem omnem habebam in ædificio quod exadversum erat. Itaque latus mihi tetigit, & Itane aliud agis? inquit. Ignosce, inquam. Invitos oculos meos traxit, & velut fascinavit eximia illa moles. Et dic sodes, cujus hoc opus? quando? qua fini? qua olim forma? Florentius renidens, Næ tu multa simul & semel petis, inquit. ac vereor, cum Plautino illo Sycophanta, ne face & viatico nobis opus sit ad tam longæ narrationis itter. Tamen docebo te in parte. transi huc, & propius lustra.

Amphitheatri semiruta moles.

C CAP. II.

Ad Amphitheatri descriptionem aggressio. Primo de nominibus ejus quæsitum. Cur Amphitheatrum dictum, & cur Cavea?

JAM intravimus; & videmus ecce confusam loci faciem, & formam vere informem. Lacera omnia & dirupta, nec aliud quam egregii operis umbra & cadaver. Itaque cum suspirio ad Florentium, Heu quæ ista res? inquam. Manu omnia dirupta, ut video, aut collapsa ævo: sine articulis ullis prisci corporis, sine membris. & quis mihi eruet ex istis verum vultum? Periti, inquit Florentius. inter quos non ego: tamen quo-

D niam avide aves, lineas tibi ejus operis videor posse ducere, & deformare id in parte. Adjuva hoc, Florenti, inquam ego, per tuam fidem. Certe si ullum opus dignum memoria & notitia nostra est, videtur istud. Nec erras, inquit. Itaque cum Aristophane,

Ἐκ τῶν ποδῶν ἐς τὴν κεφαλήν σοι πάντ᾽ ἐρῶ:
A capite adusque calcem cuncta edisseram.

quod scivero quidem ego, poteroque. Nam quædam etiam esse, in quibus hæreo & caligo, non nego.

Vastum igitur hoc omne quod vides, spectaculi locus fuit & ludicræ voluptatis. Colisæum, ut scis, hodie dicunt: prisci Amphitheatrum, & sæpe Caveam, sæpe Arenam.

Quia Neronis cum capite Colossus in vicinia.

Trina nomina ejus ludicri loci.

Arenam. Tria enim hæc nomina reperio. Amphitheatrum Græca voce ideo, quia gradus circum undique, & ſedilia continenter diſpoſita ambibant in orbem. Dio Caſſius lib. XLIII. Θέατρον κυνηγετικὸν, ὃ καὶ Ἀμφιθέατρον, ἐκ τοῦ πέριξ πανταχόθεν ἕδρας ἄνευ σκηνῆς ἔχειν, προσερρήθη: id eſt, *Theatrum Venatorium, quod & Amphitheatrum dictum eſt, ex eo quod ſedes undique in orbem habeat ſine ulla ſcena.* At Cavea Latinis; ab interiore hac parte quæ concava, ut vides, & capaci quodam profundo. Quod nomen quidem apud antiquos (libera rep. dico) * in theatris fere hæſit: ſed ſub Principibus, cum gratia & uſus Amphitheatrorum increbuiſſet, bono jure migravit ad iſta. Ammianus lib. XXIX. *Alter in Amphitheatrali cavea, cum adfuturus ſpectaculis introiret.* Tertullianus *contra Marcionem*: *Quid? non in omnem libidinem ebullis? non frequentas ſolemnes voluptates Circi furentis, & Caveæ ſævientis, & Scenæ laſcivientis?* Ubi cum ſævitiam Caveæ adtribuat, clarum eſt intellegi de Amphitheatro. Salvianus pariter: *Quidquid immoderationis in Circo, quidquid furoris in Caveis.* Julius Firmicus: *Nati ſub ſidere Caniculæ, erunt venatores, arenarii, parabolarii, & qui ſub conſpectu populi, in Caveis, cum feris pugnent.* Prudentius:

Cavea a cava dicta priſcis.

* *Et vix aliter apud Ciceronem ac veteres. At novis pro ipſo Amphitheatro.*

*Quid pulvis Caveæ ſemper * funebris, & illa*
Amphitheatralis ſpectacula triſtia pompæ?

* Funera autem ad Scenam referri non poſſunt.

Idem iterum de Virgine Veſtæ, quæ it ad Gladiatores ſpectandos:

Inde ad conſeſſum Caveæ pudor almus, & expers
Sanguinis it pietas.

Apulejus item aperte: *Dies ecce muneri deſtinatus aderat, & ad conſeptum Caveæ, proſequente populo, pompatico favore deducor.* Tertullianus (ſi recta lectio eſt) Caulam etiam in libello *De ſpectaculis* dixit, nove magis quam improprie: *Ceterum qualia illa ſunt, quæ nec oculus vidit, nec auris audivit? credo Circo, & utraque Caula, & omni Stadio gratiora.* Ubi ea voce includit etiam Theatrum, niſi ſi legendum *Cavea.*

Caula, pro cavea.

CAP. III.

Arenæ nomine dictum eumdem locum; ideo quia ſterni arena ſolitus. Cujus generis ea ſtratura? quam varia? Plinius & Ovidius explicati. Arenarii. Tertullianus emendatus, & declaratus.

SED & Arenam dixere vulgo, ſcilicet quia is locus deſabulari ſolet, & arena ſterni in uſum pugnæ. Nam ſi lapide aut ruderato; in tam crebra effuſione ſanguinis, lubrico ſtatim pavimento, quæ ratio ſtandi aut certandi? Arenam injecere igitur, quæ bibula: & quam ipſam renovare & velut inarare etiam ſoliti per intervalla ludorum. Martialis oſtendit, de Leone ſubito efferato:

Cauſſa inſternenda arenæ.

Quam per pueros quoſdam, non ſine luſus ſpecie, renovabant.

Nam duo de tenera juvenilia corpora turba,
Sanguineam raſtris quæ renovabat humum,
Sævus & infelix furiali dente peremit.
Martia non vidit majus Arena nefas.

Et credo quidem vulgariam arenam inſternisolitam: niſi quod quidam raſuram lapidis albi deſtinarunt etiam huic rei, quæſita gratia candoris. Plinius libro XXXVI. *Invenere & alium uſum ejus lapidis, in ramentis quoque, Circum maximum ſternendi, ut ſit in commendatione & candor.* Nec ſcio an ad hunc morem, mentem & calamum Ovidius flexerit, cum de Gladiatorum ſpectaculo ſcribit:

Arena a lapide abraſa.

Altera treſque ſuper raſa celebrantur arena.

Raſam enim arenam ingerunt hic conſenſu fidi & priſci libri, nec cauſſam adjectionis aliam facile invenio ab iſta. Niſi ſi Raſa ideo, quia ſuperficies illa æquabilis, terſa vento & velut raſa. At Principes interdum, arenæ loco, inſtravere minium aut chryſocollam. Plinius: *Viſumque eſt Neronis Principis ſpectaculis Arenam Circi chryſocolla ſpargi, cum ipſe concolori panno auri gaturus eſſet.* Suetonius de Cajo: *Edidit & Circenſes quoſdam præcipuos, minio & chryſocolla conſtrato Circo.* Sed hæc monſtrorum aliquot dementia; quibus ſatis non fuit oſtentare opes ſuas in ſpectaculis: voluerunt & calcare. Ceterum Editorum vulgus contenti, ut dixi, arena. Inde ea vox paſſim pro certamine Amphitheatrali, proque ipſo loco. Tacitus: *Spectacula gladiatorum idem ille annus habuit, pari magnificentia ac priora: ſed fœminarum Senatorumque illuſtrium plures per Arenam fœdati ſunt.* Juven.

E minio etiam, aut chryſocolla.

Arena pro certamine & loco.

—— & municipalis Arenæ
Perpetui comites.

Suetonius: *Equeſtrem ordinem ut Scenæ Arenæque devotum adſidue proſcidit.* Horatius:

Ne populum extrema toties exoret Arena.

Capitolinus: *Multos qui ſecum in Arena pugnaſſent, ſe Prætores videre.* In edicto Ædilium: *Quive in Arenam, depugnandi cauſſa, ad beſtias intromiſſus fuerit.* Sed nonne & Circus & Stadium, inquies, arenis ſtrata? non & illa igitur in communionem admiſſa hujus vocis? Strata: ſed non admiſſa; cave credas; quotienſque Damnari in Arenam, Arena mitti, taliaque in Juriſconſultis ſive Hiſtoricis legis; caute accipias de ferro tantum, aut cultro; id eſt, Gladiatoribus, aut Venatione; & magis pro iſta. Imperator quidem clare diſcriminat ecce a Circo, lege VIII. C. *De repudiis*: *Nec ullo modo uxorem expellet niſi adulteram, vel Circenſibus, vel Theatralibus, vel * Arenarum ſpectaculis ſe prohibente gaudentem.* In quo uſum quemdam ſermonis obtinuiſſe potius, quam rationem non infitebor. Ab hac ſtirpe Arenarii, qui in arena depugnant. Symmachus: *Dies muneris noſtri tempori admovetur: cui largitas candidati ſola non ſufficit, ſi lautioribus Arenariis deſeratur.* Arcadius Juriſconſultus: *Si ea rei conditio ſit, ubi Arenarium teſtem, vel ſimilem, admittere cogimur:* id eſt, Arena alterutra pollutum: ideoque infamem. Tertullianus: *Scenicos, Xyſticos, Arenarios illos amentiſſimos, quibus * viri animas, fœminæ autem illis etiam corpora ſua ſubſternunt.* Ita ſcribendus indubie is locus: & ſignificat pius & ſeverus noſter Cenſor, inſaniiſſe in hoc genus hominum non unam Fauſtinam. Nimirum, ut poeta ait,

An ea voce & Circus veniat?

Non videri.

* Id eſt, triuſque muneris.

Arenarii qui dicti?

* *Vulgo ſcribunt,* viris animas, fœminis aut illis.

—— ferrum eſt quod amant:

imo telum. Nec alia, quod ſciam, loci hujus nomina. Nam ejuſdem Tertulliani illud involutum, libello *de Spe-*

Tertullianus declaratus.

ctaculis, capite XII. emendatione vera evolvo. Legunt vulgo; *Quid ego de horrido loco dicam, quem nec perjuria sustinent? Pluribus enim & asperioribus nominibus Amphitheatrum consecratur, quam Capitolium omnium dæmonum templum est.* Frustra quæras hæc nomina. Scribo igitur, & distinguo: *asperioribus numinibus Amphitheatrum consecratur, quam Capitolium, Omnium dæmonum templum est.*

Et correctus.

CAP. IV.

Ex occasione, de diis quibus Amphitheatrum sacratur. Dianæ inprimis, Jovi Latiari, sive Diti; item Saturno. Ara Jovis in Arena. Mactatio ad eam stata unius e bestiariis. Tertulliano ac Minutio lux.

QUOD ut tibi liqueat, non defugiam breviter ea commemorare, quoniam id quoque ad lucem hujus rei facit. Dedicabant inprimis locum & ludum hunc Dianæ. Tertullianus: *Martem & Dianam utriusque ludi* (Gladiatorium & Venatorium designat) *præsidem novimus*. Cassiodorus, magis distincte, sacrat Dianæ Tauricæ. *Spectaculum*, inquit, *tantum fabricis clarum, sed actione teterrimum, in honorem Scythicæ Dianæ repertum, quæ sanguinis effusione gaudebat*. Nec ab alia causa, Dianam pro ipsa Venatione amphitheatrali Martialis posuit:

Diana, pro ipsa Venatione amphitheatrica. Jupiter Latiaris.

Inter Cæsareæ discrimina sæva Dianæ.

Sed & Jovi sacrabant, sive Latiari, sive Stygio. De illo Tertullianus *Apologetico: Ecce in illa religiosissima Æneadarum urbe est Jupiter quidam, quem ludis suis humano sanguine proluunt. Sed bestiariorum, inquitis. Opinor hoc minus, quam hominum.* Idem scriptor *adversus Gnosticos: Sed enim Scytharum Dianam, Gallorum Mercurium, Afrorum Saturnum, victima humana placari apud sæculum licuit. Et Latio ad hodierum Jovi * media in urbe humanus sanguis ingustatur.* Minutius Felix: *Jupiter cum Hammon dicitur, habet cornua: & cum Capitolinus, tunc gerit fulmina: & cum Latiaris, cruore perfunditur.* Stygium sive infernalem interpretari eum videtur Prudentius:

* Ideo, *media*: quia Titi Amphitheatrum in urbe media; ut infra doceo.
Sive Stygius.

Quid pulvis Caveæ semper funebris? & illa
Amphitheatralis spectacula tristia pompæ?
Hæ sunt deliciæ JOVIS INFERNALIS, *in istis*
Arbiter obscuri placidus requiescit Averni.

Et aram imo Ditis in Amphitheatro positam agnoscere, quæ sanguine hoc perfusa.

*Funditur humanus * Latiari, in munere sanguis;*
Consessusque ille spectantum solvit ad ARAM
PLUTONIS *fera vota sui; quid sanctius* ARA
Quæ bibit egestum per mystica tela cruorem?

* Ita distinguo & capio, non ut munus Latiare appellet: sed ut Jovi Latiari fusum sanguinem in munere velit.
Mactatio horrenda, nec Romanorum cultu digna.

Quinimo ex Minutio colligas, solemne quoddam ibi hominis sacrificium fuisse, velut ad committendos ludos. Ait: *Hodieque a Romanis Latiaris Jupiter homicidio colitur, & quod Saturni filio dignum est, mali & noxii hominis sanguine saginatur.* Mali, inquit, & noxii hominis; id est, Bestiarii. Itaque labor ut in Tertulliani loco, quem primitus adtuli, cum melioribus libris legam: *Sed bestiarii, inquitis. Opinor hoc minus, quam hominis.* Sed præter hos deos, Saturnus etiam in partem venit hujus tutelæ. Lactantius ita adserit, ex sententia Sinnii Capitonis: *Venationes & quæ vocantur Munera, Saturno adtributa sunt: ludi Scenici, Libero: Circenses, Neptuno.*

Tertulliani correctus.

CAP. V.

Quando prima Amphitheatra cœpere? videri sero irrepsisse: idque statim post Venationem. Sed lignea primo fuisse; mox e lapide. Statilii Tauri. Augustum deditum Venationibus. Dio correctus. Antiquariorum error in loco Tauriani Amphitheatri.

DE impia vanitate, satis; ad locum describendum redeo: cujus primum ortum & quasi natalem diu quæsivi frustra. Non enim magis clarum, quando Amphitheatra hæc instituta, quam quando Venatio ipsa. Quam posteriorem Gladiatoribus esse, & in Circi sede diu hæsisse, inducor non vanis conjecturis, quas promo lib. I. *De Venat.* Nata tamen Amphitheatra, nisi fallor, haud diu ante tempora reip. desidentis; & quidem temporanea primum, & e ligno. Ita Curionem (illum Tribunicium dico, qui tuba belli civilis) ligneam molem exstruxisse, quæ diducta, duo Theatra redderet; iterumque Amphitheatrum unum, conducta, Plinius refert libro XXXVI. Et in Dione lego, Theatrum quoddam e ligno exstructum, corruisse cum multorum clade. Verba enim ejus sic rescribam, libro XXXVII. Καί τι ϗ θέατρον πρὸς πανήγυρίν τινα ἐκ ξυλῶν ᾠκοδομημένον ἀνετράπη, ϗ ἄνθρωποι παμπληθεῖς ἀπώλοντο. *Atqui & theatrum e lignis ad ludos quosdam factum collapsum est, & plurimi mortales perierunt:* non ut vulgo, ἐκ Σύρων: ex quo Interpres nescio quid perplexi expedit, sive impedit potius, *ad ludos de Syris*. Sane valde recepta & crebra, Spectacula hæc lignea; quod Vitruvius etiam suggerit, libro V. *Dicet aliquis forte, multa theatra Romæ facta quotannis, nec ullam rationem harum rerum in his fuisse; sed errabit in eo, quod omnia Publica* LIGNEA *theatra tabulationes habent complures, quas necesse est sonare.* Et Cæsar ipse Julius, jam Dictator, Amphitheatrum ligneum exstruxit in campo Martis: quod Dio Cassius adsignificare videtur fuisse inventi novi. Libro XLIII. πολλὰς, inquit, ϗ παντοδαπὰς ἀγῶνας ἔθηκε, θέατρόν τι Κυνηγετικὸν ἰκριώσας, ὃ ϗ ἀμφιθέατρον (ἐκ τοῦ πέριξ πανταχόθεν ἕδρας ἄνευ σκηνῆς ἔχειν) προσεῤῥήθη. *Multa & varia spectacula edidit, venatorio quodam theatro e lignis structo: quod & Amphitheatrum (ex eo quod undique sedilia in orbem habeat sine scena) appellatum est.* Dixi ligneum, quia Dio verbo utitur ἰκριώσας: & quia postea memoria ejus nulla. At sub Augusto, & Venatio valde jam increbuit, & increvit ejus dignitas. Sive una cum opibus augescente luxu: sive potius, quia ipse Princeps valde in hunc ludum pronus. Victor de eo: *Quodque est læti vel amœni*

Ortus Amphitheatrorum non liquidus.
Curionis versatilis moles.
Conjectura in Dione.
Lignea theatra & amphitheatra crebra.
Julius Cæsar exstruxit.
Augustus fautor Venationis.

animi, oblectabatur omni genere spectaculorum, PRÆCIPUE FERARUM *incognita specie & infinito numero.* Et. ipse Augustus in lapide Ancyrano fatetur, Venationes se dedisse, QUIBUS. CONFECTA. SUNT. BESTIARUM. CIRCITER. TRIUM. MILLIUM. ET QUINGENTA. Itaque statim Venationi tunc reperta propria & mansura domus. Amphitheatrum Anno urbis DCCXXV. exstructum e lapide, Augusti suasu, Statilii Tauri opibus & sumtu, in campo Martio. De quo Dio libro LI. ὁ Ταῦρος Στατίλιος θέατρόν τι ἐν τῷ Ἀρείῳ πεδίῳ κυνηγετικὸν λίθινον, καὶ ἐξεποίησε τοῖς ἑαυτοῦ τέλεσι, καὶ καθιέρωσε: id est: *Statilius Taurus in campo Martio theatrum quoddam Venatorium lapideum, & struxit suis impensis, & dedicavit.* Ait Dio diserte ἐν τῷ Ἀρείῳ πεδίῳ. Antiquarii igitur nostri, Martianus, aliique, quomodo non errant, qui locant id in monte Cœlio? Præsertim cum & Victor in descriptione summaria urbis, pariter ponat in regione IX. Circi Flaminii: sub qua Martius campus. Hoc solum primumque lapideum Amphitheatrum Romæ fuit, ad tempora Vespasiani. Nam quod Caligula struere cœperat apud Septa, Claudius omitti voluit, Suetonio narrante in *Calig.* cap. XXI. Et quod Nero postea magnificum in campo Martio erexit, fuit saltem e ligno. De quo Tacitus libro XIII. *Annal.* & Suetonius in *Ner.* cap. XII. Fateor & Castrense quoddam Amphitheatrum fuisse, Regione * Esquiliis: quod P. Victor commemorat: sed cujus structor mihi irrepertus; nisi si is Tiberius Imp. fuit, qui idem struxit & Castra. Pompeii Amphitheatrum nullum: nec Plinius tibi imponat libro XXXVI. cap. XV. ubi, *Pompeii Amphitheatri*, aperto librariorum errore leges, pro, *Pompejani theatri*. Quod non monerem, nisi præteritum etiam Hermolao.

Quot feras dederit suis muneribus?

Tauri lapideum Amphitheatrum.

Archæologi nostri, hic [illegible].

Caligulæ imperfectum spectaculum. Neronis item non diuturnum.

* Castrense Amphitheatrum, cujus ruinæ hodie Romæ. Correctus leviter Plinius.

CAP. VI.

Tauri Amphitheatrum exustum, & reparatum. Aliud majus a Vespasiano structum. Urbe veteri media. Suetonius correctus Fortasse & Victor. Titus dedicavit id opus; postea collapsum, & sæpe instauratum.

STATILII ergo illud in multa fama, & usu: donec ambustum fuit sub Nerone. Xiphilinus admonuit, ubi de magno illo incendio: τό τε Παλάτιον τὸ ὄρος σύμπαν, καὶ τὸ θέατρον τοῦ Ταύρου ἐκαύθη: id est, *Palatinus Mons universus, & Tauri Amphitheatrum conflagravit.* Et quamquam restitutum postea, (Victor id suadet, qui ponit inter opera, quæ ævum ferebant suo ævo:) tamen quia incendio illo informius redditum & infirmius, occasio data Vespasiano & cupiditas struendi novi. Struxit, & quidem ut Suetonius ait, in media urbe: hoc ipsum, Lipsi, quod insistimus, quod manu oculisque tangimus: & quod jure miremur injuriis restitisse tot annorum, tot bellorum. Ego interrumpens, Sermonis mihi venia sit, inquam. Hoc illud, ais, quod urbe media? Valde erras. Oculis hunc urbis ambitum, sive pertica metire: a latere propius aberit, quam ab umbilico. Florentius, Pomœrium te decipit adolescens, inquit, novæ urbis: quod ab * Aureliano, & post illum est. At veterem finitionem & limitem si inspicis: prope verum est Suetonii nota. Cujus ipsa verba referre mihi pretium, ut emendem. In *Vespas.* cap. IX. *Fecit Amphitheatrum urbe media, uti destinasse compererat Augustum. Amplissimos ordines & exhaustos cæde varia, & contaminatos veteri negligentia, purgavit supplevitque.* Scribo & interpungo: *amplissimum. Ordines*, Amphitheatro enim data laus & titulus, Amplissimi, non Ordinibus; e quibus soli Senatui convenire eum scio, nec tributum Equiti unquam. Etsi de justa medietate tamen haud adfirmo: satis est circa fuisse. Struxit autem Vespasianus in consulatu suo octavo: id est, vix biennio, ante vitæ finem. Inducor a Nummo, cujus inscriptio: IMP. CÆSAR. VESPASIAN. AUG. COS. VIII. P. P. & parte altera, expressa hæc Amphitheatri figura. Itaque cœpit opus ipse, non absolvit: struxit, non exstruxit. At Titus filius summam manum imposuit, idemque dedicavit. Duorum ergo Principum opus: ideoque non male Sex. Rufus qui ambigue inscripsit, *Flavii Amphitheatrum*: etsi fama & vulgus Tito magis adjudicarit: sive favore quodam in illum, sive potius ex Romano ritu, quo receptum, opera censeri a dedicante. Non satis considerate igitur Eutropius & Cassiodorus, qui fecisse Titum id autumant: magis Aurelius Victor, qui perfecisse: *Biennio post*, inquit, *ac menses fere novem, Amphitheatri perfecto opere, lautusque veneno interiit.* Ubi Lauti vox meis naribus parum elauta; quam enim habet sententiam? scribamque libens, *Amphitheatri perfecto opere, Lautibusque*: vel, *Lautiisque*. Censeo enim duo opera commemorari ab eo Titi, Amphitheatrum & Thermas. Quas infrequentiori nomine Lautus adpellat: uti Festus *Lautulas, Loca ubi lavandi usum exercebant.* Durum hoc mihi ipsi videretur; nisi Victorem cogitarem, & reliquam ejus adfectatæ novitatis phrasim. Atque hi duo soli Principes fecere; alii refecere, cum casu aliquo læsum, aut igne fuit. Inter eos M. Antoninus Pius, ut refert Capitolinus: *Opera ejus*, inquit, *Romæ hæc exstant. Templum Hadriani, Græcostasium post incendium restitutum, instauratum Amphitheatrum.* Idem Eligabalus, Lampridii testimonio: *Amphitheatrum ab eo instauratum post exustionem.* Denique Senatus ipse eam tuitionem suscepit, sub Gordianis. Capitolinus: *Quid enim opus est de restitutione templorum, de * thermis Titianis, de ædificatione Amphitheatri agere?* Ita multorum cura, & Genio quodam Perennitatis, pervenire tanta machina potuit ad hoc ævi.

Caussa novi Amphitheatri.

Quod urbe media Vespasianus cœpit.

* Qui campum Martium inclusit.

Labes elota in Suetonii verbis.

Solus Senatus, ordo amplissimus. Quando Vespasianus cœperit?

Titus id absolvit.

Victoris parum clara aut certa lectio.

Durus ipse, & ferrei scriptor.

Multi refecerunt Amphitheatrum.

* Quæ nescio an in Agellio restituendæ sint, lib. III. c. X. *Apud illum est Titias*, non autem *Sitias*, ut libri. Nec tamen adfirmo.

CAP. VII.

Communis Amphitheatri Titiani forma. Altitudo, & capacitas ejus. Lacus & præconia. Denique ubi situm? Martialis explicatus.

VERE enim grandis. Altitudinem hanc vides? nunc quoque miranda est; etsi multum a vertice ejus corruit, mul-

Altitudo Amphitheatri.

A tum pedibus subsedit. Nam mole & ævo, magna hæc pondera clare desident, terra cedente. Adde aggestum ruinarum: quantum periit? Alta igitur, & Ammianus de ea: *Amphitheatri molem solidatam lapidis Tyburtini compage, ad cujus* SUMMITATEM AEGRE VISIO HUMANA CONSCENDIT. Vides hunc orbem? is quoque capax: & supra tuam fidem. P. Victor: *Amphitheatrum*, inquit, *quod capit loca* LXXXVII. ∞. Et de gradibus tantum intellegit, credo: in quorum pulvillis sedisse commode vult octoginta septem millia hominum.

Capacitas caveæ gradibus.

B At in ambitu illo superiore & circumjectis porticuum Aulis, non minus item spectarunt quam dena aut vicena potius millia: sive stantes, sive in allatis cathedris sedentes. Jure ergo molem hanc admiratus Cassiodorus, in hoc eulogium erupit: *Hoc Titi potentia Principalis, divitiarum profuso flumine, cogitavit ædificium fieri, unde* CAPUT URBIUM *potuisset*. Et Martialis ante opera omnia orbis ponit, historica, non poetica fide:

Amphitheatri laus, a Cassiodoro.

A Martiali item.

C *Omnis Cæsareo cedat labor Amphitheatro:*
Unum præ cunctis fama loquatur opus.

Intellegit enim hoc Titianum: nec ad Domitianum illa, aut de Domitiano, ut alucinatur Interpretum vulgus. Doctorum Curia mecum scit, non ista solum, sed totum Epigrammatum primum libellum in Titum convenire & ejus ludos: quos in dedicatione hujus Amphitheatri exhibuit per dies pæne centum, Xiphilinus auctor. Idem poeta, venerabilem molem appellat:

D *Hic ubi conspicui venerabilis Amphitheatri*
Erigitur moles, stagna Neronis erant.

& simul locum præit, in quo hoc opus destitutum; qui pars fuit Neronianæ domus Sub has laudes exclamavi ego, Jam ardeo Florenti, ardeo; restingue hunc ignem: & singillatim mihi explica veterem germanamque faciem hujus loci. Florentius, Non invitus, inquit; scio enim (præter ingenuam delectationem, quæ hic adjuncta) nihil magis facere ad illustrandam rem omnem spectaculorum. Quorum cum tam crebra mentio in omni genere scriptorum;

E cur fugiam tenebras tuas pellere exigui sermonis face? Audi igitur; describam tibi omnem interiorem hanc molem, imo depingam: & quidem, quo magis capias, per partes. Bene enim olim Corynna ad Pindarum:

Τῇ χειρὶ δεῖ σπείρειν, ἀλλὰ μὴ ὅλῳ τῷ θυλάκῳ,
Manu serendum esse, non sacco toto.

CAP. VIII.

F *Ingressio in particularem Amphitheatri descriptionem. Primum de forma ejus: quæ Ovalis ostensa. Calpurnius & Dio explicati. De solo Arenæ: in quo cloacæ sive specus; & cui rei? Item de Portulis.*

SED visne admoveamus nos paullum ad inferiorem hunc parietem, ubi umbra? Imo sedeamus etiam, si ita visum, inquam, in graduum his fragmentis. Simulque sedi ego; & ridens, ad Florentium, Quis scit, inquam, si locum nunc non premam magnæ alicujus umbræ? Florentius se quoque jam collocans, Id quidem facile, imo necessum est, inquit. Nam ad podium sedemus, & in Orchestra; heu, quot hic olim Senatores? Sed specta.

Arenæ hujus primum, sive caveæ totius forma, non rotunda & orbicularis prorsum est, ut oculi tibi possint imponere: sed porrecta magis paullum, & oblonga. Dimensio id adprobat: ratio ipsa operis: quia Amphitheatrum junctum & factum ex duobus Theatris, rejecta scena. At Theatrum non justi hemicycli forma, sed amplius diametri quarta parte fuit: uti etiam nunc ostendit figura reliqua Theatri Marcellæi. Ex integro enim circuli ambitu, quartam partem si abscindis: quod majus ejus reliquum est, scito Theatrum id fuisse. Atqui ex iis, duo si jungis (ita tamen ut flexas lineas circa abscissionem, dirigas, vel potius extra leviter flectas) Amphitheatrum habebis. Ad compositionem hanc & figuram Cassiodorus prælucet: *Cum Theatrum*, inquit, *quod est hemisphærium, Græce dicatur: Amphitheatrum quasi in unum juncta duo* * *Visoria, recte constat esse nominatum*. Item Isidorus: *Amphitheatrum dictum, quod ex duobus Theatris sit factum. Nam Amphitheatrum rotundum est*, (non id quidem plane verum) *Theatrum vero ex medio Amphitheatro est, semicirculi figuram habens*. Ovidius clarissime;

Ratio fabricandi Amphitheatri Theatrique ipsius forma.

Duo Theatra juncta Amphitheatrum exhibent.

* *Ita vertit Theatra, nec improprie aut obscure.*

—— *structoque utrimque theatro,*
Ut matutina cervus periturus arena.

Ovo aptissime comparat idem Cassiodorus: *Ovi speciem*, inquit, *ejus arena concludens, ut concurrentibus aptum daretur spatium, & spectantes omnia facilius viderent: dum quadam* PROLIXA ROTUNDITAS *universa colligeret*. Itemque Calpurnius in *Bucolico*, de Venatione Carini:

Ovi forma hæc loca.

Et geminis medium se molibus alligat ovum.

Nam geminas moles, duo theatra intellegit: eaque alligari vult in ovum. Qui aliter explicant; circumludunt sententiam poetæ, non tangunt. Idem cum valle comparat, quæ cincta undique supino monte:

Calpurnius illustratus.

Qualiter hæc patulum vallis contendit in orbem,
Et sinuata latus, resupinis undique silvis,
Inter continuos curvatur concava montes:
Sic tibi planiciem curvæ sinus ambit Arenæ.

Amphitheatrum valli cincta montibus comparatum.

Nec versibus iis alia luce opus, nisi si apud elucum. Dio Cassius idem voluit, cum montem quemdam cum Amphitheatro componit: ὥστε, inquit, Κυνηγετικῷ θεάτρῳ τὸ ὄρος σύμπαν, ὡς μικρὰ μεγάλοις εἰκάσαι, ἐοικέναι: id est, *Ut venatorio theatro (parva magnis comparando) universus mons similis esset*. Habes universi hujus cavi formam; nunc aream vide. Ordiar enim cum Architectis ab imo solo. Ea pura, sine substructionibus aut ædificiis, libera tota ad cursum ferarum & ad pugnam. Excipio quod in ea alibi (partem enim non designo) Ara fuit e lapide: illa dico cruda Ara, quæ sacra Jovi Latiari. Prudentius id te docuit: si versus ejus audisti non jacenti aure. Jam sub ipsa area,

Arena area tota libera.

Nisi quod Ara...

Cloacæ subterraneæ. cloacæ. Ita credere me jubet Andreas Fulvius lib.I. *De Mirabilibus Urbis*: qui magnam etiam partem ædificii tolerari ab iis vult & sustineri. An ipse, an alius viderit nescio: *Ad quem usum eæ fuerint?* si vera traditio, ambigam, fuerintne reipsa cloacæ ad exsurgendum educendumque humorem illum * stagnorum, provide structæ: an potius cameræ quædam & specus subterranei, ad custodiam & receptum ferarum, quas tamen illi indiligenter cloacas censuerunt. Sive etiam ad usum aquarum, quas in Arenam occulte & subito inducebant atque educebant adNaumachias. Certe cum ferina magna vis cottidie in Amphitheatrum induceretur: quæri dignum est, quo loco eæ habitæ aut servatæ? *Feræ quomodo sub ipsam pugnam adservata?* Non enim omnes simul emissæ. Si in ipsa area uspiam: artarint locum. si extra: quomodo eæ statim perductæ, aut qui ad manum? Mea quidem opinio sit, partim subterraneos cavos fuisse, in quis reconderentur sub ipsos ludos: partim depositas eas in caveis sub interiore ista porticu, e qua portulæ & aditus plures pertinent in Arenam. Non tam clare eas Portulas hic vides (omnia enim hæc ruinis aggesta & obruta) *Portulæ in imo muro.* sed Veronæ clarissime: ubi utrimque * octo, nisi fallor, sub ipso isto Podii muro. At non eæ certe ad spectantium usum: quia in Arenam tantum conducunt, non ad subsellia aut gradus.

* Nam in stagnis Neronis structum Amphitheatrum.

* Duæ enim aliæ adversæ inter se, sed grandiores & veræ portæ.

CAP. IX.

De Specubus subterraneis, amplius. item de Caveis in Amphitheatris. Livii defectus aut expletus, aut sententia eruta. Portæ in caveis, & Plauto lux. Emissio ferarum & immissio.

ET de Specubus quidem sive cryptis, valde sententiam meam juvat Cyriacus Anconitanus, qui Majorum ævo Itinerarium scripsit. In quo de Amphitheatro Veronensi, sic tradit: *Et nunc conspicitur locus rotundus Arenæ, per totum magni saxis undique structus, & ut ita dicam persilatus, cum intus* CUBATIS *&* ANTRIS *multiformiter redimitus sit.* Sicut de Caveis, Livius lib.XII. loco prorsus quidem fracto & mutilo, sed ex quo tamen non obscure elicio quod facit istuc. *Caveæ ..... e ferro quomodo?* Ait de Censoribus, locasse eos faciendos *carceres in Circo, & ova ad notas curriculis numerandas, & * dam, & metas trans * &* CAVEAS FERREAS *pe* intromitterentur* *. In Circo, ut scimus, olim Venatio exhibita, ante Amphitheatra, *Livii fracta verba ad eam rem.* itaque huic fini ait Livius Caveas ferreas exstructas, per quas bestiæ (ita enim sententiam fuisse suspicor, si non verba) intromitterentur in Arenam. Nec de aliis Caveis Statius II. *Silv.* in Leone mansueto:

Statius explicatus.

—— stat cardine aperto
Infelix Cavea, & clausis circum undique portis
Hoc licuisse nefas pavidi timuere Leones.

Ubi nota mihi & Portas, quæ vel Cavearum sunt: *Portæ in caveis.* vel potius istæ Amphitheatrales de quibus dissero. Certe apud Plautum etiam Portæ in Circo ad bestias emittendas, in *Persa*: *Plautus explicatus.*

Ubi quid credideris, citius extemplo a foro
Fugiunt, quam ex porta ludis cum emissu'st lepus.

A Quem locum totum silentio premit uber alioqui Interpres: qui (fatendum est) non lucem, sed umbram sæpe facit nostro Umbro. Nescio an Ammianus de istis, l.XXVIII *Maximinus effudit genuinam ferociam: sicut sæpe faciunt Amphitheatrales feræ, diffractis tandem solutæ posticis.* An *portulis* ibi aliquis legat? sed audax sit, non muto. Ostia videtur Varro adpellasse, *De Re Rust. Ostium habere debet humile & angustum, & potissimum ejus generis quod cocleam appellant, ut solet esse in Cavea, in qua* (verius fortasse, *e qua*, non enim certe in ipsa Cavea pugna- *Leviter Varro correct....*
B bant, nisi si Caveam capit, pro Amphitheatro) *tauri pugnare solent.* Atque ex his Caveis cum impetu quodam emittebantur in Arenam. Vopiscus in *Probo: Neque erat bestiarum impetus ille, qui esse Caveis egredientibus solet*, *Emittere feras.* ita enim vere & acute emendavit olim laudatissimus ille Faber. Capitolinus in *Gallienis: Cum quidam gemmas vitreas pro veris vendidisset uxori ejus, surripi quasi ad leonem venditorem jussit; deinde Cavea caponem emitti.* Emittebantur ergo Caveis, iterumque in eas immittebantur post pugnam. Se- *Immittere.*
C neca *de Ira: Curriculi rotarumque versata facies leonem redigit inCaveam.* Sed & Portulas easdem ad hunc usum accommodare Vopiscus videtur, qui *Aditus* adpellat. In *Probo: Immissi deinde per omnes Aditus struthiones mille, mille cervi, mille apri.* Hic ego, Sed nonne etiam, mi Florenti, ista de Caveis itinerariis accipi possint, in quibus feræ clausæ & transvectæ? Claudianus eas, ut memini, pulchre describit, l.III. *De Laudibus Stilic.*

Hæc laqueis innexa gemunt, hæc clausa feruntur
D *ILIGNIS DOMIBUS, fabri nec tigna polire*
Sufficiunt: rudibus fagis texuntur & ornis
Frondentes CAVEAE, *ratibus pars ibat onustis*
Per freta vel fluvios. Exsanguis dextera torpet
Remigis, & propriam metuebat navita mercem.
Per terram pars ducta ratis.

Itaque potuere in Specubus illis, aut Fornicibus, deponi in his ipsis Caveis. Haud
E abnuo, ait Florentius: & addo eas Caveas ex argento & auro, per splendoris speciem sæpe factas. Sed pergamus in ipso loco nostro describendo.

CAP. X.

Aliter atque aliter solere ornari hanc Arenam in modum silvæ, in modum maris. Antra pro Caveis: interdum Naves. Vopiscus, Apulejus, Calpurnius emendati.

F ATque hæc solens & vulgata Arenæ facies: cui non nego comptum aliquem novitium sæpe additum, & colorum quosdam fucos. Varia enim cottidie ab ambitiosis Editoribus excogitabantur, ut studia spectantium allicerent lenocinio quodam novitatis. *Ambitio Editorum in ....* Ita fuere, qui arboribus hoc planum consererent, & Arenam totam verterent in silvam, scilicet ut vivam imaginem exhiberent veræ germanæque Venationis. *Arbores in arena ....* Audax inventum, & quod non

A melius tibi expresserim, quam ipsis Vopisci verbis, in *Probo*: *Venationem amplissimam dedit, ita ut populus cuncta diriperet. Genus autem spectaculi fuit tale. Arbores validæ per milites radicitus vulsæ, connexis longe lateque trabibus adfixæ sunt: terra deinde superjecta, totusque Circus ad silvæ consitus speciem gratiam nobis viroris obtulit.* In qua extrema clausula censeo legas, *gratiam novi viroris*. *Vopisci correctio.* Quomodum enim, *nobis*? nec Vopiscus ipse certe inter spectatores fuisse significat: quod abnuit ætas. Neque tamen gratia aut laus hujus inventi penes Probum: reperio Gor- B dianum jam ante factitasse idem etiam privatum. Capitolinum non aliter accipio, ubi *Capitolinus explicatus.* de magnificis ejus muneribus in Quæstura. *Feras Libycas uno die centum exhibuit, ursos uno die mille. Exstat silva ejus memorabilis, quæ * picta est in domo rostrata Cn. Pompeii, quæ ipsius & patris ejus & proavi fuit.* Sed & in Titi spectaculis tale aliquid indicat Mart. *Minerva ... lere ... Sat.*

Quidquid in Orpheo Rhodope spectasse Theatro
Dicitur, exhibuit Cæsar arena tibi.
Repserunt scopuli, mirandaque silva cucurrit,
C *Quale fuisse nemus creditur Hesperidum.*

Imo æmulabantur id jam in provinciis: atque Apulejus in muneris Corinthiaci apparatu describit: *Erat*, inquit, *mons ligneus ad instar inclyti montis illius quem vates Homerus Idæum cecinit, sublimi instructus tabula,* *Apuleius correctus.* (liber scriptus quem a Giselino meo sum nactus, *instructus fabrica*, rectius refert) *consitus viretis & VIVIS ARBORIBUS, summo cacumine de manibus fabri fonte manante fluviales aquas eliquans.* Nec in solo solum hæc D variatio, sed in Caveis ipsis, quarum loco invenerunt antra quædam coeuntia & deeuntia, quæ velut e terra emitterent subito feras. Calpurnius hoc voluit, cum in Carini Venatione timide miratur:

Ah miseri, quotiens nos descendentis arenæ
Vidimus in partes? ruptaque voragine terræ
Emersisse feras; & iisdem sæpe latebris
Aurea cum croceo creverunt arbuta libro.

Etsi legi ibi malim, *discedentis arenæ*, uti & *Calpurnii emendatio.* in Plinii de Curionis Amphitheatro, *disce-* E *dentibus tabulis*. Intellegit enim, arte quadam & machinis, antra illa, velut hiatu terræ, & aperta celeriter & operta: iterumque arbutis & virgultis tamquam crescentibus inducta. Quæ ipsa decora fuisse fatendum est, & blandientia sensibus imitatione quadam naturæ. At illud jam improbi acuminis, & nescias an exemplo quodam a sacra Noachi Arca; quod Navim ædificare *Navis ad ... Caveæ.* grandem aliquam solent in ipsa Arena, quæ solutilis esset, & subito luxata emitteret omne genus ferarum pro arbitrio magistri temperantis. Dio id scribit & narrat uber- F *Neronis ... exempla ...* tim in *Nerone*: vult etiam exemplum oblatum scelestæ illius navis qua matrem necaret, ab hac Amphitheatrali. Verba ejus commemini: ἐπεὶ γὰρ καὶ ἐκ τοῦ προφανοῦς ὀκνοῦν τὸ ἔργον, καὶ κρύφα διὰ φαρμάκων οὐκ εἶχον αὐτὴν ἀνελεῖν, ναῦν ἰδόντες ἐν τῷ ἀμφιθεάτρῳ διαλυομένην τε αὐτὴν ἐφ᾽ ἑαυτῆς, καί τινα θηρία ἀφιεῖσαν, καὶ συνισταμένην αὖ πάλιν, ὥστε καὶ ἐρρῶσθαι, τοιαύτην ἑτέραν ταχέως ἐναυπηγήσαντο, id est: *Et quoniam eam cædem palam non audebant, nec venenis clam*

A *patrare facile id possent: navim quampiam in Amphitheatro conspicientes ita factam ut sponte solveretur, & belluis quibusdam emissis, rursus compingeretur & rediret in priorem statum, visum iis huic similem ædificare.* Nec minus clare in *Severo*: τῆς γὰρ δεξαμενῆς ἁπάσης τῆς ἐν τῷ θεάτρῳ ἐς πλοίου σχῆμα κατασκευασθείσης ὡς τετρακόσια θηρία καὶ δέξασθαι καὶ ἀφεῖναι ἀθρόως. ἔπειτα ἐξαίφνης διαλυθείσης ἀνέθορον ἄρκτοι, λέαιναι, πάνθηρες, λέοντες, στρουθοὶ, ὄναγροι, βίσωνες, ὥστε ἑπτακόσια τὰ πάντα καὶ θηρία καὶ βοτὰ ὁμοῦ καὶ διαθέοντα ὀφθῆναι καὶ σφαγῆναι. id B est: *Receptaculum autem omnium ferarum in Amphitheatro exstructum erat instar navis, quæ capere simul & emittere posset ad feras quadringentas. Ea autem de subito occulte soluta, exsiliebant ursi, leæ, pantheræ, leones, struthiones, onagri, bissontes; ita ut septingentas feras aut pecudes simul & currere liceret cernere, & occidi.* Nec naves solum ejus- *Mare sive aqua in Amphitheatris.* modi induxere in Theatra, sed, quod magis admirere, quodammodo mare ipsum. Reperti enim qui hoc omne rotundum, per occultos quosdam ductus & meatus subito C aqua replerent: & pro terrestribus feris, monstra maris ostenderent, & classes, & navalem pugnam. Ei aquarum inductioni, *Natantia in iis ... monstra.* fortasse non aberret, qui subterraneos illos canales adtribuat, de quibus supra. Carini Principis ludis id factum, visumque a se Calpurnius memorat:

Nec solum nobis silvestria cernere monstra
Contigit, æquoreos ego cum certantibus ursis
*Spectavi vitulos, & * equorum nomine dignum* * Hippopotamos intellegit.
Sed deforme pecus.

Et diu ante illum Nero id usurparat, Dione D sic narrante: *Aliquando*, inquit, *belluis interfectis & Venatione exhibita, subito aquam in Amphitheatrum induxit, & navale certamen ostendit, rursumque ea educta, Gladiatores in loco præbuit: denique inducta iterum, magni sumptus publicum epulum.* Nec aliter Domitianus, qui ut Suet. ait, *prælium equestre ac pedestre commisit: & in Amphitheatro, navale quoque.* Noster Seneca ingenia istorum hominum miratur magis quam laudat in ep. XCI. *Qui euripos subito aquarum impetu implent, aut siccant.* Et ostendit inter novas inventiones esse.

E

CAP. XI.

De Muro qui Arenam cingit: de Podio quod super eum: ejus forma. Dignissimum eum locum ad spectandum: Senatui adtributum, imo magistratibus. Aptum ad curules sellas. Principis ibi Suggestus, Tribunal prætoris: & Vestalium sedes.

SEd nonne extra limitem eo, quod dicitur, extraque oleas? Nam cum propositum mihi saltem nativam genuinamque F Amphitheatri faciem ostendere, addo etiam ecce colorum fucos & pigmenta, & vereor, Lipsi, ut cum fastidio tuo. Meone? inquam. Imo merum mel & nectar, Florenti, bibo in hoc sermone, quem tu magis magisque sitienti mihi liberaliter infunde, &, ut Theocritus ait, πίονι μέτρῳ, *uberiore mensura.* Florentius renidens: E genere Parthorum tu quidem es, inquit; de quibus increbuit, Quo plus biberint, plus sitire. Sed educam te e siticulosa hac arena, & ad Podium transibo

quod adsidemus. Nam post Arenam murus ecce iste occurrit, qui Podium sustinet, quique claudit & ambit infimum hoc solum. Podium enim appello projecturam hanc quæ in summo muro, quæ paullum provehitur & propendet instar pedis. Unde & nomen. Mænianorum ea quædam species est: facta in theatris, templis, ædibus, ad circumeundum, innitendum, spectandum. Mediolani inscriptio vetus est:

Quid Podium?

DOMITIANVS. PODIVM. CVM. LORICA. ET. ADITVS. VIVVS. FECIT.

Salerni alia:

T. TETTIENVS. FELIX. AVGVSTALIS
* HS. L. M. N. LEGAVIT
AD. EXORNANDAM. AEDEM. POMONIS
EX. QVA. SVMMA. FACTVM. EST. FASTIGIVM.
INAVRATVM. PODIVM. PAVIMENTA. MARMOREA.

** Id est Sestertium quinquaginta millia nummum.*

Et de his ipsis theatralibus, alia:

THEATRVM. STRAVIT. PAVIMENTO. PODIO. * CIRCVMSCRIPSIT.

** Bene Circumscripsit, quia in orbem circuibat et in ambitum.*

Itaque ut clare capias, non aliud Podium hoc nostrum, quam muri pars projectior & prominentior ante imum spectaculorum gradum; cui columnæ impositæ cum epistyliis ad ornatum, sive (cum liberet) ad innixum. Vitruvius describit non obscure, magnitudine etiam expressa, si attendis, lib. V. cap. VII, ubi de Theatris: *Podii*, inquit, *altitudo, ab libramento pulpiti cum corona & Lysi, duodecima Orchestræ diametri. Supra Podium, columnæ cum capitulis & spiris, altæ quarta parte ejusdem diametri*. Cujus mens, ut, si Orchestra tota, in qua senatores, (pone eam esse graduum quattuor aut quinque) alta pedes XII. tum ipsum Podium unius sit; columnæ ejus, trium. Et addo, victoriolas etiam reponi solere in Podiis istis, Spartianus suadet in *Severo*, ubi de Circi ludis: *Victoria*, inquit, *vento icta de Podio stans decidit*. Et Dio Cassius agnoscit in Theatri scenis, libro L. cum refert inter prodigia ventum tam grandem fuisse, ὥστε καὶ Νίκης ἄγαλμα ἀπὸ τῆς τοῦ θεάτρου σκηνῆς πεσεῖν: id est, *ut & Victoriæ simulacbrum a scena Theatri caderet*. Ad hoc Podium spectare soliti primi e Senatu. Nam cum Orchestra plurium graduum esset, dignissimus habitus ille imus qui Podio proximus & Arenæ; quippe ex quo facillima spectatio. Juvenalis:

Magnitudo & ornatus Podii. *Vitruvius explicatus.* *Primi Senatorum ad Podium.*

—— generosior & Marcellis
Et Catulis, Paulique minoribus, & Fabiis, &
Omnibus ad Podium spectantibus.

Suetonius *Aug.* cap. XLIV. *Factum decretum patrum, ut quoties quid usquam publice spectandum proponeretur, primus subsellioum ordo Senatoribus vacaret*. Primus, sive Imus. Ac nescio an inter ipsum Podium & Gradus spatii aliquid vacuum fuit latioris, in quo spectare soliti honorati, idque proprie, Ad podium spectare. Suadeor, quod sellis curulibus spectasse quosdam reperio, ut Suetonius narrat de Augusto: *Commissione ludorum quibus Theatrum Marcelli dedicabat, evenit ut laxatis sellæ curulis compagibus caderet supinus*. Item, quod

Spatii aliquid inter Podium & Gradus. Sellis curulibus spectabant.

A sellas easdem honoriscaussa positas absentibus, sive etiam mortuis: Docui abunde *ad* II. *lib. Annal. Taciti*. At sellæ eæ non est ut commode positæ in Gradibus ipsis fuerint, commodissime in hoc plano. Credamque Consules, Prætores, aliosque quibus id jus, in curulibus suis ad Podium sic sedisse, cum lictoribus, viatoribus, & magistratus sui pompa. Tacitus hoc postremum ingerit lib. XVI. *Annal.* cum præmia describit accusatorum: *Liberto & accusatori præmium operæ, locus in Theatro inter viatores Tribunicios datur*: ex quo necessum, fuisse eos bono honestoque loco, &

Apparitores apud magistratus suos.

B juxta Tribunos ipsos. Nec immerito, ut quisque magistratibus suis apparet. Nec magistratus solum ad hoc Podium dissignator ego colloco, sed & Principem ipsum, cui tamen eminentior quidam Suggestus exstructus, & velut sua domus. Origo rei a Julio Cæsare, quem Suetonius, inter alios honores quos nimios recepit, admisisse ait *statuam inter reges*, SUGGESTUM *in Orchestra*. Secutique Principes id tenuere, ut clarum ex ejusdem Suetonii *Ner.*

Suggestus in Podio. *Quis repperit?*

C c. XII. *Icarus*, ait, *primo statim conatu juxta* CUBICULUM *ejus decidit, ipsumque cruore respersit. Nam perraro præsidere, ceterum accubans primum parvis foraminibus, deinde toto podio adaperto spectare consueverat*. Ex quo facile colligis Suggestum illum tectum & inædificatum fuisse, ad modici cubiculi formam, cui proprium etiam suum Podium (de eo enim, non de grandi illo Amphitheatrali necessario Tranquillum capis) quod ostiis quibusdam sive fenestris, Arenam versus aperiretur. Plinius hunc morem satis illustrat, *laudatione ad Trajanum*: quem commendat, quia

Cubiculi forma, & nomine. *Suetonius explicatus, aliter atque vulgus.*

D civiliter sustulit. *Digna*, inquit, *victore populo sedes* (de Circo sermo est) *visenda cum cetera specie, tum quod æquatus plebis ac Principis locus. Siquidem per omne spatium una facies: nec magis proprius spectandi Cæsaris* SUGGESTUS, *quam propria quæ spectet. Licebit ergo civibus tuis invicem contueri, dabitur non* CUBICULUM *principis, sed ipsum cernere, in publico, in populo sedentem*. Sed præter hunc Suggestum, ad Podium etiam Tribunal Editoris. Cum enim

Trajanus Suggestum recusavit.

E aliis honoribus, ut lictoribus & veste prætexta, insignes voluerint eos esse qui ludos exhiberent, tum etiam altiori hac sede, in qua præsiderent. Suspicor ex Suetonii *Augusto*; qui *virginibus Vestalibus*, inquit, *locum in theatro separatim, & contra Prætoris* TRIBUNAL *dedit*. Nam quod Prætorem nominat, eo est, quod plerumque ludos ii exhibebant. At quin aliis etiam Editoribus is honos & is locus, non ambigo. Ad hoc Tribunal refero, quod Vitruvius in *omni pusillo & magno Theatro* fieri vult *itinera, ascensus, pulpita*, TRIBUNALIA lib. V. cap. VII. Quod vero ad Podium ea sedes, F cum ratio evincit, tum Suetonius, qui ex adversum collocat Vestales. Eæ autem ad Podium. Prudentius.

Tribunal in Podio. *Vestales ibidem.*

An quoniam Podii meliore in parte sedentes
Spectant, æratam faciem quam crebra tridente
Impacto quatiant bastilia.

CAP. XII.

Quod tutamen infimo illo Podio fuerit a feris? Retia solere prætendi, bene nexa, bene firma. Versatilia item quædam ligna: Cancellos ferreos & Euripos. Sudatum in Calpurnii versibus.

ET de podio quidem hactenus. Transeo. Imo mane, inquam ego, mane. Magnus mihi hic metus. Circumspexit Florentius, velut quærens. Sed ego cum risu, Non pro me, ne erres, inquam: sed pro Consulibus & hoc omni Senatu Romano, quos tu quidem in Podio collocas, id est, in ipso ostio orci. Quomodo enim hic tuti a feris? quis leo, quæ panthera illos non invadat, tantillo ab Arena intervallo? Jam si elephas aliquis. heu! Risit hic largiter Florentius: &, o te hominem albo e pate! inquit; profecto mater tua numquam flebit. Quid tamen hic periculi? Murus iste quem vides, quique Arenam dividit, scito altiorem fuisse non paullo quam pro aspectu. Ipse corruit, & subsedit, & rudera aream allevarunt. Non minus certe olim altitudinis habuit, cum hoc Podio, duodenos quindenosve pedes. Quæ fera hunc transiliat? Et tamen contra inopinatos quoque casus, scito a catis illis provide provisum. Nam primum retia valida, nodosa, in orbem undique Podium hoc cingebant. Plinius ea intellegit lib. XXXVII. de Neronis quodam munere: *Tanta*, inquit, *copia succini invecta, ut* RETIA ARCENDIS FERIS PODIUM PROTEGENTIA *succino nodarentur*. Et Calpurn. qui retia illa in Carini Venatione format & torquet ex auro:

Murus Podii etiam satis altus.

Retia ante Podium, quorum raritas [?] non impediebat aspectum.

Retia illa per insaniam inaurata.

> —— *auro quoque torta refulgent*
> *Retia, quæ totis in Arenam dentibus extant.*

Nec retia solum, sed versatiles quidam trunci adpositi muro & huic Podio, contra scansionem omnem ferarum & insultum. Quæ ligna quidem manifesto in ipsis Caveis Amianus agnoscit l. XIX. *Ut dentatæ in Caveis bestiæ, tetro pædore efferatæ evadendi spe*, REPAGULIS VERSATILIBUS *illiduntur*: in Caveis, inquam, sed in ipso etiam Podio aut circa, videtur Calpurnius locare, etsi verbis parum claris, aut certis.

Ligna versatilia.

> —— *nec non ubi finis Arenæ*
> *Proxima marmoreo peragit spectacula muro,*
> *Sternitur adjunctis ebur (admirabile) truncis*
> * *Et coit in rutilum, tereti qua lubricus axem*
> *Impositos subita vertigine falleret ungues*
> *Excuteretque feras.*

** Fortasse leg. Et coit in rotulam teretem: quo lubricus axis.*

Versus enim dubiæ & intricatæ scriptionis. Legerem, *Et coit in rutulam*, sive, *rotulam*, ut velit truncos eos eburatos utrimque in rotulam coisse, atque ita insilientis feræ impetum fregisse, & vertendo excussisse. Nescio etiam an, *in ruplum*. Nam Ruplus in Glossis; στροφοῦς γαλεάγρας, καὶ ἀποψήκτιον, *cardo & vertebra caveæ*. Sed mentem facilius versuum horum adfirmarim, quam verba. Vult omnino transversa quædam ligna versatilia objecta muro, quæ feras fallerent dum enituntur. Ego hic iterum, Anceps hoc præsidium, Florenti: & quomodo me firment versus tam infirmi? Sane (ri-

A deas licet) ego etiam nunc in summa cavea spectare eligam, nec invideam Senatui Orchestram. Contra elephantes enim & immanes illas feras, quid? Parata arma, inquit Florentius. Nam aut clathris ferreis Arenam totam circumdabant: aut, quod certius, Euripis. Valde enim id genus metuens aquæ. Plinius lib. VIII. *Universi* (de elephantis loquitur) *eruptionem tentavere, non sine vexatione populi, circumdati clathris ferreis. Qua de caussa C. Cæsar Dictator postea simile spectaculum editurus,* * *Euripis arenam circumdedit, quos Nero Cæsar sustulit, Equiti loca addens*. Et jamne securus? Haud plane etiam, inquam ego: sed perge.

Contra grandiores belluas quid præsidii?

** Vide et Sueton. in Cæs. c. XXXIX.*

B

CAP. XIII.

Gradus, & eorum forma. Divisi accurate in suas partes. Pulvilli in iis. Præcinctiones. Aditus. Viæ. Cunei. Cathedræ. Porticus. Vitruvius, Tertullianus, Martialis, Calpurnius, varii scriptores varie emendati aut illustrati

C FLorentius: Gradum igitur jam promoveo ad Gradus, & ad hos Subselliorum, ut sic dicam, colles. Non male, colles, quia revera per declive jacentium ea forma. Itaque Calpurnius apte descripsit;

Clivosi Gradus.

> *Immensosque gradus, & clivos lene jacentes.*

Male enim aliquot libri *divos*, nec quidquam hic sane de pulvinari. Sed ut totam hanc sedendi spectandique rationem subtili quadam Minerva intellegas, non crassa; opus ut hoc omne spatium distinguam tibi
D per partes. Quæ erunt istæ. Gradus: Præcinctiones: Aditus: Viæ: Cunei: Cathedræ: Porticus.

Distinctio Graduum.

GRADUS appellamus, uti scis, ea ipsa loca in quis sedebant. Sic dicti in Amphitheatris, quia ad formam scalarium graduum, alii alios consequuntur. Eorum dimensio Vitruvio expressa: *Gradus*, inquit, *ubi subsellia componantur, ne minus alti sint palmopede, & digitis sex. Latitudines eorum, ne plus pedes duo semis, ne minus pedes duo constituantur*. Palmopede, id est, pede & pal-
E mo: sive palmis quinque. Palmus enim quatuor digitos continet: Pes quatuor palmos. Sed hæc tamen Vitruviana altitudo non convenit gradibus Amphitheatri Veronensis, qui, Torello dimetiente, alti duntaxat pedem & duas uncias, id est, pedem & duos digitos semis, & paullum quod excurrit. Sed cur tam lati? parum enim ex symmetria & bono loci videtur, duos pedes & semis latos eos facere. Quod verum est: sed latitudinem eam exigit, in contextu illo Graduum, ratio sedendi. Pedes enim eorum qui in superiore gradu spe-
F ctent, innixi inferiori gradui proximo. qui ne læderent sedentes alios, neve ipsi læderentur, opus habuere aliqua laxitate. Fortasse etiam ad pone transeundum, siqui surgerent, aut sedentibus jam aliis intrarent. Gradus autem isti e lapide. Unde scitum illud Aristippi, *Cui bono eruditio? Huic saltem*, inquit, *ne in Theatro lapis sedeat super lapidem*. Quamquam & sæpe e ligno. Sero repertum, ut pulvilli insterneren-

Quid hic Gradus?

Eorum dimensio.

Cur latiores fuisse?

E lapide fuisse, plurimum.

Pulvilli iis impositi.

nerentur Senatui: idque primus Caligula instituit. Dio Cassius: *τά τε προσκεφάλαια τοῖς βουλευταῖς, ὅπως μὴ ἐπὶ γυμνῶν τῶν σανίδων καθίζωνται, πρῶτον τότε ὑπετέθη, καὶ πίλους σφισι τὸν Θετταλικὸν τρόπον ἐς τὰ θέατρα φορεῖν, ἵνα μὴ ἡλιώσει ταλαιπωρῶνται, ἐπετράπη.* id est: *Pulvilli tunc primum Senatoribus, ne nudis asseribus insiderent, subjecti, & pileos Thessalicos in Theatra iis inferre concessum, ne insolatione torquerentur.* Ait clare, Senatui tantum: postea tamen id etiam Equiti concessum, ex Juvenali:

—— exeat, inquit,
Si pudor est, & de PULVINO *surgat* EQUESTRI
Cujus res legi non sufficit.

Quid Præcinctiones? PRÆCINCTIONES sequuntur. qua, si bene capio, non aliud censeam quam Graduum intervalla & divisiones quasdam in orbem. Vitruvius aliquoties nominat: sed, ut in re tunc clara, describit nobis parum clare. *Præcinctiones*, inquit capite III. lib. V. *ad altitudines Theatrorum pro rata parte faciendæ videntur: neque altiores quam quanta Præcinctionis Itineris sit latitudo.* Iterum: *Gradationes scalarum contra quadratorum angulos dirigantur ad primam Præcinctionem.* Videntur autem sive ad Vomitoria & ipsos Aditus; sive in discriminibus Orchestræ, Equestrium, Popularium, Gradus quosdam latiores altioresque struxisse, qui reliquos minores velut præcingerent & complecterentur. Unde & nomen. Torellus certe observat in illo Veronensi, Gradum esse circa medium, qui duos pedes & uncias sex altus: cum reliqui tantum, pedem & uncias duas. Atque ea profecto Præcinctio. etsi Vitruvius & res ipsa, plures suadent una. Baltheus id alio nomine vocatur, a pari caussa: quia velut cingulum quoddam latum. Calpurnius in Amphitheatro Carini:

Id est: Cingulum non altius sit, quam latum. est illud ipsum subcingulare Iter, de quo mox.

Et apparent clarissime Præcinctiones in Theatris. Balthei. Eaque re Zodiaci Zona, etiam Baltheus a Manilio vocatur. Diazomata.

Baltheus en gemmis, en illita porticus auro.

Tertullianus *De Spectaculis: Vias enim vocant cardines Baltheorum per ambitum.* Ex quo disce, ad Cingula etiam ista fuisse Vias. Diazomata item, Græcanica voce, commode adpellat Vitruvius cap. VII. *Gradus diazomata, pluteos.*

Aditus, quid appellemus? ADITUS deinde. qui in ipsa gradatione portæ quædam sive ostia, per quæ ab exterioribus porticibus venitur & descenditur in ipsas sedes. De his Architectus: *Aditus complures & spatiosos oportet disponere, nec conjunctos superiores inferioribus, sed ex omnibus locis perpetuos & directos, sine inversuris faciendos: uti cum populus dimittitur de spectaculis, ne comprimatur, sed habeat ex omnibus locis exitus separatos sine impeditione.* Vomitoria appellat Macrobius, voce vulgi: libro VI. *Saturnal.* cap. IV. Ad illud Virgilii,

Vomitoria dicti.

—— totis vomit ædibus undam.

Pulchre & antique. Unde & nunc Vomitoria (alii libri, *Vomitaria*) *in spectaculis dicimus, unde homines glomeratim ingredientes in sedilia se fundunt.* Atque hæc foramina perspicua in his ipsis Graduum reliquiis, itemque in illo Veronensi.

Via inter Ad VIAS venio. quæ, auctore Tertulliano, hic duplices. *Vias enim vocant, cardines Baltheorum per ambitum, & discrimina Popularium per proclivum.* Optime eruditus scriptor. Vult enim Vias alias esse, quæ ad cardines sive limites Baltheorum, in circuitu: alias, quæ a Vomitoriis illis, in descensu. Itaque ait, per proclivum. Sed cur Popularium tantum meminit? eaque discriminari, & in Cuneos suos tribui, Viis illis secantibus, vult? Adhæresco. Excludere enim aperte Equestria & Orchestram videtur: aliter quam Suetonius, qui Cuneos in his agnoscit: ergo & Vias. Sed Popularia large fortasse acceperit scriptor Afer, pro omni populi consessu. Vias has modo Itinera, modo Scalaria Vitruvius appellat. sed Scalaria tamen proprie, Vias quæ inter Cuneos ad ascensum aut descensum. In his Viis qui locum non habebant, quique, ut suo verbo dicam, excuneati erant, spectabant stantes. Tertullianus: *Nam apud spectacula & in Via statur.* Martialis facete de falso quodam Equite lib. V.

Gradus duumgenerum.

Has vias vocat Itinera Præcinctionum Vitr. cap. III. De Tertulliani loco obscuro. Viæ jam nunc in Cuneis. Discrimen aliquod inter Itinera & Scalaria. In Viis excuneati spectabant.

Sedere primo solitus in gradu semper,
Tunc cum licebat occupare, Mannejus,
Bis excitatus terque, transtulit castra,
Et inter ipsas pæne tertius sellas
Post Cajumque Luciumque consedit.
Illinc cucullo prospicit caput tectus,
Oculoque ludos spectat indecens uno
Et hinc miser dejectus in VIAM *transit,*
Subsellioque semifultus extremo,
Et male receptus altero genu, jactat
Equiti sedere, Lectioque se STARE.

Martialis lux data. Cujus epigrammatis sententia ista. Mannejum solitum ante Domitiani edictum sedere inter Equites, & quidem in Equestrium primo gradu, qui ad Orchestram. Sed agnitum & pulsum aliquoties a dissignatore Lectio, transisse tandem ad summam caveam, & spectasse inter plebem & pullatos. tantum non inter cathedras muliebres. Sed illinc quoque dejectum, spectasse in Via semi-stantem. Atque hujus sententiæ etiam illud Taciti est, lib. XVI. de militibus, qui a Nerone dispositi *Per cuneos* STABANT *nequod temporis momentum impari clamore; aut silentio segni præteriret.* Nam stetisse eos sentio in his utrisque Viis. Latitudo Itineris ad Baltheum, mihi ignota. censeo non minus, trium quatuorve pedum. Si enim vulgarium Graduum, Vitruvio definiente, duo pedes & semis: quidne duplum istis? At Scalarium sive Ascensuum altitudo, in Veronensi apparet semipedis & unciæ: latitudo, pedum binum. Humiliores ergo aliis sedentariis Gradibus, parte dimidia. Addo, Canaliculas quasdam & derivationes aquarum ad oram extremam Graduum fuisse, qua Scalaria incipiebant. Apparent in fragmentis lapidum.

Malo, segne. Dimensio Viarum. Canalicula in gradibus.



Et usum, credo, habuerunt sive aquæ cælestis derivandæ, sive potius humanæ. Nam cum dies totos in spectaculis persederent, quin urina reddenda fuerit, non ambigimus: eique usui tribuimus hos incisos canales. Nam ad pluviam, scire te volo pendulos leviter & proclives omnes gradus fuisse.

At CUNEI jam (Alexis κερκίδας dixit) inter has Vias medii. Quidquid enim sedilium dividitur Præcinctionum Itineribus, & secatur lateralibus Viis, in hoc nomen id venit. Nomen datum a forma. quia reipsa Scalarum directio talis, ut ab imo ordiens magis diffunderetur in altum: redderetque cunei formam. Hoc modo, vide. Digiti enim potius res est, quam linguæ: Sed hoc mihi nota, Vias istas Scalares non ab imo ad summum recta & sine intercilione isse. Contra est. dirigebantur saltem ab ima Orchestra ad primam Præcinctionem. Ibi desinebant. & alternis aliæ incipiebant, cum Cuneorum nova variatione. Ita si triplex Præcinctio (& id ex Vitruvio suspicamur:) triplex etiam ordo & discrimen Cuneorum. Nec absurde fortasse senserim, si Cuneos & Præcinctiones finiam ac discriminem limitibus Orchestræ, Equestrium, Popularium. Architectus noster Augustalis, meo animo, describit non obscure: *Cunei*, inquit, *spectaculorum in Theatro ita dividantur, uti anguli trigonorum, qui currunt circa curvaturam circinationis, dirigant ascensus scalasque inter Cuneos, ad primam Præcinctionem. Supra autem alternis Itineribus superiores Cunei medii dirigantur.* Et adde quæ scribit cap. VIII. *Gradationes scalarum inter Cuneos & sedes dirigantur ad primam Præcinctionem. ab ea Præcinctione inter eas iterum mediæ dirigantur.* Et sane hæc præscriptio in pare apparet in Theatro Veronensi ad Athesim: quod deformavit (etsi παχύτερον) Torellus. Atque hi Cunei Theatrorum, qui in scriptoribus occurrunt crebri. Juvenalis:

—— Cuneis an habent spectacula totis
Quod securus ames?

Martialis:

Æra sed a Cuneis ulteriora petis.

Inde Theatrum Cuneatum Virgilio aut Severo:

—— Cuneati læta Theatri
Seditio.

Et Ausonio: *Cuneata crevit hæc Theatri immanitas.* Inde Excuneandi verbum, id est, ejiciendi & velut extra Cuneum excludendi, usurpatum Apulejo. Hi Cunei, certis adsignati. Suetonius in *Aug.* c. XLIV. *Militem secrevit a populo. Maritis e plebe proprios ordines* (id interpretor, vel ordines aliquot subselliorum, vel etiam Cuneos) *adsignavit. Prætextatis* CUNEUM *suum; & proximum, pædagogis.* Ad discrimina hæc Cuneorum quique in iis sedebant, allusisse mihi Tertullianus videtur *De resurrectione carnis: Igitur quantum ad hæreticos, demonstravimus quo cuneo decurrendum sit a nobis.* Sed clarius, & ad Suetonii data verba, Martialis lib. V.

Sedere in Equitum liceat an tibi scamnis,
Videbo, Dindyme. haud licet MARITORUM.

Cuneos autem etiam Equitum & Senatorum fuisse, clare docet Suetonius *Domit.* c. IV. *Die proximo omne genus rerum missilia sparsit. & quia major pars intra Popularia deciderat, quinquagenas tesseras in singulos Cuneos Equestris ac Senatorii ordinis pronunciavit.* Et Virgilius plebis item ac patrum agnoscit:

—— hunc plausus hiantem
Per Cuneos (geminatus enim) plebisque patrumque
Corripuit.

Ad CATHEDRAM jam perveni. quam solus Tertullianus mihi in Amphitheatris suggerit: *Cathedra*, inquit, *vocatur, ipse in amfractu ad consessum situs.* Et intellegitne amfractum singulis gradibus? an potius superum locum, ubi clivi subselliorum desinunt, & murus incipit qui porticum facit, clivosque illos velut frangit? Nam plani aliquid spatii ibi fuisse videatur, unde Cathedris positis spectarent. Possis Calpurnium ad hanc sententiam flectere:

Venimus ad sedes, ubi pulla sordida veste
Inter fœmineas spectabat turba Cathedras.

Nam fœminæ & pullati *non nisi ex superiore loco spectabant*, ex Augusti decreto quod Suetonius memorat cap. XLIV. Sellas etiam Martiali nominat, nescio an pro cathedris, an pro subselliis graduum ipsorum. Nam tenebræ mihi adhuc in isto ejus versu:

Cunei spectaculorum.

Directio Scalarum alterna.

Quod quidem clarissime in Veronensi apparet.

Exempla & loca e Cuneis.

Cunei certi, certis adtributi.

Obscura Tertulliani dictio explicata.

Cunei etiam Senatorum & Equitum.

Quid Cathedra incerte dictum?

Cathedra feminea.

Retractatus Martialis versus.

Et inter ipsas pæne tertius sellas
Post Cajumque Luciumque consedit.

Rettuli quidem supra ad fæmineas sellas: sed repugnante, ut vereor, poeta, qui non vult Equestria eum egressum, sed in aliqua semper eorum linea hæsisse. An sellæ etiam virorum? easque in gradibus ipsis collocabant? Ita prona quidem facilisque sententia sit, ut dicat misellum hunc irrepsisse inter Caii Luciique sellas, & pæne tertium sedisse cum duobus. sed ex illis quoque latebris protractum. Et sane de sellis allatis & illatis, quidam mihi suadent. Suetonius *Nerone*, cap. XXVI. *Interdiu quoque clam gestatoria sella delatus in Theatrum, seditionibus Pantomimorum ex parte Proscenii superiore signifer simul ac spectator aderat.* Juvenalis, in suo illo non invidendo voto:

De sellis dubitatio nostra.

—— & duo fortes
De grege Mesorum, qui me cervice locata
Securum jubeant clamoso insistere Circo.

Nam vult & optat Sella se deferri in Circum. Vitruvii etiam ambigua verba: *Gradus, ubi subsellia componantur.* Tamen magis est ut aliter fuerit, ex iis quæ supra di-

A xi. Et Suetonii Juvenalisque loci, evincunt non nisi de supero loco. quod fatemur ultro. An ergo in Martiali scribendum, *tertias sellas*; capimusque pulsum eum a primo subsellio ad tertium? Sed quam sententiam aut acumen tum habebit, *τὸ pæne*? Iterum dico. parum mihi in hoc versu lucet aut liquet.

Tentatus Martialis sed vereor ut mala parum fausta.

At de PORTICIBUS superioribus, e quis tenuiores spectabant, satis certum. Calpurnius tangit:

Porticus quid?

—— en illita porticus auro
Certatim radiat.

B Hanc supremam partem Dio ἁψῖδα θεάτρου dixit in *Nerone*: Καὶ ἐλέφας ἀνήχθη, inquit, ἐς τὴν ἀνωτάτω τοῦ θεάτρου ἁψῖδα. id est: *Elephas sublatus est in summum fornicem sive arcum Theatri.* Nec male. quia porticus illæ, ut videtur, arcuato opere tectæ. Certe tectæ. Vitruvius: *Tectum porticus*, inquit, *quod futurum est in summa gradatione.* Ideoque non vane suspicer a Tertulliano, Cameras, vocatas, *De Spectac. Deus etiam extra cameras, & gradus, & apulias oculos habet.* Ubi de Apuliis, digitum tollo: & fateor me non posse hiscere probum de iis, aut probabile verbum.

Easdem videri cum Cameris. Quasi ἐπαύλιας, quidam explicant. ad io et Tamadicos Apulium voce Cubiculum.

AMPHITHEATRI INTERIOR FACIES, QUALEM EAM FUISSE CUM OMNIBUS MEMBRIS SUSPICAMUR.

1. *Ara* quæ sacra Jovi Latiari, de qua dixi cap. XV.
2. *Portulæ*, per quas immissæ in Arenam bestiæ. Eas clausas januis fuisse credimus, non solum ad belluas, ne egressus pateret jam solutis, sed etiam ad aquas coercendas, cum iis Amphitheatrum impletum: etsi januæ tunc fortasse magis compactæ addi pro tempore potuere. Vide super his portis c. VIII. & IX.
3. *Podium*, cum suis columellis: & in medio Suggestus Imperatoris. Dixi cap. XI.
4. *Præcinctio*, sive Diazoma. id est, gradus altior & latior: cujus generis tres fuisse in Theatris Vitruvius docet. Sed in eo numero videtur etiam prima præcinctio collocanda, quæ ad ipsum Podium. Itaque sculptor noster una amplius expressit. Ambigo etiam, an non aliæ præcinctiones ornatæ columellis suis fuerint, uti Podium ipsum.
5. *Vomitoria*, sive aditus. id est, portulæ quædam quadratæ in ipsis gradibus, per quas in sedilia diffundebantur. Ad eas minuti illi gradus scalares, ut per eos quisque ad destinata subsellia sua iret. Spatium medium inter Scalares binos, Cuneum vocamus: quia quadantenus ea forma est, ut in acie instruenda Cuneum item vocant.
6. *Foramina*, ad transmittendos malos, quæ pauca hic expressa; sed tamen ibant in orbem: & externe a mutulis quibusdam mali sustinebantur. Cetera opinor satis clara esse ex descriptione nostra, quæ capite XIII.

CAP. XVI.

De ordine & locis in sedendo. Quando discrimen id factum? De Orchestra, de Equestribus: & Tribunos quosdam novos fuisse inter Equites. De Popularibus. deque loco Pullatorum & Fœminarum.

Populi Romani tres ordines.

LOCUM & ejus membra satis descripsi: ad cujus tamen lucem nonnihil etiam faciet, si ordinem Ordinum in consessu noris & discrimen. Populi enim Romani, ut scis, prisca divisio, in Senatum, Equitem, Plebem. His discreta in Spectaculis sua loca, & Gradus. In Theatris quidem jam olim lege Roscia: at non ita diu in Circo & Amphitheatris. Promiscue enim ibi spectabant & quovis loco libere, quamdiu libertas Romæ. Plutarchus indicat in *Sulla*: ἦν μὲν, inquiens, θέα μονομάχων. ὄπω δὲ τῶν τόπων διακεκριμένων. ἀλλ᾽ ἔτι τοῦ θεάτρου συμμιγοῦς ἀνδράσι καὶ γυναιξὶν ὄντος, ἔτυχε πλησίον τοῦ Σύλλα καθεζομένη γυνὴ τὴν ὄψιν εὐπρεπὴς καὶ γένους λαμπροῦ. id est, *Spectaculum quidem gladiatorum erat. Locis autem ad spectandum nondum tunc discretis, sed mixtim sedentibus viris fœminisque: accidit, ut propter Sullam mulier quæpiam sederet, facie & genere honesta.* At id mutatum sub Principibus, & discrimina dignitatum facta, bono jure. Nec subtiliter hic tempora exsequar. quid opus? Feci enim accurate in *Comment. ad lib. XV. Taciti*. Hoc scito, [illegible] que fuere [illegible] Plebi. illam, Orchestram dixere: alteram, [illegible] tertiam, [illegible] De Orchestra ubique obvium. quæ vox nata in scena & pulpito, transiit [illegible] ad alios etiam ludos. Sedes illi, ut Vitruvius ait, *inter gradus imos*. Is enim locus quia Scenæ & Arenæ proximus, ideoque oculis auribusque expositus, optimus habitus spectioni, sive auditioni. Cicero *de Senectute*: *Ut Turpione Ambivio magis delectatur, qui in prima cavea spectat, quam qui in ultima.* Horatius:

Ut proprius spectes lacbrymosa poemata Pupp.

Magnitudo ejus, ut conjicio, in gradibus quattuor aut quinque, aut fortasse pluribus, ut etiam Sacerdotibus ibi locum demus, & sociarum gentium legatis. Equestria autem, Senecæ nominata VII. *De Benef. Equestria omnium Equitum Romanorum sunt. in illis tamen locus meus fit proprius, quem occupavi.* Item Suetonio, in *Calig. Decimas maturius dabat, ut Equestria ab infimo quoque occuparentur.* Et allusit argutatrix illa apud Petronium: [illegible] *nunquam tamen nisi in Equestribus sedeo.* Ea Equestria lege veteri Quattuordecim gradus tenuere. itaque passim legas sedere in Quattuordecim: & pro ipsa Equestri dignitate in Seneca: *At mehercule multis Quattuordecim Gradus sunt clausi: non omnes Curia admittit.* Lege dico veteri. nam ut idem numerus sub Principibus fuerit, aucto immaniter numero Equitum, non hercle inducor ad credendum. Et impellit me in in alia omnia Calpurnius, qui ostendit totam mediam superioremque caveam occupatam ab Equite, ludis illis celebribus Carini:

Venimus ad sedes ubi pulla sordida veste
Inter fœmineas spectabat turba cathedras.
Nam quæcumque patent sub aperto libera cælo,
Aut Eques, aut nivei loca complevere Tribuni.

Ostendit se in porticu summa spectasse inter fæminas, quoniam Gradus omnes, qui sub dio, occupati ab Equite aut Tribunis. Nam hos quoque addit. nec intellegit illos notos Plebejos (cave erres:) sed Militares imprimis: fortasse & alios, qui vario agnomine sub Principibus sunt nati. De quo copiose dicendi non hic locus. Dico proprio libro *De Magistratibus*. Ovidius apte ad hanc rem in *Fastis* lib. IV. ubi quemdam militia functum in Equestribus sibi adsidentem loqui facit:

Dux mihi Cæsar erat, sub quo meruisse Tribunus
Glorior, officio præfuit ille meo.
Hanc ego militia sedem, tu pace parasti:
Inter his quinos usus honore viros.

Et eodem illo Tribunicio jure spectasse se in Equite Martialis ait:

—— vidit me Roma Tribunum,
Et sedeo qua te suscitat Oceanus.

Nam quod de ære magno hujus poetæ suspicere, aut censu fuisse Equitem, errabis. tenue semper & exsuccum hoc genus. Ipse id renuit loco alio, & paupertatem clare præfert.

Sum, fateor, semperque fui, Callistrate, pauper,
Sed non obscurus nec male notus Eques.

Inter Equites igitur, quia adnexum hoc Tribuniciæ illi dignitati. Et quidem hi Tribuni in Gradibus primis spectabant, ex Horatiano vetere Interprete: qui ad locum illum *Epodon*, in Mænam: *Sedilibusque magnus imprimis Eques:* commode notat, *Otho*, inquit, *quattuordecim Gradus in Theatro Equiti separarat, ex quibus primi Tribuniciis potestatibus vacarent*. Popularia sunt loco tertio. & nomen ea notione reperies in Suet. *Claudio*, c. XXV. *Germanorum legatis in Orchestra sedere permisit, simplicitate & fiducia eorum motus, quod in Popularia deducti, cum animadvertissent Parthos & Armenios in Senatu sedentes, ad eadem loca sponte transierant.* Et in *Domitiano*, verbis quæ rettuli supra. Ulpianus etiam *Milites stationarios* disponi a Præfecto urbis vult, *ad tuendam Popularium quietem*. Callistratus, in spectaculis *Juvenes quosdam accommodare se turbulentibus adclamationibus Popularium* scribit. Et scio utrumque intellegere hunc plebis consessum. Plebis. nam etsi populi voce utuntur, quæ communis tribus ordinibus: tamen hic pro una ejus & uberiori parte. Uti & apud Juvenalem:

Æquales illic habitus, similemque videbis
Orchestram & populum.

Intelligit enim, in hac ipsa Spectaculorum re, plebem. Popularibus autem adtributi reliqui omnes Gradus, id est, Cavea media, & Summa. Nam Ima Senatui & Equiti vacabant. Itaque propter granditatem, discrimen aliquod in ipsis popularibus: & pro varia conditione plebis, varii adsessus. Quosdam, imo plerosque Suetonius expressit *Augusto*: *Militem secrevit a populo. maritis e*

Tribuni inter Equites spectabant.

Martialis quomodo Eques?

Popularia.

Vide Epistol. nostras lib. III. epist. XVIII.

Populi vox pro sola plebe interdum.

Popularia ipsa iterum divisa.

plebe proprios ordines adsignavit. prætextatis Cuneum suum. & proximum pædagogis. sanxitque nequis pullatorum media cavea sederet. Fæminis ne gladiatores quidem, quos promiscue spectari solemne erat, nisi ex loco superiore spectare concessit. Ubi de Pullatis quod ait, illustrant Calpurnii versus:

Supra, ex Plutarcho. Pullati ad superos relegati.

O utinam nobis non rustica vestis adesset!
Vidissem proprius mea numina. sed mihi sordes
PULLAQUE *paupertas & adunco fibula morsu*
Obstiterunt.

B Ostendit enim se rusticum & pullatum spectasse in cavea summa, procul a Podio ubi Princeps. Ideo apud Senecam *De Tranquillitate*, *Verba ad summam Caveam spectantia*, sunt vilia & ad gustum minutæ plebis. At quod Fæminæ in summo: etiam Propertius tuus ostendit, ubi præcepta æmulantis Cynthiæ:

Item Fæminæ. Propertii alia distinctio & intellectus.

Tu neque Pompeja spatiabere cultus in umbra,
Et cum lascivum sternet arena forum.
Colla Cave inflectas ad SUMMUM *obliqua theatrum.*

Ita legendi & jungendi ii versus. & mens est, Cum Gladiatores in foro: cave oculos adjicias, tu qui in Equite spectas, ad loca summa, ubi mulieres.

CAP. XV.

Confusa aliquando locorum series: eaque occupata. Æs pro Locis. Plautus explicatus, & Suetonius, & Martialis. Dissignatores, eorum munus. Excitare. Tribuni Voluptatum.

ET hi quidem limites, hic ordo. quem tamen migrabat & miscebat sæpe Quiritium turbida plebs. Avidi enim multi ludorum, & exclusionis metuentes, loca de multa nocte occupabant, & inhærebant ut suis Lampridius in *Eliogabalo*: *Serpentes per Marsicæ gentis sacerdotes collegisse fertur: eosque subito ante lucem, ut solet populus ad ludos celebres convenire, effudisse.* Bene dixi, occupabant. eo enim verbo id vulgo notabant. Martialis:

Occupare proprie, quid?

Tunc cum licebat occupare, Mannejus.

Spartianus in *Juliano*: *Ad Circense spectaculum itum est: sed occupatis indifferenter omnium subselliis, populus geminavit convicia in Julianum.* Tangit & Tertullianus eam confusionem: *Libertinos in Equestribus, subverbustos in Liberalibus sedere.* Ubi Liberalia equidem non aliud, quam liberi populi locum ceperim, quem turpe occupari a subverbustis & servis stigmatiis. Addatur Suetonius *Calig.* cap. XXVI. *Inquietatus fremitu gratuita in Circo loca de media nocte occupantium, omnes fustibus abegit.* Ait Tranquillus, *gratuita loca*. Ergone aliquid alias pendendum? Apparet: & quidem prisco etiam ævo. Certe Plautinus Prologus, (etsi non Plauti) id indicat receptum in servis:

Loca pretio aliquo distributa.

Plauti antelogio lux.

Servi ne obsideant, liberis ut sit locus.
Vel æs pro capite dent: si id facere non queunt;
Domum abeant.

Græci hæc Ὀπτήεια appellasse videntur: quæ explicant in Callimacho Scholiastæ, τὰ ὑπὲρ τοῦ ἰδεῖν δῶρα: id est, *munera quæ*

A *spectandi caussa dantur.* Nec in servis hoc tantum, sed receptum etiam in aliis e plebe opinor, qui Locariis nescio quid pro sedibus pendebant. Ita appellat Martialis, qui loca dissignabant. In Hermetis gladiatoris laudibus:

Et Martiali.

Hermes suppositicius sibi ipsi:
Hermes divitiæ Locariorum:
Hermes cura laborque ludiorum.

Nam Locarii, meo animo, non aliud hic quam Dissignatores. Quos Tertullianus in ludis agnoscit, libello *De Spectaculis*: *A templis & aris, inter tribus & tibias, duobus* B *inquinatissimis arbitris funerum & sacrorum, Dissignatore & Aruspice.* Plautinus idem ille Prologus agnoscit in scena:

Locarii, qui homines locant, disponuntque.

Neu dissignator præter os obambulet.

Quin etiam lictores illis attribuit:

Dissignatores cum lictoribus.

— neu lictor verbum aut virgæ mutiant.

Qui enim hoc refert ad lictores magistratuum, errat. Nullæ in hac Histrica provincia eorum partes. Sed ut Dissignatores in funere publico lictores comitabantur, severioris imperii caussa & ordinis servandi: sic in Theatris. De funebri Dissignatore, Horatii illud nosti,

C *— dum ficus prima calorque*
Dissignatorem decorat lictoribus atris.

Non quia proprii Dissignatorum ulli apparitores (viles enim ipsi olim & fortasse inter libertinos:) sed accipiebant a Domino funeris & Editore ludorum, ut in *Saturnalibus* dixi, lib. I. Ex hoc genere, Lectius ille & Oceanus apud Epigrammatarium: nec magistri illi aut Præfecti ludorum (nugæ istæc Interpretum) sed meri Dissignatores. Quorum tamen dignitas sub Principibus aucta. Ulpianus bene monet l. IV. *De his qui not.* D *infamia*: *Dissignatores*, inquit, *quos Græci* βραβευτὰς *appellant, artem ludicram non facere Celsus probat: quia ministerium non artem exerceant. Et sane locus iste hodie a Principe non pro modico beneficio datur.* Horum munus, ordinibus sua loca adnotare, pellere occupatores ab alienis. Facete sæpe meminit acutus & capitalis ille Hispanus, per occasionem edicti Domitiani, quo *licentiam in Equite promiscue spectandi* (quæ contra leges eruperat) *cohibuit*. Et id dicebant theatrali verbo, Excitare, aut Suscitare.

Crevit eorum dignitas.

Pellebant loco non dignos.

Excitare.

Bis excitatus terque, transtulit castra.

E Alibi:

Et sedeo qua te suscitat Oceanus.

Suetonius *Augusto* c. XIV. *Cum spectaculo ludorum gregarium militem in Quattuordecim sedentem excitari per apparitorem jussisset.* De qua eadem re Appianus: καὶ ὁ Καῖσαρ τὸν στρατιώτην ἀνέστησε. *Et Cæsar militem jussit surgere.* Pulchrius in eodem plane verbo Græce lusit Diogenes Cynicus, in Diogene Laertio: Τὸν κιθαρῳδὸν ἀεὶ καταλειπόμενον ὑπὸ τῶν ἀκροατῶν ἠσπάσατο, Χαῖρε ἀλέκτωρ. τοῦ δὲ εἰπόντος, Διὰ τί. Ὅτι, ἔφη, ᾄδων πάντας ἐγείρεις. Id est, *Citharœdum quendam, quo cantante omnes discedebant eumque relinquebant, salutavit, Salve galle. Illo quærente,* F *Quid ita? Quia, inquit, cantans omnes* EXCITAS. Ipso illo verbo argutissime lusit. Sed addo etiam, labente ævo, præter Dissignatores, videri fuisse digniore quodam nomine Tribunos: qui electi ad moderandas & temperandas ludicras populi voluptates. ii dicti, Tribuni Voluptatum. Quorum formula & munus, apud Cassiodorum lib. VII. *Variar.* ep. X

Tribuni voluptatum.

CAP. XVI.

Tubi occulti in Amphitheatris ad Sparsiones. Eas e croco diluto fuisse. Apulejus emendatus. Videri eumdem liquorem e statuis emissum. Plura ad hanc rem exempla.

VIDEOR de loco omnia dixisse: certe ea quæ conspiciuntur in aperto. Nam quin lateant etiamnunc quædam, non nego: quæ tamen, lucis tuæ caussa, protrahebam in claram lucem. In eo genere tubi sunt, sive fistulæ: quæ in imo & summo Amphitheatro dispositæ, ea arte & fine, ut odoratum quemdam humorem ejacularentur leviter, & inspergerent in sedentes. Is humor, e croco plerumque. Seneca epist. XCI. *Utrum tandem sapientiorem putas, qui invenit quemadmodum in* IMMENSAM ALTITUDINEM CROCUM LATENTIBUS FISTULIS *exprimat?* Idem libro II. *Quæst. Natural. Nunquid dubitas quin* SPARSIO *illa, quæ ex fundamentis* MEDIÆ ARENÆ *crescens, in* SUMMAM ALTITUDINEM AMPHITHEATRI *pervenit, cum intentione aquæ fiat?* Apulejus lib. X. *Tunc de summo montis cacumine per quandam latentem fistulam in excelsum prorumpit vino crocus* (ita emendo ex vet. codice nostri Giselini) *diluta, sparsimque defluens pascentes circa capellas odorato perpluit imbre.* Bene Apulejus, *odorato imbre*. quia e fistulis illis, per minuta quædam foramina stillabat is liquor in modum imbris. Et signate locutus est Antonius Musa apud Senecam patrem, qui *Sparsiones, odoratos imbres* dixit. Ubi magnus ille Turnebus a se & a vero abit, dum tentat sufficere *adoratos imbres*: & perperam ad missilia refert. Nam rorem illum ingeniosum, Sparsiones vocabant apte. Glossæ priscæ: *Sparsio* Κρόκος ὁ ῥαινόμενος. Et Martialis Spargendi verbo in eo usus:

Fistulæ Amphitheatrales. Spargebant crocum ex ima Arena.

Apuleii correctio.

Sparsiones proprie.

> *Hoc rogo non melius, quam rubro pulpita nimbo*
> SPARGERE, *& effuso permaduisse croco?*

Et nimbum item aliquoties appellat: ut l. I.

> *Et Cilices nimbis hic maduere suis.*

Libro IX.

> *Lubrica Corycio quamvis sint pulpita nimbo.*

Ea cum imbre aut nimbo comparantur.

Nec e fistulis solum hic imber, sed scito magis invento e statuis expressus, velut humanus quidam sudor. Lucanus clare indicat:

E statuis etiam fusa.

> *Utque solet pariter* TOTIS *se effundere* SIGNIS
> *Corycii* PRESSURA CROCI; *sic omnia membra*
> *Emisere simul rutilum pro sanguine virus.*

Et ex Theatri Marcelli configuratione conspicuum, in media & summa Præcinctione statuas plures fuisse; partim ad ornatum, partim adhunc usum. Eas autem scire licet concavas fuisse; & per immissas fistulas ferreas sive æneas minutis foraminibus, velut per poros & membra expressum hunc humorem. non sine præsenti quidem auxilio & manu administrorum, qui in parte inferna stabant. Ego interrumpens, Hæc mihi mira, inquam: sed dic tamen, oro te, clarius, quomodo crocus exprimi arida potuerit in hunc imbrem? Non enim capio. Ille concusso capite & ridens, Crocusne mera aut arida? inquit. Mi juvenis erras. Vino diluta fuit, ut Apulejus tibi præibat, si filum attente sublegisses ejus sermonis. Mixtum videlicet tritumque florem eum herbæ fuisse cum vino: quod vinum colorem deinde adsumeret & odorem. Plinius aperit: *Crocum*, inquit, *vino mire congruit, præcipue dulci, tritum ad Theatra replenda.* Itaque liquidum crocum Ovidius dixit:

Quas fistulas grandes fuisse tum suspicamur, et alias minores, quæ ab illis diffusæ per membra. Quomodo id fieri potuerit?

Crocus non ipse, sed vinum eo tinctum ad sparsiones.

> *Nec fuerant liquido pulpita rubra croco.*

Et fluxisse eum per Gradus, Spartianus in *Hadriano*: *In honorem Trajani balsama & crocum per Gradus Theatri fluere jussit.* Ubi de Balsamo item notabis, etsi minus id crebrum. At de Croco, in omnibus spectaculis protritum: etiam Scenicis. Ideoque solemnes crocos Propertius agnominavit;

Per Gradus fluebat.

Etiam balsamum.

> *Pulpita solemnes non oluere crocos.*

Adeo ut etiam supinorum hominum deliciis e Theatris in convivia sparsiones migrarint, & eadem illa arte unguentis perfusi convivæ. Plutarchus de Othone narrat, disposuisse eum in triclinio variis locis ἀργυρᾶς καὶ χρυσᾶς σωλῆνας, ὥσπερ ὕδωρ τὸ μύρον ἐκχέοντας: *argenteos atque aureos canales, instar aquæ, unguenta fundentes.* Quod item in Neronis nepotinis sumptibus Tranquillus recensuit, cap. XXXI. *Cænationes ejus laqueatæ tabulis versatilibus eburneis, ut flores: & fistulis, ut unguenta desuper spargerentur.* Ita enim eum locum legamus: quoniam duo ibi versatilia, & Tabulæ ad flores, & Fistulæ ad unguenta.

Sparsiones unguentorum in conviviis, ab hoc invento.

Suetonius rescriptus.

CAP. XVII.

Vela in Theatris & Amphitheatris. Quando eorum usus cœperit? Colorata ea fuisse, aliquando serica, aliquando & purpurea, auro distincta. Testimonia plura.

TEGMEN etiam Amphitheatri latet: quod superduci solet, arcendo æstui ac soli. Tegmen hoc e velis. Primus inventor rei Q. Catulus: aut certe jam inventæ, primus Romæ imitator. Valerius Maximus: *Religionem ludorum, crescentibus opibus, mox secuta lautitia est. Ejus instinctu Q. Catulus Campanam imitatus luxuriam, primum spectantium consessum velorum umbraculis texit.* Ammianus de eadem re libro XIV. *Ex turba vero minimæ sortis & paupertinæ, in tabernis aliqui pernoctant atris, nonnulli velabris umbraculorum Theatralium latent. quæ Campanam imitatus lasciviam Catulus in Ædilitate sua suspendit omnium primus.* Plinius lib. XIX. de velis: *Postea in Theatris tantum umbram fecere. quod primus omnium invenit Q. Catulus, cum * Capitolium dedicaret.* Ejus ritus vestigia in ipsis Amphitheatris, ubi foramina in summis lapidibus ad funes velorum illigandos. ut in Nemausensi illo clare: & in summo hoc Romano quædam grandiora, per quæ conjicimus trajici & in altum dirigi antennas solitas, velorum funes sustinentes. At ipsæ deinde antennæ sive mali, per foramina ea immissæ & demissæ mutulis quibusdam excipiebantur, firmitatis caussa. Ad antennas autem subrectas, funes transversim ligati & extensi; su-

Vela a Q. Catulo reperta.

* At Ædilitati ejus id tribuit Ammianus.

per quos, ducta vela. Testimonia etiam sparsa in Veterum scriptis. Propertius:

Et modo tam pleno fluitantia vela Theatro.

Suetonius in *Cajo*: *Gladiatorio munere, reductis interdum flagrantissimo Sole velis, emitti quemquam vetabat*. Martialis:

Ducta vela & reducere.

Quamvis non modico caleant spectacula sole,
Vela reducuntur cum venit Hermogenes.

Vitruvius præfatione lib. x. *In muneribus quæ a magistratibus, Foro gladiatorum Scenisque ludorum, quædam dantur, quibus nec expectatio nec mora conceditur: ut sunt sedes spectaculorum*, VELORUMQUE INDUCTIONES. Lampridius in *Commodo*: *Cum illi sæpe pugnanti ut deo populus favisset; irrisum se credens, populum Romanum, a militibus classiariis qui vela ducebant, in Amphitheatro interimi præcepit*. In quo mihi nota milites e classe præpositos huic muneri: scilicet quia maritimi illi, jure periti tractandorum velorum. Petunt etiam quidam, apud Plutarchum in *Romulo*, Velabri etymon ab hoc ritu; acute sed non vere. *ἔνιοι λέγουσιν*, inquit, *τὴν εἰς τὸν ἱππόδρομον φέρουσαν ἐξ ἀγορᾶς πάροδον, ἱστίοις καταπεταννύναι τοὺς τὴν θέαν παρέχοντας, ἐντεῦθεν ἀρχομένους. ῥωμαϊστὶ δὲ τὸ ἱστίον Βῆλον ὀνομάζουσι*. Id est, *Quidam ajunt viam illam quæ a foro ad Circum fert ab editoribus ludorum velis solere integi, initio a Velabris facto. Romani autem Velum appellant, quod nos Histium*. Non vere dico: quia Velabri vocem diu notam & natam ante hunc ritum (qui Catuli ævo inductus) satis clarum. Colorata varie vela ista fuisse, ad ornatum, Lucretius ostendit versibus sane ad hanc rem luculentis:

Velabri vanum etymon.

Variegata vela coloribus.

Et vulgo faciunt id lutea, rufaque vela,
Et ferrugina. cum magnis intenta Theatris
Per malos vulgata trabesque trementia pendent.
Namque ibi consessum caveai subter, & omnem
Scenai speciem, patrum matrumque deorumque
Inficiunt, coguntque suo fluitare colore.

Nota, firmari quod supra monui de Antennis.

Et Carbasina vela Plinius lib. XIX. nominat, cum auctore: *Carbasina deinde vela primus in Theatro duxisse traditur Lentulus Spinther Apollinaribus ludis. Mox Cæsar dictator totum forum Romanum intexit, viamque sacram ab domo sua usque ad clivum Capitolinum. quod munere ipso gladiatorio mirabilius visum tradunt*. Miratur & stupet in Cæsariano facto Plinius, vel quia tantum spatii inductum: vel quia velis tam pretiosis. Nam Serica ea fuisse Dio tradidit, etsi parum adfirmate, lib. XLIII. *καὶ ἵνα μηδένα τῶν θεωμένων ὁ ἥλιος λυπήσῃ, παραπετάσματα ὑπὲρ αὐτῶν σηρικὰ, ὥς γέ τινες φασιν, ὑπερπέτασε*. Id est, *Neve quis spectantium a sole infestaretur, vela super eos Serica, ut quidam tradunt, extendit*. Nec scio sane an Plinii libris non exciderit ea Sericorum vox. Jam Nero purpurea etiam vela suspendit, stellis aureis varie interstincta. Xiphilinus: *τά γε μὴν παραπετάσματα τὰ διὰ τοῦ ἀέρος διατιθέντα, ὅπως τὸν ἥλιον ἀπερύκοι, ἁλουργὰ ἦν, καὶ ἐν μέσῳ αὐτῶν ἅρμα ἐλαύνων ὁ Νέρων ἐνέστικτο, ἀστέρες δὲ χρυσοῖ πέριξ ἐπέλαμπον*. Id est, *Vela etiam quæ per aerem expansa ad arcendum solem, purpurea erant. inque iis mediis Nero acu pictus, curum agitans* (videlicet instar Phœbi) *circum vero undique aureæ stellæ*.

Intellegit candicantia, et e tenuissimo lino. Nam Q. Catuli etiam e lino, sed vulgari et rudi.

Dubitatio de integritate Pliniani loci.

Purpurea vela a Nerone.

CAP. XVIII.

Eadem Vela a Juvenali Valeria *dicta. Quid Velarii Augustæi? Umbellæ usum & causiæ fuisse, velis non expansis. Martialis & Vopiscus explicati. Umbellati clavi.*

HÆC ipsa Vela, nisi fallor, Juvenalis *Velaria* dixit illo versu,

Velaria.

— pugnas Cilicis laudabat & ictus,
Et pegma, & pueros inde ad Velaria raptos.

Nec enim Interpretes hic audio, qui Velaria locum esse adserunt ubi vela reconduntur. Imo aliam ego lucem Juvenali do, & ita capio: quasi laudarit & stupuerit adulator ille, quod ludis gladiatoriis, pueri e pegmate subito in altum occulta quadam machina rapti sint, & ad Vela ipsa. Sane recepti in Amphitheatris tales lusus, talesque raptus. Qualis etiam ille Martiali expressus, de Tauro cum Alcide in æthera rapto, populo spectante & adstupente:

Juvenalis explicatus.

Raptus artificiosi & sublationes, in pegmatis.

Raptus abit MEDIA *quod ad æthera Taurus* ARENA,
Non fuit hoc artis, sed pietatis opus.

Lego etiam in veteri inscriptione,

PRÆPOSITVS. VELARIO-
RVM. DOMVS. AVGVSTÆ.

Velarii, pro hominibus.

sed alio sensu: quia Velarios ibi accipio, qui præpositi velis in aula ducendis. Ita in aliis lapidibus: VELARII. DE. DOMV. AVGVSTI. & alibi: VELARII. DOMVS. AVGVSTANÆ. Sed redeo ad Theatrica nostra Vela, quæ moneo non semper extensa: quia sæpe id impediebat ventus. Nec mirum in tam laxo & capaci circo. Hispanus poeta.

Vela ventus sæpe negabat.

Aut Pompejano vela negata Noto.

Quid tum igitur? inquies. spectabantne indefensi a Sole? Non prorsus. duplex iis etiam tegmen, sive Pillei, sive Umbellæ. Pillei quidem Thessalici, ut supra ex Dione rettuli. quem eumdem cum Petaso aliquis fecerit. & notavit eruditus noster Junius in libro II. *Animadversorum* cap. VI. Usi & *Gausapis*, an *Causia*, loco illius Pillei? Nam varia hæc in Martiale lectio: atque alii libri aliud Lemma illud præscribunt his versibus *Apophoretorum*:

Tunc Umbella succedebat, aut Pilleus.

Martialis illustratus & correctus.

In Pompejano tectus spectabo Theatro:
Nam populo ventus vela negare solet.

Significat diserte, usurum se tegmine Causiæ contra solem, si ventus invidisset vela. Ad eundem usum refero Pilleos in Theatris ab Editoribus interdum datos, sive birros. Vopiscus in *Carino*, ubi Junium Messallam ejusque effusionem in ludis acerbe taxat: *Donati sunt ab Atrebaticis birri petiti, donati birri Canusini*. At de Umbella, Martialis idem;

Pillei qua fine dati

Umbella

Accipe quæ nimios vincant umbracula soles.
Sit licet & ventus, te tua vela tegent.

Quam a facienda umbra dictam scito, nec aliud tegmen quam quo hodie in Italia passim supra caput suspenso utuntur, per viam & in æstu. E linteo formant, instar obtusæ & brevioris metæ, quod orbiculata virga extensum, baculo sustinent supra caput erectum. Juvenalis de eadem:

Earum forma.

En cui tu viridem umbellam, cui succina mittas.

Colorabant enim tu puto, pro favore cuiusque in hanc illamve Circi factionem: Prasinam, Venetam, etc.

Et Umbellati clavi apud priscos Architectos, qui capite paulatim instar turbinis latiore: itemque Umbellati flores Fœniculi, Anisi, Sambuci apud hortenses scriptores. Denique umbella, quod σκιάδιον Græcis.

CAP. XIX.

Per occasionem, de pilleo quæsitum. fuerintne eo usi Romani? Non videri: imo nec Gallos aut Germanos. Certa tamen tempora fuisse, quibus permissum tegmen: certos item homines. Nodi plerique omnes in ea re, & scriptores explicati.

DESIERAT Florentius, & jam surgebat. sed ego injecta blande manu, Viam mihi aperis ejus sermonis, inquam, in quem deferri diu mihi est votum. Itaque, per tuam fidem, qui tam multa hodie me docuisti, hoc quoque velut ἐπίμετρον, *auctarium* admetire, de Romanorum capite tecto sive intecto. Nam causiam iis tribuis aut pilleum: sed tantum per ludos. quid ergo censeam? reliquo eos tempore fuisse intectos? ægre id crediderim, in moribus nostris tam adversis. Florentius renidens, A via in semitam me abducis, inquit. quam tamen, quoniam valde velle te video, percurram pede levi. Caput apertum & sine tegmine habere, non Romanis solum olim; sed quod mirere, etiam Græcis veteribus, & fortasse Germanis, Gallisque nobis commune. De Græcis: ecce apud Homerum non causiæ non pillei usquam mentio. nec celat nos ejus Interpres, quin silentium id caussam habeat ab hoc ritu. Quin Soranus in *vita Hippocratis*, anxius est cur imago ejus pilleata cernatur. idque alii ad peregrinationes ejus rettulere, alii ad alias caussas, quas ibi vide. At de Germanis, inducit me facile Tacitus: qui cirros eorum nodosque commemorat, tegmina nusquam. imo de Suevis, clare satis ostendit pugnasse eos etiam capite aperto, crinibus religatis in altitudinem quamdam & terrorem. Et comatos nostros Gallos, quidni credam ea parte intectos? Ni fuissent, & pleræque imo Europæ gentes: non pilleum apud Parthos demum Martialis, ut novum, quæsisset:

Pleræque [...] tes capite nudo.
Græci.
Germani.
Galli.
Parthi ta[...] & quod [...] Luc.

Frustra blanditiæ venitis ad me:
Ad Parthos procul ite pilleatos.

Sed de Romanis ipsis, securius pronuntiem: quia signa mihi in illis & argumenta plura. Primum nummi omnes veteres statuæque (in quibus cultus scilicet & habitus priscus) sine tegmine semper. Scriptores item prisci, pilleum aut petasum abstinere videntur a vulgo. Quo facit valde Suetonii locus: qui Julium Cæsarem ex omnibus decretis sibi honoribus, non alium libentius aut crebrius usurpasse ait, quam jus laureæ coronæ perpetuo gestandæ. idque ad calvitium celandum. Obsecro ut quid, si pilleus aut petasus illis? qui certe aptior & fidelior ad dissimulandum calvitium, quam corona. Quinctiliani item Oratoris sui descriptio. in quo cum vestium omnium singillatim meminerit, usque ad calceos, in capite tamen format & fingit solum capillum. Sed volsellis pugno: ecce telum. Eustathius Homeri Interpres disertim scribit τὸ τᾶς κεφαλᾶς ἀκαλύπτως ἔχειν, *capita intecta habere*, ad Romanos transisse a priscis Græcis. Cui auctoritati quid opponas? Tamen fateor Tempora quædam & Homines spectandos, quibus jus & usus tegendi fuit. Tempora quinque: Sacra, Ludi, Saturnalia, Peregrinatio, Militia. Nam Romanos dum sacrificabant, capite scimus fuisse velato; idque prisco quodam & obvio ritu. Idem in Ludis fuisse, docui jam ante. Etiam Saturnalibus, per quos liberrimæ vitæ dies pilleus admissus. signum scilicet libertatis. Martialis:

Argumenta quibus pilleum spernit a Romanis.
Excipiuntur tempora quædam. Sacrorum. Ludorum. Saturnalium.

Permittis puto pilleata Roma.

Idem:

Dumque decent nostrum pillea sumpta Jovem.

Sed & Peregrinatio quoque petasum bono jure sibi sumpsit, contra pluvias, æstus, ventos. Plautus ubique addocet, qui peregre euntibus aut venientibus petasum aptat. Qui distinctus tamen a Pilleo. quod ille ad umbram faciendam marginatus, ut nostri galeri (forma enim in Mercurii statuis:) hic non item, sed quales dormitorii aut nautici pillei. Cicero item alibi in Epistolis, describens tabellarios iturientes, *Petasatos eos venire*, ait, *& comites exspectare ad portam*. Nec alius mentis illud Suetonii de Augusto: *Solis ne hiberni quidem patiens, domi quoque non nisi petasatus sub divo spatiabatur*. Ait, domi quoque. quasi novum illud & insolens innuens, quod alibi quam per viam. Denique Militiæ pilleos non adimo, inhibitus a Vegetio: *Usque ad præsentem*, inquit, *ætatem consuetudo permansit, ut omnes milites pilleis quos Pannonicos vocant ex pellibus uterentur*. Nam alias, exempla etiam in militibus pilleorum rara. Jam Homines etiam certi, ut dixi, quorum vertex immunis a communi more. Primum Liberti, quos in pilleis fuisse, nova libertate, notius & testatius est quam ut hic dicam. Addo Ægros, quibus hoc quoque licuit, capiti firmando. Ovidius indicat, qui Amanti suo præit ad morbum & pallorem fingendum, & pilleolum tribuit inter signa:

Peregrinationis.
Militiæ.
Excipiuntur & homines.
Liberti.
Ægri.

Arguat & macies animum. nec turpe putaris
Pilleolum nitidis imposuisse comis.

Artemidorus etiam, qui *De Somniis* scripsit non somniculose. Nam libro primo argute observat, ἔρια ἀντὶ τριχῶν ἔχειν, νόσους μακρὰς καὶ φθίσιν προαγορεύειν: *lanam pro capillis habere, longos morbos & tabem significare*: nimirum quia pilleoli isti e lana. Sed & Græcis πιλίδιον receptum in morbo. Plato III. *De Repub.* ἐὰν δέ τις αὐτῷ μακρὰν δίαιταν προστάττῃ, πιλίδιά τε περὶ τὴν κεφαλὴν περιτιθείς. Sed & Senibus pilleum tribuerunt, a pari caussa. Varronis fragmentum adsignificat, e libro I. *De Vita populi Romani*: *Minores natu*, inquit, *capite aperto erant, capillo pexo, utique innexis crinibus*. Et Nicephorus Gregoras ostendit eum morem cum Romano imperio Byzantium etiam translatum, libro X. in extremo: *De capitis tegmine*, ait, *moris apud superiores Principes erat, ut ætate provectiores aulici pilleis turbinatis uterentur, serico tectis: juniores autem omnes prorsus nudis essent capitibus. Andronico autem Imperatore, is mos adeo exolevit, ut*

Etiam apud Græcos.
Senes.
Aliud ego in majoribus fuisse videtur.

passim

passim omnes & seniores & juniores pilleis utentur, non minus in palatio quam in agris: iisque variis & peregrinis. Sed tamen permissum hoc potius senibus credo, quam crebro usurpatum. Romæ quidem. nam ubi exempla? Et contra Varronis verba, nonnihil etiam invenire possim, quod probabiliter obducam. Quartum denique genus cum pilleis, sed male certis aut firmis. Convivæ enim fuisse videntur pilleati. Horatius suspicionem clare facit:

Convivæ

Ut vinosa glomos furtiva Pyrrhia lanæ,
Ut cum pilleolo soleas conviva tribulis.

Nam habitum convivalem adtribuere ille nescio cui videtur, Soleas & Pilleum. Itaque vetus ibi Interpres: *Neve sic suffarcinatus eas, ut unus de tribu, qui ad cœnam vadens, ipse sibi soleas fert cum pilleolo*. Et paulo post: *Hæc erat consuetudo * veteranorum, pilleum portare cum calceis*. Quibus verbis quid sani subsit, haud sane video. Et ambigo in toto hoc ritu. Primum, quia in tam crebra convivorum mentione pilleos non alibi invenio. Secundo, quia inepti iidem, me judice, convivantibus; ob unguenta, ob coronas. Illud credo magis, pilleorum usum in balneis fuisse: a quibus cum exirent, eosdem aliquando retinuisse etiam in mensa. Certe lapis antiquus Patavii est, ubi convivii aliqua forma, & qui accumbunt, partim capite nudo, partim velut pilleolo aut fascia sunt devincti Sed hem! quod me pene fugerat, Athenæi locus est, qui nescio an stabilitor & stator pilleo convivali. Nam loquitur apud eum libro VI. Larensius dilaudans suos Romanos: ἐσθῆτας δὲ ἔχομεν κ̀ ὑποδέσεις ἁπλᾶς, πίλοις τε ταῖς κεφαλαῖ περικείμεθα προβατίων δερμάτων δασεῖς. Id est, *Vestes etiam habemus & calceatus frugi ac simplices, & pilleos capitibus circumponimus ex ovium pellibus densos ac villosos*. Nec est sane ut pilleos illos aliter accipiamus, quam aut de mensalibus (in convivio enim hæc dicta) aut peregrinantibus. Quodpostremum ipse Larensius firmare videtur qui præmisit, *Romanos nihil superflui in vestitu habere*, οὔτε ἀπερχομένοις: id est, ut ego interpretor, *nec peregrinantes quidem, aut alio abeuntes*.

An veteratorum? Sed ambigua ea res.

Sicut et Saturnaliorum pilleus mansisse videri possit a convivali: tum non aliter quam Synthesis.

CAP. XX.

Objectio pro pilleo: eaque remota. Quis mos Romanus in capite aperiendo, & operiendo? Plutarchus explicatus. Palliolum ad caput tegendum: eaque in re Seneca, Petronius, Plautus illustrati noviter.

AT me, Lipsi, sermonis jam serio tædet, & sessionis. Abeo. Imo ego te etiam teneo, inquam: & nodum injicio; quem prius necessum est solvas. Romanos adfirmas capite intecto: & in parte mihi persuades. Sed de honore tamen quomodo expedis? quomodo caput digniori alicui aperuerunt, si id semper apertum? Nam Sallustius ecce scribit: *Sullam in victoria Dictatorem, equo descendere Pompejo uni, adsurgere de sella*, CAPUT APERIRE *solitum*. Et nequid de militia hic cavillere; audi Senecam, qui recenset ut vulgatissimum morem: *Si Consulem videro aut Prætorem, omnia quibus honor solet haberi faciam: equo desiliam*, CAPUT APERIAM. Risit secundum ista Florentius, Et heu Gordium nodum! inquit. ubi Tenedia securis? Non vides etiam in illis Senecæ verbis effugium, de militia aut peregrinatione? Nam desultum etiam ex equo addit. equi autem usus infrequens aut nullus in urbe. Sed tamen confide. non utar his effugiis: veram solvendi viam insistam, sine diverticulo ullo aut flexu. Quam præit mihi clare Plutarchus in *Caussis*. clare quidem ut verba Græca sunt: nam Interpres rem totam involvit caliginosa & deluta versione. Ait: οἱ ῥωμαῖοι τ̀ ἀνθρώπων τοῖς ἀξίοις τιμῆς ἀπαντῶντες, κἂν τυγχάνωσιν ἐπὶ τ̀ κεφαλῆς τὸ ἱμάτιον, ἀποκαλύπτονται. Quæ vertenda erant: *Romani, si cui obviam facti sunt, cui honor habendus, & si forte caput veste injecta tectum habeant, id revelant*. En capitis omnis tectio: en apertio, quæ Romæ. Laciniam togæ, inquam (ea enim Plutarchi vera mens) in caput sæpe rejiciebant, contra ventum aut æstum: eamque detrahebant in honorati alicujus occursu. Plutarchus idem eum habitum expressit in *Gracchis*, de Nasica: τὸ κράσπεδον τοῦ ἱματίου θέμενος ἐπὶ τ̀ κεφαλῆς *Laciniam togæ rejiciens in caput*. Et passim nummi & marmora præferunt, quoties repræsentant sacrificantes. Atque hæc vulgata tectio, & sine nota. aliam etiam eruo, quæ delicatorum aut imbecillium propria, quæque sæpe cum suspicione luxus. Ea erat, ut capite incederent palliolato. Seneca de ingenioso nostro, sed enervi Musarum patre: Mæcenatem dico: *Hunc esse, qui in tribunali, in rostris, in omni publico cœtu sic apparuerit, ut pallio velaretur caput, exclusis utrimque auribus, non aliter quam in minimo Divite fugitivi solent*. Vide si lubet *Epistol. Quæst.* lib. III. epist. XXIII. super hoc loco. Plutarchus superbiam Pompejani liberti, Demetrii, taxans: *Domino stante ipsius*, inquit, *accumbebat* ἔχων δι' ὤτων κατὰ τῆς κεφαλῆς τὸ ἱμάτιον, *habens vestem in capite usque ad aures*. Qui locus bene allucet illi Senecæ. sicut & huic Petronii describentis accubitum mollissimi omnium Malchionum: *Pallio*, inquit, *coccino adrasum incluserat caput*. Et Plauti versum ausim illuc trahere, a paucis proprie intellectum:

Quomodo id factum? Plutarchus paulo conflictatius ab Interprete versus.

Lacinia toga caput tectum.

Interdum pallio sed ab ægris aut delicatis.

Petronius lux.

Et Plauto.

Tum isti Græci palliati, capite operto, qui ambulant.

Scenice enim tangit delicatos & molles istos quod etiam alias solet per occasionem. Sed dixi quoque ægros eo usos: haud dubie cum justiori jam excusatione. Nec de alio palliolo capies illa Suetonii *Claudio* cap. II. *Ob valetudinem, gladiatorio munere, novo more, palliolatus præsedit*. Hoc Quinctiliani: *Palliolum, sicut fascias & focalia, sola excusare potest valetudo*. Item Senecæ: *Videbis quosdam graciles, & palliolo focalique circumdatos, pallentes & ægros*.

Et si paulo aliter ego cepi, in I. Saturnalium meorum c. XIII. Nunc nuto, et pæne muto.

CAP. XXI.

Spoliarii ubi locus fuerit? Gladiatorum cadavera unco tracta. Victor illustratus. De gradibus qui intra porticus.

ET satin' ut exsolvi hunc nodum? certe me. jamque abeo & surgo bona fide. Simul descendit ego consecutus sum, & ad portam cum venissemus quæ ducit ad Forum, Heus tu, inquam: Spoliarium non-

ne etiam in Amphitheatris? ubi illud? Florentius, Non ipsis, inquit, sed juxta ipsa. Et censeo e regione ad alteram illam portam fuisse; quæ, nisi fallor, Libitinensis dicta. Nam Spoliarium, quod receptaculum mortuorum, aut graviter in Arena læsorum, jure constituam juxta mortualem istam portam. Enimvero solent gladiatores occisi turpiter unco per Arenam trahi in Spoliarium. Docent adclamationes illæ Senatus, quæ apud Lampridium in *Commodo: Gladiatoris cadaver unco trahatur: gladiatoris cadaver in spoliario ponatur*. Et hoc idem censeo Victorem significare, in *Domitiano*, cum scribit: *At senatus gladiatoris more funus ferri, radendumque nomen decrevit*. Jamque ad Porticus veneramus, ad quas substitit, Videsne hos Gradus? inquiens. Paulum etiam adscende: videbis alios, ita flexos & dispositos apte, ut quantumvis conferta multitudo statim egredi & ingredi ordinate & sine conflictu potuerit. Ordines hi graduum sive scalarum, ut vides, miro artificio pæne invicem decussantur: & ad ostiola sua sive Vomitoria singuli ducunt. Jam columnæ istæ, jam coronæ, epistylia, zophori, &c, uno verbo, omnia exteriora hujus operis; admiranda nostro sæculo, non imitanda. Sed hæc videlicet potentia Romana, hæ olim opes: quas etiam docti plerique capiunt dumtaxat & vident per nubem.

Spoliarium probabiliter ad portam Libitinensem. Gladiatores tracti.

Quid sit Funus gladiatorum? Gradus interiores, per quos ad spectacula adscensus.

Incredenda imperii potentia Romana.

CAP. XXII.

De Pegmatis accurate dictum. Latinis, Confixa, Apulejus explicatus nove. Pegmata libraria in Cicerone. Theatrica qua forma, & cui usui? Mira in iis & stupenda. Varii ad hanc rem scriptores advocati, & cum luce demissi.

EGRESSI jam eramus, & viam rectam institimus ad Forum. Atque ego: Hoc unum etiam Florenti, inquam, ubi Pegmata hic? aut quid sibi voluit poeta eo verbo? Nam ruminor Martialis eccillos versus, quos adduxti:

> *Hic ubi sidereus propius videt astra colossus,*
> *Et crescunt media Pegmata celsa via.*

Ponit clare in via, & credo illinc in Theatra, sive Amphitheatra, duci solita, ne locum aliter frustra occuparent. Florentius, Properare tibi melius sit, adolescens, inquit. Nam ut diei tempus est, ad aulam tuam venies vacuis jam aulis. cæna, inquam, tibi comesa erit. Sic fiet, inquam: tu modo aures mihi farci, ut cum Varrone dicam, scholica ista dape: qua replear, & explear numquam. Age, inquit Florentius: sed ut sine jactura tua sit, inter eundum. Pegmata Antiqui appellarunt machinas quasdam e ligno, quibus usus in Theatris aut Arenis. vox Græca origine est, ἀπὸ τοῦ πήγνυμι, quod est Figo, Gelo, Compingo. Itaque Glossæ priscæ πῆγμα interpretantur *Confixum*. (Dubites an non Lucillii jocus apud Cicer. II. *De Orat.* huc spectaverit; *Quid Decius Nuculæ, An confixum vis facere? inquit*. ubi & obscænitas subesse videtur.) & docte Apulejus *confixilem machinam* dixit, adlusione ad vim

Pegma, unde dictum?

A ipsam verbi. De Pegmatis enim ego interpretor, quæ lib. IV. scribit in apparatu muneris: *Confixilis machinæ sublicæ. turres tabularum nexibus, instar circumferaneæ domus, floridæ picturæ: decora futuræ venationis receptacula*. Pegma paullo aliter, pro loculamentis pluteisque librariis Cicero dixisse videtur lib. IV. *ad Att.* epistola VIII. *Nihil venustius quam illa tua pegmata. postquam misisti, libros illustrarunt valde*. At nostrum istud, non aliud quam grandis quædam & ingeniosa contabulatio, quæ sponte & occulte statim cresceret, sta-

Picta enim Pegmata, infra ex Claudiano.

B tim subsideret. ideoque compacta raris quibusdam tabulis & sublicis. Prudentius.

> *Tabulis superne strata texunt pulpita*
> *Rimosa, rari pegmatis compagibus.*

Quæ ornatus caussa, tecta sæpe argento vel auro, sed tenui. Martialis:

Argento tecta.

> *Hac fuerat nuper nebula tibi pegma perunctum.*

Etsi Cajus Princeps, ut Plinii verba sunt, *in Circum* (ita lego) *pegma duxit, in quo fuere argenti pondo centum viginti quat-*

C *tuor*. In his Pegmatis varia inventa & stupendi lusus ingeniorum. de quibus Augustinum loqui sentio l. XXIV. *De Civitat.* cap. XXIV. *Ad quam stupenda opera industria humana pervenit; quæ in Theatris mirabilia spectantibus, audientibus incredibilia, facienda & exhibenda molita est?* Nam ait, in Theatris. Seneca pleraque ea omnia conatus est exprimere, Epistola XCI. *His licet annumeres*, inquit, *machinatores, qui*

Augustini ad pegmata non dubia allusio.

Graphica eorum deformatio in Seneca.

D *pegmata ex se surgentia excogitant, & tabulata tacite in sublime crescentia, & alias ex inopinato varietates: aut dehiscentibus, quæ cohærebant; aut quæ distabant, sua sponte cohærentibus: aut iis quæ eminebant, paulatim in se residentibus*. Crescebant, ait, in sublime. Ideo Martialis,

Crescebant subito.

> *Et crescunt media pegmata celsa via.*

Subsidebant eadem: & recte Claudianus:

Desidebant.

> *Mobile ponderibus descendit pegma reductis.*

E Sive quis legere mavult, *desedit*. Quin interdum chasmate & ruina subita dehiscebant: sive tota pegmata, sive homines qui impositi. De machina ipsa, Apulejus indicat lib. X. *Jamque tota suave fragrante cavea, montem illum ligneum terræ vorago decerpit*. sive, ut liber scriptus, *decepit*, nisi mavis, *recepit*. bene & proprie. De hominibus, Petronius: *Non taces*, inquit, *gladiator obscæne, quem de* RUINA *Arena dimisit? Non taces nocturne percussor, qui ne tum quidem cum fortiter faceres, cum pura*

Ruina absorbebantur. Apuleius correctus.

Homines item, qui impositi. Petronio lucem damus.

F *muliere pugnasti?* Significat enim aperte, fugitivum illum in Arenam damnatum, & cum fœda muliere aliqua (non dissimili schemate, quo asinus Apulejus) commissum, ruina Pegmatis præter spem evasisse. Et clare iterum: *Ergo me non* RUINA *terra potuit haurire? non iratum etiam innocentibus mare? Aufugi judicium, Arenæ imposui, hospitem occidi, ut inter audaciæ nomina mendicus exsul in diversorio Græcæ urbis jacerem*. Et solent interdum ita componere pegma & hanc ruinam; ut ii qui impositi, præcipites ruerent in caveas ferarum, ibique discerperentur. Strabo eleganter de Siculo

Homines insubitæ. Ad feras præcipitati.

quodam latrone qui Ætnæ filius audiebat: τοῦτον, inquit, ἐν τῇ ἀγορᾷ, μονομάχων ἀγῶνος συνεστῶτος, εἴδομεν διασπασθέντα ὑπὸ θηρίων. ἐπὶ πήγματος γάρ τινος ὑψηλοῦ τεθεὶς ὡς ἂν ἐπὶ τῆς αἴτνης, διαλυθέντος αἰφνιδίως καὶ συμπεσόντος, κατηνέχθη αὐτὸς εἰς γαλεάγρας θηρίων διαλύτους ἐπίτηδες παρεσκευασμένας ὑπὸ τῷ πήγματι. Id est, *Eum nos in foro, per ludos gladiatorios, discerpi a feris vidimus. In sublimi enim tabulato, tanquam in* Ætna, positus, eoque compagibus solutis subito concidente, ipse quoque cecidit in caveas ferarum, quæ facile exsolverentur, infra tabulatum de industria dispositas*. Sed & flammarum quidam lusus, & imago in hoc Pegmate: sine ulla ejus plerumque noxa. Claudianus:

Forma scilicet montis lignei, ut in Apulejo.

Flammarum lusus in pegmate.

Mobile ponderibus descendat pegma reductis.
Inque chori speciem spargentes ardua flammas
Scena rotet. varios effingat Mulciber orbes
*Per tabulas impune vagus: * pictæque citato*
Ludant igne trabes: & non permissa morari
*Fida per innocuas errent incendia * turres.*

Adde Apuleii locum supra: *Floridæ picturæ* Pingi enim hæc pegmata solent. Etiam Apulejus supra nominat.

Vopiscus in *Carino*. *Pegma præterea, cujus flammis scena conflagravit: quam Diocletianus postea magnificentiorem reddidit*. Duces etiam captivos & oppida in Pegmatis solere ostendi, Josephus adnotat libro VII. Judaici excidii: sed non hæc Theatrica intellegens, verum Fercula quæ portari solita per triumphum. Verba ejus: θαῦμα δὲ ἐν τοῖς μάλιστα παρεῖχεν, ἡ τῶν φερομένων πηγμάτων κατασκευή. καὶ γὰρ διὰ μέγεθος ἦν δεῖσαι τῷ βεβαίῳ τῆς φορᾶς ἀπιστήσαντα. τριώροφα γὰρ αὐτῶν καὶ τετρώροφα πολλὰ πεποίητο. Id est, *Maximam autem admirationem præbuit apparatus Pegmatum, quæ ferebantur: Nam ob magnitudinem eorum, jure metuere licebat, & diffidere omnino viribus portantium. quippe quædam triplici tabulato adsurgebant, quædam & quadruplici.* Statimque addidit: τέτακτο δὲ ἐφ' ἑκάστῳ τῶν πηγμάτων, ὁ τῆς ἁλισκομένης πόλεως στρατηγὸς, ὃν τρόπον ἐλήφθη. Id est, *Collocatus autem in quoque pegmate erat captæ civitatis dux, eo modo quo captus*. Magis proprie ad hæc nostra pertinent Suetonii * loci duo, alter in *Cajo*, cap. XXVI. *Claudio* alter cap. XXXIV. quos vide. Ambigo an & Aristoteles ad Alexandrum, ad has machinas non aspexerit: ὥσπερ δρῶσιν οἱ μηχανοτέχνοι, διὰ μιᾶς ὀργάνου χαστηρίας, πολλὰς καὶ ποικίλας ἐνεργείας ἀποτελοῦντες. Certe * Apulejus, dum verba ea vertit: *Machinatores fabricarum, astutia unius conversionis, multa & varia pariter administrant*. Parapegmata etiam nominata Vitruvio invenies, pro instrumentis Astrologorum: & in Laertio scriptum, Democritum scripsisse Astronomica parapegmata. Inter hos sermones, ventum iterum ad Pantheon. ille ad sinistram, ego ad dextram, vale dicto, defleximus.

Quæ tamen diversa paullo ab istis

De quibus non repeto mihi scripta 11. *Sat.*

Qui aureum illum libellum vertit verbatim pæne.

Parapegmata.

JUSTUS LIPSIUS
ABRAHAMO ORTELIO
SUO S. D.



Æ tu benefica quadam natura es, mi Orteli: qui rem omnem tuam librariam, tam prompte non offers mihi solum, sed ultro adfers. Vix injeceram de libellis aliquot: tu mihi promis largiter ex ubere tua penu, & ambabus, quod Græci dicunt, manibus donas. Amo jure, ut antea virtutem modestiumque tuam, sic prolixum hunc amorem. nec diffiteor usui mihi apparatum istum fuisse, ad meam banc Arenam. Illa præsertim Serlii. quæ etsi ad Architecturam externam inprimis spectant (quam anxie hic non quæsivi:) tamen infuere iis, quæ in forma facieque ipsa loci, gressus meos vacillantes direxerint aut firmarint. Imagines enim aliquot talium monumentorum cum judicio & fide repræsentat: quorum adspectus viam nobis in parte sternit, ad intellectum veterum morum. Et quamquam ipsi coram ea olim vidimus, & per biennium fere solum pressimus Dominæ urbis: tamen, ut adolescentia nostra tunc fuit, nec abdita illa & a fronte remota rerum penetravimus; nec cum accuratione satis excerpsimus, quidquid faceret ad meliorem usum. Scilicet erravi eumdem errorem, quem plerique hodie mibi compares: & pueritiam adolescentiamque peregrinationibus dedi, quæ judicium & dilectum profecto quærunt. id est, virum. Quot mihi in animo & oculis ex istis, qui varias terras & maria circulati sunt? adeo cum nullo suo fructu; ut plerique vitia tantum imbiberint, & animi corporisque morbos. Partem eorum Scylla quædam libidinum abripuit: partem Charybdis aliarum voluptatum. Nos ipsi quod salvi fretum hoc enavimus; nunquam alteri adscripserim, quam Bono meo Deo. Jam illi qui rem fecisse sibi atque aliis videntur, quid referunt ex hoc mercatu? externos gestus, vestitus, linguas: boni moris ac virtutis, pauci igniculum aliquem aut semen. Atque ut Appion ille, falso Polybistor,

cum Homerum ab inferis magno molimine evocasset, nihil eum interrogavit nisi, Unde domo? *sic plerique istorum adolescentium, in occasione præclara discendi, futilia tantum consectantur. Itaque ut veram peregrinationem laudo, susceptam maturo judicio, maturo ævo: (dux enim illa, non nego, ad prudentiam & rerum usum:) sic juvenilem & vanam hanc jure damno & abhorreo. quæ mihi similis longæ navigationi videtur, sine meta, sine portu. Jactantur in navi, circumaguntur variis ventis: & cum ad terram & ad seipsos flectunt oculos, vident non multum se, sed diu navigasse. Sed aberro, & in hoc peregrinationis sermone, a re mea ipse peregrinor. Domum & ad me, imo ad te redeo: cui donum mittimus, Imaginum ejusmodi aliquot Amphitheatralium delineationes. Ac pluria sane superesse scio in Italia, Hispania, Gallia: sed cum omnia fere ad par exemplum, quid opus pluribus exemplis? Illustria aut novata sumpsi: & dono per se tenui, ac vix dono, bracteam aliquam verborum circumdedi, & velut lucem nostræ interpretationis. Tu, mi Orteli, parvum hoc, sed non fallax animi mei monumentum habe. monumentum, cui, ex vetere formula,* DOLUS *certe* MALUS ABEST. *Vale.*

INDEX CAPITUM.

JUSTI LIPSII
DE AMPHITHEATRIS
QUÆ
EXTRA ROMAM
LIBELLUS.

CAP. I.

Amphitheatra crebra admodum in provinciis fuisse: eorumque aliquot recensio.



SI ædificii aut publici operis ullum genus crebrum in Italia & provinciis fuit: reperies hoc fuisse, quod ad ludos spectat. Ut enim Romani victis gentibus linguam & mores intulere: sic vitia. hæc præsertim, quæ blandiebantur, & admissionem sibi postulabant specie quadam amœnæ voluptatis. Itaque Theatra, Circi, Stadia exstructa passim: sed imprimis Amphitheatra, quia omnis plebs dedita maxime in spectaculis illis crudis & cruentis erat.

Amphitheatra passim in provinciis.

Plebs addicta sævis ludis plerumque. Martyres objecti bestiis.

A Historiæ passim docent, & Christiana item Martyrologia; in quibus toties mentio puri illius sacrique sanguinis in ferina hac sede effusi. Quod si tamen non ingerant libri, certe oculi. cum etiam nunc ruinæ & reliquiæ ubique occurrant insignium locorum. Et de aliis provinciis dubitemus? Ecce Judæa illa ipsa conscia Dei veri, Dei magni, in hanc culpam venisse reperietur: quamquam sine sua pæne culpa. Herodes enim, magnificus sane & cætera illustris rex, non uno ioco Judææ Amphitheatra inædificavit: sive ipse pronus in eos ludos, B sive studio quodam hac quoque parte placendi Romanis exstruxit in ipsa urbe sacra, ἐν τῷ πεδίῳ, ut Josephus ait, Ἀμφιθέατρον μέγιστον: *in Campo, maximum Amphitheatrum.* Item Cæsareæ, ait idem scriptor, Ἀμφιθέατρον κατεσκεύασε πολὺν ὄχλον ἀνθρώπων δέχεσθαι δυνάμενον: *Amphitheatrum construxit quod multam homi-*

In ipsa Judæa, Amphitheatra, Herode struente.

In orbe toto Romano.

num turbam caperet. Nec de Græcia mihi aliquis dubitet, Africa, Asia, Hispania, Gallia; non certe is, qui res & mores in parte norit sæculi vetusti. Audeo adfirmare, raram aliquam sive coloniam sive municipium fuisse, in queis non & ludi isti, & ludorum simul sedes. Adeo velut tabes quædam, animos omnium pervaserat ludicrum istud studium, an furor, dicam? Itaque vix aliqua provincia etiam nunc est, in qua non vestigia Amphitheatrorum: quædam obscura & fugientia longo ævo, quædam clarius exstantia & viva in parte. Quorum non equidem accuratum Indicem polliceor: (multa me fugiunt, scio:) sed pauca tantum fidei caussa subjiciam, visa nobis, aut firmiter audita.

Reliquiæ id docent.

Index Amphitheatrorum aliquot, quæ hodie.

Extat igitur hodieque in Italia, ad Lyrim Campaniæ fluvium (*Garigliano* nunc dicunt) juxta Minturnas, (hodie *Trajecto*) pars Amphitheatri latericii bene conspicua.

Exstat secundo, Puteolis pariter Amphitheatrum latericium.

Tertio, Capuæ, sed magnificum & e solido marmore.

Quarto, Albæ in Latio; e qua materia (non enim vidi aut accepi) mihi incertum.

Quinto, Ocriculi, in Umbria. materiem ignoro.

Sexto, Veronæ pulcherrimum: cujus pleniorem descriptionem, una cum designatione mox dabo. Hæc, quod sciam, in Italia.

At in Græcia etiam, Athenarum veterum solo conspici ajunt magnificum & marmoreum.

In Istria, Polæ ad mare Hadriaticum: quod item mox subjiciam.

In Hispania, Hispali extra muros, nisi fallor, pulchrum, sed cujus formam nancisci mihi non fuit.

In Gallia, Perigeusii in Petrocoriis (urbem eam, Vesunam Ptolomæi fuisse volunt) pulchrum & satis integrum, extra mœnia cujus icunculam vidi, sed parum exactam aut certam: ideoque mihi non ponendam E lapide quadrato est, & Arenæ ejus longitudo XXX. perticarum, latitudo XX.

Arelate etiam esse ajunt, sed parum integrum.

Burdegalæ exstat, quod videre multi: nec descriptionem tamen sum nactus.

Nemausi est celebre & notum, cujus infra do formam.

Ad Ligerim mirum, & quod miror haud satis notum: cujus item do formam.

Hæc præcipua, quæ satis quidem certo acceperim, in nostra Europa. nisi quod etiam in Helvetiis exstat, Aventici.

Amphitheatra, vulgo Arenæ.

Dignum autem nota, quod etiam hodie hæc omnia fere loca, *Arenas* appellant: retenta prisca scilicet & vulgata voce.

CAP. II.

De Veronensi Amphitheatro: & primo, quando, vel a quo structum?

Veronense, marmoreum.

POST illud Romanum, inter pulcherrima & integerrima Veronense Amphitheatrum esse fatemur. quod e marmo-

A re est totum. Quando, & quis struxerit, multi & diu quærunt. Torellus Sarayna, qui Veronam suam descripsit adfectu magis eximio, quam successu, suadet nobis valde vetus esse & structum ante tempora Augusti, aut certe illis ipsis. Sed argumenta huic rei quæ adfert, non sunt profecto a dea Pitho. quæ recensebo tamen & refellam breviter, atque ut in re ludicra, per lusum. Jam primum hoc sibi sumit, Amphitheatrum antiquius esse quam Theatrum, quod ibidem conspicitur juxta Athesim flumen. At Theatrum hoc exstructum est, inquit,

De ævo ejus quæsitum. Qui tam ad Augustum referunt.

Levibus his argumentis.

B ab Augusto. magis igitur Amphitheatrum. Item: lapides in eo aliquot tauri effigiem habent insculptam. taurus autem, symbolum Augusti: quoniam & in nummis expressus, & natus ipse ad Capita bubula, uti Suetonius testatur. clarum igitur Augusti hoc esse opus. Sed & lapis alius Veronæ, qui præfert, OCTAVIÆ C. F. ET. SORORI. CARISSIMÆ. constat vero Octaviam hanc sororem fuisse Augusti. Denique duodetriginta colonias per Italiam Augustus deduxit, easque variis operibus instruxit, narrante Tranquillo: inter eas Veronam fuisse, nihil ambigendum. En argumenta, e plumbo an e vitro? quæ levi & ludente manu rejiciamus. At primo, Amphitheatrum antiquius Theatro esse. Non credo. & caussa hæc, quia ubique fere locorum, ludi scenici priores origine & usu muneralibus istis: igitur & eorum sedes. Quid opponis? tauros. & illi, inquis, insculpti in hoc opere. Quid tum? nempe ut ornamentum operis, non ut auctoris indicium. Quid si omnia ad Augustum trahes, ubi tauri: quis finis? Etiam Nemausense illud gloriabitur structore

Quæ refutamus.

Taurina capita,

D Augusto. Sed tamen hoc, inquis, ejus Principis symbolum: quoniam nummi Augustæi, cum impresso tauro. Etiam aliorum, o bone senex; quia taurus sive bos coloniæ deductæ nota, non peculiare aliquod signum. At enim Augustus natus ad capita bubula. O tu quoque inter ea! & gnosce. non enim ultra comprimo hunc linem: non, si ego objiciendus sim vero tauro. Sed in Octavia etiam es suavior. ais illam fuisse sororem Augusti. Quis tibi fecit indicium? ego imo illum lapidem sepulcralem fuisse verius auguror, & municipalis ali-

Bos in Nummis Coloniarum

E cujus Octaviæ: non illius principalis, quæ mortua & sepulta Romæ. Nam de coloniis, & per eas Augusti operibus sparsis, communiter non negamus. ad Veronam tuam si adstringis, opus sit alio teste. Sed ecce quoque eum, inquis. Nam Cyriacus Anconitanus in *Itinerario* suo scribit his verbis: *Denique Veronam feracissimam & antiquam civitatem venit, ubi non exigua Veterum monumenta comperit, præsertim Labyrinthum quod Arena nunc dicitur. & habetur quod constructum fuerit anno imperii Octaviani Augusti trigesimonono. Cujus pars exterior terræ-*

Cyriacus

F *motibus corruit.* Tibicen hic aliquis, fateor: sed parum firmus. Famæ enim innititur, quæ in his talibus plurimum invenitur fallax. Et cur credam Augusti ævo structum in colonia hoc egregium opus: cum ne Romæ quidem tunc fuerit, & in ipsa urbe matre? Nam Amphitheatra mansura & lapidea tarde ibi cœpere, ut docui, & sub Augusto. Valde autem verisimile, exemplum illinc manasse ad urbes subditas &

Sed ei quoque fides abrogata.

minores: non autem contra. Itaque Taurello nostro sive Cyriaco, nihil adsentior de tam grandi ævo. Ægre etiam Carolo Sigonio prælustri viro, qui nimis novitium facit, & refert ad Maximiani ævum: hoc solo argumento, quod is in vicinia pleraque condiderit ampla & magnifica, Mediolani, Aquilejæ, Brixiæ. Ego, etsi certus sum nihil in hac re nunc esse certi, tamen paullo antiquius quam pro illo Principe suspicer. Primum, quia jam tum Plinii Secundi ævo, Gladiatorum & Ferarum spectacula Veronæ satis crebra. præit ipse lib. VI. *Epistol.* in quadam ad Maximum Africanum. Deinde, Othonis & Vitelii principatu, Placentiæ vicinisq; oppidis insignia Amphitheatra fuisse scio: qui minus tunc Veronæ? Certe de Placentino, egregium testimonium Corn. Taciti, secundo *Historiarum*: *eo certamine* PULCHERRIMUM AMPHITHEATRI OPUS *situm extra muros conflagravit. sive ab oppugnatoribus incensum, dum faces jaculantur: sive ab obsessis, dum regerunt. Municipale vulgus*

Sigonii opinio superte, lib. I. Histor. Occid.

Deniq; mea.

Placentiæ egregium olim Amphitheatrum.

A *pronum ad suspiciones, fraude illata ignis alimenta credidit a quibusdam* VICINIS COLONIIS, *invidiæ emulatione, quod* NULLA IN ITALIA MOLES TAM CAPAX *esset*. Ubi & laudes ejus ampli operis amplas vides, & simul (si attendis) crebra jam & vulgata per Italiam Amphitheatra fuisse. Sed quod combustum Placentinum illud ait: fortasse hæreas. & quid? fuitne igitur ligneum? De toto, non opinor; de parte, suspicor: ea scilicet, quæ subsellia & gradus interne complexa. At exteriora omnia, firma & e lapide fuisse censeo. ni fuissent: cur ut de ma-
B gna jactura aliqua historicus noster questus? Fuerit igitur ad eam formam, ad quam Polanum illud, quo de infra. Nec plura de ortu Veronensis Amphitheatri dico, aut magis certa. En ipsam formam: non eam prorsus quidem uti nunc conspicitur, sed adjutam, ut solet, leviter ab Antiquariis & Architectis. Ex iis enim quæ restant, facile conceptu totum opus & designatu.

Qua materie fuerit, & quomodo amburi facile?

CAP. III.

Descriptio ejus distincta magis, & dimensio.

ADDAM nonnulla quæ ad formæ ejus intellectum: & quod penicillus non potuit, calamus hic mihi explebit. Paries totus exterior (Alam vulgo vocant) e marmore est, opere quod Rusticum dicitur factus. Dividitur in Arcuum tres ordines, qui alii super alios scandunt. Quisque ordo, Arcus continet sive fornices septuaginta duo. In supremo ordine, statuæ olim columnis adsitæ vel insitæ potius, uti vestigia docent. Supra eum ordinem, paries adsurrexit, in quo fenestræ grandes, quadratæ, LXXII. Earum usus, me quidem judice, ad aerem & lucem hauriendam, cum Amphitheatrum velis tectum. sive etiam ad ventum: quia refrigerio certe opus, in æstu, & concursu tot animarum. nec alius hujusmodi foraminum usus censendus, in illo etiam Romano. Arcuum dimensio, auctore Sebastiano Serlio eximio Architecto, hæc. Primi arcus altitudo, pedum XXIII. latitudo, XII.

Marmoreum Veronense Amphitheatrum. Triplici ordine Arcuum. Statuæ ad columnas superas.

Usus fenestrarum quarundam.

Columnarum utrimque altitudo, pedum XXVII. Epistylii deinde, Zophori, Coronicis, pedum circiter VIII. & s.

D Altitudo secundi arcus, pedum XXIV. latitudo, XII. Columnarum ejus altitudo, ped. XXVII. s. Epistylii, Zophori, Coronicis, pedum IX. s.

Tertii arcus altitudo, pedum XVII. s. latitudo, IX. s. Columnarum, XX. s. Coronicis, V.

Porticus triplex juncta.

In parte ima (ad terram enim iterum descendo) triplex continuatur Porticuum or-

Earum mensuratio. Portæ plures in Amphitheatro.

do, quæ ambiunt & sustinent totum opus. Ex iis, Porticus extima, lata pedes XIII. Media, pedes IX. s. Intima, pedes VIII. s. Ex hac, portæ sive aditus decem & octo in Arenam. interque eas duæ grandiores oppositæ, qua longissimum Amphitheatrum est. quarum latitudo, pedum XII. unciarum VI.

Ejus dimensio interior.

At Arenæ ipsius longitudo, perticas continet XXXIX. latitudo, XXII. ita ut in pertica pedes numeres VI. Gradus spectaculorum (Torello definiente) non plus quadraginta duo; alti singuli pedem & uncias II. lati, pedes II. Excipio quod in media cavea, gradus unus est excellior: (unum dico, ex Torelli mente. nam qui Formam hanc nostram concepit, tres adnotavit.) qui altus pedes II. uncias VI. Eum, Præcinctionem sive Diazoma censemus. At Scalares gradus, qui ad Vomitoria: minores scilicet, quam illi sessiles, nec alti plus quam uncias VII. lati tamen adæque ac sessiles. Sedere in his Gradibus potuere, Torelli calculo, hominum ad *viginti tria millia centum octoginta quattuor*: ita ut singulis pes & medius adsignetur ad sessionem. Harum omnium mensurarum auctores mihi Torellus & Serlius: nec in re quæ manuum & lineæ est, fidem meam ego temere obstringam. Plura & magis minuta quisquis voles, apud eos vide.

Alii tamen plures volunt. Graduum numerus & dimensio. Præcinctio. Scalaria.

Quam capax cavea tota fuerit?

Auctores, quibus hic nitor.

A

B

C

CAP. IV.

De Amphitheatro, quod Polæ.

POLAM urbem Istriæ maritimam esse scimus, coloniam Romanorum priscam, & quæ Julia Pietas olim dicta. In hac vestigia & reliquiæ multæ antiquorum operum: duumque imprimis insignium, Theatri & Amphitheatri. Utrumque Seb. Serlio accurate descriptum: cui viro præter proprias laudes, obventicia illa accedit, quod doctor & ductor fuit ad Architectonicem, Gulielmo illi Philandro, viro vere perito & apud magnos magno. Sed hoc Amphitheatrum Polanum alia quadam forma & facie structum, quam ea quæ alibi videmus: ideoque jure me allicuit ad exprimendum. Non enim e lapide aut uno opere tota moles fuit: sed exterior tantum pars, quæ lapide quadro adsurgit cum columnis suis, opere item Rustico facta. At interiora omnia membra, subsellia, aditus, gradus, podia e ligno fuisse certum est, & pro tempore construi potuisse, destruique. Itaque hodie totum illud internum vacuum apparet, nudo tantum muro: & quod in tabella nostra expletum hic vides, a manu est & mente Serliana. Situm est in urbe media, ad montem; totiusque operis dimensiones pete, si voles, ab eo, quem dixi, accurato Architecto.


Pola ad Mare situm.

Seb. Serlii laus.

Item Philandri. Nova forma Polani Amphitheatri.

Semilapideum fuit, & semiligneum.

Itaque hodie vacuum: ligna vide licet sive, vel qua alii vi assumptis.



CAP. V.

De Amphitheatro Nemausensi.

NOTI hoc nominis & celebris, non per Galliam solum, sed per Europam. Et credunt multi eximium etiam olim opus fuisse: non ego, qui scio majora multo & operosa magis habuisse Lugdunum, Viennam, & nobiles illas Galliæ urbes.

Nemausense non olim inter maxima.


Utrolique hic

D

Præ quibus, quid Nemausus? Nomen tamen non injuria retinet: quia & pulchrum est quod satis sit, & integrum magna parte. Quando vel a quo structum, nescimus: nec nugari mihi aut rixari iterum cum aliis lubet. Hoc reperio nota dignum, olim a Gothis loco arcis habitum, & contra vim firmatum. Rodericus Toletanus id notat in *rebus Hispaniæ*, l. III. cap. VII. appellatque

Amphitheatra nominat Eusebius in *Eccl. Histor.* *Ortus ejus ignotus.*

Præſidium Arenarum. Formam ejus dimidiatam hic adpono. cetera vide & quære apud Johannem Poldum Albenatem, in libro quem inſcripſit *Antiquitates Nemauſi*.



C A P. VI.

De Amphitheatro (incolæ, ſive accolæ potius, Arenas etiam hodie vocant) quod ad Ligerim, juxta Doveonam. in quo deſcribendo fidem meam nihil tamen obligo. vetuſne an novum, vera commenſuratio an falſa, pendeat a meo actore.

AMPHITHEATRUM mihi supereſt mirum, novum: & quod latere tamdiu in illa Galliæ luce potuiſſe vix fides. Nullumne ex tot curioſis & avidis ingeniis vidiſſe, notaſſe, prodidiſſe? nullum. Itaque fateor, cum delata primum ad me res fuit (delata autem ab Cornelio Aquano, viro ejuſmodi monumentorum veterum diligente:) hæſi, medius inter credendi temeritatem & pudorem rejiciendi. Valde enim ille adſeverabat. & ſimul Forma, quam offerebat, videbatur non eſſe novitiæ aut calidæ inventionis. Tamen etiam hærebam. donec perveni ecce ad caput ipſum famæ hujus & formæ; qui non auribus ſuis, ſed oculis ſenſibuſque id credi volebat. Cur repugnarem? vidiſſe ſerio adfirmabat, calcaſſe, deformaſſe. Is fuit Lævinus Herſmakerus, vir gravitate & doctrina apud nos notus: qui in finitimis huic Amphitheatro locis, aliquot annos egit. Non ſemel ipſe luſtrarat, non ſemel cum eo alii: quos etiam nunc viros nec procul poſitos, teſtes advocabat obſervationis ſuæ & dimenſionis. Itaque auſus ſum hac fiducia Formam totius operis dare & deſcriptionem: quæ a mente quidem & lingua aliena erit, a ſtilo tamen tamen & ordine noſtra. In quo ſi quid peccabo, deſignando aut dimetiendo: quæ mea culpa eſſe poteſt, præter credulitatem? quam non nimis hercle deprecor; quoniam revera, ut Comicus ille ait,

Diu irrepertum Amphitheatrum, & tamen repertum.

Quis mihi auctor [illegible]

Αὕτη γε χρηστῶν ἐστιν ἀνδρῶν ἡ νόσος.
Hic morbus eſſe proprius bonis hominibus.

Eſt igitur hoc Amphitheatrum, quod dico, manu quidem & arte humana factum; ſed ita, ut videri poſſit a natura. totum enim exciſum & cavatum eſt in monte, ſine externa ulla materiatione calcis, lapidis, ligni. Mons in quo & e quo id eſt, abeſt plus minus diei mediæ itinere a Ligeri fluvio, parte ea qua ab Andegavis in Pictones itur: ubi pons priſcus, quem Cæſaris aliqui appellant. Pagus haud procul inde, qui dicitur Dovæus. Mons eſt lapideus totus, cujus generis ibi plures; ſed lapide tamen non plane duro, quique cæſuram & ferrum facile admittat. Color ei, qualis Tyburtino: e quo Titi Romæ Amphitheatrum eſt. Magnitudo montis, paullo minus milliare Gallicum in latitudine; in longitudine, duo circiter continet. ſed ea tamen facies, ut in edito ſatis planus & jacens ſit, & ab lateribus utrimque clementer adſurgat. Cortex, ut ſic dicam, & tegumentum univerſi montis, e terra eſt: viſcera tantum e lapide. Ideoque non gramine ſolum, ſed ſegete ſæpe veſtitur. In ſummo, ſed paullo tamen ad latus, hoc Amphitheatrum reperi; haud facillime, quia etiam præſcios, niſi intendant animum, fallat. Cum enim ſuperne deſpicis; aliquem cavum aut puteum cenſebis, ex iſtis qui ob

Semi nativum Amphitheatrum.

Ubi id ſitum?

Vulgo pont du S... Gallis Douve.

Montis deſcriptio.

Qua parte eius hoc opus?

ob lapidum excidia vulgati ibi & crebri. Atqui aliud profecto opus eſt: & a Dædalo quopiam acute inventum, adfabre factum. Gradus ſubſelliorum a ſummo margine ſtatim incipiunt; minuunturque, ut ſolet, paullatim euntes in declive. A ſummo, dico, incipiunt: ut nunc quidem aſpectus eſt. olim vix ambigo, quin cancelli aut murus aliquis circumpoſitus fuerit, ſive ad ornandum, ſive magis ad ſervandum. Aliquid enim certe ſepimenti fuiſſe debet, ad pecudes arcendas & petulcos. At nunc tamen deſcendens, pedem ſtatim

Gradus in margine, & a margine ſummo.


Iſque cum ſuis portis et januis. Non enim hic

A

ponis in ipſis gradibus: quorum, primo initu, confuſus ſatis adſpectus. Terra enim & pulvere cottidie complentur: quæ ventus invehit aut imber. Itaque gramen etiam ibi paſſim: & formoſa olim nec ad hunc uſum loca perambulant informes oves. Qui hæc nobis narravit, addebat, culteris, & ferramentis ea omnia a ſe & comitibus perpurgata, ut formam intuerentur exacte. Gradus ajebat eſſe numero LIV. quorum ſupremus, latus capaxque in orbem ped. DCC. XLII. Linea dimetiens in ſummo longa pedes CCXXXVI.

Vomitoria ulla aut Aditus alii in gradibus. *Gradus gramine obſiti & terra.*

Eorum numerus.



At ab imo gradu, ſtatim ſequitur murus, qui Podium attollit & Arenam claudit: eſtque altus pedes IX. Inde area: & in ea media (præter morem quidem omnium ejuſmodi theatrorum, quod ſciam) tumulus quidam rotundus, elevatus, ex eodem lapide: altus pedes VII. aut paullo amplius: longus in diametro, pedes XXX. Is planus in ſuperficie & æquus; excipio quod ad oras a medio paullum vergit & declinat. In eo ipſo tumulo, æquis intervallis, ſex foramina quædam rotunda item, lata pedes V. quibus impoſita vel adjuncta putealia (omnia, ſemel dictum volo, ex uno eodemque lapide) paullo grandiora quam ipſa foramina; uti neceſſum, contra illapſum. His putealibus inſerti annuli craſſi ferrei fuere, (veſtigia & ærugo clare docent:) ut baculo iis inſerto, admoveri poſſent vel amoveri. Nam alias, pondus iis ſatis grande, quodque duo homines ægre commoverint. Hæc foramina velut oſtiola ſunt, quæ per ſcalas quaſdam cochlides ſive incurvas, ad Viam infra ducuntur, de qua mox dicam. Scalæ igitur totidem, quot foramina: quæ ſingulæ gradibus non magnis XIII. conſta-

Amplitudo loci in ſummo. Podii murus. Arena, & in ea tumulus

Foramina in tumulo.

Putealia, ad ea tegenda.

Scalæ, ad oſtiola.

B

bant. In orbem tumuli, in ipſo mur[o] foramina quadra exſecta, quæ Scalis illis lumen infundebant ad aſcenſum aut deſcenſum. Foramina hæc ſingula, ita collocata, ut unum ſervire Scalis duabus poſſit: velut ex icone vides. At in meditullio ipſo hujus tumuli, cavus eſt rotundus ſive puteus: quem ambigebat meus doctor antiquumne diceret, an ab hiſtrionibus illis factum, de quibus mox referam. Certe ii uſi ſunt ad malum defigendum: a quo funes dependerent, & per eos fluitantia vela. Formæ noſtræ ſculptor haud ſatis apte id expreſſit: captu alioqui pronum.

Foramina alia ad lucem.

Cavus in medio tumuli.

C

Circa hunc tumulum, ut dixi, depreſſior multo Area ambit: quæ lata undique uſque ad murum podii, pedes XV. Ita diametrum totius Arenæ eſſe oportet, pedum LX.

Arena reliqua forma.

Hæc Amphitheatri ipſius imago. at juxta ipſum, in ejus latere bina grandia & rotunda, ſive Cubicula, ſive potius Cameræ occurrunt: in eodem illo lapideo monte ſeorſim exciſa. Forma eorum velut pillei nautici, ſive priſci Romani. Lata ſunt in imo, pedes circiter LXXX. ſed in altum paulatim arctantur. In fa-

Cubicula adjuncta Amphitheatro.

ſtigio utriuſque Foramen patet rotundum, grande pedes IX. quod ad lumen infundendum ſervit: prorſus eo modo quo Romæ, in Agrippæ vidimus templo. Cubicula hæc, cetera paria ſunt: hoc differunt, quod unum, aditus peregre habet, alterum, non habet. Ita enim ſita ſunt, ut alterum Internum videatur, alterum Externum. Per hoc, in illud ingreſſus patet. per brevem & fornicatam viam: alias undique clauſum. At Externum aditus ſive vias habet tres. Prima ducit ſubterraneo meatu ad Tumulum qui in Arena, & per Scalas illas ad oſtiola tendit. ita ut infra gradus omnes ſubſelliorum totumque Amphitheatrum abeat, uti cogitanti clarum. Longitudo primæ hujus viæ pedes CXX. latitudo, ped. VII. altitudo, ped. VIII. Altera paullo brevior, pariter meatu infero tendit infra omnes gradus, & in muro podii emergit: ita, inquam, ut in Arenam ipſam recta ducat. Hæc priore minus lata, minus ampla. Tertia via, oppoſita iſtis, foras ſpectabat & vallem montis. Per eam ingreſſus in hoc Cubiculum: per eam item, ut apparet, omnis pluvia & colluges aquarum derivatæ e toto Theatro Cubiculiſque. Forma harum viarum ſimilis. factæ omnes in lapideo monte, & cavatæ in arcum: Sic tamen ut in acutum pene deſinerent, cameratione haud plane rotunda.

Situs & deſcriptio [illegible] eorum.

Viæ in altero tres.

Nec aliæ in muro illo portulæ: contra quam in Romano aliiſque.

Opus ejuſque membra (ut quidem conceptus & expreſſio mea ferunt) ſic habent: uſum, ſi placet, breviter & leviter delibemus. qui mihi etiam haud ſatis certus. Nam forma ipſa Amphitheatri videtur. clauſum enim in orbem undique. & vix tamen eſt ut Amphitheatralis uſus. Primum tumulus ille qui in medio ſurrectior, quid ad pugnam aut curſum? Æquitatem enim ea res & planiciem poſtulat, non tumorem aut colles. Deinde area ipſa circumjecta, nonne exigua & anguſta ad Venationes? certe apparet. Quomodo enim ſatis liber in illo quindenum pedum ſpatio, curſus ferarum hominumque, ac recurſus? An de Theatrali & ſcenico igitur uſu verius eſt? Non abhorret ille tumulus: qui inſtar Scenæ retuliſſe videtur, in qua ſpectari poſſent & audiri perſonæ. Foramina etiam illa ſena, non incommodum uſum habuiſſe videntur, ad actores pro tempore ſubmittendos aut recipiendos. Choragium enim omne inſtrui in cubiculis illis adjunctis occulte potuit: exque iis ornati & parati hiſtriones, via ſubterranea, venire in hanc Scenam. Sed circumjectæ areæ tum quid fiet? cui rei ſerviet? Denique rotunditas illa loci & graduum orbis, quomodo idonea Theatro? Vultus enim certe loquentium agentiumque, obverti in unam partem tantum poſſunt: nec audiri aut cerni commode ab iis, qui a tergo. Ideo Theatra hemicycli ſemper imagine facta, bono jure. Niſi ſi fortaſſe velo aut diſcrimine aliquo pars tumuli diviſa, & ſpectatores coacti in graduum una parte. Sane fateor lippire hic mihi oculos, nec capere uſionem omnem hujus loci ſatis certo. De gladiatoribus tantum nihil impedire videtur, quin adfirmem. quibus locus in area illa ſatis laxus, quoniam in gradu fere inter pugnandum manebant & in ſtatu. Sed quid ſingillatim circumeo? credo revera varium & miſcellum hujus loci uſum fuiſſe: ideoque formam ejus mixtam, nec aptam ad ludicrum unum. Potuit Venatio in eo dari, ſed ferarum paucarum: potuere gladiatores; potuere hiſtriones aut mimi: potuere velut in ſtadio luctatores & pugiles. quod ipſum genus ludi, valde crebrum & gratioſum in provinciis fuiſſe, indicat & indignatur Tertullianus.

De uſu hujus loci.

Quem nec ſcias Amphitheatralem, an Theatralem facias.

Sunt enim quæ repugnent Amphitheatro.

Et Theatro potius adverſent.

Cui tamen alia iterum obſtant.

Ita, inquam, ut dimidiata tantum loci pars inſeſſa.

Gladiatores potuiſſe commode hic dari. Mixtum fuiſſe hujus loci uſum.

Cubicula quæ ad latus, mihi nova & ignoti finis. potuere tamen inſtar Spoliarii eſſe, ſive etiam Odei. quod utrumque genus adjungi Amphitheatris vel Theatris ſuis ſolere, ſcimus. Receptacula etiam non incommode fuerint, ad omnem ſcenicum aut arenarium apparatum.

Cui uſui Cubicula.

Pagum autem hunc, qui Amphitheatro haud longinquus, olim aliquid amplius fuiſſe, ſatis convincamus vel hoc non pagani operis argumento. Viæ etiam antiquæ & publicæ reliquiis; quæ ex hoc pago pertinuit ad pontem Cæſarianum. cujus viæ pars conſpicitur: pars maxima corrupta eſt, & lapides in ædificia varie abſumpti aut avecti. Sed & incolæ ipſi antiquitatem aliquam jactant, & Druides ſedem habuiſſe apud ſe volunt. Ceterum bella vetera fortaſſe, & (quod magis conſtat) Anglicana, incendiis quidquid & quo nomine id fuit delerunt. Doveonam Ptolomæi fuiſſe, non vane ego ſuſpicer; ex nominis quod pagus nunc præfert claro argumento. & collocatio ipſa Ptolomæi non diſſidet.


De pago ipſo, qui antiquus.

Recte [illegible] ex Doveona, Dove, curtata voce, ut ſolet.

Narrant regem vel heroem potius, vere magnum Franciſcum, anno ∞ D. XXXIX. circumforaneis quibuſdam hiſtrionibus, qui Apoſtolorum Acta repræſentabant, permiſiſſe hunc Amphitheatri locum ad ſpectacula ea edenda. Illos purgaſſe, ornaſſe, & magnum populum contraxiſſe. ex quo conventu, qui dies triginta perſeveravit, multum atque uberem quæſtum ad paganos rediiſſe. Ea re motos, impetraſſe a rege, Nequis in poſterum illic lapidem excidiſſe vellet, propius ab eo Amphiteatro perticas XXX. Crebris enim effoſſionibus, abſque eo interdicto fuiſſet, interitus jam imminebat huic loco. Tantum ſcivi, tantum audivi. ſi quid aliter eſt, mendacium ego fortaſſe dixi, at non ſum mentitus.

Hiſtriones non ita nuper hunc locum celebrarunt.

Edictum regis, pro Theatro.



AD LECTOREM.

Monitum *te volo, Lector, incidisse me, cum hæc scripsissem, in Eliæ Vineti eruditissimi viri libellum, qui Burdigalensium Antiquitates continebat, vulgata Gallorum lingua. In eo de Amphitheatro ejus urbis, hæc fere. Situm esse ab urbe veteri* CCCC *circiter passibus. Longitudinem arenæ ejus esse pedum* CCCLXX. *latitudinem,* CCXXX. *Vulgo palatium Gallieni appellari, fortasse eo quod is Princeps exstruxerit. vocari etiam Arenam: idque nomen exstare in monumentis Ecclesiæ S. Severini. Formam ejus etiam vidi & accepi ab amico: sed in qua pretium nullum expressionis.*

ONUPHRII PANVINII

DE TRIUMPHO

COMMENTARIUS,

NOTIS ET FIGURIS ILLUSTRATUS

A

JOACHIMO JOHANNE MADERO.

SERENISSIMO PRINCIPI AC DOMINO,

D. AUGUSTO FRIDERICO,

DUCI BRUNSUICENSIUM AC LUNEBURGENSIUM,

PATERNÆ AVITÆQUE VIRTUTIS ET GLORIÆ HÆREDI ATQUE ÆMULO ACERRIMO,

DOMINO SUO CLEMENTISSIMO,

PROSPERA QUÆQUE PRECATUR

SERENITATI EJUS

DEVOTISSIMUS

JOACHIMUS JOHANNES MADERUS.



FFERO DEDICOQUE SERENITATI TUÆ, quem ONUPHRIUS quondam, Vir celeberrimus, de TRIUMPHO ſcripſit *Commentarium*, meis qualibuſcunque *notis* explanatum: quod, ſive TRIUMPHATRICEM à tot ſeculis DOMUM VESTRAM, ſive IPSAM CELSIT. TUAM, Heroicaſque EJUS Virtutes, quibus affatim a Deo eſt inſtructa, reſpiciam, omnino non reperiam, cui juſtius eum conſecrare poſſim. Solebant Romanorum quique nobiliſſimi *in prima ædium parte*, annexis titulis cuique debitis, *locare expreſſos cera majorum vultus, ut eorum virtutes poſteri non ſolum legerent, verum etiam imitarentur*. Quod ſi ego in hoc quaſi libri atrio exponere illa Reipubl. lumina atque ornamenta velim, quæ longa ſerie, ab octingentis & ultra annis, e florentiſſima DOMO VESTRA orta, æterna in laude verſantur; vereor ut tempus potius & charta me deſerant, quam Ipſorum fortiter feliciterque geſta. Cui namque, ut ab hoc tantum ordiar, non eſt notus ille BRUNO, LUDOLPHI, *Fundatoris Gandersheimenſis Collegii*, non degener Filius; BRUNONIS, Fratris Magni WITIKINDI, nepos; Veſtræ conditor BRUNSWIGÆ, pro patria non timidus mori: Fraterque Ipſius OTTO, magnus SAXONIÆ DUX, poſt *Ludovicum* IV. *ultimum Carolinorum* ab omni Francorum & Saxonum populo ad Imperium vocatus? Quis hujus ignorat filium HENRICUM, *qui primus libera poteſtate in Saxonia regnavit*: *Regum maximum, toti mundo neceſſarium*: quoſtque excelſiſſimos triumphos de *Abotritis*, *Bohemis*, *Ungaris* (de quibus etiam hanc SCHENINGAM ſuam tropæum conſtituit *ære perennius*, duraturumque,

Donec erit tellus, ſidera donec erunt)

PATRIS PATRIÆ *elogio honoratum, atque Imperatorem ab exercitu more militari conſalutatum*? Quis OTTONUM Auguſtiſſimorum trigam? quorum primus ac maximus, *nobiliſſimam ac famigeratiſſimam Lombardiæ provinciam, Viridarium Imperii* ab Ipſo appellatam eidem *Imperio ſingulariter incorporavit*: *Johannem XII. male viventem, Piſcatoriſque cathedram improbe ſordidantem, depoſuit*: *Lotaringiam, quæ tunc tertia pars FRANCIÆ fuit, Regem ac Prælatos Franciæ perpetuo abjurare, coegit*: *Arelatenſe regnum, Burgundiam, Alſatiam* ſubjugavit: *Bohemos, Hunnos, & Avares devicit*, atque itidem PATRIÆ PATER & *Deſiderium mundi*; *& Magnus Auguſtus, ab omni populo appellari meruit*. Ne per reliquos eam, ſive OTTONES, ſive HENRICOS, omnes Imperatores, fama ad ſidera notos: LOTHARIUM, pariter Auguſtum, OTTONUM *imitatorem & hæredem Chriſtianiſſimum, victorem frequentiſſimum*, avum HENRICI, LEONIS cognomine decorati, a quo continua ſerie deſcendunt, quotquot adhuc cœleſti beneficio ſuperſunt, SERENISSIMI BRUNSUICENSIUM AC LUNEBURGENSIUM DUCES. Qui *Princeps Principum terræ, divitiis locuples, clarus victoriis & propter geminum* BAVARIÆ ET SAXONIÆ *Ducatum ſublimis in gloria ſua, fortunatus in præliis Dux*; ut oſtenderet, quam *inſtar fortiſſimi beluarum leonis ad nullius paveret occurſum, quantique faceret molitiones tot & tam potentium*, quos tunc habebat, *hoſtium*, erexit *Brunſvvigæ* LEONIS ÆREI EFFIGIEM, etiam nunc ibi conſpicuam, animi imperterriti evidens indicium. Cujus Filius OTTO, iterum Imperator ejus nominis Quartus, majoris animi quam fortunæ Princeps, in *Arelatenſi* quoque regno, nondum eo tempore ab Imperio abalienato, habuit

Valer Max. lib. v cap. VIII. Plin lib. XXXV. c. II.

Emmius in *Geneal. Append* p 150. Adam Brem l. 1. cap. XXXIV. Ditmarus lib 1. pag 3. Witichind Annal. lib. 1. p. 6 Chron. Sax. vetus, ad ann DCCCCXXVII. Witichind. lib. 1 p. 14. Theod. Niem. Tract. VI cap. XXXIII. Theod. Enhelhuſ pag. 220 Helmold. l. II. c VI et VII. Idem lib 1. p. 211. Lerb.

D E D I C A T I O.

GERVASIUM iſtum *Mareſchallum*, ſive ut *Niemius* vocat, *Oratorem* & *Cancellarium*, ex cujus de OTIIS IMPERIALIBUS *volumine tripartito*, Eidem Imperatori tunc dedicato, inclytæ JULIÆ Veſtræ κειμηλίῳ egregio, haud ita pridem *Selecta quædam* edidimus; Et quis noviſſimos ſaltem SERENISSIMORUM CELSISSIMORUMQUE, AGNATORUM, ET PATRUI Veſtri, Triumphos dignis queat exornare laudibus, nedum ut Eorum, qui ab iſto tempore per integra quatuor ſecula interceſſere, laudabiliter facta brevi oratione me explicaturum ſperem? Quorum de FORTISSIMO POTENTISSIMOQUE GALLIARUM REGE, vinci fere eo uſque neſcio, apud *Treviros* victoriam, captumque cum ipſa Electorali urbe famoſiſſimum Ducem CREQUIUM, prædicanda relinquo iis, qui me in dicendo & perfectiores ſunt & politiores: præſertim cum, qua SERENITATES Ipſorum amplitudine animi ſunt, libentius ab inſecutura hoc exſpectaturi ſint ætate, quam ut propterea nunc in os laudari velint. Ad TE vero cum revertor, SERENISSIME PRINCEPS, non poſſum non longe majora Chriſtiano Orbi a CELSIT. TUA polliceri. Sive enim corporis attendam formam, *non minus auctoritatis* in ſe habentem *quam gratiæ*, id quod & TITO, illo Orbis delicio, prædicavit Vetuſtas: ſive ſublimem excelſamque indolem Tuam, docilitatemque ad omnes tam belli quam pacis artes: vix octodecim annos natus jam tantus ac talis es, qui non modo ora vultuſque civium, ſed & Exterorumque, nupero in ITALIAM potiſſimum itinere, jam feliciſſime, peracto, in TE converteris. Stylus hic deficeret, ſi memorare aggrederer, quantus ibi in oculis Eminentiſſimorum ROMANÆ ECCLESIÆ CARDINALIUM, & SUMMI PONTIFICIS, maximeque apud CATHOLICI HISPANIARUM REGIS, Apuliæ Siciliæque PROREGEM fueris; quamque ab hoc cum munificentiſſime liberaliſſimeque tractatus, tum triumphali fere pompa, carpento plane regio vectus, comitantibus duodecim pretioſiſſimis aliis, ducentorumque ſatellitum caterva ſtipatus, exploſiis paſſim e propugnaculis tormentis æneis, NEAPOLIM perluſtraris, illam ædificiorum magnificentia, ac palatiorum ſuperbia, urbium nulli, ſive in Italia, ſive alibi cedentem (cui & inclytæ proſapiæ Tuæ HEROS fortiſſimus OTTO, HENRICI MIRABILIS Filius, JOANNÆ, *Apuliæ Siciliæque reginæ maritus*, & per hanc ditionum quoque iſtarum moderator ſummus, *Pater Principum & norma Nobilium*, Niemio dictus, & *quadragies justo prælio victor*, ante hos trecentos annos regali poteſtate præfuerat) intermittente nihil etiam populo, quod ad ingentis lætitiæ, devotiſſimique animi teſtationem pertineret, NEPOTEMQUE IMPERATORIS Te ſalutante. Ne dicam, quod ipſe denique SACRATISSIMUS IMPERATOR LEOPOLDUS, jam *Germanici Imperii* pondus, tum *Bohemiæ Hungariæque* regnorum, invicta cervice ſuſtinens, TEque forma JUVENEM, prudentia SENEM inveniens, & plurimis ampliſſimis honoribus affecit, & Legioni integræ, quæ vel militum numero vel fortitudine etiam veteri alicui par eſſe queat, providentiſſime præfecit; quo TE prius exercitus, quam populi Tui experiretur Ducem. Neque enim non cognitum habes, CELSISSIME PRINCEPS, a militia promanaſſe primum graviſſimum DUCIS nomen, quos vel ipſa GERMANIA noſtra, ingruente bello aliquo, EX VIRTUTE antiquitus ſibi ſumere conſueverat. Macte ergo, SERENISSIME DOMINE, iſto robore animi, jam ORBI TERRARUM velut in theatro oſtenſo! Vince MAJESTATE ET POTENTIA omni laude cumulatiſſimos Illos MAJORES Tuos! Vince glorioſiſſimæ memoriæ AVUM Tuum, VERE AUGUSTUM, SAPIENTIA ATQUE ERUDITIONE! Vince PIETATE Ipſius ſolo jam feliciter inſidentem, & quidem, quo feliciſſimo PARENTE felicior eſt, in ipſa BRUNSWIGA SUA, PATRUUM SERENISSIMUM, RUDOLPHUM AUGUSTUM! Vince PATREM OPTIMUM ANTONIUM HULDERICUM, & re & nomine nil niſi SUMMAM GRATIAM COMITATEMQUE ſpirantem: cæteroſque TUI STEMMATIS nunc regnantes REVERENDISSIMOS EXCELSISSIMOSQUE PRINCIPES, ERNESTUM AUGUSTUM, GEORGIUM WILHELMUM, & JOHANNEM FRIDERICUM, JUSTITIA, FORTITUDINE ET MAGNIFICENTIA! Me vero CELSIT. TUÆ, SERENISSIMÆQUE DOMUS VESTRÆ, (quam in TE UNIVERSAM non minus colo ac veneror, quam *in uno olim* IGNE, publice, in prytaneo culto, *omnes* IGNES venerata eſt Antiquitas) humillimum fideliſſimumumque ſervum, reſpice eo oculo, quo reſpicere in primis benigniſſime antehac dignatus eſt, nunquam ſatis laudatus ILLE AVUS TUUS: meque porro, CUM SERENISSIMA DOMO VESTRA, tuendum, fovendum, atque etiam ornandum, ſi mereor, ſuſcipe. Sic TIBI abunde cuncta proveniant, VICTORIA, OPULENTIA, PAX, COPIA, SANITAS, TRIUMPHI! quo divina Majeſtate protectus, quam IMPERATOR SUMMUS SERENIT. TUÆ commiſit EXERCITUS FORTISSIMI, atque SUPREMUS ILLE MUNDI MONARCHA commiſſurus aliquando eſt, ORBIS SUI portionem, felici gubernes imperio: poſtque hujus vitæ militiam ex voto peractam, ÆTERNUM IN COELIS TRIUMPHES! Dabam Scheningæ, IX. die Decembris, CIↃ IↃ C LXXV.

Chron. p. 22. Albertus Stad. ad ann. 1166. Lib. II. de Schiſm. cap. XIX. Helmſtad. 1671.

Sueton. in vita ejus, c. III.

Niem. lib. I. c. VI. et ſeqq. Pandulphus Collen. lib. V.

Plutarch. Sympoſ. l. VIII. qu. III.

PETRI

PETRI APIANI, ET BARTOLOMÆI AMANTII, EPISTOLA AD RAIMUNDUM FUGGERUM, INSCRIPTIONIBUS VETUSTIS PRÆFIXA, EDIT. INGOLSTAD. MDXXXIV.

Considerantibus nobis sæpe numero, & rerum omnium magnitudinem cogitantibus, nulla major causa videri solet, ad tantam Populum Romanum *nominis atque imperii gloriam pervenisse, quam ingens quædam & incredibilis actio gratiarum, & beneficiorum admirabilis compensatio adversus omnes, a quibuscunque beneficium vel perexiguum accepisset. Omnibus enim, qui dignitatem P. R. atque imperium tuerentur, qui rempublicam augerent, eamque diligenter administrarent, maxima proponebantur præmia. Quippe qui insignius quicquam domi militiæque gessisset, huic* coronæ, *huic* statuæ, *huic* ovationes, *huic* triumphi, *huic* ornamenta, *huic mille rerum gestarum* insignia *parabantur. Nam quid arbitramur Romanos tot coronarum genera excogitasse, nisi ut cives suos, qui aliqua virtutis gloria floruissent, laudum meritis prosequerentur amplissimis, eosque ad res magnas obeundas ardentius excitarent? Quid dicemus tot statuas triumphales, tot amplissima sepulchra, tot clarissimos titulos, tot imagines & monumenta majorum? quid tot celeberrimos gloriosissimosque triumphos? Prudenter hæc omnia. Nullam enim virtus aliam mercedem laborum periculorumque desiderat, præter hanc laudis & gloriæ; qua quidem detracta, quid est, quod in hoc tam exiguo vitæ curriculo, & tam brevi, tantis nos in laboribus exerceamus?*

INDEX CAPITUM.

ONUPHRII PANVINII
DE TRIUMPHO
COMMENTARIUS.

CAP. I.

De Triumpho in genere.

Triumphi Etymologia.

1 DE Triumpho 2 ejusque pompa scripturus, primum ab ejus verbi significatione scribendi initium sumam. * Triumphi igitur Etymologiam non omnes una ratione veteres exponunt scriptores; Nam M. Varro lib. v. *de lingua Latina* a Baccho, A Triumphi inventore, tractum nomen putat, cui *Triumphantis* cognomen fuit; *milites* enim *cum Imperatore victores redeuntes, per Urbem in Capitolium eunti duci, Io triumphe*, clamitabant; quod nomen a Θρίαμβος, Græca voce, *Liberi Patris cognomine* derivatum est. Nam Bacchus, quum

---

ONUPHRIUS PANVINIUS Augustinianus Eremita, patria *Veronensis*, jamdudum orbem terrarum adeo implevit nominis sui fama, ut actum agere videri queat, qui de novo ejus in se præconium suscipere velit. Etenim istum vocibus suis tantum non ad sidera evexere laudatissimi & ipsi, præcellentesque in omni doctrina viri, quibus nunc *Helluo Antiquitatis*, nunc *Historiarum pater*, nunc *magnus Antiquitatis assertor*, jure meritoque audit, & *qui ad omnes & Romanas & Ecclesiasticas Antiquitates eruendas plane videatur natus*. Et quidem ad illud eruditionis fastigium memoratur pervenisse assidua consuetudine, quam cum Illustribus Viris, Antonio cumprimis Augustino, Archiepiscopo postea Tarraconensi, ac Fulvio Ursino, Antiquitatum æque indagatoribus solertissimis, feliciter junxerat; quod eruditi semper aliquid doctrinæ suæ frequentantibus, ut aromata odorem, adfricare ament: usus insuper laudati Archiepiscopi Bibliotheca instructissima, cujus libris commodato acceptis (ut alienos avidius devoramus) sic utebatur, nihil ut legeret, quod non, Plinii senioris exemplo, excerperet: ceu ex ore ipsius Augustini, heri tunc sui, Cl. Vir Andreas Schottus, atque ab hoc se accepisse fatetur Aubertus Miræus. Hinc adeo quinque supra sexaginta, ut Bruschus refert, composuit volumina, *ex quibus plura typis tum Italicis, tum Germanicis, incredibili omnium commendatione, sunt excusa*: quorum, ut etiam non impressorum, Catalogum editioni librorum *de Ludis Circensibus* Patavinæ præfixit Paulus Frambottus; suæ vero *Anastasi Augustinianæ* inseruit Thomas Gratianus, & *Elogiis Augustinianis* Cornelius Curtius. Florebat tunc in Pontificia patrui sui aula Alexander Cardinalis Farnesius, magnus ingeniorum æstimator. Hunc cum, ut

Vid. ejus Auctar. de Scriptor. Eccles. p. 152. Et [illegible] tores Sec. XVI pag 81.

B præcipuum patronum suum, in *Siciliam* prosequeretur, *alieno*, ut maximus Thuanus *Histor.* lib. XLIII. scribit, *& sibi, & publicæ utilitati, tempore*, anno Domini MDLXVIII. ætatis XXXIX. nondum inchoato, *Panormi* morte immatura est sublatus: *omnibus Historiæ numeris in ejus obitu*, (vel summo Scaligero teste, lib. v. *de Emend. Temp.*) *collacrymantibus*.

1. *De Triumpho*) *Onuphrii* hæc *de Triumpho* Dissertatio pars est *Commentarii* E- C jusdem in lib. v *Fastorum*, ubi etiam legitur, a pag. 338. edit. Heidelbergensis ad pag. 346. annexos insuper habens *Triumphos & Ovationes omnes a Romulo rege, usque ad Justinianum Augustum*; ut & *Populi Romani Duces*, qui ob res bello præclare gestas *triumphalia Ornamenta* sunt consecuti. Separatim vero prodiit primum Venetiis anno superioris seculi LXXI. in folio regali, ut vocant, cum figuris æneis: & hoc nostro seculo adjecta Patavii Illius *Lu-* D *dis Circensibus* est, a Paulo Frambotto an. XLII.

2. *Ejusque pompa scripturus*) Scripsere de *Triumpho* jam ante Onuphrium Viri de Antiquitate optime meriti, Flavius Blondus, *Romæ Triumphantis* lib. x. Pomponius Lætus *Histor. Romanæ* lib. II. Alexander ab Alexandro (quem postea notis illustrandum suscepere Andreas Tiraquellus & Christophorus Colerus) *Genialium Dierum* lib. I. cap. XXII. & lib. VI. cap. VI. Poly- E dorus Virgilius *de Rerum Inventoribus* lib. II. cap. XVI. Et ipsa illa Onuphrii ætate, ac post: Carolus Sigonius lib. II. *de Antiquo jure Provinciarum*, cap. X. Guido Pancirolus, & Henricus Salmuth Commentar. in eundem, parte I. *Memorabil.* tit. LVII. Johannes Fungerus in *Etymologico Trilingui*, sub *Triumphi* voce; Johannes Rosinus, & qui in eum erudite commentatus est, Thomas Dempsterus, libro X.

ADLOCVTIO IMPERATORIS AD VICTOREM EXERCITVM, ET MILITARIVM DONORVM DISTRIBVTIO

PRIMVM SACRIFICIVM MILITARE, ANTE TRIVMPHVM, AD PORTAM VRBIS A TRIVMPHATVRO CELEBRATVM

Pag. 147.

Ornatissimi Triumphi, uti L: Paullus de Rege Macedonum Perse capto, P. Africanus Emilianus de Carthaginensibus excisis En. Pompejus Magnus ex oriente, Julius, Augustus, Vespasianus, Trajanus, et alii Imperatores Romani Triumpharunt ex vetustis lapidum, nummorum et Librorum monumentis accuratissima discriptio, Onuphrii Panvinii Veronensis inventoris Opera et aeneis formis Venetus. A° salutis MD LXXX ter° XIII

I. Templum Jovis Capitolini II Congiarium populo Romano datum III. Camilli et Flamini IV Ara V Consules VI. Lictores. VII. Ministri turbam baculis submoventes. VIII. Lictores IX. Magistratus X. Senatores XI Tubicines. XII Captarum Urbium Montium Fluviorum et Marium simulachra XIII. Tabulae eburneae cerea colossi signa XIV. Aurum Argentum aes rude et aliquot signa imperata XV. Tabulae, signa aurea, argentea aenea eburnea Gemmae purpura, coccus byssus, vasa XVI. Coronae Militibus Romanis et Legionibus virtutis ergo donatae XVII. Geminum victarum arma pharetrae fraena, enses, Galeae, scuta, thoraces, Gladii, signa. XVIII Ocreae, Cretenses, peltae sagittae, arcus, pila. Thraycae et Celticae sariesae XIX. Pecunia. XX Vasa aurea, Argentea. XXI. Tubicines XXII Hostiae pro Victoriaru XXIII Camilli et Flamini XXIV Elephanti gentium victarum XXV Currus, arma diadeemata, coronae, regum aut ducum captorum. XXVI Reges captivi cum familia, filiis, filiabusque Suis XXVII. Gentes bello captae XXVIII. Coronae a provinciis Imperatori Triumphanti donatae XXIX Lictores Laureati. XXX. Thuris et Arabum odorum suffimenta XXXI Is, qui victis insultabat, Triumphantem monebat XXXII Imperator Triumphans XXXIII Tibicines, Citharoedi Phonasci XXXIV Suaveolentium odorum suffimenta XXXV Propinqui Ducis Triumphantis XXXVI. Ministri et Scutiferi. XXXVII. Legati, Tribuni, exercitus duces. XXXVIII. Legio XXXIX Exercitus populi Romani in Legiones, Cohortes, centurias, et manipulos distributus XL. Porta Triumphalis

post victoriam Indicam primus triumpharet, milites ejus [1] ficorum foliis, quæ Θρία dicuntur, vultus cooperuerunt, clamitantes *Io thriambe Bacche*, *Io thriambe Bacche!* unde Baccho cognomen inditum Θρίαμβος, hoc est, *Triumphans*. Sic milites Romani *Io triumphe*, Græcam in Latinam vocem vertentes, dicebant. Itaque Livius lib. XLV. ait: *Milites laureati triumphum nomine cient*. Verba autem Varronis sunt hæc: *Sic triumphare appellatum, quod cum Imperatore milites redeuntes clamitant, per Urbem in Capitolium eunti, Io triumphe, Io! idque a Θριάμβῳ, Græco Liberi Patris cognomento, potest dictum esse*. Tranquillus autem ideo existimat dici triumphum, quod *qui triumpharet, triplici judicio honoraretur; Primo enim exercitus de triumpho decernendo duci judicabat; Secundo Senatus; Tertio Populus*. Alii triumphum nomen Græcum esse putant. Quod enim Θρίαμβον appellant Græci, [2] Latini aspiratione ex prima in novissimam syllabam translata, & B. in P. mutata, *Triumphum* dixerunt.

Triumphi definitio. Erat autem Triumphus inter honores omnes, qui a S. P. Q. R. dari solebant, eximius: [3] Pompa scilicet solemnis illa, quam is, qui auspiciis suis hostibus prælio devictis, in Urbem cum incolumi exercitu redibat, Senatus primum decreto, post etiam jussu populi consequebatur.

Quis primus egerit in Græcia? [4] Triumphum autem primus omnium, post homines natos, India debellata, apud Græcos (ut dixi) *Bacchus* Thebanus, Jovis & Semeles filius, instituit: qui & *Liber Pater* dictus est, ut Solinus cap. LIII. scriptum reliquit.

Quis Romæ? Quis autem apud Romanos primus triumphum egerit, parum inter scriptores convenit. Dionysius enim lib. II. Plutarchus in *Romulo*, & Messalla, Romulum hujus instituti auctorem fuisse scribunt. Qui etiam illud tradunt, ab aliis quibusdam L. Tarquinio Prisco Regi hoc tribui, quos Florus & Eutropius lib. I. sequuti sunt, & fortasse etiam Livius, qui nullius Regii triumphi meminit, nisi ejus, quem L. Tarquinius Priscus de Sabinis egit. Quam tamen controversiam dirimit in *Romulo* Plutarchus, qui Priscum quidem primum fuisse putat, qui curulem in urbe triumphum invexerit, sed qui triumphandi morem instituerit, Romulum. Is enim A-

---

Antiq. Rom. cap. XXIX. Julius Cæsar Bulengerus peculiari libro *de Spoliis*, *Tropæis*, *Arcubus*, & *Pompa Triumphali*, Paris. edito, MDCI. Joh. Baptista Casalius, libro *de Urbis & Imperii splendore*, parte II. pag. 173. & seqq. Christoph. Adamus Rupertus, Dissert. II. ad cap. VIII. lib. II. Valerii Max. Tum ab hisce citati Bartholomæus, Marlianus, Robertus Valturius, aliique: Et qui ex memoratis, solus, quod sciam, superest, ac diu superesse sospes valensque velit, Academiæ quondam Salanæ, jam Altenburgensis Ecclesiæ Doctor, & Superintendens Generalis meritissimus, Johan. Christfriedus Sagittarius, Disputatione elegante *de Triumpho*, in *Otio* ipsius *Ienensi* nunc exhibita, a pag. 400. ad 422. Quos quidem hic indicare voluimus, si qui forte sint, qui pleniorem Triumphi descriptionem desiderent. Non enim omnia, sed potiora tantum, quæ in hoc Commentario occurrunt, delibabimus, in plerisque monstrasse contenti, a quibus singula uberius possint peti. Quamquam nec a supra laudatis Excellentibus Viris pari ratione hæc materia sit pertractata, sed ab aliis exactius, ab aliis compendiosius; prout cujusque scopus vel institutum fuit.

*. *Triumphi Etymologia non omnes*) Videri jam dictos, de hoc Ετυμολόγων dissensu, possunt, Suidas & *Etymologici Magni* Autor in voce Θρίαμβος; Christianus Beckmannus, in *Lat. Linguæ Origin.* Tum Matthias Martinius, & ὁ πάνυ Vossius in *Etymologicis*. Nam nunc haud nostrum est, istas componere lites.

1. *Ficorum foliis, quæ Θρία dicuntur*) Συκῆς ϗ ἀμπέλου φύλλα, *ficus & vitis folia*, explicat Hesychius, Bacchus autem utriusque habitus est inventor. Unde Dionysium Συκίτην sive *ficulneum* Lacedæmonii, Sosibio teste, sunt venerati, quem Naxii Μειλίχιον dixere: apud quos & *Bacchi*, quem Διόνυσον vocabant, τὸ πρόσωπον ἀμπέλινον, *facies e ligno vitis erat*: illius vero, quem *Meilichium* nominabant, *e ficu* Μείλιχα enim Naxiis dicebantur *ficus*; ceu Athenæus refert, lib. III. cap. V.

2. *Latini adspiratione ex prima*) Verba Nicolai Perotti sunt in *Copiæ Cornu*, pag. 326. Quibus adde, quæ Joh. Tortellius habet in *Commentar. Grammat.* sub vocabulo *Triumphus*: & Aldus Manutius, in *Orthographia* sua, ex Libris, Lapidibus vetustis, & Politiano pag. 735. & seqq.

3. *Pompa scilicet solemnis illa*) Quomodo & Hesychius πομπὴν, ἐπίδειξιν νίκης, reddit Θρίαμβον, id est, *Pompam victoriæ indicem*: qua quidem nihil excelsius, nihil magnificentius olim poterat excogitari: ut quæ plane *Terrarum Dominos eveheret ad Deos*, quibus honor ille deferebatur. Id quod suis Olympicis ludis tribuebant Græci; *in quibus* propterea *Olympionicam esse, prope majus fuit, quam Romæ triumphasse*: testante ipso Cicerone, Orat. *pro L. Flacco*.

4. *Triumphum primus apud Græcos Bacchus*) Verba Solini, quæ huc faciunt, leguntur ipsius *Polyhistoris* cap. LXV. Quibus suffragatur Plinius *Hist. Nat.* lib. VIII. cap. LVI. & Diodorus Siculus lib. III. *Biblioth.* suæ cap. LXV. Meminitque Apollodorus lib. III. *de Orig. Deorum*, pag. 142. *Columnarum apud Indos, a Baccho, dubio procul in signum victoriæ, positarum*; ut Dionysius in *Periegesi*, versu 1164. Apud cujus tamen Scholiasten Eustathium Arrianus inducitur dubitans, an ab aliquo Dionyso bellum unquam in India gestum sit: quod *nec ille Semeles filius, nec alius quispiam ejus nominis, fuerit bellicosus*. Quomodo & Lucianus illum semel iterumque ut imbellem in *Dialogis* exagitat. Interim triumphum ejus venuste eleganterque descripsit Sidonius Apollinaris Carmine XXII. quod *Burgus Pontii Leontii* inscribitur, pag. 170. edit. Paris. MDXCIX.

crone Cæninensium Rege interfecto, Cænina, Antemnis, & Crustumerio, Sabinorum oppidis captis, pedibus triumphavit, non curru, ut Dionysius tradit. Quare Plutarchus Dionysium ipsum merito reprehendit, qui Romulum curru Urbem ingressum in triumpho scripserit, cum tamen minime Romulus, sed aut Priscus, aut, ut alii tradiderunt, Poplicola Consul, primus Urbem curru triumphi causa invectus sit.

Triumphorum duo genera.

Triumphorum porro duo genera fuerunt; Unus *major*, qui præcipue *Triumphus*; alter *minor*, quæ *Ovatio* appellata est. Ex triumphis *majoribus*, alii *Terrestres*, alii *Navales*. Ex Terrestribus alii *in Urbe*, alii *in monte Albano* acti. Hi vero cujusmodi, quive primi, & quo anno, aut qua causa instituti fuerint, ac quid inter Triumphum & Ovationem interfuerit, sigillatim paulo post demonstrabo. Quum autem Triumphi honos omnium maximus stante Republica, omnibusque communis semper fuerit; ea eversa, Imperatoribus tantum dari cœpit, atque pro triumpho *Triumphalia ornamenta* ab Augusto Cæsare Populi Romani ducibus, ob res bello præclare gestas, decerni cœpta sunt. Quæ cujusmodi fuerint suo loco exponam; ante omnia autem de *Triumpho Majore*, qui præcipue *triumphus* dicebatur, disseramus. Illud igitur inprimis animadversione dignum, diversam triumphorum rationem fuisse. Nam [1] re ab exiguis exorta initiis, [2] tenues principio, exilesque Triumphi fuere. [3] Deinde paulatim, crescente Populi Romani ditione ac potestate, ingentes & opulentissimi fieri cœperunt. Ex gentium enim, & populorum devictorum conditione, vel tenuiores vel sumptuosiores fiebant. Itaque cum primis illis temporibus exigua oppida in deditionem Populi Romani venirent, debiles erant. Postea vero, [4] cum integræ Provinciæ, ac Regna a Populo Rom. subacta sunt, sumptuosissimi fieri cœperunt,

Triumphus major.

Ejus ratio diversa.

---

1. *Re ab exiguis exorta initiis*) Quibus ipsi auctori Triumphi, *a quo & genita & educata simul urbs est*, ut scite Lactantius lib. VII. *Div. Instit.* cap. XV. *de canna erat straminibusque domus*, Ovid. I. *Fast.* Unde illud *Carneadis* pronunciatum apud eundem tersissimum Scriptorem lib. V. c. XVII. *Romanis, si restituere aliena velint, ad casas esse redeundum*. Quamvis & aliarum rerum rudia fere sint initia, quæ tempore perpoliuntur, ut ursorum catuli.

2. *Tenues principio exilesque Triumphi*) *In quibus nihil vidisses nisi pecora Volscorum, greges Sabinorum, carpenta Gallorum, fracta Samnitum arma*. Cujusmodi eos ad Pyrrhum usque & Tarentinos superatos fuisse, Florus prodit lib. I. cap. XVIII.

3. *Deinde paulatim crescente*) *Cum pastorum casas ille Gallorum ignis, & flamma paupertatem Romuli abscondisset*: prout idem is ibidem loquitur cap. XIII. Nihilominus sarta tecta manente adhuc Augusti ævo, referentibus Vitruvio lib. II. cap. I. atque Dionysio lib. I. pag. 94. edit. Lugd. MDLXI. illa *Romuli casa*, ac inter aurata laquearia, & radiantes marmore columnas, Romanis luxuriam suam exprobrante. De quo pluribus Stanislaus Kobierzycki lib. II. *de Luxu Romanorum* cap. VI.

4. *Cum integræ Provinciæ ac Regna.*) Imo *orbis universus*, ut Vegetius inquit, *sub jugum missus*. Hanc enim opinionem imbiberant plane Romani, sive ex Geographiæ ignorantia, sive quod vel sibi ipsis illa dulci imaginatione, vel Impp. suis blandirentur: ut adeo istiusmodi voculis pleni sunt libri & monumenta omnia, sic ut nec ipsi Patres iis abstinuerint. Ita enim Concilio Chalcedonensi, Actione I. pag. 405. & seqq. edit. Crabb. *Præcepit Dominus Orbis Terræ; jussum est a Domino Orbis terræ*. Quod testimoniis posset ulterius firmari, nisi alii dudum id præoccupassent: in quibus ille nomine suo longe major Hugo Grotius est, Annotatis ad cap. III. lib. II. *de Jure Belli & Pacis*: & Doctor olim meus, mihi semper venerabilis, Hermannus Conringius, cap. II. *de German. Imperio Romano*. Ut Johan. Freinsheimium & Theodorum Sitzmannum taceam, quorum ille in eruditis *ad L. Florum*, hic vero *ad P. Rutili Itinerarium* Animadversionibus, id egerunt. Quin & in nummis id professi sunt Imperatores orbem simul dextra portantes; qualem ex Constantii Imp. Fridericus Lindenbrogius exhibet atque explicat, doctissimis *ad Ammianum* Observationibus pag. 101. edit. Hamb. MDCIX. & nos hic tibi sistimus ex Didii Juliani, apud Ant. Augustinum.



quod his verbis docet Dionysius lib. II. *Urbe Cænina capta, arma tradi jussit, acceptisque pueris obsidibus, quos voluit, in Antemnates vertitur, palantesque eos, & dispersos ad prædam, inopinato superventu capit: eodemque modo de his, quo de prioribus decernens, exercitum domum reduxit, spolia etiam adducens bello capta, Diisque prædæ primitias consecrans, ac multa simul faciens sacrificia. Ultimus autem ipse, post pompam ibat, purpurea veste amictus, comamque lauro coronatus, &, ut dignitatem Regiam servaret, curru quadrijugo invectus. Aliæ vero equestres, pedestresque copiæ sequebantur, egregie instructæ; Deos laudantes patriis carminibus, ac ducem suum extemporalibus versibus extollentes. Ex urbe vero cuncti eis obviam prodiere cum uxoribus & liberis, ex utraque viæ parte simul, & ob victoriam gaudentes, & omnem præ se ferentes comitatem. Utque Urbem inierunt, crateribus occurrunt vino plenis, mensisque omnium generum cibis refertis, expositis ipsis apud illustres familias, ut paratæ essent volentibus. Victoriosa igitur & trophæophora pompa, & immolatio, quam Romani triumphum vocant, prima a Romulo instituta, talis fuit. Ætate autem nostra sumptuosissima, & insolens, & ad ostentationem potius divitiarum, quam ad virtutis existimationem decantata, omnem prorsus formam exuit priscæ tenuitatis. Post pompam autem, & sacrificium, Romulus Templum in Capitolio Jovi Feretrio extruxit*, &c. Cæterum, ut

A Plutarchus scribit, eum, qui triumphabat, Urbem ingredi pedibus, primo mos fuit, captivis præcedentibus, & exercitu subsequente: ut fecit Romulus. Mox Tullus Hostilius equo vectus de Albanis, Fidenatibus & Sabinis triumphavit. Idem fecit Ancus Martius, quum de Vejentibus & Sabinis victis triumphum duceret. Primus quadriga usus secundo triumpho suo, quem de Hetruscis egit, L. Tarquinius Priscus, vel ut aliis placet, P. Valerius Poplicola Consul. Albis equis ad currum junctis primus triumphavit de B Vejentibus M. Furius Camillus Dictator. Postea passim triumphalis pompa ita aucta, ut nihil speciosius in Urbe videri posset. Ego autem, quo ab Antiquitatis studiosis gratiam aliquam ineam, hic apponere ejus generis triumphorum, quos sumptuosissimos fuisse refert Dionysius, descriptionem institui, quam ex Josepho, Plutarcho, Appiano, Zonara; & aliis plerisque scriptoribus excerptam, hac ratione concinnavi. Rep. bene gesta, egregia victoria parta, & rebus triumpho C dignis actis, [1] Populi Rom. dux statim a militibus *Imperator* appellatus, [2] fasces laureatos per cursores in urbem mittebat. Quum vero ipse incolumi cum exercitu domum reversus esset, Senatus ei intra Ædem Bellonæ, extra Urbem, in Campo Martio dabatur, ubi quæ gesserat exponere, [3] debitumque triumphum petere posset. [4] Nemini enim triumphaturo Ur-

Triumphus primo pedibus. Mox equo.

Demum curru peragebatur.

Imperatoris nomen cui obvenerit?

Quomodo item communiter cum sphæra vel orbe effingi solitas Imperatorum imagines, Basilii Seleuciensis verba planum faciunt, *Orat.* II. *de Adamo* pag. 9. edit. Commel. MDXCVI. ac hodiernum *pomum aureum* in coronatione Augustissimi Imperatoris, sacratissimas Ipsius exornat manus. De quo pluribus Marquardus Freherus *ad Petrum de Andlo* pag. 182.

1. *Populi Romani dux*, Imperator *appellatus*) Non qua ratione a temporibus Julii Cæsaris vel Octaviani Augusti ita dicebantur *οἱ αὐτοκράτορες*, qui summam potentiam & auctoritatem in republ. habebant. Nec ut eo nomine veniebat quivis P. R. Dux, cujus auspiciis gerebatur bellum: Sed *qui bene gesta republica*, sicut Tacitus *Annal.* III. cap. LXXIV. *gaudio & impetu victoris exercitus conclamabatur*. De quibus Imperatorii nominis significatis consulendi Sigonius lib. III. *de Antiq. Jure Provinc.* cap. VI. & *Commentario in Fastos* ad annum U. C. DCCVIII. Onuphrius in *Fastis* ad annum DCCIX. & DCCXXVII. & Julius Cæsar Bulengerus lib. I. de *Imp. Rom.* cap. I.

2. *Fasces laureatos in urbem mittebat*) Ita Zonaras *Annal.* Tom. II. p. 31. De literis vero testatius est, quas, quod lauro essent involutæ, *laureas*, & *laureatas*, & *tabellas laureatas* vocitabant; Cicero *Victrices literas* dixit, epist. XXI. lib. V. *ad Attic.* Easque *primis temporibus exercituum Duces Romam ad Senatum mittebant: posterius vero vel Duces ipsi ad Cæsares, vel Cæsares Romam ad Senatum miserunt, in Capitolio in signum communis lætitiæ perpetuo consecrandas*: ut Livii, Taciti, Plinii, Julii Capitolini, Lampridii innitens auctoritati, persequitur late Wolffgangus Lazius, D Comment. *reip. Rom.* lib. II. cap. IV. & lib. IX. cap. XX.

3. *Debitumque triumphum petere posset*) Formulas in triumphis postulandis & decernendis receptas, ex Livio potissimum collegit Barnabas Brissonius l. II. *de Form. Pop. Rom.* pag. 208. In quibus eminet, qua *Cn. Manlius Procos.* Senatu sibi *in Æde Bellonæ* dato, commemoratis a se rebus gestis, postulavit: lib. XXXVIII. capite XLIV. VT OB EAS DIIS IMMORTALIBVS HONOR HABERETVR, SIBIQVE TRIVMPHANTI VRBEM INVEHI LI- E CERET. Tum qua *M. Fulvius* ex Ætolia redux, *ad Ædem Apollinis*, in Senatu petiit a Patribus: libro XXXIX. capite IV. VT ÆQVVM CENSERENT OB REMPVBLICAM BENE AC FELICITER GESTAM, ET DIIS IMMORTALIBVS HONOREM HABERI JUBERE, ET SIBI TRIVMPHVM DECERNERE. Ex quibus etiam patet, senatum non semper in Æde Bellonæ datum redeuntibus e bello Ducibus: Quod & Fabricius innuit l. I. *Antiqq. Rom.* cap. XIII. quo agit *De Curiis & Senaculis*.

F 4. *Nemini triumphaturo Urbem ingredi*) Qui propterea tam diu *ad Urbem* dicebatur esse, usque dum lege lata triumphans Urbem intraret. Asconius Pædianus Procem. Act. *in Verrem* pag. 61. edit. Lugd. Bat. MDCXLIV. *Ad urbem dicitur de iis, qui cum potestate provinciali aut nuper e provincia revertissent, aut nondum in provinciam profecti essent*. Et pag. 15. *Omnis magistratus, qui intramuranus non est, nec*

bem ingredi, ante triumphum, licebat. Tum si res ab eo gestæ triumpho dignæ Senatui visæ fuissent, a Senatu primo, deinde a populo, quum *Imperatoris* nomen ei confirmatum esset, ei decernebatur, ut ei triumphanti urbem inire liceret, diesque certa triumpho statuebatur. Quod si Imperator, Dictator, aut Consul, vel Prætor non fuisset, atque ob eam causam imperium intra Urbem habere non posset; (Proconsules enim, & Proprætores intra Urbis mœnia cum imperio esse non poterant) tunc, quo triumphanti ei cum imperio Urbem ingredi liceret, lex Comitiis Curiatis ferebatur, de imperio ejus Ducis intra Urbem per diem, vel die triumphi, habendo, (nam neque privatis triumphare licebat) qua lege lata, dieque triumpho decreto, [1] Imperator triumphali habitu amictus, armillis sumptis, laurea redimitus, & ramum lauri dextra tenens, [2] milites ad concionem convocabat. Ubi [3] militibus, & publice, & privatim laudatis, pecuniam donabat, & ornamenta; ut armillas, [4] torques, hastas puras, id est, sine ferro, [5] coronas aliis aureas, aliis argenteas, expresso in his & nomine, & hominis præclare gestis. [6] Nam qui murum primus conscenderat, aut oppidum expugnaverat, ei corona *muralis*, & *obsidionalis*

Ejus habitus triumphalis.

Munificentia.


Coronarum militarium diversitas.

---

urbanus, *etiamsi administrator ejus Romæ est*, *Ad urbem dicitur*. Ubi quæ Francisc. Hotomannus & Petrus Nannius commentati sunt, si placet, lege. Et quæ Paulus Manutius annotavit *ad Ciceronis Epist.* VIII *lib.* III. edit. Venet. & *Epist.* I. *lib.* IV.

1. *Imperator habitu triumphali amictus*) E templo Jovis Capitolini desumto, ceu ex Lampridii *Alexandro*, & Capitolini *Gordianis*, docet Octavius Ferrarius lib. II. *de Re Vestiaria* cap. VII. Justus Rycquius etiam tangit, Commentario *de Capitolio*, c. XIX.

2. *Milites ad concionem convocabat*) Stans in altiore suggesto, quod ab omnibus posset conspici: prout pulchre delineatum in *Roma Vetere*, ex Italico in Germanicum translata ab Alberto Reimaro pag. 64. edit. Arnheim. MDCLXI. & in nummo Caligulæ hic expresso: cujus similem apud Lindenbrogium videas, in citatis *ad Marcellinum* Observat. pag. 37.



3. *Milites pecuniam donabat*, & *ornamenta*) Quod bonam spem ibi fovere exercitum necesse sit, Onosandro judice *Strateg.* cap. XXXIV. ὅπου τιμὴ μὲν ἀποδίδοται τοῖς ἀγαθοῖς, τιμωρία δὲ οὐ παραπέμπεται τῶν κακῶν, *ubi fortibus & bonis honor habetur*, *malis autem pœna irrogatur*. Sane ab *hisce militaribus ornamentis processisse gentilitia Germanorum arma*, quæ vulgo *Wappas*, seu Cancellorum vocabulo *Clenodia* vel *Insignia* vocant: eorumque usum non minus in Romana militia, atque hodie extitisse: ex duobus potissimum Monumentis in Carinthia & Stiria repertis, atque a se in frontispicio libri positis, contra illorum opinionem, qui Henrico Aucupi illorum initia tribuunt, adserere nititur lib. IX. cap. XIV. & c. XVII. ac pag. 894. in *Reip. Rom. Commentariis*, laudatus nobis ante *Lazius*.

4. *Torques*) De quo Vegetius libro II. cap. VII. *Torques aureus solidus*, *virtutis præmium fuit*: *quem qui meruisset*, *præter laudem*, *interdum duplas consequebatur annonas*, &c. Id quod docere pluribus possit Johannes Schefferus, venusto *de Torquibus Antiquorum* Libello cap. II. & Laurentius Pignorius *Symbolarum Epistol.* pag. 37. Lipsius lib. V. *de Milit. Rom.* Dialogo XVII. De armillis vero Philippi Rubenii Collectanea, *Electorum* lib. I. cap. XXXVIII.

5. *Coronas aliis aureas*) Quas incendendis militum animis ab exercitus Duce militi, jam ante quam pugnaretur, fuisse propositas, Paschalius existimat, præclaro *de Coronis* opere lib. VII. cap. II. e. gr. si castra perrumpenda forent, *castrensem*, ut summum decus; si vallum capiendum, *vallarem*; si urbis obsessæ subeundus murus, *muralem*; si navali prælio dimicandum, *navalem*, sive classicam. Re demum feliciter peracta, ab Imperatore coronas in edito loco fuisse positas, admonitosque milites, ut qui se dignos illis ducerent, id palam in omnium oculis apud ipsum profiterentur. Sic factum ut nulla fraus obreperet; nullus ibi ambitioni, nullus fautoribus & gratiæ locus esset. Quod si res in ipsius Imperat. oculis gesta fuisset, ut neque testes, neque professionem exspectari necesse esset, Imperatorem milites tanto honore dignos nominatim appellasse: illos vero accedentes ad tribunal Imp. multo honore verborum pulcherrimum præmium accepisse, non sibi tantum, sed & posteris & familiæ decus. Locum fere totum adscripsi, quod liber est in paucorum manibus: licet nuper sit recusus.

6. *Nam qui murum*) De coronis militaribus scripsere iidem illi ferme, qui supra de Triumpho, etsi diversis nonnunquam libris vel capp. Johannes videlicet Tortellius *Comment. Grammat.* sub voce *Stemma*; Alexand. ab Alexandro *Gen. Dier.* libro IV. capite XVIII. & ibidem Tiraquellus. Wolffg. Lazius *reip. Rom.* libro IX. capite XVIII. Carolus Sigonius lib. II. *de Antiq. Prov. jure* cap. X. Guido Pancirolus part. I. *Memorab.* tit. LV. & ibid. Henricus Salmuth, Justus Lipsius, libro V. *de Militia Rom.* Dialog. XVII. & ex eo Antonius Thysius *Romæ suæ illustratæ*, pag. 154. & seqq. Carolus Paschalius toto libro VII. *de Coro-*

dabatur, [1] qui classe vicerat, corona rostrata donabatur; [2] qui vero civem in prælio obsidione, aliove periculo liberaverat, cum A summam laudem assequebatur, tum *civica* honorabatur, *querna* corona, cujus honos omnibus argenteis, & aureis præfereba-

---

nis, Philip. Carolus, Animadvers. *in Gellium* lib. II. cap. XI. Animadvers. III. Johannes Meursius peculiari *de Coronis* libello cap. XV. Henricus Kippingius Dissertat. *de Victoria* & *solemnibus* ejus, ubi de *Triumpho* etiam universe, non sine industriæ laude, conquisivit, quæ illustrare ipsum uberius possunt. *Muralis* vero, ut & *vallaris* vestigium in nummis nuspiam reperiri, C præterquam quod corona *turrita* seu *turrifera* insignitum inveniatur caput *Alexandriæ civitatis*, in numismatis M. Lepidi, & Magnæ Deum matris Cybeles, in nummis Faustinæ Augustæ, putat Antonius Augustinus Dial. II. *Antiqq.* pag. 21. ex quo propterea utriusque picturam subjicio.





1 *Qui classe vicerat, corona rostrata* (Quæ & navalis, & classica dicebatur; *qua donabatur præcipue is, qui maritimo prælio primus in hostium navem armatus transiliisset, cujusve opera manuve navis hostium capta fuisset*, ut Gell. l. V. c. VI. & supplente ipsum Scaligero Festus: Eaque ornatum in nummis invenias M. Agrippam apud Anton. Augustinum, utpote qui solus Romanorum ex Paterculi atque Dionis mente, honorem istum assecutus est: contra quam Plinius istius simul participem facit M. Varronem, qui *Piratico bello* eam *a Magno Pompejo* adeptus sit, l. XVI. c. IV. ubi Doctissimi Dalechampii notas inspice. Est & in Augusti nummis apud laudatum Præsulem pag. 14. n. XXII. hac fere forma: Qua tamen potius *victorias* illius *terra marique gestas*, quam *honorem* istum significari, Cl. Schefferus arbitratur; qui omnino hic legendus lib. IV. *de Milit. Navali*, cap. III.



2 *Qui vero civem in prælio, obsidioneve*) Inter Obsidionalem & Civicam hoc discriminis erat, quod hæc *servati unius civis* signum, illa *plurimorum civium servatorum* esset: Istam *cives*, qui liberati obsidione erant, *darent Duci*, qui liberasset: civicam vero *civis* daret *civi*, a quo in prælio esset servatus. Illa *graminea* erat; hæc *quercea* vel *querna*: (quod *ante causa vitæ in hac arbore hominibus fuisset, qui glandibus vescebantur*; ut Servius ait, *ad* VI. *Æn.* p. D 1091. edit. Basil.) Eaque cum *laurea* deinceps imperatoribus, ac in his *primo omnium Augusto* a S. P. Q. R. *oblata*, ut *hæc quidem pro foribus ob hostes victos*; civica vero, OB CIVES SERVATOS, *in fastigio domus Palatinæ poneretur*. Sic enim verba Dionis lib. LIII. pag. 507. τότε τὰς δάφνας πρὸ τῶν βασιλείων αὐτοῦ προτίθεσθαι, ϗ τὸν στέφανον τὸν δρύϊνον ὑπὲρ αὐτῶν ἀρτᾶσθαι, explicanda potius, monet Henricus Valesius, *Notis ad Excerpta ex Dione* pag. 97. quam quomodo Xylander vertit: *& super eas quernæ suspenderentur:* motus auctoritate Suetonii in *Claudio* cap. XVII. ubi *navalem coronam fastigio Palatinæ domus juxta civicam fixisse* dicitur. E De quo etiam Vir Cl. Caspar Sagittarius videndus singulari *de Januis Veterum* libello, cap. XXX. Cæterum & quernæ hujus in Impp. nummis figuram sæpiuscule reperias, hac ratione pictam:

F



tur: [1] qui vero equestri pugna vicerat, aliud ei quoddam pugnæ equestris specimen fingebatur, quo ab Imperatore donaretur. Cui rei cognoscendæ non parum auxilii afferet Epigramma L. Sicinii Dentati ex Varrone, Plinio, & Valerio Maximo lib. III. c. II. formatum, & in antiquis Epigrammatibus Urbis exaratum ita:

L. SICINIVS. DENTATVS. TRIB. PL. CENTIES. VICIES. PRÆLIATVS. OCTIES. EX. PROVOCATIONE. VICTOR. XLV. CICATRICIBVS. ADVERSO. CORPORE. INSIGNIS. NVLLA. IN. TERGO. IDEM. SPOLIA. COEPIT. XXXIV. DONATVS. HASTIS. PVRIS. XIIX. PHALERIS. XXV. TORQVIBVS. III. ET. LXX. ARMILLIS. CLX. CORONIS. XXXV. CIVICIS. XIII. AVREIS. IIX. MVRAL. III. OBSIDIONAL. I. FISCO. A AERIS. X. CAPTIVIS. XX. IMPERATORES. IIX. IPSIVS. MAXIME. OPERA. TRIVMPHANTES. SECVTVS.

Porro autem [2] hæc dona non viritim, sed cohortibus, & legionibus integris præbebantur. Spoliorum pars inter milites distribuebatur, his exceptis, quæ triumpho servabantur. Fuerunt etiam [3] Imperatores, qui die triumphi populo Romano epulum, & congiarium dederint, [4] sumptusque ad spectacula publica edenda elargiti fuerint. *Spoliorum ratio.* Quod supererat, vel in armamentarium, aut ærarium deferebatur, aut in fana, porticus, janos, atria, arcus, & alia publica opera conferebatur. B His peractis, [5] Imperator currum conscendebat, neque bellicis, neque iis similem, quorum in Circensibus usus erat, sed [6] instar turris rotundæ confectum, quemadmodum ex antiquis nummis & Titi Imperato- *Currus triumphalis.*


---

1. *Qui vero equestri pugna vicerat*) De præmiis Equitum Hermannus Hugo lib. v. *de Milit. Equestri* cap. I. pag. 310. & 314. Zonaras tradit, corona donatos Equitum C fortissimos, cui ἱππικόν τι, aliquid ad equitatum pertinens, fuerit insculptum. Egregius vero locus de illa præmiorum distributione extat apud Polybium *Histor.* lib. VI. pag. 483. edit. Wechel. MDCXIX. qui & ipsi Lipsio judicatus dignus, in quem dicto *de Militia Rom.* libro, & Dialogo, thesauros eruditionis suæ profunderet. Etiam de *formulis* in ejusmodi largitionibus adhiberi solitis, Brissonius adeundus l. IV. *de Form. P. R.* pag. 350.

2. *Hæc dona non viritim, sed cohortibus*) D Zonaras d. l. Καὶ οὐ κατ' ἄνδρα μόνον ἀριστεύσαντι ταῦτα ἐδίδοτο, ἀλλὰ καὶ λόχοις, καὶ στρατοπέδοις ὅλοις, παρείχετο. Nam pleraque ad dona militaria & spolia pertinentia, ex eo auctore Onuphrius huc transcripsit. Confer Henricum Savilem lib. *de Milit. Rom.* p. 47. Edit. Lips. & Justum Lipsium lib. II. *de Magnit. Rom.* cap. XII. & seqq.

3. *Imperatores populo epulum & congiarium*) Quomodo *Tiberius triumphum agens, prandium populo mille mensis, & congiarium trecenos nummos viritim dedit*. Sueton. in *eod.* cap. XX. Congiarium vero a *congio*; quod primo congii olei & vini darentur, post etiam pecunia, aliave, manente eadem appellatione. Budæus *Annot. Poster. in Pandectas* pag. 142. edit. Col. MDXVII. *Donativum largitio Imperatoris in milites*, λαμπρὰ ἐπίδοσις: *quæ eadem in populum facta, congiarium dicitur*. Junge Cujacium *Observat.* lib. X. cap. XXXVII. Alexandr. ab Alex. lib. V. *Gen. Dier.* cap. XXIV. & ibid. Tiraquellum, pag. 777. Schardii, Aliorumque Lexica, Justum Lipsium lib. I. *Elect.* cap. VIII. Laziumque lib. IV. *Reip. Rom.* cap. IX.

4. *Sumptusque ad spectacula publica*) Velut de Aureliano testatur Vopiscus; *quod peracto Triumpho, populo dederit* voluptates Ludorum Scenicorum, Ludorum Circensium, Venationum, Gladiatorum, Naumachiæ. Quo referendus elegans Venationis nummus ex Gutherio hic a nobis expressus, quodque de Ludis Triumphalibus notavit Lazius, lib. X. *Reip. Rom.* cap. XV.



5. *Imperator currum conscendebat*) Thure prius Diis dato, pronunciatisque verbis sequentibus: DII, NUTU ET IMPERIO QUORUM NATA ET AUCTA EST RES ROMANA, EANDEM PLACIDI PROPITIATIQUE SERVATE. Blondus, *Romæ Triumph.* lib. X. pag. 164.

6. *Currum instar turris*) Græca apud Zonaram sunt Tom. II. p. 31. τὸ δὲ ἅρμα οὔτ' ἀγωνιστηρίῳ, οὔτε πολεμιστηρίῳ, ἦν ἐμφορές. ἀλλ' ἐς πύργου περιφερῶς τρόπον ἐξείργαστο. E Qua ratione formatus etiam est, quem ex Onuphrio æri incisum, hic exhibemus; & qui ex nummis Trajani & Antonini Pii infra producuntur, triumphales currus, ut ut quæ in *Speculo Romanæ Magnificentiæ* reperitur M. Aurelii triumphantis imago, pulcherrimo marmore in Capitolio inter tot urbis ruinas posteritati servata, atque ab Antonio Lafrerio venuste expressa (quæ eadem forte cum illa est, quam in Palatio Conservatorum inter plurima monumenta alia conservari Jacobus Boissardus scribit, Itin. Schotti part. II. pag. 94. & Paulus F Merula Part. II. *Cosmogr.* p 1019.) præ se ferre videatur speciem *currus superiore parte quadrati*. Et Plutarchus quidem auctor est, εἰς τοῦτο τὸ σχῆμα καὶ τὸν ὄγκον, *eam in figuram & fastum* evexisse triumphum *Tarquinium Priscum*: Secundum alios vero *Publicolam* primum ἐφ' ἅρματος θριαμβεῦσαι. Tom. I. pag. 27.

1. *Popu-*

ris arcu Romæ intelligi, & cognoſci poteſt. Interea, dum hæc extra Urbem ab Imperatore triumphaturo geruntur, [1] Populus Romanus ipſo triumphi die candidis veſtibus amictus, omnibus circis, & locis circa forum, & aliis Urbis partibus, per quas triumphans tranſiturus erat, tabulatis ad hoc ex lignis compoſitis inſidens, ſeſe ad ſpectandum triumphum præparabat, ita ut nemo pene ex infinita illa populi Romani multitudine domi remaneret: qui vero in tabulatis conſidere non poterant, ob frequentem ad ſpectandum convenientem multitudinem, vix conceſſo ne- A ceſſario tranſitu, per varia Urbis loca diſcurrentes, ubi ſpectandis tantum Imperatoribus locus ſufficeret conſiſtebant. [2] Viæ Urbis & templa aperta, ſertis vaporibusque ſuaviſſimis repleta erant, [3] Ante omnia univerſus Senatus obvius ibat uſque ad Urbis portam Duci triumphaturo, ibique paululum operiebatur, donec tempus triumphandi adveniſſet, omniaque triumphi inſignia & ornamenta diſponerentur. Tum multitudo miniſtrorum baculos manibus geſtantium ex medio dimovebant turbas, & vias apertas, ac ſine impedimento plebis præſtabant. Hinc [4] pompæ initium, vel Pompa triumphi ante currum.



1. *Populus Rom. omnibus circis & locis)* Rurſum verba Plutarchi ſunt, in *vita Pauli Æmilii*, Tom. 1. pag. 271. ubi ait: *Populum* ἔν τε τοῖς ἱππικοῖς θεάτροις, ἃ κίρκους καλοῦσιν, *in equeſtribus theatris, quæ Circos vocant, & foro, aliiſque Urbis partibus, ubi conſpici pompa poterat*, ἴκρια, hoc eſt, *tabulata fixiſſe*. Cum quibus & illa Joſephi congruunt, lib. VII. pag 978. Veſpaſianum & Titum duxiſſe triumphum, διὰ. θεάτρων διεξελαύνοντας, *per theatra* (*per ſpectacula* vertit Interpres, qui Ruffinus vulgo exiſtimatur,) *tranſeuntes* ὅπως εἴη τοῖς πλήθεσιν ἡ θέα ῥάων, *ut multitudini facilior eſſet aſpectus*. Quod ſcilicet ibi jam parata eſſent ſedilia, ut novis ſubſtructionibus haud eſſet opus. Etiam *reges multarum gentium* ad triumphum Pauli Æmilii ſpectandum *Romam veniſſe*, narrat Eutropius, lib. VI. pag. 48.

2. *Viæ & templa ſertis & odoribus repleta erant)* Sic iterum ille eodem loco: πᾶς δὲ ναὸς ἀνέῳκτο, καὶ στεφάνων καὶ θυμιαμάτων ἦν πλήρης. Ritu gentibus paſſim, atque ita etiam Romanis, vel extra triumphum uſitato: quem jamdudum expoſuere viri om- B ni laude cumulatiſſimi, Iſaacus Caſaubonus *ad Suetonii Caligulam* pag. 411. Lipſius Comment. *ad* XIV. *Taciti Annal.* pag. 400. Paſchalius lib. II. *de Coronis*, cap. XI. Bulengerus lib. III. *de Imperatore*, cap. VIII. Auguſtus Buchnerus *ad Venantii Hymnum de Reſurr. Domini*, Edit. Witteb. MDCXXVII. pag. 29. ut ejus quidquam repetere, non ſit neceſſum.

3. *Ante omnia univerſus Senatus* (Pertinet huc pictura quædam Lafrerii ex *Fragmentis Antiquitatum* deſumta, in qua omnium ordinum & ſexus homines effuſos ur- C be videas ad excipiendum Imp. triumphantem. Quodque Appianus de Pompejo ait ex Oriente adventanti, in *Mithrid.* pag. 338. *Obviam illi longiſſime fuiſſe itum a juvenibus; deinceps ut quorumcunque ætas ferebat; poſtremo a Senatu, demirante geſtorum magnificentiam*. Tum quod Guntherus, geſtorum Friderici Barbaroſſæ luculentus Scriptor, de hujus in Papiam glorioſo ingreſſu, verſibus ultra ſeculi, quo vixit, genium eruditis ſcripſit, *Ligurini ſui* lib. III. vers. 190. & ſeqq.

4. *Pompæ initium, vel a porta Capena)* Ad

a porta Capena, quæ triumphis vehendis commoda erat, [1] vel ab ea, qua triumphans ingressurus esset, inchoabatur. Primo enim universus Senatus Capitolium versus præibat. Post Senatum Tibicines cum tubis, classicum resonantibus, sertisque redimiti, currus spoliis refertos præcedebant, quibus tabulæ eburneæ, & æreæ, colossus, signa, ligneæ turres, & captarum Urbium, Castellorum, montium, fluviorum, paludum, marium, & omnium denique, quæ capta erant, simulachra vehebantur, [3] scripturis imaginibusque adjectis, gestorum seriem explicantibus. Deinde ferebatur aurum, argentum & æs, partim rude & grave, partim quibusdam figuris impressum. Post tabulæ & signa aurea, argentea, ærea, & eburnea videbantur. Gemmarum quoque, purpuræ, cocci, vestium byssinarum, vel auro intextarum ingens copia. Item coronæ, quas virtutis ergo urbes, aut socii, aut exercitus urbi parentes, militibus dedissent, aureæ & argenteæ, vel ex alia materia adducebantur. [4] Sequebantur post hæc pulcherrima & ornatissima gentium victarum arma, multis curribus lata, ære ferroque absterso, & polito splendentia, atque ita disposita, ut casu maxime sic cecidisse viderentur. Erant autem galeæ, scuta, thoraces, ocreæ Cretenses, peltæ Thraciæ, & Celtæ, pharetræque, equorum frena, enses nudi, & gladii, sagittæ infixæ, arcusque, pila, sarissæ, & cætera ejusmodi missilia; ita ut nec victorum quidem absque metu esset aspectus. Post armorum currus, aliquot virorum millia sequebantur, qui in vasis argenteis nomismata ferebant aurea, argenteaque. Alii vero crateras, phialas aureas, calicesque ornatissimos & magnos, certo ordine ferebant. Postea alii tibicines aderant, non mite aut suave, sed bellicum præcinentes. Post hos quinquaginta, aut centum, aut plus vel minus, boves juxta triumphantis opes, cornibus auratis, infulis, & sertis ornati, ab adolescentibus ¬opis succinctis, ad immolandum ducebantur. Postea sequebantur pueri Camilli, qui aureas, & argenteas pateras, sacrificii causa, deferebant. Post, si eo bello capti essent, elephanti adducebantur. Omnes autem triumphorum ministri sericis, purpureisque, & auro intertextis vestibus induti erant. Post hæc captorum Ducum, & Regum currus, arma, diademata super armis imposita vehe-

---

quam ducebat via Appia, illa *longarum regina viarum*, Papinio Statio. Ad quod ejus elogium, vide Nobilissimi Barthii *Animadvers.* Tom. I. pag. 202. & quam hic inter omnes Ejus Reginam sibi jam olim visam ait, Justi Lipsii in *Admirandis Urbis*, Commentationem lib. III. cap. X. quæque Georgius Fabricius, Bartholomæus Marlianus & Paulus Merula de eadem annotarunt. *Ea enim via ampla, & VIII. mill. passuum ab Urbe frequens ex utroque latere habitata erat, & inde in Capitolium rectum & amplum iter: in quo lignei prim..m continuique arcus, post marmoreis columnis s.ffulti, unde multitudo satis commode triumphum spectare posset*: si Pomponio Læto credimus, lib. II. *Hist. Rom.* pag. 10. a quo hæc ipsa mutuatus est, Commentario *in Aurelii Cassiodori Consules* Johannes Cuspinianus, pag. 485.

1. *Vel ab ea, qua triumphans ingressurus*) Triumphalis portæ diserte meminit Josephus libro & pag. citatis, cum inquit: πρὸς δὲ τὴν πύλην αὐτὸς ἀνεχώρει, τὴν ἀπὸ τοῦ πέμπεσθαι δι' αὐτῆς ἀεὶ τοὺς θριάμβους τῆς προσηγορίας αὐτῆς τετυχήκας. *Ipse vero*) Vespasianus) *ad portam recedit, quæ ex eo, quod per illam triumphorum pompa ducitur, nomen accepit*. A qua *via* sic denominata, per *pontem triumphalem* (cujus adhuc IV. *pilas e regione Hospitalis S. Spiritus eminere. ex aqua*, notavit Fabricius) *a campo Vaticano continuabatur in Capitolium*, ut idem hic observat. Nam Boissardus, prout in *Itinerario* Francisci Schotti & Hieronymi ex Capugnano legere est, cum *Capena* confundit. Confer Marlianum *Topographiæ Urbis Romæ* lib. II. cap. VIII. Onuphrium Panvinium lib. I. *Descript. Urbis Romæ* pag. 57. & 60.


2. *Ligneæ turres, & captarum Urbium simulacra*) Josephus iterum: *Maxime*, inquit, *stupori erat pegmatum, quæ portabantur, fabricatio, pro cujus magnitudine timendum viribus portantium occurrentes putabant. Multa enim in tertium quartumque nidum surgebant. — Erat ibi cernere, vastari quidem fortunatissimam terram, totas vero interfici acies hostium; & alios fugere, alios captivos duci, murosque excellentes magnitudine machinis dirui; & castellorum exscindi munimina, & populosarum civitatum mœnia disturbari, exercitumque intra muros infundi, cædisque omnia loca plena, & eorum qui manu resistere non poterant, preces, ignemque templis immissum. — Hæc enim Judæi passi sunt: ars autem & confectorum operum magnitudo, nescientibus adhuc facta, tanquam præsentibus ostendebant*.

3. *Scripturis adjectis, gestorum seriem*) Appianus *de bell. Mithrid.* pag. 340 *Translata est & tabula* (triumpho Pompeii) *hoc titulo: Naves rostratæ* DCCC. *captæ sunt, Urbes conditæ* VIII. *in Cappadocia, in Cilicia Cœlesyriaque* XX. *in Palæstina Seleucis: Reges victi Tigranes Armenius, Artoces Hiberus, Orezes Albanus, Darius Medus, Areta Nabatæus, Antiochus Comagenus*. Et Dio, Cn. Pompejum inter tropæa, *unum magnum, sumtu ingenti apparatum*, intulisse narrat, γραφὴν ἔχων, ὅτι τῆς οἰκουμένης ἐστὶν, *de orbe terrarum inscriptionem habens: Histor. Rom.* lib. XXXVII. pag. 39.

4. *Sequebantur post hæc gentium victarum arma*) Desumsit hæc rursus ex Plutarchi *Æmilio*, possentque hujus longe plures produci testes. Suffecerit vero notasse, Romanos non satis habuisse, ea publice semel sic spectanda exhibuisse, sed & nummis eadem impressa ad seram usque posteritatem annisos fuisse propagare; additis titulis, JUDÆA CAPTA, ASIA RECEPTA, vel similibus, qui cum armis rem gestam commemorando renovarent. Cujus generis etiam sunt, quos hic apponimus, Impp. Augusti & Trajani nummi, ex Ant. Augustino pag. 10. num. IV. & pag. 14. num. XVI.

bantur. 1 Deinde hostium Reges seu Duces, 2 cum filiis, fratribus, & sororibus, omnibusque, si qui essent, familiaribus, veniebant lachrymantes, casumque captivitatis dolentes. Post hæc multa hostium millia manibus pone tergum revinctis deducebantur, qui ex omnibus hostium exercitibus captis pulchriores, & elegantiores, vastioreque & proceriore corpore selecti fuerant, atque ad triumphum exornandum reservati. 3 Ferebantur etiam aureæ coronæ, quibus Imperatorem ipsum virtutis ergo Urbes in libertatem vindicatæ, seu sociæ civitates donaverant. Sequebatur dein-






1 *Dein hostium reges*) Quo pacto Gentius Illyriorum Rex ab Anicio Cos. cum uxore, liberis, Caramantio fratre & nobilibus Illyriis: Jugurtha a Mario, Perseus ab Æmilio, ante currum ducti. *Ipsum sublimem*, inquit Appianus de Pompejo, *præcedebant regum satrapæ, vel duces, vel filii, partim captivi, partim obsides in summa* CCCXXIV. *Inter hos Tigranes filius Tigranis, & quinque Mithridatis, Artaphernes, Cyrus, Oxathres, Darius, Xerxes; filiæ Orsabaris & Eupatra. Traductus est & Colchorum rex Olthaces, & Judæorum Aristobulus, Tyrannique Cilicum: Scytharum item regiæ fœminæ, duces tres Iberorum, Albanorum duo, cum Menandro Laodicensi, qui equitum Mithridatis præfectus fuerat. Absentium autem effigies transvehebantur, Tigranis & Mithridatis, pugnantium, & cedentium, ac fugientium. Mithridatis vero etiam oppugnatio, & noctu tacita fuga expressa ac repræsentata: ac postremo etiam mors ejus subjecta fuit spectatorum oculis. Appictæ erant & virgines, mortis ejus sociæ. Præferebantur tabulæ cum utriusque sexus liberorum, ante illum defunctorum, imaginibus, & Deorum barbaricorum figuræ, cum ornatu patrio.*

2. *Cum filiis, fratribus, familiaribus, lacrymantes*) *Mox parvo intervallo*, inquit Plutarchus in *Paulo Æmil.* pag. 273. *aucti liberi regis captivi, quos nutritiorum, præceptorum & pædagogorum grex lacrymabundorum comitabatur. Hi manus ad spectatores tendebant; puerisque suggerebant, ut orarent & supplicarent populo. Duo filii erant, filia una, magnitudinem calamitatis suæ per ætatem non capientes: quo miserabilior ex vicissitudine fortunæ simplicitas eorum erat, ut pene Perseus spectantium oculos præterierit; Ita miseratio in infantes Romanorum defixerat aciem; ac multæ effusæ lacrimæ sunt: omnibusque mixtum acerbitate & oblectamento fuit spectaculum, quousque prætergressi sunt pueri. Eos eorumque famulitium proxime excepit Perseus pullatus, patriis indutus crepidis, præ miseriarum mole ad omnia stupentis, & attoniti mente similis. Pone hos amicorum & necessariorum regis caterva, quorum erat luctu oppressus vultus. Quia vero perpetuo defixam in Persea aciem habebant, lachrymabanturque, opinionem imprimebant spectantibus, illius se lamentari fortunam, de sua sorte minime laborare.* Quo loco non facile, ad hanc rem explicate proponendam, commodior forsan reperiri queat.

3. *Ferebantur etiam aureæ coronæ, quibus Imp.*) Plutarchus denuo: *Sub his coronæ aureæ quadringentæ numero translatæ*, ἃς αἱ πόλεις ἀριστεῖα τῆς νίκης τῷ Αἰμιλίῳ μετὰ πρεσβειῶν ἔπεμψαν. Et apud alios exempla ejus extant infinita. *Provinciales* Tertullianus nuncupat, lib. *de Coron.* cap. XIII. simul magnas & ponderosas eas fuisse innuens, cum inquit: *Sunt & provinciales aureæ, imaginum jam, non virorum, capita majora quærentes*: quas male ibi ad *Sacerdotum Provincialium coronas* trahit Jacobus Pamelius pag. 266. edit Paris. MDCXXXV. Offerebantur scilicet a sociis & subditis honoris & gratulationis causa. Progressu vero temporis, quod munus primo fuit, hoc onus esse cœpit, conflato inde *Auro coronario*: quod non jam in victoriis solum & hostibus superatis, sed quotiescunque ea opus esset; vel initio principatus, aut cum filius nasceretur Principi, aut adoptione facta, aut si alia aliqua pompa id videretur exigere, collatum a subditis, imo imperatum iisdem: Ut similiter ostensum pluribus est a Justo Lipsio lib. II. *de Magnit. Rom.* cap. IX. Dempstero dicto *ad Rosin.* loco, Wolffgango Lazio, *Reip. Rom.* lib. II. cap. XIII. & libro IX. pag. 939. Marcello Donato in *Scholiis ad Histor. Rom. Scriptores* cap. 510 Carolo Paschalio lib. VIII. *de Coronis* cap. VI. Ubi & hic illa Salviani perperam eo refert lib. VI. *de Gubernat. Dei* pag. 240. edit. Norib. MDCXXIII. *Aurum quod pendimus, munera vocamus. Dicimus donum esse, quod pretium est, & quidem pretium conditionis durissimæ & miserrimæ*; cum de tributo quod Barbaris ac hostibus Imperii sub muneris vel doni


ceps dux ipſe, ſeu populi Romani [1] Imperator, aurato curru a quatuor albis equis vectus, [2] toga purpurea triumphali auro intertexta amictus, [3] in capite lauream, ſeu

honeſtioribus vocabulis, dabatur, intelligenda eſſe, vel ipſe contextus ſatis moneat, doceatque Vir magnæ eruditionis Conradus Rittershuſius Commentario ad eum locum pag. 259. ex Caſauboni ad Spartianum Obſervatis eruditiſſimis ſimul ipſum illuſtrans. Figuram vero coronarum, Impp. ea ratione præferri ſolitarum Onuphrius in ipſa Triumphi deſcriptione æneis formis excuſa, facit *radiatam*, qualis in hoc Auguſti nummo conſpicitur: de qua plura aliquando diximus, libello noſtro *de Coronis* pag. 3. Edit. Helmſtad. MDCLXII.



1. *Imperator, aurato curru a quatuor albis equis)* *Aureo curru*, habet Florus lib. I. cap. V. *Picturato* in Triumpho Scipionis Appianus: quomodo & in Aureliani apud Lafrerium Deorum expreſſæ atque effigiatæ ſunt imagines: *Gemmato* Pompejum invectum, ſcribit idem; ἅρματι ἐκπρεπῶς κεκοσμημένῳ, *curru magnifice exornato*, Plutarchus Æmilium. Inſuper currus erat *laureatus*, ut nihil non in hac pompa. *Quatuor equis* triumphandi morem, ad Hetruſcos itidem refert Florus. λευκῷ τεθρίππῳ *albis quadrigis Camillum primum triumphaſſe*, ſcripſit Zonaras, ut & Auctor *de Viris Illuſtribus*, cap. XXIII. & Plutarchus: quem tamen in hoc erraſſe, inſequentium ſeculorum exempla manifeſtum reddunt, quod *neminem vel ante* Camillum, *vel poſt illud feciſſe* putavit. Niſi hæc quæ ſequuntur verba ἱερὸν γὰρ ἡγοῦνται τὸ τοιοῦτον ὄχημα τῷ βασιλεῖ καὶ πατρὶ τῶν θεῶν ἐπιπεφημισμένον, *Sacrum enim eum currum habent Deorum regi & patri dicatum*, referenda forte ad currum ſint, quem ex aliqua Jovis deſumſerit æde: ſicut & Barthium video dubitanter adſerere. Eos enim Diis conſecrari ſolitos, idem ille in *Romulo* teſtatur, inquiens, ipſum *inter reliquam prædam ex Camerio attuliſſe* τέθριππον χαλκοῦν, *currum æneum, quem in templo Vulcani dedicarit*. Tametſi non ſemper obtinuiſſe, ut albis equis uterentur, ſed peculiari Senatus decreto, hoc ſingulari Triumphantis honori datum, vel verba Dionis de Julio Cæſare oſtendunt lib. XXX. p. 220. De *Elephantis, Tigribus, Leonibus, Canibus, Cervis*, quibus aliquando triumphatum, luxu præſertim magis magiſque in Urbe invaleſcente, prolixe alii; in quibus & Dempſterus eſt, *ad Antiquit. Roſini*, pag. mihi 1042.

2. *Toga purpurea triumphali auro intertexta amictus)* De qua Plin. lib. IX. cap. XXXVI. Purpura *omnem veſtem* illuminat: *in triumphali* miſcetur auro. *Jovis Opt. Max. ornatum* vocat Livius lib. X. cap. VII. *Jovis exuvias*, Suetonius *Auguſto* cap. XCIV. *Tunicam Jovis*, Juvenalis Sat. X. verſ. 38. *Capitolinam palmatam* Flavius Vopiſcus pag. 411. edit. Lugd. Bat. MDCXXI. vel propter eam, quam habebant inter ſe, iſta Jovis & hæc picta toga ſimilitudinem; vel quod e Capitolio a Triumphantibus ſumeretur: ut jam ante Rycquium & Ferrarium, Johannes Britannicus obſervavit, ad *Satyrici* illius verba. Quanquam quæ ab ipſis ex Capitolino & Lampridio, adducuntur, de triumphantium proprie non loquantur veſte, ſed de Conſulari & Imperatoria. *Pompejus* Appiano *Alexandri Macedonis Chlamyde*, *Veſpaſianus* vero & *Titus* Joſepho δάφνῃ μὲν ἐστεφανωμένοι, πορφύρας δ' ἐσθῆτας πατρίους ἀμπεχόμενοι, *lauro quidem coronati, amicti autem patria veſte purpurea*, memorantur triumphaſſe. Et eſt quidem apud Pancirolum *de Habitu Imperatoris* peculiaris titulus, & in eum Salmuthi commentatio: inſperſitque ejus generis plurima annotamentis ſuis *ad Sidonium Apollinarem* Johannes Savaro. Imaginem vero togæ illius pictæ ſeu triumphalis ex nummo quodam Auguſti Imp. præter Rycquium exhibuit Jacobus Gutherius lib. I. *de Vet. jure Pontificio*, pag. 221. cujus typum gerit, qui a nobis hic adjectus eſt.



3. *In capite lauream, ſeu auream)* *Duorum generum erant triumphales coronæ*, inquit Paſchalius lib. VIII. cap. I. *Priorem locum obtinuit illa, quam exercitus Imperatori dabat. ſcilicet argumentum judicii de ſuo duce ſui. Hujus* duæ *fuerunt ſpecies; una* laurea, *quam triumphans capite geſtabat: altera* AUREA, *id eſt, ex auro effigiato in ſpeciem lauri. Alterius generis fuerunt illæ, quas provinciæ ductori exercitus Romani, cum is e militia domum redibat victor, gratulationis ergo certatim mittebant. Hoc genus coronarum triumphanti præferebatur. E duabus prioribus, illa, quæ erat* laurea, *id eſt, contexta ſeu plexa e duobus ramulis lauri, caput triumphantis evinciebat. At illa* AUREA, *proprie dicebatur* inſignis laurea; *quandoque* inſignis corona triumphalis. *Hanc ſcrevis*

aureum, lapillis gemmisque ornatam coronam gestans, 1 dextra laurum, sinistra vero eburneum sceptrum tenens. Imperatoris currum si Prætor, vel pro Prætore fuisset, VI si Consul, vel pro Consule, XII. si Dictator, vel Augustus XXIV. 2 lictores, cum fascibus & securibus laureatis, purpureis vestibus amicti, præcedebant. Circum currum vero citharœdorum & tibicinum turba veniebat, modulis elegantissimis concinentes: hi succincti, coronisque aureis redimiti, suo quique ordine psallentes canentesque prodibant. Horum in medio stabat quidam talari veste, fimbriis, ac armillis auro splendentibus amictus, qui gestus varios edebat; 3 hostibusque devictis insultans, risus undique ciebat. Postea thuris & Arabum odorum suffimenta Imperatorem undique comitabantur. In ipso vero Imperatoris curru, 4 pone trium-

Pompa circa currum.

---

publicus, eodem quo triumphator curru vectus, gestabat super caput ejus. Ibid. cap. III. — *Eam triumphalis Dux domum suam non deferebat, sed perfecto prope triumpho, triumphali curru vectus, deferebat ad Jovem, eamque in ipsius gremio deponebat. — Nec tantum apud Jovem Capitolinum hæ coronæ deponebantur, sed & alia numina, apud ejus scilicet ædem, cujus ope rem confecerat. — Illa altera* vere laurea, *quam triumphans capite gestabat, veluti splendidissimum domesticæ virtutis insigne, summa cura domi asservabatur: eamque persæpe proferri mos in vetere republica receptissimus fuit. Itaque quoties res magna peragebatur, — tunc vero vir triumphalis in publicum egrediebatur, sua corona non tantum conspicuus, sed & venerabilis.* Quæ comparare forte operæ pretium fuerit, cum iis, quibus Rycquius *de Capitolio*, pag. 247. iique ipsi, qui alias de Triumpho scripsere, hunc ritum illustrant: præsertim cum sibi ipsi non constare hac in parte videatur Paschalius, dum eodem cap. III. libri VIII. præmittit: *Jovem Capitolinum non tantum laurea corona cultum, quæ facile arescit, sed & illa insigni specie, hoc est, amplitudine vel materia.*

1. *Dextra laurum, sinistra vero eburneum sceptrum*) Ita etiam depingi curavit in sua descriptione Onuphrius: at in nummo Trajani subjecto laurus in manu sinistra, sceptrum in manu dextra cernitur. Et quamvis apud Plutarchum *Æmilius* dicatur *δάφνης κλῶνα τῇ δεξιᾷ protendisse*; & apud Zonaram Triumphans depingatur *στεφανόντε δάφνης ἀναδησάμενος, καὶ κλάδον κρατῶν ἐν τῇ δεξιᾷ, laurea redimitus, & ramum dextra tenens:* tamen id fieri potuit, cum sceptro haud utebatur. Nam alterum illorum interdum neglectum, & hæc auctorum verba, quæ *sceptrum* omittunt, & nummus Antonini Pii mox subjiciendus, in quo *laurus* non comparet, ostendunt. Ipse Appianus, cum in *Punicis* inquit, vertente Sigismundo Gelenio pag. 48. *Mox Imperator invebitur curru picturato, redimitus gemmata corona aurea: Amicitur autem toga clavata purpurea: Manu gestat sceptrum eburneum & virgam lauream, quæ apud Romanos signum est victoriæ:* non addit, num dextra vel sinistra hoc vel illud gestarit. De sceptro vero præ aliis dignissima lectu habet Thomas Reinesius Epist. XXIII. ad *Christ. Ad Rupertum* pag. 77. *Jovis Insigne* vocat Servius *ad Eclog. Virgil.* X. pag. 240. edit. Basil. De quo Mythologi, Phornutus *De nat. Deor.* pag. 49. Albericus, *de Deorum Imag.* pag. 313. & Georgius Pictorius, *Apotheos.* lib. I. pag. 10. videndi. Aquilam eidem *supersedisse*, putat Isidorus, *ob indicium, quod per victoriam quasi ad supernam magnitudinem accederent*: lib. XVIII. *Orig.* cap. II.



2. *Lictores, cum fascibus laureatis*) De Lictoribus & fascibus cumprimis operose egit Lipsius lib. I. *Electorum* cap. I. De laureatis fascibus, Sigonius lib. II. *de Antiquo jure Provinc.* cap. VII. Lazius lib. II. cap. IV. & lib. IX. cap. XX. Paschalius *de Coronis* lib. VIII. cap. X. Formam istorum videas apud Gutherium dicto libro pag. 45. in Inscriptionibus Petri Apiani & Bartholomæi Amantii pag. CCXL. & prout ipsos lauro circumdedere, apud Lazium & in Delineatione Triumphi Onuphriana. Utebantur illis belli Duces statim ab eo tempore, quo Imperatores ab exercitu erant proclamati. Peracto vero triumpho detracta fascibus laurea dabatur Jovi Capitolino: ut Plinii & Obsequentis testimoniis probat Paschalius lib. VIII. c. II. Lipsius insuper ex Dione & Seneca, Comment. *ad II. Taciti Annal.* pag. 91.

3 *Hostibusque devictis insultans*) Appianus in *Punicis*: *Ipsum Imperatorem præcedunt lictores paludati, & chorus citharistarum ac Satyrorum, Etrusco more cinctorum, ornatorumque coronis aureis, qui pariter incedunt cum cantu & tripudio. Ludiones ipsi vocant, opinor ideo, quia Etrusci Lydorum coloni sunt. Horum in medio quidam stolatus ac purpuratus, ornatusque monilibus & torquibus aureis, gesticulatur ad movendum, tanquam insultans hostibus. Ciccrias, Manducos, Petrejas*, quos risu excitandi gratia una hic adhibitos, apud nonnullos cernas, ad Circi potius, quam Triumphi pompam, referendos crediderim.

4. *Pone triumphantem quidam publicus minister*) Οἰκέτης δημόσιος Zonaræ, apud quem illa Tertulliani *Apolog.* cap. XXXIII. brevius, *ὀπίσω βλέπε, retro vide*: quæ Pancirolus Parte I. Tit. LVII. *Respice futura, & hominem te esse cogita.* Tantum ut *homi-*


phantem, quidam publicus minister vehebatur, coronam auream, gemmis distinctam, supra caput ejus tenens, qui a tergo sæpe illud insusurrabat, quod refert Tertullianus in *Apologetico adversus gentes*, RESPICE POST TE, HOMINEM MEMENTO TE: memorans, ne illa felicitate elatus, humanæ conditionis oblivisceretur, sed reliquæ vitæ cursum prævideret, nec eo honore superbiret. [1] Appensa quoque currui erant nola, & flagellum, quæ innuebant, eum in tantas calamitates posse incidere, ut aut flagro cæderetur, aut capitis damnaretur. Nam qui ob facinus extremo supplicio afficiebantur, nolas gestare solebant, ne quis inter eundum contactu illorum, piaculo se obstringeret. Neque tamen Imperator solus eo curru vehebatur. [2] Sæpius enim in eodem triumphantis curru adducebantur pueri, virginesque puellæ, vel cognatorum filii, aut nepotes. Ad equorum vero habenas, hinc inde cognati juvenes, vel etiam ipsis insidentes, eo dirigebant, ut in triumpho Augusti [3] Marcellum dextro, Tib. vero Neronem sinistro funali equo insedisse legimus. Si plures vero erant, equis singularibus victorem comitabantur. Cæterorum enim civium adequi[illegible], sed l[illegible]ati omnes sequebantur. Post currum ministri primo & scutiferi; mox legati Imperatoris, & Tribu-

---

nem se esse in illo sublimissimo curru admoneretur triumphans: qui hoc magis gaudebat, tanta se gloria coruscare, ut illi admonitio conditionis suæ esset necessaria: prout idem ille doctissimus Afer. Unde Isidorus *Orig.* lib. XVIII. cap. II. cui *carnifex* est minister ille: *Quod vero a carnifice contingebantur triumphantes, id erat indicio, ut ad tantum fastigium evecti, mediocritatis humanæ præmonerentur*. Accedebat & alius ritus, Plinio Majori observatus, lib. XXXII. cap. I. *annulus* scilicet *in digito ferreus*, *æquam* faciens *fortunam & triumphantis, & servi coronam sustinentis*. De quo plura suggerere queat Johannes Kirchmannus libro *de Annulis*, cap. XV. Uti superiora illa comprobant Pamelius *ad ista Tertulliani*, pag. 125. Britannicus *ad Juven. Sat.* X. vers. XL. & seqq. Camerarius *Horar. Succisiv.* Tom. I. cap. XII. Ut ut adeo mirer, quid Lazio venerit in mentem, (quem Titus Popma, lib. *de Operis Servorum* pag. 26. videtur secutus) cum scriberet lib. XII. *de rep. Rom.* cap. V. *Triumphalis servus dicebatur, qui triumphantis aureum currum sequebatur, in capite coronam ex auro gestans, & in digitis annulum ferreum*; maxime cum, quos adducit testes, vel plane rem non tangant, vel in alia omnia eant. Quamvis in iis, quæ nunc extant, marmoreis Triumphantium figuris *Fortuna alata*, non *servus*, coronam sustentet; ut præter currum triumphalem, ex Onuphrio hic appictum, & illum Aureliani apud Lafrerium, testatur Blondus, *Romæ Triumph.* lib. X. pag. 150. b.

1. *Appensa quoque currui erant nola*) Transcripsit hoc iterum ex Zonara, atque ita cum eo *Fascinum* omittit, illum *invidiæ medicum*, & *infantium* alias *custodem*; Plin. lib. XXVIII. cap. IV. qui *triumphantium currus, sub his pendens*, credebatur *defendere*. Usum vero nolæ in damnatis ad supplicium deducendis explicant Petrus Faber, *Semestr.* lib. II. pag. 104. Hieronymus Magius lib. *de Tintinnabulo* cap. XI. ubi & hominis hoc modo ducti figura cum tintinnabulo est apposita: atque Franciscus Wertius ibidem in *Notis*, Angelus Roccha Commentar. *de Campanis*, cap. III. & novissime Henricus Arnoldus Stockfleth. Parte I. *de Campan. usu*, cap. XX.

2. *Sæpius in eodem curru adducebantur pueri*) Verba Zonaræ hic denuo afferre supersedeo, ut & exempla de Paulo Æmilio, aliisque, quorum affatim alibi est. Satis vero erit hoc confirmasse nummo Antonini Pii, extante apud Ant. Augustinum pag. 42. num. 1. & jam pag. superiore a nobis citato.



3. *Marcellum dextro, Neronem sinistro funali*) Quadriga constabat quatuor equis, assuetis, ut Silius loquitur,

Æquata fronte & concordi currere freno.

In his medii erant ζύγιοι, οἱ ὑπὸ τῷ ζυγῷ ἵπποι *qui jugo subjiciebantur*, jugales; quos inter erat ῥυμὸς sive *temo*, τὸ μέσον τῶν ἵππων ξύλον, ᾧ συνδέδεται ὁ ζυγὸς, *medium lignum, cui jugum erat annexum*. Latera ipsorum stipabant duo alii, παρήωροι dicti, Latine *funales*, οἱ παραζευγμένοι ἐκτὸς τοῦ ζυγοῦ ἵπποι, *extra jugum loris & catenis recti*, ut ad diversa Homeri loca ejus habet Vetus Scholiastes, Didymus vulgo putatus, pag. 135. & 282. Quibus consona tradit Julius Pollux, *Onomastici* lib. I. cap. X. cui οἱ ἑκατέρωθεν ἵπποι, *equi ab utraque parte juncti*, insuper sunt παράσυροι, σειραφόροι, καὶ σειραῖοι, *adjutores catenam* ferentes. Ex quo jam videre est, quomodo hic *funalium* alius sit *dexter*, alius *sinister*: id quod & Nummi allati declarant. An vero huc pertineat, quod in numismatis *Augusti quatuor junctis ad currum elephantis totidem insidere conspiciantur pueri*; ut Lævinus Torrentius *ad Suetonium* pag. 153. ed. Antwerp. (ex cujus *Tiberio* hæc Onuphrius mutuatus est) existimavit; & annon potius illi rectores elephantorum sint statuendi, relinquimus disquirendum. Interim sine caussa Torrentium carpit Marcelleus Donatus, eundem hunc locum explicans pag. 398. edit. Ven. quod *funalem equum* appellarit σειραῖον, cum is auctoritate Pollucis se tueri potuerit.

ni; deinde exercitus omnis sequebatur, in legiones, cohortes, centurias & manipulos, distinctus. Erantque milites omnes laureis sertis redimiti, laurumque manibus ferebant, coronasque, quibus virtutis ergo ab Imperatore donati fuerant. Hi currum Imperatoris triumphantis sequebantur, partim [1] carmina patria, salibus & risu permixta, partim Ducis laudes canentes, & quum hoc ordine ita processisset pompa, omnes in Capitolium per forum Romanum ascendebant, ubi Consules & reliqui magistratus, & universus Senatus, Imperatorem triumphantem expectabant. Quum autem triumphans in forum Romanum venisset, [2] aliquot captivorum duces in carcerem duci, occidique jubebat, ipseque deinde [3] in Capitolium ire pergebat. Ubi cum ventum esset, antequam sacrificium inchoaretur, mos erat antiquus tantisper opperiri, donec ipsius hostium Ducis mortem quispiam nunciaret. Quod postquam factum esse nunciatum fuisset, [4] tunc taurorum, & aliarum hostia-

---

Magis ridiculum est, quod hic *funales equos a fune seu face* denominatos est arbitratus; *quod his insidentes, ante currum triumphi lumina gestarint*. De asserta vero quadrigarum ratione videri super hæc possunt Johannes Argolus Notis *in lib.* I. *Panvinii de Ludis Circens.* pag. 35. Nicolaus Pinellus ibidem pag. 105. Henricus Valesius *in Excerpta ex Damasceno*, pag. 71. & Thomas Reinesius lib. III. *Variarum*, pag. 634. Bulengerus lib. *de Circo Ludisque Circensibus* cap. LVII.

1. *Carmina patria, salibus & risu)* Plutarchus in *Æmilio* pag. 271. Tom. I. *Ἐδαφνηφόρει δὲ καὶ σύμπας ὁ στρατὸς, τῷ μὲν ἅρματι τοῦ στρατηγοῦ κατὰ λόχους καὶ τάξεις ἑπόμενος, ᾄδων δὲ, τὰ μὲν ᾠδάς τινας πατρίους, ἀναμεμιγμένας γέλωτι· τὰ δὲ παιᾶνας ἐπινικίους, καὶ τῶν διαπεπραγμένων ἐπαίνους εἰς τὸν Αἰμίλιον, περίβλεπτον ὄντα, καὶ ζηλωτὸν ὑπὸ πάντων. Laureatus etiam universus exercitus centuriatim & manipulatim currum ducis prosecutus est, partim carmina patria jocis mixta, partim cantilenas victoriales, rerumque gestarum laudes, canebant in Paulum, quem suspiciebant omnes, & beatum censebant.* Quibus gemina scripsit Appianus in *Punicis* pag. 49. Triumphum Scipionis referens, & Livius in Triumpho Cn. Manlii, lib. XXXIX. cap. VII. Alios excitavit Brissonius lib. IV. *de Form.* pag. 451. & seqq. ubi & acclamationes ipsas, & jocularia carmina legas, quæ nonnunquam in Imperatorem sat amarulenter sunt effusa: quod *res simplex* esset *triumphus*, & in eo *magna jocorum licentia*, ut Appianus ibidem. Adde quæ Vir. Cl. Johannes Saubertus utiliter observavit, *ad B. Parentis sui Prodromum Philologiæ sacræ*, ubi & hunc & alios ritus triumphales, a pag. 74. ad 88. perquisite recenset.

2. *Aliquot captivorum duces in carcerem duci, occidique jubebat)* Nec tamen semper. Nam *Persea* regem *Æmilius Paulus*, ejus misertus, *ἐκ τοῦ καλουμένου κάρκερε, εἰς τόπον καθαρὸν καὶ φιλανθρωποτέραν δίαιταν, ex carcere in locum mundum, atque humaniorem victus rationem transtulit*, teste Plutarcho Tom. II. pag. 274. Et de Pompejo Appianus in *Mithridat.* pag. 340. *Ubi in Capitolium venit, neminem captivum necavit, ut triumphatores alii, sed publicis impensis remisit quemque in suam patriam exceptis regiis, e quibus solus Aristobulus mox interemptus est, & post eum Tigranes*. Zenobiæ item ab Aureliano triumphatæ, *vivere concessum* est: *ferturque vixisse cum liberis*, inquit Trebellius Pollio pag. 348. edit. Lugd. Batav. MDCXXI. *matronæ more Romanæ, data sibi possessione in Tiburti*, &c. Interim hæc omnia pro victoris libidine fiebant: ceu etiam Petro Fabro demonstratum lib. II. *Semestrium* pag. 31. & seqq.

3. *In Capitolium ire pergebat)* Ubi *τῆς πομπῆς τέλος, pompæ finis*, secundum Josephum. Id vero C. *Cæsar* triumpho Gallico *ascendit ad lumina*, XL. *elephantis dextra ac sinistra lychnuchos gestantibus*, testante Suetonio in *Vita ejus*, atque ut Dio narrat, lib. XLIII. pag. 224. *τοὺς ἀναβασμοὺς τοὺς ἐν τῷ Καπιτωλίῳ τοῖς γόνασι ἀναρριχώμενος, per gradus in Capitolium genibus ascendens*. Quod ne præter consuetudinem factum existimemus, rursum illi gravissimo Historicorum etiam *Claudius* Imp. de Britannia triumphans inducitur & reliqua & hoc fecisse *κατὰ τὸ νομιζόμενον, pro more, ἀναφερόντων αὐτὸν τῶν γαμβρῶν ἑκατέρωθεν, levantibus eum utrinque generis*, lib. LX. pag. 680. *Prolixo* enim, *nec exili erat corpore*, Sueton. in *Claud.* cap. XXX. ut sine illorum ope dubio procul tot gradus haud potuisset genibus emetiri. Et *Capitolii* quidem *Ornamenta & Ædificia* persequitur aliquot capitibus Bartholomæus Marlianus, *Topographiæ Urbis* lib. II. pag. 18. & seqq. Idemque fecit, cujus ante quoque meminimus, peculiari *de illo* Commentario Justus Rycquius: qui primo Gandavi MDCXVII. prodiit; & nuper Lugduni Batavorum est recusus An. MDCLXIX. sed ita ut alteram adhuc ejus partem desideremus, qua agere constituerat *de Ritibus Capitolinis sacris profanisque*.

4. *Tunc taurorum & aliarum hostiarum mactationes)* *Τινὰς τελετὰς* exprimit Zonaras, quæ Hesychio sunt *θυσίαι μέγισται καὶ τιμιώτεραι, ἀπὸ τῶν γινομένων εἰς αὐτὰς δαπανημάτων, sacrificia maxima & præstantiora, ab impensis quæ in ea fiebant*. Id quod *de tauris sacrificare* est Servio *ad* IV. *Æn.* pag. 862. *τὰ ἐπινίκια θύειν*, Polyæno *Strateg.* lib. V. pag. 359. Josephus vero, a quo ista accepit Auctor: *ἐπεὶ δὲ*, inquit, *ἀπηγγέλθη τέλος ἔχων, καὶ πάντες εὐφήμησαν, ἤρχοντο τῶν θυσιῶν, ἃς ἐπὶ ταῖς νομιζομέναις καλλιερήσαντες εὐχαῖς ἀπῄεσαν εἰς τὸ βασίλειον. Postquam autem* Simonem *vitæ finem habere nuntiatum est, omniumque favor secutus, tunc hostias inchoavere: hisque secundo per vota solemnia omine peractis, in palatium recessere*. Ubi *εὐχῶν* nomine & preces possunt intelligi, communiter a Triumphante hic adhibitæ: cujusmodi hæ apud Blondum sunt, *Rom. Triumph.* lib. X. pag. 167. GRATIAS TIBI JUPITER OPTIME MAXIME, TIBIQUE JUNO REGINA, ET CÆTERI HUJUS CUSTODES HABITATORESQUE AR-

rum immolationes inchoari consuetudo erat. Quibus rite peractis, [1] donariisque quibusdam dedicatis, [2] quum in porticibus ibi cœnatum esset, * vesperi tibiis, &

CIS DII, LIBENS LÆTUSQUE AGO, RE ROMANA IN HANC DIEM ET HORAM PER MANUS QUOD VOLUISTI MEAS SERVATA BENE GESTAQUE. EANDEM ET SERVATE, UT FACITIS, FOVETE, PROTEGITE PROPITIATI, SUPLEX ORO. Quamvis & vota in extremo belli discrimine vel ipsa dimicatione a Ducibus & militibus nuncupata, hic solerent solvere: quod Onosander *Strateg.* cap. XXXIII. vocat *τὰ νενομισμένα χαριστήρια μετὰ τὴν τῦ πολέμυ παντελῆ νίκην ἀποδιδόναι*, *vota nominata victoria plene reportata reddere*. Qua ratione Aurelianus Imp *curru quatuor cervis juncto, qui Gothorum regis fuisse dicebatur, Capitolium* apd Fl. Vopiscum legitur *invectus, ut illic cæderet cervos, quos cum eodem curru captos, vovisse Jovi Opt. Max ferebatur*. Quam votorum & nuncupationem & oblationem Brissonius lib. I. *de Formulis* pag. 99 & seqq. Jacobus Philippus Thomasinus, Libro singulari *de Donariis & Tabellis votivis*, Wolffgangus Lazius lib. II. *Reip. Rom.* cap. VI. & Vir magnus Johannes Strauchius, jam inclytæ Giessenæ grande decus, Comment. *in Legem sing. Cod. de Votorum oblatione*, Edit. Brunswig. MDCLXVII. accurate pertractant: Uti antiquum sacrificandi ritum, ex vetustis monumentis diligenter expressum, Onuphrius noster exhibet, lib. II. *de Ludis Circen.* pag. 90. tum Johan. Baptista Casalius, parte III. *de Antiquo Urbis splendore* cap. I. ac Johann. Saubertus elucubratissimis *de Veterum Sacrificiis Collectaneis* cap. XVIII. & nos, prout jam quidem possumus, ex nummo Domitiani elegante apud Jacobum Gutherium pag. 228. Ubi & pag. seq. ex Columna Trajani exquisitissimam ejus habes figuram.

COS · XIIII · LVD · SAEC · FEC ·
S · C ·

1 *Donariis quibusdam dedicatis*) Quæ rursum Zonaræ sunt *ἀναθήματα*: dicta B. Augustino lib. IV. *Quæst. supra Num.* Quæst. XLI. Tom. I. pag. 250. Edit. Basil. *a rebus quæ votæ & persolutæ, hoc est, promissæ & redditæ, sursum ponebantur in templis, ἀπὸ τῦ ἄνω τίθεσθαι, hoc est, sursum ponere, vel figendo, vel suspendendo*. Quemadmodum *L. Martius*, ille *Scipionum in Hispania ultor, clypeum Asdrubalis ex auro supra fores Capitolinæ ædis fixit*. Plinius lib. XXXV. cap. III. *L. Scipio tabulam victoriæ suæ Asiaticæ in Capitolio posuit*. Idem lib. VI. cap. IV. *M. Claudius Marcellus Torquem aureum magni ponderis de præda Bojorum & Insubrum Jovi in Capitolio dedicavit*. Livius lib. XXXIII. cap. XXII. *L. Æmilius* de Gallis triumphans *τὸ μὲν Καπιτώλιον ἐκόσμησε ταῖς τε σημαίαις καὶ τοῖς μανιάκοις*, *Capitolium signis eorum militaribus & armillis ornavit*. Polybius *Histor.* lib. II. *Pompejus*, tertio triumpho suo VI. *pocula murrhina, tunc primum in Urbem inducta, Jovi Capitolino dedicavit*. Plin. l. XXXVII. cap. II. *Augustus Imp. sedecim millia pondo auri in cellam Jovis contulit*. Suetonius cap. XXX. *vitæ ejus*: *Alexander*, teste Lampridio, *Tunicas Persicas in Capitolio locavit*. Alii vero etiam aliis templis sua dona intulere, ex ipsis quoque militibus quorum *gladii bene de bello cruenti & meliores homicidæ*, ut Tertullianus lib. *de Resur. carnis* ait, cap. XVI. pag. 390. Edit. Paris. MDCXLI. *laudem* nonnunquam *sua consecratione pensabant*: sicuti pluribus hoc omne testimoniis Auctorum, Nummorum & Lapidum illustrat, modo dictus Thomasinus, nominati libri cap. XXI. & XXII. & Rycquius citati item *de Capitolio* Commentarii capitibus ultimis. Ut de *Anathematis* voce legi ulterius potest Dionysius Petavius in *Miscell. Exercitat. adverf. Salmasium*, cap. XIII. & seqq. & Fridericus Lindenbrogius Glossario *in Cod. L. L. Antiquarum*, pag. 1353.

2. *Cum in porticibus ibi cœnatum*) Hoc itidem habet Zonaras. Appianus autem in *Punicis* refert pag. 49. Scipionem finita pompa amicis in templo ex more epulum dedisse: Dio init. l. LV. Tiberium, cum ovans urbem esset ingressus, *epulum partim in Capitolio, partim in aliis Urbis locis præbuisse*: Josephus dict. lib. pag. 979. *Vespasianum & Titum*, peracto triumpho *in palatium recessisse, & alios quidem epulis excepisse, aliis vero domi fuisse instructos conviviorum apparatus*. Apud quem item legas, *militibus* etiam ante triumphum, priusquam ingrederentur urbem, *ex more prandium ab Imp. parari* solitum. Posidonius vero apud Athenæum lib. IV. cap. XIII. auctor est, *Cœnam* illam *in Herculis fano* fuisse præbitam, *apparatu plane Herculeo. Mulsum* enim *affusum, & pro eduliis* fuisse *carnes fumo duratas & elixas, & hostiarum nuper mactatarum assas partes abunde multas*. Ubi Dalechampius in *Notis* pag. 730. addidit: *Herculem Triumphalem* fuisse *in foro Boario, sic dictum, quod dum triumphum agerent, palmata triumphalique veste ornaretur*. Plinius denique scribit, lib. XXXIII. cap. VII. & *Triumphantum corpora minio illini* solita, quod *Deorum simulacris is color* esset, (*propter ætheris* videlicet *similitudinem*, ut Servius exponit *ad Ecl.* I. pag. 120.) idemque *addi in unguenta cœnæ triumphalis* consuevisse. Confer vero quæ Petrus Faber observavit *Semestrium* lib. I. pag. 35. & Bulengerus lib. II. *de Imperatore* cap. XXXIII. ut &, quæ de Græcorum trium-

fistulis antecedentibus domum redibat, quem reliqui omnes cives comitati, postea singuli ad propria divertebant. Atque hic ferme erat amplissimorum triumphorum ordo, qui vel apparatiores aliquando, vel etiam tenuiores erant, prout fuerant gentis vel Regis devicti opes, & potentia. Si enim plura spolia bello acquisita fuissent, ea ordine a me relato in triumpho ducebantur. Si pauciora, eadem ratione post Senatum, ante currum victoris Ducis, deferebantur, exercitu subsequente. Porro autem uno die singulos triumphos agi mos erat. Sed quum aliquando accidisset, ut propter prædæ, spoliorum, & gentium victarum multitudinem pompa triumphalis uno die vehi non posset, ea in biduum, vel in triduum dividebatur, ut factum est triumphis Macedonicis, T. Flaminii ex Philippo, L. Pauli ex Perse: Item Cn. Pompeii Magni ex Mithridate. Duos Imperatores uno curru triumphali vehi, quanquam una bellum aliquod confecissent, nunquam inveni: singulis triumphos decerni mos erat. Primi omnium Rom. ducum Vespasianus Augustus, & Titus Cæsar Judaicum triumphum, uno curru vecti, una egerunt, post quos a sequentibus Impp. id aliquando usurpatum. Jus autem triumphandi non habebat, nisi is magistratus, cui lege Curiata a Populo Rom. imperium permissum erat, cujusque unius auspiciis id bellum gestum fuisset. Hi autem erant Rex, Dictatores, Consules, Proconsules, Prætores, & Proprætores, postremo Imperatores, & Cæsares. Moris autem erat ab Imperatore, si Consul, aut Dictator non esset, triumphum ducturo, 1 Consules invitari ad cœnam, deinde rogari, ut venire supersedeant, ne quis eo die, quo ille triumphaverit, majoris in eodem convivio esset imperii.

Unius tantum die triumphus ut plurimum.

Et unius Ducis.

Cujus auspiciis bellum gestum.

Hæc ex Dionysio lib. v. *in triumpho Poplicolæ,*
Josepho lib. VII. *cap.* XXIV. *de bello Judaico,*
Valerio Maximo libro II. *cap.* III. *de jure triumphi,*
Plutarcho in Vita Pauli Æmilii,
Appiano Alexandrino in Lybico,
Servio super Virgilium,
Et Joanne Zonara Historiarum Tomo II. *excerpta collegi.*

De triumphali pompa sic M. Cic. *in L. Pisonem* scribit: *Differis de triumpho, quid tandem sit iste currus? quid victi ante currum duces? quid simulachra oppidorum? quid aurum, quid argentum? quid legati in equis & tribuni? quid clamor militum? quid tota illa pompa? quid vehi per urbem?* Servius quoque libro IV. *Æneidos*, super illud,

Sola fuga nautas comitabor ovantes:

Qui triumphat (inquit) *albis equis vehitur quatuor, & Senatu præeunte, in Capitolio de tauris sacrificat.* Porro autem, cum animi triumphali festivitate habet Joh. Meursius *Græciæ Feriatæ* lib. III. pag. 110. in voce Ἐπινίκια. De *porticu* vero *Capitolina* vide Tacitum *Histor.* lib. III. cap. LXXI. Dionysium Halicarn. *Antiq. Rom.* libro IV. pag. Edit. Lugd. Lat. 312. & ex recentioribus Georg. Fabricium *Romæ suæ* pag. 174.

* *Vesperi tibiis & fistulis antecedentibus*) Adde & *facibus*: velut de Cæsare refert Dio lib. XLIII. pag. 24. qui triumphi diebus ex more peractis, *ultima post cœnam soleis indutus*, καὶ ἄνθεσι παντοδαποῖς ἐστεφανωμένος, *omnifariisque floribus coronatus, in forum suum prodierit, atque inde domum vectus sit, comitante ipsum toto fere populo, &* (quod supra ex Suetonio quoque factum vidimus, ipso in Capitolium ascendente) πολλῶν ἐλεφάντων λαμπάδας φερόντων, *multis elephantis faces præferentibus*. Sic enim Veteres gaudium suum testari solitos, sive publice, sive privatim læti quid obtigisset, exemplis comprobant, Casaubonus *ad istum Suetonii locum* pag. 55. & ad alium Ejusdem, p. 411. Idemque *in Persium* p. 460. & seq. Petrus Faber *Agonistici* l. II. p. 164. Jacobus Pontanus in *Atticis Bellaris*, ex Martini de Roa *Singularium* l. II. c. XVI. & vel unicum Ciceronis apud Plutarchum in *Vita Cicer.* p. 817. evidenter ostendit. *Quem*, cum se disturbata *Catilinæ* conjuratione domum reciperet, *cives, ut quosque præteribat, acclamationibus & plausibus exceperunt, Servatorem & Patriæ patrem appellantes. Viæ crebris lampadibus & facibus, quas accenderant præ foribus, collucebant. Prælucebant ex tectis matronæ ornandi & contemplandi causa Ciceronis.* Cujusmodi, quin in tanta lætitia pariter factum sit, dubitari minime potest. Præsertim cum & Alexander Severus apud Lampridium, ex Capitolio *ingenti gloria & comitante Senatu, Equestri Ordine, atque omni populo, circumfusis undique mulieribus & infantibus, maxime militum conjugibus, Palatium pedes* legatur conscendisse, *cum retro currus triumphalis a quator elephantis traheretur.* Pag. 245. Edit. Paris. MDCXXI.

1. *Consules invitari ad cœnam*) Meminit hujus moris, qui apud Valerium Max. invenitur lib. II. cap. III. similiter Plutarchus in *Quæst. Rom.* Tom. II. pag. 283. ad Quæstionem: Δία τι τοὺς θριαμβεύσαντας ἑστιῶντες ἐν δημοσίῳ παρῃτοῦντο τοὺς ὑπάτους, καὶ πέμποντες παρεκάλουν, μηδὲ ἐλθεῖν ἐπὶ τὸ δεῖπνον; *Cur, cum publico epulo exciperent eum, qui triumphum duxisset, a Consulibus missis internuntiis petebant, ne ad cœnam venirent?* Unde simul hoc colligere est, a Magistratu Triumphatorem, non istum ab hoc, convivio fuisse exceptum. Quod & Petrus Crinitus testimonio suo communit, lib. XXIV. *de Honesta disciplina* cap. V. annectens alia quædam, non minus observatu utilia, ad comprimendum etiam hoc in loco Triumphantis fastum, a S. P. Q. R. inventa. Nempe, *cum illis quidem pro instituto majorum convivium dapsile atque magnificentissimum in Capitolio pararetur, ne forte animus eorum nimis efferretur, aut immodestius in majore fortuna insolesceret, propeassedisse servulum, qui subinde in convivio diceret,* MAGIS SERVO TUO PAREO, QUAM TIBI: *quo velut probro admonitus seipsum, atque hominum conditionem æquo animo æstimaret.*

A madvertimus, triumphum omnium honorum apud Romanos maximum fuiſſe, veriſimile eſt, pleroſque fuiſſe Imperatores, qui ob levia prælia triumphos ſibi decerni deſiderarint. Quibus ut occurreretur, lege cautum eſt, ne quis triumpharet, niſi quinque millia hoſtium una acie cæcidiſſet. Non enim numero, ſed gloria triumphorum, excelſum urbis futurum decus majores exiſtimabant. Cæterum ne tam præclara res cupiditate laureæ obliteraretur, legis alterius adjutorio fulta eſt, quam L. Marius, & M. Cato Tribuni plebis B tulerunt. Pœnam enim Imperatoribus minati ſunt, qui aut hoſtium occiſorum in prælio, aut amiſſorum civium falſum numerum, in literis Senatui auſi eſſent referre. Jubebatque eos, cum primum ad urbem acceſſiſſent, apud Quæſtores urbanos jurare, de utroque numero vere ab his Senatui eſſe ſcriptum. Porro triumphi decernendi Senatus munus erat, ut apud omnes veteres auctores conſtat, & præſertim Pedianum in *Corneliana:* verum & populus Senatus conſultum ſciebat. In omnibus vero bellis, C victis hoſtibus jus triumphandi ſemper fuit ejus, cujus Imperium majus erat, cujuſque auſpiciis bellum geſtum eſſet, etſi bello abſens fuiſſet. Nam Prætorem, qui & ipſe imperium habebat, auſpiciis tamen Conſularibus bellum gerentem, viciſſe invenimus abſente, aut etiam ægro Conſule; jus tamen ob eam victoriam triumphandi Conſuli potiſſimum adjudicatum eſſe: cujus rei exemplum nobis affert Valer. Max. l. II. c. VIII. de jure triumphandi, de Q. Lutatio Conſule, & Q. Valerio Falcone Prætore, qui bello Punico primo, D quum circa Siciliam inſignem Pœnorum claſſem deleviſſet, Conſule Lutatio pugnæ tempore in lectica claudo jacente, ejuſdem tamen rei nomine Lutatio Conſuli, cujus auſpiciis bellum geſtum fuiſſet, triumphum Senatus decrevit. Quem cum Valerius ſibi quoque decerni deſideraret, negavit id fieri oportere Lutatius, ne in honore triumphi minor poteſtas majori æquaretur: atque ita quum Prætor viciſſet, triumphavit Conſul, cujus in eo bello auſpicia fuiſſent. Cæterum inter varia triumphandi E jura erat & altera lex, quæ jubebat, ut tantum pro aucto imperio, non pro recuperatis, quæ Populi Romani fuiſſent, triumphus decerneretur. Quare Q. Fulvio de Capua recepta, L. Opimio de Fregel-

Non dabatur ob levia prælia.

Decernebatur a ſenatu et populo. Gerebatur ab eo, cujus imperium in bello majus.

Decernebatur pro aucto tantum Imperio.

A lanis ad deditionem compulſis, P. Scipioni ob recuperatas Hiſpanias, & M. Marcello ob captas Syracuſas, jus triumphandi ab ampliſſimo ordine, ſumma obſervandi ejus juris diligentia negatum eſt: omnes quidem editis operibus magnifici, ſed rei petitæ nequaquam compotes. Marcelli etiam, & Scipionis repulſis alia cauſa adjuncta, quod ad eas res gerendas cum Imperio tantum, ſine ullo miſſi eſſent magiſtratu. Aliud quoque in triumphis jus diu obſervatum eſt, ut, quamvis quis præclaras res, maximeque Reipublicæ utiles B bello civili geſſiſſet, Imperator tamen ab exercitu eo nomine appellatus non eſt, neque ullæ ſupplicationes ei a Senatu decretæ ſunt, neque aut ovans, aut curru triumphavit, quia ut neceſſariæ iſtæ, ita lugubres ſemper exiſtimatæ victoriæ ſunt, utpote non externo, ſed domeſtico partæ cruore. Itaque & Naſica Ti. Gracchum, & Opimius C. Gracchi factionem mœſti trucidarunt. Neque Q. Catulus de M. Lepido collega, cum omnibus copiis ſeditioſis extincto, aut C. Antonius de L. Catilina C cæſo, vel L. Sulla, qui plurima bella civilia confecit, de C. Mario, L. Cinna, C. Carbone, & L. Norbano, ulla ratione triumphare voluerunt. Sulla quoque, cum conſummata ac conſtructa potentia ſua triumphum duceret, ut Græciæ & Aſiæ multas urbes, ita civium Romanorum oppidum nullum vexit. Cujus rei etiam lauream Senatus nulli unquam dedit, nec quiſquam ſibi dari deſideraverit, civitatis parte lachrymante. Hunc morem pleroſque Romanos Imperatores Auguſtos obſervaſſe, memoriæ proditum eſt. D Neque enim C. Cæſar Dictator de Cn. Pompejo ex prælio Pharſalico, Octavius & Antonius de Bruto & Caſſio, Auguſtus ipſe de M. Antonio, Vitellius de Othone, de Vitellio Veſpaſianus, de Avidio Caſſio Marcus, aut denique Severus de Peſcennio Nigro, vel Clodio Albino, Imperatoribus contra ſe creatis, triumphare voluerunt. Vetus etiam conſuetudo erat, ut quum populi Romani ducem res proſpere geſſiſſe Romæ nunciatum eſſet, ſtatim ei a Senatu in aliquot dies [1] ad omnia templa publicæ ſupplicationes fierent, quas E C. Cæſari, bello Gallico occupato, frequenter decretas fuiſſe, in ejus Commentariis legimus. Atque hæc fere ſunt, quæ de Triumpho majore, ſive curuli, apud veteres ſcriptores extare didicerim.

Non provictoria bello civili reportata.

Triumphi prærogativa, ſupplicatio.

---

1. *Ad omnia templa publicæ ſupplicationes fierent)* Supplicationum duas fuiſſe cauſas, jamdudum annotatum Gutherio eſt, l. I. *de Vet. Jure Pontif.* c. XXXVI. & lib. IV. c. XVI. Unam ad avertendum malum, quod immineret, alteram ob rem feliciter adminiſtratam. Hæc apud Romanos honor erat, qui una cum Imperatoris nomine decernebatur. Scilicet cum Senatus F populo Deum templa aperiri, ac gratias Diis Imper. nomine agere jubebat, teſte Sigonio l. II. *de Antiq. Jure Provinc.* cap. IV. Sicque triumphi erat prærogativa, quam decerni ſibi Impp. poſtulabant ad exiſtimationem magis, quam ad Deorum gratulationem. Petebatur vero a Senatu hujuſmodi fere verbis: VT IMPERATORI OB RES DVCTV AVSPICIOQVE SVO PROSPERE GESTAS DIIS IMMORTALIBVS HONOR HABERETVR, IPSIQVE DECEDENTI DE PROVINCIA EXERCITVM SECVM DEPORTARE LICERET. Inde ſupplicationes primum per unum diem decretæ, deinde plurium dierum cumulo adauctæ, laudi & gloriæ ejus concedebantur, ob cujus victoriam fiebant. Dierum enim cumulus non Deorum honori, ſed hominis dignitati accedebat. In quibus decernendis Senatus etiam præſcribere conſueverat, quot hoſtiis in

CAP. II.

De Triumpho Navali.

TRIUMPHORUM autem (ut dixi) alii *terrestres*, alii *navales* erant; alii *Romæ*, alii *in monte Albano* acti. Ad triumphos autem *terrestres*, & *Romæ actos*, quæ supra satis abunde diximus, pertinent. Cujus primus apud Romanos institutor fuit Romulus. [1] *Triumphum vero navalem, qui concedebatur Imperatori, qui classem hostium superasset*, de Pœnis primus apud Rom. egit Anno Urbis CDXCIV. C. Duilius consul. Cujus rei ita meminit Florus ex Livio, in Epitome lib. XVII. *C. Duilius Consul adversus classem Pœnorum prospere pugnavit, primusque omnium Romano-* Triumphum navalem quis primus egerit?

quasque supplicationes sacrificaretur. Dies vero isti erant otiosi, quibus in concionem non coire, vel cum populo agere licebat. Temperabant item a jurgiis & litibus, vinctisque vincula demebant. Ibant per urbem pueri coronas gestantes, hymnosque in Deorum honorem concinebant; vel majores XII. annis, omnes coronati & laurum in manu tenentes, supplicabant. Senatus etiam in hac supplicationis pompa se solemniter conferebat ad templa Deorum ibi sacrificans. Omnis autem populus dies festos agebat, Diis gratias agens pro spe victoriæ quæ effulgebat. Ut quidem pluribus persequuntur Jacobus Gutherius & Carolus Sigonius dictis locis, Fungerus in *Etymologico*, voce *supplicatio*. Brissonius *de Formul.* II. pag. 207. Alexander ab Alexandro lib. V. *Gen. Dier.* cap. XXVII.

1 *Triumphum Navalem, qui concedebatur Imp.*) Hunc tam accurate descripsit Celeberrimus Schefferus, lib. IV. *de Militia Navali* cap. II. ut eo amandasse lectorem sufficiat. Summatim vero ut ejus pauca ex illo cognoscas: Imperator primum navem laurea coronatam mittebat Romam, victoriæ nuntiam. Post suas naves mittebat, decoratas spoliis navalibus, vel ipse etiam una proficiscebatur, subvectus nave maxima totius classis, suæ aut captivæ, eaque splendidissime ornata. Naves istæ etiam palmis coronabantur additis sertis & coronis. Ducebat vero secum & hostiles naves, puppibus suarum religatas, plenas & ipsas tabulis ac spoliis. Adventanti Romani procedebant obviam, non plebeii modo, sed & Sacerdotes & Magistratus: ad quos cum appulisset, sistere navim atque descendere in terram solebat. Tum Senatum adibat, & ut triumphare sibi liceret, orabat. Neque enim sine ipsius decreto triumphum habere fas erat. Impetrata triumphandi licentia, pompa ipsa instituebatur. Ac primum quidem, ut in terrestri triumpho, præcedebant lictores: sequebantur alii cum cereis, alii cum tibiis, qui modos classicos ac nauticos canebant. Hos excipiebant tabulæ, imaginesque marium aut fluminum, in quibus prælia commissa fuerant, deinde arma spoliaque navalia, inque his præsertim rostra, quæ plaustris vehebantur una cum captivis armis. Immiscebantur etiam acrostolia, cæteraque navium ornamenta. Post hæc sequebantur tabulæ, in quibus numerus captarum navium, fortassis & figuræ. Succedebat capta pecunia, itemque coronæ dono datæ a sociis. Pone ibant captivi piratæ, præfecti navium & duces. Quos omnes tandem sequebatur Imperator ipse, curru eminens, togam pictam indutus. Num & coronatus fuerit, & si fuit, an lauream vel aliam habuerit coronam, non est notum. Post currum ibant milites navales classiariive: tum gubernatores, cæteraque turba nautica, laureis ornata. Deducebatur ad hanc modum pompa per plateas publicas ad Capitolium, & rite ibi peractis sacrificiis, Imperator aliquid ex spoliis dedicabat Diis, in primis rostra, quæ & in templis suspendi, olim mos erat. Aliquando naves integras consecrabant, vel etiam in honorem Deorum cremabant. Postea cæteræ naves subducebantur, vel in Navalibus, vel in campo Martio. Ad postremum signa quoque alia victoriarum erigebantur, spoliis navalibus cæteris, cumprimis vero rostris, exornata: quale fuit tribunal in foro, rostris navium ab Antiatibus captarum decoratum: magis vero Columna Duilii. Erexerunt & alia quoque Tropæa ex instrumentis navalibus & armis: qualia sunt anchoræ, gubernacula, tela, naviumque fragmenta; imo & Arcus. Demum præter ædes sacras & loca publica, etiam privatas domos suas istiusmodi navium captarum rostris exornabant. Atque sic quidem Schefferus, & Scriptorum testimoniis, & Nummorum figuris singula corroborans. Quem cum videam, dum opusculo huic, Nundinis Autumnalibus alias destinato, atque huc usque festinanter expresso, nescio quæ cunctatio injicitur, in *Catalogo Operum* suorum, Hamburgi nuperrime *Lectionibus* ejus *Academicis* subnexo, inter prælo parata recensere eosdem *de Militia navali* libros, *ita auctos, mutatos & emendatos, ut pro plane aliis ac novis* sint habendi, non possumus non eos avide exspectare. Interim Tropæi ex armis & instrumentis navalibus imaginem, etiam hic Augusti nummus, ex eodem quo plerique reliqui, gazophylacio a nobis depromtus, exacte repræsentat.



rum ducum navalis victoriæ duxit triumphum. Ob quam causam ei perpetuus quoque honos habitus est, ut revertenti a cœna, tibicine canente, funale præferretur. Hanc rem ita tradit Polybius: *Cn. Cornelius Consul classi præfectus, omnibus navibus, ubi perfectæ essent, ad fretum venire jussis, ipse cum* XVII. *Messanam contendit. Inde quum paratis necessariis rebus, quadam oblata spe, aliquanto celerius, quam necesse erat, Liparas cum* XVII. *navibus concessisset, ibi ab Hannibale Pœnorum Duce conclusus, & captus est. Hannibal cum classem Romanorum speculandam iret, atque improviso in eam instructam incidisset, magna suarum navium parte amissa, ipse vix vivus fugit. His rebus auditis C. Duilius pedestribus, quibus præerat, copiis tribunis militum traditis, ad classem se contulit, ac Pœnos, navali prælio congressus, devicit. Hannibal vix Carthaginem incolumis rediit.* Et Florus l. II. c. I. *Duilius victor ad Liparas, mersa & fugata hostium classe, primum illum maritimum egit triumphum, cujus quod gaudium fuit? Quum Duilius Imperator, non contentus unius diei triumpho, per vitam omnem, ubi a cœna rediret, prælucere funalia, & præcinere sibi tibias jussit, quasi quotidie triumpharet.* Itaque apud Ciceronem Cato ita loquitur; *C. Duilium M. F. qui Pœnos primus classe devicerat, redeuntem e cœna senem sæpe vidi puer. Delectabatur crebro funali, & tibicine, quæ sibi nullo exemplo privatus sumserat. Tantam licentiam dabat gloria.* Eadem Eutropius lib. II. Orosius l. IV. c. VII. Valerius Maximus l. III. cap. VI. Plinius lib. XXXIV. cap. V. Cornelius Tacitus lib. II. Auctor *de viris illustribus*, & Frontinus *Stratag.* lib. XV. cap. VI. [1] Duilio autem ob navalem hanc victoriam Statua cum *columna rostrata* in Foro Romano decreta fuit, cujus meminit Plinius lib. XXXIII. cap. I. & Quintilianus lib. I. cap. *de Orthographia*. Ejus autem basi inscriptio, antiqua illa scribendi ratione, incisa erat, quam superioribus annis in Capitolinis Urbis ruinis repertam, quantum licuit, ex autoritate veterum scriptorum, ab Antonio Augustino Ilerdensi Episcopo, Carolo Sigonio, & Fulvio Ursino suppletam, nos hic imprimendam curavimus. Triumphos navales celeberrimos inter cæteros post C. Duilium egerunt Q. Lutatius, qui & ipse Pœnicam, & Cn. Octavius, qui Macedonicam, classes superarunt.

Columna Duilii rostrata.

Triumphi navales post Duilium acti.

Quos in omnibus terrestribus triumphis similes fuisse existimo, nisi quod victoris Ducis currum præcederent navium, & triremium victarum simulachra; item currus, rostris navium, harpagonibus, remis, & cæteris maritimis instrumentis, eo bello captis, onusti. In reliquis vero cum triumpho terrestri conveniebat.

CAP. III.

De Triumphis extra Urbem, vel præter veterem consuetudinem actis.

De Triumphis autem in monte Albano actis, & ejus instituti causa, hæc quæ dicam, habeo. Valerius lib. III. c. VI. *Papirius Maso, cum bene gesta Republica triumphum a Senatu non impetrasset, in Albano monte triumphandi, & ipse initium fecit, & cæteris postea exemplum præbuit: proque laurea corona, quum alicui spectaculo interesset, myrtea usus est.* In Capitolinis quoque Triumphorum Tabulis ita notatum est. C. PAPIRIVS, C. F. L. N. MASO. COS. AN. DXXII. DE. CORSEIS. PRIMVS. IN. MONTE. ALBANO. III. NONAS. MART. Et Plinius l. XV. c. XXIX. *L. Piso tradit, Papirium Masonem, qui primus in monte Albano triumphavit de Corseis, myrto coronatum, Ludos Circenses spectare solitum. Avus maternus inferioris Africani fuit.* Sex. Pompejus: *Papirius* (inquit) *myrtea corona usus est, quod Corsos in campis myrteis superasset.* Exemplum Papirii secutus est M. Marcellus, qui victis Syracusanis, quum triumphum ei Senatus negasset, & ipse postea in monte Albano triumphavit. Distat vero hic mons ab Urbe millibus passuum XII. M. vero Antonius III. Vir R. P. C. Artabaxe Armeniorum rege proditione potius & dolo, quam aperta vi, superato, in Cleopatræ gratiam Alexandriam, catenis aureis vinctum, in triumphum duxit, solusque omnium Romanorum ducum fuit, qui extra Italiam, ante urbem Constantinopolim conditam, triumpharit. Quæ res Populum Romanum mœstitia affecisse tradita est, quum optima, & præcipua patriæ suæ ornamenta, scorti Cleopatræ gratia, Ægyptiis quoque impartiri, ab Imp. Romano viderent. Cæterum Urbe Constantinop. a M. Constantino Imperatore condita, aliquando in ea ab Imp. Romanis triumphatum fuisse legitur;

Masonis triumphus in monte Albano.


Item Marcelli.


Antonii in Ægypto.

Impp. Constantinopoli.

Vide pag. 1216. 819. æneam.

1. *Duilio Statua cum columna rostrata*) Cujus stylobatam, ea qua restituta est forma, cum ipsa inscriptione, & Lafrerius excudit: *Scripturam ejus fractam & mutilam*, ceu ipse de se scribit, *ita cum cura expressit, ut non ipsa Fides possit fidelius*, Justus Lipsius, *Antiq. Lect.* lib. II. cap. XVI. Insigni vero Commentario explicavit Petrus Ciacconius, notantibus id ipsum Ant. Augustino Dialog. IV. *Antiq.* pag. 51. & Auberto Miræo *Biblioth. Eccles.* parte II. pag. 118. Nam librum ipsum hactenus non vidi. Reperitur quoque in nummis Augusti rostrata columna, cum ipsius statua, hac effigie;





Pag. 1383.
· C · Duilios, M · F · M · N · Consol . . . .
. . . . Segest AN · Opidom . . . .
obsidione D · EXEMET · LECIONES Romanas percul
m AXIMOSQVE · MCISTRATOS Liberaut; cuncti
m nOVEM · CASTREIS · EXFOCIONT · MACEL am Oriem
puCNANDOD · CEPET · ENQVE · EODEM · MACIS tratu
rEM NAVEBOS · MARID · CONSOL · PRIMOS · Ce
CLASESQVE NAVALES · PRIMOS ORNAVET · PAL
CVMQVE · EIS NAVEBOS · CLASEIS · POENICAS · OM nes
SVMAS · COPIAS · CARTACINIENSIS PRAESENTE
DICTATORED · OL OMN · ALTOD · MARID · PVC nandod cum
quiNQVE · NAVebos ET · CVM · SOCIEIS · SEPTER
hiremOSQVE TRIREMOSQVE · NAVEIS · X · cepi
aur OM · CAPTOM · NVMEI · ↀↀↀDCC
argenTOM · CAPTOM · PRAEDA · NVMEI
CAPTOMAES.
de OQVE NAVALED · PRAEDAD · POPLOA
. . . . . CARTACINIENSI · N . . . . . NVOS . L . . . .
. . . . EI . . . . CAPT . . . .

Aurum et æs relatum cuius fuerit?

ut paulo post demonstrabo. Aurum autem, argentum, & æs, & cætera spolia de hostibus capta, atque in Triumpho adducta, Senatus, Populique Romani erant, eaque in publicum ærarium reponebantur; extractis tamen prius expensis, quæ in triumphi pompa fiebant. *Publicis* enim *sumptibus* triumphari mos erat. Primus autem *privatis sumptibus* triumphavit Ap. Claudius Pulcher de Salassis ex Alpibus anno Urbis DCX. Quum enim vel tot millia hostium non occidisset, quot ad justum triumphum agendum necesse essent, vel propter victæ gentis inopiam parum auri, vel argenti, aut æris in ærarium detulisset, ob idque ei a Senatu triumphi impensæ negatæ fuissent, privatis sumptibus triumphavit; honoris magis quam divitiarum habita ratione. Quum autem (ut dixi) de triumpho agendo, primo Senatus, deinde Populus decerneret; sæpe usu venit, ut aliquot Imperatores, apud alterutram civitatis partem minus gratiosi, vel tantum jussu Populi, injussu vero Senatus; aut ex S. C. sine Populi jussu triumpharint. Primus P. Servilius Priscus Consul, anno Urbis CCLVIII. de Volscis sine S. C. triumphavit, ut tradit Dionysius. Primi quoque omnium, non solum sine S. C. sed invitis Patribus, Populi tantum jussu, triumpharunt Consules L. Valerius Potitus de Æqueis, & M. Horatius Barbatus de Sabinis anno Urbis CCCIIII. Et e converso Virgo Vestalis Claudia, fratrem, injussu Populi triumphantem, ascenso simul curru, usque in Capitolium prosecuta est, ne vetare aut intercedere fas cuiquam Tribunorum esset. Ita Tranquillus in *Tiberio* c. II. Sed pauca admodum ejusmodi exempla reperiuntur. Atque hactenus de Triumphis majoribus: nunc de *Ovatione* sive *Triumpho minori* differamus.

Publico sumptu triumphabant.

Nunc jussu Senatus nunc populi.

CAP. IV.
De Ovatione.

Ovatio quid, et unde dicta?

[1] OVationem, quam Dionysius lib. v. & Plutarchus in *Marcello*, *minoris triumphi genus* esse, memoriæ prodiderunt, ab *Ove* dictam putat Plutarchus, quam, qui hoc triumphi genere ornabantur, sacrificabant, quemadmodum, qui majorem triumphum agebant, taurum, in Capitolium venientes, immolabant. Plutarchi sententiam sequutus est Servius Grammaticus, in lib. IV. *Æneidos* super illud:

Sola fuga nautas comitabor ovantes:

A Ubi ita ait: *Qui ovationem meretur, uno equo utitur, & a plebeiis vel Equitibus Romanis deducitur in Capitolium, & de ovibus sacrificat; unde & ovatio dicta. Qui autem triumphat, albis equis utitur quatuor, & Senatu præeunte, in Capitolio de tauris sacrificat.* Sext. autem Pompejus, *Ovantes* (inquit) *lætantes dicuntur ab eo clamore, quem faciunt redeuntes a pugna victores milites, geminata O litera.* Quod idem etiam Dionysio placet, qui ait, quasi vero Romani εὐασμὸν Græcorum vocem, B quæ clamorem significat, ovationis nomine voluerint interpretari. Erat autem ovatio minor (ut dixi) triumphus, qui agebatur, quum belli duces, rebus quidem prospere gestis, non tamen ita magnis, ut justo triumpho dignæ essent. Nam ex S. C. ovantes pedibus primum, deinde non curru, sed uno equo vecti, urbem ingredi solebant. [2] Differt autem Ovatio a Triumpho (ut ait Dionysius lib. v.) quod qui ovans ingreditur, is nec curru vectus, nec sceptrum in manu tenens, nec trabeam, vel togam pictam aut aurei clavi C vestem, (qui peculiaris Consulum amictus) indutus, pedibus urbem, exercitu præeunte, iniret. Plutarchus autem eundem nec quadrigis invectum, nec laurea coronatum, nec tubis concinentibus, sed pedibus & calceis, myrtea redimitum, tibiis modulantibus, Urbem iniffe tradit. Myrtea autem eos potius esse usos, quam (ut ait Dionysius) laurea, Plutarcho assentior, quod idem etiam traditum sit a Plinio, Sexto Pompejo, & Gellio. Plinius enim lib. XV. cap. XXIX. *Triumphavit* (inquit) *de Sabinis Postumius Tubertus in* D *Consulatu, qui primus omnium ovans, quod sine cruore rem gessisset, myrto Veneris Victricis coronatus urbem ingressus est. Hæc postea ovantium fuit corona, excepto M. Crasso, qui de fugitivis, & Spartaco laurea coronatus incessit.* Et Sext. Pompejus: *Ovalis corona est Myrtea, quam habebant, qui ovantes introibant, quum bella non essent indicta, aut sine sanguine confecta.* Idem & Gellius refert. Hoc autem triumphi genus primum anno CCLI. P. Postumio Tuberto II. & Agrippa Menenio E Coss. institutum fuisse, ex Licinii Annalibus docet Dionysius lib. v. Cur autem hoc factum fuerit, non eandem causam Dionysius & Plinius afferunt. Hic enim, quia Postumius leviter, & sine cruore rem gesserat, ille ex prælio ante infelicissime facto, in quo plurimis ex suis amissis, parum abfuit, quin ipse cum cæteris in fuga

Ovatio quando locum habuerit?

Quomodo differat a Triumpho?

Quando cœperit?

---

1. *Ovationem ab Ove*) Alias derivationes collegerunt iidem, qui supra citantur, Etymologi: Vossius scilicet, Martinius, Fungerus, aliique: uti ipsam Ovationem seu ovantis actum pariter tangunt, nominati ibidem Triumphi Scriptores: Quem etiam, post *de Militia & Machinis bellicis* a se compositos libros, *ceu felicis belli clausulam*, *daturum* quondam fuisse ipsum Lipsium, testatur in *Vita ejus* Franciscus Swertius. Ab ovatione vero *aurum ovatum* est, velut *ovatione quæsitum*, cujus Persius Sat. II. meminit; ubi Commentatores Casaubonum, Britannicum, aliosque vide. Quamquam ab *ovis* deductum inibi id aurum malit Scholiastes Vetus pag. 31. edit. Paris. MDCXIII.

F 2. *Differat Ovatio a Triumpho*) Quibus de causis ovare Ducibus licuerit, & in quibus Ovatio a Triumpho distincta fuerit, docuerunt etiam Alexander Neapolitanus, *Genial. Dier.* l. VI. c. XVII. & in eum Nobilissimus Tiraquellus, Marcellus Donatus Commentar. *ad Suetonii Tiberium*, p. 404. Petrus Gregorius Tholosanus l. VI. *de Republica*, c. XX. n. XXX.

caperetur. Pedibus autem, an equo vecti ovantes ingrederentur, magna quæstio esse videtur, de qua sic etiam scribit Gellius lib. v. cap. vi. Prætereundum non est, quod ad ovationem attinet, super quo dissentire veteres auctores scio, partim enim scripserunt, qui ovaret introire solitum equo vehente. Et Sabinus Massurius pedibus ingredi ovantes dicit, sequentibus eos non militibus, sed universo Senatu. Ita etiam Dionysius pedibus ingressos, Livius, & Dio, equo vectos intelligunt. Equidem ovantem ingredi, equo vehi Dio appellat, quum de Cæsare Dictatore, Antonio, Augusto, Druso, & Nerone loquitur. Dionysius vero pedestrem triumphum Ovationem vocat, dum de A. Manlio, anno ccxxc. ovante, disserit. Quam ego controversiam sic dirimi posse existimo, initio quidem ovantes pedibus, postea vero equo vectos, Urbem ingredi consuevisse. Ovandi autem, & non triumphandi has causas lib. v. cap. vi. affert Gellius: Quum aut bella non rite indicta, neque cum justo hoste gesta sunt, aut quum hostium nomen humile, aut non idoneum est, ut servorum, piratarumque; aut deditione repente facta, sine pulvere, (ut dici solet) incruentaque victoria obvenit. [1] Cui facilitati aptam esse Veneris frondem crediderunt, quod non Martius, sed quasi Venereus triumphus quidam foret. Hanc myrteam coronam M. Crassus bello fugitivorum confecto, quum ovans rediret, insolenter aspernatus est, Senatusque Consultum faciendum per gratiam curavit; ut lauro, non myrto coronaretur. Adjicit Plutarchus, cum verbis, & comitate res cum hostibus transacta, & bene gesta esset, tum ut ovantes inirent, fuisse permissum. His adde, aut ob inducias factas aut quum in aliena Provincia, aut alienis auspiciis, aut quum sine magistratu res gesta esset, ut de A. Manlio apud Dionysium anno ccxxc. de C. Nerone apud Livium, de Valerio Falcone, apud Verrium Flaccum, & de M. Marcello, apud Valerium & Livium, factum refertur. Illud etiam animadversione dignum est, quod Massurius Sabinus apud Plinium l. xv. cap. xxix. scriptum reliquit, eos qui curru triumphabant, aliquando myrtea corona usos fuisse. M. etiam Valerius Volusus, vir triumphalis, duabus coronis utebatur, laurea & myrtea. Hæc autem sunt, quæ de Ovatione hinc inde collecta, in unum congregavi, cujus usus potissimum Romæ usque ad Neronis Imper. tempora mansit. Haud enim facile, si ab uno aut altero recesseris, ullum post Neronem inveneris, qui Urbem ovans inierit.

Ovandi quæ fuerint causæ?

Corona myrtea [illegible]

A B C

CAP. V.

Triumphi usus quandiu permansit?

TRiumphi autem majoris usum, usque ad Justiniani tempora permansisse, satis liquet. [2] Novissimus e-

---

1. *Cui facilitati aptam Veneris frondem crediderunt*) *Non illius libidinosæ ac procacis, sed bellacis, victricis & triumphatricis*, ut vult Paschalius l. vii. *de Coronis* c. ult. inductus auctoritate Claudii apud Tertullianum *de Corona*, c. xii. qui *milites redimiri myrto* scripsit; & Massurii apud Plinium l. xv. c. xxix. qui *Triumphantium coronam* dixit; Euripidisque, Herculem, aliosque viros fortes, myrto coronatos incessisse referentis. Quibus addi quoque posset VENERIS VICTRICIS titulus, in nummis sæpe inventus, si hi fortium Imperatorum, & non, quantum quidem ex Adolpho Occone liquet, fæminarum tantum essent; ut Juliæ, uxoris Severi, pag. 252. Edit. Plant. MDLXXIX. *Plautillæ*, uxoris Caracallæ, pag. 266. *Juliæ Mammææ*, matris Alexandri Severi, pag. 280. & *Corneliæ Saloninæ*, uxoris Gallieni, p. 326. Alias myrtum *non solum Veneris fuisse frondem, sed & illorum omnium, qui Veneri celebrandæ operam impendunt, ut Poetarum, Matronarum, & amantium*: imo & *Virginum*; *conviviis dicatam & publicæ lætitiæ*, idem Paschalius præcedentibus aliquot capitibus tradit: de quo & Pamelius ad illa Tertulliani p. 264. Edit. Paris. & Dionys. Lambinus Comment. *in Horatium*, *Od.* xv. lib. i. aliique plurimi.

2. *Novissimus omnium Justiniani Imp. auctoritate triumphavit Fl. Belisarius*) *Assecutus eos honores, quos nemo abhinc annis sexcentis habuisse visus est, præterquam Titus & Trajanus, & alii, quicunque Imperatores in bellum euntes, barbaras gentes superaverant*; Quæ Procopii de eo verba l. ii. *Vand.* ex versione Raphaelis Volaterrani, p. 231. Edit. Lugd. MDXCIV. *Siquidem spolia atque tropæa patefaciens, captivosque præferens, per mediam urbem triumphum egit, non* [illegible] *modo, sed ex propria domo pedibus usque ad Hippodromum processit: inde rursus ad locum, ubi sedes erat Imperatoris. Erant enim spolia, quæcunque ad regis capti ministerium esse consueverunt, aurei throni, vehiculaque, quibus regis uxorem vehi mos erat, ornatu vario, plurimisque lapidibus pretiosis constructa: aurea quoque pocula, & alia omnia, quæ regiæ mensæ adhibentur: argentum præterea multarum talentorum myriadum: omnis denique regia supellex admodum pretiosa atque admiranda, utpote a Gizericho quondam Romæ e palatio direpta; in qua & Judæorum multæ res nobiles, quæ olim a Tito Vespasiano, cum is Hierosolymas cepit, Romam cum quibusdam aliis exportatæ fuerant. — Erant etiam inter triumphi captivos Gilimer ipse, purpuream quandam vestem humeros amictus, una cum omnibus consanguineis, & Vandalis quotquot proceritate corporum ac pulchritudine præstiterant*, &c. Et paucis interjectis: *Paulo post Belisario decretus triumphus antiquorum more. Nam Consul factus est, curuli sella humeris captivorum invectus argentea, Zonas aureas aliasque ex spoliis Vandalorum divitias populo dispersit, quanquam rem novam facere visus.* Scripsit autem Procopius ea, quorum esset αὐτόπτης; ut qui Notarius esset Belisarii & comes perpetuus; spectatque

D E F

nim omnium, quod sciam, Justiniani Imp. auctoritate triumphavit Fl. Belisarius U. C. Africa recepta, de Vandalis, & eorum Rege Gilimere, more veteri, curru quadrijugo, in Urbem Constantinopolim vectus. [1] Post quem neminem amplius de more prisco triumphasse inveni, quum post ea tempora Imperium Romanum non solum ullum incrementum habuerit, sed in præceps pronum, ab Arabibus, & Sarracenis, Hunnis, Bulgaris, Longobardis, postremo laceratum sit, & eversum. *Trecentos* porro, *& circiter quinquaginta triumphos*, & ovationes a Romuli temporibus, usque ad Justiniani Augusti tempora, actos fuisse, varia, longa, & difficili observatione inveni. Quum enim CCCXX. actos fuisse triumphos, a Romulo usque ad Vespasianum, referat Orosius, ego circiter XXX. alios triumphos, a Vespasiani Imperio, sub sequentibus Imperatoribus, usque ad Belisarium deprehendi, fere omnes a Romanis principibus gestos. [2] Quidam referunt Heraclium Imperator. post devictos, & ad internecionem fere cæsos Persas, ipsorumque rege Chosdroe occiso, quum ingrederetur Hierosolymam, sanctissimæ crucis parte recuperata, triumphasse; quod mihi magis triumphi umbra videtur, quam justus triumphus. Nam nec curru vectus, nec cum insignibus triumphalibus processit, sed tantum victoria potius, antiqui triumphi umbram quandam ostendit. Cæterum de CCCXX. triumphis, a Romuli tempore, ad Vespasiani Augusti Imperium actis, his verbis Orosius lib. VII. mentionem facit. Ubi autem *Vespasianus & Tit. Impp. magnificum agentes de Judæis triumphum, Urbem ingressi sunt, pulchrum, & ignotum ante cunctis mortalibus inter* CCCXX. *triumphos, qui a condita Urbe, usque ad id tempus acti erant, hoc spectaculum fuit, patrem & filium uno triumphali curru vectos, gloriosissimam de his, qui patrem & filium offenderant, victoriam reportasse*. Triumphi vero honor Romæ usque ad Augusti Imperium frequentissimus fuit, sub quo etiam eum multi sunt Duces adepti. Nam plus quam XXX. Ducibus, nisi in verbo error sit, (ut inquit Tranquillus) justos triumphos decernendos curavit. [3] Post Augusti tempora, Romanis jam toto fere terrarum orbe victoribus, raro admodum Romæ triumphatum est. Quum enim terra marique pace parta, undique jam bella cessassent, & omnes fere orbis terrarum nationes & gentes, vel Imperio Romano parerent, vel fœdere conjunctæ essent, paucæ admodum triumphorum materiæ reliquæ fuerunt. Siquidem, intra DC. annorum intervallum, quod inter Augustum, & Justinianum fuit, vix quinquaginta triumphi acti sunt: quum præcedentibus temporibus, intra annos paulo plus DCC. trecentos fere triumphos, Duces populi Romani adeptos fuisse constet. Quod si aliqua bella oriri contigis-

Quot Triumphi fuerint acti?

Triumphus Heraclii.

Triumphus cur raro actus post Augusti tempora?

---

huc Paganini Gaudentii Disquisitio, Libro *De seculi Justinianæi moribus* Part II. c. XXIII. qua probat: *More triumphandi non destituta fuisse Justiniani tempora*: & *Triumphatoris* titulus, in Justinianæo Codice huic sæpe tributus; de quo Buleng. lib. I. *de Imperatore* c. XXXIV.

1. *Post quem neminem amplius de more prisco triumphasse inveni*) Et triumphasse tamen fertur, præter Heraclium (de quo deinceps) & fortassis etiam plures, Johannes Comnenus Alexii F. attestante Niceta Choniate *Annal.* l. I. p. 21. Edit. Genev. MDXCIII. & Johan. Cinnamo *Histor.* lib. I. p. 21. Edit. Traject. MDCLII. quamvis *currum triumphalem, ex auro compactum, auroque obductum, non ascenderit, sed imagine Dei genetricis imposita, ipse crucem manu gestans pedes antecesserit*: Ut *imaginem Trajani* olim *curru triumphali vexisse Hadrianus Imp.* Spartiano dicitur, Ed. Lugd. Bat. MDCXXI. p. 7. cum *Senatus ei triumphum detulisset, qui Trajano erat debitus*. Manuel item hujus filius *de Hungaris*, ut iterum Nicetas II. *Annal.* p. 103. Qui & altera vice fuisset triumphaturus, nisi *aeris tempestate & terræ motu* fuisset *impeditus*; testibus hoc eodem, l. III. *Annal.* p. 130. & Cinnamo lib. III. *Hist.* pag. 223.

2. *Quidam referunt Heraclium Imp.*) Quem *splendide* & τροπαιοφόρον Constantinopolim reversum, scribunt Michael Glycas *Annal.* Part. IV. pag. 385. Edit. Basil. MDLXXII. Constantinus Manasses *Annal.* p. 404. Edit. Lugd. Batav. MDCLVI. Zonaras *Annal.* III. p. 79. qui a Senatu populoque Byzantino ipsum exceptum addit, μετ' εὐφημίας καὶ κρότων, *lætis acclamationibus & plausu*. Historia Miscella l. XVIII. p. 567. Edit. Ingolstad. MDCIII. *Populus civitatis audito ipsius adventu, intolerabili cuncti desiderio in Leriam illi una cum Patriarcha, & Constantino Imp. filio ejus, egressi sunt, portantes ramos olivarum & lampades, laudantes eum cum gratulatione & lacrymis. Accedens autem filius cecidit ad pedes ejus: & cum amplexatus eum esset, infuderunt ambo lacrymis terram. Hoc autem populus inspecto, universi Deo hymnos gratificos retulerunt; sicque demum suscepto Imperatore, urbem exultantes ingressi sunt*. Quæ ex Theophanis *Historia* citat Illustrissimus *Annalium* conditor, ad annum Christi DCXXVII. n. XXVI. Et dispiciendum, num huc forte pertineat Heraclii nummus elegantissimus, a Lipsio l. III. *de Cruce* c. XVI. exhibitus, in quo ipse curru insidens, crucemque sinistra gestans, collucentibus supra lampadibus, conspicitur, additis hisce Davidis, ex *Psalmo* XCI. *Super aspidem & basiliscum ambulavit, & conculcavit leonem & draconem*.

3. *Post Augusti tempora raro triumphatum*) *Cæsaribus jam tantis, ut possent triumphos contemnere*: Sicut de Augusto ipso scite loquitur Florus, *Hist. Rom.* l. IV. cap. XII. Sane, quomodo etiam nunc Romæ *triumphalis gentilium pompa ad devotum Christianæ religionis cultum* credatur *redacta*, *dum Dei genitricis festo die, Christi Salvatoris nostri simulacrum ex Laterano in Esquilias ad Mariæ matris majorem ædem, quotannis ingenti plausu, solemnique processione defertur, universis cum suis faculis & luminaribus imaginem comitantibus*, ex marmore Capitolino refert

fet, ut Parthica, Germanica, Persica (hæ enim præcipue gentes Romano Imperio infestiores erant) ea ab Imperatoribus administrabantur, qui aliquando duo & tres, pari præditi potestate erant, eorumque auspiciis a privatis Ducibus, vel eorundem Legatis gerebantur: quare soli Imperatores de victis gentibus triumphabant. Quod si aliquando usu venisset, Romanos principes, pluribus difficillimisque bellis insurgentibus, privato Duces ad ea suis auspiciis gerenda mittere, eis post adeptam victoriam non amplius triumphum debitum concedebant, quorum pompam sibi ipsis retinere cœperunt; sed triumphi loco, quem in Republica libera omnino meruissent, *triumphalibus ornamentis*, novo & tenuiore honoris genere, ab Augusto excogitato, eos honorabant. Porro autem sub Augusto Cæsare, [1] triumphalium ornamentorum usus pro triumpho, hac ratione primum, ut lib. LV. tradit Dio, inventus est.

CAP. VI.

De Triumphalibus Ornamentis.

ANno Urbis conditæ DCCXL. Cn. Lentulo & M. Crasso Consulibus, Bosphoranos, qui Asandro mortuo, a Scribonio quodam sollicitati fuerant, subactos ab Agrippa tradit Dio: eidemque propterea supplicationes Romæ esse, atque triumphum decretum, quem tamen ab ipso non esse actum, quia de rebus gestis nihil ad Senatum scripserat. *Ex quo tempore* (inquit) *reliqui, exemplum ejus quasi legem quandam secuti, nec publice literas miserunt, neque triumphum obtinuerunt: ac propterea nemini alii pari dignitate triumphus inposterum, sed triumphalia tantum ornamenta decreta sunt.* Ita Dio. Agrippam autem honorum nimia satietate affectum, triumphum recusasse crediderim; cujus postea exemplum, quum alii secuti essent, rem casu ortam, Imperatores sequentes pro lege usurparunt, triumphique decus, quod omnium maximum erat, sibi ipsis retinuerunt. Quum enim Reip. Principes & domini essent, tanto honore solos se dignos existimabant, idque fortassis priscorum Regum Romanorum more, sub quibus neminem, præter Reges, triumphasse animadvertimus; Ut enim Imperio & dignitate cæteros Senatores anteibant, ita quoque triumphandi jure, honore omnium maximo illis interdicto, præstare inter alios voluerunt. Duces quoque, qui Cæsarum tempore fuerunt, invidiam maximi honoris vitaturi, rebus egregie gestis, triumphi mentione omissa, *triumphalibus ornamentis* contenti erant. [2] Hæc autem fuerunt: *Supplicationes decretæ, Appellatio Imperatoris*, [3] *Laurea corona, Prætexta* sive *Tra-*

Cur Triumphi fuerint [illegible]?

Triumphalia or[illegible]ta quæ [illegible]int?

Laurentius Scradæus, *Monument. Italiæ* lib. II. pag. 202.

1. *Triumphalium ornamentorum usus hac ratione primum inventus)* Verborum Dionis hoc exprimentium, e Versione Xylandri & Leunclavii, hic fere sensus est, p. 538. Edit. Hanov. MDCVI. *Agrippæ quidem nomine*, ob devictos Bosporanos, *supplicationem fuisse, nec tamen eum triumphum, etsi sibi decretum, duxisse, sicut nec initio quicquam de rebus a se gestis ad Senatum perscripserit. Cujus*, inquit, *exemplum pro lege quadam acceptum, posteriores imitati, nec ipsi quidem senatum de re gesta certiorem fecerunt;* οὔτε τὴν πέμψιν τῶν νικητηρίων ἐδέξαντο, *neque triumphum susceperunt. Ideoque, ut ego censeo, nulli etiam alii, qui ejus similis esset,* ποιῆσαι τοῦτο ἐδόθη, *facere illud concessum, sed solis triumphalibus ornamentis sunt ornati.* In quibus observandum duco, quod ait, οὔτε τὴν πέμψιν τῶν νικητηρίων ἐδέξαντο, quasi æque alias in ipsorum, atque Agrippæ fuisset potestate; cum Onuphrius vertat, *nec triumphum obtinuerunt*. Dein, quod ultimis addit, ὥς γε καὶ ἐγὼ κρίνω, *ut ego censeo*, quæ ab isto plane sunt omissa; licet innuere videantur, non omnes in ea fuisse sententia. Plane ut, cum objici solet ex Suetonii *Tiberio*, quasi is *primus triumphalibus ornamentis fuerit honoratus, novo nec antea cuiquam tributo honoris genere*; ut in hujus legitur *Vita*, cap. IX. bene monet Doctissimus Torrentius, recte a Suetonio addi tanquam de re minus certa, *ut quidam putant*: cum Dio scriptor diligentissimus diserte ejus honoris auctorem Agrippam faciat.

2. *Triumphalia ornamenta fuerunt: Supplicationes decretæ)* Paulo aliter Lazius Comment. *Reipubl. Rom.* lib. IX. cap. III. *Triumphalia ornamenta erant corona aurea, patera aurea, sella curulis, scipio eburneus, toga picta, tunica palmata, statuæ laur[illegible], [illegible]; quorum sæpe mentio apud auctores occurrit.*

3. *Laurea corona, prætexta sive trabea triumphalis, sceptrum, statua)* Quæ quidem [illegible] col. 1368. & 1369. adjecto insuper nummo æri inciso, in quo sceptrum cum aquila, corona laurea togaque picta, clare ob oculos ponuntur. Statuarum vero aliæ erant Pedestres, aliæ Equestres, aliæ Curules. Pedestres imaginem hominis stantis præ se ferebant; quales cum omnes τοῦ Ῥωμύλου τὰς εἰκόνας τὰς τροπαιοφόρους *omnes Romuli statuas triumphales, in Urbe* invenerit Plutarch. ex eo probare nititur, *Romulum pedibus triumphum peregisse*, in illius *Vita*, p. 27. Equestres & ipsæ pro Triumpho datæ; de quibus Hermannus Hugo l. V. *de Militia Equestri* c. I. & ex Veteribus Plinius *Histor. Nat.* lib. XXXIV. c. V. Extatque adhuc M. Aurelii Antonini equestris statua ænea, in area Capitolina, in *Speculo Magnificentiæ Romanæ* a Lafrerio, & Prospero Parisii, libro Italico *Dell' Antichità di Roma*, p. 234. Edit. Rom. MDC. cum cura exsculpta: cui fere Augusti nummus respondet sequens, atque altera illa equestris figura, cum tropæo super humerum; ad eundem illum annum pertinens, si Sigonio & Occoni credimus, quo Servator noster Jesus Christus humanitatis nostræ fieri dignatus est particeps, nempe Augusti XLI. De quo & Cassiodorus videndus in *Chronico*, & ad eum Cuspinianus, mihi pag. 348. Edit. Basil. MD[illegible].

Trabea triumphalis, *Sceptrum*, *statua*, *sacrificia*, & cætera triumphantium insignia curru tamen intra Urbem non vehebantur, neque consuetam pompam agebant. Qui honor usque ad Constantini Imp. tempora permansit. Post quæ cum triumpho paulatim obliterari cœpit. Cæterum ego, quemadmodum de triumphis feci, ita & in his, qui ornamentis triumphalibus ornati essent, dirigendis multum laboravi. Quos tamen nonnisi usque ad *Domitiani* Imperatoris tempora invenire potui. *Reliqui* enim deinceps obscuri sunt, & incogniti; & librorum auxilio destitutus, qui fuerint, ne suspicari quidem potuerim. Hæc autem sunt, quæ de ornamentis triumphalibus, eorum caussis, & initiis, invenire potuerim.


Quando usurpari desierint?

CAP. VII.

De Spoliis Opimis, quæ a Triumphantibus relata, & suspensa sunt.

FINITIMARUM Urbi gentium animis, ob raptarum virginum injuriam irritatis, *Cæninenses* primi non expectato cæterorum populorum subsidio, cum eorum rege Acrone in agrum Romanum impetum fecere. Quibus effuse vastantibus, obvius factus cum exercitu Romulus, levi certamine eorum exercitum fudit, fugavitque, fusum persecutus, Regem eorum Acronem, in prælio obtruncatum, spoliavit. Duce hostium occiso, Urbem primo impetu cepit, inde exercitu victore reducto in Urbem, ea ratione, de qua supra dixi. Reversus, primus Romæ, Liberi Patris exemplo, victore reducto exercitu, triumphum, seu potius triumphi umbram, Romanis ostendit. Hicque primus Romæ triumphus actus est. Qui cum triumphans in Urbem reverteretur, [1] spolia occisi hostium ducis Acronis suspensa, fabricato ad id apto ferculo, gerens, in Capitolium ascendit, ibique ea quum ad quercum pastoribus sacram deposuisset, simul cum dono designavit templo Jovis fines, cognomenque addidit Deo: *Jupiter Feretri*, inquit, *hæc tibi victor Romulus Rex regia arma fero, templumque in regionibus, quas modo animo metatus sum, dedico, sedem opimis spoliis, quæ regibus, ducibusque hostium cæsis, me auctore, sequentes posteri ferent.*


Quis primus retulerit?



Cossum vero *ornamenta triumphalia in Africa meruisse*, *refert* Paterculus, *Hist. Rom.* lib. II. cap. CXVI. Triumphales denique *curules* ut plurimum erant: eæque vel *bijuges*, vel *quadrijuges*, vel *sejuges*, vel *elephantorum*: ut pluribus Emundus Frigelius Libro singulari *de Statuis Illustr. Roman.* c. XVIII. Lazius dicti Commentar. lib. IX. cap. XIX. *Triumphalis statua, quæ & illustris nominabatur, triumphantis habitu sculpta fuit, coronata videlicet, toga picta, trabea amicta; sedens in sella eburnea; altera manu Scipionem eburneum, altera pateram auream tenens.* Quamquam multis etiam tribuerentur, (*derogante huic decori*, ut Symmachus loquitur lib. X. epist. XXV. *adulantium facilitate*) *qui nunquam in acie steterant, nunquam castra viderant, nunquam denique tubarum sonum, nisi in spectaculis, audierant:* ut Plinius Junior epist. VII. lib. XI. Adde, quæ in genere de statuis habet lectu dignissima Johan. Guilielmus Stuckius, Scholiis in *Ponti Euxini Periplum*, pag. 73.

1 *Spolia occisi hostium ducis*) Vetus consuetudo fuit eo in loco, ubi hostis esset cæsus, *spolia capta in stipitibus figere*, sub *Tropæi* nomine; quod *hostium fuga* diceretur τροπὴ, auctore Nonio p. 1248. Edit. Basil. eaque vel, quemadmodum erant capta, ac sanguine cruenta, in proximam arborem suspendere; ut apud Virgilium Æneas, *Æn.* XI. v. 5. &c.


Ingentem quercum decisis undique ramis
Constituit tumulo, fulgentiaque induit arma,
Mezenti Ducis exuvias.
—— *Aptat rorantes sanguine cristas,*
Telaque trunca viri, & bis sex thoraca petitum
Perfossumque locis.



Qua etiam ratione in præsente M. Antonii nummo apud Ant. August. p. 7. num. III. cernuntur affixa; atque Othryades quondam, Lacedæmoniorum Dux, quadam e pugna cum Argivis solus semivivus superstes, teste Chrysermo lib. III. *rerum Peloponnesiacarum* apud Plutarch. Tom. II. pag. 306. *armis hostilibus semifractis fultus, mortuorum scuta* fertur *abstulisse, tropæum erexisse, suoque sanguine* id Διὶ τροπαιούχῳ *inscripsisse*. Vel ex lapidibus, marmore, ære formata ponere, subscriptis gentium devictarum nominibus, quo diuturnior esset rei gestæ memoria. Quomodo adhuc Romæ *inter templa divi Eusebii, & divi Juliani, in Esquilino ostenditur moles lateritia, in qua bina Marii* (non *C. Viarii*, ut legitur in *Roma Vetere* pagin. 178. Edit. Arnheim.

Hæc autem Templi est origo, quod primum omnium Romæ sacratum est. Ita deinde Diis visum est, nec irritam conditoris templi vocem esse, qua laturos eo spolia posteros nuncupavit; nec multitudine compertum ejus doni vulgari laude, bina postea inter tot annos, tot bella, optima parta sunt spolia; adeo rara ejus fortuna decoris fuit. Ita lib. I. Livius. Eadem referunt Dionysius lib. II. Messala lib. I. Valerius Max. lib. III. cap. II. Plutarch. in *Romulo*, L. Florus lib. I. Auctor libri *de viris illustribus*, Eusebius in *Chronico*, & Orosius. Cæterum de spoliis opimis a Romulo, Acrone Cæninensium Rege occiso relatis, ideo hoc loco scripsi, quod in Capitolinis triumphis animadverterim, *tertiorum spoliorum*, quæ M. Marcellus an. DXXX. retulit, mentionem fieri, de quibus hæc tradita fuisse a Veteribus scriptum inveni. 1 Spolia opima, id est, ampla & magnifica ea erant, quæ dux Quid fuerint spolia opima?

MDCXII. a Reimaro versa) tropæa, eleganter depicta a Lafrerio, & descripta a Pomponio Læto, *Rom. Antiq.* pag. 58. Bartholomæo Marliano, *Topogr.* lib. IV. cap. XV. & Georgio Fabricio, lib. I. *Antiq.* p. 181. & lib. III. pag. 75. apud quem item videas illarum inscriptionem, etiam a Lazio mutilate citatam. Quamvis ante *Domitium Ænobarbum & Fabium Maximum*, qui bello Allobrogico, *ipsis, quibus dimicaverant, locis saxeas erexere turres, & desuper exornata armis hostilibus tropæa fixere*, mos iste, si Floro adhibenda fides lib. III. cap. II. alias inusitatus fuerit Romanis; ut *qui nunquam hostibus a se domitis victoriam suam* soliti sint *exprobrare*: Macedonum forte exemplo, quibus eadem mens fuit, *Pausania* teste in *Bœot.* pag. 606. ἵν' ἐς εὔνοιάν ποτε τοὺς προσχώρους ὑφελξονται, *ut finitimos aliquando ad benevolentiam adducerent*. Uti apud Græcos in universum *parum laudis adeptos fuisse*, scribit Plutarchus in *Quæst. Romanis*, Tom. II. pag. 273. *qui primi ærea aut lapidea statuerunt tropæa*. Cæterum ex more, quo tropæa nonnisi *in eminentioribus locis* ponebantur, profluxisse refert Servius, ad supra allata *Virgilii* verba pag. 1553. Edit. Basileensis, ut ea *in urbibus, exædificatis arcubus, imponerentur*; ceu ex apposito *Claudii* Nummo, apud Anton. Augustinum pag. 19. num. XV. & pag. 36 num. III. & altero illo *Trajani* ad col. 1375. æri inciso, claret;



cujusmodi juxta Lafrerium, Jacobum Laurum, libro cui titulus *Antiquæ urbis splendor*, atque in *Roma Vetere*, ab Alberto Reimaro, ut diximus, ex Italico in Germanicum sermonem translata, non solum Romæ supersunt plurimi; sed & Vesontione, in Burgundiæ, ut hodie vocant, Comitatu, inter celebriora antiquitatis monumenta visitur, Aureliano Imperatori, ut Joh. Jacobo Chifletio in Descriptione illius urbis visum, Part. I. pag. 40. consecratus: cujus generis, licet alio fine positos, ad propagandam scilicet memoriam virorum, arte aut Marte apud se conspicuorum, in *Sinensium* quoque *regno* extare innumerabiles, notavit non uno loco Johannes Neuhofius Edit. Amstel. MDCLX. pag. 173. & 322. istius περιηγητῆς novissimus. De arcubus vero illius urbium Principis, super proxime laudatos, nec non Pomponium, Marlianum, Fabricium, consule Antonium Augustinum Dial. IV. *Antiquit.* pag. 54. & Guidonem Pancirolum I. *Memorabil.* Tit. XXVIII. Nummus arcum *Claudii* exhibens cum tropæis, talis est;



Icones vero Tropæorum Marii videas etiam apud Joh. Baptistam de Cavalleriis, libb. *de Antiquis Urbis Statuis*, Edition. MDLXXXV. Arcusque Triumphales Constantini & aliorum, alio ejusdem libro, *de Ædificiis Urbis Romæ Illustribus*, Edit. MDLXIX.

1 *Spolia opima ea erant*) Verba Festi ab Onuphrio hic citata pag. 189. Edit. Paris. MDLXXVI. ut a Josepho Scaligero sunt emendata, leguntur in *Castigationibus* ibidem, pag. 121. & in *Annotationibus* ejusdem, pag. 31. In Schedis vero Pomponii Læti a Fulvio Ursino evulgatis, pag. 173. Edit. Commelinianæ; ubi similiter haud abs re erit, *notas* inspexisse pag. 46. Τὰ πρῶτα καὶ κάλλιστα τῶν λαφύρων, *prima & præstantissima ex spoliis*, vocat Plutarchus in *Vita Marcelli* pag. 302. Tom. I. simul hujus triumphalem describens pompam, qua currui insidens, ferculumque spoliis *Viridomari* regis a se occisi decenter ornatum humeris gestans, urbem invectus est: perinde ut in statua equestri supra col. 1393. a nobis repræsentata conspicitur *Cossus*, tropæum humeris sustinens. Et vero cum fercula tropæorum ex arbore sic effingerentur, ut crucis formam præ se ferrent; hinc venuste Tertullianus ipsas cruces *intestina tropæorum* nominavit, *Apologet.* pag. 17. & lib. I. *ad Nat.* pag. 56. allusitque ad eam consuetudinem ille aurei

populi Romani hostium duci detraxit, quorum auspiciis bellum utrinque gereretur. Dicta, ut Varro lib. III. *de lingua Latina* tradit, *ab ope*, vel ut Plutarch. in *Romulo* scriptum reliquit, *ab opere rei gestæ*, quum sit opus egregium, & clarissimum ducem belli parem sibi ductorem singulari certamine superare. Varronis sententiam Sex. Pompejus secutus videtur; qui ita scribit: *Opima spolia dicuntur, originem quidem trahentia ab Ope, Saturni uxore, quod ipse Saturnus agrorum cultor habetur, nominatus a satu, tenensque falcem effingitur, quæ est insigne agricolæ. Itaque illa quoque cognominatur Consiva, & esse existimatur terra. Ideoque in regia colitur a Populo Romano, quia omnes opes humano generi natura tribuat. Ergo, & opulenti dicuntur terrestribus rebus copiosi; & hostiæ opimæ, præcipuæ, pingues, & opima, magnifica & ampla. Unde spolia quoque, quæ Dux Populi Romani Duci hostium detraxit, opima dicuntur. Quorum tanta raritas est, ut intra annos paulo minus* DXXX. *tantum trina contigerit nomini Romano: Una, quæ dux Romulus de Acrone; Altera, quæ Cossus Cornelius de Tolumnio; Tertia, quæ M. Marcellus de Virdumaro fixerunt. M. Varro ait, opima spolia esse etiam, si manipularis miles detraxerit, dummodo duci hostium detraxerit. Quod autem omnia non solita sint ad ædem Jovis Feretrii poni, testimonio esse libros Pontificum, in quibus sit: pro primis spoliis bove, pro secundis suovetaurilibus, pro tertiis agno publico fieri debere. Esse etiam Pompilii Regis legem opimorum spoliorum talem: Cujus auspicio classe procincta opima spolia capiuntur, Jovi Feretrio darier oporteat, & bovem cædito, qui cepit æris* CC. *Secunda spolia in Martis aram in campo, suovetaurilia, utra voluerit cædito. Tertia spolia, Jano Quirino agnum marem cædito* C. *qui ceperit ex ære dato. Cujus auspiciis capta, diis piaculum dato.* Ita Sex. Pompejus. Quod vero apud Sextum *Varro* scribit, ea opima spolia etiam esse, quæ manipularis miles detraxit, dummodo hostium duci detraxerit, id nequaquam observatum fuisse videtur. Nam P. Scipio Æmilianus in Hispania, & M. Licinius Crassus sub Augusto in Thracia duces hostium interfecerunt, sed quia alienis auspiciis militabant, spolia opima non retulerunt. Servius postremo exponens illum Virgilii versum,

Tertiaque arma patri suspendet capta Quirino,

Prima *Jovi*, Secunda *Marti*, Tertia *Quirino* dicata fuisse ex lege Numæ Pompilii scribit. Idem in *Marcello* docet Plutarchus.

---

oris Doctor Homil. LXXXIII. ex cap. XIX. Johannis, Tom. III. Edit. Lat. Antw. pag. 155. cum *Adamum* & *Evam*, ex quorundam opinione, dicit *in monte Calvariæ & mortuos & sepultos: & Jesum, ubi mors dominata est, ibidem tropæum erexisse, hoc est, crucem, quam tulerit contra tyrannidem mortis: & quemadmodum victores, ita Jesum victoriæ signa humeris tulisse*. Imo ipse B. Paulus, quando *Epist. ad Coloss.* cap. II. *Christum*, ait, *exspoliantem principatus & potestates traduxisse confidenter palam, triumphantem illos ἐν αὐτῷ, in semetipso*, ut Vulgatus reddidit Interpres: sive ut Pagninus vertit: *exspoliata imperia, ac potestates traduxisse palam, triumphatis illis per eam ἐν αὐτῷ*, respiciendo σαυρῦ sive *crucis* vocem, quæ ultima est paragraphi præcedentis: licet priorem lectionem amplexi fuerint & B. Lutherus, & Erasmus Paraphrastes. Ut mittam quod Arator, non infelicis ingenii poeta, pulcherrime Christum *polum ingressum* canit, lib. V. *Hist. Apostol.* pag. 213. Edit. Basil. *carnis* nostræ *comitante tropæo*: aliaque, quæ consimili ratione Ecclesiastici Scriptores haud illepide protulere. In quibus etiam Triumphus Christi est, a Juvenco Poeta Hispano luculente descriptus, atque in editione Basileensi Poemanni *Historiæ* ipsius *Evangelicæ* subnexus, ibid. pag. 122. Neque enim nunc plura addam, præsertim cum *Domini nostri Jesu*, cum *Imperatorum* ac *Regum triumphis* jam compararit laudato supra libro Johan. Baptista Casalius Part. II. cap. I. pag. 185. nisi quod & fidelibus aliquando, post exantlatos hujus vitæ labores, triumphus exspectandus, postque certamen hic bene certatum reposita sit corona, non fragili e myrto vel lauro, sed immarcessibilis illa gloriæ, quam benignissimus ille misericordiarum Pater præparavit omnibus ipsum diligentibus. Ubi non amplius *pugnantium* istas usurpabimus *voces*, quemadmodum alicubi loquitur B. Augustinus, Tom. X. pag. 258. Edit. Basil. *Miserere mei, Domine, quia infirmus sum; Sana me, Domine, quoniam conturbata sunt ossa mea, & anima turbata est valde: Et tu, Domine, usque quo?* Sed *triumphantium* hasce: *Ubi mors est contentio tua? ubi est mors aculeus tuus? Gratias autem Deo, qui nobis victoriam dedit, per Dominum nostrum Jesum Christum*.

I N D E X

RERUM ET VERBORUM.

A

B

D

E

— quo-

F

H

I N D E X

I

M

N

P

— *Athe-*

Q

T

X

FINIS.






SPECIAL OVERSIZE N 5610 G871 v.9
82-B 1305
GETTY CENTER LIBRARY

